Digitized by Google

37
12 D
13

MAG 3116

Digitized by Google

37. 12. D. 13

ITALIA SACRA
SIVE
DE EPISCOPIS ITALIÆ,
Et inſularum Adjacentium
TOMUS SEXTUS
Complectens Metropolitanas, earumque Suffraganeas Eccleſias, quæ in Campaniæ Felicis, Aprutii, Hirpinorumque Neapolitani Regni claris Provinciis recenſentur.

AUCTORE
FERDINANDO UGHELLO
Florentino Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias Ordinis Ciſtercienſis, & Sacræ Congregationis Indicis Conſultore.

Editio ſecunda aucta, & emendata

CURA ET STUDIO
Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS. Apud Sebaſtianum Coleti. MDCCXX.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

43

Digitized by Google

Eminentiſs., ac Reverendiſs. Principi

D. D.

FRANCISCO PIGNATELLO

S. R. E.

CARDINALI AMPLISSIMO;

ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO.

QUæ pridem, de temporum injuria ereptam; ſacram æternitate donarunt Italiam Volumina, inter recentioris editionis exordia & ipſa quoque ad novæ lucis uſuras ſuo committenda Jubari, cùm jam priora claris nuncupata nominibus inoffenſo ubique acceſſu optimè audiant; Sextum hoc, ejuſdem aucupandæ ſortis ambitu, ad Celſitudinis Tuæ faſtigia conſcendit, EMINENTISSIME PRINCEPS, ne quid ſibi publicæ exiſtimationis

deficiat, imò ſatis abundè & fortè uſque ad invidiam exuberet: talis quippe es, qui non hujus operis, ſed totius Orbis famam nominis Tui amplitudine cumulato munere extollas. Invitum Tibi excogitavi facinus, infandum Tibi protuli verbum, haud dubiè optimè noveram; equidem acerrimus ille, quo in oſtinem Tui laudem inſilire conſueviſti, modeſtiæ ſpiritus, aliis totus indulgens, minimè Tibi temperans, eam moribus Tuis magnanimitatis legem invexit, ut de Virtutis labore ſollicitus ſemper, de Virtutis honore anxius nuſquam, quæ gloriam inferunt diligas, quæ gloriam deferunt oderis. Verum, quamvis laceſſitus obſequio, ne mihi ſuccenſeas, fauſto in ſpem erigit omine ipſa Tuarum Virtutum Cohors, quas inter dum juſtitiam recolo, neutiquam de læſa patientia expoſtulandum cogitabis, quem de relata veritate emeritum cauſaberis, atque ea dumtaxat ineluctabili adductum neceſſitate, ut cùm Te auſpicante hæc de Typorum caligine prodeant, rationabilis urgebat electionis ordo, ne Mecenatis perſonam latitantem dimitterem, ſi tamen unquam, non ſub modio, ſed ſuper candelabrum lucernam radiantem deſiteſcere contingat. Sereno itaque exorantem ſuſpice obtutu, ac pro benignitate excipiendum fateare; niſi planè novo criminum jure, calamus culpatè recenſeat, quæ omnium ora ſanctè loquuntur. Sanè ſi de cineribus, tamquam de ſæculorum fœmore, eximios ſanguinis Tui fœtus excitaverim, integrum Principum Senatum ad Tui decus in ambitionis ſcenam vocaturus, quidni adulatorium, imò & detractorium traduxeris, objurgaveris ſtudium, quod Te ceu meritis inopem, dum ad quæſtum, etſi Tuorum, ducit: Teque ceu fama labantem, dum ad reſurrectionis miracula mittit, inofficioſa mente portendit? Si de Parentibus, tanquam de originali claritate idearum, mutuatam genitæ imagini lucem accerſierim, indolis potiùs quàm Virtutis Candidatum alienis humeris exaltaturus; quidni otioſum ſucclamaveris, ejuraveris ingenium, quod Te ceu ſplendoribus hoſpitem, dum ad ſydera pertrahit, precariis artibus ad ſolum detrahit? Fuerint illi religione magis, quàm hereditario culmine, quàm conjugali fœdere inſignes; quorum alter ſacris erigendis, ditandis, dotandiſque ædibus, allodiales litavit opes: altera domeſticis reformandis, componendis, ſanctificandiſque laribus, ſanctiores induit Cenobitarum mores; ſtat interim utrique par in Cœlis corona, in Terris memoria: ſed iſta quid ad Te? Fuerit familiæ titulo, naturæ vinculo neceſſarius Magnus ille INNOCENTIUS XII., qui toto exultante Orbe, Apoſtolicæ Sedi Spiritus Sancti ſuffragio ſummus inauguratus, conſecratuſque Pontifex, ea prudentiæ, juſtitiæ, integritatis conſcientia Eccleſiæ Hierarcham egit, ut non de umbra nominis, ſed de probitate regiminis, Innocentem Sanctiſſimumque votiva Fidelium conſpiratio vix non admoverit Aris: ſed iſta quid ad Te? Nempe Tuorum cuncta negliges, qui Tua cuncta deſpicis adeò, ut per calcatum ſæculi faſtum, quo minus iſta in Te coruſcarent, ad Clericorum Regularium latibula recta perrexeris. Quamvis Summi Paſtoris, ejuſque Vicarii providentia actum ſit, ne tantam in Te noxam Chriſtiana lugeret Reſpublica, ut de clauſtralibus latebris, tanquam vi ſubreptum, atque in partem ſollicitudinis deſtinatum ſancta gratularetur Eccleſia. Vis ſileam, quantus oneri, qualis honori fueris? Ex votis eſto: putaſne exinde, ſive auctoritatis, ſive verecundiæ tuæ religione, cæteris ſilentium indixeris? Rem arduam cogitas, impoſſibilia meditaris: coerceas quippe oportet integras Nationum Populorumque ſtrepentium turbas, quæ Tibi cordibus, vocibuſque ubique perſonant. Poſtquam Te Polonia de Latere Legatum ſum-

ma

ma lætitia, uberiorique felicitate ſuſcepit; cùm omnia & humana & Divina immani temporum viciſſitudine concuſſa ſus deque lævis jactarentur tumultibus, quàm luculenter, quàm utiliter civili reparandæ tranquillitati inſudaveris, me etiam ſilente, gratitudinis ergo, Auguſtus Rex, Poloniæ Regnum perenni teſtimonio proclamant; qua fortitudine, quo eventu in antiquatum ac penè deſperatum Ruthenorum ſchiſma inſurgens, rebelles illas Oecumenicæ Sedi gentes ſubjugales reddideris, me etiam elingui, Livoniæ Antiſtes pedibus Tuis ad errores palam ejurandos provolutus, Leopolitanum Collegium opera tua ad Neophitos catholice erudiendos extructum, jucunditatis æſtu, ſolemnibus argumentis profitentur. Nonne uſque in hodiernum diem, etſi mœrens, ipſe audis, quæ, & quanta pro Te congeſſerit Neapolitanus grex, quo ex momento Inſulatus ac Purpuratus ſimul ad illam Domini vineam acceſſiſti? Religionis puritas, Eccleſiæ jura, Clericalis diſciplina, Monaſticus pudor, quibus intrepidus morum vindex inflexibili zelo conſuluiſti: Numinis Divorumque cultus, rituum obſervantia, ſacrorum nitor, quæ vigil pietatis Agricola conſertis ſudoribus ſeminaſti: Perditorum, Periclitantium, Pœnitentium, Pauperum lachrymabiles caſus, quos clemens calamitatum refugium laxatis præcordiis reparaſti; eaque charitatis ſolertia, ſolam Patris, Paſtoriſque perſonam, tota Dignitatis majeſtate abdicata, oſtendiſti, ut Principem niſi ex ſanguine, niſi ex purpura unquam conſpexerit nemo. Quæſo, poſtquam hæc omnia, multò adhuc plura tuis auribus quotidie percipis, invitus quidem, ſed patiens; una tot adjecta vocibus, unus tot adnumeratus teſtibus, Tibi licèt malè ſonent, gloriæ tuæ jam probatæ, jam vulgatæ ex tua quoque ſententia pro nihilo erunt; quinimo moderationi Tuæ pluſquam ſatis detulerint, cùm rudi, & mutilata epitome ingentem Virtutum, meritorumque molem umbris ferè coæquarint. Igitur pro Tua Humanitate, pro Tua Virtute adjurantem, aut ſuſcipe, aut ſuſtine, humilemque Clientis fortunam Tuis auſpiciis ne dedigneris efferre; dum Tuo devictus beneficio, Tuoque mancipatus patrocinio, ſuperos enixè precor, diu incolumis vivas Tibi, Tuis, Eccleſiæ, Orbi, Cœlo, Æternitati. Vale.

Eminentiæ Tuæ Reverendiſſimæ

Dabam Venetiis Kalendis Septembribus 1720.

Humillimus, Addictiſs., & Obſequentiſs. Cliens.
Sebaſtianus Coletus.

LECTORI CANDIDO.

IN hac editione ad Dei gloriam, Italicarumque Eccleſiarum augendam cognitionem, & celebritatem prodit Sexti noſtri laboris Volumen, in quo de tribus Neapolitani Regni inclytis provinciis Felicis nempe Campaniæ, Aprutii, Hirpinorumque cum Metropolitanis, earumque Suffraganeis Eccleſiis, quæ in ipſis continentur, accuratam habes narrationem. Ad Tomi calcem addidimus *a* Græcorum vetus Menologium, latinè verſum, auro pretioſius, & nunquam editum; poſt illud fundationes adjeci Monaſteriorum S. Bartholomæi de Carpineto, & S. Clementis in Inſula Piſcariæ; primum Comes Luidinus, ſecundum Ludovicus II. Imp. in Provincia Aprutii exædificarunt; in iis plura ſcitu digniſſima leges. Tu interim, quæ remanent volumina expecta, & noſtrum qualemcumque laborem tua pietate & amore ne aſperneris. Vale.

a Nos in tomum decimum rejecimus.

N O V U M
P R Æ L O Q U I U M.

„ *NIhil eſt, cur te diutius hic morer, benigne Lector. Hoc ſextum Ita-*
„ *liæ ſacræ volumen adornaturo vix unus adfuit eruditiſſimus vir, (no-*
„ *men juſſus prætereo) qui recentiorum Epiſcoporum geſta non ſine im-*
„ *pendio, atque labore hinc inde perquiſierit, ac propemodum extorſe-*
„ *rit, eaque fuſius digeſta ad deducendos in hanc ætatem pleroſque hu-*
„ *jus tomi Catalogos mihi perhumaniter tranſmiſerit. Pauca præterea additamen-*
„ *ta, ac adnotata vel eodem clariſs. viro, vel Actis Sanctorum à Bollando, ſo-*
„ *ciiſque conſarcinatis, vel poſtrema Conciliorum ab Harduino curata collectione,*
„ *ſeù tertio denique Julii Ambroſii Lucentii Italiæ ſacræ reſtrictæ, & auctæ Mſ.*
„ *Codice ſuppeditantibus in aliquale hujus editionis ornamentum, & commodum con-*
„ *geſſi, non deficientibus Cl. viri Proſperi Mandoſii S. Stephani Equitis, & Romani*
„ *Patritii conſuetis notulis. Neque plura expectabit optimus Lector in tribus tomis*
„ *poſterioribus, quos meliora percipiendi ſpe omninò fruſtratus nulla interpoſita mora*
„ *in lucem edam, fratris fidem tandem ſoluturus.*

PRO-

PROTESTATIO AUCTORIS.

CUM Sanct. Mem. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S. R. & Univerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu Martyrii fama celebres è vita migrarunt, geſta, & miracula, vel revelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, bene tamen ea, quæ cadunt ſuper mores, & opinionem cum proteſtatione in principio, quòd iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantùm penes auctorem. Huic decreto, ejuſque confirmationi, & declarationi obſervantia, & reverentia qua par eſt, inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu, quicquid hoc Sexto Tomo refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sedis Apoſtolicę nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di reviſione, & approbatione del P. F. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitor nel Libro Intitolato *Italia Sacra, ſivè de Epiſcopis Italiæ &c. Tomus Sextus;* non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à *Gio. Battiſta Recurti Stampatore*, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copię alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 12. Maggio 1720.

Gio: Franceſco Moroſini Cav. Reformator.
Alviſe Piſani Cav. Procurator Reformator.

Agoſtino Gadaldini Segr.

SY-

SYNOPSIS ALPHABETICA
ARCHIEPISCOPATUUM, ET EPISCOPATUUM,

Qui in hoc Sexto Tomo Italiæ Sacræ continentur.

Anſanenſes.	*Lanciano.*	786
Capuanenſes.	*Capua.*	291
Compſanenſes.	*Compſa.*	795
Neapolitani.	*Napoli.*	7
Surrentini.	*Surrento.*	591
Teatini.	*Chieti.*	669

Acerranenſes.	*Acerra.*	216
Acquenſes.	*Vicoaquenſe.*	631
Aeſernienſes.	*Iſernia.*	366
S. Angeli Lombardorum.	*S. Angelo de' Lombardi.*	829
Atinenſes.	*Atino.*	406
Biſacienſes.	*Biſaccia.*	836
Cajacenſes.	*Cajazzo.*	438
Calinenſes.	*Carinola.*	461
Calvenſes.	*Calvi.*	477
Caſertani.	*Caſerta.*	473
Cumani.	*Cuma.*	225
Iſclanenſes.	*Iſchia.*	230
Laquedonenſes.	*Lacedogna.*	838
Lubrenſes.	*Maſſa Lubrenſe.*	643
Muranenſes.	*Muro.*	843
Nolani.	*Nola.*	242
Ortonenſes.	*Ortona à Mare.*	772
Puteolanenſes.	*Pozzuolo.*	267
Satrianenſes.	*Satriano.*	852
Stabienſes.	*Stabia.*	655
Sueſſani.	*Seſſa.*	531
Theanenſes.	*Teano.*	548
Venafrani.	*Venafro.*	579

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA XIII.
CAMPANIA FELIX,

Ubi de Metropolitanis Eccleſiis Neapolitana, Capuana, & Surrentina, quæ in ipſa continentur, accuratè narratur, deque earum Suffraganeis Epiſcopis.

REGNUM Neapolitanum ab urbe metropoli inferius nobis deſcribenda nomen habet, nonnunquam Apuliæ, interdum etiam Siciliæ citra Pharum appellatum, ad diſcrimen nempe regni Siciliæ ultra Pharum, quæ eſt ipſamet Siciliæ inſula, cùm nonnulli Principes, qui utrumque regnum Neapolitanum ſcilicet, & Siculum poſſederunt, olim utriuſque Siciliæ Reges vocari voluerint. Tanta eſt hujus regni amplitudo, ut dimidiam penè univerſæ Italiæ partem, quæ ad Orientem vergit, complectatur. Fines verò ſunt ab Occaſu amnes *Aufidus*, & Truentum; à Septentrione Adriaticum mare; à Meridie Tyrrhenum, & Siculum; & ab Oriente Mare Jonium. Præter Latii partem integræ octo Italiæ regiones opulentiſſimę, & amęniſſimæ ad hoc regnum pertinent, nempe Campania Felix, vulgò *Terra di Lavoro*, Lucania, ſive *Baſilicata*, Brutia, ſive inferior *Calabria*, magna Græcia, ſeu ſuperior *Calabria*, Salentina, vulgò *terra d'Otranto*, Apulia Peucetia, nunc *terra di Bari*, Apulia Daunia, hodie *Puglia piana*, & Samnitia, ſive *Aprutium*. Multi ſunt in hoc regno famoſi portus, fluvii, montes, urbeſque, quarum XX. Archiepiſcopali faſtigio cohoneſtantur; CXXV. verò Epiſcopali dignitate ornatæ ſunt (1). Cæterum cum plures ſint ſcriptores, tum in antiquis, tum in modernis, qui hujus nobiliſſimi regni Hiſtoriam Geographicam deſcripſerunt, ad illos libenter lectorem remittemus, contenti ea tantum libaſſe, cum de ſingulis Provinciis more noſtro in hoc ſexto, aliiſque ſequentibus voluminibus ubertim erit inſtituta narratio. A Campania igitur Felice hujus regni principe & metropoli exordium ſumemus, & meritò quidem illa primò accurrit, cum non ſolum caput regni Neapolis in ea ſita ſit, omnium non modo Italiæ regionum, ut Florus ſcribit, ſed totius terrarum orbis pulcherrima, feliciſſima, amœniſſimaque plaga, ſive etiam antiquitatem ſpectes, ſive nobilitatem, ſive res à priſcis Campanis præclarè geſtas, de quibus Romana Hiſtoria ſæpè cum laude meminit. Felicis encomium tulit (quin & feliciſſimæ apud Strabonem) quo cæteris regionibus antecellere videatur, ubertate agri, amœnitate collium, aeris ſalubritate, opportunitate marium, aquarum perennitatibus, urbium pulchritudine, oppidorum, portuumque munimentis, auri, argenti, ferri, aluminis, ſulphuris, calchanthi, nitri, ſalis, chalcitidis, cæterorumque mineralium venis, equorum, pecudumque gregibus, ſed ingeniorum felicitate terra felicior, quæ ad omnem artem, liberalemque diſciplinam ficta factaque eſſe cenſeatur. Campaniæ beatam amœnitatem omnes ferè ſcriptores variis laudibus extollunt. Plinius nobilitate eam laudat *lib. 3. c. 4.* de qua ad gentilitios errores alludens eleganti ingenio cecinit Coſmus Anicius apud Capaccium.

Naturæ opus gaudentis eſt Campania,
Campaniæ orbis ſol, ocellus & ultor:
At cujus in tutela ea Dea ſit tamen,
Hucuſque nemo novit, aut hominum, aut Deum.
At nec repertus qui ferat ſententiam,
Ex æquo iniquus quin repente evaſerit,
Tam pulchra cunctos gemma trans-verſos egit.
Adjudicat Saturnus hanc pater ſibi,
Quod hic Religio, Lexque, Honos præſidet.
Splendoris ergò, Imperiique Juppiter,
Junoque propter impotentiam opum.
Ob arma Mars & bellicoſa pectora,
Ob artes Phœbus, Mercurius ob ingenii
Præſtantiam, cui orbis incurvat caput.
Venus, Cupido, vindicant laſcivias.
Sapientiam orta Pallas è capite Jovis.
Fabrilia Mulciber, Minerva lanicium,
Frugem Ceres, ſuccos Lieus nobiles,
Sexcenties quos mille non capiunt lacus.
Neptunus omni laude præſtantes equos,
Sive quæris artas fluctuantis æquoris.

(1) Antiquis temporibus longè plures erant, præſertim ex inſtitutione Græci Patriarchæ; eo quippe tempore cum Regni hujus præcipua pars à Græcis Imperatoribus occupata fuit, prævaluitque nedum ritus Græcanicus, ſed & Græcorum errores a [illegible] clero [illegible], ut cæteras omnes Romanos, Latinique ritus commaculare niterentur. Quapropter è pervigili Petri Cathedra Pius IV. ſummus univerſalis Chriſti ovilis Paſtor Apoſtolica lege ſancivit, ut in utraque Sicilia citra videlicet, & ultra Pharum Græcos omnes, quorum multitudo valde percrebuerat, ſive Epiſcopi eſſent, ſive laici, ſive Eccleſiaſtici cujuſcumque generis, & conditionis, Epiſcopis, & Ordinariis Latinis ſubeſſe deberent, revocando omnes eorum exemptiones quoad mores, & fidei intelligentiam, ſalvis in eorum divinis celebrandis, aliiſque ritibus à S. Sede Apoſtolica approbatis, & de his eloquitur Oldoinus in ſuis additionibus ad vitam Pii IV. t. 3. col. 180. *Laurentius*.

A

Nihil denique terris datum à Diis affatim
Quod non vetus Campania aut ferat nova,
Quin eſt ſatietas, quàm voluptas amplior.

Inter duo igitur felix hæc regio flumina Lirim, & Sarnum poſita eſt, & ad Silarum patebat apud antiquos; in longitudine 30. millia paſſuum, in latitudine variis in locis patet 30. ad centum millia ambiunt, & ſexaginta: dum vergit ad Septentrionem fit obvia montibus, quibus Hirpini, Samniteſque excluduntur, dum verò ad Meridiem alluitur piſcoſo mari, ab oriente Liris fluvius Campanos, Latinoſque diſterminat. Campaniæ à patentibus campis, & telluris in quibus ſedet, nomen inditum, quam etiam Terram laboris dixerunt, vel à Liberiois campis, quos Plinius Capuæ vicinos memorat, vel à bonitate, & proprietate agrorum, qui ad culturam maximè ſunt idonei. Caput regionis urbs ipſa olim Capua fuit, quæ pulcherrima & fluentiſſima rerum viciſſitudinem præſeferens, ſui B ipſius nobilitatis ceſſit Neapolitanæ urbis amplitudinem. Campania ſiè veteres diſtribuebant apud Capaccium, ut unam partem Auſones, Arunci, Sidicini & Capuani incolerent; aliam Cumani, & Opici; tertiam Nucerini. In prima regione clariſſima, novemque oppida Sinueſſa, & Vulturnum, quæ maritimam illuſtrabant, habuitque in mediterraneis præter montes Gaurum, Maſſicum, Falernum, agrumque Campi-telluris, Sueſſam, Aruncam, Cales, Caſinum, Theanum, Sidicinum, Tenafrum, Calatiam, Calliculam, Trebulam, Caſilinum, Silvam Gallinariam, & Acticulam, quæ propè Capuam, ad Pœnum defecerunt. Secunda Linternum oppidum cum flumine, ad mare habuit Cumas, Miſenum, Bajas, Sinum Lucrinum, Avernum, Puteolos, Neapolim, Heracleam, & omnia, quæ nobiliſſimo illo ſinu, qui Crater dicitur, continentur: intus verò, Atellam, Sueſſulam, Acerram, Veſuvium montem, Nolam, Pompejos. In tertia littorales urbes vigebant, Stabiæ, C Surrentum, Minervæ promontorium, & mediterraneæ, Salernum, & Nuceria. Apud Strabonem maritima Campaniæ ura, quæ ad Meridiem vergit in duos ſinus diviſa eſt. A Sinueſſa verſus reliquam maris oram ſinus eſt uſque ad Miſenum juſtæ magnitudinis. Inde alius priore multò major, Craterem nominant, à Miſeno uſque ad Minervæ promontoriis duobus in ſinus morem incluſus. Totidem indè planitiem, quam dicit Samnitum, Oſcorumque, montibus interclusam. Tyrrhenos ibi præterea plurimum viguiſſe, qui duodecim civitates incoluerunt, Capuam, Cumas, Puteolos, Herculanum, Pompejos, Attellam, Calatiam, Caſertam, Caſilinum, Vulturnum, Sidicinum. Tribus conſtare ſinibus ſcribit Volaterranus ad Sinueſſam, ad Miſenum, ad Neapolim. Polybius ſic deſcribit; *Siquidem oram maritimam incolunt Sueſſani, Cumani, Dicarchitæ, Neapolitani, ad extremum Nucerini*. Addidit in mediterraneis a Septentrione Calatinos, & Calenos, ab Oriente & Meridie Daunos, & D Nolanos, in mediis autem campis omnium olim feliciſſimam civitatem Capuam, & dum rerum copiam, fertilitatem, & amœnitatem laudat, non tantum Poetas aſſerit, ſed etiam Deos de iis locis eſſe loquutos. L. Florus dum nihil mollius illo cœlo dicit, nihil uberius ſolo, nihil hoſpitalius mari, ſubdit, Cajetæ portum, Miſenum, & tepentes fontibus Bajas, tum Lucrinum, & Avernum, maris oſtia: Gaurum præterea, Falernum, Maſſicum, pulcherrimum omnium Veſuvium Aetnei ignis imitatorem, urbeſque ad mare, Formias, Cumas, Puteolos, Neapolim, Herculaneum, Pompejos, caputque Capuam, inter tres quondam maximas, addita Roma, & Carthagine numerata. Setinos, Cæcuboſque agros, Falernos, Calenos, Maſſicos, Gauronos, Surrentinoſque montes intercludit Plinius, Laborinos campos, idque voluptatis certamen tenuiſſe ſcribit Oſcos, Græcos, Umbros, Tuſcos, Campanos: Savum fluvium,

A Vulturnum oppidum cum amne, Linternum, Cumas, Miſenum, portum Bajanum, Baulos, Puteolos, Phlegræos campos, Neapolim, agrum Nucerinum, Surrentum cum promontorio Minervæ; colonias Capuam, Aquinum, Sueſſam, Venafrum, Soram, Theanum Sidicinum, Nolam, Oppida, Abellinum, Ariciam, Albam longam, Acerranos, Aliſanos, Atinates, Alatrinates, Anagninos, Atellanos, Aſulanos, Arpinates, Auximates, Avellanos, Alfaternos, tum Stabias à Sylla deletas, Tauraniam, quæ in agro quoque Campano interdicit, & morientis Caſilini reliquias. Adjecit Capaccius Inſulas Capreas, Aenariam, Prochitam, Pandatariam, Neſidem, Euplaeam, Megarim. Cæterùm gens Campaniæ cupidiſſima laudis, eximièque fortis, ac præ cæteris Regni mortalibus in cultu, victuque, pietate, ſapientiæque ſtudiis & omnis humanitatis, atque elegantiæ gloria inſignis eſt, Floruit priſcis temporibus ante Romanum Imperium, ac deinceps eo florente protu- B lit viros in omnibus ſæculis egregia virtute præditos; Græcorum *a* deinceps, Normannorum, Suevorum, Gallorum ſenſit dominium: hoc tempore Hiſpanorum Regum ſequitur arbitrium, Prorege ejuſdem Monarchæ toti Regno Neapoli jura, legeſque ſcribente. His de Campaniæ feliciſſimæ amœnitate, urbium numero, hominumque ingenio delibatis, ſed compendioſè, ſiquidem habuit illa multos, & illuſtres ſcriptores, Antonium Sanfelicium, Capaccium & Camillum Peregrinum, alioſque eruditos viros. Jam quinam in Campaniæ exordio Chriſti fidem diſſeminarint, pauca expediam. Chriſtianam in Campaniæ plaga religionem ab Apoſtolicis inde temporibus conditam conſtat: ſiquidem Petrus Apoſtolorum princeps, & vas electionis Paulus primi Evangelii lucem in hanc terram intulerunt, & S. Aſprenem ad fidem converſum Petrus Neapoli; Paulus verò S. Patrobam ſuæ peregrinationis ſocium Puteolis ordinaverunt Epiſcopos. Priſcus Capuæ, Marcus Atinæ, vel ab ipſis C Apoſtolis, vel ab eorum diſcipulis conſtituti ſunt Epiſcopi, quod in cæteris Campaniæ civitatibus factum fuiſſe probabile eſt. Ab ipſis Apoſtolicis temporibus ad Imperium Magni Conſtantini per annos ferè 300. Epiſcopalium Sedium diſtinctionem nullam planè habemus, quod non ſolum Campaniæ, ſed aliis etiam Eccleſiis perſecutionum tempore contigiſſe conſtat: nam difficillimis illis Eccleſiæ temporibus cum Epiſcopi liberam Eccleſiarum adminiſtrationem non haberent, Eccleſiaſticæ juriſdictionis limites ac fines certos præſcribere non licebat, aut poſitos, & conſtitutos, ritè ſervare per Præſides ipſis non licebat, ſicque ſancti illi Epiſcopi non tam dignitatis & juriſdictionis ſuæ memores, aut tuendis limitibus addicti, quàm communis animarum omnium ſalutis ſolliciti, & charitati, quæ nullos fines agnoſcit, anhelantes, ex alia in aliam civitatem, prout illos urgebat neceſſitas, commigrabant, ut ubicumque fidelibus omnia boni paſtoris officia rependerent. Pace deinde Eccleſiæ red- D dita, diœceſum diſtinctione per Romanos Pontifices ſtabilita, quiſque ſuam agnovit Eccleſiam, inſtituitque eccleſiaſticis diſciplinis, ſemel plantatam in Campania fidem, multo Sanctorum Martyrum ſanguine purpuratam, (quod vel uno Nolano cœmeterio abundè comprobatur) confirmarunt Campani. Nec minus ſecundis, quàm adverſis deindè temporibus avita religio conſtantiſſimè ſervata: neque enim Gothorum, Græcorumque temporibus Ariana hæreſis, nec ſub Sarracenis Mahumetana *b*, inſitam populi religionem evulſit, quin potius in hoc regno Campani impio eorum abrogato ritu, Orthodoxam Romanam retinuere fidem. Illud quoque laudatiſſimum eſt Campanis in Apoſtolicam Sedem pietatis argumentum, quod ſe, ac ditiones ſuas Summo Pontifici vectigales ultro fecerunt. Epiſcopales verò ſedes Campaniæ vetuſtiſſimis temporibus eidem Summo Pontifici omnes immediatè parebant; aliquando Patriarchæ Conſtantinopoli-

a Quoad Græcos conſule Franciſci de Petris in hiſt. Neapol. l. 1 c. 5.

b Non mirum, quia nunquam liberum jugo preſſo fuit, ut apud laudatum de Petris, & alios Neapol. hiſtor.

tano

tano aliquæ ſubjectæ fuerunt, cujuscum tyrannicam auctoritatem excuſſiſſent, tandem ad Romanam Sedem redierunt, à qua tres ex iis, Neapolitana ſcilicet, Capuana, & Surrentina ad Metropoliticam dignitatem fuerunt evectæ, & tunc ſuffraganeorum Epiſcoporum ordinatio talis facta eſt. Neapolitana ſubjectos habuit Acceranum, Iſcianum, Nolanum, Puteolanum, & Cumarum Epiſcopos: Capuana hos accepit ſibi ſubditos Preſules, Atinenſem, Aeſernienſem, Cajacenſem, Calvenſem, Carinolenſem, Caſertanum, Sveſſanum, Theanenſem, & Venafrinum: Surrentina verò Aquenſem, ſeu Vicoaquenſem, Lubrenſem, ſeu Maſſæ Lubrenſis, Stabienſem, ſeu Caſtelli maris. Cæteri verò Epiſcopatus Campaniæ juſſi ſunt ſub Romana Sede immediatè ſubſiſtere, de quibus in primo noſtro tomo abundè locuti ſumus, non tanquam qui in Latio ſiti eſſent, ſed tanquam de iis, qui ad unam Romanam Provinciam viderentur ſpectare, uniuſque Romani Pontificis immediatè ſubeſſe arbitrio. Fuerunt præterea antiquitus alii Epiſcopatus in Campania, qui jamdiu interiere; Atinæ nempè, vulgò *Atino*. Plures hujus Epiſcopi numerantur in Martyrologio Romano, ac inter eos *Marcus* à S. Petro ordinatus, & *Fulgentius* ſucceſſor Marci, martyrque ſub Diocletiano, cujus ſucceſſores infra enarrabimus. Atellæ Ptol. lib. 3. c. 1. vulgò *S. Arpino*. Ex ejus Epiſcopis *Primus* ſubſcripſit Concilio Romano ſub Hilario, *Felix* tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho, & *Importunus* legitur apud D. Gregorium Magnum epiſtola 53. lib. 7. Indict. 2. Caſſinæ M. Varroni lib. 6. de lingua Latina, *Caſſino* dicitur vulgò. Sede Epiſcopali ornatum fuiſſe locum hunc docet Romanum Concilium ſub Hilario, cui ſubſcripſit *Caprarius*, & *Severus* Romano ſub Felice. Cumæ Ptol. lib. 3. c. 1. vulgò *Cuma*, ex ejus Epiſcopis Adeodatus ſubſcri-

A pſit Concilio Romano ſub Hilario, & Miſenas Romano primo ſub Symmacho. De hujus Eccleſiæ Epiſcopis infra. Formiæ, Diodorus lib. 4. nunc *Nola*, ex cujus Epiſcopis *Martinianus* ſubſcripſit Concilio Romano ſub Felice, & Adeodatus primæ Synodo Romanæ ſub Symmacho. Minturnæ, Strabo lib. 5. vulgò *la Scaffa del Garigliano*, teſte Sanfelicio, *Ruſticus* Minturnenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano primo ſub Symmacho. Miſeni, Virgil. 9. Æneid. vulgo *Miſeno*, *Concordius* hujus Epiſcopus ſubſcripſit tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho. Hormiſdas Papa ſcripſit epiſtolam 9. ad *Peregrinum* Epiſcopum Miſeni. Sinueſſæ, ubi anno Chriſti 303. Concilium coactum eſt trecentorum Epiſcoporum: cujus acta interiere. Sinueſſæ memorantur Epiſcopi, Martyreſque Caſtus, & Secundinus. Caſti acta quædam Cajetana ſervat Eccleſia. Secundini autem geſta omnia, & tempus, quo floruit, genuſque necis ob ſcriptorum penuriam ignorantur. Vulturni, Livius lib. 25. vulgo *Caſtel*
B *di Botorno*, Paſchaſius Vulturni Epiſcopus ſubſcripſit primæ Synodo Romanæ ſub Symmacho. Cæterum cum Capua olim Campaniæ caput antiquitate cæteris metropolitanis Campaniæ Eccleſiis, Baronio teſte, antecellere videatur, primo hic in loco à nobis deſcribenda foret, ſed cum urbs, olim pulcherrima, florentiſſimaque, ut Capaccius ſcribit, humanarum rerum viciſſitudinem præſeferens ſuæ ipſius nobilitatis ceſſerit Neapolitanæ urbi amplitudinem, conſulto à Neapoli, non ſolum nunc Campaniæ, verum etiam totius regni metropoli, ac principe, hanc noſtram decimam tertiam Provinciam, more noſtro auſpicabimur, deinde de Capuana, Surrentinaque Eccleſiis, illarumque ſuffraganeis inſtituemus narrationem, & qua pietate, qua religione, floruerint olim que & ſemper Campani, hauriet prudens lector.

NEAPOLIS METROPOLIS,

Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopatus
(Cumanus, nunc cum ipſa Metropoli unitus,
(Acerranus,
(Iſclanus,
(Nolanus,
(Puteolanus.

NEAPOLIS caput urbium Campaniæ, ac Regni totius Metropolis, una eſt ex primariis Italiæ urbibus, ſive antiquitatem, nobilitatemquo ſuam, ſive amœnitatem, pulchritudinem, frequentiamque, ſive civilem gentis cultum & humanitatem ſpectes; ſita enim eſt loco amœniſſimo, nullius rei idoneæ egens, armis, mercibus, viriſque opulenta, latiſſima ejus cœli ſolique facies, hyems egelida, æſtas temperata flatibus maris, tanta rerum copia, civium, ædificiorumque elegantia, ut patriæ oblivionem advenis inducere opinio ſit. Quales Elyſios campos beatorum ſedes antiquitas finxit, talis terræ, urbiſque facies Neapolis cœlo data eſt, ut non immeritò Paradiſus Italiæ, naturæque miraculum dici poſſit; tantæque celebritatis, ut non Regno ſolum, ſed Regibus etiam titulum dederit. Lunam corniculatam refert, ſpatium amplectitur magnum inter mare, colliumque amœniſſimorum radices; ad Septentrionem, & Orientem magnificè ædificata, è cujus portu Miſenus, Minervæque promontoria, celebreſque antiquitus inſulæ Capreæ, Iſchia, & Prochitæ ſereno cœlo conſpicuæ ſunt. Parva *a* quidem ſuis initiis, in dies opibus aucta, & ædificiis, muriſque fortiſſimis, propugnaculis, caſtelliſque præſertim munita inexpugnabilis eſt. Circuitus olim ejus trium, nunc prolato pomœrio, quinque *b* milliarium. Nunc quidem temporis civium, & incolarum nobilitate, magnificentiaque non minus, quàm ſtructuræ ſumptibus, atque ædificiorum omnis generis ſplendore celebris. Fidelium intra mœnia & in ſuburbiis degentium animæ cenſebantur ſuper quingenta millia *c*. Cœlum nullum eſt mollius, aut clementius in Italia, bis floribus annuè vernat, ager undecunque fertiliſſimus, & varietate nobilium fructuum, fontium, aquarumque ſalubrium copia, necnon naturæ multiplicibus miraculis abundans. Quæ tam præclaræ dotes in cauſa fuere, ut ſemper hæc civitas ab Imperatoribus, Regibus, Principibuſque maximis, atque etiam nobilibus ingeniis frequentata fuerit; quemadmodum & noſtra hac ætate multi reguli, illuſtres atque potentes viri ſua ibidem habeant magnifica palatia, & ſplendidas ædes, in quibus plerumque anni majorem partem degant. Quis Neapolim ædificaverit, non una eſt auctorum ſententia. Maximè omnium, ut Antonius Caracciolus ſcribit, probabilis, ac celebris eſt à Chalcidenſibus Attica ortis, Cumaniſque fuiſſe conditam; nimirum ab iis ipſis, qui profecti Chalcide Euboeæ Inſulæ urbe primaria, Cumas Campaniæ primi condiderunt, atque inhabitarunt. In hanc conveniunt Livius lib. 8. Vellejus lib. 1. Plinius lib. 3. cap. 5. Strabo lib. 5. de Urbibus, & Dionyſius lib. 5. Silv. Plinius quidem brevi compendio id narrat egregiè his verbis. *Littore autem Neapolis Calcidenſium, & ipſa Parthenopes à tumulo Sirenis appellata.* Hoc autem ideo dicit, quòd Calcidenſes, qui Cumas condiderunt, cum eo loco, ubi nunc Neapolis eſt, Parthenopes ſepulchrum reperiſſent, nomen ejus urbi indiderunt. Sed Cumani, poſtquam ob loci ubertatem, atque amœnitatem majuſque commodum frequentari civitas cœpit, veriti, ne Cumæ desererentur, diruendi Parthenopem conſilium iniere. Quo facto mox immani peſtilentia vexati, oraculo, ut ferunt, admoniti, urbem reſtituerunt, eamque Neapolim, hoc eſt, novam urbem vocavere. Sunt de ejus ædificatione aliorum ſenten-

a De ejus initiis vide contrarium aſſerentem de Petris hiſt. Neap. l. 1. c. 3 & c. 6 & Sigiſmundum Sicolam in vita S. Aſpreni par. 2. obſerv. 3. fol. 39. & 44.

b Decem milliariū.

c Nunc 600. millia excedunt.

tiæ,

tiæ, (1) quaa refert Capaccius lib. 1. Neap. hiſt. Omnium tamen una eſt opinio, antiquiſſimam eſſe, & ante Romana tempora celebrem inter præcipuas urbes Græcas Italiæ floruiſſe Pythagorica Philoſophia; *in hac enim*, ut Strabo auctor eſt, *ſtudiorum cauſa juventus, aut ætate confecti ſeniores, quietis & otii cauſa pleramque ſecedere ab urbe Roma ſoleat*. Quemadmodum & Silius Italicus de eadem cecinit dicens, eſſe

Nunc molles urbi ritus, atque hoſpita Muſis
Otia, & exemptam caris gravioribus ævum.

Conſtat Titum Livium Patavinum Hiſtoricum, Q. Horatium Flaccum, Statium Papinium, Claudium Claudianum poetas celebres, Annæum Senecam Philoſophum, alioſque innumeros, qui ingenio, ſcriptiſque ſuis præclaris nomen ſibi pepererunt immortale, ſæpiùs ſtudiorum cauſa ſeceſſiſſe. P. Virgilium Maronem Neapoli diu ſuaviſſimè vixiſſe, atque Georgicorum libros ibidem compoſuiſſe legimus: & cum Brundusij moreretur, corpus ſuum eò transferri, ac ſepeliri voluiſſe, ut & veterum poetarum plura teſtimonia ſuffragantur. Servius commentator illius, altero lapide à Neapoli via Puteolana prope fauces perfoſſæ per Pauſilipum cryptæ monumentum ejus fuiſſe ſcribit. Locum nunc oſtendunt accolæ. Cæterum creſcente per Italiam Imperio Romano, quod ſe facilius ſubmiſiſſet ea civitas, cum Campania ſubigeretur, inter liberas, atque ſęderatas eſt recepta: quæ deinceps in amicitia fideque Populi Romani conſtanter permanſit, ut Livius aliique plures teſtantur. Quin etiam afflictis Annibalico bello rebus contra Capuam vicinam, & alias perfidas urbes, illa Romanis adhærere non ſolum non dubitavit; verùm etiam legatos Romam mittere, & patenas aureas quadraginta pondo, ut idem Livius pulchrè memorat: immo vires, opes, & quicquid a majoribus theſauri relictum, ad Imperij, urbiſque Romæ ſubſidium in Curia Senatui liberaliter & ingenuè præſentare voluit. Quibus cum actæ ſunt gratiæ pro munificentia, curaque, atque una duntaxat patera, quæ minimi ponderis fuit, accepta eſt. Itaque propter fidem ſingulorum, atque perpetuam inter civitates Italiæ liberas, & fœderatas Neapolis amiciſſimè ſemper eſt habita, cultaque tam Conſulum, quàm Imperatorum temporibus. Quæ Capua oppreſſa, atque Præfecturæ jugo gravata plurimum incrementi cepit, feliciterque diutiſſimè fidei ſuæ fructu gaviſa eſt. Neapolitanos itaque in fide & amicitia populi Romani, & Imperatorum conſtantiſſimè quandiù licuit manſiſſe oſtendunt idem Livius, Blondus, Sabellicus, & Collenuccius. Coloniam eò deductam vetuſta loquuntur epigrammata apud Panvinium. Municipium fuit (2), ſed ſuis legibus, & magiſtratibus utens, nunquam tamen Romana Præfectura. Inclinante verò Imperij Romani majeſtate, Vrbs primum à Gothis ſubacta, & à Belliſario occupata fuit; poſtea à Longobardis: hiſque pulſis, ſub Græcorum, & Sarracenorum fuit poteſtate *a*, inde aliquandiu in libertatem aſſerta, Tribunis, Ducibuſque adminiſtrationem ſui conceſſit uſque ad Normannorum in Italiam adventum, qui Regno potiti ſunt, ex quibus alij ſucceſſerunt, qui nati Reges, & Principes ejus dominium arripuerunt. Igitur Neapolis Athenienſium Republica, Romanorum municipio, & Colonia, Orientalium Græcorum Imperio; Normannorum, Svevorum, Germanorum, Gallorum, Hiſpanorum Regum corona illuſtris, non tantùm Campaniæ Metropolis facta eſt, ſed Regina Campanis, Picentinis, Hirpinis, Lucanis, Brutiis, Calabris, Salentinis, Peucetiis, Samnitibus, Veſtinis, Ferentanis, Dauniis, inter ta. lacus 148. flumina, 1981. oppidis decorata maxima cum felicitate dominatur. Extant Neapoli antiquorum ædificiorum priſcæ reliquiæ plures, Epitaphia, ſtatuæ, cippi, columnæ, aræ, marmora ſculpturis artificioſis pretioſa. Ager ſuburbicarius, vicinique colles amœniſſimi ſunt & jucundiſſimi, frumenti, vini, venarum, fructuum, herbarum, florum, rerumque omnium ad hominum, animaliumque neceſſitatem, voluptatem, delitias facientium feraciſſimi. In agro circumquaque fertili, præſertim littoreo videre eſt ſtupenda Principum, nobiliumque Prætoria. Ædes hæc Vrbs, cum Divorum, tum hominum habet ornatiſſimas, arces invictiſſimas. Ædes ſacras diffusè deſcribit Cæſar Engenius. Academiam habet Neapolis ab Federico II. Imp. Inſtitutam (3), ad quam ſtudioſorum ex toto Regno magnus fit concurſus: Imperator, cum inſtitueret, ut florentiſſimam redderet, decreviſſe legitur non ſolum, ne quis extra Regnum illud ſtudiorum cauſa proficiſceretur, ſed etiam, ne in trivialibus Regni ſcholis majores diſciplinæ traderentur. Reſtaurarunt eam Reges Robertus ſapientiſſimus, & centum poſt annis nonnihil per bella collapſam Alphonſus Aragonus. Incredibile ſanè eſt, quantus Nobilium familiarum præter majorum gentium ſit in hac urbe numerus. Quum enim tota in ſuas Curias, vel Baſilicas (quæ *Seggi* vulgo quoque Principes, Duces, Marchiones, omneique reliqui ordines ad conſultandum de rebus publicis conveniunt) ſit diſtributa, ſingulis ſua adcenſetur Nobilitas. Eam *refert* Mazzella & Ammiratus, atque de origine & fundatione Sedilium Neapol. nuper antiquarum patriæ rerum omnium eruditus perſcrutator Camillus Tutinus luculentum commentarium emiſit in lucem, de origine omnium tribunalium Nicolaus Topius Theatinus ſcripſit, ediditque lib. 4. & Petrus Vincenti de Regni Prothonotariis. (*„ ac etiam de Admiratis, imo & de „ omnibus ſupremis regni muneribus, quæ cum nu- „ mero ſeptem ſint, ſeptem Officia communiter au- „ diunt: quamquam non omnes hi tractatus Typis „ poſtea excuſi ſint.*) Ipſam Vrbem delineant Joannes Pontanus lib. Hiſt. 6. & alij. De hujus Vrbis ædificatione, deliciis, nomenclatura, de vario Neapolitanorum reipublicæ ſtatu, de Græcis, Latiniſque Magiſtratibus, Collegiis, de Ducibus Neapolitanis, qui Græcorum Imperatorum ætate floruerunt, de Neapolitanorum antiqua religione, ludis, de Thermis, Theatro, cujus adhuc ruinæ viſuntur; de Gymnaſiis, antiquis bellis, lapidibus, monumentis, quæ extant, de adjacentiis, & ubique delitiis, aliiſque rebus hujus Vrbis ſcitu digniſſimis egregiè, ac luculentiſſimè ſcripſit doctus Julius Cæſar Cappacius: de quibus etiam Antonius Summontes, & compendiariè Leander, Scottus, Hand. Merula, Cluerius, aliique viri clariſſimi *b* ſcripſere. Ortu hanc Vrbem ſuo nobilitarunt Vrba-

a Id falſum omnino. Conſule de Patris in Hiſt. Neapol. l. 1. c. 5.

b Inter quos Franciſcus de Petris.

(1) Vide Jo: Baptiſtam Maſculum Soc. Jeſu in faſtis veteris teſtamenti, qui illam fundatam probat regnante Salomone, cui favet opinioni Camillus de Quinctiis ejuſdem Societatis vir nedum amœnioribus litteris, ſed ſeverioribus clariſſimus diſciplinis in oratione in ſolemni ſtudiorum inſtauratione habita Neapoli an. 1711. & propriè fol. 16. & 17. Thomas de Roſa, non minus genere, quam omnigena doctrina conſpicuus in ſuo libello, cui titulus: *Ragguagli iſtorici dell'Origine di Napoli*, eruditiſſimè probat ab Hercule Egyptio ædificatam fuiſſe.

(2) Falſum hoc quidem, ſi rigorose accipiatur, ſiquidem Neapolis utpote Reſpublica libera nec Colonia, nec Municipium Romanorum fuit, ut id clarè Polybius; honoris ergo ſolummodo id obtinuit, quod ſuæ libertati nullimodè officiebat, in quo ſanè legendæ ſunt marmoreæ inſcriptiones apud Panvinium, & alios, in quibus fit mentio Coloniæ, Municipii, Patroni, ſeu Decurionum. Petrus Laſena in Gymnaſio Neapolit. c. 4. fol. 69. citatque ibi Fabium Jordanum. Freccia de Subfeudis l. 1. c. ult. n. 24. fol. 404. Franciſcus de Patris in hiſt. Neapol. l. 1. c. 5. Celanus in opere, cui titulus: *Notizie del bello, dell'antico, del curioſo di Napoli* giorn. 3. fol. 100. Imò adeò libera erat Neapolis, ut ipſi Romani aliquo reatu graves ne debitas pœnas ſolverent, ad Neapolim tanquam tutiſſimum aſylum confugiebant. Polyb. Liv. Dec. 1. l. 8. & Dec. 4. l. 3. & 6. Antonius Caracciolus de ſacris Eccleſ. Neapol. monumentis c. 6. fol. 109. ad 111. ubi etiam probat non ſolum non fuiſſe Coloniam Romanorum, ſed & ipſam ſibi miſiſſe, ac fuiſſe Coloniæ. Sigiſmundus Sicola in vita S. Aſprenii par. 1. obſerv. 1. f. 12. Thomas de Roſa nel Ragguaglio 3. f. 71. atque inde fuit, ut benè notat de Patris c. 5. f. 39. quod Neapoli nunquam ſparſus fuerit ſanguis martyrum, quia cum eſſet Reſpublica libera, nulliſque Principibus idololatris morem gerens poſt Chriſtum natum, non permiſit in ſua ditione talem lanienam. Laudatus Sicola par. 1. Obſerv. 14. f. 289. ad 191.

(3) Id etiam falſum. Nam Fridericus Academiam Neapoli non inſtituit; erat quippe cum urbe nata, ſed tantum legibus munivit. Id probat Epigraphe ſuper illius famoſiſſimo gymnaſio; de Petris l. 1. c. 6. de Roſa Ragguaglio 2. de Quinctiis in præcitata oratione, Laſena in ſuo Neapol. Gymn. c. ult. f. 177. vult, quod Neapolis fuerit prius Gymnaſium quam urbs, imò ut vult de Roſa ibid. fol. 51. & 57. ipſa urbs Neapolis dicta fuit Gymnaſium.

banus VI. Bonifacius IX. Joannes XXIII. & Paulus IV. Pontifices Maximi (1), & innumeri alij ſago, & toga illuſtres Heroes. Fuit etiam Neapolitanus Statius Papinius Poeta, item Sannazarius Virgilij æmulus, cujus domus viſitur haud procul à Pauſylipo, qui ex teſtamento in Cœnobium vertit, Templumque B. Virgini dicatum. Eſt ibi ejus ſepulchrum marmoreum cum Petri Bembi Card. Epigrammate. A

Cæterùm Chriſtiana fides, ſedeſque Neapolitana, ſi qua alia in Italia, antiquiſsima eſt, atque clariſsima: vix enim poſt annum decimum, quo Chriſtus Dominus ſubacta morte in cœlum victor aſcendit, Petrus Apoſtolorum Princeps, lucem Evangelij Neapolitanis annunciavit, & Aſprenem virum illuſtrem, una cum Candida ſeniore fœmina ſanctiſsima, aliiſque, ſacro lavacro regeneratum, primum ejus Urbis ordinavit Epiſcopum ſalutis anno 44. eoque in loco, ubi nunc Beati Petri Templum eſt, quod hodie Sancti Petri ad Aram appellant, Miſſæ ſacrificium celebravit, ut conſtans traditio eſt, monumentiſque vetuſtis confirmata (2). B Paulus deinde electionis vas, anno Domini 59. cum Puteolis appuliſſet, Neapolim inviſit, ubi cum tribus fidiſsimis ſociis Luca Evangeliſta, Ariſtarcho, Tychico, & pleriſque aliis alumnis comitatus, Evangelij prædicatione uberes fructus tulit, Neapolitanoſq; à B. Petro, & Aſprene converſos confirmavit in fide. Extant, nec incerta de hac re, etiamnum monumenta, plurimorumque auctorum comprobata ſententia, inter quos noviſſimus Lorinus in Act. Apoſt. *Tradunt*, inquit, *Neapolitani, nec hujus rei veſtigia obſcura demonſtrant, ad eos etiam Paulum in tranſitu divertiſſe. Probabile id eſt, ob vicinitatem, & quia Romam Puteolis vendeas, modicè illuc defluxiſſe.* Præterea ad Neapolitanos Paulum acceſſiſſe, ait Antonius Caracciolus, illudque eo evidentius probat, quod ſolemne fuerit Neapolitanis urgente aliqua calamitate, Petrum, & Paulum veluti ſuos tutelares Divos præcipua veneratione, fideque publica invocare. C De Petri, Paulique Neapolim adventu, deque fide ab iis fundata, conſtabilitaque in hac ipſa Urbe, ubertim diſſerit & eruditiſſimè idem doctus Caracciolus cap. 3. & 4. de ſacris Eccleſiæ Neapolitanæ monumentis; Cum quo libet hic divina iſta Empyrei ſydera, quæ Neapolitanis oris fauſto jubare illuxerunt, brevi, ſed nitido Matthæi Cariophyli Archiepiſcopi Iconenſis, eruditiſſimi certè viri eleganti carmine celebrare.

Sole brumalem repetente metam,
Et renaſcentem generante lucem
Lucis aductor, Petens en Eois
Appulit oris.
Rurſus æſtivam repetente metam,
Lucis & plenum jaculante robur,
Affuit lucis ſator, ille cœlos
Qui penetravit.
Principes Terræ, fidei Parentes
Gentium ſacris ſpoliis onuſti
Dum petunt Urbem, petiere primam
Parthenopæam. D
Primus hic Petrus dedit incruentum
Munus: Aſprenum dedit & ſacrorum
Præſulem, ſancto comitante cœtu
Diſcipulorum.
Cepit hinc primum populis ſalutem
Italis Paulus reſonare Jeſum,
Perque Campanos ſpargere novales
Semina Verbi.
Gnata ſic matrem præit ante nata,
Roma poſt illam, fidei quod altrix
Una Syrenas ferat, ut ſalubres
Parthenopæa.

Poſt Sanctos Apoſtolos Chriſti fidem plurimum iteratis conatibus Neapoli extulerunt eorum invictiſſimi alumni, in quibus eluxerunt Aſprenus, ejuſque ſucceſſores ſanctiſsimi Præſules Epithamitus, Agrippinus, Euſtatius, Euphebius, & Marcianus, S. Potitus, qui adhuc puellus ex Sardica vetuſta civitate Neapolim advectus, pluribus infidelibus converſis, rem Chriſtianam mirificè adauxit, ac ſub ſæviſsima Neronis perſecutione apud Aſculum Apuliæ palmam ſumpſit martyrij. Servat Neapolis ejuſdem martyris brachium in aede ejus nomini dicata. Nec parum incrementi accepit à Fauſtino & Jovita Brixianis fratribus, qui, teſte Adone, Neapoli multa & varia tormenta perpeſsi, vincti poſtea, ac delati in Mediolanenſi agro glorioſum martyrium conſummarunt. Chriſtianam etiam pietatem Neapoli fovit adauxitque ſua præſentia, ut Galeſinus ex Simeone Metaphraſte tradit, inclytus martyr Ignatius, cum illac pertranſiret, Romam ex Antiochia trahendus ad pœnas pro Chriſto ſuſtinendas anno Chriſti 109. Juſtinum quoque Philoſophum & martyrem Neapolim inviſiſſe tradunt. Marianus & Ruſus Neapolitani martyres in vetuſtis Eccleſiæ Neapolitanæ Litaniis, & Kalendariis leguntur, quorum tamen Acta nunquam comparuerunt; quanquam S. Mariano Eccleſia antiquitus dedicata extiterit, nunc diruta. Nec defuerunt innumeri alij fidei Chriſtianæ eximij cultores, quos inter longè clariſsimus fuit martyr egregius Sanctus Januarius Neapoli natus è gente (ut fertur) Januaria, Epiſcopus Beneventanus, qui ſuo ſanguine patriam, Eccleſiamque ſuam mirificè illuſtravit: fortaſſe plures alij Neapolitani pro Chriſto paſſi recenſeri poſſent, niſi frequens ſcripturarum veterum naufragium, non modò Neapoli, verùm etiam toti Campaniæ interceſsiſſet, quod ſuorum Martyrum notitiam abſtulit. Deplorat non ſemel Caracciolus hanc priſcorum monumentorum jacturam, quæ Neapolitanam urbem tot, tantiſque adumbravit ornamentis. Verùm reddita per Conſtantinum Magnum Eccleſiæ pace, ſolidioris ſtudio pietatis Neapolis, quamvis exigua *a* civitas, cæteras Campaniæ æquavit, tunc paſsim cœpit ſuæ diœceſis protrahere fines, opes adaugere, templa, cœnobiaque ædificare, ac florentibus ſanctis Præſulibus Romanam, Orthodoxamque fidem ubique & ſemper illibatam ſervare. Primus autem, qui Neapolim, teſte Caracciolo, regiis, atque adeo magnificis augere ædificiis cœperit, fuit è Normannorum Dynaſtis Rex Guglielmus II. re & cognomine Bonus. Is quippe extructis in Inſula Salvatoris, & ad Capuanam portam regiis arcibus, atque intra civitatis mœnia D. Auguſtini ſublimi templo, à Carolo II. poſtmodum aucto, ſucceſſoribus quaſi protenſo digito demonſtravit, qua via ad veræ magnificentiæ laudem, gloriamque pertendere deberent. Et verò Reges Galli, qui ſucceſsere Normannis, iiſdem exemplis egregiè inſtituerunt; quippe qui & Carthuſienſibus Beati Martini Epiſcopi, & Prædicatoribus Divorum Dominici & Petri Martyris, & S. Franciſci Sodalibus, Divi Laurentij, & Carmelitis Fratribus Deiparæ Virginis Templa ædificarunt, atque, ut alia complura ſacra ædificia ab iiſdem excitata prætercam, Carolus I. & II. toti Urbi, ampliſſimoque Clero Archiepiſcopalem Baſilicam præcelſa, & ampla mole ſpectandam extruxerunt. Coluit antiquitus, ut Patronos S. Januarium ſuum inclytum Martyrum, Divumque Agrippinum Epiſcopum, quibus dicavit Eccleſias, atque Cœnobia. Aſprenem deinde primum Antiſti-tem

a Non exiguus.

(1) Et noviſſimè Antonius Pignatellus, deinde Innocentius XII. appellatus. Sed non fuerunt Neapolitani Pontifices numero quatuor, vel quinque, ſed fortaſſe decem, ut oſtendet quamprimùm Ignatius Maria C[illegible] vir non minus genere, quàm pietatis laude, omnique litterarum peritia præclarus in hiſtoria, quam parat ſummorum Pontificum, & Cardinalium Regni Neapolitani.
(2) In D. Petri ad Aram legitur hæc Epigraphe: *Siſte Fidelis, & priuſquam templum ingrediaris Petrum ſacrificantem venerare; hic enim primò nos Roma filios per Evangelium genuit, panemque illoſ[illegible] elicuit.* Item in alio lapide ſequens diſtichon: *Quod primò et Latio Chriſto pia colla ſubegit Parthenope, hic Petri præſtitit ara fidem.* Reliqua vide apud Eugenium in ſua Neapoli ſacra ad D. Petri aram f. 419. Petrum de Stephano in locis ſacris Neapoli. Laurentium Schraderum in monumentis Italiæ, & alios de Neapoli Chriſtiana tractantes.

A tem tertio loco inter Divos tutelares repoſuit, addidit poſtea Sanctos Epiſcopos Euphebium, Severum, & Athanaſium cum Agnello Abbate ſanctiſſimo, ac ſancta Patritia. Sanctus quoque Thomas Aquinas, Angelicus Doctor, Eccleſiæ jubar, Orbis fulgentiſſimum ſidus, Patriæ decus & ornamentum, jure merito inter hujus urbis Patronos octavum ſibi locum vindicavit: iis additi ſunt noſtro hoc ſæculo B. Andreas Avellinus Clericus Regularis, atque S. Franciſcus de Paula Minimorum Parens, quorum patrocinio Neapolitana Eccleſia, atque urbs ad miraculum crevit (1). Dives eſt Sanctorum lipſanis, templis, ſacellis, cœnobiiſque nobilitata, Regum, Pontificum, ac Principum privilegiis decorata, adeo ut totius regni primatum antiquiſsimo jure ſibi vindicarit. Infiniti propemodum operis eſſet, ſi nobiliora tẽpla, oratoria Cœnobia, adamuſſim deſcribere velimus, cum propemodum innumera ſint, quæ à Regibus, viriſque clariſſimis eximia munificentia condita fuerunt. Sola Virgo

Nunc hujus urbis templo recenitum ab Ughello numerum mirè excreverunt.

B Deipara, præcipua Neapolitanorum Advocata, non uno tantùm, ſed viginti circiter ſupra centum, quà templis, quà ſacellis magna veneratione Neapoli colitur. Alias itidem Eccleſias ducentas ferè numerare potes, Dei Optimi Maximi, Divorumque diverſorum nominibus appellatas, virorum Cœnobia ſupra centum, Sanctimonialium viginti octo, Clericorum Seminaria ſex, Piæ Domus mulierum 21. Xenodochia decem, Laicorum fraternitates ſupra centum recenſentur. Quadraginta *a* Parochiales Eccleſias civitas tota cum annexis ſuburbiis complectitur, quarum miniſtrorum opera ultra quingenta animarum millia curantur. Igitur, ut ſcribit Caracciolus, adeò auctam ſacris ædificiis eſſe Neapolim, ut paucas, & fortaſſe nullam in univerſo Chriſtiano Orbe ſit reperire civitatem, quæ majori Eccleſiarum, Monaſteriorum, ædiumque ſacrarum numero ſit referta. Mirabile eſt opus, Templum Divæ Claræ cum Parthenone peramplo à Sancia Hiſpana Roberti Regis conjuge factum, in

a Nunc 41.

C eo multa conſpiciuntur ſepulchra Regum, Reginarum, regiorum liberorum ex illuſtri *Darrechina b* progenie. Vetuſtiſſimum eſt S. Pauli olim Caſtoris, & Pollucis Delubrum. Inſigne S. Dominici fanum, ubi Regum quorundam, Principum, aliorumque virorum illuſtrium oſſa ſervantur: ſicuti Oliveti Montis aliis ſacris delubris Principum, Heroumque ſpectantur pulcherrima monumenta. Celebre Xenodochium extat Templo D. Annunciatæ junctum, magnitudine & ſtructura ampli oppidi inſtar, in quo ſupra duo pauperum millia omnis generis orphani, expoſititij, ægroti, ſenes, debiles aluntur, victitantque *c*. Sed omnium ſtructura, ornatu, titulo & dignitate præſtantiſſima eſt Metropolitana Baſilica Mariæ Virginis Cœlo Aſſumptæ dicata, quam, quod ſedes Epiſcopi ſit (vulgus) Græco propemodum vocabulo appellat Epiſcopium. Eam, ut diximus, Carolus I. Rex poſt mille annos ſupra vetuſtam illam S. Reparatæ *d* Eccleſiam, Stephaniam nuncupatam, & à Conſtantino Magno conditam conſtruere cœpit. Carolus II.

b Dyrrachieni.

c Vide Staniſlaum Reſcium Polonum in Epiſt. ſuttrum libro Epiſt. 49.

d S. Reſtitutæ.

D filius ita eam adauxit, ut à pleriſque ejuſdem primus ædificator exiſtimetur. Henricus Minutulus Card. Antiſtes magnificentiſſimus foribus, mirificiſque molibus cumulavit, ſicque ampliata, ornata in antiqui Epiſcopij locum, nomenque ſucceſſit. Oliverius Carafa, Alphonſus Geſualdus, Decluſque ex eadem gente Carafa Cardinales, & ob rerum geſtarum amplitudine piiſſimi Archipræſules, & poſt ipſos Cardd. Octavius Aquaviva, Franciſcus Boncompagnus, & is, qui nunc ſupereſt Aſconius Philamarinus varia, nobilique ſtructione, & ornatu ſacro eximiè condecorarunt. In hac præcla-

A riſſima Baſilica præter quamplurima variorum Divorum oſſicula, undecim integra Sanctorum corpora requieſcunt, Januarij ſcilicet, Agrippini, Acutij, Eutychetis, Maximi Levitæ, Athanaſij, Laurentij, Aſpreni, Reſtitutæ, Joannis Epiſcopi, & Beati Nicolai Heremitæ. In religioſiſſimo, pulcherrimoque D. Januarij Sacrario, Divorum ſacræ reliquiæ plurimæ ſervantur; Caput ipſius Sancti Januarij Epiſcopi Beneventani & martyris; item ſanguis ejuſdem in ampulla cryſtallina conſervatus, ſed ob ſiccitatem durus & concretus: quæ quidem Ampulla cum producitur in altari, & capiti martyris, choro preces concinente, admovetur, ſanguis ille, ſtupendum! liqueſcere, ac muſti recentis in modum incipit ebullire, quemadmodum ab omnibus non ſine magna admiratione quotannis ſpectatur. Alia Neapoli aliis in Eccleſiis Sanctorum corpora requieſcunt. Apud Capuccinos Patres in S. Euphebij Eccleſia tres ſunt Sancti Epiſcopi contumulati, Euphebius, Maximus, &

B Fortunatus. Apud Benedictinos Monachos duo quieſcunt Divi, Soſius & Severinus. Ad Forum vetus in Divi Georgij, Severus Epiſcopus. Apud Sancti Salvatoris Agnellus Abbas: & ut ex Actis antiquæ viſitationis conſtat, ſex alij incerti nominis Divi. Apud virgines ſacras in S. Gaudioſi, ipſe Gaudioſus, & Quodvultdeus Epiſcopi. Item Fortunata virgo, & fratres ejus Carponius, Evariſtus, & Privianus martyres *e*. Mitto alios, maximeque eos, (qui plurimi ſanè ſunt) è veteribus ſepulchris Neapolim advectos. Cæterum ſacris in illa nobili Metropolitana Baſilica operantium & miniſtrantium ingens eſt numerus & dignitas. Ex iis triginta Canonicorum ſe offert ſacrum Collegium; inter hos Primicerius, primus Diaconus, & Cimeliarcha numerantur: quos penès adſunt viginti duo Hebdomadarij Sacerdotes. Præter hos alij diverſorum graduum, atque indutuum adminiſtri. Hos verò Neapolitanæ Eccleſiæ adminiſtros ordinaſſe Coſmam Neapolis Epiſcopum, poſt redditam

e Et 36. alii Martyres, qui cum ipſa Fortunata, ut creditur, lauream glorioſi certaminis adepti ſunt. Vide Sugen Neapol. ſacra fol. 400

C Chriſtiano Orbi pacem, ad exaugendum Baſilicæ Cathedralis ſplendorem, Sylveſtro Pontifice annuente, & magno Conſtantino Imp. procurante primum inſtituiſſe ſcribit Joannes Villanus lib. 1. Hiſt. Neapol. *f* Ex hoc autem honorifico Canonicorum ordine, præter Cimeliarcham, hoc eſt rerum precioſarum cuſtodem, aliquos etiam Presbyteros, atque Diaconos Cardinales nobili titulo fuiſſe olim nuncupatos, ex vetuſtis monumentis, & ſepulchris Canonicorum narrat Caracciolus. Ex hoc præclaro Collegio ingentibus privilegiis cumulato, Epiſcopi, & Archiepiſcopi plurimi *g*, multi S. R. E. Cardinales prodiere, Summi Pontifices tres, nempe Vrbanus VI. Bonifacius IX. & Paulus IV. aſſumpti fuere. Sancta igitur Neapolitana Eccleſia & inſignis venuſtate, & Antiſtitum ſanctitate, ac dignitate, Romanorum Pontificum atque Imperatorum, Regumque, qui in Neapolitano Regno rerum potiti ſunt, donationibus, ac

f Et Chronicon Mſ. quod ſervatur in archivo capituli Neapol. fol. 4.

g Pluſquam 100. ex Celano giorn. 2. f. 64.

D privilegiis, amplitudine & potentia inter clariſſimas, & primarias, non modò Campaniæ, ac totius Regni, ſed totius Italiæ ſedes jure merito cenſeri debet. Verùm hæc ipſa Eccleſia, quæ initia, quæque incrementa Metropolitici culminis habuerit, inter Neapolitanarum rerum ſcriptores non ſatis conſtat. Sunt qui ſcribant, Archiepiſcopalem huic Eccleſiæ dignitatem, vel ante ſaltem Magni Gregorij Pontificatum, vel ab ipſomet Gregorio fuiſſe datam. Nam, inquiunt, Gregorius ipſe apud Gratianum cap. 1. de relig. Domibus, vocat Victorem Neapoli Præſulem *Archiepiſcopum*; Quocirca doctus vir Aubertus Myræus Eccleſ. Polit. lib. 1. cap. 3. aſſerit (utique hujus ad Victorem Epiſtolæ-

(1) Anno 1654. quo hunc tomum in lucem edidit Auctor, erant quatuor illi Neapolitanæ urbis tutelares, quos ipſe prætetiit, nempe S. Dominicus Prædicatorum Ordinis inſtitutor adlectus an. 1640. S. Cajetanus, & Franciſcus Xaverius an. 1619. & cum Regina Sanctorum omnium ſit prima tutela perſimæ urbis, quæ jure merito Mariana civitas dici poteſt, adlecta etiam fuit an. 1615. peculiari titulo ſub illa unica tantæ Dominæ prærogativa immaculatæ Conceptionis ſine labe peccati. Poſtmodum admiſſi & alii, qui nullo habito annorum admiſſionis ratione hic recenſentur, iterum & ipſa B. Virgo ſub titulo ſeptem Dolorum, Divi Michael Archangelus, Joſephus, Jo. Baptiſta, Antonius Abbas, Nicolaus Myrenſis, Blaſius, Gregorius Armenus, Petrus Martyr [illegible], Franciſcus A Siſias, Antonius Luſitanus, Philippus Nerius, Franciſcus Borgia, Maria Ægyptiaca, Candida Junio., Clara Aſſiſias, Tereſia, Maria Magdalena de Pazzis, & alii.

iæ nixus auctoritate) Archiepiſcopatum Neapolitanum à Gregorio Magno fuiſſe inſtitutum. Idque ſatis probabiliter (inquit Carseciolus) ſibi videbatur affirmare poſſe, qui ſciret non multò ante Gregorij Magni ætatem, nempe poſt Longobardorum in Italiam irruptionem, Neapolim Duces habere cœpiſſe: Ducis autem dignitati ſocia quodammodo erat Archiepiſcopi dignitas. Sed hæc ſimul congeſta, etſi valdè faciunt ad Neapolitanæ urbis, Eccleſiæque præſtantiam, atque amplitudinem oſtendendam, nullatenus tamen evincunt, Neapolim ævo S. Gregorij fuiſſe provinciæ Metropolim. Etenim titulus ille Archiepiſcopi, qui apud Gratiani Codicem Victori affigitur, non eſt manu, aut ex ore Gregorij Pontificis; ſed è calamo oſcitantis librarij, diù poſt ſcribentis, procul dubio prodiit(t). Non enim habetur iſte titulus in Gregorij Epiſtolarum Regeſto, noſtra ætate Romæ recognito, & emendatè procuſo. Præterea Duces non neceſſariò inſerebant in Civitates, quarum Duces erant, Metropoliticam dignitatem Eccleſiaſticam. Exemplo ſint Spoletum, Brixia, Tridentum, & Campaniæ propemodum confine, Beneventum. Quæ quidem alioquin præclaræ urbes quanquam Ducatus titulo à Longobardis Principibus cohoneſtatæ fuerint, non eodem tempore factæ ſunt Metropoles, ſed diù poſt. Imò nec Brixia, nec Spoletum, neque Tridentum id honoris & dignitatis hactenus aſſecutæ ſunt. Alij opinati ſunt ex teſtimonio S. Vvalſpurgis Neapolim ſuum habuiſſe Archiepiſcopum anno Chriſti 750. quo illa floruit Gregorio III. Pontifice. Hæc enim in Hodæporio S. Vvillibaldi fratris, apud Caniſium tom. 4. var. lect. tradit eum, cum Hieroſolyma reverſa eſſet, inveniſſe Neapoli Archiepiſcopum. *Navigantes*, inquit, *venerunt ad unam urbem, quæ vocatur Neapolis. Ibi erant Vvillibaldus, ejuſque Comites multos dies. Ibi eſt Sedes Archiepiſcopi, & magna dignitas ejus illic habetur.* Sed cum ſubiiciat hæc verba; *Et indè venit ad urbem Capuam, & ille Archiepiſcopus miſit eum ad aliam urbem*: conſtetque Capuam diù poſt illa tempora ad gradum Metropoleos fuiſſe evectam, hoc eſt à Joanne XIII. anno Domini 968. ut Leo Oſtienſis lib. 2. Chronic. Caſin. cap. 9. & ex eo Baronius tom. 10. Annal. aſſerunt; fatendum omnino eſt, aut librarij vitio Archiepiſcopi vocabulum pro Epiſcopo utrobique fuiſſe ſcriptum: aut B. Vvalſpurgem, utpote in Anglia natam, & rerum Campanarum ignaram exiſtimaſſe & ſcripſiſſe Archiepiſcopos, qui erant Epiſcopi; alioquin hujus dignitatis profectò meminiſſet, & Chronico ſuo id Neapolitanæ Eccleſiæ decus adnotaſſet Joannes Diaconus, longè Vvalſpurge poſterior, ſi Neapolis ſua ætate habuiſſet Archiepiſcopos. Volunt alii Neapolim honorarium titulum Archiepiſcopi habuiſſe à Conſtantinopolitano Patriarcha ex Leonis, cognomento Philoſophi, Græcorum Imperatoris auctoritate, ut liquet ex diſpoſitione ejuſdem Leonis, à Leunclavio edita tom. 2. Juris Græco-Romani, ut Myræus refert, Notit. Epiſc. inter Archiepiſcopos, Patriarchæ Conſtantinopolitano, ea ætate ſubjectos, adnumerari Archiepiſcopum Neapolitanum, & poſt eum Archiepiſcopum Meſſanenſem in Sicilia. Hoc factum confirmat Jo. Diac. in Chron. in Sergio Epiſcopo, qui vixit ſub Leone Philoſopho, ſed ſubdit Joannes Sergium correptum fuiſſe à Romano Pontifice, tituloque honorario Archiepiſcopi ultro ſe abdicaſſe. Nuſquam id dignitatis nomen Archiepiſcopi, in publicis tabulis datum Neapolitanis Præſulibus, ſed Epiſcopi tantum reperimus, uſque quo à Romano Pontifice legitimè illud obtinuerunt poſt annum 968. ut dicemus. Caracciolus tandem putat non ante Joannis IX. Pontificatum Neapolitanam Eccleſiam fuiſſe ad Archiepiſcopalem Sedem eve-

A ctam, ſed ab ipſomet Pontifice Joanne circa annum ſalutis 904. eam accepiſſe dignitatem: id namque tradidiſſe affirmat Joannem Monachum illorum temporum auctorem, qui ſcripſit Auctuarium ad M. S. Chronicon Authberti Abbatis Monaſterij S. Vincentij ad fontes Vulturni ſiti, quod ſe legiſſe ait, cum eſſet Romæ, per paucas horas illi accommodatum à Conſtantino Abbate Cajetano; nil præterea dubitandum habet, quin hoc tempore, eoque Pontifice Eccleſia Neapolitana fuerit ad metropoliticam dignitatem evecta, cum in Catalogo Romanorum Pontificum, quem Joannes iſte Monachus lib. primo præfixit, habetur de Joanne IX. *Iſte Neapolis, Beneventi, & Capuæ Archiepiſcopos fecit.* Ego quoque vidi, ac non ſemel perlegi illummet vetuſtum Codicem apud eundem bon. mem. Abbatem amicum noſtrum eruditumque virum; ſed cum in Codice illo ſub Paſchali II. Papa anno 1100. ſcriptum Auctuarium repererim à Joanne Monacho, videtur gratuito calamo, ne dicam

B oſcitantia Monachi irrepſiſſe errorem, cùm Paſchalis Pontificatu, dum Auctuarium illud ſcriberet, & Chronicon fortaſſe exſcriberet, in iis Eccleſiis præeſſent Archiepiſcopi, non Epiſcopi, quamobrem Archiepiſcopos eos vocavit, credens tunc etiam ſub Joanne IX. Archiepiſcopos præfuiſſe. Longe poſt Joannis IX. Pontificatum, Capua ſub Joanne XIII. ut ſemel diximus, anno 968. exornata eſt Archiepiſcopali dignitate, Beneventum verò ſequenti anno ab eodem Joanne XIII. Metropolis facta eſt: & Athanaſius hujus nominis III. Epiſcopus Neapolitanus in litteris ad Joannem Abbatem S. Severini ſcriptis anno 937. non ſemel ſe profert Neapolitanum Epiſcopum, ſeque in fine ita ſubſcripſit † *Athanaſius Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ Præſul ſubſcripſi*. Idem Athanaſius anno 960. 8. Kal. Novembris, Ind. 4. in diplomate ad favorem Monaſterij SS. Feſti, & Deſiderij cuſo habetur: *aſſentiente domino Athanaſio tertio Dei gratia Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ Epiſcopo*, cui idem

C Præſul ſubſcripſit. † *Athanaſius Epiſcopus conſenſi ita, & ſubſcripſi*. Chioccarellus in Catalogo affirmat, hoc Neapolitanæ Eccleſiæ acceſſiſſe decus anno 962. primumque Archiepiſcopum fuiſſe Nicetam Athanaſij in Epiſcopatu ſucceſſorem ex quadam nota monumenti Cœnobij S. Sebaſtiani; ſed documentum non affert, neque illum authographum eſſe confirmat, fortaſſe qui exſcripſit poſterioribus ſæculis ignarus, titulum ampliavit Archiepiſcopi, vel Nicetas græcanici nominis Præſul, Græcus fuerat à Conſtantinopolitano Patriarcha, atque adeo auctoritate Romani, & Baſilij Imperatorum Orientis in Neapolitanam Eccleſiam intruſus, more Græcorum, titulum Archiepiſ. ſibi uſurpavit. Plerique tandem hoc Eccleſiæ Neapolitanæ acceſſiſſe ornamentum putant ſub Joanne Papa XIII. quod mihi valde probabile videtur, quo anno præciſo non affirmaverim. Nam certè conſtat, teſte Baronio, primam omnium Eccleſiarum Archiepiſc. dignitate illuſtratam in Neapolit. Re-

D gno Capuanam fuiſſe Eccleſiam anno 968. Neque intermiſerim adeſſe ſcriptores, qui tradiderunt ante annum ſalutis milleſimum Neapolit. Eccleſiam non habuiſſe Archiepiſcopalem titulum, primumque ejus Sedis Archipræſulem fuiſſe Sergium, qui primus eo titulo in publicis monumentis ſubſcriptus reperiatur: de quo ſuperſedeo, tametſi Archiepiſcoporum noſtra ſeries à Sergio poſt annum milleſimum ſuum accipiat certum exordium: quibus ſuffragari tunc cœperunt Cumani, Acerrani, Iſchlani, Puteolani Epiſcopi, quibus deinde acceſſit Nolanus. Sunt qui ſeptem recenſeant, ut Caracciolus obſervat, Nolanum nempe, Acerranum, Puteolanum, Iſchlanum, Miſenſem, Cumanum, Atellanum, ſive Averſanum. Aubertus

(t) Verùm ſi accuratiùs rem examinare volumus, ſcalpro gladio omnis hæc lis dirimitur. Locus ſiquidem Gregorii ex textu adductus non Magni, primique Gregorii eſt, ſed Gregorii VI. qui brevem Pontificatum geſſit à die 1. Maji an. 1045. uſque ad 20. Decemb. 1046. quo tempore Victor cum metropolitica poteſtate Neapolitanum moderabatur ovile. Ad hunc igitur VI. Gregorii proſtat allegata epiſtola, & juſtè in ea Victorem Archiepiſcopum appellat: nec alius Magno Gregorio Pontifice, vel circum ea tempora ſedit in cathedra Neapolitana Præſul, qui Victor vocaretur. Locus eſt Decretal. Gregorii IX. l. 3. tit. 36. c. 1. de Religioſis Domibus. *Laurentius*.

tus autem Myræusea veteri Cod. Provinciali, ſex numerat, Averſanum (quem tamen aſteriſco notat, quod exemptus ſit) Nolanum, Puteolauum, Cumauum, Acerranum, Iſchlanum. Heuricus Bacchus, ſive quis alius auctor Deſcriptiouis regni Neapolitani toties evulgaræ pauciores attribuit, videlicet Nolanum, Puteolanum, Acerranum, Pythecuſanum, ſive Iſchlanum. *Ego verò* (verba ſunt Caraccioli) *diſtinguenda eſſe tempora arbitror, ut hi Scriptores utcumque concilientur. Antiquitus Neapolitanæ Eccleſiæ plures Epiſcopi attribuebantur, nunc pauciores. Nam ante quadringentos circiter annos, nempe antequam Cumæ, Miſenus, & Bajæ civitates, quas ſupra memoravi, in pariotinas abiiſſent, iterum etiam Civitatum Epiſcopos ſibi Suffraganeos, Neapolitanum Archiepiſcopum habuiſſe, ex D. Gregorij Epiſtolis, atque ex veteri codice Provinciali videtur colligi poſſe. Poſtea vero quàm eæ exciſæ ſunt urbes, anguſta illa, & perampla ditio reſtricta aliquando fuit. Sed quantum multitudinis hominum Provincia Neapolitana ob jam dictarum civitatum clades amiſit, certè non modo par, ſed decuplo etiam major numerus urbi Neapoli poſtea acceſſit civium, & incolarum. Habeant igitur ſibi Capua decem, & Beneventum viginti Comprovinciales Epiſcopos: Una noſtra Neapolis utramque exuperat Provinciam; non ſolùm magnificis ædibus, & maris, terræque deliciis, ſed celebritate etiam, & frequentia populorum. Nam metropoles illæ ſuis civitaculis ominùs poſitis laxè ambiunt, Neapolis autem multas, ut jam dicam, civitates, pomœrio ſuo ipſa ambit & claudit; ut quod de Roma dictum eſt à Polemo Sophiſta, de Neapoli* nunc veriſſimè dici poſſit. *Multæ urbes in iſta urbe.* Jam verò proſequitur ille, ſec. 12. c. 1. *de præſtantia Eccleſiæ Neapolitanæ ſi libeat urbis hujus inclytæ excedere mœnibus, & Eccleſiæ Neapolitanæ amplitudinem, qua Diœceſis late patet, inſpicere, ejus profectò præſtantia, gloriaque magis, ac magis eluceſcet. Quippe quæ quinque & quadraginta oppidis præſidet, veluti ſupra colles, clivoſque minores mons ſublimis, rutilum attollens caput. Legimus Theodoretum Cyri in Syria bonum, ac doctum Epiſcopum, ut diœceſis, cui præerat, amplitudinem, ac proinde ſuum fructum operæ, & rectionis graviſſimum onus, Leoni Magno, Romano Pontifici declararet, octingentas* παροικίας *ſe habere ſubiectas: Quam Græcam vocem, alii oppida, aut vicos, alii ut in Concil. Ancyran. Can. 18. accipiunt, Eccleſias interpretantur: ejuſmodi videlicet Eccleſias quales hodie Parochiales appellamus. Et (quod verum & magnum decus eſt) certiorem ille fecit Summum Paſtorem, omnes illas populorum turmas, octingentis oppidis, ſive pagis vix comprehenſas, eſſe Catholicas; hoc eſt Romanæ Religioni addictas, nihilque zizanij, quod Marcio Hæreſiarcha inſperſerat, iis terris remanſiſſe. At verò, ſi res juſto judicio ponderetur, hæc ipſa certè laus Neapolitanæ quoque Diœceſi tribui debet. Compertum quippe eſt ſolam propemodum civitatem Neapolim, utpote, quæ ampliſſimo ſuo gremio, ſexcenta circiter Chriſtianorum millia continet, omnes illas Cyrenſis Diœceſis parœcias, ſi nunc extarent, explere poſſe, & forſitan ſuperare. Quis verò præterea numerando recenſeat, Neapolitanæ urbis, ac Diœceſis Presbyteros, clericoſque, & religioſorum Virorum, ſacrarumque Virginum capita penè innumera, diverſis ordinibus, veſtibus, inſtitutiſque diſtincta? Tradunt Neapolitana Diaria Paſſari ad annum 1494 in Ferdinandi primi regis exequiis celeberrimè actis, adfuiſſe e Regni Provinciis accerſitos quinquies mille Monachos, Presbyteros verò, Clericoſque quatuor millia, Abbates circiter mille. Magnum ſanè numerum, & vix credibile! At verò id & credibile & certum eſt, ſi hoc tempore ejuſmodi funebrem celebritatem fieri contingeret, non fore opus defatigare tabellarios, & è longinquo advocare eccleſiaſticum cœtum. Una Neapolis cum ſua Diœceſi totidem extemplò producere poſſet viros religioſos, totidemque Clericos, ac Presbyteros ſæculares. Quinimmo (ſi me non fallit exiſtimatio) haud fortaſſe pauciores, quàm illa Thebaidis civitas Oxyrynchus, quam XX. M. ſacras virgines, & X M. Monachos à Rufino Monacho presbytero traditur habuiſſe, lib. 2. de vit. Pat. cap. 5. Univerſè autem feraciſſima quidem hæc regio eſt, omne genus frugum, ſed nec minus ferax eſt hominum, ſive nobiles cenſere velis, ſive plebejos. Et tamen quaſi paucos pariat, alatque populares, brachia hinc inde exerit hæc noſtra Syren, quibus prætereuntes, & præternavigantes ad ſe undique alliciat, & complectatur. Nunquid enim turgida quædam & papillata diceres ubera amœniſſimos illos colles, Pauſilippum, Mergellinen, Antinianum, Conicli, Capimontium. Dicam cum Plinio, Italiam, & in primis Campaniam collaudante* lib. 3. cap. 5. *Quid tota ea vitalis, ac perennis ſalubritatis cœli temperies? quid fertiles illi campi, aprici colles, innoxij ſaltus, opaca nemora, munifica ſylvarum genera? Quid tot montium afflatus, tanta frugum, & vitium, oleaſumque fertilitas? Quid verò Pagi, Oppidaque circa Neapolim ſita? Quid fertiliſſimus ager? Quid Neapolitanæ Diœceſis latiſſimi campi, placidiſſima littora? Nonne lætantis quodam naturæ riſu, deliciiſque blandis, & vicinas, & remotas gentes invitant, ut hùc veniant, hic maneant, hic quietè, ac placidè conſeneſcant?* Hactenus ille. Nobis verò de Neapolitanæ urbis ſolo, Eccleſia, Diœceſis præſtantia, nobilitate, amœnitate, cæteriſque dotibus dicta ſufficiant; qui pleniorem eorum cognitionem cupierit, eundem conſulat Caracciolum, Julium Cæſarem Eugenium in Neapoli ſacra, Capaccium, Antonium Sanſelicium, cæteroſque qui de hac urbe diffuſius ac uberius ſcripſere. De Neapolitanis Epiſcopis ſcripſit Joannes ejuſdem Eccleſiæ Diaconus in Chronico, qui vixit temporibus S. Athanaſij Epiſcopi, cujus præclara geſta narrando, Chronici ſui finem fecit. Petrus Subdiaconus circa annum 1200. continuavit, poſt hunc Joannes Villanus, & Joannes Antonius Summontes. De Sanctis Epiſcopis, qui in hac Eccleſia floruerunt, luculenter, & eruditè ſcripſit idem doctus, & parcè laudatus Antonius Caracciolus, Paulus Regius, aliique. Noviſſimè Bartholomæus Chioccarellus prolixum Catalogum emiſit in lucem, ſed non ea quidem felicitate, & eruditione, ut Caracciolus fecit. Ab iis ergo, aliiſque auctoribus, ac M. S. monumentis hanc noſtram ſeriem protulimus. Porro menſæ Archiepiſcopalis hujus Eccleſiæ annuus cenſus ampliſſimus eſt duodecim millium ſcutorum; taxatur verò in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos bis mille.

NEAPOLITANI

EPISCOPI.

1. S. ASPRENUS, ſive Aſprenas [1], aliis Aſpren, Neapolitanus civis, Romana nobilitate illuſtris, morum integritate, ac patientiæ conſtantia conſpicuus, quippe qui Prætura Neapoli perſunctus fuerat, & æger in lecto annos 20. egerat, à B. Petro Apoſtolorum Principe cùm Romam contenderet, ſatagente Candida ſeniore vetula honeſtiſſima, quæ Apoſtolum hoſpitio exceperat, ab eoque ad Chriſtum converſa, tactu baculi, quo Sanctus ſuſtentabatur, infirmitate curatus eſt, ac ſacro baptiſmate cum Candida initiatus, primus Neapolitanæ Eccleſiæ, ordinatus eſt Epiſcopus anno ſalutis 44. Aram non procul ab urbis mœniis, ubi ſacrificia Idolis immolari conſueverant, in qua Apoſtolus primum ſacrum fecerat, dedicavit, cui deinde, extructa Eccleſia S. Petr. ad I.

(1) E... illa Pontia gente, quæ Sicula dicta fuit, adſcripta Neapoli Centuriæ Nobilium in ſedili Montaneæ, ac etiam Tarenti ob domanium in illa Provincia eorumdem poſſeſſionem. Vide Siculam in vita ejuſdem ſancti gentilis ſui, in qua reperies alios ejuſdem opinionis Auctores.

ad Aram Neapolitani nomen indiderunt; juxta quam S. Candidam, cum diem ſuum ſanctiſsimè obiiſſet, tumulavit anno Chriſti 78. („ *Cujus oſſa „ perpetuò ſcatent non modo erga ſuos cives, ſed „ etiam exteros, & alienigenas beneficentia: aquæ „ ſcilicet, quæ febrim ſolent accendere, ipſo„ rum ſacrorum oſſium contactu vel ad hanc „ uſque diem illicò extinguunt.*) Oratorium alterum cum cella conſtruxit Aſprenus in honorem Beatiſsimæ Virginis Mariæ, quod poſtea S. Mariæ de Principio dixerunt, ibi primùm effigies ejuſdem Deiparæ depicta erat (1), ubi deinceps Neapolitani in memoriam primi ſui Epiſcopi pomœrium, & domum cum Eccleſia excitarunt, ut ſucceſſores Antiſtites incolerent, quam Stephaniam nuncuparunt, quæ poſtea major Eccleſia, & Epiſcopium fuit. Ipſe vero Aſprenas cum Eccleſiam ſibi creditam Evangelii prædicatione, fidei Chriſtianæ præceptis firmaſſet, multa perpeſſus, ac innumerabiles Gentiles ab idolorum cultu ſacro fonte expiatos Chriſto regeneraſſet, clarus meritis, B clarusque miraculis beato fine quievit 3. Non. Auguſti anno ſal. 79. præſulatus ſui 33. ſepultus in oratorio, quod ipſe conſtruxerat, cujus glorioſum corpus ex eo deinde in metropolitanam tranſlatum, ſub altari ejus nomini conſecrato honorificè aſſervatur, ubi hæc verba in marmore leguntur.

HIC JACET CORPUS S. ASPREN.
PRIMI EPISCOPI NEAPOLITANÆ
CIVITATIS ET CONFESSORIS.

Geſta & acta Aſprenis fusè habentur in mm. ss. codicibus vetuſtiſſimis in majoris Eccleſiæ theſauri ſacello. Extat quoque alia fuſior ejuſdem hiſtoria in Canonicorum archivio Cathedralis, quam verbatim recitat Choccarellus in Catalogo; cujus etiam vitam conſcripſit Paolus Regius Epiſcopus Vici Aequenſis lib. 2. de SS. Regni Neapol. Ferrarius, Antonius Caracciolus de ſacris Neapol. Eccleſ. monumentis cap. 6. de quo etiam in Actis S. C Candidæ apud eoſdem. Cuius etiam meminit Martyrol. Rom. Baronius prim. tom. Annal. ad annum 44. recolit nobilia antiquitatis monumenta, & celebrem memoriam, quæ Neapoli remanſit in eo loco, in quo Petrus cum ſuis, Miſſæ ſacrificium celebravit, de quo etiam Petrus Galeſinus, Volateranus, Guilielmus Eyſengreinus in Eccleſ. Hiſtoria. Laidanus in Apologia pro Miſſa, aliique tum domeſtici, tum externi auctores de Aſprenate plura ſcripſerunt. *a* Sed viſum eſt etiam hic referre Aſpreni vitam, quam Alberius quidam Petri Neapolitani Archiepiſcopi juſſu circa annum 1230. conſcripſit, cujus exemplar extat apud me.

a Centuriatores quoque Magdeburgenſes, hereticorum celebres illum ſummopere laudarunt Centur. 1.

De S. Aſpren Neapolitano Epiſcopo. Incipit Prologus.

Sanctiſſimo, ac reverendiſſimo Patri Petro Albericus filialis obſequii famulatum. Sanctitatis tuæ religio tanta eſt, religionis tanta, Pater celebrande, præſtantia, ut ei obtemperare nolle ſacrilegum ſit: eamque vel ad modicum contriſtare velle, capitis commoti ſit phreneſis, & cordis vecordis, mentiſque dementis, ac furentis inſania. Rurſumque non metiri ſe quemque, onuſque, quod robore non æquet virium velle ſubire, quid eſt aliud cuique, niſi ut oppetat appetere? Et hoc quid? niſi extremæ furore dementiæ inſanire? quà igitur evadendi eſſe poterit exitus? quis erit fugæ? quis exemptioni locus pervius? Et tuis Pater imperatis non obedire crimen, D & cum tu ea imperitas, quæ noſtri roboris ſupergrediuntur vires, obedire eis noſtri eſt caſus, ruinæque A *diſcrimen. Si igitur non obediero, contumaciæ me ſtigma depinget. ſi obediero, cum id, quod alienum eſt conabor invadere, præſumptionis offendiculum, ac ſcandalum temeritatis pes meus per abrupta gradiendo impinget. Hoc igitur modo & obediens eſſe cogor, & inobediens. Imperas enim Pater ſancte inſtanti importunitate, importunaque inſtantia; quatenus ea, quæ de ſanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ Antiſtite primo, primique & maximi inter duodecim primitivæ Eccleſiæ Senatores, Simonis videlicet Petri, laterali, & inter intimos aggregato diſcipulo, ſancte ſcilicet Aſpren; quatenus, inquam, ea quæ de hoc ſancto viro breviter, & inculto, corruptoque ſermone in tomo chartæ mihi exarata dediſti, ſtylo diffuſiori, atque excultiori proſequi curem. Et uſque adeo tanti Præſulis, ſeu geſta, ſeu laudes, ſeu ſigna ad Chriſti laudem, ac Præſulis in Chriſto honorem protendere & dilatare deſudem, ut ad novem competentis magnitudinis lectiones ea poſſint ſufficere ſcripta; cum ejuſdem Antiſtitis annua plebs* B *Neapolitana recolendo excolit, & excolendo recolit natalitia. Cogunt itaque imperia tua infantem fari, & perorare mutum: In verba eum diſerta, facunda, & expedita exire, cui vix dum, immo enimverò cui necdum conceſſum ſit balbutire. Cogitur ad dominationis tuæ juſſum in Jonio mari officium gubernatoris implere, qui in lacu nondum didicit clavum regere. Et qui levi planitie moroſe ſuperambulans naturæ imbecillitate ſæpenumero compellitur ruere, per montium abrupta ipſo primo impetu peritorum imperitas currere, & verbis expolitis luculentis, & oratoriis jubetur dare laudes magnifico Præſuli, cujus expeditiſſimi, & in ſummo otio conſtituti verba, non verba, & litteras illiteratas fabula conſpueret, & reſpueret.*

Quoniam igitur, ſeu in alteram me non delabi foveam prorſus eſt impoſſibile, quoniam quoque in manibus eſt meis optio, in quam præeligam, malimque decidere eam ad lapſum, caſumque meum foveam decrevi ſeligere, quæ ſuſpenſior, & ſtatim cenſintor, valeat cadentem ſuſcipere. Tolerabilius eſſe ratus C *tanti Patris obediendo mandatis macula notari audaciæ, quàm inobediens exiſtendo nefas incurrere contumaciæ.*

Aggrediar itaque, Pater ſancte, aggrediar ad imperium tuum grandia puſio, divina homuncio fari, qui vix dum mutio, ſine calami inſtrumento, ſeu pennæ apicibus pergamena depingere, & ſine ſtylo ceras in litteris exarare, tranſilire naturam poſſe ultra poſſe ipſum meipſum longè exuperare. Potentia ſunt tamen Aſpren merita, potentes & Petri preces. Hæc & præſtantiora his ab ejus, præ cujus oculis adepti ſunt gratiam omnipotenti clementia, & clementi omnipotentia impetrare. Tuis itaque, Pater octies beatiſſime, juſſionibus obſecundans, eorum, qui declamatorie in Eccleſia plebem alloqui conſueverunt, nitor exequi morem. Et in ſancti Confeſſoris præconia ea quæ ipſe exarata dediſti, ſtylo alio intermiſcens ad novem quantitatis mediocris Lectionum diſtinctiones, qualemcumque conabor eructare ſermonem. D *Et quia ſynonyma laudibus præconiiſve alludunt, quàm maximè Joannem illum ore aureum æmulans, ad calcem hiſtoriæ per ſynonyma laudes decrevi ſancti Præſulis texere & per exornationem illam, quam expolitionem Rhetores nuncupant, quæ pauca admodum ſunt, plura extendere.*

Incipit vita, & obitus ejus.

De Primo Neapolitanę civitatis Antiſtite locuturi, dilectiſſimi fratres, unde exordium congruentius, undè acutius, undè commodius noſtrę ſumemus orationis principium, quàm ab eo, qui de ſeipſo in Evange-

(1) Petrus de Stephano in locis ſacris Neapolit. arbitratur, quod vel prima, vel inter primas Eccleſiarum totius urbis Virgini fuerit dicata. Sed unum conſule Andream Miſcelionum integerrimæ vitæ ſacerdotem V. I. & S. Theologię Doctorem, ad procurandam peccatorum converſionem, & teneriſsimam in duriſſimis cordibus inſtillandam devotionem erga beatiſſimam Virginem unice natum, qui in ſuo libro, cui titulus: *Conſiderazioni affettive ſopra i miſteri &c.* citat ferè omnes Auctores, qui mentionem fecerunt de illa S. imagine, cujus ipſe devotiſſimus fuit, & in cujus honorem ſingulis Sabbatis maximo pliſſimæ illius civitatis fructu concionatus fuit uſque ad obitum, qui ſanctiſſimę vitę conſonus fuit hoc an. 1719. adeout communibus lachrymis ſua patria defleurit amiſſum, devotaque gens fragmenta veſtium, & alia id generis, quę illius uſui fuerant, veluti ſacra lipſana uſurparit, & magnifaciat.

gelio voce veridica proteſtatur; Ego, inquiens, principium qui & loquor vobis. A principio igitur de principio Domino videlicet Jeſu Chriſto, qui ſicut Deus de Deo, lumen de lumine: ita quoque principium de principio fides arguit, aſtruitque catholica narrationis ejus optimum potiſſimumque fore duxi exordiri principium, ut ab eo Pontificis noſtri hiſtoria ſortiatur, ſumatque exordium duci, nec ad finem induci potuit, quod non habuit, ſumpſitque exordium. Et in ea petra fundamẽtum firmitatis ſtabilimſtruenda, ad memoriam, famamque Præſulis turris narrationis, in quo ſtabilivit, ac fixit Præſul fidei ſolidiſſimæ fundamentum, & totius machinam validiſſimam actionis. Verbum igitur dilectiſſimi, quod in principio erat, & apud Deum erat, & Deus erat: ſicut ſancta fide veſtra nullatenùs ambigo, Caro factum eſt, & habitavit in nobis. Viſaque eſt gloria quaſi unigeniti à Patre plenus gratia, & veritate. Tantaque erga generis noſtri naturam amoris intimi flagravit dilectione, ut eam ſui admirabilis, arcanique myſterii Sacramento indueret, eamq; ſibi, non ſe illa, non illã ſe confundendo, ſed in eandem ſe illi, illamq; ſibi perſonam uniendo conjungeret, eamque unus, idemque Emanuel, & Altiſſimi filius & virgunculæ pignus: haberetque maſculi ignaram matrem, & fœminæ neſcium patrem. Cumque virginalis uteri clauſtrum metis coercitum minimis, ac breviſſimis augeret, quem Orbis undique circumfuſi ampla immenſitas & immenſa, nimiſque ſpatioſa amplitudo non caperet. Hiſque quo fonte vivo ſuperni, cæleſteſque ſpiritus epotantur, ſtillantis lactis guttas tenues bibere, cibus Angelos reficiens eſuriret: ſummum, æternumque gaudium, ſummi, æternique parentis ore infantili vagiret: Verbum Altiſſimi balbutiret: ſapientia parenti Deo coæterna ſapientia & ætate proficeret: Virtus Dei ex itinere fatigium, laſſationemque ſuſciperet. Et quæ ad fatigium non pertigerat librando aera, fundendo maria, tendendo cælos, fundando terram, fatigaretur, prob miraculum ingens, ambulando per terram, eſſetque unus & idem, licet non ex uno, & ex eadem, qui à quamplurimis viſus, videretur à nemine: pateretur non patiens, moreretur non moriens, anguſtiis correpti, breviſſimique occluſus tumuli non clauderetur circumquaque diffuſi in immenſum producta, & ſpatioſa latitudine mundi. Peractis igitur, pro quibus venerat peragendis, humanæ ſalvationis ac reformationis, arcaniſque myſteriis: qui, juxta illud Davidicæ vaticinationis oraculum, à ſummo fuerat egreſſus cæli, ad ſummum eſt regreſſus cæli. Ne verò adoptati fratres, amici unanimes, clientes fidei, ſelecti diſcipuli ſuper magiſtralis corporis ſubtractione prolixioris triſtitiæ, exuberantiori abſorberentur mœrore, eam, quam Deus dignatione ſpontanea, & magiſtrali, immo paterna benevolentia fecerat, haudquaquam oblitus, promiſſionem ab aſcenſu mirabili, & ſtupendo diem decimam hora tertia percurrente, à paternæ ſedis ſolio alium eis Paraclitum, alium delegat Conſolatorem, cujus viribus roborati, fulti dextera, freti potentia, duodenaria diſtributione, orbem ſibi diſpertiuntur quadrifidum.

Petiit igitur Joannes Aſiam, Andreas Achajam, regionem aliam alius, atque alius aliam.

Simon autem Petrus, Joannis filius, cui à Præceptore nomen inditum eſt, poſt fundatum ſanctæ, veræ, divinæque religionis Eccleſiam Antiochiæ, ſummum Orbis apicem Romam ſcilicet petens, ſitus maturius viſere properat Europæ. Dum igitur ad Orbis apicem apex Eccleſiæ, dum ad urbium primam Apoſtolorum primus tendit ire, diſpoſitionis divinæ nutu urbis prope Neapolitanæ mœnia eum contigit pertranſire; ubi anhela longi, prolixique laſſus, atque defatigatus confectione itineris, dum ſe in loco (cui ad Aquam incolæ fecere nomen) exhiberet reſidentem: ecce, diſpoſitore Deo, quandam, haud procul mulierculam marcentis jam ſenii vetuſtate effœtam, tranſitum conſpicit facientem. Advocat igitur mulierculam Petrus, quærit advocatæ vocabulum, ſciſcitatur præterea, pro more adventantium, de civitatis ſtatu, de civium habitu, de forma morum, de qualitatibus animorum. Quæ eis jura, quæ leges, quæ legum ceremoniæ, quæ in Deitatis cultura devotio, quæ in pietate religio, quis fervoris zelus, quis formidinis metus, quæ diſciplinarum ſcholæ, quæ exercitia, quàm majeſtant ibi Prælati, quàm obſecundantes ſubditi, ſi mens eadem, ſi non voluntas diverſa, ſi par, idemque conſenſus plebis, & optimatum viribus magis, an mage conſilio, an æquè illis iſtoque conſiderent. Utrum ad extremum paternarum traditionum, & vetuſtatis inolitæ rigidi eſſent, & inevertibiles defenſores. An alicujus novæ ſectæ, ſi eam ratio inconvincibilis roboraret, proni fierent, ac mollibiles ſuſceptores. Præbetur ſuper his & ſuper hujuſcemodi percontatis à muliere conveniens, conducibiliſque reſponſio. Quid pluribus? per verborum divortia ad Verbum Patris, quod Chriſtus eſt, digreſſione congrua Petrus tranſitum fecit, & unde, quo delegante, quàm maturè ad urbem, quid ferat commodi univerſis, quàm nova, quàm inviſa, quàm inaudita, quàm ſalubria, quàm felicia, quàm poſtremò cæleſtia, & divina temporibus tunc moderatis emerſerunt, ſeriatim adaperit. Qualiter homo in ipſis creationis ſuæ primordiis obedientiam creatori denegans ſuo, à recto callis tramite, arbitrii liberi voluntate ſpontanea deviarit. Qualiter per devia ad devia, per mala in pejora, per pejora in peſſima, obcæcatis aciei interioris luminibus ad id uſque temporis, ne momenti quidem intermiſſo atomo aberrarit. Qualiter ad hos erroris humani laqueos evolvendos rerum parens omnium Deus ſapientiam propriam humanandam in fœminam cælitus deſtinarit, quibus mirificentiis, quibus ſignis, quibus operum poſtremò prodigiis ſe eadem Parentis omnium virtus & ſapientia declararit. Quod denique eum ſapientia eadem inter duodecim, quos ſuo lateri aſcivit clientulos dignatione miræ benevolentiæ in familiariſſimum ſibi, & in duodeni cœtus primum apicem, & ſummum Principem adoptarit. Quod ad extremum largæ munificentiæ, munificæque largitatis, per gratiam ad illius nominis invocationem ſe ipſum quoque reddiderit patrandorum compotem, valentemque ſignorum. Ad quod dictum cum perveniſſet Petrus; cum, videlicet, patrandis, peragendiſque ſignis ſibi commemoraret ineſſe efficaciam, Vetula haudquaquam paſſa eum ulterius protendere greſſum verbi, rupit ipſa vincula ſilentii, & ait; In hoc uno cætera veritatis progreſſa ducatu tenebo certa, credam indubia; ſi ejus, quem tantis effers præconiis, nomine invocato, doloribus ſolutis in nihilum mihi capitis plenè fuerit ſoſpitas reſtituta. Tunc nil moratus Petrus. In nomine, inquit, Paterni Verbi, quod ardua cælorum tetendit, quodque diffudit aera, quod terram ſtravit, quodque produxit maria, quod denique in naturam noſtram, quam ad ſuæ ſimilitudinis ſpeciem, imaginemque plaſmarat, tantæ, tamque incomparabilis flagravit dilectionis amore, ut eam ſibi copularet, connectens in ejuſdem unitatem perſonæ. In hujus, inquam, nomine imperiali tibi, qui hanc crucias vetulam morbe peſtifer præceptione edico, effuge, evaneſce, diſſolvere, & evacuare in nihilum. Et id ita ut ne perexigui quidem ac minimum in mulierbri capite inſediſſe reliquum indicet, ſignetque veſtigium. Illius dans honorem & nomini, & numini, cui eſt cum Patre & vivifico Flamine par virtus, & æquus honor, gloria concors, majeſtas eadem per omnia ſæcula ſæculorum. Cumque Chriſticolæ qui ab Antiochenis finibus ad id uſque locorum ejus fuerant proſecuti veſtigia, ſolemne illud, ac celebre Chriſtiani cœtus, Amen inſonuiſſent; ecce protinùs ſoſpitas ab arce poli volatu pernicior demiſſa, mulierbris verticis ingreſſa penetrale languoris peſtem omnem herili juſſione eliminavit, & in eodem ſibi quietis thronum, ſoliumque pauſationis amœnitate jugi & perpete perſtructura jucunditate locavit. Quid tum? numquid latere poterat mulierem, quod alebatur erga verticem muliebrem? morbi diffugio, & ſoſpitatis acceſſu perſenſo miratur tam repente ſeſe, tamque ſubitò immutatam

ſeque

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

A ſoque in temporis atomo, & in palpebræ motu alteram en alterum factum. Dubitare propemodum an ipſa eſſet, quæ in momento abſolutè, perfectèque reſtituta ſaluti morbi immitis manum rigidam perſenſiſſet. Sed quid diutius? credit mulier, & regenerantis liquoris rore perfunditur ſalutari, & in infantulam nudam lactentem cum parvula antiqua dierum & annorum intemerata plurimorum renaſcitur, atque in candeſcentis oloris plumas cornix nigerrima dealbatur. Gaudet ſe carnali origine noctis filiam, ad filiationem diei divina adoptione, & ſpirituali commeatione tranſiiſſe. Gaudet ſe ſe ſolida demiſſis originalibus fœtis, commutatione felici ovinæ pellis vela induiſſe. Verum ut eſt amicantium mortis amicorum paſſionibus compati, eiſque ſi temporis facultas ſuppeditet, conſulere, & occurrere, dicit mulier Petro, amiciſſimum ſibi quemdam Aſpren nomine violenti languoris fero ungue atrociſſimè perfodi, hominem benignum, pium, modeſtum, ſobrium, & ſi in gentilitate eſſe, vel dici religio quomodolibet valent, religioſum. B Præter fidem poſtremò omnium fere, quas prædicabat Petrus virtutum ex commentis ornamentis decorum. Qui ſi in ſe redditæ ſanitatis poſſet experiri miraculum fidem profectò quam Petrus edoceret, amplecteretur, quiq; idoneus ſatis aſſertor, defenſor robuſtus, fortis & invictus roborator & propugnatorexiſteret. Homo utpotè, cujus lingua in eloquentiæ fluentia inſtar venæ impatienter, & bullientis efflueret: cujuſque mens in diſciplinarum liberalium campos latè ſe ſe ſpatioſitate, & amplitudine ſpatioſa diffunderet, Tum Petrus: ſi ejus, inquit, de quo loqueris, filia, te amici detinet compaſſio aliqua; ſi exhibendæ medelæ, ſi ſalutis ei, ſi reſtituendæ ſanitatis es avida, præceptioni Simonis obſecundans; languentem adi properè, ad eumque perveniens manu prehenſum dextera in hæc verba alloquere. Petrus Jeſu Chriſti in Judæa crucifixi diſcipulus tibi in ejuſdem nominis potentia delegat, quatenus ægritudine evaneſcente, ad ſanitatem priſtinam continuò reformatus pleniſſime, lectum ocyus deſerns: C cumque, quo ipſe locum recurſum mei, accurſum tui certus, & indubius operitur, pernicitatis volucris celeritate maturata, advenias. Dixerat Simon Petrus, obaudit mulier, arripit iter impigra, anhela conficit, perficit velociſſima. Adeſt languenti, loquitur quę audierat. At quæ unquam patrandà miracula ſuccumbet fides? verba erunt deitatis invalida? Vix imperata Simonis mulier conſummarat, cum ecce ſubito ſanitatis adventum, morbus atrox perſentiens, miniſtrus furias conquieſcere juſſit, & eam per alteram ingreſſa januam, ipſe per ulteram egreſſus clandeſtino metu in volucrem transformavit, aufugit. Quid tantis? Surgit homo confeſtim, oblitus tunicam, ſolum pallium induit, & calceorum loco alas pedibus indidit. Currebunt ergo duo ſimul, ſed quem videndi nunquam viſum ſuæ ſoſpitatis auctorem, ardor vehementior inurebat, & in uſque intima medullarum penetrans ſtimulus compungebat, magis currebat, & aniles articulos ipſi vim moliens inferre naturæ in curſum adhortando cogebat. Ad Simo- D nem tandem venitur, ſuperficiem humi totius corporis protenſa quantitate metitur. Petri veſtigiis apprehenſis, oſculum tenaci labrorum impreſſione infigitur. Quid deinceps? aperit os ſuum Petrus, audit Aſpres omnia, capit omnia, credit omnia, facit omnia, catechizatur, baptizatur. Atque in brevi Chriſtianæ religionis doctrina, omnem unguem ad extimum informatur. Aſpres igitur & actio cœpit & opinio & creſcere & augeri in dies. De virtutibus ſedulo progredi ad virtutes, de bonis ad potiora, de potioribus dietim conſcenſum facere ad potiſſima. Correptiori denique tempore quam cuiquam poſſit eſſe credibile, honeſtate morum, & univerſitate redditur conſummatus virtutum. Cœpitque per hæc magiſtri comprædicator, atque cooperator exiſtere, cœpit de viſceribus draconis lividi prædicatione plures indeſinenti in Chriſti, & Eccleſiæ corpus, viſceraque traiicere. Cępit ad inclamationem nominis Salvatoris ſigna facere, oſtentare prodigia, cæcis reſtituere lumen, mancis manus, claudis conſolidare veſtigia, ſanare languida, fracta redintegrare, confortare debilia. Per hæc & per id genus reliqua, cœpit Aſpres Chriſti, Petri, Eccleſiæ univerſæ, poſtremo plenam ſibi, uberemque impendio gratiam vendicare.

Conquiſita Neapoli Chriſto Domino populi haud exigua multitudine, Romana Petrus mœnia decernit inviſere, ibidemque & inconvincibili factione verborum, & prodigioſis mirificentiis operum Chriſti, Domini nomen, gloriam, potentiam, declarare. Flagitanti tunc id ipſum magnopere & obnixè, & inſtantiſſimè depoſcenti Neapolitanæ Eccleſiæ Aſpren Petrus dedicat, conſecratque in Præſulem. Ad Pontificii Aſpres provectus apicem, cœpit tanto inſudantius doctrinæ verbo invigilare, tanto imminentiùs & inſtantiùs prædicationi inſiſtere, quantò ſe ſe meminerat ad id ſpecialiter exercendum officium Præſulatus Cathedram conſcediſſe, atque uſque ad eum, qua morte obiit ægritudinem, Dei verbum, B juxta illud Apoſtolicum, opportunè, importunè, conſtantiſſimè, & inſtantiſſimè, indeficiens, atque infatigabilis prædicavit. Obiit autem ſenex, & plenus dierum, tertio Nonas Auguſtus. De cętero quantum, qualemque ſe in Præſulatus Pontificio exhibuerit, quantumque in Pontificis Pontificum omnium oculis hujus Pontificis converſatio ſacroſancta placuerit, etſi ora omnium ſint elinguia, etſi linguæ omnium conticeſcant, ſigna quæ in noſtris quoque temporibus per eum operari dignatur divinitas, die lucidius, luce liquidius manifeſtant.

In hac Neapolitana urbe vir quidam religioſus, & Deum timens fuerat, & huic conjux religioſa, & ipſa juſta, & timorata nupſerat. Erantque ut in Evangelio dicitur, juſti ambo ante Deum, procedentes in mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela. Et non erat eis filius, ſive filia, cum eis ſubſtantia non mediocris, & familia afforet non exigua. Flagitabant ſancti Præſulis merita prece aſſidua, pulſabant ejus aures voce continua, terebant ſedulis C greſſibus ejuſdem Baſilicæ dicata limina. Rogitantes importunè, inſtanter, conſtanter, ut eis ejus meritis filius concederetur, vel filia. Quid diutius? penetrant ſancta eorum vota, penetrant lacrymæ, preces penetrant cælum, & per Aſpren porriguntur ad Deum. Demum ſi magnis licet componere parva, alteri Zachariæ, Eliſabeth alteri, alter Joannes naſcitur virtutum luce varia, & moribus honeſtiſſimis decoratur. Non obliti præmemorati jugales, ea quæ ſancto Patre Aſpre intercedente adepti celitùs fuerant beneficia pro gratiarum redditione ad Antiſtitis decus aulam decentiſſimè conſtruunt, ſicut uſque in hodiernam diem eſt cernere intra, quæ dicitur Stephaniæ Baſilica.

Quidam erat in hac ipſa urbe capitis dolore vehementi correptus, nimietate graſſantis morbi, & impatientia ægritudinis infeſtantis, neque ipſo ſeu noctes, ſeu dies ulla tranquillitatis quiete potiebatur, neque eos ea potiri, qui ſuis inhærebant obſequiis, & qui præ lectulo conſiſtebant languentis, patiebatur, D anguſtiabatur, torquebatur, vociferabatur: nunc ſupinus, nunc pronus cubabat, nunc in lævum, nunc in latus dexterum volvebatur. Tandem afflatus cælitus, Aſpres magni meritorum & gratiæ recordatur: cumque ſuffragatum iri miſero indeſinenter ſancti nominis iterata ſæpiùs invocatione precatur. Aſpres igitur cœpit eſſe ægrotantis in corde, Aſpres in ore, Aſpres vocabulum in clamore, Aſpres in mediocri, Aſpres denique in ſilenti voce. Sed nunquid potuit miſericors miſero crebra ſuppliciorum iteratione expoſcenti miſericordiam deforet? nunquid & urbis & urbi pater filiorum, cuipiam valuit ſe ſe inſtantiùs inclamanti deeſſe? Adit ocyus thronum gloriæ, rogat qualibet ſitienti miſero ſtillari guttulas fontis miſericordię. Acclinat Chriſtus Dominus aurès ad Aſpres ſui vocem; necdum Aſpres conſummarat exorſa, cum ecce Dominus ſoſpitate accita, imperat ut evolet, & de ejus quo Aſpres rogaturus acceſſerat vertice, omnem languoris peſtem, omnes ſævientis ægritudinis

fu-

furias procul effuget. Obtemperat ſoſpitas imperanti, induit pennas, evolat, adeſt, ægritudinem effugat. Præſulis igitur Baſilicam homo è veſtigio adiit, atque in ea Dominatori in Præſule, & Præſuli in Dominatore victimam gratiarum libavit.

Item quidam Sergius nomine dolorem illo per prolixi temporis emenſa curricula mirabiliter perpeſſus, qui die quadam ad almiſici Aſpres limina orationi inſiſtens, domum eſt, reſtituta protinus pleniſſima ſoſpitate, regreſſus.

Alius quidam Sergius nomine Caphatina in hac eadem urbe eas hæmorrhoidum patiebatur anguſtias, quas difficillimum quidem ſit dicere; cæterum dictas, ſic difficilius credulitati aſciſcere, cœpit ad plura, & pluriora ſe vertere epithemata, cataplaſmata, & id genus ad eas corporis partes, in quibus ſibi languor ſedem vendicarat annectere: ſed cum ſe ſe in omnibus caſſo deſudare labore concernit, tota ſe æger fide ad Aſpres ſuffragia expetenda convertit: ſed cum ſancti nominis bacchans morbus nomen ſeu ſexto, ſeu ſeptima inclamatum audivit, tanti tonitruum vocabuli ferre non ſuſtinens, eas, quas longum ſederat ſedes, mœſtus, invituſque reliquit.

Tanti igitur Patris, tanti Interventoris, fratres mei, præſentis diei devotione debita, reverentia digna annua excolamus merita ſolemnia, quatenus interceſſore ejuſdem ad illa cæli feſta ſubvehi mereamur perennia: præſtante Domino Jeſu Chriſto, qui cum Patre & vivifico Flamine vivit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

II. (,, S. PATROBAS, *qui ab Apoſtolorum prin-*
,, *cipe Puteolanæ primus Eccleſiæ conſtitutus fuerat*
,, *Antiſtes, ſuæ ſanctitatis ergo, illa non dimiſſa,*
,, *Aſpreno defuncto, meruit, non ut quidam perpe-*
,, *ram dixerunt, per Apoſtolum Paulum, qui jam*
,, *obierat an. 69. ſed per B. Linum Petri ſucceſſorem,*
,, *ſecundus eſſe Neapolitanæ, ut primis illis Chriſti*
,, *ſæculis accidere conſueverat, quibus unus Epi-*
,, *ſcopus multarum civitatum, imo & Provinciarum*
,, *Eccleſias regebat. Quamplurima ſuppetunt pror-*
,, *ſus ſimillima antiquorum Pontificum exempla, quę*
,, *& apud citatum Caracciolum c. 8. de S. Patroba*
,, *Epiſc. Neapol fol. 121. & hoc tomo inferius in eo-*
,, *dem Patroba in Epiſcopis Puteolanis. Quænam*
,, *in Eccleſia Neapolitana peregerit, id unum di-*
,, *xiſſe ſufficiat: talem ſe geſſit, qualem decebat unum a*
,, *è 72 domini noſtri Jeſu Chriſti diſcipulis, Apo-*
,, *ſtolorum Principis olim contubernalem b longoque*
,, *uſu domeſticum, Paulo Apoſtolo in paucis charum, c*
,, *itaut illum numerarit eos inter, quos ſalvere*
,, *juſſit in ſua ad Romanos cap. 16. n. 14. illis verbis:*
,, Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermam,
,, Patrobam, Hermen, & qui cum eis ſunt, fra-
,, tres: *non enim omnes nominavit; quis enim ſin-*
,, *gulos recenſere potuiſſet? ſed præcipuos tantum-*
,, *modo, &, ut B. Anſelmus ait,* Famoſos in re-
,, ligione. *Porro, quod idem obſervat Anſelmus,*
,, *omnes, quos ſalutavit, inter quos fuit Patrobas,*
,, *intelliguntur præclari fuiſſe & fide, & meritis,*
,, *ut eos jure deberent Romani honorare, & credere*
,, *eorum verbis. Sanè quidem eximium eſt Patrobę,*
,, *& ſociorum ejus encomium fratres à Paulo fuiſſe*
,, *appellatos.* Magnum eſt, *inquit Theodulus Ce-*
,, *leſyriæ presbyter Coment. in hanc Epiſt.* quod iſti
,, D. Pauli fratres dicantur, hoc eſt, tanto Apoſto-
,, lo chari ſodales. *Hic igitur talis, ac tantus vir,*
,, *& tam charus Apoſtolis Puteolanam, & Neapo-*
,, *litanam urbem Epiſcopus rexit. Quod ſi aliquis*
,, *quærat, cur ſi Neapolis Epiſcopus fuit, nulla de*
,, *eo mentio in Neapolitana exteo Eccleſia? reſpon-*
,, *debitur illicò: Cur & Puteolis ante Epiſcopum*
,, *Vairum, hoc eſt, ante ann. Chriſti circiter 1390.*
,, *nulla commemoratio de hoc ipſo Patroba, qui cer-*
,, *te alterutrius fuit civitatis Epiſcopus, facta eſt?*
,, *Tantę igitur oblivionis nulla alia cauſa fuit, quam*
,, *vel hominum negligentia, vel veterum monumen-*
,, *torum, Diocletiano ſæviente, jactura, & quod*
,, *verè communius malum, ipſa ſuo ſe dente corro-*
,, *dens invidioſa vetuſtas. Dorotheus in Synopſi,*
,, *ut in emendatis codicibus legitur, clare tradit*
,, *Patrobam fuiſſe Neapolis Campanorum Epiſco-*
,, *pum, Philippus Ferrarius de SS. Italiæ, Baro-*
,, *nius in notis ad martyr. Rom. 4. Novemb. & alii*
,, *præter Auctores Neapolitanos, & præcipuè An-*
,, *ton. Caracciolum in cap. 7. ſect. 6. f. 117. & citato*
,, *cap. 8. à fol. 120. ad 122. Bartholomæum Chioc-*
,, *carellum in ſuo lib. de Epiſc. & Archiepiſc. Nea-*
,, *polit. de Petris hiſt. Neapolit. l. 1. c. 3. Eugenium*
,, *in ſerie Antiſtitum Neapolit. Franciſcum de Ma-*
,, *giſtris in ſtatu Eccleſ. Neapol. c. 1. n. 48. Domini-*
,, *cum Gravinam in ſuis Controverſiis tom. 3. p. 2.*
,, *controv. 4. pag. 317. & alios. Et inferius in Epi-*
,, *ſcopis Puteolanis de eo rurſus redibit ſermo.*)

a Vide Chronicon Alexand. p. 507. & Hippolytum martyr. in lib. de 72 diſcipulis.
b Anton. Caracciolus c. 8. de S. Patroba f. 121.
c Martyr. Rom. 4. Novemb.

III. 2. EPATHIMITUS Epiſcopus Neapolitanus, quem Joannes Diaconus in Chronico Epiſcoporum Neapolitanorum S. Aſprenatis Epiſcopi ejus prædeceſſoris exempla ſecutum aſſirmat, & diſtributo talentico munere, cum lucro Domino conſignaſſe, ejuſque corpus ob ſanctitatis meritum ad Eccleſiam Stephaniam translatum.

IV. 3. MARO Epiſcopus tertio loco *d* ponitur ab eodem Joan. Diacono, cujus corpus pariter ob ſanctitatis meritum in Eccleſiam Stephaniam translatum eſt.

d Quarto reponendus.

V. 4. PROBUS Epiſcopus probitate inſignis, nomen operibus connectens in Domino quievit ex eodem Joanne Diacono. Dies tamen obitus, actaque ejus ignorantur.

VI. 5. PAULUS Epiſcopus, quem mirabilem fuiſſe in operibus ad Paſtoris curam pertinentibus, & in ſecundis, proſperiſque rebus mitem, in adverſis verò prudentem, & poſt diuturna tempora gaudentem ad Dominum migraſſe ſcribit idem Joannes Diaconus. Quot verò annis, ſupra recenſiti quatuor *e* Epiſcopi Aſprenatis ſucceſſores in Neapolitana ſederint Eccleſia, vel quo anno in ea fuerint ordinati Epiſcopi, non conſtat; cum nullus, qui nunc extet Hiſtoricus, id prodat; vicenos *f* tamen circiter Præſulatus annos iis quatuor Epiſcopis diſtribuere facilè poſſe exiſtimat Caracciolus in S. Agrippino Pauli ſucceſſore, quemadmodum Baronius, & poſt eum Boherius Diſſert. Arcop. tempora Epiſcoporum aliquot veriſſimili annorum ſpatio metiuntur.

e in ſerie noſtra quinque.
f Juxta noſtram ſeriem 16. anni quinque enumeratis Epiſcopis poterunt aſſignari.

VII. 6 S. AGRIPPINUS Neapoli in regione Herculea ortus ad Plateam, ſive Aream Furcellenſem ſextus *g* Neapolitanum geſſit Epiſcopatum, Antonino Pio Romanum Imperium tenente circa annum ſalutis 160. Hanc rexit Eccleſiam plus minus annis decem, ut Caracciolo placet, tanta ſiquidem ſanctitate & pietate, tantaque vigilantia, ac prudentia, ut meritò à primis illis temporibus ejus memoria fuerit à fidelibus celebrata, erat enim in paſcendis ovibus paſtor pervigil; in fovendis pauperibus clemens pater, & magnificus, in corrigendis, & inſtituendis errantibus ſapiens, ut plurimos errantes ad Dominum revocaverit, auxeritque miſum in modum credentium turbas. Clerum ad Eccleſiaſticam diſciplinam informavit, urbem in parœcias diſtinxit, ut in illis Chriſti fideles frequentius, ac commodius inſtruerentur in fide. Multis aliquando à dæmone expetitus inſidiis, jejuniis & orationibus à ſe longè repulit. Denique ubi populum verbo & exemplo, aſſiduiſque orationibus eximiè per plures annos inſtituiſſet, plenus dierum, clariſque miraculis migravit ad Dominum 5. Id. Novembris, in cœmeterio propè urbis mœnia, cui portæ S. Januarii nomen fecere, ſepultus eſt; inde in Baſilicam Stephaniam tranſlatus fuit, ut Joannes Diaconus ſcribit. Poſterioribus verò ſæculis in Cathedralem Eccleſiam à Regibus Carolo I. & II. Andegavenſibus magnificentiſſimè ædificatam corpus ejus tranſvectum eſt, & una cum reliquiis SS. Martyrum Eutychetis, & Acatii honorificè ſub Ara maxima collocatum. Caput autem ejus, theca incluſum argentea, in Capella, quam vocant Theſaurum, decorè aſſervatur. Ejus verò interceſſione & apparitione Neapolis à Saracenis

g Septimus juxta noſtram ſeriem.

obſeſſa, Joanne XIII. Pontifice Max. liberata, defenſaque eſt; quamobrem à Neapolitanis in præcipuum & Tutelarem Divum una cum S. Martyre Januario adlectus fuit. Inclaruit autem hic eximius Chriſti confeſſor, non Neapoli tantùm, ſed in aliis etiam urbibus, & provinciis: nam Surrenti Piccurinorum Eccleſia extitit, & monaſterium ab hoc ſancto nuncupatum, cui præfuit S. Abbas Antoninus. Oppida item nonnulla S. Arpini, hoc eſt Agrippini nomen habent. Inſignis item Eccleſia Neapoli ejus nomini dicata eſt, quam Baſiliani Monachi incolunt. De Agrippino Martyrol. Rom. 9. Novemb. Baronius in notis ad illud. Paulus Regius vitam ejus ex monumentis Eccleſiæ Neapolitanæ excerpſit, à quo Ferrarius, aliique nuperrimi ſcriptores. Cæterùm Agrippini Acta, ut doctus ſcribit Caracciolus, pene omnia interierunt, nihilque de ejus vita reliquum fuit, niſi antiquum Neapolitanæ Eccleſiæ Lectionarium, & breve elogium, quod Joannes Diaconus in libello de Neapolitanis Epiſcopis poſteritati tranſmiſit, incerti, ac vetuſti auctoris, ubi narratio miraculorum ejus, ex quibus pauca congeſſit. Sed eruditè de ipſo Agrippino in ſuo Neapolitanæ Eccleſiæ ſacrorum monumentorum libro idem Caracciolus.

VIII. *a Octavus de quo Acta SS. Maii t. 7. p. 768.*

7. S. EVSTASIUS Agrippino ſucceſſit, ſeptimus *a* Neapolitanus Epiſcopus circa annum Chriſti 180. hanc Eccleſiam præclaris virtutibus exornavit. De quo teſte Caracciolo, præter pauciſſima verba, quæ Joannes Diaconus ſcripſit, nihil propemodum habetur, quod edaci ſuperfuerit vetuſtati. *Euſtaſius*, inquit Diaconus, *ſeptimus Epiſcopus Neapolitanus in Altari Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, quæ dicitur Coſmedin, populis devotè exequentibus, conditus eſt, atque translatus.* In hac Baſilica ſacra *B. Euſtaſii* oſſa à Clericis regularibus S. Pauli, quos Barnabitas vocant, ubi olim condita fuerant, reperta ſunt anno Domini 1616. 16. Kal. Decemb. cum veſtuta hac inſcriptione urnæ in marmore: *Hic requieſcit corpus S. Euſtaſii Confeſſoris.* De hujus Baſilicæ nomine, conſtructione, deque in eam Euſtaſii translatione plura commemorat idem Caracciolus. Porrò viget in ea Baſilica cultus S. Præſulis, die præſertim 29. Martii, quo ejus commemoratio ſolemniter celebratur frequenti piorum cœtu ad ædem accurrente, ut ſepulchrum, quo conditus eſt devotè venerentur. Solvitur autem illi ea potiſſimum luce ſolemne officium; quia cum ob temporis vetuſtatem, & ſcriptorum inopiam natalem ejus diem ignoremus, ideo 29. Martii, quo etiam Divi Euſtaſii Luxovienſis Abbatis Natalitia celebrantur, appoſitè relatum eſt, ea nominis ſimilitudine. Sic alias crebrò factum. Sancta Columba Hiſpana virgo & martyr, cujus dies natalis eſt 17. Septembris, diu tamen celebrata eſt prid. Id. Januarii, qua item die agitur de ſancta Columba Senonenſi. Antonius Monachus Romanus, quod dies obitus ejus neſciretur, collocatus eſt in Martyrologio die 17. Januarii, quo magnus Antonius Abbas in Domino cælum ubiit. Et ob eandem cauſam Capuæ, Epiſcopo Priſco in Romano Martyrologio junctus eſt Priſcus alter, & cum Ruffo Epiſcopo & martyre Ruffus alter & Carpophorus Martyres, & cum Candida ſeniore Neapolitana, Candida altera junior juncta eſt. Alia item ſuppetunt exempla quamplurima, ſed hæc lectori ſatis.

IX. *b De eo Acta SS. Maii t. 5. p. 916.*

8. S. EVPHEBIUS, *b* ſeu *Euphenus*, ſeu *Euphimus*, vel *Euphemus*, *Efrimus* & *Euphamus* ab aliis nuncupatur, vocatur Euphimus in veteri Lectionario, Joannes Diaconus Euphenum vocat: vetus m. s. Kalendarium *Ephremus* habet. Vulgo Euphieuns, & Enphamius, ſed corruptè. Vitiatius, inquit Caracciolus, hodie in ſacro ejus officio vocabulum eſt, *Euphebius*, & ſic nominatur hic Divus in Hiſtoria miraculorum, quæ ab eo poſt obitum patrata ſunt, ubi ita habetur: *Hic ſanctiſſimus Chriſti Confeſſor Euphebius poſt multa annorum curricula, &c.* Inter tot autem nuncupationes nulla ſignificatior, quàm Euphebius, etſi Euphemius diſertum, eloquentem ſonet, vox enim iſta caſtum, ſplendidum, conſpicuum, & formoſum Græcè ſignificat. Erat quippe noſter hic Præſul florido vultu, & venuſta admodum ſpecie, ut de eo Diaconus ſcripſerit; *Pulcher corpore, pulchrior & mente, plebi Dei ſanctiſſimè præfuit, & fideliter miniſtravit.* Neque inſolens eſt ſpeciem corporis, vultumque etiam in Epiſcopo commendari, nam eo nomine S. Epiphanius Epiſcopus Ticinenſis laudatus eſt à B. Ennodio pag. 361. edit. Pariſ. *Illud verò*, inquit, *libandum eſſe non abnuo, quod formoſitas in illo lucis corporeæ, index animæ fuit: & tantum contra ſtudium illius formæ decus emicuit, ut nec forti viro poſſet oppugnante ſubverti. Ridebant genæ, etiam cum animus mæſtitudine turpuiſſet.* Et alia multa Ennodius habet, quæ hoc loco referre non eſt neceſſe. Meritò igitur hoc etiam nomine commendatur noſter Euphebius, verè Chryſoctas, aures pulchritudinis, quod cognomen B. Joanni Damaſceno adhæſiſſe palam eſt ex Theophane Hiſtor. Miſcell. lib. 22. Cæterum quo tempore Euphebius vixerit, aut Epiſcopus fuerit, ſignatè quidem ſciri non poteſt, nulla extante de ejus vita, geſtiſque narratione. Id ſolum novimus admodum antiquum fuiſſe Neapolis Antiſtitem: nam Joannes Diaconus octavum Epiſcopum numerat Ephenum, neque alium deinde habet qui Euphebius, ſive Euphemus appelletur. Itaque nonnulli recentiores, qui hunc ſanctum Præſulem figunt ad annum Chriſti 717. Conſtantino ſummo Pontifice, cum nullus antiquus auctor id tradat, neſcio quo fundamento illud aſſerant, ac proinde puto illum affigi ab eis potius, quàm verè figi ad illud tempus. Ad jam dictum verò ævi, quo S. Euphebius vixit antiquitatem utcumque ſignificandam commodè arbitror illum veteres una cum ſancto *Fortunato & Maximo*, Euphebii, longo licet intervallo, in ſede Neapolitana ſucceſſoribus, ſepelierunt. Atqui Fortunatus erat ſanè Neapolis Epiſcopus anno Chriſti 348. Huic quippe, aliiſque Catholicis Epiſcopis oblata fuit epiſtola quædam Sardicenſis, ſeu veriùs Philippolitani Conciliabuli, ut ex Divo Hilario refert Baronius tom. 8. Annal. ad fin. Maximus verò floruit ſanctitate circa annum ſalutis 359. actuſque in exilium eſt, quod Arrianæ fidei formulæ, in conventu Ariminenſi, nefario vaframento concinnatæ, ſubſcribere noluit. Itaque diu ante hæc tempora vixiſſe Euphebium, & Joannes Diaconus prodit, & ipſa tumulatio cum Fortunato & Maximo aliquo modo ſignificat; cum nullus Neapolis Epiſcopus ſanctitate clarus inter hos medios interceſſerit. Id ipſum autem cernimus interdum antiquitus factum in quibuſdam aliis ſanctis Epiſcopis, ut ſcilicet tempore & ſanctitate proximos unus ſepulturæ locus exciperet. Sic etenim Epiſcopus Neapolitanus Maro, *ob ſanctitatis*, inquit Joannes Diaconus, *meritum cum Epitibimito & Aſpreno.* Sic Noſtrianus cum Gaudioſo, & Quodvultdeo; ſic Athanaſius cum Laurentio, Neapoli olim ſepulti fuiſſe leguntur. Porro nonnulli recenſent Euphebium inter Neapolis Patronos, & Tutelares Divos ſextum, aut ſeptimum; ſed revera tempore conſiderato, quo vixit, ſecundus fuit. Cur verò factum, ut variè temporis ordo in ſanctis Patronis enumerandis inverteretur, non eſt hujus loci id exquirere. Interea Philippus Ferrarius lib. de ſanctis Italiæ, hunc Divum, ob id potiſſimum adſcitum à Neapolitanis Patronum narrat, quod Civitatem ingenti miraculo à Sarracenorum incurſione, ac depopulatione liberaverit. Quod, quia ut dixi, ingens fuit, ex ipſa Hiſtoria miraculorum ejus ab Anonymo olim ſcripta narrabo.

Cum quidam Presbyter, extra Neapolitana mœnia, in ſancti Euphebii nomine conditam Eccleſiam ſedulè viſitaret, & illic quotidie ſacra Miſſarum ſolemnia exhiberet, contigit, ut Agarenorum impetus

im-

impetus improviſè adveniens, quia intrinſecùs non poterat, extrinſecus vicina quæque vaſtaret. Quod prædictus audiens presbyter, Nullus, inquit, me terror ab obſequiis noſtri Patris, & Domini poterit exhibere. Intentus, inquam, ad Miſſarum ſolemnia, ſi dignus ſum, ſolito more perficiam. Verumtamen illius virtutis efficaciam, hoc volo probare indicio, ſi me ſedulè obſequentem, inter iniquorum hoſtium gladios, & tela poterit cuſtodire. Et hæc dicens, inſertam baculo ſportulam Eccleſiaſticis refertam monilibus, collo tenus geſtans, intrepidus iter arripuit. Ad Eccleſiam verò veniens, priuſquam ingrederetur, breve ad hunc modum carmen compoſuit.

Præſul amande tui ſim tutus numine Templi, Et tibi devotus ſolitas pavo reddere laudes. Et hæc dicens, caſula indutus, Miſſarum ſolemnia ſolito conſtantior inchoavit. Nec dum prece finita, Agarenorum manus illius ſacri Templi ædificia undique circumdedit. Verum omnipotens Deus, ob meritum ſanctiſſimi Præſulis Euphebii tanta eos cæcitate percuſſit, ut per Eccleſiæ aditum introſpicerent, & ſacra myſteria celebrantem presbyterum non viderent. Illis itaque forinſecus vacantibus, presbyter Miſſarum ſolemnia conſummavit. Expletis verò miſſarum ſolemniis, vocem de cœlo dicentem ſibi audivit prædictus presbyter; Ne formides, nec paveas, conſtanter proprium accipe baculum, & quoſcunque obvios habueris, intrepidus percute. Ego enim eos, te aliquo modo feriente, proſternam. Quo firmatus oraculo, baculum, ut ſibi fuerat juſſus, arripiens extra Eccleſiæ januam audacter exivit, & quos ante fores Eccleſiæ reperit, ictu baculi ferientis, extinxit. Deinde recto tramite, contra civitatis mœnia proficiſcens, quoſcunque hoſtium obvios habuit, ejuſdem virgæ tactu delevit. Cæteri verò videntes corpora ſuorum, ſine telorum percuſſionibus ſtrata, terroris nimietate fugati, ad claſſes redeunt, ac mucronibus raptim retinacula truncantes navium velis, remiſque, prout poterant, marina ſulcantes æquora, ad priora remeare moribundi feſtinant. Mira enim Dei clementia, & incomprehenſibilis, quod totius Civitatis populus, gladiis & telis armatus, non poſſet præſumere, unius tantum inermis presbyteri baculus, ipſo auxiliante, alios in terram ſtravit, alios in fugam vertit. Prædictus verò presbyter, ad civitatem rediens, ſuos concives ad currendum, & inuſitata videnda miracula hortans, ajebat: Currite Chriſticolæ alacriter properate ſecuri. Hoc baculo plures jam credite morte peremptos. Nullus in urbe metus, voce liberante divina. Jamque alii furtim fugiendo per æquora currunt. Cumque populus civitatis de inaudito miraculo titubaret, nec presbytero talia referenti, credulitatis aſſenſum præberet. Ite, inquit presbyter, & pariter hinc uſque ad Eccleſiam properate, & dum quod dixi, verum eſſe probaveritis, non mihi, ſed conditori omnium Chriſto Domino, & ſanctiſſimo Confeſſori ſuo Euphebio, munera perſolvite laudis: cujus munere fretus, alios hoſtium extinxi, alios in fugam verti. Cumque incredibilis multitudo, per verbum presbyteri, ad hoc ſpectaculum curreret, & plurimorum corpora per viam, ſicut presbyter dixerat, extincta videret, volucri curſu ad Civitatem rediens, omnipotenti Domino, & ſancto Euphebio illius dilectiſſimo Confeſſori, laudes innumeras referebat.* Hæc Anonymus.

Porro de anno, quo tale miraculum patratum fuerit, nihil equidem certi ſtatuere poſſum. Conjicio tamen id factum, paulò poſt annum ſalutis 878. Nam poſtquam docibilis Dux Cajetanus anno 877. iniit fœdus cum Sarracenis, tradiditque eis arcem Gariliani munitiſſimam, quam per quadraginta annos tenuerunt, illi ex ea arce crebrò excurrebant populabundi per Campaniam totam. Leo Oſtien. lib. primo, & ex eo Sigonius, aliique. Ergo antiquiſſima cenſenda eſt Ædes ſacra Euphebio dicata. Ea verò anno 1530. à Vincentio Caraſa Archiepiſcopo tradita eſt Religioſiſſimis Patribus Capuccinis, qui tum Neapolim, ductu F. Ludovici Foroſempronienſis viri ſanctitate conſpicui advenerant. Non debeo tamen ſilentio præterire, præclaram ſacri corporis Divi Euphebii inventionem, quæ anno Domini 1589. Sixto V. ſummo Pont. contigit. Nam annuit Deus F. Evangeliſtæ Lupienſis, Euphebiani Monaſterii Vicarii piis votis, ſummoperè eo optantis, ſacra ſanctorum Lipſana, quæ in ea vetuſta Eccleſia olim tumulata noverat, reperire, & honeſtiore loco reponere. Itaque die 20. Novembris ſub ejus Aedis paraſtata detectum eſt Sancti Euphebii corpus, lignea capſa concluſum, quam ferrei circuli ambiebant. Caput verò non repererunt: nam id jam antea ſejunctum à corpore, tranſlatum in urbem, ſervatumque fuerat in Aede Archiepiſcopali. Die autem ſequenti, coram Alexandro Gloriero, Pontificiæ Cameræ Clerico, & Apoſtolico Nuncio, qui ad eam Eccleſiam, una cum Lælio Brancatio, aliiſque nobilibus viris acceſſerat, ibique ſacrum peregerat ſub eadem paraſtata Aræ maximæ proxime, reperta ſunt cum ingenti adſtantium voluptate, atque effoſſa, SS. Fortunati, & Maximi antiquorum Neapolis Epiſcoporum veneranda corpora, cum hac epigraphe: *Hic jacent ſanctorum Maximi & Fortunati corpora. Sub Paulo primo.* Porrò cum unum ex his Divis ad ædem Conceptionis Deiparæ Virginis, Capuccini Patres transferre cuperent, Sixto V. rem omnem deferunt, eumque exorant, ut transferendi ſacri corporis licentiam impertiret. Pontificem verò reſpondiſſe ferunt, ſe per quietem, à Divis jam dictis monitum, ne qui per octingentos circiter annos conjuncti quieviſſent, disjungi ullatenus permitteret. Itaque ſub Ara ejuſdem Euphebianæ Aedis primaria, tres hi Divi honorificum è pario marmore tumulum habuerunt, ſolemni ſupplicatione per Religioſum agmen, dum eò inferrentur, ritè, pièque celebrata. Sic habent Acta Inventionis apud Regium. Ex quibus, aliiſque Eccleſiæ Neapolitanæ monumentis licet colligere, Divi Euphebii corpus primò ſepultum fuiſſe, ut mos antiquus, in Cœmeterio (quod Joannes Diaconus in Urſo Epiſcopo tradit) deinde tranſlatum ad Stephaniam Baſilicam, ut idem habet in Ephevo Epiſcopo. Demum in Ædem ſui nominis, ubi nunc cum ſanctis collegis ſuis, Maximo, & Fortunato jacet, fuiſſe tranſvectum*a*.

Porro non ſolum Neapoli, ſed Capuæ etiam, & Salerni Divi Euphebii nomen, atque annui cultus diem, Breviaria illarum Eccleſiarum abundè teſtantur. Libet autem ex Salernitano à Romualdo II. Archiepiſcopo, anno ſalutis 1166. edito, Orationem hic ſubnectere, quam in ejus feſto recitare conſueverant; nam tres de ipſa lectiones, nihil peculiare continent. Ea eſt hujuſmodi.

Deus, qui perennem gloriam ſanctiſſimi Euphebii Confeſſoris tui, atque Pontificis animæ conſtituiſti: tribue quæſumus, ejus apud te ita patrociniis ſublevari, ut cum eo vitam poſſideamus æternam. Per Dominum noſtrum. Geſta autem ſancti hujus Epiſcopi, & totam ejus vitæ ſeriem, tempus nobis, cum ingenti noſtro damno abſtulit. Hæc de Euphebio Caracciolus, de quo Martyrol. Rom. 23. Maii, Paulus Regius vitam ſcripſit, à quo Ferrarius, Chioccarellus, cæterique recentiores.

a Vide Engenium in Neapoli ſacra. fol. 644. & ſeqq.

X. 9. MARCIANUS poſt Euphebium reponitur inter Epiſcopos Neapolitanos; hujus non meminit Joannes Diaconus *b*, ejus tamen mentio habetur in antiquis Mſ. breviariis, aliiſque ſacris codicibus, ac Kalendariis die 30. Octobris. Ejus geſta quæ, & quonam tempore floruerit, adhuc incompertum; imò & nomen ipſius aliquando videtur oblivioni traditum. Extat vetus ſacellum huic S. Marciano dicatum ad gradus Cathedralis Eccleſiæ è regione ſacræ turris, in cujus Altari S. Marciani Epiſcopi Epiſcopalibus veſtibus induti, ac pallio decorati imago cernitur, ejuſque nomen inſcribitur. S. MARCIANUS, Hic nonnulli deſiderantur Epiſcopi.

b Nil mirum igitur ſi & S. Petrobam antiquiſſimum Præſulem tacuit.

XI. („ JOANNES *Neapolitanis ſacra jura dice-*
„ *bat circa an. 305. 940. ut ſcribit Joannes Diaconus,*

„ *præſens fuit primæ tranſlationi corporis S. Januarii è fundo Marciano ad Eccleſiam ejus nomini dicatam juxta Neapolis mœnia.* Lucentius.)

XII. 10. COSMUS, vel COSMAS Eccleſiam Neapolitanam rexit Conſtantino Magno Imperatore, quem etſi Joannis Diaconi diligentia præteriit, atque adeo prorſus ignoravit, ejus tamen honorifica mentio habetur apud Tabularium Eccleſiæ S. Mariæ de Principio. Verùm Joannes Villanus in ſua Neapolitana Hiſtoria ponit eo tempore Zonium quendam Epiſcopum Neapolitanum: ſed quia nunquam apparet alibi hic Zonius, eadem facilitate, qua figitur, expungitur. Quod ſi *Zoſimum*, & non Zonium legas, neque id ſubſiſtere poteſt; is enim non Conſtantini Magni temporibus, ſed diu poſtea, nempe ſub Conſtantino Auguſto Conſtantini filio, in Neapolitanam ſedem ſuo malo irrupit. Hujus Epiſcopi temporibus Conſtantinus Magnus S. Reſtitutæ virginis & martyris Neapoli Eccleſiam erexit, alias quoque Eccleſias condidiſſe Conſtantinum in ea civitate, ferè omnes Neapolitani Scriptores affirmant, quorum tamen ſententiæ de hac re cum ſint variæ, ipſos adire cuique facile erit, ut facilius ipſemet judicium ferat; de quibus agit aliquando Romanum Martyrologium; ac item Anaſtaſius de munificentia Conſtantini. D. Gregorius lib. 8. Epiſt. 24. Ado Viennenſis Aetate 6. Carolus Sigonius lib. 3. de Imper. Occid. Scriptor vitæ S. Athanaſii Epiſcopi Neapolit. Joannes Diaconus in Catalogo Epiſcoporum Neapol. in Zoſimo. Molan. ad Uſuardi Martyrolog. Petrus Monachus in Chronic. Mſ. S. Vincentii de Vulturno. Damaſus verò de Pontif. & Beda de tempore aſſerunt, quidem Conſtantinum Neapoli Eccleſias erexiſſe, non tamen declarant in cujus honorem fuerint erectæ; ſed quod Baſilicam ſanctæ Reſtitutæ ædificaverit, Martyrologium Romanum id luculenter aſſerit. De Eccleſia in honorem SS. Apoſtolorum, deque aliis Eccleſiis in Neapolitana civitate à Conſtantino Imperatore ædificatis ſolidè item ſcripſit ſæpe citatus Antonius Caracciolus in ſac. Neapolit. monument. libro: ipſum adi, & plura ſcitu digniſſima leges.

XIII. 11. CALEPODIUS Neapolitanus Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Sardicenſi ſub Julio I. Papa celebrato anno Chriſti 347. creditur eodem anno defunctus. Hunc ad idem Concilium Legatum miſſum fuiſſe unà cum Oſio Cordubenſi, Vincentio Capuano, & Innocentio a Beneventano ſcribit Gratianus, quod Baron. t. 3. Annal. ad hunc annum non probat, Athanaſii auctoritate fretus, qui interfuit, omniaque vidit; ait enim, in eo Legatos fuiſſe Archidamum, atque Philoxenum presbyteros. Attamen Calepodius eidem Synodo interfuit, ac ſubſcripſit, ut ejuſdem Concilii acta teſtantur.

a ſeu melius Januario.

XIV. 12. S. FORTUNATUS poſt Calepodium rexit Neapolitanam Eccleſiam, de quo hæc pauca habet Joannes Diaconus. *Fortunatus Epiſcopus nonus ſanctiſſimus extitit vita, ſanctiſſimis orationibus die noctuque indeſinenter agens, regna Cœlorum, ſicut deſideravit, adeptus eſt, qui ſepultus foris urbem, quaſi ad ſtadia quatuor. Deinde poſt longo tempore populi patrocinia ejus petentes ab Eccleſia ſui nominis conſecrata transferentes, per manum Pontificis, collocarunt in Eccleſia Stephania partis dexteræ introducentibus ſurſum, ubi & oratorium in caput Catacumbæ.* Cæterum de Fortunato erudite Caracciolus ſcribit, Beatum Præſulem Fortunatum, jam olim Campaniæ, Italiæque perſpectum, Thraciæ etiam & Illyrico celebrem fecit Conciliabulum illud Arrianorum Philippopoli habitum, & poſtea eorumdem veteratorum arte, Concilii Sardicenſis ſpecioſo nomine publicatum. Res ita acta eſt, narrantibus Athanaſio epiſt. ad Solitarium, & Apologia 2. & Socrate lib. 2. cap. 12. Sozomeno lib. 3. c. 10. & Auguſtino 3 contra Creſcentium c. 34. Cùm vigili induſtria, & auctoritate Julius I. ſummus Pontifex tandem obtinuiſſet ut Concilium Genera-

A le celebraretur Sardices, ſive Sardicæ Thraciæ urbe, illuc anno Chriſti 347 convenerunt trecenti ex Occidente, & 70. ex Oriente Epiſcopi. Quò cum Arriani etiam conveniſſent, tribus ſtipati Comitibus, quorum magna erat dignitas, & auctoritas, & viderent ſe omninò eſſe damnandos; & accuſatores eccleſiaſticè & legitimè adeſſe, ſuamet conſcientia prædamnati, in Concilium ſe dare non ſunt auſi; ſed profugerunt Philippos, ſive Philippopolim (utroque enim vocabulo appellata eſt) vicinam Sardicæ urbem. Ibi verò, vel hoc ipſo anno, vel, ut ego una cum Binio arbitror, potius anno ſequenti 348. ineunte, ſeorſim cum ſuis Symmyſtis egere conciliabulum; quod ut auctoritatem acciperet, apud longè diſſitas regiones, Sardicenſis vocabulo cohoneſtarunt, Synodalibus litteris per Orbem ſparſis, quæ extant apud Hilarium in fragment. & tom. 1. Conciliorum par. 1. collectionis Binianæ, calumniarum, & mendaciorum pleniſſimis. De quibus etiam Auguſtinus loco cit. Ea enim

B illi communicatione, Donatiſtas, Schiſmaticos præcipuè, & alios quoſdam Epiſcopos Catholicos ſibi adjungere ſtuduerunt. Ponam hic tantùm nomina Epiſcoporum, ad quos ea impiiſſima epiſtola directa eſt, quia inter eos recenſitus eſt noſter Epiſcopus, de quo loquimur, Fortunatus. Miror que vehementer, quid ipſis in mentem venerit, ut ad Africanos præſertim Epiſcopos id decretum mittentes Fortunatum etiam Epiſcopum Neapolitanum appellarint. Si divinare fas eſt, ſuſpicor id ab eis fraudulenter factum; quod ſperarent Fortunatum, qui recens factus eſſet Epiſcopus (jam enim Calepodius, qui in Sardicenſi Concilio fuerat, eodem anno obiiſſe intelligendus eſt) fraudes eorum, utpote adeò eminùs poſitum, minimè cogniturum; atque adeò fidem ipſis adhibiturum. Sed aliter accidit: nam & in Africa, quamquam Donatiſtæ eos ſocios ſe habere gloriarentur, nihilominus à Catholicis Epiſcopis ſunt exploſi, & in Italia à Julio Papa, & Epiſcopis aliis Catholicis fraus agnita

C eſt, ac detecta, atque Conciliabulum ſub falſo nomine Sardicenſis evulgatum, exſibilatum eſt. Quin etiam Epiſcopi Arriani, qui formulam fidei perfido vaframento compoſuerunt, damnantes quidem in ea aliquot dogmata Arrianorum, ſed *conſubſtantialitatis* nomen in Dei filio non recipientes, à legitimo Concilio Sardicenſi ad unum omnes exauctorati fuerunt, atque damnati. Quare ipſi ad Conſtantium eorum fautorem, & Arriana labe maculatum confugiunt, commotioneſque adeò magnas per totum penè Orientem excitant, ut Sardicenſi Concilio neceſſe fuerit, placando Conſtantio, legatos ad eos mittere Vincentium Capuæ, & Euphratam Coloniæ Agrippinæ Epiſcopos. Sed hæc fuſiùs narrata reperies apud Baron. to. 3. Annal. ex antiquis Patribus, & Hiſtoricis jam dictis.

Redeo ad Fortunatum noſtrum, ad quem alioſque Epiſcopos epiſtola, ſive decretum ab Arrianis miſſum, ſic incipit: *Gregorio Alexandriæ Epiſcopo. Amphioni Nicomediæ Epiſcopo. Donato Cartha-*

D *ginis Epiſcopo. Deſiderio Campaniæ Epiſcopo. Maximo Salonarum Dalmatiæ Epiſcopo. Fortunato Neapolis Campaniæ Epiſcopo. Eutychio Ariminiadeno Campaniæ Epiſcopo. Syropheruti & omnibus per Orbem terrarum Conſacerdotibus noſtris Presbyteris, & Diaconibus omnibus, qui ſub cœlo ſunt, &c. in Domino æterna ſalus.* Hæc pauca ſatis ſit excerpſiſſe ex illa longiſſima epiſtola, ſive decreto pſeudoſynodi Philippenſis. Plura ſi ponerentur, non magis, quàm dicta, notum facerent Fortunatum.

Quamdiù autem poſt hanc ſibi datam Epiſtolam Fortunatus vixerit, certò ſtatui non poteſt. Id ſolummodò ſcimus, anno Chriſti 350. Maximum, de quo mox, fuiſſe Neapolitanum Epiſcopum. De Fortunati autem ſepultura, ſic Joannes Diaconus. *Sepultus eſt foris urbem quaſi ad ſtadia quatuor.* Deſcribere videtur his verbis ædem, & cœmeterium B. Januarii, propè quod dextrorſum ædificata

olim

olim fuit S. Fortunati Eccleſia, cuius meminerunt Joannes Diaconus in Severo Epiſcopo, & Anonymus ſcriptor vitæ S. Severi. Nunc diruta illa eſt, ibique extructa cernitur domus quædam Angriſanorum, ut tradit Capac. lib. 2. Hiſt. Neapol c. 6.

Recenſent autem Fortunatum inter Sanctos antiquiſſimi Codices, tum Neapolitanæ, tum aliarum quarundam Eccleſiarum: nempe Miſſale Neapolitanum, Kalendarium vetus, & Breviarium manuſcriptum: item Litaniæ in antiquo Rituali Neapolitano, Kalendarium Eccleſiæ ſancti Eligii. Præterea Codex Longubardicus Breviarii Caſinenſis num. 596. Kalendarium præfiſum Pſalterio cuidam Capuanæ Eccleſiæ apud Michaelem Monachum. Magno autem errore lapſus eſt Regius, qui Fortunatum hunc præterit, & quæ huic tribuenda ſunt, Fortunato II. qui vixit Gregorio I. ſummo Pontifice, tribuit, cum ille junior à nemine Sanctus ſit appellatus, nec Sardicenſis Concilii tempus illi conveniat. Cæterum Fortunatus iſte ſenior, & Sanctus, intra Urbem poſtmodum à Joanne Epiſcopo translatus eſt in Baſilicam Stephaniæ, ſive ſanctæ Reſtitutæ, ut tradit Joannes Diaconus his verbis. *Poſt longum tempus, populi patrocinia ejus petentes ab Eccleſia ſuo nomini conſecrata transferentes per manus Pontificum, collocarunt in Eccleſia Stephaniæ ad partem dexteram intrantium ſurſum, ubi eſt Oratorium in capite Catacumbæ.* Aliquot poſt annis iterum translatum fuit ejus corpus à Stephania ad Eccleſiam ſancti Euphebii, quam hodie incolunt Patres Capuccini, ubi nunc quieſcit, una cum Ss. Euphebio & Maximo Epiſcopis. Vide quæ nos, cum de Euphebio ageremus, diximus. Celebrabatur olim in Eccleſia Neapolitana S. Fortunatus die 14. Junii, ut habent duo vetuſta Eccleſiæ Neapolitanæ Mm. Ss. paulò ante laudata.

XV. *a De eo Acta 21. Junii p. 1. p. 139. ubi etiam ſequentis Severi mutua Sabilitas.*

13. S. MAXIMUS *a* catholica fide præſtantiſſimus in Neapolitana Eccleſia Epiſcopus floruit anno ſalutis 359. cujus acta deſiderantur; pauca tamen ab oblivione vindicavit idem Caracciolus, quæ hic verbatim referemus. Poſt infauſtam (inquit) illam ſecundæ Synodi Ariminenſis cataſtrophem, clademque catholicis Epiſcopis vi ac fraude Arrianorum illatam, cum Valens ab hoc Legatos accepiſſet ab Imperatore Conſtantio facultatem eiiciendi, vexandique eos, qui impiis ejus Concilii formulis ſubſcribere recuſarent, exturbato jam urbe Liberio Papa, occiſo à Marciani Proconſulis ſatellitibus Gaudentio Arimini Epiſcopo, cæteros omnes, eos etiam, qui juſtis de cauſis non interfuiſſent Synodo, circumquaque Valens miſſos Legatos aggreſſus eſt; quos inter Maximus Neapolitanus Epiſcopus durum exilium ſubire coactus, in Zoſimum ſibi ab Arrianis ſuffectum, contorſit anathema, divino ſtatim Numine, memorando prodigio illud corroborante. Nam Zoſimo quoties Baſilicam ingrederetur, & ſacra obire inſtitueret, lingua extra os ita protendebatur, ut retrahere illam, aut verba promere non poſſet, niſi Baſilicam, quam invaſerat, egreſſus. Id cum illi ſæpè contigiſſet, ceſſit tandem Epiſcopatui, ut ſibi lingua reſtitueretur. Hæc è Marcellino de ſchiſmate Urſicini & Damaſi, & ex eo Baronius, aliique eccleſiaſtici ſcriptores. (1) Porrò ad quem locum miſſus ſit in exilium S. Maximus, nunquam reperire potui. Conjicio tamen ad Baleares Inſulas eum fuiſſe amandatum. Nam ſi Fl. Dextri Chronico adhibenda eſt fides, eò ablegati ſunt alii multi Epiſcopi ab Arrianis in Ariminenſi Conciliabulo damnati. Obiit autem ſanctiſſimus Chriſti Confeſſor Maximus, in loco exilii, ut apertè tradit Marcellini, & Fauſti epiſtola ſcripta ad Auguſtos de ſchiſmate Urſicini. Sacrum ejus corpus translatum inde Neapolim, primò, ut Joannes Diaconus tradit, & in Eccleſia ejus prædeceſſoris ſancti Fortunati conditum fuit; indè in Oratorio Baſilicæ Stephaniæ; denique relatum fuit ad Euphebianam ædem Patrum Capuccinorum, ubi unà cum SS. Euphebio & Fortunato, ſub Aram maximam honorificè tumulatum jacet. De eo præter Neapolitanæ Eccleſiæ antiqua Kalendaria, tum Patricianæ Litaniæ, quæ poſt ejus Monaſterii vetus Martyrologium ſcriptæ habentur, tum etiam Codex m. s. 196. Bibliothecæ Caſinenſis meminerunt. Feſtivitas ejus olim 2. Julii agebatur. Cæterum Zoſimus, qui à Joanne Diacono inter Maximum, & Severum reponitur, quia illegitimus ille fuit, & ab Arrianis per vim intruſus in Neapolitanam Sedem, lupus ille à legitima ſerie, ſocietateque paſtorum modis omnibus abigendus eſt.

XVI. *b De eo Acta 29. Aprilis. 3. 1. p. 767.*

14. S. SEVERUS *b* Neapoli natus, (2) ubi non minus virtute & eruditione, quàm ætate adolevit, Beato Maximo, Clero & populo more majorum acclamante in Præſulatu Neapolitano ſucceſſit poſt annum Chriſti 367. Hic divino cultui impensè deditus, aliquot Neapoli Eccleſias ædificavit, quarum unam haud longe à civitate D. Januario martyri dicavit, in qua ejuſdem S. Januarii corpus è Marciano prope Puteolos loco, Neapolim delatum honorificè recondidit. Aliam verò extra ejuſdem mœnia juxta S. Fortunatum conſtruxit in cœmeterii crypta, in qua ſepulchrum ſibi paraverat, quam poſtea ex ejus nomine Severianam vocarunt. Aliam autem in civitate ipſa mirabilis artificii erexit, in cujus abſide Salvatorem cum duodecim Apoſtolis muſivo opere depinxit, ac quatuor Prophetis, pretioſis diſtinctam lapidibus, ac metallis. Duo inſuper condidit monaſteria, alterum nempè S. Martini, alterum verò S. Potiti martyris, quod Moniales S. Benedicti incoluere, eoque deſtructo, aliò emigrarunt. Non modo pietate, ſed ſanctitate, ac miraculis inſignis fuit Severus, celeberrimaque facta eſt ejus ſanctitas ex mortuo reſuſcitato, ita ut in faſtis eccleſiaſticis id ab eo patratum miraculosè his verbis fuerit conſignatum. *Pridie Kal. Maij Neapoli in Campania, ſancti Severi Epiſcopi, qui inter alia admiranda, mortuum de ſepulchro excitavit ad tempus, ut mendacem creditorem viduæ & pupillorum falſitatis argueret.* Miraculum ita accidiſſe ſcribunt ex ejus Actis. Balneator quidam pretium lotionis ab eo, qui lotus fuerat, petiit, quod erat ovi unius. Petit ille tempus ad ſolvendum, impetrat, ſed ſolutionis obliviſcitur & moritur. Creditor aſſerit, ſibi à defuncto deberi ſolidos aureos centum. Negat uxor debitum. Creditor judicem interpellat, qui ſententiam dicit, ut aut ipſa debitum ſolvat, aut creditor illam habeat cum filiis ſuis in ſuo ſervitio. Sed fœmina humano deſtituta auxilio, divinum implorat per Severi interceſſionem. Is tintinnabulo populum in Eccleſia Salvatoris noſtri congregari jubet. Inde ad cryptam deveniunt, ubi ſepultus erat prætenſus debitor, & in qua ſarcophagum ſanctus Epiſcopus ſtruxerat. Funduntur preces. Adjuratus defunctus, exſuſcitatur. Negat ſolidorum debitum, ſed ovi unius tantum fatetur. Rurſus quieſcit. Mendax verò creditor lapidibus certè obrutus fuiſſet, niſi miſericors Epiſcopus obſtitiſſet. Viſitur adhuc ſepulcrum, unde ille excitatus fuit cum ſua inſcriptione ad poſterorum memoriam.

Sepulchrum, ubi ſanctus Severus amicum,
cujus filios, uxoremque falsò, æreque indebito balneator in jus vocaverat, ut verum diceret ad vitam revocavit, Paulus

 Toſſas

(1) Viſendus, corrigendusque Baronii locus tom. 4. ad an. 362. ubi inquit Luciferum Calaritanum Epiſcopum hereſim Arrianam jam ſtomachantem, vitaſſe communionem Maximi (hujus Neapolitani Epiſcopi) in Zoſimi locum ſuffecti. Error quippe amanuenſis, qui ſcribere debuiſſet: vitaſſe communionem Zoſimi, pulſo Maximo Paſtore ſanctiſſimo, in Cathedram Neapolitanam intruſi.
(2) Fuiſſe dicitur hic ſanctus Epiſcopus è Patritia Neapolitana gente Carminiana, quæ è præclariſſima Conſulari, imò Imperatoria Stirpe ſevera deſfluxerat. Vide M. Antonium Terminium, Summontem, Mazellam, Engenium & alios. Id etiam teſtatur hæc inſcriptio ſuper portam Eccleſiæ D. Severi. *Joannes Maria Carminianus Hieroſolymitani Ordinis Eques B. Severo Neapolitano Antiſtiti gentili ſuo, & Carminianorum valvas ære proprio conſtruendas curavit.* Fuit inſuper ſanctus hic Severus in ſua juventute Canonicus Majoris Eccleſiæ Neapolitanæ. Celanus giorn. 2. fol. 93.

Taſſus I.V. D. Canonicus Neapolitanus Diviculter, ne taati miraculi memoria everteeetur eam piè reſtituit, Anno Domini M. D. LXXIII.

Hoc certè mirum, & innſitatum miraculum in cauſa fuit, ut Severo adjungeretur in encomium *Mortuorum reſuſcitator*. Cæterum Severum inter, & Ambroſium Mediolanenſem ſanctum Epiſcopum Interceſſiſſe amicitiæ fœdus conſtat ex ejuſdem Ambroſii ad Severum epiſtola 57. lib. 7. ubi laudat Campaniæ amœnitatem. Scripta fuit epiſtola hęc anno Chriſti 386. tribus annis antequam ſanctus Doctor ad Capuenſe Concilium concederet, ubi Severum probabile eſt interfuiſſe, quemadmodum, & Romanæ Synodo ſecundæ ſub Damaſo Papa. Is certè per ea tempora fuit Severus, ut non ſolùm Ambroſio cæteriſque Chriſtianis viris notiſſimus, & laudatiſſimus fuerit; ſed ipſi etiam Symmacho, homini ethnico, & Chriſtianis alioqui infenſo, qui Republicæ Romanæ anno 391. una cum Tit. Fabio Conſulatum geſſit. Id ex epiſtola Symmachi 51. lib. 7. obſervat Caracciolus, quæ tota eſt in Severo laudando. Hic tandem præclarus Antiſtes multis virtutum præconiis cum Eccleſiæ ſuæ præfuiſſet, pluribus pro Chriſti nomine laboribus egregiè functus, claruſque miraculis migravit ad Dominum die 30. Aprilis, in cujus obitu affuiſſe SS. Januarium & Agrippinum, quos ille vocavit fratres, addit Anonymus vitæ ejus ſcriptor. Corpus extra urbem in propria Eccleſia tumulatum ab Uberto Archiepiſcopo Neapolitano, deinde poſt multa ſæcula, anno ſcilicet 1310. ex privato loco ſubtus altare conditum fuit, ubi nunc requieſcit. Caput ejus in ſacello majoris Eccleſiæ, quod Theſaurum vocant, auro, argentoque coopertum ſervatur. Celebrem fuiſſe Severi cultum etiam extra Neapolitanam Diœceſim Caracciolus colligit ex vetuſto quodam Kalendario m. s. præfixo pſalterio cuidam Capuanæ civitatis, in quo legitur: *Pridie Kal. Maii Severi Epiſcopi & Confeſſoris*. Suerenti quoque in ejus honorem fuiſſe conſtructam cellum, ſeu ædiculam ſacram colligitur ex Leone Oſtienſi lib. 1. cap. 59. dum ait, Joannem Ducem 27. Neapolis, eam conceſsiſſe Monachis Caſinenſibus. Floruit is Dux anno Chriſti 933. Quo autem tempore Beatus Severus creatus ſit Epiſcopus, & quandiu ſedem tenuerit non poteſt ſignatè definiri, ut idem ſcribit Caracciolus. Nam quod Anonymus, & ex eo Joannes Diaconus in Chronico, & Regius ſcribunt fuiſſe totos annos quadraginta ſex uſque ad Damaſi Pontificatum; id quidem falſum eſſe evidenter evincitur. Quia eo tempore, quod inter Sylveſtrum abiit, & Damaſum, præter Severum, quatuor figere oportet Epiſcopos Neapolitanos, non autem ſolum Severum, ut Diaconus inſcitè ſcit. Conſtat enim ex iis, quæ cum de Conſtantini Magni Neapolim adventu ageremus, ſcripſimus Coſmatem tunc fuiſſe Neapolitanum Epiſcopum. Calepodius item anno 347. Apoſtolica Julii Papæ legatione functus eſt in Concilio Sardicenſi, una cum Vincentio Capuano, & Januario Beneventi Epiſcopo. Adrianus Papa in compendio Canon. apud Caniſ. to. 6. Antiq. Lection. Deinde Fortunatus jam Calepodio ſucceſſerat, cum ab Arrianis Epiſcopis in Pſeudo concilio Philippopolitano coactis celebrem illam epiſtolam, de qua nos in Fortunato, accepit. Maximus denique creatus fuit Epiſcopus Neapolitanus, diu ante Damaſi Pontificatum; quippe qui ejectus ab Arrianis è ſede ſua fuerat Liberio Pontifice, nempe eo ipſo anno 359. quo Ariminenſe Conciliabulum, catholicos Epiſcopos vel violenter exagitavit, vel fraude circumvenit. Damaſus autem factus eſt Romanus Pontifex extremo penè anno 367. Quatuor ergo iſti Præſules intra Sylveſtri, & Damaſi Pontificatum figendos eſſe certum eſt. Igitur ſtatuendum videtur, Severum poſt annum Chriſti 395. & fortaſſis poſt annum 412. exceſſiſſe è vivis; ſediſse vero ann. 46. ut Joannes

A Diaconus ſcribit. Nam alioquin non potuiſse Severum ędem ſancti Martini nomine ædificare, qui obiit eo ipſo anno 395. vel 397. ut Gregorius Turonenſis lib. 2. miracul. c. 2. & de Geſtis Francorum, Hiſt. lib. 2. c. 14. & ex eo Baronius in notis ad Martyrologium Romanum in prima editione, qui deinde in Annalibus Eccleſiaſticis ex Severi Sulpicii ſcriptis affirmat Maximum migraſse ad Dominum anno 402. Utut ſit de Martini obitu, incredibile eſt Martino vivente Eccleſiam, ac Monaſterium à Severo fuiſse erecta, quemadmodum incredibile eſt poſt Martini obitum, Severum diem ſuum piè obiiſse. Hæc de Severo, cujus Acta Anonymus ille ſupracitatus conſcripſit circa annum Domini 800. ut Caracciolo placet. Nos Acta ipſa ex codice m. s. Longobardico Bibliothecæ Gregorianæ habuimus, quæ hic damus, tametſi correctione aliqua egeant, & ex iis, quæ ſupra de Severo relata ſunt, corriget Lector.

B *Domino Illuſtri, & Fratribus omnibus in Chriſto ſalutem. Litteris nobilitatis veſtræ iterata vice ſollicitor, ut vobis obitum, vel vitam S. Severi Sacerdotis, & Pontificis fideliter referam. Facio quidem, quod vos præcipitis: ſed timeo, ne non eam efficaciter faciam, quod facere cupio. Tamen quia petere dignati eſtis, fideliter & ſine mendacio faciam. Novi etenim melius eſſe linguam ſilentio premere, quàm ad peccatum animæ falſa narrare, dicente Scriptura: os, quod mentitur, occidit animam. Et ideo venerationem veſtram plurimum quæſo, ut imperitiæ meæ veniam dare dignemini. Alioquin, ſi vobis ſermonis mei utilitas cœperit diſplicere, non mihi, ſed vobis rectius imputetur: quia aquam puriſſimi fontis à cœnoſo rivulo poſtulaſtis. Sed hæc breviter dicta ſint; nunc autem veniamus ad ea, quæ vobis, qui vitam, vel obitum ejus verſibus illuſtrare diſponitis dicendi materiam ſubminiſtrent.*

Explicit Prologus.

C Incipit vita, & obitus ejus.

Secretum Regis celare bonum eſt: opera autem Dei revelare & confiteri honorificum eſt; multa enim mirabilia, & ſigna omnipotens Deus per ſervos ſuos quotidie oſtendit, ſicut ſcriptum eſt; Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Et ad Apoſtolos promittens, dicit; Qui credit in me, ſigna, quæ ego facio, & ipſe faciet. Rem novam & inauditam in his temporibus accidit nobis Severum Neapolitanæ Sedis Epiſcopum, ſicut & antiquos olim Sanctos, operari mirabilia, quæ per illum oſtendere Dominus dignatus eſt. Nam quadam die juxta morem homo quidam conſuetudinis balneo lavandus ingreſſus eſt. Poſt ablutus aqua cum recederet, cuſtos balnei ovum ab eo pro balneatico petiit, quod unuſquiſque balneaticum pro pretio dare conſueverat. Sed ille oblitus ovum adducere minime licuit ei ut liberaret debitum balnei. Cœpit autem eum rogare, dicens cum ſumma alacritate: Obſecro te, ò cariſſime amice & compater, ſuſtine me pauliſper donec revertar domum, & libenter ovum, quod

D *dare tibi balneaticum debeo, feſtinanter dirigo tibi. Cui ille, vade in pace, & ne cures talia, tantummodo ovum, quod mihi dare debes, ne moras facias dirigendo. Mox ut domum ſuam ingreſſus eſt, oblitus eſt dirigere ovum, quod debebat balneario. Factum eſt autem, ut non poſt multum tempus homo ille moreretur. Cum autem audiſſet balneator, quia defunctus eſſet debitor ſuus, & ovum ei minimè direxiſſet, ſurgens exindè interpellavit Ducem terræ ejus ſuper uxorem ejus, quod vir ejus dare debuiſſet ſolidos aureos centum. Tunc illa deteſtando & jurando cœpit dicere: non faciat Deus, ut vir meus tibi ſolidos dare debuiſſet: cui Dux terræ tale dedit judicium, ut aut debitum redderet ipſa mulier, aut ipſe creditor haberet eam una cum filiis ſuis in ſua ſervitio. Quare illa mœſta conſurgens, ſoluto crine, & ſciſſa veſte à capite uſque ad veſtigia ſua, lacrymis ſimul cum voce ad Dei famulum Severum Epiſcopum pervenit. Pro-*

voluta

voluta pedibus ejus, deprecari eum cœpit, dicens: O Paſtor ſancte, ò qui Apoſtolorum viam tenes, ſuccurre mihi miſeræ viduæ: quia inimicus homo cum fallacia ſua oppreſſit me una cum filiis meis in jus ſuum me habere, & dicit mihi, quod vir meus dare ei debuiſſet aureos centum ſolidos, quod vir meus dare ei minimè debuit. Eſto mihi adjutor ò ſanctiſſime Pontifex Severe, & ſicut ſanctiſſimus Daniel Propheta liberavit Suſannam de falſo crimine, ita & tu me libera, ò ſanctiſſime Paſtor, quia injuſtè damnata ſum à falſo inimico meo. Cui beatiſſimus Chriſti Confeſſor, & Epiſcopus Severus ait: vivit Dominus, quia non habeo ſolidos, nec quamque rem, unde te eripere potuero. Sed ſuſtine me in craſtinum paulisper; facturus eſt Dominus mirabilia ſua. Erat autem crypta extra portam civitatis, ubi ipſe Chriſti Dei Confeſſor Severus & Pontifex ſibi Sarcophagum ſepulturæ futuræ paraverat. Et ipſa mulier ibidem virum ſuum humatum habebat. Quam vir Domini videns in tanta amaritudine eſſe mulierem, commotus viſcera, quæ ſemper miſericordiæ erat indutus, mox autem novam conſuetudinem ſuæ civitatis demonſtravit. Dedit tintinnabulum clerico ſuo, ut circuiret civitatem inclytam, & ad ſonum tintinnabuli curſim omnes catervati ad Epiſcopii Eccleſiam Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti convenirent, ut miraculum, quod facturus erat Dominus per Pontificem ſuum Severum cunctis oſtenderet. Cum autem eſſent omnes valdè diluculo agglobati ſimul in unum viri ac mulieres, abſtulerunt ſecum Crucem Salvatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & cum Letania, & pſalmodiæ cantu ab Epiſcopii Eccleſia uſque extra portam civitatis ad memoratam cryptam pervenerunt, unde ſuperius mentionem fecimus. O quantas lacrymas ibi fundentes, clementiam Dei deprecantes Monachi, & Sacerdotes, Clerici, & laici, mulieres, & infantes, viduæ, & orphani, ut exaudiret Dominus gemitum eorum. Mulier verò illa quæ in amaritudine erat animi conſtituta, non relinquebat Pontificem: ſed propriis eum veſtigiis conſequens, & vocem emittebat ſuam ad cælum, ut de tanto crimine eam Deus liberare dignaretur. Tunc Beatiſſimus Chriſti Confeſſor Severus cum videret plebem ſuam in magno fletu & mæſtitia, & voces emittentes ad Cælum, & injuncta vidua una cum ipſis tantas lacrymas funderet, motus eſt & ipſe in lacrymis & in fletu magno, converſus ad Dominum ſic exorſus, ait: Domine Jeſu Chriſte fili Dei vivi, qui voce tua quatriduanum Lazarum ſuſcitaſti, tu reſuſcita mortuum iſtum, ut dicat nobis de debito, quo iſte homo quærit hanc mulierem ſuam, ſi verum ſit, an non. Et ſtatim juſſit aperire ſepulchrum. Cumque jam aſtantibus omnes cernerent cadaver, quod jam multo tempore jacebat exanime; tunc beatiſſimus Chriſti Confeſſor & Epiſcopus Severus ſic exorſus, ait: In nomine Domini Jeſu Chriſti filii Dei vivi ſurge, & ſede in tumulo tuo, & dic nobis, ſi debuiſti dare ſolidos homini, unde uxorem tuam afflictam tenet una cum filiis tuis. O admirabilis clementia Dei, qui nec Pontificem ſuum Dominus in minimo contriſtare voluit. Qui ſtatim ad vocem vicinam, quaſi ex ſomno ſurrexit, & cœpit loqui dicens: per Jeſum Criſtum Dominum noſtrum, in cujus conſpectu aſtans, & exorans die ac nocte non debeo ſolidos dare ne quicquam aliquid, niſi tantummodo unum ovum pro ipſo balneo, ubi me lavit. Tunc manifeſtavit ille iniquiſſimus homo, quod non deberet dare ei plus, niſi tantummodo ipſum ovum. Tunc exurgentes omnes in eum, voluerunt lapidibus obruere: ſed beatiſſimus Chriſti Confeſſor Severus prohibuit, ne talia fierent; dicens: non licet nobis malum pro malo reddere, ſed perhibere bona. Memores eſtote, fratres chariſſimi, quanta & qualia paſſus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis. Tunc beatiſſimus Chriſti Confeſſor converſus ad defunctum, ſic ait: ò homo, vis vivere adhuc in hoc præſenti ſæculo? aut deprecabor Deum omnipotentem pro ſe, ut faciat te inter Sanctos ſuos æternis gaudiis frui ſempiternis. Cui ille reſpondit: ſi tibi placet, ò ſanctiſſime Paſtor & Pontifex, inter Sanctos

A conſortem me eſſe gaudiorum concede. Cui Pontifex ait; requieſce in pace ſecurus: nam & ego rogabo Dominum meum Jeſum Chriſtum, ut quicquid poſtulas merear adipiſci.

Sedit S. Severus Epiſcopus annos 46. menſes duos, dies undecim. Hic fecit baſilicas quatuor. Nam & corpus B. Januarii Sacerdotis & martyris ipſe condidit manibus ſuis in Eccleſia foris portam hujus civit. milliario uno, in qua nunc requieſcit uſque in præſentem diem. Et ipſæ baſilicæ unde ſuperius mentionem fecimus unam foris urbem juxta S. Fortunatum, nomini ejus conſecravit. Et aliam in civitate mirificæ operationis, in cujus abſide depinxit ex muſivo Salvatorem cum duodecim Apoſtolis ſedentibus; habentibus ſubtus quatuor prophetas diſtinctos pretioſis marmorum metallis. Eſaias cum olivæ corona Nativitatem Chriſti & perpetuæ virginitatis Dei genitricis Mariæ deſignare voluit dicendo, fiat pax. Hieremias per uvarum oblationem virtutem Chriſti, & gloriam Paſſionis, & Reſurrectionis præfiguratur, cum

B dicitur: In virtute tua. Daniel ſpicas gerens Domini annunciat ſecundum adventum, in quo omnes boni & mali colliguntur ad judicium, propterea dictum eſt: Et abundantia. Ezechiel proferens manibus roſas, & lilia, fidelibus regnum Cælorum denuntians: unde ſcriptum eſt: In turribus tuis. Etenim in roſis ſanguis Martyrum figuratur; in liliis perſeverantia confeſſionis exprimitur. Prius ipſe foras urbem jacuit in Eccleſia ſuo nomini conſecrata; nunc verò requieſcit in ea ipſa Eccleſia Neapoli conſtituta, quam alii Severianam, alii (propter Oratorium ibi factum) S. Gregorium vocant. Et fecit duo Monaſteria, S. Martini Chriſti Confeſſoris, & aliud Potiti martyris. Fuit autem temporibus Silveſtri Papæ, & Conſtantini Auguſti; & perduravit uſque ad Damaſum Papam: tranſiliens Apoſtolicos hos Marcum, Julium, Liberium, & Felicem. Sylveſter Papa conſtituit, ut Chriſma ab Epiſcopo conficeretur, & privilegium Epiſcopi, ut baptizatum conſignet, propter hæreticam ſuaſionem. Et hoc conſtituit, ut baptizatum liniret Presbyter

C Chriſmate levatum de aqua, propter occaſionem tranſitus mortis. Beatus Sylveſter conſtituit, ut Diacones in Eccleſia Dalmaticis uterentur, & pallia linoſtima læva eorum tegeretur. Hic conſtituit, ut ſacrificium altaris, non in ſericum, nec in pannum tinctum celebrari, niſi tantum in lineum à terreno procreatum; ſicut corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti in Sindone munda ſepultum. Sedit S. Silveſtri tempore B. Severus annos duodecim, & ſupervixit annos viginti quatuor. Poſt Silveſtrum Papam ſedit Marcus Papa annos duos, menſes octo dies, viginti, & poſt eum Iulius Papa ſedit annos quindecim, menſes duos, dies ſex: fuit autem temporibus Conſtantini fratris ſui, & Conſtantii filii ejus Joviani Imperatoribus. Et depoſitus eſt B. Severus, ſuivit in Domino tertio Kalendas Majas. Qui Conſtans Arrianus effectus, Catholicos toto orbe perſequitur; cujus etiam favore fretus Arrius Conſtantinopolim pergit adverſus Eccleſiam Dei dimicaturus iterum. Divertens per forum Conſtantini ad neceſſariam cauſam, viſcera

D ejus repente ſimul cum vita effuſa ſunt. Liberius Papa ſedit annos ſex, menſes ſex, dies quatuor: fuit autem temporibus Conſtantini filii Conſtantini uſque ad Conſtantium. Hic exilio deportatur. Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus cum à Conſtantino quæreretur ad pœnam, honorificè ſuſceptus eſt. Donatus artis Grammaticæ Scriptor, ac præceptor Hieronymi Romæ inſignis habebatur. Beatus Antonius Monachus centeſimo ſexto ætatis anno in eremo moritur. Oſſa Andreæ Apoſtoli, & Lucæ Evangeliſtæ Conſtantinopolim transferuntur. Hilarius Pictavienſis Epiſcopus, qui pulſus ab Arrianis in Phrygia fuerat in Galliam rediit. Sed quia hæc ordine breviter per exceſſum diximus, ad expoſitionis ordinem de obitu B. Severi redeamus.

Igitur S. Severus, cum ante triduum quàm de hoc mundo ad cæleſte habitaculum vocaretur, cumque jam de ſalute ejus ab omnibus medicis deſperaretur, & ſciens ſe jam profecturum ad Dominum, convocari

juſſit

A juſſit cunctum Clerum ſuum, & jubet ſibi ante lectum ſuum ſacra myſteria exhiberi, ſcilicet ut una cum ſanctis Clericis oblato ſacrificio Deo animam ſuam Domino commendaret: ſimul etiam & vos, quos pro diſciplina eccleſiaſtica a communione ſacri myſterii extorres eſſe præceperat ad pacem priſtinam revocaret. Et cum hæc omnia cum ſanctis Clericis læto, atque perfecto ordine celebraſſet, ſubito clara voce interrogare cœpit ubi eſſent fratres ſui. Tunc unus ex circumſtantibus Urſus Diaconus nepos ejus (qui poſt ejus tranſitum ipſe Epiſcopus ordinatus eſt) cum hoc audiſſet, cogitans quod fratres ſuos, id eſt Diaconos quæreret, ait illi: ecce hic ſunt fratres tui. Cui ille reſpondit, dicens, ſcio, inquit, fili, ſcio, quia hic fratres mei. Sed ego nunc fratres meos Januarium, atque Agrippinum dico, qui mecum ſunt modo locuti, & continuo ad me venturos ſe eſſe dixerunt. Et his dictis extenſis ad cœlum manibus, hunc pſalmum Domino decantavit, dicens: Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi: auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Deinde collecta oratione, ſiluit. B Inter hæc autem, cum jam nox diei ſucceſſiſſet, uſque ad mediam noctem corpuſculum ejus quieti conceſſit, donec redeunte dolore, qui lateri ejus nimius inerat. Facta autem die Presbyteris, & Diaconibus, atque omnibus Clericis exemplo Dominico, pacem hæreditariam prædicavit. Tranſactis autem his, tacitus uſque ad veſperam perdurans, deinde quaſi de gravi ſomno excitatus, lucernariæ devotionis tempus agnoſcens, extenſis in cœlum manibus, lenta licet voce oravit ad Dominum dicens: Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo. Paravi lucernam Chriſto meo, Domino decantavit. Tum deinde facto aliquandiu ſilentio, circa horam quartam noctis, omnibus qui aderant ſollicitè vigilantibus, ſubitò tam ingens cubiculo ejus terræmotus concuſſus eſt, ut hi, qui lectulo aſſiſtebant, exterriti, atque turbati ad orationem ſe Domino cuncti jactarent. Nihil tamen ſcientibus his, qui pro foribus conſiſtebant; neque enim publicus ille, ſed privatus in cubiculo ejus fuerat terræmotus. Inter hæc cum unuſquiſque tali timore exterritus pro peccatis ſuis Dominum deprecaretur, C ille angelicis ſuſcipiendus manibus debitum Deo ſpiritum exhalavit; Ipſo adjuvante, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Hortaris me Capuane virorum ſagaciſſime, pietatis meritum, quod ſumma tibi divinitas per ſuos Sanctos milites noſtris temporibus Georgium ſcilicet Martyrem, Severumque Pontificem, atque Agnellum Confeſſorem largiri in ipſo mortis articulo eſt dignata, ſcribere; quatenus poſteris memoriam, & legentibus bonæ præparemus ſpei fiduciam. Confiteor nimium hoc aggredi abhorrui, partim propter inſcitiam, joculorumque invidiam, partim propter Dei ſervos, & eruditiſſimos veſtræ urbis viros, quibus eſt cœleſte noſſe collatum ſecretum, quorum ſcientiæ vigor, velut in Orbe lumen refulget. Sed tua utpote D amice, ne obſecratio languida remaneret, elegi magis quàm tibi uni aliis diſplicere, ut amor amplius accreſceret, & veritas roboraretur, & quia tales meruiſti adjutores, quos non tua urbs tantum in terris poſita habere gaudet patronos; verum cœleſtis etiam aulæ Sanctis cum Angelis retinet perpetuos concives; dignum eſt tibi tuiſque omnibus complicibus eorum ſalubres laudes ſedulo ore perſtrepere, ut quemadmodum temporalis vitæ tribuere ſolatia, ita impartiri æterne ſtudeant gaudia. Nam quàvis continua nos peccata ne Dei recipiamus præpediant miſericordiam, tamen effœtos non nos abire ejus ſinit clementia: ſed nunc ut mater ubera filiis commodat, nunc abſtractis, ne ſugantur obnubilat, ut quos parumper linquit ut abjectos, poſſit habere perfectos. Sed quia hæc alias, modo eam, quam in te Deus operari dignatus eſt benevolentiam, ut hauſi auribus à te exponere aggrediar.

Tempore quo Henricus Theutonicorum Rex, Conradus filius Romam, ut Imperii coronam ab Apoſtolica Sede ſumeret, advenit, Joannes Neapolitanorum magiſter militum, & Campaniæ Dux cum ſuo exercitu ad Puteolos applicuit, ibique defixis tentoriis, machinamentis, quibus valuit expugnare niſus eſt. Dum hæc ſæpius fierent, accidit, ut die quadam Capuanus, quem in prælio poſuimus, inter pugnantium agmina fortis aſtaret, quem quidam ex oppidanis ſagitta appetens graviter vulneravit. Hunc ſodales deportantes in tentorio collocavere, & ut ſagittam abſtraherent, inſiſtere cœperunt. Qui cum multis argutiis deſudarent, lignum, in quo ſpicula adhæſerat, abſtulere, ferrum verò intus reliquere: nam ferri acies per extremitatem cilii, quæ oculorum angulos detinet, ingreſſa, ita temporis interius loca, oſſiumque confodit, ut nullum reperiendi aditum quomodo poſſet auferri relinqueret. Deinde inito conſilio urbem ad propriam vehiculo deductus eſt, ibique multis adactis medicaminibus, nullum ſoſpitatis attulere præſidium, ſed & ferro in altum ſecari juſſus, ſagittæ latentis, via nulla ratione oſtenſa eſt. Quid ageret miſer, quo ſe verteret neſciebat: quia quem medicorum certamina B fallebant, mortis ſupplicia deterrebant. Tandem potitus divino conſilio, omiſſis humanis certaminibus, Sanctorum cœpit poſtulare ſuffragia: ut quod terreni non poſſent commodare phyſici, cœleſtis regni proceres more condonarent ſolito, dicente Domino; quia quæ apud homines impoſſibilia ſunt, poſſibilia ſunt apud Deum. Quid multa? ad Baſilicam ſanctiſſimi Agnelli deductus, quibus valebat precibus rogitabat, ut ſicut multis per orbem languidis ſubveniſſet, ita & ſibi in mortis certamine poſito ſubveniret. Aliquantis ibi diebus expletis, domum reverſus eſt. Item S. Georgii templum ingrediens beatiſſimi Severi depoſcebat auxilium, & Sanctos, quos pictos in ſoucta aula conſpexerat, obſecrabat: deinde vale dicens omnibus, domum revertitur, diem præſtolabatur extremum. Tandem affuit ſolita pietas Domini, ſecundum quod ſcriptum eſt: quis Deus magnus, ſicut Deus noſter: quoniam tu caſtigas, & ſalvas, deducis ad inferos, & reducis, & poſt lacrymationem, & fletum exultationem inducis. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, qui cum iratus fueris, C miſericordiam facis. Sed libet modo nobis Capuanum parumper provocare ad exorandum Dominum, qui dixit: Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, invenit, & pulſanti aperietur. Eja Capuane amice cariſſime, incipe modo cum Propheta dicere: exurge quare obdormis Domine, Exurge, & ne repellas nos in finem. Quare faciem tuam avertis, obliviſceris inopiam noſtram, & tribulationem noſtram: quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra, adhæſit in terra venter noſter. Exurge Domine adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum. Certò certius aderit ille, qui ſuos ad te milites dirigat, per quos, & tibi vitæ auxilium præbeat, & mortis obſtaculum longius abigat.

Dum quadam nocte prædictus Capuanus ſomno quieſceret, ecce tres viri apparuerunt ei veſtibus diſſimiles, ſed moribus pares. Primus Pontificali habitu D decorus, ſecundus monaſtico ſchemate redactus, tertius militari cingulo preſſus: ut etiam à Capuano is æſtimaretur, qui eum in prælio percuſſerat, quem contẽplatus condoluit. Putabat enim cauſa eum cognationis advenisse interius. Ad quẽ duo ſuperiores talia famina dedere: Ne æſtimes Capuane hunc eſſe militem te qui perculit telo: ſed martyrem eſſe Georgium, qui tibi ſanitatis præſens gaudia pandit. Et nullum de hac clade ab hac hora periculum ſuſtinebis. Interea propriis ſe ſo indicavere nominibus, Agnellus ſcilicet, & Severus, & ejus ab aſpectu ſe protinus abſtulerunt. Expergefactus homo à ſomno cœpit ſecum cogitare, & mente conquirere, quæ vidiſſet. Et cum multa pertractando revolveret, elevata manu ſagittæ ingreſſum tetigit, & quaſi aliquam ferri aſperitatem ſenſit. Tunc advocato filio, ait: Surge, & celerius mihi affer lumen. Quo facto, exclamans filius ait: ne timeas, pater, quia ſagitta eſt, & ſi dimittis me paululum incidere, ſtatim abſtraham eam. Cui pater: ſuſtine fili, prius ingrediamur ſanctiſſimi

Georgii templum, & audito matutinali officio, altare, quo corpus beatiſſimi Severi latitat, repetamus, & ibi aſtantibus clericis, & orantibus, quid Dominus facturus ſit videamus: Dum dicta opera eſſent expleta, miſſa manu Capuanus, ut vulneris locum tangeret, illicò ſecuta ſagitta manum cecidit ante altare ſacrum. Cernentes omnes, qui aderant tam ſublime miraculum, magnas laudes Deo dedere: qui mundo in malo poſito non ceſſat adhuc per ſuos ſanctos talia dona præbere. Statim Capuanus, ut eorum mens plus roboraretur miraculo, quid illi ea nocte oſtenſum eſſet, quidve pronunciatum, in medium protulit. Præterea hoc fuit mirabile ſentiendum, quia caput in ſecretiori percuſſum parte tam diro vulnere, egrediente ſagitta, ita conſolidatum eſt, ut nullius humanæ cuperet medicinæ ſolatium; dicente Beda de ſocra Simonis curata à Domino; Naturale eſt febricitantibus, incipiente ſanitate laceſſere, & ægrotationis ſentire moleſtiam. Verùm ſanitas, quæ Domini confertur imperio ſimul tota redit; Cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen, &c.

Sed neque hoc prætereundum eſſe videtur, quod temporibus Sergii, & Joannis magiſtri militum urbis Parthenope, Dominus per famulum ſuum Severum operari dignatus eſt: ut dum fama Sanctorum ejus paſſim per mundum ſe fuderit, obcæcatorum corda facilius inviteutur, & mentes fidelium ad agonizandum amplius accendantur. Fuit quidam vir, Petrus nomine, natione Græcus cognomento Volticati de Calabriæ Amantea civitate; hic in prædicta urbe Parthenope incolatum habebat junta magnam Baſilicam ſanctiſſimi Georgii martyris, & Severi Chriſti Confeſſoris. Qui ſecundum ſuæ poſſibilitatis ſubſtantiam præbebat Deo in prædicta baſilica fideliter munera, preceſq; fundebat aſſiduas: nam & altare, quo ejus venerandæ reliquiæ tegebant, undique velo circumcingens obtenit. Luminaria verò ſæpiſſimè offerebat. Sed inimicus boni operis non recto intuitu, quæ iſdem Petrus circa Domini famulum cernens exhibebat, ſolitas ſuas ad artes refugit, quatenus mente ejus amaritudinum ſtimulis incitata, non jam Deo orationes, & luminaria, ſed querelas, & jurgia propinaret. Sic quondam Salvatoris diſcipulum ejus illiciendo animum fefellit, ut de cliente traditorem faceret, & Satanæ pellentem dæmonia laqueo implicaret. Sed miſer quamvis multos tali arte decipere non deſiſtat, tamen & ipſe à multis JESU protegente Domino ſpretus turpiter ſæpe invenitur, & victus: nam filiam ejus parvulam Vrſam nomine, ita immenſis doloribus contraxit, ut nec manum ad os ducere, nec extendere aliaratione valeret; quam genitor conſpiciens profuſus lacrymis, animoque conſternatus propriis eam bajulans ulnis, ſimulque cum olei vaſculo pleno collo illius ſuſpenſo ad ſacratiſſimum altare ſub quo ejus corpus quieſcit, cucurrit, atque ibi cum ea projectus lacrymas devotiſſimè fudit, & tali voce Dominum popoſcebat Regem.

Tu Deus omnipotens, qui culmina cælica tangis,
Et numeris elementa ligas, ut frigora flammis
Arida conveniant liquidis, ne purior ignis
Evolet, aut merſas deducant pondera terras.
Qui requies tranquilla piis es, gloria feſſis.
Reſpice dicta mea, cunctum qui reſpicis orbem.
Et miſerere mei, ne preſſus pondere gravi,
Hanc perdam prolem, quam peſtis ſæva revinxit.
Ac tu ſancte Dei Præſul venerande Severe,
Qui pietate micas, qui mortis vincula ſolvis,
Vulnera cerne mea, quæ duriter enſis adurit.
Igniſer, ut laudes poſſim tibi reddere ſummas,
Et Domino cujus tu ſervus adeſſe probaris.
Qui tibi conceſſit vitam donare famellis,
Qui tua munera ſancta petunt per ſæcula ſemper.

Talia vir præfatus in pavimento adiacens cum ore repeteret; miſericors Dominus, qui precantium nunquam abiicit preces, nec mundo corde invocantes deſtituit ſe, ſtatim ſui per merita famuli adfuit, & nec primitus præfatus vir à pavimento ſublatus eſt, quam ei filia ſanitati pleniſſime ſit reddita; & quæ contracta manibus, brachiiſque ad ejus fuerat adducta tumulum, ſine omni mora protinus eſt potiri extenſa, & ab languore abſoluta reddita.

Elyſii ſedem nobis acquire Severe
Antiſtes, ſobrie cordaque noſtra fove.
Defunctus fari qui ſanctis obtinuiſti
Eulogiis, noſtra tu quoque corda riga.
Eſt nobis votum ſeriatim pangere totum
Quod cuidam cano contigit archiatro.
Rem miram vobis refero, quæ nuper in iſta
Facta eſt Vrbe bonæ virginis, atque probæ.
Vrbis Dux hujus dum progreſſus properaſſet
Adverſus Comitem, qui ſibi reſtiterat,
Et cum militiæ condenſa cuncta repleret
Arva loci illius, ſunt, ubi Puteoli.
Cepit ſummoperè caſtrum confligere contra
Spicula jactando inſuper & lapides.
Et cum jam nimiùm machinis affligeret illam,
Vrbiculam parvam, qua Comes intus erat.
Accidit ut ſubito Capuanum nomine dictum
Ales arundo volans tempore percuteret,
Cuſpide non tracta, heu dira ſagitta remanſit,
Quam nullo poterant arbitrio erabere.
Omnes plangebant, lugubrique voce gemebant,
Cuncti poterant pie Rex, huic modo Chriſte fave.
Quid multis morer? hunc ad mox urbe revocarunt,
Nomineque proprio Parthenope reſonant,
Hic Confeſſorum cepit peragrare ſepulchra,
Suſpiciis nimiis Patru rogans civium.
Sed non Agnellus, non præclarus Severinus
Curarunt hunc à vulnere lethifero.
Non Gaudioſus, Proculus, non Soſſius almus
Illi præſtarunt quodlibet auxilium.
Non Martinus amans Chriſtum, non hunc Benedictus
Curavit miſerum, ſed Domini pietas
Revera potuit, quod nullas medicorum;
Hoc valuit Sanctus, nempe ſuis precibus.
Pontificem Severum dicimus iſtius urbis
Cujus ſoma loco nab requieſcit in hoc.
Præbuit & martyr Chriſti Georgius aptum
Illi præſidium, qui rogitabat opem.
En improviſo proceſſit lapſa ſagitta
Ante pedes hujus, qui pia vota dabat.
Aſſiſtentes flentes Dominum tunc magnificarunt
Vocibus altiſluis, cordibus atque piis.
Dicentes: non eſt ſimilis tibi Chriſte Redemptor
In priſcis quiſquam, qui queat hoc facere.
Quare dicamus, hæc clara voce canamus,
Carmina melliflua, cantica laudiflua.
Gloria Chriſte Deus tibi ſit per ſæcula cuncta,
Qui hunc invalidum ſic medicando juvas.
Gloria ſit Patri, Verbo qui cuncta creavit.
Sit ſemper ſancto gloria Spiritui.
Verſificatorem tu protege, ſancte Severe,
Hunc qui curaſti dando ſibi requiem.
Hos verſus cecinit Joannes Presbyter archi,
Cujus vota Deus compleat altitonus.

15. VRSUS S. Severi Archidiaconus, ac nepos patruo ſucceſſit circa annum Domini, ut mihi videtur, 412. Quatuor annos Neapolitanam Eccleſiam rexit, & fato functus in cœmeterio extra urbem humatus eſt, teſte Joanne Diacono, in quo B. Euphebius conditus fuerat, de quo Anonymus in vita Severi. Vrſus ergo, ut Caracciolus obſervat, ſucceſſor Severi fuit, non Vrſicinus ille ſchiſmatis auctor, & Romanæ Sedis violentus invaſor, ut affinitate vocum decepti ſcripſerunt Anaſtaſius, & ex eo Platina in vita Damaſi. Sed Vrſus nepos, quod Joannes Diaconus, & ex illo antiquior Anonymus iſte tradiderunt: quoſque ſecuti ſunt Baronius, ac Binius. Porrò Vrſicinum illum, ſive Vrſinum non fuiſſe Epiſcopum Neapoli liquet; cum quod nihil ejuſmodi habeat Marcellinus tractatu de hoc ſchiſmate; alioqui, ut veriſimile eſt, non ta- XVII.

ci-

citnrus banc honorificam Neapolitanę Sedis digui-
tatem collatam ſuo Pſeudopontifici (nam & ipſe
Vrſicini ſequax fuit.) Tum etiam quia legitur hic
ipſe Vrſicinus poſt ſedatum ſchiſma , quod cunfla-
verat, relegatus in Galliam . Ac præterea quia
idem reperitur negocium ſaceſſiſſe Siricio , poſt de-
cem & octo annos , hoc eſt poſt obitum Damaſi , ut
habetur ea litteris Theodoſii Imperatoris Papiniano
Præfecto ſcriptis anno Chriſti 385. quas Baronius
recitat . Vnde patet , in quot diſceptationes incur-
rant , qui Vrſum cum Vrſicino confundunt . Porrò
quod Joannes Diaconus ſcribit, Vrſum poſt quatuor
ſolummodo annos Epiſcopatus ſui obiiſse ſub Da-
maſo , omnino falſum videtur , cum Severus Vrſi
prædeceſſor poſt annum 396. (melius 412.) exceſ-
ſerit è vivis . Oportet igitur Vrſum obiiſse longe
poſt Damaſi Pontificatum , anno ſcilicet 416.

XVIII 16. JOANNES hujus nominis primus Neapo-
litanus evaſit Epiſcopus defuncto Vrſo circa an-
num Domini 416. Hic , ut Joannes Diaconus re-
ſert , & ea eo alii ſub Severo Epiſcopo anno 381.
Neapuli è fundo Marciano propè Puteolos inclyti
martyris Januarii corpus tranſtulit , propriiſque
manibus ſepelivit in Baſilica ejus nomini dicata, in
qua quidem Eccleſia poſt ſuę vitę finem conditus eſt
ad dexteram partem prope S. Fortunati tumulum.
Hunc Neapolitanæ Eccleſiæ præfuiſse Siricio , &
Anaſtaſio Romanis Pontificibus anno 388. narrat
Diaconus , & ea eo aliqui recentiores : hi tamen
toto cœlo aberraſse viſi ſunt , cum ea tempeſtate
Severus Neapolitanam adminiſtrabat Eccleſiam ,
ut ex iis , quæ in Severo ſunt relata clarè habetur :
etenim ad Severum extat epiſtola Ambroſii anno
Chriſti 386. ſcripta , & Severus poſt D. Martini
obitum Eccleſiam , ac Monaſterium ejus nomini
Neapoli conſtruxit , Martinus ad cœlum evola-
vit , juxta Baronii veriorem computum anno repa-
ratæ ſalutis 402. Cæterùm Joannes Diaconus , quæ
de Joanne vulgo Aquarolio Epiſcopo Neapolitano
ſanctiſſimo dicuntur , & quem B. Paulinus Epiſco-
pus Nolanus ad cœleſtia regna vocavit , perperam
Joanni huic primo attribuit , ut infra ſuo loco nar-
rabimus.

XIX. 17. TIMASIUM Neapolitanum fuiſse Epiſco-
pum poſt Joannem ſcribunt ex Joaune Diacono .
Vixiſſe ajunt anno ſalutis 425. alii anno 477. quem
ſediſſe volunt ann. 31. Utcumque ſit , conſtat Ti-
maſium quondam fuiſſe Neapolitanum Epiſcopum.
Hac tempeſtate , nempe anno Domini 438. San-
ctus Gaudioſus Epiſcopus Bithyniæ ea Africa
Vvandalicam perſecutionem ſub Genſerico Rege
fugiens Neapolim multa Sanctorum Lipſana detu-
lit ſecum Pretioſum porrò Protomartyris Stepha-
ni cruorem à Gaudioſo Neapolim advectum fuiſſe
conſtans eſt omnium opinio, traditione , & veteri-
bus monumentis roborata : cui ſubſcribit Baronius.
in Notis ad diem 3. Auguſti . *Fertur* , inquit , *S. Gau-
dioſus Epiſcopus ampullam vitream concreti ſangui-
nis S. Stephani indè Neapolim Campaniæ urbem fu-
giens , ſecum aſportaſſe ; quæ hactenus ibidem in
Eccleſia ejuſdem S. Gaudioſi religioſè aſſervatur : ubi
adhuc miraculum perſeverat , ut ſuper altare am-
pulla poſita , dum ſacra Miſſarum ſolemnia perago n-
tur , liqueſcere , velut recens effoſus ſanguis ali-
quando conſpiciatur* . Primus omnium ad oras occi-
dentales Stephani reliquias detulit Oroſius presby-
ter Hiſpanus , qui per ea tempora peregrinatus eſt
Hieroſolymam . Deperdita poſtmodum eorum
memoria Luciano Presbytero divinitus revelata
fuerunt , ut ejuſdem literæ teſtantur . Neapoli au-
tem alterius Luciani induſtria , ut ſcribit Carac-
ciolus , detectus pretioſus cruor anno 1561. cum
Altare Gualandæ familiæ dirueretur, in ea S. Gau-
dioſi Eccleſia , in altera urnarum ſub eo reperta-
rum , phiala erat vitrea , ſanguinis , ut videbatur
plena : cujuſnam martyris eſſet , nullo extante
ſcripto , ignorabatur . Tunc Canonicus Neapoli-
tanus Lucianus nomine , qui ad reliquiarum veri-
tatem indagandam cum Archiepiſcopo Surrentino,

A Neapolitano Vicario , aliiſque Canonicis aderat ,
manu phialam apprehendens , non abſque interno
impulſu exclamare cœpit : *Video cœlos apertos , &
Jeſum ſtantem à dextris virtutis Dei* . Viſuſque eſt
ſanguis ebullire , & liqueſcere : quo ſigno compe r-
tum eſt Stephani eſſe ſanguinem , cujus ea fuere
verba , dum lapidaretur à Judæis . Illud autem li-
queſcentiæ miraculum perſeverat adhuc toti civi-
tati conſpicuum . Ædificavit poſtea Gaudioſus
Neapoli Monaſterium in loco olim dicto *Caput trit*,
fortè quod ad Septemtrionem is collis poſitus ſit .
Putant aliqui Monaſterium hoc primùm à Gaudio-
ſo , poſtea ab Agnello , deinde a Virginibus inha-
bitatum fuiſſe , dictumque Monaſterium Gaudioſi
à primo ejus fundatore . At quia Joannes Diaco-
nus , & Ammiratus in Grimoaldo tertio Duce Be-
neventi dicunt à Stephano Epiſcopo conſtructum
eſſe Monaſterium S. Gaudioſi , ideo rectius pura-
verim , ait Caracciolus , poſſe dici monaſterium
quod Gaudioſus ædificavit , & poſtea Agnellus Ab
B bas Monachorum rexit , non fuiſſe illud, quod nunc
S. Gaudioſi dicitur , ſed quod ſancti Agnelli . Fir-
maturque hæc opinio ; nam in hoc quidem , non
in illo Monialium erat , eſtque Imago , ſeu Sacel-
lum S. Mariæ *intercede pro nobis* . Obiit Gaudioſus
anno Chriſti 453. ut Capaccius colligit ea Indict. 6.
ſepulchro ejus ſcripta , cæteris ob vetuſtatem penè
diminutis characteribus , ſepultuſque eſt in cœme-
terio ſubterraneo , ſuper quod nuper Eccleſia S.
Mariæ Sanitatis erecta eſt , unde poſtea ad Eccle-
ſiam ſui nominis ejus pignora tranſlata fuerunt .
18. S. NOSTRIANUS Epiſcopus commotio- XX
num tempore Neapolitanam regebat Eccleſiam
anno 414. quandoquidem Pelagii tunc , & Juliani
falſa dogmata catholicos in Campania vexabant .
Pugnavere adverſus ea Proſper Aquitanus tunc
temporis Leonis Pontificis in Campania Legatus ,
& alii . Sudavit quoque Noſtriani diligentia , pro
grege ſuo in Catholica fide ſervando ; cujus zelus
in fratrem quoque emanavit . Ab hoc germano No-
C ſtriani , & Horio a Presbytero , aliiſque Clericis a Nerio.
Eccleſiæ Neapolitanæ tentus , & coercitus fuit
quidam Florus , qui S. Soſii ſibi ſanctitatem aſſu-
mebat . Hujus rei meminit Proſper libro de Pro-
miſſione , & Prædictione cap. 6. de ſignis Antichri-
ſti . *In Italia* , inquit , *quoque nobis apud Campa-
niam , dum venerabilis , & Apoſtolico honore nomi-
nandus Papa Leo Manichæos ſubverteret , & conte-
reret Pelagianos , & maximè Julianum , ambiens
tum quidam Florus nomine , ſpiritu ſeductionis ar-
reptus virtutem & meritum ſibi S. Soſii martyris aſſi-
gnans , cum haud procul à Neapolitana civitate in
ſubverſionem animarum quædam promitteret , face-
retque illicita , à germano venerabilis Noſtriani E-
piſcopi , & Nerio Presbytero , ſimul cum Clericis
prædictæ Eccleſiæ tentus & coercitus à præfatæ pro-
vinciæ limitibus pulſus eſt* . Pauca de Noſtriano no-
bis antiquitas reliquit præter hæc , & quæ Joannes
Diaconus ſcripſit . *Noſtrianus Epiſcopus XV. ſedit
annos XVII. Hic fecit Balneum in urbe , & alia in
D gyro ædificia , qui uſque hodie Noſtriani balneus vo-
catur , qui bonis operibus agens in Domino requie-
vit , & ſepultus eſt in Eccleſia Beati Gaudioſi Chri-
ſti Confeſſoris foris urbem euntibus ad ſanctum Ja-
nuarium martyrem in portica ſita* . Addit Caraccio-
lus . At poſt Joannis Diaconi ætatem in regionem
Noſtrianam tranſlatum fuiſſe corpus ejus , & pro-
priè ad Eccleſiam ſancti Januarii ad Diaconiam ip-
ſa ejus retectio Auguſto menſe anni 1612. Octavio
Cardinale Aquaviva Neapolitano Archiepiſcopo
demonſtravit . Cum autem ſignatè quo die ipſe ob-
iiſſet ignoretur , ad ſextum decimum Auguſti ,
quando inventa ſunt ſacra pignora fixus eſt . Sic
Galeſinus 7. Id. Januarii teſtatur de SS. Beniamino
& Maximo martyribus , quorum cum dies natalis
ignoraretur , agi eorum feſtum cœpit eo die , quo In-
venta fuere eorum corpora . In Romano quoque
Martyrologio feſtum S. Danielis martyris , tertio
Januarii , fit eo die quo Inventio ejus , ut notat Ba-

ronius. Sacra ejus oſſa, ut Sanctorum Lipſana venerantur. Ejus caput argentea, atque aurea theca reclusum eſt, quod in ea æde aſſervatur, memoria inibi in altari ſculptis litteris è marmore poſita hæc eſt.

HIC JACET CORPUS S. NOSTRIANI NEAPOLITANI EPISCOPI.

XXI 19. FELIX præfuit Eccleſiæ Neapolitaoæ anno circiter 451. Hujus meminit Joaooes Diacoous. Sedit ann. 9. menſ. 3. die 6.

XXII. 20. SOTER ad Neapolitanam Sedem pervenit poſt Felicem. Ioterfuit Romano Concilio ſub Hilario Papa anno 467. *a* *Hic*, ut Joaunes Diaconus narrat, *ſedit aan. 21. temporibus nempe Hilarii, Simplicii, atque Felicis Romanorum Poatificum. Erexit quoque in civitate Neapolis Baſilicam in honorem ſanctorum Apoſtolorum, in qua plebem Dei laudes ſeduloreferre ſecundus poſt S. Severum inſtituit, ſepultus in Stephania Eccleſia.* Ex Joanne Diacono colligi poſse videtur, addit Caracciolus cap. 21. de adventu Conſtantini Magni Neapolim, à Sotere Epiſcopo Baſilicam SS. Apoſtolorum extructam, cum deeo ſcribat: *Hic catholicam Eccleſiam BB. Apoſtolorum in civitate conſtituit, & plebem poſt S. Severum ſecundus inſtituit.* Sed alius eſt eorum verborum ſenſus, nempe Soterem parœciam illi addidiſse: eandem enim phraſim uſurpat hic Auctor, cum de parœciis S. Mariæ Rotundæ, & S. Georgii loquitur, ſcilicet ſactas eſse Catholicas. Alioquin quænam alia erit Apoſtolorum Baſilica à Conſtantino Neapoli erecta, niſi iſta ſit? Cum prætereа cætera ſint conſona, nimium forum, ſive platea, quæ hodieque extat, quanquam anguſtior, & facies antiqua Baſilicæ, quæ olim columnata, ad aliarum, quas Conſtantinus Romæ, & alibi excitavit ipſiſſimam formam. Viſebantur illæ paulò ante cinerei coloris longè oppidò, ac teretes, inter quas duæ cæteris majores exalbidæ atque ſtriatæ, abſidem utrinque ſuſtinebant. In quibus erant quoque Conſtantiniani operis indicia haud obſcura, Auguſti ſcilicet illius labris X. & P. characteres, XPICTOY, hoc eſt Chriſti nominis epitome in ambarum ſupremo ſcapo propè periſtylium inſculpti. Nam & eæ columnæ, quæ conſimili cum his notis A ☧. Ω. erectæ ſuot, Conſtantini ejuſdem opus fuiſse, docet Lipſius lib. 3. de Cruce cap. 16. & ex eo Roſuveydus ad Paulini natal. XII. Felic. pag. 865. quamquam non ſim ego neſcius, alios etiam Auguſtos Conſtantinos poſteriores iis quoq; notis uſos, ut palam eſt ex nummis, & obſervatione Gretſeri tom. 3. de Cruce lib. 1. cap 9. 10. & 11. Attamen nemo ex iis legitur Neapolim veniſse, aut ibi ædificia extruxiſse per ea tempora, niſi Conſtantinus. Hanc olim fuiſse Epiſcopium Petrus de Stephano affirmat, eamque primam omnium vigintiduarum Parochiarum, quæ Neapoli ſua ætate erant, collocat, multoſque id opinari adjungit: De qua re nihil certi habetur. Non eſt autem prætereundum in hac Eccleſia anno ſalutis 1555. primordia Chriſtianæ pietatis erga puellas de pudicitia ſua periclitantes, quæ nunc in Parthenone Spiritus ſancti exercetur, jacta fuiſse (,, *induſtria Sanctiſſimi viri Mag. Ambroſii Salvii ex ordine Prædicatorum, qui poſtea meritiſſimus obiit Neritonenſis Antiſtes, de quo tom. 1. col. 1054. Caracciolus c. 21. f. 297. Sebaſtianus de Paulis Cler. Regul. Matris Dei vir omnigena, & præcipuè ſacra eruditione præditus nunquam niſi cum laude nominandus in vita ejuſdem Salvii l. 1. c. 1. fol. 67.*] Demum vertente anno 1575. Clericis Regularibus Theatinis Eccleſia iſta Sanctorum Apoſtolorum tradita fuit conceſſu Philippi Caraccioli Marchionis Vici, adquem jus præſentandi Abbatem ſpectabat. Parœcia in Metropolitanam translata ex Diplomate Pontificio. Semel atque iterum fuit ab iis in ampliorem formam extructa, donec demum in eam, quæ hodie viſitur amplitudinem, & ornatum, opere mirabili ab ipſis fundamentis erecta; idque Iſabellæ Caraſæ Cerciæ olim Duciſsæ munificentia, quod chartula ipſis in loculo plumbeo incluſa, & in primario benedicto lapide appoſita hujuſmodi verbis teſtatur.

a 465.

Anno Domini M.DC.XXVI. indict. IX Vrbani Papæ VIII. P. M. Anno IV. Franciſco S. Euſtachii S. R. E. Diacono Card. Boncompagno Archiepiſcopo Neapolitano, Ferdinando II. Auſtriaco Imperatore, Philippo IV. Rege Clerici Regulares antiquam Sanctorum Apoſtolorum Eccleſiam a Conſtantino olim extructam, & alias non ſemel reparatam in ampliorem, & auguſtiorem formam inſtaurandam curaverant; ad id opus piè & liberaliter legata pecunia ab Iſabella Caraſa Duciſſa Cerciæ majoris: Quæ terreno ſponſo viduata, ſua omnia Eccleſiis, & pauperibus, ſe verò ipſam Mariæ Magdalenę aſſumpto nomine, Chriſto cœleſti ſponſo in ſacro Monaſterio S. Marię de Sapientia ęterno connubio dedicavit.

Novam Baſilicam anno 1649. die x. Octobris ſolemni pompa conſecravit Aſcanius Philamarinus S. R. E. Card. & Archiepiſcopus Neapolitaous, ad cujus æternam memoriam lapis marmoreus poſitus eſt ſupra fores Eccleſiæ cum hac inſcriptione.

Erectum ſuperſtitione Fanum, quod explicata latius Area mutato cultu Conſtantinus Magnus SS. Apoſtolorum memoriæ dedicavit, poſtmodum exutum Aevi ſenio, a fundo, atque ad Conſtantinum magnificentia à Clericis Regularibus renovatum Franciſcus S.R.E. Card. Boncompagnus Archiepiſcopus Neapolitanus, jacto primo lapide fundavit, Anno M. DC. XXVI. die IV. Novembris. Demum continuatæ Purpuræ ac magnorum nominum ſplendore, Aſcanius S. R. E. Card. Philamarinus Archiepiſcopus item Neapolitanus, Solemni ritu conſecravit, Anno M. DC. XLVIIII. die x. Octobris.

De hac pulcherrima, nobiliſſimave Baſilica legendus etiam Joſeph Silos *b* to. 1. Annal. Clericorum Regularium, & hæc ſatis de hac Baſilica incidenter ad Soterum ſint dicta.

21. S. VICTOR Neapolitanæ Eccleſiæ throno nobilitatus dicitur circa annum Domini 486. XXIII. *Hic Baſilicas duas*, ut Joan. Diac. ſcribit, *extra civitatem ædificavit, unam S. Stephano ante ſanctorum Januarii, & Agrippini Baſilicam, alteram non procul à porticu ejuſdem Baſilicæ in honorem S. Euphemiæ martyris dicatas, in qua & ipſe poſtquam Eccleſiam Neapolitanam ſanctiſsimè annis 11. menſ. 10. adminiſtraſſet conditus eſt.* Huius meminit Eugippius Abbas in epiſtola ad Paſcaſium Diaconum de vita, & miraculis S. Severini Abbatis Noricorum Apoſtoli apud Surium 8. Januarii; cuius corpus divinitùs ad caſtrum Lucullanum propè Neapolim perductum Victor auctoritate Gelaſii Papæ intra urbem in Eccleſia S. Severini Epiſcopi & Confeſſoris recondidit, ubi poſtea nobile Benedictini Ord. Cœnobium extructum fuit. Non me latet ab aliquibus neſcio quem alterum S. Severinum Neapolitanum Epiſcopum excogitatum, cuius quidem Acta eadem prorſus ſunt cum illis, quæ S. Severino Epiſcopo Septempedano attribuuntur; unde iure merito ab hac ſerie ſanctum illum Severinum Neapolitanum confictum Epiſcopum expunximus; de quo hæc Ferrarius ad 8. Januar. in Catalogo Ss. Italiæ. *S. Severinus Epiſcopus Neapolitanus S. Victorini martyris frater fuit, ut Uſuardus, Ado, Martyrologium Rom. omneſque Martyrol. ſcriptores tradunt. Is poſt multarum virtutum perpetrationem plenus ſanctitate, ut à ſupracitatis ſcriptoribus*

b Et ante ipſum Ant. Caracciol. c. 21. fol. 204.

ſan-

A *ſancto fine quievit. Verùm ipſe dum eſſem Neapoli, ac in tabulis Eccleſiæ Neapolitanæ Severini Epiſcopi nomen minimè deſcriptum cernerem, diligenter ſciſcitari à Canonicis, aliiſque in hujuſmodi rebus verſatis cœpi, libroſque, qui de ſanctis Eccleſiæ Neapolitanæ tractant perlegi: tandem me ad Eccleſiam S. Severini contuli, nec quicquam de S. Severino Epiſcopo, qui Neapolitanus fuerit, ſcire potui. Severinus enim, qui à Neapolitanis colitur, cuique Baſilica, in qua ejus corpus aſſervatur, citata eſt, non Epiſcopus, ſed Abbas fuit. Ex quo ſuſpicio mentem meam ſubiit nomen Severini Epiſcopi Neapolitani in Martyrol. alicujus incuria irrepſiſſe, ut apud Adonem Acta S. Victorini mart. cum Actis S. Victorini Confeſſoris confunduntur; ſic Severinum Septempedanum Epiſcopum, qui S. Severini Confeſſoris germanus fuit per errorem Neapoli attributum fuiſſe. Quæ de re multa apud Baronium in ſuis in Martyrol. Rom. notis nonis Septembris, & ad 6. idus Julii habentur. Quæ autem à me dicta ſunt, non ut Martyrol. Rom. improbem, ſed potius dubitationem à peritioribus tollendam excitarem accipias velim.* Hæc ille; cui libenter ſubſcribimus, cum Joannes Diaconus in Chronico, & doctus ſæpe citatus Antonius Caracciolus, qui de ſanctis Neapolitanis Epiſcopis, cæteriſque Divis Neapolitanis in ſacris monumentis Neapoli accuratè ſcripſit, de illo quem fingunt Neapolitanum Epiſcopum ſanctum Severinum altum ſilentium tenuerunt. Cæterum de S. Victore idem Caracciolus hæc habet. *Victorem quoque præclara, ut par eſt credere, pro ſuo grege patrantem, præter hiſtoricos aliquos, Kalendaria, Ritualia, & Breviaria, memorato tantum Sancti titulo, nulla alia acta nobis exhibent.* Hujus memoria habetur in Kalendariis 8. die Februarii.

XXIV 22. S. STEPHANUS, S. Victori deinde ſufficitur circa annum Domini 498. Interſuit Romanæ Synodo, quam Symmachus Papa anno 499. adverſus Laurentium Presbyterum Apoſtolicæ Sedis invaſorem habuit. Adſuit item alteri Romanæ Synodo anno 502. *a* in qua de objectis eidem Pontifici criminibus actum eſt. Hic teſte Joan. Diac. Salvatoris Baſilicam, quæ Stephania vocabatur, epiſcopio junctam renovavit, in auguſtioremque formam redegit. Sedit annis 15. menſ. 2. temporibus Anaſtaſii, & Symmachi Romanorum Pontificum, & Anaſtaſii Auguſti. Hunc niſi S. Patritius Pruſiæ Epiſcopus & martyr, qui Neapoli fuit, anno Chriſti 499. in Meneis Græcis à Rodero tranſlatis, Sanctiſſimum appellaſſet, nemo noſtrum, inquit Caracciolus, Sanctum fuiſſe ſciviſſet. Cum enim Veſuvius mons apud Neapolim exardeſceret, is Stephanus Epiſcopus ejus montis ignis eruptionem ſacris precibus extinxit; ſic enim ait Patritius. *Quare teſtamur apud vos (Prutenos) judicium per ignem à Deo olim peractum iri. Vidi enim Neapoli montem ſex millibus paſſuum ab urbe diſtantem, vallibuſque ſinuoſum, ex quo divinus ille ignis erupit, & velut ſubiens unda trecentas ulnas ultra montis verticem elatus terram excuſſit, & ſana decoxit, quoad Stephanus ſanctiſſimus illa tempeſtate Pontifex cum ſupplicatione ſolemni egreſſus, numen cæleſte deprecatus flammam coercuit, & extinxit.* Tametſi tempus, quo S. Patritius floruerit, non habeatur, & Roderus Patritium ſub Titio Imperatore martyrium ſubiiſſe affirmet, nullo auctore, nullaque conjectura motus, tamen Stephani Epiſcopi ætate vixiſſe fatendum eſt, cum hoc tempore Veſuvii montis incendium memoretur: etenim Caſſiodorus habet lib. 4. variar. epiſt. 50. Epiſtolam Theodorici Italiæ Regis annum circiter 500. qua Campanis Veſuvii montis vaſtatis tributum remitti præcepit.

a 501. & 504.

XXV 23. REDUX, ſive Rendus variè à pleriſque Neapolitanus Epiſcopus appellatur circa annum Domini 504. quem Io. Diaconus tres annos dies 24. ſediſſe teſtatur. Cujus hortatu idem Eugippus Abbas Beati Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi codices magnis laboribus deflorans, utiliſſimum librum edidit, quem in duos ſecans libros Theſaurum S. Auguſtini nuncupavit, ac Probæ Romanæ Virgini ſacræ dedit, ac Neapolitanæ Eccleſiæ per manus hujus Reducis Epiſcopi obtulit, ut Sigibertus de viris illuſtribus c. 39. teſtatur. Dubitat Chioccarellus hunc Reducem non Neapolis Campaniæ fuiſſe Epiſcopum, ſed Neapolis in Africa; tamen nil obſtat, quin Eugippus, qui S. Severini diſcipulus fuerit, & vitam ejus conſcripſerit, Africanus fuerit, ut Redux Præſul dicatur Neapolitanus in Campania Felice: cum Joan. Diac ingenuè inter hujus Eccleſiæ Antiſtites commemoret.

XXVI 24. S. POMPONIUS *b* ad Neapolitanum Epiſcopatum aſſumptus videtur anno Domini 508. Sedit teſte Joanne Diacono anno 28. dies 10. quod ſi verum eſt, ſancto fine quievit miraculis glorioſus anno 536. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ Majoris ab ipſo condita ſub altari, ubi liquor, ut vetus traditio fert, ſcatebat, utque ex foramine colligitur adhuc extante in arcu, unde manabat. B Crebra per ipſum edita miracula, cujus feſtus dies in faſtis eccleſiaſticis habetur Prid. Id. Maii, de quo Diaconus. *Hic fecit Baſilicam intra in urbem Neapolim ad nomen ſanctæ Dei Genetricis, ſemperque Virginis Mariæ, quæ dicitur Eccleſia Majoris, grandi opere conſtructam, qui fuit temporibus Hormiſdæ Papæ, & Joannis, Felicis, & Bonifacii Apoſtolicorum, necnon & Anaſtaſii, & Juſtini Auguſtorum.* Erigendæ hujus Baſilicæ occaſio (narrat Caracciolus) ab Julio Cæſare Engenio, ex vulgi fama, aſſeritur fuiſſe, Dæmoniaci cujuſdam ſpectri Pomponii oratione, ac Beatæ Virginis revelatione expulſio, quod ibi in porci ſpeciem grunnitu ſuo cunctos terrificando ſe viſendum præbebat. Quaſi quod Deipara monuerit in ſomnis Pomponium, ut quo loci cærulei coloris pannum inveniſſet, ibi ſibi dedicaret, eoque modo ſpectrum illud abactum fuiſſe. Additque Engenius in ejuſce rei memoriam ſpectaculum à ruſticis Neapolitanis, C in ſingulos annos datum, ut in majori Eccleſia, porculam è ſupremo tectorum faſtigio in rapaces inferius aſtantium manus proiicerent, ſimulantes dæmonem proiicere, & conculcare; eaque etiam de cauſa in turri Campanaria ejus Baſilicæ, ad hunc uſque diem porculam videri exculptam. Aniles, ut exiſtimo, fabellæ & lepidum inventum, fovendo ludicro illo porculæ ſpectaculo, quod poſtea tanquam ridiculum, Templique venerationi & majeſtati indecens meritò ſublatum fuit. Ego certè miror valde, cur tanti beneficii nulla apud antiquos ſcriptores extet memoria. At neque in picturis, quæ quandoque hiſtoriæ ſubeunt vicem, Julianæ noſtræ diabolum appingimus, quem ſub humana effigie ipſa catenavit; Margaritæ draconem, quem trucidavit; Georgio puellam, ſive veram, ſive figuralem, quam liberavit; & aliis Divis alia. Poterat ergo antiquitas & Pomponio porculam ſubiicere, aut ipſi Deiparæ, ut ab aliis hanc ejus diſcriminaret figuram. Nec me movet D porcula illa Turri Campanariæ inſculpta; tum quod hæc recentior ſit temporibus Pomponii, neque alibi id animal inſpiciatur. Tum etiam quod caſu illam ibi affixam putem, ſicut & caſu alia ibi ſunt marmorea fragmenta, ut intuenti patet. Quod ſi velit quis ex induſtria, & non caſu ibi fuiſſe inſculptam; Reſpondebo, in odium Judæorum Neapoli tunc degentium, qui ſuillam carnem abominantur, ibi, hoc eſt, in loco ſacro Chriſtianorum fuiſſe exculptam. Habeo quidem exempla, quæ profero ex Simone Maiolo de Judæorum perfidia fol. 814. de ſuis ſtatutis in Templis Vvitembergæ celeberrimæ Saxoniæ urbis, Magdeburgi, & alibi in odium ſcilicet Rabbinorum. Hujus item Eccleſiæ Dedicatio Romano Pontifici tribuitur, & jure quidem; nam, ut doctè admonet Baronius tom. 8. ann. 591. & 598. ex epiſtolis Gelaſii, & Gregorii Papæ nulli Epiſcopo licuit Eccleſiam inconſulto Romano Pontifice dedicare. Pomponius autem

b De eo Acta ss. Maii t. 3. p. 373.

non

non facultate ſoinm Pontificis ſibi conſuluit; ſed etiam prçſentia. Sed cuinam Pontifici tribuenda eſt? Joanni ſecundo, ait litteratus ille lapis (extat lapis iſte in atrio Eccleſiæ) intolerando certè errore: is enim nunquam legitur Roma diſceſſiſſe, niſi antequam eſſet Pontifex: nempe cum Diaconus Romanæ Eccleſiæ Conſtaotinopolim petiit apocriſarius Papæ, ut notat Manlins de præſtantia Baſilicæ Vatic. Ad hæc vixit Pomponius, nti Jo. Diac. aſſerit, *temporibus Hormiſdæ Papæ, & Joannis, Felicis, & Bonifacii beatorum Apoſtolicorum, nec non & Anaſtaſii, & Juſtini Imperatorum*. Atqui non Joannes ſecundus, ſed primus ſucceſſit Hormiſdæ: ergo ab hoc dicendnm eſt Eccleſiam fuiſſe dedicatam. Tertium etiam Joannem nullo negocio excludimus: licet enim Neapolim advenerir, occaſione piacandi Narſetis, diu tamen poſt Epiſcopi noſtri tempora ſuit. Dicata ergo ſuit a primo Joanne circiter Chriſti annum 525. Pontificatus ſui ſecundo, quando ſcilicet Theodorici Regis juſſu, ipſe coactus Conſtantinopolim petere, Neapoli tranſiit cum Cardinalium, & Epiſcoporum, ut credibile eſt, comitatu. Quibus adiungendi ſunt quatuor illi Senatores, Importunus, Theodorus, Agapitus exconſules, & Agapitus alter Senator & Patricius. Nam de Boetio & Symmacho ejus genero, res eſt dubia, cum nonnulli eorum necem à Theodorico perpetratam ponant, dum Joannes Conſtantinopoli ageret: alii verò dum Ravennæ in carcere detineretur. Hic Joannes à Ravennate carcere epiſtolam ſcripſit ad Epiſcopos Italiæ, quæ extat tom. 2. Conciliorum, & tom. primo epiſtolarum Pontificalium, iis contra Theodoricum pro catholicæ fidei defenſione roborandis. Ad Pomponii ætatem eam ſpectare dicendum eſt; cum ſcripta ſit anno Chriſti 526. Pomponius autem ad uſque Juſtini tempora Præſulatum ſuum deduxit, qui imperavit ab anno 518. uſque ad annum 527. Eum autem vigili cura inſudaſſe gregi ſuo contra Theodoricum Arianum Hexacioolitam formando, credendum eſt; cum præſertim Theodoricus Neapoli tunc dominaretur *a*, ubi & ſtatua illi erecta erat, quæ poſtea in mortis ſuæ præſagium corruit, teſte Capaccio, fortè ex Procopio, lib. 1. Hiſt. Neapol ſol. 295. Tandem fuiſſe hanc Baſilicam in magna olim veneratione, ex oblatis ingentis pretii muneribus à Principibus viris colligitur. Quorum intermortua memoria utcunque reviviſcit ex vetuſtis aliquot ſcripturis pubblica auctoritate exaratis: Dionyſius enim Sarnenſis Judex & Notarius Apoſtolicus in Actis viſitationis à Nicolao Archiepiſcopo Neapolitano anno Chriſti 1423. ritè celebratis, ſic ſcripſit. *Margarita Neapolis Regina Baſilicæ ſanctæ Mariæ Majoris thuribula aliquot donavit. Rex item Ladislaus duo argentea candelabra, & Crucem cum inſerta Crucis ipſius particula, quam inclyta Maria Sueva Federici Auguſti ſoror, ſibi dono dederat. Preterea Joanna Regina hujus nominis ſecunda, atque N. Duciſſa Sueſſę duas pluviales veſtes eidem Baſilicę obtulerunt, ſingula ſingulas*. Hanc Baſilicam incolunt nunc Religioſiſſimi Patres Clerici minores. Hæc de S. Pomponio Epiſcopo Caracciolus. Porrò circa tempora, & annos quibus Pomponius vixerit, ſederitque ab iis, qui de ipſo ſcripſerunt, non uno modo proferatur; Joannes Diaconus habet illum præfuiſſe annis 28. Diebus 10. temporibus Hormiſdæ, Joannis, Felicis, & Bonifacii I. Romanorum Pontificum, & Anaſtaſii, & Juſtini Auguſtorum: Quod ſi verum eſt, oportet illum electum fuiſſe circa annum Dom. 508. obiiſſe verò ano. 536.

a Id ſiſſum. Conſulo de Petris in hiſt. Neapol. l. 1. c. 3.

XX VII. 25. JOANNES hujus nominis II. a Pomponio in Epiſcopatu ſucceſſit circa annum Chriſti 536. Sedit ann. 20. dies 11. Hic, teſte Jo. Diac. Eccleſiæ Stephaniæ abſidem incendio concrematam reſtituit, ubi & muſivo opere transfigurationem Domini mirifico artificio depingi curavit. Conſtruxit etiam B. Laurentio Martyri Baſilicam affabre & maxima arte compactam, ſtratumque omne, A ac pavimentum ex marmorum cruſtis ad lineam ferè ordinatum paravit, ita ut res eſſet omnium oculis jucunda, & viſu delectabilis.

26. VINCENTIUS, ſeu Viventius, in demortui Joannis locum ſuffectus eſt circa ann. Dom. 556. temporibus Pelagii I. & Joannis III. Papæ. Sedit annis 23. Hic, ut Joan. Diac. ſcribit, ſplendidiſſimam Baſilicam in honorem S. Joannis Baptiſtæ Chriſti Præcurſoris conſtruxit, quam in orbis veluti gyrum peramplis ædificiis exornavit: fecit etiam altare cum columnis & ciborio, & deſuper argento ditavit, ac pharos etiam quatuor argenteos & aureos fecit; baptiſterium itidem fontis minoris in Cathedrali Eccleſia, & accubitum juxta poſitum magnifico opere depictum. XX VIII.

„ *Sub hoc Præſule Sarraceni Neapolitanam urbem ingreſſi ſtrage illam, & confuſione repleverunt, illius omnes plateas populabundi, plenique irarum percurrentes, donec in regione, quam in illa urbe Montaneæ vocant, pervenientes ab Jacobo de* B *Marra viro patritio ſtrenuoque copiarum Ductore fuſi omninò, fugatique ſunt, in medio conflictu pro Neapolitanis pugnante cœleſtis militiæ principe Michaele, ſuoque veluti ſignifero Agnello Abbate, tunc in humanis agente, qui in illo, quo ſtetit loco victoria, vexillum S. Crucis infixit, ubi fundata fuit Eccleſia gratitudinis ergo D. Michaeli dicata, quæ communiter* S. Angelo a Segno, *vulgari audit ſermone, ut illic appoſita hæc Epigraphe*.

„ Clavum æreum ſtrato marmori infi-
„ xum, dum Jacobus de Marra cogno-
„ mento Tronus è ſuis in Hirpinis, ſu-
„ mnioque oppidis collecta militum ma-
„ nu, Neapoli ab Africanis captæ ſuc-
„ currit, ſanctoque Agnello tunc Ab-
„ bate divino nutu, ac Michaele Dei
„ Archangelo mire inter anteſignanos
„ præfulgentibus, victoriam victoribus
C „ extorquet, fuſis, atque ex urbe ejectis
„ primo impetu Barbaris an. ſal. 574. Cœ-
„ leſti patrono dicato templo, & libe-
„ ratoris gentilitio clypeo civitatis in-
„ ſignibus decorato, ad rei geſtæ memo-
„ riam, ubi fuga ab hoſtibus cœpta eſt,
„ more majorum ea S.C.PP.P.CC. De
„ nuò Philippo IIII. regnante antiquæ
„ virtuti præmium grata patria P.

„ *Alteram ſed verè pulcherrimam Epigraphen habes in libro inſcriptionum Jo: Baptiſtæ Urſi Soc. Jeſu fol. 85.*)

XXIX 27. DEMETRIUS ſublectus eſt Epiſcopus Neapolitanus circa annum ſalutis 580. ad quem ſcribit S. Gregorius Papa in regiſtro lib. 2. epiſt. 14. præcepitque ut aliquot cives in ea urbe de quibuſdam fidei catholicæ capitulis dubitantes, quos Stephanus quidam ſequaces habuerat, ipſo jam ad catholicam fidem reverſo, ad Eccleſiæ communionem reciperet; D ſeparaverant enim ſe illi à Romana Eccleſia ob ſua capitula Theodori Mopſueſtriæ Epiſcopi, Theodoreti Cyrenſis, & ibi qui Neſtoriani erant, de quibus Baronius to. 3. Annal. Demetrius deinde ab eodem Gregorio ob graviſſima ejus facinora ab Epiſcopatu depoſitus eſt anno 591. menſe Septemb. Indict. 10. Scribit Gregorius lib. 2. epiſt. 3. Clero, & nobilibus, ordini & plebi Neapoli conſiſtentibus, ut alium eligerent, virum dignum in Demetrii locum, qui nec antea Epiſcopus meruerat nominari, ut ea ſequenti epiſtola patet.

Gregorius Clero, & nobilibus, ordini & plebi conſiſtentibus Neapoli.

Quamvis ſpiritualium ſincera devotio filiorum pro matre Eccleſia, nullius adhortationis indigeat; ut tamen ſe neglectam exiſtimet, epiſtolari debet alloquio provocari; propter quod dilectionem veſtram

commoaitione paternæ charitatis aggredior, at profuſis lacbrymis Redemptori noſtro unanimiter gratias referatis. qui ſub tam perverſo doctore vos per avia gradientes, ad iter rectam perduxit, & tam indigni paſtoris crimina publicavit. Demetrius ſiquidem, qui nec ante Epiſcopus dici meruerat, tantis ac talibus negociis inventus eſt involutus, & ſi ſecundum ſaorum qualitatem facinoram judiciam ſine miſericordia recepiſſet, divinis, mundaniſque legibus duriſſima proculdubio fuiſſet morte plectendus. Sed quia pœnitentiæ reſervatus, ſacerdotis honore privatus eſt, Eccleſiam Dei ſine ductore diu vacare non patimur, quia & canonicis regulis eſt conſtitutum, ut defuncto, vel ſublato paſtore diu ſacerdotio privari Eccleſia non debeat. Ideoque charitatem veſtram ſcriptis præſentibus admonemus, ut ad eligendum Pontificem, nec mora, nec diſcordia, quæ conſuevit ſcandala generare, proveniat. Sed talem vobis cum omni ſollicitudine perſonam exquirite, in qua & omnium adunata poſſit gaudere concordia, & ſacris nullo modo canonibus reluctetur, quatenus officium, quod nefandiſſimus hominum malè gerendo polluerat, quiſquis ille per Dei gratiam fuerit ordinatus, ipſo quoque ſuffragante, digna valeat adminiſtratione complere.

Interea Gregorius ad Eccleſiæ Neapolitanæ res procurandas deſtinavit Paulum Nepeſinum Epiſcopum, ut ex epiſt. 1 a. & 20. lib. 2. ejuſdem Gregorii habetur. cujus egregias animi dotes Neapolitana civitas ad eundem Pontificem ſcribens commemorat, exoratque, ut Paulum eorum Epiſcopum ordinaret, cui Gregorius reſponſum dedit ſe velle maturiùs hac in re procedere, ſi verò Paulum, quem paucis diebus erant experti, diligerent, illi obedirent. Epiſt. ſexta eſt lib. 2. ſic exſcripta.

Gregorius ordini & plebi conſiſtenti Neapoli.

Quale de Paulo fratre, & coepiſcopo noſtro habeat charitas veſtra judicium, directa à vobis relatio patefecit. Quem, quoniam ita ut ſtis in paucis diebus experti, ut eum Cardinalem habere deſideretis Epiſcopum, gratulamur. Sed quia ſummis in rebus citum non oportet eſſe conſilium, & nos quid fiendum ſit, matura ſubindè Chriſto adiuvante deliberatione diſponimus, & vobis melius tracta temporis qualem ſe exhibeat innoteſcet. Ideoque filii dilectiſſimi prædicto viro, ſi eum verè diligitis obedite, devotiſque ad eum mentibus occurſione pacifica convenite, quatenus ita vos ad alterutrum dilectio mutuæ charitatis aſtringat, ut inimicus ſæviendo circumvolans, in nullo viam nanciſcatur ad veſtram diſſociandam unanimitatem, qua ſubrepat. Præfatum quoque Epiſcopum dum fructum animarum, quem deſideramus Deo noſtro, ipſo quoque ſuffragante facere ſenſerimus, quicquid poſt hæc de ejus perſona, veſtroque deſiderio cordi noſtro inſpiratio divina miniſtraverit, faciemus.

Ad Paulum item alia epiſtola ſcripta eſt à Gregorio, quæ 12. eſt lib. 2. qua præcipitur ut aſſiduè verbum Dei prædicaret, inſtueretque eum Epiſcopali munere. Commendatum ab eo Petrum ejus Eccleſiæ Diaconum, tutum ab invidorum calumniis apud ſe deinde fore pollicetur Gregorius eadem epiſtola. Cæterùm cum in Caſtro Luculano prope Neapolim injuria Paulo illata eſset; cui ſceleri Clementiæ nobilis matronæ mancipia interfuerunt, Gregorius id graviter ferens, Scolaſticum Campaniæ Judicem, qui Romæ tunc reperiebatur, allocutus eſt, ut injuriam illam acriter vindicaret, & ad Petrum Campaniæ Subdiaconum ſcribens præcepit, epiſt. 1. lib. 2. Ind. 11. ut eam injuriam vindicandam curaret, ſervoſque illos e civitate deinceps fugientes immorari in Sancti Severini monaſterio, vel in alia ejuſdem Caſtri Eccleſia minimè pateretur, & ad Pauli Epiſcopi preces, idem Pontifex Epiphanium Subdiaconum ſuum Neapolim miſit, qui ſimul cum eodem Scolaſtico ſubtili inveſtigatione indagaret, à quibus fuiſset excitata, vel commiſsa ſeditio, & an tantum ſcelus ejus Matronæ conſilio, vel ſcientia fuiſset commiſſum, & in eos qui tanti facinoris authores eſsent, Pontificis nomine peteret ut ſevera exerceretur vindicta, & ad eundem Paulum conſolatoriam epiſtolam ſcribit, eumque commendat, quod pro æquitatis rectitudine id pertulerit, ac certiorem facit de omnibus quæ is Gregorius fecerat, ut de ea injuria acris ſumeretur vindicta lib. 2. epiſt. 1. & 2 Ind. 11. Cumque diſsidium inter cives de ejus electione fortaſse verteretur, ipſeque Paulus ad ſuam ipſius Eccleſiam reverti inſtaret, ut ex Gregorii litteris lib. 2. epiſt. 35. Ind. 11. ad eundem Paulum ſcribens, & epiſt. 74. ad Petrum Subdiaconum Campaniæ, quem mox referemus, alius electus eſt, nempe Florentius.

Interea Demetrio malè Eccleſiam Neapolitanam adminiſtrante anno Chriſti 590. Gregorii Magni Papæ anno primo, & Mauritii imper. 7. Candida Junior nobili proſapia, & inſigni pietate clariſſima, patriam Neapolim ſanctorum operum luce nobilitavit. Fuiſſe, ait Caracciolus, nobili ſtirpe progenitam, Lectionarium de vita, & miraculis ejus manifeſtè tradit. Fuiſſe autem ex antiquiſsima, & nobiliſsima familia Brancatia, traditio eſt. Quæ ſi vera eſt, his conjecturis fulciri poteſt. Quod in Eccleſia contigua regioni, in qua cenſendi ſunt habuiſſe domicilia, qui ex ea erant familia, unde poſtea in proximum ſedile Nidi adſcripti fuere, ſepulta ſit. Quod primum à Candida ad Cœlum tranlata beneficium mortalibus exhibitum, in Philippum Brancatium paralyſi laborantem fuerit collatum, ut lect. 3. Lectionarii. Quod frequenter ex ea familia Rectores fuerint Eccleſiæ S. Andreæ, in qua ipſa tumulata. Et quod Aloyſius Brancatius anno 1370. domos aliquas coemit ad Eccleſiæ illius bonum, certe pietatis ergò in gentilem ſuam ibi jacentem. Id nupera teſtatur inſcriptio in ſacello ejus in Eccleſia S. Angeli ad Sedile Nidi à Raynoldo Cardinale Brancatio circiter annum Domini 1384. erecta, adaucta poſtea noſocomio anno 1426. quæ eſt hujuſmodi. *Sacellum S. Candidæ Neapolitanæ ex familia Brancatia.* Quod Sacellum erectum fuit occaſione oſsiculorum ex ejus corpore acceptorum. *a* Fuit Candida conjugata, vixitque præſtanti fide, & pietate, imperante Mauritio. Deceſſit quinquagenaria filio & conjuge ſuperſtitibus prid. non. Septemb. ut Eccleſiaſticæ habent tabulæ anno 590. ſepultaque fuit, ut jam dictum eſt, in Eccleſia S. Andreæ. Inſcriptionem ejus habes apud Baron. tom. 9. anno Chriſti 715. occaſione Theodimi Subdiaconi. In qua Eccleſia fuiſſe olim monaſterium ſacrarum virginum aſſerit Engenius. Sed Joannes Diaconus, cui innititur, nihil de hac re. Id tantum habet, fuiſſe ibi monaſterium, quod Cellanova dicebatur. De Monialibus autem nihil expreſſit.

a Nunc vero de Brancatia iuuſe gente lectiones ſui officii confirmant.

† Mors quæ perpetuo cunctos abſorbet hiatu,
Parcere dum neſcit; ſæpius ipſa favet.
Felix qui affectus potuit dimittere tutos,
Mortalem moriens non timet ille viam.
Candida præſenti tegitur matrona ſepulchro,
Moribus, ingenioque & gravitate nitens.
Cui dulcis remanens conjux, natiſque ſuperſtes
Ex fructa mater noſcitur in ſobole.
Hoc precibus ſemper, lachrymoſa hoc voce petebat
Cujus nunc meritum vota ſecuta probant.
Quamvis cuncta domus nuaquam ſe flere quieſcat,
Felicem fateor ſic meruiſſe mori.

† Hic requieſcit in pace Candida C.F. qua
vixit Ol. M. Ann. L. die IIII. id. Sept. Imp.
D.N. Mauritio PP. Aug. Ann. IIII: P.C.
ejuſd. Ann. II. Ind. quarta.

Liquorem ex Candidæ corpore aliquando manaſſe indicat Lectionarium lect. 3. his verbis, *Igitur poſt multa curricula temporum quidam liquor de eodem marmoreo ſepulchro, in quo corpus ejuſdem Candidæ repoſitum fuerat, exibat, qualem Religioſi*

Chri-

Chriſtiani colligentes loca dolentia, vel infirma humanorum corporum, in nomine Domini ungebant, ſanique fiebant à quocumque languore detinebantur. Crebra autem per eam patrata miracula hiſce verbis complectitur Lection. lect. 6. *Licet cuncta quæ Deus operari dignatus eſt propter merita famulæ ſuæ Candidæ in ſcriptura redigi nequeant*, & in fine: *Hæc & multa alia omnipotens Deus per merita famulæ ſuæ Candidæ dignatus eſt operari, atq; puræ mentis affectu cum digne petentibus largiri uſque in præſentem diem.* Viget Candidæ memoria in Romano Martyrologio unà cum Sancta Candida Seniore diſcipula Sancti Petri. Et hæc de Candida dicta ſufficiant.

Hoc eodem an. 590. quo Candida junior ſanctiſſima Deo efflavit animam, Agnellus quoq; Abbas Divus Tutelaris, Neapoli eo in monaſterio, ubi ſanctè vitã tranſegerat; migravit ad Chriſtum 19. Kal. Januarii. Penot. l. 2. Chronic. Canon. Regul. c. 29. vult Agnellum ex Canonicorum Regularium Ordine fuiſſe. Bzovius in Hiſt. cum Regio, facit illum Ord. D. Benedicti, à Trithemio forte id hauſerat Regius: Caracciolus verò illum exiſtimat Baſiliani inſtituti Monachum extitiſſe, quod magis veritati conſonum videtur. Deceſſit enim Agnellus anno 590. ut ex ejus ſepulchri inſcriptione patet, præfuitque Abbas ei monaſterio, quod à Gaudioſo Bithinienſi Epiſcopo erectum fuerat, qui Neapolim appulit anno 438. deceſſitque anno 453. antequam Benedictus naſceretur. Porro per ea & poſteriora tempora multa Neapoli vigebant Monaſteria ſub Divi Baſilii Regula; nempe Gazarenſe in plaga maris, SS. Nicandri & Marciani. S. Sebaſtiani. SS. Baſilii & Anaſtaſii Perſæ in regione Amelia. S. Demetrii in regione Albina. S. Spiritus, ſeu Spiridionis: S. Gregorii Armeni in regione Noſtriana: S. Mariæ de Agone: S. Samonæ: Ss. Quirici & Julittæ, & fortè alia. Nec poteſt dici Monaſterium s. Gaudioſi tam cito ad Benedictinum Ordinem tranſlatum fuiſſe; id enim, ut in aliis quoque ſenſim & ferè poſt Agnelli tempora factum fuit. Porro inſignia ejus beneficia erga Civitatem Neapolitanam, ejuſque cives exhibita narrat abundè liber miraculorum ejus, qui multorum manibus teritur, ob idque Patroni Neapolitani titulum promeritus creditur. Hujus libri Auctor fuit Petrus Neapolitanæ Eccleſiæ Hypodiaconus, qui vixit anno 890. ut ipſemet fatetur, & cauſam exprimit, cur Sancti miracula ſcripſerit, cum in ſe Agnelli virtutem expertus fuiſſet, & proſa & verſu ejus miracula concinnavit. Libri exemplar etiam apud nos extat ex codice Card. s Severinæ exſcriptum: quæ autem verſu concinnavit, hic libet referre, ut Demetrii Epiſcopi nequitiam, Agnelli Sanctiſsimi Abbatis compenſet miraculorum gloriæ narratio.

Hujus quoque Sanctiſſimi, ac venerandi Patris Agnelli miraculorum virtutes animadvertens ego Petrus Sanctæ Parthenopenſis Eccleſiæ Hypodiaconus, cum valida oculorum incommoditate depreſſus eſſem, multaque Sanctorum limina adiendo nullam medelam aſſequi valerem tanquam indignans animo erexi me contra me ac dicere cœpi:

Quare miſer lumen capiendo clarius erras?
Cur tenebris expulſis non cernis commoda Chriſti?

Convertere itaque ad illius auxilium, qui fecit cœlum & terram, qui fecit luminaria magna, qui eſt phos peri photos, hoc eſt, lumen de lumine, & ipſe tibi, ſolito per merita B. Agnelli donabit cernere clarè. Tali denique exhortatione roboratus illico illius venerabile adii mauſoleum, ac deinde proſtratus cum precibus flagitare cœpi ejus virtutem, dicens:

Omnium felix medicus venerande tonantis
Sedule qui multis beneficia grata miniſtras,
Qui pietate tua afflictorum corda ſerenas,
Tu mihi ſolamen placidum, tu confer opime
Quo tua facta libens mundi per climata cantem,
Et nomen Chriſti benedicam tempus in omne.
Hæc quoque devotus tota de mente precando
Continuò ſenſi de luminis peſte vigorem,
En tunc & cœpi lumen gratare perſpicuum.

Hoc itaque beneficio Chriſti Confeſſoris gratiſſimè conſecuto, Salvatori omnium Domino gratias immenſas retuli. Cujus rei non immemor, illius ſacram memoriam ſæpius viſitare ſtudui: inſuper etiam pro modulo inertis ingenii ſanctarum illius virtutum miracula proſa, atque verſibus illuſtrare curavi, ad honorem & gloriam Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt glorioſus, & admirabilis in omnibus Sanctis ſuis, faciens ſigna, & mirabilia vivens & regnans cum Patre in unitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Laudem Chriſte tibi perſolvat terra, poluſque,
Angelicuſque Chorus depromat cantica digna:
Qui pietate tua pretioſo ſanguine mundum
Purgaſti clemens, donanda gaudia Cœli.
Morte tua victor quaſſaſti tartara mortis,
Eripiens juſtos de tetra fauce draconis,
Æternas illis tribuiſti ſcandere ſedes.
Tuque tuis famulis donaſti mira patrare,
Dæmonicas fraudes expellere, vincere peſtes,
Solvere captivos, infirmos reddere ſalvos,
Ac varios morbos purgari munere divo:
Ex quibus ecce tuus proceſſit magnus & almus
Agnellus Sanctus, præſago nomine dictus,
Qui te Agnum Chriſtum devota mente ſequendo,
Ac famulando tibi præclarus factus in Orbe
Mira patrans populis illius mira ſepulchrum
Qui te collaudant, & reddunt debita laudis,
Teque Deum verum depromunt corpore, corde.
Ergo Deus clemens illius promere factum,
Annue dignanter nobis concede precamur.
Triſtegon uberius, decurrat ſancta prafanda
Agnelli ſancti miracula celſa canendo.
Quàm bene ſancte nites, quàm pulchrè Agnelle beate,
Quàm bene per mundum reſpergis aromata digna,
Et nitide vernas celſe ſanctoque nidore.
Ad tua templa ſacra properat ſanctoque triumpho
Peſtibus ex variis lætam captare ſalutem,
Et tibi devotè grates perſolvere dignas,
Inclyta Parthenope tantis redimita trophæis,
Corporis & ſancti pretioſi ornata triumphis,
Reddere ne ceſſes laudem per cuncta tonanti.
Ecce tuum ſacrum monſtraſti ſancte ſepulchrum,
Per clarum ſignum infirmæ, per dona ſalutis
Pervia dum pandis, dum quaſſas vincla ligati.
Plaude puella diu religata fraude chelidri
Agnellus ſanctus tibi præbet dona vigoris,
Commonet, atque docet te ſequi, ſpernere callem.
Dæmonis inſtinctu religata exurge vigendo;
Ecce ſalutis opem præbet tibi gratia Chriſti,
Quo policum regnum ſcandas, veramque ſalutem.
Cur religata manes Agarenſis nexibus arctis,
Jamque domum repedans caros agnoſce parentes
Prævius ecce viam Agnellus tibi pervia pandit.
Quare dolore gravi gemitu quaſſaris amaro:
Gaudia lætitiæ tibi Chriſti præbet amicus.
Inſuper & vitæ curſum demonſtrat adeſſe
Parthenopenſis ovans, paralytica plaude puella.
Non te namque Deus faciet jam pergere triſtem.
Per meritum famuli ſolito qui gaudia præbet.
Vulneribus ſævis quaſſatus deſine flere
Æternam vitam tibi Sanctus pandit adeſſe.
Per numerum nummi monſtrans, & tempora vitæ:
Præſul Athanaſi quaſſatus valde dolore
Deſine flere diu Agnelli virtute vegetus,
Qui te lætiferum Januari ſede reportat,
Clave perfoſſus medicum perquire Joannes,
Parthenope illius requieſcunt membra ſacrata,
Ipſe ſalutis opem, tibi commodat, ipſe vigorem
Virgo ſacrata Dei Gaudioſi ſepta gubernans,
Ora ſoluta manent, fuerant quæ peſte ligata.

A *Improba ne dicas riſu, ſed ſancta profare.*
Quare Dei quaſſas ſine cauſa plaſma nefande?
Deſine vexare, Agnellus tua facta ligavit
Munere divino, ne poſſis lædere juſtos.
Vulnere quaſſo tuo ne ſis jam triſtior ultra,
Agnelli precibus te ſalvum noveris eſſe.
Redde Redemptori jam lætus cantica laudis.
Quare maligne procax vexas ſine lege puellam?
Inclyta plaſma Dei Agnelli prece læta quieſcit.
Cerne tuas vires jam fractus cuſpide Chriſti.
Aures auditum capiunt, Levita Joannes,
Sed ne ultra Agnellum præſumas carpere magnum,
Ne tua plectra liget vindex, & ultor Olympi.
Ecce dolore gravi torqueris virgo ſacrata,
Tempora ſed vitæ noſcendo, ſalva quieſcis,
Quò valeas ſemper jam Chriſto reddere laudem.
In tenebris cæcus plorans pro fraude maligna
Ne videas ultra jam fractis tollere quicquam.
Ergo Dei famulus te ſalvans cernere donat.
B *Tu quoque fur digne jam pergis claudus & hoſpes;*
Alterius hortos violaſti, quod malè ſanus
Ne fraudem facias: ſed juſtè vive recepta.
Tu tantos morbos emundas ſancte potenter;
Nervos eliſos ſolidos & currere præbes:
Omnibus ad te decurrentibus, omnia præſtas.
Inſaniam capitis demergis ad ima Beate,
Ut puer ad laudem Chriſti decurrit ovanter,
Et pia facta libens decantet tempus in omne.
Paſchalis triſtis, qui quæris læta ſalutis,
Jam ſanus factus paſchalia gaudia captas,
Jam famulare Deo tribuit qui tanta benignus
Fretus amore Dei properaſti curvus ad illum;
Sed modò jam lætus, jam rectus reſpice ſurſum,
Agnelli meritis ornatum conſpice cœli.
Ecce Leo triſtis paralyſi peſte gravatus,
Jam lætus properans Agnelli munere ſeptus
Redde Deo laudem, ſemper qui proſpera donat.
Surge puella cito Agnellus tibi commoda confert;
C *Per Crucis auxilium hoſtem quaſſavit iniquum.*
Jam ſecura vigens, jam lætior pergens ubique.
Callide peſtifere Andream tu quare ligaſti?
Eccleſiæ ſobolem noli vexare maligne,
Eccleſiæ gremiis Agnellus reddidit illum.
O mulier vario multoque oppreſſa dolore,
Deſine jam flere Agnelli jam farta nidore,
Gaudia ſed potius gaudens cœleſtia Chriſti.
Haud ego jam Petrus dubito per commoda lucis,
A Domini famulo, cujus miracula ſacra
Verſibus ac proſis deprompſi famine digno.
Sed tua plura loqui veniam da ſancte precamur.
Sit quoque ſis finis, ſed tua plura loqui.
Plaude beate Pater cœleſti munere ſeptus
Plauſibus angelicis, plaude beate Pater.
Sit tibi ſummus honor cœleſtis gloria perges
Sat quia mira patras, ſit tibi ſummus honor.
Ergo beate nimis precibus depoſce Tonantem
Pro gregis offenſis, ergo beate nimis,
D *Funde preces placidas devote funde precamur:*
Noxia pellendo funde preces placidas.
Parthenopes populum defende ab hoſte maligno,
Protege, conſerva Parthenopes populum.
Peſſimus ille Draco fugiat, nec ſæva propinet,
Fraudibus haud noceat peſſimus ille draco.
Cœtus & Angelicus cœleſtia ſceptra miniſtret
Signa ſalutis opem cœtus & Angelicus.
Intus & exterius tueatur munere Chriſti,
Gaudet exultet intus & exterius.
Quo valeant famuli famulari Cunctipotenti
Cantica dando Deo quo valeant famuli.
Gloria Chriſto tibi, qui patras tanta potenter,
Qui bona cuncta facis gloria Chriſto tibi.

Jacet corpus S. Agnelli in ea Eccleſia ejus nomini conſecrata ſub Aram maximam, quam nunc cum- A monaſterio incolunt Canonici Regulares Congregationis S. Salvatoris ab anno 1517. Nunc ad ſeriem noſtram redeamus. Demetrius igitur Epiſcopatu privatus à cuncto Clero & populo, Florentius electus Præſul, qui tunc forte erat & Gregorii Subdiaconus, qui humilitate premente eum ſibi honorem delatum recuſavit, Neapoli fugiens, Romamque reverſus, lachrymis ante Gregorii pedes effuſis electionem evitavit, & onus illud ſubire renuit, ut ex Gregorii epiſt. 15. lib. 2. ad Scholaſticum Campaniæ Judicem Decemb. menſe, Ind. 11. ſcripta, in qua præcipit, ut alter eligeretur, & duo vel tres Clerici ad ipſum mitterentur Pontificem, ut alius eligeretur Antiſtes.

Gregorius Scholaſtico Judici Campaniæ.

Dum de Neapolitanæ civitatis cura deſtitutæ Sacerdotis ſolatio vehementius angeremur: ſupervenientes præſentium latores, cum decreto in Flo- B *rentium Subdiaconum noſtrum confecto, aliquid nobis in tanto cogitationum pondere elevationis invenerant; ſed dum præfatus Subdiaconus noſter effugiens civitatem, ipſam ordinationem ſuam lachrymabiliter evaſiſſet, quaſi ex majori quadam deſperatione noſtram cognoſcite creviſſe mæſtitiam. Atque ideo ſalutantes hortamur Magnitudinem veſtram, ut convocantes priores, vel populum civitatis, de electione alterius cogitetis, qui dignus poſſit cum Chriſti ſolatio ad Sacerdotium promoveri. In quo decreto ſolemniter facto, atque ad hanc urbem tranſmiſſo, ordinatio illic tandem Chriſto auxiliante proveniat. Sin autem aptam non inveniatis in quam poſſitis conſentire perſonam, ſaltem tres viros rectos, ac ſapientes eligite, quos ad hanc Urbem Generalitatis vice mittatis, quorum & judicio plebs tota conſentiat. Forſitan huc venientes, præſtante Dei miſericordia, talem reperient, qui vobis Antiſtes irreprehenſibiliter ordinetur, quatenus deſtitutæ civitati veſtræ, nec intrinſecus actuum ſuorum deſit inſpector, nec ex-* C *trinſecùs adhibita ſolicitudine Sacerdotis hoſtilibus aditus præſtetur inſidiis.*

28. FORTUNATUS Demetrii ſucceſſor Romæ pronunciatus eſt à Gregorio, m. Junii an. 593. qui à Neapolitanis cum gaudio ſuſceptus, ut Gregorius ſuis litteris teſtatur lib. 2. ep. 61. Ind. 11. quibus etiam Fortunatum monuit, quomodo ea in dignitate converſari deberet, ſubditoſque ſuos frequentius admonere, ut partes meliores ſequerentur. XXX

Gregorius Fortunato Epiſcopo Neapolit. Scripta tuæ charitatis accepimus, quibus nobis indicaſti Deo propitio te bene à filiis tuis Neapolitanis civibus eſſe ſuſceptum; de quibus Omnipotenti Deo gratias retulimus. Oportet ergo effectui eorum te tuis moribus compenſare, malos coercere, bonis ſe diſcrete atque benigniſſimè relaxare, ad ſequendas eos meliores partes frequentias admonere, quatenus & illi paternos in te mores inveniſſe ſe gaudeant, & tu creditam tuo regimini cauſam cooperante Domino D *ſtudioſius exequaris.* Subſcripſit Fortunatus Gregorii Privilegio pro Monaſterio ſancti Medardi Sveſſionenſis anno 594. 7. Kal. Junii, Ind. 11. Interfuit etiam Synodo Romæ habitæ à Gregorio die 5. Julii ann. 595. Ind. 13. Anno 598. defuncto Miſenate Epiſcopo Benenato, Gregorius idem Papa viſitationem Miſenatis Eccleſiæ commiſit Fortunato ep. 251. lib. 7. Multæ extant ejuſdem Gregorii epiſtolæ ad Fortunatum in ejus regiſtris. Sedit Fortunatus juxta Jo. Diac. Chron. ann. 7. dies 11. Exceſſit ann. 600. (1) eoque defuncto, cum de ſucceſſore ſubſtituendo comitia agerentur, Clerus, populuſque in duas partes diviſi, duo etiam ad eam dignitatem ſunt vocati, Joannes ſcilicet, & Petrus Diaconus: res delata eſt ad Gregorium, qui cum intellexiſſet Joannem incontinentiæ vitio notari; parvulam enim filiam habebat, Petrum verò uſurarum crimine eſſe pollutum, ac ſimplicem eſſe, & pa-

(1) Fortunatum obiiſſe an. 600. affirmat Jo. Diaconus; quod à vero penitus abeſt, cum an. 601. interfuiſſet Romano Concilio, ut in ejus Patrum ſubſcriptionibus ipſe adnotatur. *Lucenius.*

& parum aptum ad epiſcopale onus obeundum, Joannem reprobabit, ac Petri mores, & habitudinem A examinandam præcepit Clero & Nobilibus civibus Neapolitanis, qui cum inventus fuiſſet minus habens, neque tanto muneri aptus, non fuit confirmatus. Hujus rei literæ Gregorii in c. oec novum 8 q. 1. canon. priuſquam, 1. diſt. 28. cao. Petrus Diac. 1. diſt. 39. can. de Petro, 1. diſt. 47. can. ſtudii 1. diſt. 61.

XXXI 29. PASCASIUS in Neapolitanorum Epiſcoporum numerum cooptatus eſt anno 601. Quàm verò negligens fuerit Paſcaſius ia in rebus Eccleſiæ ſuæ adminiſtrandis, docet epiſtola Gregorii ad Antemium Subdiaconum, præcipiens, ut de iis Paſcaſium coram aliis Sacerdotibus, vel quibuſdam de filiis ſuis nobilibus hortaretur, ut ſuam amplius haud negligeret Eccleſiam, idoneumque ordinaret Vicarium, ſecus ſi ageret ad Romanam tranſmitteretur Sedem. Ad eundem ſcripſerat idem Pontifex Epiſtolam illam auream num. 26. lib. 9. de pecunia Neapolitanæ Eccleſiæ inter Clerum & B pauperes diſtribuenda.

Gregorius Paſcaſio Epiſcopo Neapolitano. Tempore quo fraternitas tua ad epiſcopatus officium Deo authore provecta eſt, conſtituiſſe nos recolis, ut ex pecuniis Eccleſiæ veſtræ portio Cleri, vel pauperum, quam minimè deceſſor veſter præbuerat, id eſt quadringenti ſolidi ſeorſum fieri debuiſſent, qui ejuſdem Cleri, atque pauperum erogationi proficerent, quod quia diutius non eſt differendum, volumus ut ſecundum diſtributionem præſentibus ſcriptis inſertam coram Anthemio Subdiacono noſtro ſine difficultate aliqua fraternitas veſtra debeat erogare. Præbendi itaque ſunt Clericis veſtris per ſingulos, ſicut proſpexeritis, ſimul omnis ſumma ſolidi centum: præjacentibus, quos centum viginti ſex eſſe cognovimus, dandi ſunt ſolidi ſexaginta tres, id eſt medius ſolidus per ſingulos; presbyteris ac diaconibus, & clericis peregrinis, ſolidi quinquaginta, hominibus honeſtis ac egenis, quos publicè petere verecundia non permittit, ſolidi centum quinquaginta, ita ut C *qualibet eorum ad ſingulos tremiſſes, quidam ad binos, quidam ad ſingulos ſolidos, vel ſi viſum fuerit, amplius dimittantur. Reliquis verò pauperibus, qui eleemoſynam publicè petere conſueverunt, ſolidos triginta ſex. Ecce nos quantum, vel quibus dari debeat, diſtribuimus. Sed quia, ſicut prævidimus, non omnibus æqualiter eſt præbendum, neceſſe eſt, ut una cum prædicto Subdiacono, prout prævideritis, dare ſingulis debeatis, atque id modis omnibus ſtudeatis, quatenus quod alter injuſtè detinuit, vos devotè ac celerius impendendo, ad veſtram poſſitis applicare mercedem.*

Ex iis epiſtolæ verbis habes ex redditibus Eccleſiæ Neapolitanæ Clero & pauperibus portionem ab Epiſcopo reſervari, quod ad quotidianas diſtributiones ſpectat, Clero & pauperibus erogabantur. Ex ea quoque epiſtola colligitur, centum viginti ſex clericos tunc majoris Eccleſiæ ſervitio addictos, præter presbyteros, diaconos, & clericos peregrinos. Sedit Paſcaſius an. 14. dieb. 7. ut Joan. D Diac. ſcribit: videtur mortalitatem expleviſſe anno 615.

XXXII. 30. JOANNES hujus nominis II. electus anno 616. Hic, ut ſcribit Jo. Diac. pulchrum conſtruxit ædificium marmoreis columnis affabrè ſuffultum, atque nobilibus picturis decoratum, quod Conſignatorium albatorum vocabatur, inter fontes nempè majores, quos Sother Epiſcopus fecerat, & Eccleſiam Stephaniam, per cujus januas ii, qui ſacrum baptiſma recepiſſent, à dextera parte ingredientes, Epiſcopo, qui illarum in medio reſidebat, offerebantur, & benedictione accepta, ordinatim à ſiniſtra parte exirent. Sedit verò Joannes annis 20. menſ. 7. diebus 14.

XXXIII. 31. CÆSARIUS thiara Neapolitana inſignitus eſt anno 635. Præfuit annis quatuor & diebus 4. ex Joann. Diac.

XXXIV. 32. GRATIOSUM deinde Neapolitani extulerunt ad ſedem anno 638. ſedit ann. ſeptem ex eodem Joann. Diac.

33. EVSEBIUS electus anno 645. hunc ſediſſe ait Jo. Diac. ann. 6. ante tamen annum 649. illum exceſſiſſe conſtat. XXXV.

34. LEONTIUS vel ipſo anno 649. vel paulo ante electus eſt Neapolit. Antiſtes, cum interfuiſſet eo ipſo ann. 649. Concilio Lateranenſi ſub Martino Papa I. celebrato, cui ſubſcripſit. Hoc eodem tempore vixit Leontius alter, longè diverſus à noſtro, Epiſcopus Neapolitanæ urbis, Inſulæ Cypri, vir quippè doctiſſimus, qui plura edidit apud Sigib. Trithem. Sixtum Senen. ac Bellarmin. de Script. Eccleſ. Leontius verò Neapolitanus, ut Jo. Diac. ſcribit, Crucem Domini auream fecit, pretioſis lapillis intextam, in eaque ligni partem ſanctiſſimæ Crucis recluſit. Sedit autem Leontius annis quatuor. XXXVI.

35. ADEODATUS proximè ſucceſſit Leontio anno 654. Præfuit annos 18. apud Jo. Diac. XXXVII.

36. AGNELLUS II. infula Neapolitana inſignitus eſt anno 672. interfuit Synodo Romanæ ab Agathone Papa celebratæ ann. 680. cui ſubſcripſit. Hic, ut narrat Jo. Diac. conſtruxit intus Civitatem Neapolis Baſilicam S. Januario Martyri, in cujus honorem Diaconiam ejus nomine nuncupatam inſtituit, ac fratribus Chriſti cellulas ordinavit, de redditibus Epiſcopi; perpetuis temporibus alimenta conſtituens, ducentorum nempe, & decem tritici modiorum, totidemque vini hornarum per ſingulos annos, & pro lotione, & cultu utenſilium Eccleſiæ, & fratrum Chriſti bis in anno ſaponem, in feſto ſcilicet Nativitatis, & Reſurrectionis Domini elargiri ſancivit, milleque ſiliquas (monetæ genus) in Nativitate Domini, totidemque in ipſius Reſurrectione tribui. Sedit ann. ar. dies 15. XXXVIII.

37. S. JULIANUM deinde Neapolitani ſuſtulerunt ad ſedem anno 694. Sedit juxta Diaconi Chronicon ann. 7. menſ. 3. de quo Caracciolus. Teſtantur nonnulli ſe vidiſſe in pariete Archiepiſcopalis Ædis, antequam novo tectorio incruſtaretur, effigiem ejus capite radiato cum honorifica inſcriptione Sancti tituli. XXXIX.

38. S. LAURENTIUS ad Epiſcopatum vocatus eſt anno Chriſti 702. quem prophetiæ ſpiritu fuiſſe ditatum, & Epiſcopatum prædixiſſe Sergio, qui poſt eum immediatè ſedit, ſcribit Capaccius lib. 1. in Stephano Duce II. his verbis. *Sergii hujus dignitas Epiſcopalis, à B. Laurentio Epiſcopo prædeceſſore prædicta fuit.* Unde id hauſerit Capaccius, ignorat Caracciolus. Sergii enim electio ex voto fuit à Joanne Magiſtro Militum concepto, dum adverſus Romualdum Caſtri Cumani injuſtum invaſorem moliretur. De quo iſta Joannes Diaconus: *Si, Domino annuente, proſperè recepto Caſtro, revenero, poſt deceſſum Pontificis, ſi eo uſque vixero, ipſum Sergium presbyterum Epiſcopum ordinabo. Quod factum eſt, nam adierunt, ipſumque Caſtrum receperunt, atque ipſum ſtabilientes, incolumes omnes ſunt reverſi. Cumque propria morte B. Laurentius Epiſcopus de hac luce ſubtractus fuiſſet, Sergium elegerunt Pontificem, et prædictum votum completum eſt.* Cum rexiſſet Laurentius Neapolitanam Eccleſiam annos 15. & menſes ſex, ad cœlites tranſmigravit, ſepultuſque fuit in Oratorio ab ejus nomine nuncupato, quod in Aede D. Januarii extra mœnia fuiſſe dicitur, indeque & ejus imago in pariete depicta videtur; quod fuerit translatus, & ſimul cum Athanaſii ſacris cineribus collocatus, incertum eſt. Aedem S. Laurentii, quæ olim in metropolitana Eccleſia dicitur extitiſſe, huic Laurentio fuiſſe dicatam, aſſerit Engenius, qui, ut in tempore, quo ſedit hic Epiſcopus, hallucinatus eſt; facit enim illum præfuiſſe ſub Joanne X. circa annum nongenteſimum quartumdecimum, cum obierit diu ante initio Pontificatus Gregorii II. ita & in Eccleſia ejus nominis condita. Conſtat enim ante tempora Laurentii Epiſcopi fuiſſe Eccleſiam XL.

aliquam D. Laurentio Martyri dicatam. Joannes enim Diaconus in Joanne Mediocri, qui diu ante Laurentium noſtrum vixit, ſic ſcribit: *Fecit & Baſilicam B. Laurentii Levitæ, & Martyris mirifica conſtructione digeſtam, ubi etiam, quaſi ad lineam, omne ſtratum ex marmorum cruſtis ordinatum placabile omnium oculis videtur.* Nec vacilles lector, audito nomine Baſilicæ: confunduntur enim apud Diaconum hæ voces, Baſilica, & Capella. Hanc verò Capellam eandem puto eſſe, quæ propè Stephaniam poſita, dicta eſt, *S. Laurentii ad Fontes*, ubi Andreas Conſul à Contardo occiſus eſt. Et ex vetuſtis fragmentis Neapolitanis ſe collegiſse teſtatur Capaccius lib. 1. & à Joanne Diacono in Joanne Scriba memoratur. Neque Platinæ teſtimonium, cui innititur, Engenio ſuffragatur; ſolum enim aſſerit Innocentium IV. in Eccleſia S. Laurentii ſepultum, Levitæne an Epiſcopi, minime diſtinguens. Hæc pauca, inquit Caracciolus, de Laurentio ad nos pervenerunt, deſtitutos ope Codd. antiquorum. Quam monumentorum jacturam Eccleſiæ Neapolitanæ utinam in uno Laurentio paſſi eſſemus; in aliis etiam Epiſcopis id accidiſſe dolemus & ingemiſcimus.

XLI. 39. SERGIO deinde Prebytero Epiſcopatus Neapolis delatus ex voto à Joanne Neapolitanorum Duce. Currebat annus incarnati Verbi 715. cum Gregorius II. Pontifex occupato Cumano oppido per dolum à Romualdo II. Duce Beneventanorum, Joannem Ducem impulit, ut illud recuperaret, primum precibus, deinde pretio cum Romualdo Pontifex egit, ut oppidum reſtitueret. Quod cum impetrare non potuiſſet, grave in eum anathema contorſit. Ubi verò etiam anathema contemni animadvertit, ad Joannem confugit, promiſitque ſoluturum ſeptuaginta auri pondo, ſi Cumanum Caſtrum recuperaſſet. Joannes firmata militum manu, additis Romanis militibus quos Pontifex miſerat, noctu Neapoli profectus Cumas obſedit. Aliquot ibi præliis confectis & oppido recuperato, Longobardos, qui præſidio erant, fugavit; trecentos cum ſuo Caſtaldo trucidavit; vivos ad quingentos Neapolim ducit. Miſit Pontifex quod pollicitus Duci fuerat. In ea pugna cum Joanne fuiſſe Theodinum Subdiaconum Correctorem Campaniæ, qui Diaconiam Sancti Andreæ Neapoli regebat, ſcribit Anaſtaſius: cum enim ad Cumanum oppidum proficiſceretur Joannes, & ab aliquo Sacerdote benedictionem exoptaret, Sergius ei occurrit, atque orationem obtulit. Quapropter cum reverteretur, ab eo Epiſcopum eſſe eligendum curavit (obierat enim Laurentius Epiſcopus) atque promiſſa obſervavit. A Ducibus aliquando Epiſcopus Neapoli fuiſſe electus ſub hoc Duce cognoſcitur. Stephanum quoque, ac Tiberium Neapolitanos Epiſcopos à populo fuiſse electos ex eorum Actis infra patebit. De Sergii electione nemo ſcripſit, niſi Jo. Diac. in Chronica. *Hic, ait, dum ſub habitu adhuc presbyteri degeret, Romualt Dux Longobardorum pacis fraude ſimulata, miſſo exercitu Cumanum Caſtrum quodam tradente, invadit. Ad quod cum Joannes Magiſter militum cum ſuis adire feſtinaret, ad exquirendam benedictionem, divinitus iſte (Sergius) de quo dictum eſt, Sacerdos inventus eſt. Data illico oratione Dux ille prævius votum devovit dicens: Si Domino annuente proſperè recepturus Caſtrum advenero, poſt deceſſum Pontificis, ſi advixero, iſtum Epiſcopum ordinabo, quod & factum eſt: abierunt, ipſumque Caſtrum intrantes, ceceperant, atque ſtabilientes, incolumes ſunt omnes reverſi. Cumque propela morte Beatus Laurentius Epiſcopus de hac luce ſubtractus fuiſſet, Sergium elegerunt Pontificem, & prædicentis votum impletum eſt.* Proſequitur deinde Joan. Diac. de Sergio; *Hic dum à Græcorum Pontifice Archiepiſcopatum nanciſceretur, ab Antiſtite Romano correptus, veniam impetravit. Fuit autem temporibus Gregorii, & Zachariæ Papæ, necnon Leonis, & alterius Leonis, & Conſtantini ejus filii.* Porrò aliquando Civitates Apuliæ atque Calabriæ, eorumque Epiſcopos Patriarchæ Conſtantinopolitano per vim fuiſſe ſubjectos, benedictionem, & confirmationem ab iiſdem recepiſſe multi ſcribunt. Legendus Luitprandus Cremonenſis in ſua legatione ad Phocam Imp. Conſtantinopolitanum pro Ottonibus Auguſtis obitam, qui Patriarchæ Conſtantinopolitani temerarium auſum in Epiſcopatibus, Romanis Pontificibus obnoxiis, eorumque juribus occupandis Græcorum Imperatorum favore, & in Romanos Pontifices odio multa commemorat. Sergius itaque eadem potentia Græcorum Imp. à Patriarcha Conſtantinopolitano Archiepiſcopalem dignitatem accepit, qua ultro ſe abdicavit à Gregorio Papa correptus, & poſtquam annos 28. menſes 4. dies 4. ut Diac. ſcribit, Neapolitanam Eccleſiam rexiſset, defunctus eſt circa annum Domini 744. Nec reticendum hic puto, quæ de Theodino illo ſupra relato ſcribit Baronius ad annum 715. plurimum enim faciunt ad Eccleſiæ Neapolitanæ notitiam. Quod verò ad Theodinum S. R. E. Subdiaconum, & Correctorem Campaniæ, de quo eſt facta mentio, pertinet, extat ejus ſepulchralis inſcriptio Neapoli in Eccleſia S. Andreæ ad Nidum dicta, in tabula marmorea ante Altare his verbis exarata.

Confugientis ad tuum ſuffragium lætus amplectere oſſa putrida tabefacta Apoſtole ſancte, qui ob tui meriti deſiderium Aulæ tuæ mœnia mira fecit pulchritudine coruſcare.

Ut tuis adjutus auxiliis diſruptis vinculis inferni hic reſurgere caro miſera poſſit, & in die examinationis calcatis facinoroſis peccatis gaudia divina percipiat te intercedente, Martyr Andrea.

Hic in pace membra ſunt poſita Theodini Subd. & Rect. S. Sed. Apoſt. & Diſp. hujus Diac. Beati Andreæ.

Si quis præſumpſerit hunc tumulum violare, erit anathematis vinculis innodatus.

Hactenus Theodini Subdiaconi Regionarii, & Rectoris S. Sedis Apoſtolicæ, & Diſpenſatoris Diaconiæ S. Andreæ Epitaphium ſepulchrale. Ex quibus & illud obſervatione dignum intelligis in locis illis, ubi Romana Eccleſia patrimonia poſſidebat, conſtitutas eſſe Diaconias, ſicut in Urbe, in quibus eleemoſynæ à Subdiacono Rectore patrimonii, & diſpenſatore erogari ſolerent. Eorum namque miniſtrorum fuiſſe munus curam gerere pauperum, ex pluribus S. Gregorii litteris edocemur datis ad Anthemium Subdiaconum eo tempore Neapoli eodem munere fungentem. In eadem Diaconia ſepulta fuit S. Candida Junior, ut ſupra diximus.

40. COSMAS II. Epiſcopus ſubiectus eſt anno 743. ſedit ann. 2. menſ. 2. dies 6. cujus meminit Jo. Diaconus. XLII.

41. CALVUS Epiſcopatum adeptus eſt anno 747. ſedit, ut ſcribit Jo. Diac. annos 12. menſ. 4. dies 4. Hic optimus Præſul non procul à Civitate Neapolis oratorium in honorem S. Soſii Martyris erexit in tam ſublimi loco poſitum, ut omnia, quæ in circuitu ſita erant, undique conſpici poſſent. Martyrium ſubiit Soſius eodem die cum Sancto Januario; ejus autem feſtum celebratur poſtridie S. Januarii, cujus Diaconus fuerat. Sed in Eccleſia Benedictinorum, ubi ſacrum corpus requieſcit, die 23. Septembris, quod ſcilicet eo die tranſlatum ſit è loco cædis ad Eccleſiam Miſenatem, ut Acta Januarii teſtantur. Tranſlatus eſt Soſius Neapolim, è Miſeno templo anno Chriſti 920. & cum corpore S. Severini reconditus ſub ara maxima, unde Eccleſiæ S. Severini, & Soſii deinde nomen fecere. Fuit olim Romæ Eccleſia S. Soſii ad ſiniſtram Baſilicæ S. Petri, ut Panvinius ſcribit lib. de ſeptem Orbis Eccleſiis cap. 4. At de Soſio alibi. XLIII.

42. PAULUS Diaconus antea in maxima perturbatione rerum Epiſcopus Neapolitanus rerum XLIV

re-

renunciatus eſt anno 760. Paulo I. Pontifice, cujus amicus erat, & cognitus. Sedit ann. 4. menſ. 2. dieb. 6. ac ſancto fine quievit anno 764. ſepultus in porticu Eccleſiæ Prothomartyris Stephani. Acta Præſulis hujus breviter ſcripſit Joan. Diac. in Chonic. in hunc modum.

Paulus Epiſcopus 39. ſedit ann. 4. menſ. duos, dies ſex. Fuit autem temporibus Pauli Papæ. Hic quoque cum Neapolitanæ Eccleſiæ Diaconatus fungeretur officio, Romanam ad Urbem frequens Legatus adibat, ubi prædictum Papam adhuc Levitieali infula decoratum cæleſti amore conglutinavit ſibi amicum, qui cum quodam die viciſſim ſodalia verterentur colloquia, tanquam adulando, Neapolitanus ait Levita, Concedat Omnipotens, ut te Apoſtolicum videam: cui mox præfatus Papa reſpondit, & ego te Epiſcopum. Quid plura? in brevi ſpatio defuncto Domino Stephano Apoſtolico, Paulus Diaconus ad prænunciatum ſibi honorem eligitur: itaque non multo poſt moriente ad Dominum Calvo Venerabili Epiſcopo, & iſte Neapolitanam aſcendit cathedram, ſed propter deteſtabilem imaginum altercationem, quæ inter Apoſtolici tramitis auctoritatem, & fœdiſſimam Conſtantini Imperatoris Caballini vertebatur amentiam, novem ſunt menſes elapſi, in quibus non potuit conſecrari; quia tunc Parthenopeaſis populus poteſtati Græcorum favebat attamen hic cum cuperet prædicto Papæ, quaſi amicus de talibus aliquo modo ſuffragari, clanculò Romam perrexit, qui ſtatim conſecratus Epiſcopus Neapolim eſt directus; ſed propter Græcorum connexionem noluerunt illum recipere ſui concives, inito tamen conſilio eum ad Eccleſiam S. Januarii Chriſti Martyris non longius ab urbe dicatam tranſmiſerunt, in qua duos ferme annos degens plura conſtruxit ædificia, inter quæ fecit tricliuium, quod eſt introeuntibus à parte dextera. Sanè Clerus omnis & populus cunctus canonicè illi, ut vero obtemperabant Paſtori, reſque omnes Eccleſiæ abſque ullius detinebat, & diſponebat obſtaculo. Conſtruxit etiam ibidem marmoreum bapsiſmatis fontem, in quo Paſchalibus aliiſque feſtis omnes occurrentes ſuos baptizabat filios.

Interea Neapolitanorum optimates cernentes tam egregiam urbem languidam eſſe de tanto Pontifice, uno conſilio, unoque conſenſu lætantes, & gaudentes eum in ipſius Civitatis Epiſcopatum introduxerunt, ubi duobus evolutis annis requievit in Domino, Dominico namque die Sanctæ Paſchæ miſſarum ſolemniis penè completis cunctos oſculatus eſt clericos, & omni populo exhortato, ſpiritu migravit ad cælos. Mox ejus exequias totus clerus, omniſque ſexus ætas unà cum pueris eadem in nocte baptizatis uſque ad Baſilicam Sancti Januarii deduxerunt, & eodem, ejus in porticu ante Eccleſiam Sancti Stephani ſepelierunt, anno ſcilicet quadrageſimo octavo Conſtantini Imperatoris Caballini, & Leonis Imperatoris filii anno quintodecimo currente Indictione.

Porrò annus quadrageſimus quartus Conſtantini Imperatoris, & Leonis filii decimus quintus ætatis eorundem eſt, non imperii, qui in annum jam inceptum 764. cadit. Conſtantinus enim Copronymus, qui & Caballinus vocatur, natus eſt anno 719. cujus audacia, & impietas in evertendis ſanctorum ſimulachris celebris eſt apud Catholicos ſcriptores: is poſt infinita flagitia exquiſitiſſimo cruciatu conſumptus obiit anno 775. cùm imperaſſet ann. 25. Leo ejus filius, cujus etiam fuit imitator, natus eſt anno 750. Imperavit poſt patris obitum ann. 4. m. 11. d. 15. ſpiritum exhalavit anno 780. cum vixiſſet annis 29. men. 7. diebus 15. Annus igitur Conſtantini quadrageſimus quartus, & Leonis filii ejus decimus quintus à Joanne Diac. recenſitus, Chriſti fuit 764. quo Paulus Epiſcopus mortuus eſt, poſt cujus obitum irati Dei vindictam in Neapolitanos ircuiſſe ſcribit Joannes Diac. in Stephano Pauli ſucceſſore, ac tanta omnium internecione, ut reliquus quiſquam non eſſet, qui mortuorum ſepulturas honeſtaret. Ait enim: *In eo ſiquidem anno, quo Paulus Epiſcopus defunctus eſt, irato Deo tanta deſævit clades Neapoli, quæ à medicis inguinaria vocatur, ut Patris interitum mors ſubſequeretur filiorum, & ad ſepeliendum rarus ſuperſtes inveniretur, unde & omnes prope clerici ejuſdem Epiſcopii vitam finirent.* Hujus teterrimæ luis ſpecies hoc ipſo anno 1656. dum hæc ſcriberemus æſtivo tempore, adeò immaniter in hac ipſa florentiſſima civitate graſſata eſt, ut ſupra trecenta hominum millia è medio ſuſtulerit, inter quos multi viri litteris famoſi ſunt deſiderati: per totum inde Regnum Neapolitanum diſſeminata, penè totum proſtravit, ipſamque Romam cum aliis nonnullis Italiæ urbibus invaſit.

43 STEPHANUS adhuc Laicus in Epiſcoporum numerum cooptatus eſt cum eſſet Dux & XLV
Conſul Neapolis ann. 764. defuncto Paulo, cumque teterrima lues ferè omnes Neapolitanæ Eccleſiæ Clericos ſuſtuliſſet, nec eſſet, qui ad Epiſcopale onus aſſumi potuiſſet: idcirco Neapolitani eligendo novo Paſtori ſtudentes, cum eſſet Dux Stephanus, & duodecim annos civitati præfuiſſet, vir prudentia & integritate mirabilis, mortua conjuge, illud ei perſuadere conati ſunt, ut electus jam Epiſcopus, quamvis laicus, electioni annueret, & Romam proficiſcens peteret à Pontifice confirmari. Romanam ſedem laicus, & adhuc Conſul abiit Stephanus, ac hilariter à Pontifice Maximo ſuſceptus Electorum defectum ſanans, Stephanum ibidem tonſum, ac canonica promotione Epiſcopum conſecravit, & benedictione firmatum ad Eccleſiam ſuam remiſit, in qua honorificè ſuſceptus eſt. Rem refert Jo. Diac. & ex eo alii; ſcribit enim in Stephani Actis ad ea quæ paulo ante in Paulo ſcripſerat. *At per hoc omnes Neapolites ad prædictum accedentes Præſulem (Stephanum nempe) magnis poſtularunt precibus, ut Eccleſiæ providus Paſtor accelerarct. Quorum petitionibus non renuens, Romanam ſedem laicus, & adhuc Conſul adiit, nam parthenopenſem Ducatum laudabili quiete duodecim rexit annis. Cum autem Dominus Stephanus Apoſtolicus tantam populi devotionem in eum cerneret, tonſum ibidem abſque regulari promotione Epiſcopum conſecravit, qui mox ab eo benedictione dimiſſus ſuam repedavit ad urbem, in qua honorificè ſuſceptus eſt. Sic de divinis cœpit ſtudere rebus ac ſi parvulus in eis fuiſſet educatus, uxor quoque ejus illa Conſule ex multis obierat annis, &c.* Hunc ex laico in Epiſcopum fuiſſe electum Anaſtaſius, & Platina confirmant. Et Stephanus III. Pontifex natione Siculus ann. 798. Cōcilium indixit, in quo Conſtantini Nepeſini Epiſcopi Romani in ſchiſmate 9. acta proponeret, miſitque ad Pipinum Regem, de cujus obitu nondum renunciatum fuerat, Legatos, ut Concilio aliquos è clero proberet. Atque ille pietatis æmulus (ut loquitur Nauclerus) duodecim miſit Galliæ Epiſcopos. Et cum accuſatus eſſet Conſtantinus, quod nullis ſacris initiatus ad Epiſcopatum evectus eſſet, oſtendit majorum exemplo id factum, nam Sergius Ravennatium, & Stephanus Neapolitanorum Epiſcopi ex laicis fuerunt electi: Quam imprudentiam Patres, qui Concilio aderant, minimè ferentes, indignati eum expulerunt. In diſtinctione tamen 61. cap. ſtatuimus, legitur: *Cum ergo quilibet laicus merito ſuæ perfectionis clericalem vitam tranſcendit, exemplo B. Nicolai, & Severi, & Ambroſii, ejus electio poteſt rata haberi.* Euphraſiam filiam habuit Stephanus Theophilo Duci in matrimonium collocatam, & Cæſarium filium Ducem, quem ſibi collegam cooptavit, & vivens tumulavit anno 787 ejuſque in Divi Januarii poſitum, Salerni tranſtulerunt in Eccleſiam S. Franciſci. Carminum acroſtica in exametris, nomen & dignitatem referunt; legitur enim: CÆSARIUS CONSUL. In eo etiam Stephanus teſtatur ſe prius Conſulem, dein Epiſcopum creatum. Cœnotaphium ex Capaccio lib. 1. libet hic referre, à quo alia, quæ de Stephano relata

ſunt,

ſunt excerpſimus, ille ex aliis.

Cæſarius Conſul teneris ſublatus in annis
Hic recubat moriens, væ tibi Parthenope!
Æternum medio geſtans in pectore vulnus,
Militibus periit murus & arma tuis.
Et mea qui hanc genui vos vulnera ſicte parentes
Qui ſobolum cupitis tam bene forte frui.
Sors mea deterior dulcis in funere nati,
Cujus flamma meum pectus ubique cremat.
Aptus erat cunctis in verbis, promptus in actis,
Conſilio ſolers, fortis ad arma ſimul.
Rex Romæ præcelſa novo quo ſceptra reguntur
Prætulit hac noſtra civibus urbe ſuis.
Iſtius auxilio longæva paterna ſenectus
Tuta regebatur, jamque quietus eram.
Virtus, ingenium, pietas, ſapientia multa,
Væ cui cum genitore periere bona.
Sic Blandus Bardis erat, ut ſua fœdera gratis
Servaret ſapiens inviolata tamen.
Conſul, poſt Præſul, genitor monumenta paravi
Cui fuerat curæ condere membra patris.
O mihi non proles tantum, ſed Collega fidus
Cui tantos liquis quos ſuus arſit amor.
Nutritus obſes Arichis moderamine ſancto
Salvaſti patriam permemorande tuam.
Sex quater & binos hic jam tranſcenderat annos
Cum flamen CHRISTO credidit eſſe ſuum.
Vita ſenis tenuis, poſt nati funus acerbum,
Poſt illum paucis credo diebus erit.
Lux te præcedat CHRISTI chariſſime fili,
Sancte Januari, quod peto poſce Deum.
Depoſitus eſt XII. Kalend. Octobr. Imper.
novo Conſtantino & Irene Aug.
Anno XIII. Ind. XII.

Cæterum Stephanus Epiſcopatus munus tot laudibus proſequutus eſt, ut ad omnium Epiſcoporum bonitatem acceſſerit. Templa in urbe condidit, Monaſterium ædificavit S. Feſti præcipuè, quod præterito ævo dirutum monialium S. Marcellini Cœnobio unitum fuit. S. Pantaleonis præterea, cujus nullum nunc extat veſtigium cœnobium: item S. Gaudioſi intra urbis mœnia, in quod ex oppido propè Cumas Vandalis, & Saracenis everſo ſan- C ctorum martyrum Fortunatæ, atque ejus fratrum Carponii, Evariſti, Priſciani reliquias tranſtulit, qui Cæſareæ in Palæſtina martyrii palmam ſub Diocletiano conſequuti fuerant. Ab eodem circa annum Domini 773. ſanctarum reliquiarum amatore Neapolim Puteolis ſumma cum ſolemnitate Eutychetis, & Acutii, quorum corpora tranſlata ſcribit Raynerius quidam ejus temporis ſcriptor, atque addidit ad Stephaniam fuiſſe delata ea corpora ſanctorum, & condita in aſylo integri marmoris, biſidoque ſarcophago in imo telluris defoſſo; Integram affero ex Carraciolo hanc ſanctorum Hiſtoriam. *Pauciſſimis dilatis poſt mortem martyrum Eutychetis, & Acutii annis, fortè ſæculis, Conſtantinus Caballinus ſuam cupiens exercere tyrannidem, Romanæ urbis indigenis crudeliter imperaturus advenit. Cujus rei gratia, vita pariter, &* D *regno renuncians ſe viventem tartareas pœnas pati ejulando clamavit, eodemque tempore Dominus Stephanus Junior Romanæ Cathedræ reſidens, offenſam Deſiderii Longobardorum Regis veritus, Carolum piiſſimum Imperatorem adiit; Stephanus verò Neapolitanæ Sedis Antiſtes inter cætera Eccleſiæ ſuæ collata ornamenta, non parvo labore ſtuduit præfatorum ſanctorum martyrum Eutychetis, & Acutii transferre venerabilia corpora, & ut urbs, quæ pro innumeris curriculis mentionem temporalis amiſerat ſuæ novitatis, alterius mœnibus ædificiorum, ac ſanctorum corporum reliquiis inſignis, horum etiam lætaretur adjuvari præſidiis. Hæc quoque ſanctorum corpuſcula favorabili admodum laude proſequentium civium, ac mirifica pompa jubilantium clericorum, alterius oblato vertice in Stephaniæ delata gratanter aſylum, integri marmoris biſidum intromittuntur ſarcophagum, quod penitus imæ telluris ſolo defoſſo ſubterranea domus, dolatis artifi-* A *cum manu lapidibus levi pro merito recepit veſtigio. Cujus clauſtri prominens pulchritudine decenti faſtigium columnis ambitum purpureis ſculptarum vario ſchemate figurarum inſignitum argenteum bajulat, quod vulgo ciborium dicitur altius pyraſterium, ſub cujus umbraculo altare ſimiliter ſtatuit argenteis undique redimitum tabellis, & quod mundi Salvatoris gratia, & vocabulo ſimul, dedicatum, multorum corporali ſolamine ſanctorum ſe gaudet eſſe refertum. Penes autem pſallentium Deo agminum ſedem quibuſdam lapideis cochleis lector ſcandens argento per girum ejuſdem antiſtitis ſtudio ambiri ſecerat analogio; & ut ſanctorum corpuſculis ſatis deferret, ædes eadem ignea flamma combuſta, præfati Præſulis eſt reparata induſtria. Sed hæc ſupremæ magnificentiæ munera, quæ perennis dignitatis accepta reverentia, ſic ſanctorum militum labores, ac dona præſentialibus faſcibus recompenſant, quæ dignis laudibus lingua prædicet? meritò etiam probamnis obſequiis ſpiritibus Angelicis, eos, ſi fas eſt, dixerim præcellentiores, quibus ſubtilitate vi-* B *gentis naturæ proculdubio ſunt inferiores. Denique dum ferè ubique terrarum, ſtupendis extolluntur laudum præconiis, dum altè jugibus potiantur gaudiis, Angelorum autem dulcis ſolemnitas ſolummodò viget in Cœlis, ſanctorum hominum profectò minores ſunt meritis.*

Pro ſtudiis quorum, munuſcula dantur honorum,
Moribus ardenti, fideique calore calenti,
Supplicibus donis his jungi poſſe Patronis,
Terrea qui ſpernit, & cælica pectore cernit,
Dic illis ſanctis, dic flagita voce precantis,
Pro meritis dignis, ignoſcite quæſo malignis
Et veniam detis mihi, quem peccare videtis;
Ut merear ſiſti vobiſcum vernula Chriſti,
Perfruar ut Cœli modulamine mente fideli:
In terra natus, ſed ad æthera flamine lætus!
Laudis habebo ſonum, vitale recepero donum,
Nullus ubi fletus, ſed lætus ad omnia cœtus.

Nec reor immeritò tantum theſaurum Puteolanos accolas perdidiſſe, & nobilium ædium ſtructuris labefactatis, urbem penè vacuam profugis colonis per- C *manſiſſe; ablatamque ab ea famulorum Dei cunctorum corporaliter patrocinium, præfatam Neapolim ſibi vindicaſſe. Quoniam quidem quos perverſæ non pœnitet actionis, ultio quandoque afficit temporalis, & dignè pœnitentibus aderit etiam præmium mundanæ felicitatis, quod promerentibus ſanctorum loculis Neapolites adeptus eſt civis. Hoc quædam eximiæ nobilitatis experta eſt mulier Eraſcana nomine, cum nimia capitis, & ſtomachi laboraret ægritudine, quæ non fruſtra, velati multi adſtruunt, Eraſcana eſt nuncupata à parentibus. Eriſis ſiquidem Dorica locutione aurum dicitur; & quoniam contemplationi ſupernæ claritatis fervore inhiabat piæ devotionis, Aurea meruit nuncupari ex ipſius officio actionis. Quam cum intolerabilis capitis dolor ſomno undique cerebri latera ambiente, inceſſanter ambiendo, requieſcere nec ad modicum ſineret, igneo tandem ca-* D *lore diſſolutus humor vomitus execrabiles, & penè letiferos generavit. Taliter itaque, viribus ferè omnibus deſtituta, necnon ſemiviva, nihil amplius, quàm de morte (triſtibus medicis) cogitans, patrem ſpiritualem ad ſe accerſiri deprecans, et qualis, & quantus eſſet languor ſeriatim indicat. Qui ſolito more ſalubria adminiſtrans cœleſtium pigmentorum medicamina; Hem, inquit, de ſanctorum Martyrum Eutychetis, & Acutii corporibus, à me tibi exhibitis ſuſcipe devotè particulas, quas reverenter recondens, necnon & orationibus, & vigiliis inſiſtas, miſſarumque peractis ſolemniis capiti imponas, & abeis tui languoris proculdubio deſideratam nimis accipies medelam. Cujus exhortationibus credula mulier adimplere quæ juſſerat nihil diſtulit: ac per hoc extemplo quanta foret ſanctorum virtus, recepta ſanitate, didicit. Unde nos ſupplices hujuſmodi petamus pura mentis intentione Patronos, ut nos liberent ab omni hoſtili incurſione, quorum meritis prædicta mulier ſalva facta eſt à propria*

ægritudine, opitulante Jeſu Chriſto Salvatore, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Stephanum verò digna alta facinora feciſſe ſui Præſulatus tempore commemorant alii. In majori, nempe ejus, crucem Domini ex auro puriſſimo fecit admirabili artificio compactam, quod Splandoclaſtum; & anti penton vocabatur, erat autem ſplendidiſſimi operis genus. Tres etiam calices ejuſdem operis ex auro confecit, cum patena aurea, quam in gyro, & medio pretioſis gemmis exornavit, fecit & paria duo maſcellarium ex auro mira arte ſculpta, in quibus Evangelia in ſolemnibus feſtivitatibus legerentur. Ad Altarium quoque concinnationem confecit feſtiva velamina, ſacraque indumenta, quæ auro, ac gemmis decoravit, atque in omnibus ſuam effigiem nomenque appoſuit. Item quoque in eadem majore Eccleſia immenſam abſidem, ac duas altiſſimas turres erexit, ſub quibus Eccleſiam Sancti Petri mirifico opere extruxit, ante cujus fores ſex generalia ſanctorum Patrum Concilia depinxit, ac integrum pavimentum ex latere connexuit. Ad clericorum etiam victum multos fundos plurimis additis ſervis quæſivit, ac dono dedit. Romam quoque tres direxit Clericos, qui Romanæ Curiæ ritibus, ordine, ac ceremoniis imbuti, & in ſchola Cantorum Romano more maximè edocti Neapolim reverſi ſunt, ex quibus unum Leonem cognomento Mauruncta presbyterum Cardinalem inſtituit, cæteros verò Caſinum in Monaſterium S. Benedicti ad Paulum Diaconum virum ea tempeſtate celeberrimum deſtinavit, ut ſecularibus, ac ſacris litteris nobiliter inſtruerentur, è quibus unus Joannes appellatus, qui Diaconus dein ordinatus eſt, erudiſſimus effulſit. Multa alia præclara geſſit Stephanus Epiſcopus, & poſtquam ſibi in Conſulatu Neapolit. poſt mortem Cæſarii filii Theophilum, ſiva Thephylactum generum Euphraſiæ filiæ ſuæ maritum dedit, ſeptuagenarius obiit circa annum Domini 798. cum ſediſſet teſte Diacono ann. 33. menſ. 5. dieb. 20. In monaſterio S. Januarii ſepultus eſt, intus abſidem S. Stephani Prothomartyris. Hadrianus Papa illius cum laude meminit in epiſtola 60. ad Carolum Magnum de Morte Conſtantini Imperatoris, quam integram refert inter Hadriani Epiſtolas tom. 3. Francorum ſcriptorum Franciſcus Ducheſne. Alia extat apud eundem Hadriani Epiſtola num. 86. ad Carolum de inſidiis Græcorum, ubi Stephani fit mentio: in ea memoratur Campolus Epiſcopus Cajetanus, qui hoc tempore vixit, cujus memoria non habetur in noſtra Cajetanorum Præſulum ſerie tn. 2. Reponendus hic Campolus primo loco ante Leonem. Idem Hadrianus epiſt. 88. & 92. eundem Carolum certiorem facit, & conqueritur Spatharios duos Græcorum Imperatoris Nuncios Neapolim ſolemniter, ac cum tubis, & ſignis, ac magno obſequio fuiſſe exceptos atque ibidem degentes non deſinere cum Stephano Epiſcopo Neapolitano, civibuſque Neapolitanis multa pertractare cum optimatibus Beneventanis in controverſia, quæ tunc vertebatur de Beneventano Principe eligendo, quod Hadriano moleſtum erat, cum Beneventum Romanæ Eccleſiæ patrimonium eſſet. Pauli item honorifica mentio habetur in homilia ejus ſolemnis diei celebrata in honorem S. Agrippini in ejuſdem Eccleſia, quam meminit Caracciolus, aſſeritque illam ſcripſiſſe Joannem ipſum Diaconum, qui vitas Epiſcoporum ſcripſit. Hic namque (idem infirmus quidam Maurus, qui ope S. Agrippini, ac monitu Januarii Martyris ſanitatem accepit) *temporibus beatæ recordationis Domini Pauli I. Sanctiſſimi, & ſenioris noſtri Epiſcopi*, &c. & paulò poſt. *Tunc præfatus Pontifex Dominus Paulus cum omni Clero atque magnatibus cum hymnis, & laudibus ad Eccleſiam proceſſit ex more, ſacraque myſteria exultantes agere cœperunt*, &c.

(„ *In Stephani præſulatu, & proprie ann. 788.*
„ *prid. Kal. Jul. cum D. Pauli Apoſtoli dies feſtus*
„ *celebraretur, Sarraceni Neapolim ingreſſi per por-*
„ *tam, quæ Dauuurſia dicebatur, cladem civibus*
„ *inferentes fori regione potiti ſunt. Atrox quidem*
„ *pugna, & diu anceps, ſed ad Neapolitanos tan-*
„ *dem victoria inclinavit. Cæſa in eo conflictu ho-*
„ *ſtium quadraginta duo millia, quos inter tres bar-*
„ *bari reges, nempe Fontana Africæ, Endron*
„ *Boſtiæ, & Carthaginis, & Marchinatus Sy-*
„ *riæ, & Perſiæ; combuſtæ pluſquam 40. naves*
„ *hoſtium plenæ. Vide Joann. Villanum capit.*
„ *52. Ammiratum, & alios Neapolitanos hiſto-*
„ *ricos.*)

44. PAVLUS III. Laicus in Stephani demortui locum conſtitutus eſt Epiſcopus anno 797. à Theophylacto Duce, qui vel avaritia ductus, vel Euphraſiæ conjugis hortationibus, quæ ægrè tulerat Neapolitanum Clerum Stephani Epiſcopi patris obitu fuiſſe laceratum, quoniam non ex clero, ſed ex laicis Epiſcopi eligerentur, id quod ejus auctoritati plurimum derogabat, ipſo invito, Paulum hunc laicum uxore orbatum Epiſcopum Civitatis obtulit, ut Joannes Diaconus ſcribit in Epiſcoporum Chronicis, ubi hæc leguntur. *Defuncto igitur D. Stephano, Theophylactus gener ejus Conſulatum gerebat Parthenopenſem, qui obſtinatus avaritia nolebat quempiam ex Clericali officio promovere ad ſacrum ordinem, dicens: Nequeo exinde amaricari Euphraſiam meam uxorem. Illa quoq; quaſi comperta occaſione referebat; Lætati eſtis de morte genitoris mei, mihi credite, nullus ex vobis ad Epiſcopatum aſcendet. Divina iſta vertentes cœperunt omnes acclamare; Date nobis quem vultis; quia ſine Paſtore eſſe non poſſumus. Tunc illa fœmineis flammis accenſa, hunc Paulum popularem, & laicum, licet uxore orbatum comprehendens trudidit illis. Sed cum renitti nemo auderet, illico tonſum electum ſibi fecerunt. Non poſt multos dies ad ſedem Romuleam à Domino Apoſtolico Epiſcopus eſt effectus. Reverſus autem Neapolim, ex argento, quod Stephanus prædeceſſor ei reliquerat, Stephaniæ altare exornavit, aliaque eidem Eccleſiæ ornamenta paravit. Ante majoris Eccleſiæ fores magnum ædificavit horreum, in quo cubiculum aptavit, erat autem horreum locus deſtinatus ad cuſtodiam pretioſarum rerum ad quotidianum uſum deſervientium. Turrim quoque, quæ ante Petri Baſilicæ januam erat, depinxit, & Altare ejuſdem Eccleſiæ conſecravit, & Sanctorum inibi reliquias collocavit, cum Stephanus ejus prædeceſſor morte preventus illud dedicare non potuiſſet.* Subdit, eandem, quam diximus Euphraſiam religioſiſſimam fœminam jam viduam Monaſterium in regione Albinenſi condidiſſe, quod S. Dei Genitricis ædi conjunxit, in quo à prædicto Epiſcopo Abbatiſſa eſt ordinata. Idem quoque Paulum ſolemni pompa S. Pauli Apoſtoli Eccleſiam conſecraſſe narrat, quam Anthymus Neapolitanorum Conſul erexit, inſignique decoravit pictura, multaque ei dono dedit, obtulitque ſervos, & S. Andreæ Monaſterio, quod Cella nova dicitur, quod Romani Pontificis juris erat, conjunxit, in qua etiam Paulus ſacras reliquias repoſuit, Idem quoque Conſul cum conjuge ſua Sanctorum Quirici, & Julittæ Monaſterium Neapoli conſtruxit, in quo duodecim aptavit cellulas ad hoſpites, & peregrinos excipiendos, redditibus, de quibus alerentur, conſtitutis. Eandem Baſilicam Paulus dedicavit, atque in ea ſanctorum pignora collocavit. Sedit Paulus ann. 20. menſ. 4. dieb. 16. exceſſit anno ſalutis 817. in Sanctis Januarii Martyris Baſilica ſepultus eſt. Hoc quoque anno 817. vel ſubſequenti per Siconem Beneventi Ducem tranſlatum eſt Neapoli Beneventum corpus inclyti martyris Januarii dia 23. Octobris, de qua in Beneventanis Præſulibus fuſius. XLVI

45. TIBERIUS deinde Pauli III. jam dicti ſedem excepit, laudatiſſimus Præſul anno 818. Hic cum eſſet Neapolitanæ Eccleſiæ Diaconus Epiſcopus à Populo acclamatus eſt. Qui ubi primum ex XLVII.

urbe

A urbe Roma rediit, à Paſchali Papa conſecratus, ut Diaconus ſcribit, *Altarium Sanctæ Stephaniæ æneis circumcinxit quintanis, hoc eſt annulis, & multas fecit æreas ibidem coronas, e quibus ſcilicet lucernæ ſeriatim diſpoſitæ dependerent. Cumque tredecim in pontificali throno annos quietè peregiſſet, in carceres tandem truditur, & à ſede ſua deturbatur.* Etenim Neapoli civiles diſcordiæ & adverſantium ſtudia urgebant, Longobardorumque, ac finitimorum Principum bellis civitas vexabatur. Bonus Conſul, & Dux Neapolitanæ urbis effectus eſt anno 832. vir quippe callidus, impius, ſacrilegus, humanorumque ſanguinum ſitiens, cum ſumma rerum potiretur, multa adverſus Romanam Eccleſiam, ejuſque patrimonii urbes, & loca detrimenta peregit. Tiberius Epiſcopus ſummis viribus, ac toto pectore ei obſiſtere non dubitavit, terreni Principis iram minus, quam cœleſtis incurrere veritus, aſſiduè eum objurgans, atque admonens divinum ei comminabatur judi- B cium. Quibus commotus Dux eo temeritatis perductus eſt, ut in carcerem Epiſcopum conjecerit, alio ſuffecto in ejus locum Epiſcopo, quem Joannem Aquarolum vocabant; qui quod ſanctiſſimè vivebat, quodque nihil cum hominibus habere cupiebat, eam dignitatem recuſavit. Tiberius quoniam Joannis operam ſibi maximo adjumento futuram in ſua calamitate ſperabat, vehementer ab eo contendit, ut Epiſcopatum non renueret, libenter eam dignitatem acciperet; ſic enim ſperabat irati Ducis ſævitiam ſedare. Quæ cum cognoviſſet Joannes, amici miſeriam aliquo pacto ſublevaturus, ad opem Tiberio ferendam ſubiit Epiſcopatus onus. Joannis Chronica hæc hujuſmodi narrat. *Præfatus igitur Bonus Stephani Ducis necator in eo anno, quo Neapolitanorum Conſulatum regere uſus eſt, contra ſanctam Eccleſiam ad cumulum ſuæ perditionis multa cœpit mala peragere. Cui cum hic idem Antiſtes (Tiberius) in quantum virium erat, obſiſtere non dubitavit, eligens terreni, quam* C *cæleſtis iram incurrere Judicis, & jugiter examen comminabatur divinum. Sed ille antiquæ aſpidis caudam aurem cordis obtuſus adhuc, quia ſpernebat monitum ſalutis, inſuper & funes peccatorum ad ſuum prolongaret interitum, lictorum verboſitates magis attendebat. Quid multis moror? ad ultimum injecit in eum manus & comprehendit eum, atque carceralibus tenebris relegatum arcte in pane & aqua macerabat.* Et paulo poſt: *Cum pendictus Bonus Tiberium tenebroſo carcere & exetrabili fame affligeret, juſſit cunctus ter quaterque aggregari clericos, ut illis electum præberet. Hic autem ſolus, nonnullis conantibus aſſumere, imò invadere eandem abſens, & contrarius ibat. Ad ultimum verò multis affectus convitiis adductus eſt ante Bonum Conſulem, cui feroci pectore, ore garrulo comminari cœpit. Poſt paululum furiis actus, juravit altum, niſi ipſum facere Electum. At ille clamabat. Præſuli meo vivo, non ero ſedi invaſor. Unde Dux valde iratus dixit, eundem ju-* D *gulare Tiberium, & totius Epiſcopii ſervus, poſſeſſioneſque inſiſcari. Tum ille undique anguſtiatus mentem per varia ducebat, hinc formidans de Præſulis nece, pontificatuſq; clade, celeſte examen, illinc Apoſtolicam ſententiam, & populi infamationem. Sed ubi reſpectu miſericordię maluit humanum, quàm divinum ſubire detrimentum, ait ad Conſulem. Si jurejurando ſancire volueris, ut licentiam habeam ingrediendi ad Tiberium Epiſcopum, & nullatenus eum produces ex ipſo Epiſcopio, nec quamlibet maculam facies in corpore ejus, licet ad periculum capitis mei, prębebo conſenſum. Hac illico proviſione percepta, Electus eſt ſublimatus, &c.* Eadem confirmantur in ejuſdem Joannis Aquaroli Actis. Interea licet in hunc modum illegitimè & coactè Joannes ſublimatus ſit, Tiberius non fuit illicò è carcere deductus; etenim Bonus Conſul cum per an-

A num, & dimidium regnaſſet, defunctus eſt anno 834. die 9. Januarii 12. Ind. Cui ſucceſſit Leo filius ejus. Hunc Leonem poſt ſex menſes ſocer ejus Andreas expulit, & factus eſt Conſul, qui Joanne deprecante, Tiberium è carceribus eduxit, poſuitque eum in cubiculo ante Eccleſiam S. Joannis, cuſtodia tandem appoſita. Joannes verò tantam quietem, ac humanitatem, tantumque ſolatium Tiberio aſſiduo exhibebat obſequio, tum carceribus, cum quoque ſic deducto, & in ea cuſtodia poſito, ut major exoptari non potuiſſet, atque adeo omnia ad Tiberii nutum diſponebat, ut veluti ejus Vicarius potius quàm Epiſcopus eam Eccleſiam moderaretur. Bella deinde inter Andream, & Sicardum Beneventanum Principem, Advocatio Saracenorum, & Contradi Andreæ ſucceſſoris adventus à Lothario miſſi, Sichardi occiſio, & Andreæ Conſulis, & Contradi cum uxore, & familia trucidatio, quæ ab eodem Jo. Diac. narrantur, *His peractis, ultimus Tiberii dies advenit.* B *Qui pridie quam moreretur, reſidens in Pontificali Cathedra, ſic gregem ſuum alloquitur. Scitis, fratres chariſſimi, quia peccatorum mole depreſſus juſto judicio hominibus abſque miſericordia traditus ſum. Sed Dominus, qui deducit ad inferus tribulationis, & reducit, quique cum tentatione proventum faciet ad ſuſtinendum, permiſit præſentem filium meum Dominum Joànnem noſtram ingredi ſedem, quatenus haberem maximæ tribulationis ſolatium, ideoque nolui veſtram latere charitatem; quia de tanta, quam erga me impendit humanitate, etiamſi omnibus membris loquerer, nullatenus debitas illi gratias referre valerem, Tamen quia magis miſericordia mea conſolationis, quàm præſumptione motus vivo me Epiſcopatum aſſumpſit, nulla immineat illi, nec à Romana Sede, nec ab aliis hominibus condemnatio; hujus etenim profeſſionis, quam ſponte protinus facio coram Deo, & omnibus poteſtatis teſtes vos habere decrevi. His dictis de ſolio ſurgens, ſe ad lectulum deferri juſſit, ubi per duos dies* C *Dominum laudans, ac peccatorum veniam petens, è ſæculo migravit anno 838. Gregorio IV. Romano Pontifice, cum ſediſſet annos 20. menſe uno, dieb. 11. Ejus corpus magna veneratione Joannes in Eccleſia S. Januarii ſepelivit.* Hæc ex Diac. qui ſubdit mortuo Tiberio, miſiſſe Sergium (nempè Ducem Neapol.) apocriſarios ſuos ad Apoſtolicam Sedem pro Joannis electi intronizatione: & Gregorium Papam non prius eum Pontificali infula decoraſſe, quam per Ducis juſjurandum, & cunctorum atteſtationem ſibi conſtitiſſet Joannem, non voluntate, aut invaſione, ſed neceſſitate compulſum, id onus accepiſſe pro Tiberio, nec contra Tiberium affectum.

46. S. JOANNES igitur Aquarolius, & Scriba nuncupatus, (1) legitimè ex Gregorii IV. Romani Pontificis voluntate Epiſcopalem Neapolitanæ Eccleſiæ iniit ſedem anno 838. Quod ſanctus hic Præſul (inquit Caracciolus) Aquarolus dictus ſit, vel de Aquarolis, forte ex familiæ cognomine, XL VIII.
D vel habitationis loco id nuncupationis adeptus eſt: cur vero Scriba ſit appellatus dicerem, ſcribæ publico officio illum functum pro nota cunctis ejus probitate; ſed cum Joannes Diaconus aſſerat, illum *ſic ſcribere noviſſe, ut ex officio cognomen acceperit, & ab omnibus Joannes Scriba vocaretur, & codices manu propriâ utiles, & plures conſcripſiſſe*, quod, & apud Joannem Cemiliarcham ejus quoque vitæ ſcriptorem legimus, cogor opinari propriè, à ſcribendi aſſiduitate, & characterum elegantia, tale illum cognomen fuiſſe ſortitum. Joannes enim *infimis parentibus procreatus*, ut Diaconus ait, *& qui pauperem cucurrit pueritiam*, neceſſitate coactus quærendo ſibi victui operam dedit, & in virtutum ſtudio percurrens, tandem Neapolis eo quo ſupra narravimus modo Epiſcopus electus eſt. Cæterum, qualem ſe in Epiſcopa-

(1) Fuit ille Canonicus Neapolitanus, ſicut etiam poſt ordinem Canonicorum inſtitutum, ferè omnes Epiſcopi, qui orti fuerunt Neapolitani, & præcipuè illi, quos ſanctos veneramur.

patu geſſerit, ex Diacono docebimur *Præfatus Epiſcopus quantum, & qualem ſe exhibebat, nulla carnis lingua poterit enarrare. Nam omnia ſe faciebat omnibus, ut omnes lucrifaceret; nulli unquam malum pro malo reddebat, neminem niſi pro ſuis criminibus increpabat. Quem mœrentem non conſolatus eſt? cum quo infirmante, non eſt infirmatus? ſic præerat cunctis, ut ipſe magis videretur ſubjectus. Hic fuit ſecundum Apoſtolum Pontifex, ut etiam teſtimonium foris haberet: non enim niſi pius, niſi juſtus, niſi Sanctus per omnia dicebatur.* Similia habet Ceimiliarcha, de ornatu Eccleſiæ loquens, *Ad ſanctum Chriſma conficiendum, fecit unam deauratam ampullam, in cujus labiis nomen ſuum deſcripſit. Acquiſivit autem thimiateria ex auro fabrefactis operis: ſimilique labore auream operatus eſt crucem. Codices vero, manu propria utiles, & plures deſcripſit.* De pietate verò in prædeceſſores ſuos Epiſcopos ſubdit; *Corpora quoque prædeceſſorum de ſepulcbris, in quibus jacuerant, levavit, & in Eccleſia Stephaniæ ſigillatim collocans aptavit, unicuique arcuatam, ac deſuper eorum effigies depinxit.* Cum itaque Joannes legitimè undecim annos ſumma cum laude, ac vitæ ſanctimonia Neapolitanam rexiſſet Eccleſiam, anno ſalutis 848 die Sabbathi ſancti, decimæ indictionis vita functus eſt: cujus obitum alter Diaconus, alter Ceimiliarcha deſcribit; & ille quidem ſic *Dominus Joannes Epiſcopus vir totius ſanctitatis ſenſit ſibi diem adeſſe ſolutionis, quo ſui nominis gratiam ſuſciperet; gaudebat enim quod brevi temporis ſpatio diſſolutus finem daret ſuo certamini, & multò melius eſſe cum Chriſto perpetuum. Septem quoque dierum vi infirmitatis detentus, ſedulus in oratione excubans, gratias referebat Domino; quibus tranſactis requievit in pace.* Hic verò ſic. *Ante diem tertium quam de hoc mundo ad Dominum migraret, audientibus cunctis ſuis clericis qui adſtabant, retulit ſe vidiſſe Sanctum Paulinum Angelica dignitate veſtitum, atque ornatum, totum niveum, totumque ſydereum, atque odore roſeo redolentem, favum etiam candidiſſimum mellis in manu tenentem, ac dicentem ſibi: Frater Joannes quid hic facis? ſolve vincula tædiorum tuorum, & jam veni ad nos. Hæc enim eſca, quam in manu teneo, apud nos ſatis abundat, & cum hoc dixiſſet, complenus eſt eum, & immiſit in os ejus partem favi præfati, cujus dulcedine atque odore ita S. Joannes concupiſſe ſe dixit, ut ſi ſibi in ipſa revelatione perſiſtere poſſibile fuiſſet, ab ejus veſtigiis nullatenus receſſiſſet: nam excitatus à ſomno, eadem die in quinta feria, juxta conſuetudinem ſuam, remuneratis omnibus de familia Clericis, atque pauperibus, ſanus Dominicam cœnam celebravit, videlicet Paraſceve, orationi vacavit; Sabbatho autem ſexta hora diei ad Eccleſiam lætus proceſſit, aſcenſoque tribunali populum ſalutavit, reſalutatus autem à populo, orationem a dedit. Collecta verò oratione b, ſuper altare Beatum ſpiritum exhalavit.* Explicat ea verba Baronius in notis ad diem 22. Junii. Sed de *Tribunali* nihil. Tu lector adverte, inquit idem Caracciolus, non judicialem aliquem locum hic deſcribi, ſed eum qui ad concionandum eſſet aptus. Sicut 2. Machab. 13. dicitur *Lyſias tribunal aſcendiſſe*; & Plinius in Panegyr. Trajani, tribunal viri ceſpite extructum dicit. Inde ſuggeſtus ſacer, ex quo ad populum Præſules verba faciebant, ſic eſt appellatus. Legendus Chryſoſtomus hom. 19. ad Populum Antiochenum, & clarius Orat. de B. Philipponio, qui ex cauſarum patrono Epiſcopus factus fuit, quem dicit, *è tribunali ad tribunal fuiſſe evectum*. Evocatum fuiſſe Joannem à B. Paulino ad cœleſtia regna, ut ex Ceimiliarcha narratum, ex Tabulis Eccleſiaſticis confirmatur, in quibus ad diem 22. Junii habetur: *Neapoli in Campania Sancti Joannis Epiſcopi, quem B. Paulinus ad cœleſtia regna vocavit.* Idem legitur in Appendice vitæ ſancti Paulini ab Vranio ſcriptæ, quæ certè Vranii ipſius eſſe non poteſt, cum ejus meminerit Paulinus epiſtola 17. ſed recentioris authoris comperitur eſſe, cum obitum Joannis noſtri narret, qui vixit multò poſt Paulini tempora, & Joanne Diacono antiquioris, quippe cum Diaconus, quæ de hoc Joanne dicuntur, perperam Joanni primo Epiſcopo contigiſſe dicat. Conjuncta eſt igitur Anonymi authoris narratio cum Vranio, filo orationis nequaquam interrupto. Lectionarii namque forma, quæ ex vitæ narratione conſurgebat, ſic requirebat, ut ex pluribus auctoribus lectio tanquam unius ſolummodò continuaretur; rarò enim Actorum ſcriptor, aut Hiſtoriæ auctor nominabatur in publicis Eccleſiæ officiis; unde ob id periere vocabula auctorum, qui ſacras Hiſtorias, cunctaque eorum geſta ſcripſere, quorum notitia magno Actorum detrimento interiit. Cur autem Romana Eccleſia in Martyrologio feſtum hujus ſancti celebret die 22. Junii, cum conſtet eum deceſſiſſe in die Sabbathi, quod præcedit S. Paſcha, latet Baronium in notis ad hunc diem; creditur tamen, cùm certa dies tranſitus ejuſdem ignoraretur, adſcriptum fuiſſe ad eam diem 22. Junii, quo celebratur feſtum S. Paulini Epiſcopi Nolani, qui eidem Joanni apparuit; ſatis enim conſtat iis, qui in Romano Martyrologio ſunt vel mediocriter verſati, quod cum certa dies obitus alicujus ſancti neſciatur, in eam diem adſcribi qua alicujus Sancti dies celebratur, cum quo is attinentiam, vel affinitatem aliquam etſi leviſſimam, vel ſolius nominis habuit. At verò vetera eccleſiaſtica Officia ejus diem variè indicant; priſcis enim temporibus Neapolitana Eccleſia, finitimæq; aliquot urbes ejuſdem Sancti feſtum die prima Aprilis celebrabant, & ex pluribus antiquis m. Ss. Breviariis, & Eccleſiaſticis Officiis deprehenditur, etſi in uno ex iis die 2. Aprilis, in alio verò die ultimo Martii feſtus dies adnotetur. Hoc quoq; addendum in Joannis laudem, ut ſcribit Caracciolus, ipſum olim invocatum cum Athanaſio ejus diſcipulo, in antiquis litaniis Capuani Monaſterii S. Joannis Baptiſtæ, quæ extant in m. s. codice orationum litteris Longobardicis exaratæ. Ejus corpus, teſte Diacono, uterq; ſexus & ætas uſque ad Baſilicam S. Januarii magna pompa deduxerunt, indictione decima, currebat tunc annus 848. ex Indictione dicta, ibique ſepelierunt; nunc quieſcit in Eccleſia S. Reſtitutę in Ara maxima, in qua ejus nomen ſcriptum legitur. Ejus vitam, ut diximus conſcripſerunt Joannes Diaconus in Chron. & Joannes Ceimiliarcha, quam dicavit Bernardo Archiepiſcopo; habetur etiam in antiquo eccleſiaſtico Officio Neapolitanæ Eccleſiæ per lectiones diſpoſitu; noviſſimè Chioccarellus, ac doctus Caracciolus in monumentis Neapolitanæ Eccleſiæ, ex iis nos iſta concinnavimus Meminit Joannis tunc electi, vivente Tiberio, capitulare Sicardi Principis Beneventani, quo pacem dedit Ioanni electo Eccleſiæ Neapolitanæ, Andreæ magiſtro militum, & populo illi ſubjecto ab anno 836. 4. menſis Julii, Indiction. 14. ad annos quinque, extat apud Erchempertum in Hiſt. Longobardorum.

a idest concionem. b idest Completa concione.



47. S. ATHANASIUS Sergii Ducis filius, Joan- XLIX

nis alumnus imberbis propemodum adhuc defuncto magiſtro ſucceſſit, anno 849. Baronius in Annal. Eccleſ. habet an. 850. ubi Acta Athanaſii commemorat, ex Joanne Diacono, & Anonymo, quem Petrum Caſinenſem vocat. Caracciolus more ſuo eruditè ex iis, ejuſdem res præclarè geſtas contexuit, & nos ex eo ferè verbatim Athanaſii vitam concinnabimus. Patrem habuit hic Sanctus Epiſcopus Sergium Docem de proſapia procerum, multis apud Cęſares honoribus cumulatum; Matrem Doſam principali & ipſa proſapia ſatam. Quem cum alvo geſtaret imitata Samuelis matrem, Deo dicavit, utque ſieret magni Alexandrini Athanaſii imitatorem, ſuo voluit nomine appellari. Parentibus fuit turba filiorum; quorum uni, illis adhuc viventibus, Gregorio nomine, dignitas Magiſtri militum collata fuit, alter Athanaſius iſte, Stephanus Epiſcopus Surrentinus, & Cæſarius, quem commemorat Erchempertus. Athanaſius ortus dicitur decima Indictione, hoc eſt, an. 832. ſeptimus illi florebat annus, cum Clericali militiæ fuit adſcriptus, atque Eccleſiæ Dei Genitricis ſemperque virginis Mariæ, ut eccleſiaſticis imbueretur miniſteriis, traditus. Poſt ſeptem continuos annos videns Joannes Epiſcopus illum in ſpiritu effervеſcentem, ſeptimum in Neapolitana Eccleſia Levitam ordinavit. *Anno Chriſti 850.* inquit Baronius, melius 849. *creatur Neapolitanus Epiſcopus, qui Romam veniens à Leone Papa IV. conſecratur Id. Martii ante Altare Sancti Gregorii.* Et Petrus; *Expleto igitur in leviticuli officio anno uno, duobuſque menſibus, prędictus vir Joannes bonæ memoriæ honeſtiſſimæ vitæ Præſul, & Deo ſatis charus, diem clauſit extremum. Moxque ab univerſo Clero, omnique plebe, ſimulque à Ducibus genitore ſcilicet & germano, communi voto & conſilio electus eſt ad Pontificale decus. Et proficiſcens Romam conſecratus eſt à Venerabili Papa Leone Idibus Martii, ad Altare S. Gregorii, reverſuſque à cunctis Civibus magno gaudio exceptus eſt: eo quod talem meruerit ſuſcipere paſtorem & patrem, qui nutritorem ſuum imitaretur moribus, & factis.* Quantarum virtutum in Epiſcopatu fuerit promus Athanaſius, longo complectitur ſermone Anonymus. Perdius quippe fuiſſe dicitur ab eo, & pernox in oratione; ſtudiis incubuiſſe Græcarum pariter, & Latinarum literarum, parentis, ac fratris imitatione, utraſque optime callentium. Acerrimus fuiſſe ſui corporis hoſtis, quod & abſtinentia macerabat, cilicio vexabat, flagris extenuabat, gravique plumbi onere ad ſpiritus obedientiam trahebat. Liberalis in pauperes, quorum inopię ſublevandæ hoſpitalem domum ſupra gradus atrii majoris Eccleſiæ erexerat. Erga Dei cultum religioſiſſimus, in Eccleſia etiam Sancti Salvatoris Collegium Hebdomadariorum inſtituit. Eccleſiæ Stephaniæ ſacram ſupellectilem aureis vaſis & argenteis inſtruxit, variiſque Eccleſiis clericos & manſionarios addixit: ac item Monachos in Lucullano pſalentes ſub Abbatis regimine concluſit; redemptor Captivorum quoque prædicatur. Concludit denique Anonymus narrationem ſuam his verbis: *Quo viriliter agonizante tam in divinis, quam in mundanis, adeo aucta eſt Civitas Neapolitana, ut nulli Eccleſię in Campania inferior in aliquo cerneretur.* Nec illud de eo ſubticet *quod in Dei timore, orationi tam intentus, & pervigil extitit, ut anachoretis, noſtris verò diebus omnibus ſit præferendus.* Anno ſexageſimo primo ſupra octingenteſimum, qui fuit Nicolai Papæ quartus celebrata eſt Synodus Lateranenſis in cauſa Joannis Epiſcopi Ravennatis, cujus abominanda ſcelera narrat Anaſtaſius Bibliothecarius. Neceſſe ergo fuit huic refractario reprimendo Concilium cogere, ad quod accitus fuit Athanaſius. Sciebat quippe Nicolaus invictum intrepidę mentis Athanaſii vigorem indefeſſæ, inſuperabilis, flecti, necdum deiici neſcię. Et bono quidem fructu fuiſſe ejus advocationem eventus docuit, reſipiſcente refractario Joanne, ut Anaſtaſius narrat. Athanaſio magnus in eo Conci-

A lio fuit honor exhibitus, quod tertio ſignatus ſit loco, ex Petri teſtimonio. Sancti Præſulis, quem cuncti extollebant, ut ſingulare exemplar virtutis, unus Sergius defuncti Gregorii fratris filius, omni parte vitę ſuę deteſtabilis, exuto rubore & reverentia, perpetuus fuit oſor, & perſecutor. Dabat huic ſanctus ſenex ſalutis monita, ſed ſurdo, imo & refractario, qui ut uxori ſuæ in Præſulis odium armatæ faveret ſatis quantus quantus fuit, totus in eum exarſit. Ac primum callido vaframento in domum cum fratribus quaſi ad conſilium accitum, Epiſcopalibus inſulis exutum, dulciſſimoque Clericorum ſolatio adempto, teterrimo carceri mancipavit. Indoluit Civitas tota ad tam immane facinus, & præcipuè Clerici Latini pariter, & Græci, nec non Monachi, inter quos velut ſidus eminebat Antonius, decrepita ætate venerandus, jejuniis maceratus, fractus viribus, ita ut aliena manu ad incedendum egeret. Sergium ſic alloquitur: *Dic mihi, omnium contemptor, quid eſt hoc quod feciſti?*
B *Hoc ergo pro infando ſcelere noveris non ſolummodo te periturum, cunctumque genus tuum, ſed etiam tota urbs, quæ Athanaſii adhuc oratione gubernata eſt, ſine dubio deſolabitur, paſtore decedente.* Motus fuit aliquantulum Sergius his verbis tertio auditis; ſed non permotus, nihil interea de Epiſcopi ſtatuens libertate. Quare inito conſilio, Sacerdotes decreverunt denudanda eſſe altaria, & in ipſum anathematis fulgur vibrandum. Sergius dimiſit Epiſcopum, dimiſſionis tamen illicò pœnitens, populi intuitus lætitiam, alieno itaque bono maceratus, omnium, cum illo prohibuit allocutionem. Videns autem Athanaſius gregem ſuum, amiſſo verbi Dei præcone lamentabundè plorantem, ſponte ſua, ſignato & cum anathemate Eccleſiæ theſauro, Neapoli receſſit, & in Salvatoris inſulam ſeceſſit. Sævit magis eo receſſu Dux; cumque ab ejus pectore omnis exulaſſet religio, vide quid ab Epiſcopo petat, tanquam pacis fœdus. *Si vult ut non eum perſequar, rejecto Clericorum re-*
C *gimine, monaſticum indumentum aſſumat, mihique Eccleſiam ad ordinandum ſpontè relinquat. Clericos verò, quos ſecum detulit, illicò remittat.* Sed quid ad ipſum vir Dei? *Sponſam, quam Deo donante ſuſcepi, nulli viventi vivens volenſque relinquam. Nec ordinandi licentiam me ſuperſtite, alicui dabo, Monachiſmum illo vivente non accipiam: ſcortum eſt enim, primam relinquendo conjugem, alteri ſociari. Eos autem, qui me caritatis cauſa ſequuti ſunt, non tradam, nec reiiciam. Unum autem ab illo peto, ut liceat mihi in tuto manere quouſque Dominus duritiam cordis ſui emolliat.* Tantum autem abeſt ut reſipuerit, ut & exercitum Neapolitanorum, ac Sarracenorum coegerit, & novendiali aggreſſione inſulam obſederit, impediendo Pontificis abſceſſum, ſed fruſtra. Nam Ludovicus Imperator, qui tunc Beneventi morabatur, omnium conſcius, miſſo Marino Amalphiæ Præfecto, ipſum adortus, copias ſuas partim occidit, partim cepit, aut fugavit, & Epiſcopum Beneventum detulit.
D Adventaſſe Marinum cum viginti ſagenis, ait Petrus; ſagenas genus navium interpretatur Baronius. Deluſus, erepto ſibi Epiſcopo, Sergius, Epiſcopii gazophylacium invadit, theſaurum inter fæcem illam hominum, quorum opera in nefandis ſuis ſceleribus utebatur, diviſit; Eccleſias devaſtat; denique ſacerdotes fugat, atque in ludibrium tradit, nudoſque per civitatem circumducit. Hæc cum ad Hadriani Papæ notitiam devenisſet, inquit Petrus, *direxit unam epiſtolam antefato Iudici, & aliam Clero, & populo Neapolitano, mandans ut ſuum Pontificem omninò reciperent: ſin autem, anathematis vinculo innodarentur. Qui juſtitiam Apoſtolicam pro nihilo reputantes, nec Pontificem recepere, nec excommunicationem ſervare voluerunt. Poſt hæc Anaſtaſius Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius una cum Caſario Abbate ex parte Apoſtolici, & Imperatoris Neapolim venientes, Civitatem anathemate innodavere.* Fodicabat pium Atha-

na-

naſii pectus gregis ſui cura, anathemate innodati: cumque Surrenti eſſet cum Stephano fratre, nec à lachrymis, & ſingultibus momento ullo temperaret, decrevit Romam petere reconciliando Neapolitanos Pontifici. Ibi tentata fuit ejus mors, medio veneno, per Sergii emiſſarios, divina tamen gratia illæſus dimiſſus ab Hadriano ad Ludovicum Imperatorem tunc in Sabinis morantem proficiſcitur; in medio tamen itinere, vitæ præſenti ſubtractus; profectus enim, inquit Anonymus, *ad Civitatem Nerulanam (Verulanam) in qua tertio Kal. Julii celebravit diem Apoſtolorum. Peracta Miſſa cœpit febribus anhelare, & perfractus ab eadem infirmitate Deo dignus, & charus Athanaſius è carnea ſubtractus eſt fæce, & ſuo Creatori noviſſimum reddidit ſpiritum in Oratorio S. Quirici, quod biſſenis millibus à Monaſterio S. Benedicti in Caſino diſtat; idibus Julii Indict. quinta, regnante Baſilio Imperatore Conſtantinopolitano. Præfatus autem venerabilis vir vixit ante Epiſcopatum decem & octo annos: in Epiſcopatu ſedit annis vigintiduos: & in anguſtiis hujus ſæculi menſes viginti cum uno.* Ergo primus ſupra quadrageſimum annum illi exceſſerat, cum mortalitatem exuit anno 872. Ad Montem Caſinum delatum ejus corpus, flentibus omnibus, ſed exultantibus Angelis, conditum fuit in Eccleſia Principis Apoſtolorum, quę ab Arechiſio Rege conſtructa eſt, & jungitur Baſilicæ Sancti Benedicti. In narratione miraculorum, quæ erat m. ſ. refertur ejus apparitio cuidam cæco ad ſepulchrum ejus oranti, ubi deſcribitur *crine criſpante, ſtatura procerus, vultu Angelicus.* Poſt quinquennium Neapolim ejus pretioſa pignora tranſlata ſunt ab Athanaſio ejus nepote & ſucceſſore. Cujus tranſlationis Acta hic ſubnectere placuit.

In dicto autem Caſinenſi Monaſterio erat homo notus multis, præteritis annis cæcus: hic quidem in Eccleſia, ubi ſanctiſſimi viri corpus jacebat, orare conſueverat, qui dum omninò privatus lumine, per Eccleſiam palpans incederet, deveniretque ad viri Dei ſepulchrum, ſicut ſæpiùs accidit, tenebris involutus, labente pede, cecidit ſuper ipſius Sancti ſepulchrum, ſtatimque depulſis tenebris perfectiſſimè lumen recepit. Quo miraculo univerſi gaudentes, benedicebant Dominum, qui glorificat ſanctos ſuos. Cumque ſanctitatis, & virtutis ipſius fama longè, lateque diſcurreret, alius Athanaſius Neapolitanus Præſul ſucceſſor hujus ſancti, ſecundum verò carnem filius Gregorii Ducis, fratris videlicet ipſius ſancti Athanaſii, anno quinto poſt mortem patrui, ac prædeceſſoris, ſolemnes nuncios cum locello, & aliis neceſſariis, Abbati Monaſterii, & Conventui Sancti Benedicti direxit, ut commendatum ſancti Præſulis corpus redderent in Eccleſia ſedis propriæ collocandum; indecens eſſe dicentes, ut à propria ſede exul ſit mortuus, à qua vivus ejectus fuit operante hoſte antiquo. Sed Abbas, & Monachi primitùs reſpuerunt: Poſtea verò petitionem ipſorum juſtam cernentes, dixerunt. Dei voluntas fiat, & veſtra petitio impleatur: pars tamen corporis ſancti remaneat apud nos. At nuncii reſponderunt. Sic integer vobis recommendatus eſt, ſic auxiliante Deo habebit ipſum integrum ſua ſedes. Quieſcentibus autem nocte ibidem, ac ſoporatis fatigatione itineris, apparuit vir ſanctus uni de nunciis principaliori, & ut mos eſt in ſcholis, tres ferulas, blandiens illi intulit, monens, ut ſocios excitaret, atque injunctum opus vigilanter perficerent. Tunc aſcenderunt cum cœtu venerabili Monachorum montis Caſſini verticem, fodienteſque aperuerunt ſepulchrum, & invenerunt viri Dei corpus integrum, quaſi tunc fuiſſet ſepultum, nullam habens in veſtibus & corpore corruptionem, ut nec capillus de capite, & pilus decidiſſet de barba: tantiſque fragrans odoribus, ut omnes admiratione replerentur, & gaudio, cunctique proſtrati certatim Dei laudabant magnalia. Sanum autem & integrum poſt adſtantium deoſculationem devotam, humeris levantes corpuſculum, deſcenderunt de monte cum turba venerabili ſanctorum Monachorum totius illius ſancti collegii, ac clericorum, & ſæcularium caſtrorum, villarumque vicinarum, qui omnes veniebant, & deoſculabantur locellum devotiſſimè, & ſic gaudentes revertebantur. Dicti itaque nuncii cum corpore recedentes eo die, applicuerunt Atellas, & apud ſanctum Elpidium ſubſtiterunt. Occurrit autem eis Præſul venerabilis nepos ejus, cum Sacerdotum, & Monachorum collegio copioſo, luminaribus accenſis, & itinere toto pſallentibus. Cum pervenirent ad villam quæ dicitur Grummus, obviavit ei homo vexatus à Dæmone, qui ſtatim liberatus Deo gratias egit. Tota Neapolis Civitas populoſa, ſancto corpori obviam exiit, ſeque ſolo ſancto corpori proſternentes cum fletu acclamabant, Patrem, Nutritorem, atque Paſtorem pupillorum, atque orphanorum, Tutorem viduarum, atque mærentium Conſolatorem. Et poſt lacrymabiles voces expulſo mærore, Deo gratias agentes, eo quod ipſum meruerunt habere Advocatum propitium ante Deum. Dum autem ad Eccleſiam ſancti Januarii portaretur, mulier graviſſimo capitis dolore detenta, quæ etiam auditum perdiderat à multis temporibus, juvarique nullatenus valens, caput ſub locello inclinans, ſtatim depulſo dolore, recuperavit quem à multis perdiderat annis auditum. Multi alii à diverſis infirmitatibus ejus intervenientibus meritis ſunt curati. Tandem expletis miſſarum ſolemniis depoſitoque locello juxta altare in Oratorio Sancti Confeſſoris Chriſti Laurentii, ejuſdem ſedis Antiſtitis, juxta ſanctiſſimi Joannis Anteceſſoris, & Nutritoris ipſius antrum diligentiſſime condiderunt primo Kal. Auguſti, Regnante Domino Noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honos, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ex illa S. Ianuarii Eccleſia deinde S. hujus Antiſtitis oſſa in majorem Eccleſiam tranſlata ſunt, ubi adhuc ſumma veneratione coluntur in ſacello S. Salvatoris, ubi hæc legitur inſcriptio.

HIC IACET CORPVS SANCTI
ATHANASII CONFESSORIS,
ET EPISCOPI NEAPOLI-
TANORVM.

Caput verò in Theſauri ſacello honorificè cuſtoditur argentea, atque aurea theca incluſum.

Colitur hic ſanctus Præſul & alibi, Caſini nempè, ubi obiit, & unde, brachio ibi relicto (quãvis id in Actis tranſlationis ejus non reperiatur) huc tranſlatus eſt. Capuæ quoque celebris erat ejus memoria. Legitur in quodam pervetuſto Codice m. ſ. Orationum illius Eccleſiæ in litaniis piè cum aliis ſanctis Epiſcopis Confeſſoribus invocatus. Nec poterit, inquit Caracciolus, quis ſuſpicari non iſtum noſtrum, ſed Alexandrinum intelligi ibi debere; quoniam nullus ibi Græcus Epiſcopus recenſetur, ut inſpicienti conſtabit. An verò unus, idemque ſit noſter Athanaſius, & qui Surrentinus Patronus eſt, affirmat Romeus, negat Capaccius lib. 1. fol. 533. in cujus ego ſententiam potius inclino; non quidem ob eam, quam Capaccius affert rationem, nimirum, quod illius anniverſaria celebrentur 6. Kal. Februarii; noſtri verò Idibus Quintileis; id enim eveniſſe cenſendum eſt ob Eccleſiæ in ejus honorem ibi erectæ ea die fortè dedicationem, vel ob aliud inſigne beneficium ea die precibus ejus civitati collatum, ut plura de his in Eccleſiaſtica hiſtoria paſſim ſuppetunt exempla: ſed quod videam ſemper quinque hos Divos, Renatum, Valerium, Athanaſium, Bocuium, & Antonium, & in inſcriptione illa præcipue in ejus Eccleſia apud eundem Capaccium, coniungi, in certum argumentum diuturnioris eorum ibi incolatus, pluriumque in Civitate collatorum beneficiorum, quæ de noſtro nullo modo antiquorum teſtimonio probari poſſunt. Seceſſit quidem eò, ad Stephanum fratrem Epiſcopum, ſed brevi mora, quando incertis ſedibus tyrannidem

Nepotis fugieus vagabatur. Cæterum Joannes Eccleſiæ Neapolitanæ Diaconus Chronico ſuo de Epiſcopis Neapolitanis finem fecit, Athanaſii hujus præclariſſima geſta narrando. Ejuſdem quoque vitam accuratè ſcripſit Anonymua quidam ejus ſynchronus, quem Petrum Diaconum Caſinenſem eiſe potat Baronius, ex quo multa ipſe collegit to x. Annal. anno 872. qui certè eiſe non poteſt, cum Petrus Caſinenſis Diaconus, qui poſt multa ſæcula vixit lib. 4. Chronic. Caſiuen. cap. 56. & lib. de viris Illuſtrib. Monaſterii Caſſinen. cap 45. Hymnorum, vitarum, & homeliarum, cæterorumque op:rum à ſe conſcriptorum cataiogum recenſens, de hac Athanaſii vita nihil dicat. Libet autem nunc pulchram Neapolitanæ Eccleſiæ faciem Athanaſio Epiſcopo, & antequam impii Sergii labeſactata eſſet tyranuide, ex eodem Anouymo, quod Baronius egit, deſcribere. Is itaque narrata civitatis ſtructura, munitionibus, ac turribus, ſubdit: *Nam interdum bonas Præſulum geſtnt ſedes ad inſtar duorum teſtamentorum, qui eam gubernant, & reliquum, & capite regantur artas diverſi.* Subſiſte paululum Lector, inquit Caracciolus, nam Codex quo uſus eſt Baronius, depravatus videtur. Emendo ſic ex vetuſtiſſimis codicibus m ſ. *Nam introrſum bonas Præſulum geſtat Sedes:* Facit ea lectio mirificè ad Petri (melius Anonymi) ſenſum; exteriori enim Neapolis facie, in ædificiis, turribus, mœnibuſque patente deſcripta ad interiora ſermonem convertit, quaſi diceret: Ut quid in exterioribus, inſpicienti cuique maniſeſtis immoror? Ad alia ſtylum converto, & interiora, quæ majus illi decus afferunt: *Introrſum bonas geſtat Præſulum ſedes;* Cum legis, duos ibi fuiſſe Præſules, cave ne putes unius urbis fuiſſe duos æquales Ep.ſcopos. *Unus Chriſtus, & unus Epiſcopus.* Clamaverunt aliquando Patres in Conciliis; etiam à Baronio id aſſeritur, dum ſubdit, quod *duplex populus conti nertur in ea, nempè Latinus, & Græcus, qui ſeorſum ſuos quiſque, ſub capite tamen uno, peragerent ſacros ritus.* Ac tacitè ab Anonymo, ſive Petro id innuitur, ſive *introrſum*, ſive *interdum* iegas exemplo *artuum diverſorum ſub uno tamen capite rectorum.* Quare verba illa ſuperius adducta, ſic diſpungenda ſunt. *Qui eam gubernat, regit & reliquum.* Hoc eſt Latinus, qui civitatem gubernat, regit & reliquum alterum, ſcilicet Græcum Epiſcopum, quaſi Græcus vicarius eſſet Latini Epiſcopi, prout de eo videtur loqui Concil. Lateran. ſub Innocentio III. Viget hodie in Archiepiſcopatu Meſſanenſi dignitas Protopapæ, qui veluti Archiepiſcopi Subſtitutus Græcis præeſt. Certè Græcanicam fuiſſe Neapolim ex inſcriptionibus, atque vocabulis, dignitatibus, imò & ſubſcriptionibus obſervatu facile eſt. Quandoquidem, multoties idiomate quidem Latino ſubſcribebant, charactere tamen Græco, ut habes apud Capacc. lib. 1. in Jo. Duce XXVII. Qui plura de Græco Clero deſiderat, Capaccium adeat eod. lib. fol. 57. Franciſcum Purpuram I. C. Neapolitanum, Epiſcopum Montiſmarani in reſponſo pro Monachis Baſilianis in cauſa præcedentiæ cum Monachis Caſinenſibus, & Eugenium in Eccleſia S. Georgii, & S. Mariæ in Coſmedin. Aliquando autem verè duos Epiſcopos in eadem civitate fuiſſe legimus. Vide Baronium Notis ad diem primam Februarii, docentem in eadem Antiochia, Ignatium à Petro, Enodium à Paulo fuiſſe ordinatum, ex diſſidio nempe orto inter eos, qui ex circunciſione, & qui ex gentilitate converſi erant. Poſtea verò convenientibus utriſque in unum lapidem angularem coaluerunt, uno tantùm remanente. Vide eum latiùs. Pergit deinde Anonymus, in Eccleſiæ Neapolitanę laudem; *Reperiuntur plane in ea templa priſco conſtitutu ædificio; quoniam non ſolum à Conſtantino piiſſimo Principe Auguſtorum Chriſtianiſſimo, ſed plures ante annos, Chriſtiana ibi religio floruit; ſiquidem Beatiſſimus Petrus Apoſtolorum Princeps, Aſpren ſanctiſſimum inibi ordinavit Epiſcopum.* Quibus verbis innuere

A videtur auctor etiam ante Conſtantini tempora fuiſſe Neapoli extructas Eccleſias. At obſtat Romanum Breviarium, ubi de Conſtantino ſic legitur in Sylveſtri feſtivitate *Itaq; auctore Sylveſtro multas Baſilicas ædificavit, quas ſacris imaginibus doniſque, ac muneribus magnificentiſſimis exornavit, facultate etiam data Chriſtianis, quod antea negatum erat, publicè Templa extruendi.* Senſus ergo verborum auctoris hic eſt: excitari Neapolim ad Templorum religioſam extructionem ob avitam fidem in qua ab ipſo Apoſtolorum Principe firmata fuit. Sequitur: *Jam & Beati illius Agrippini Eccleſia hactenus demonſtratur, qui quintus à ſupradicto Aſpren Epiſcopus ordinatus eſt, quique patronus, & defenſor eſt iſtius Civitatis, Beatiſſimumque Januarium Chriſti Martyrem poſtea Neapolites meruerunt habere tutorem.* Intellige aliquo protectionis ſigno poſtea demonſtrato. Dum alioqnin longè antea conſtet Januarii patrocinium: Rurſus: *in qua laici ſimul cum*

B *Clericis aſſiduè Græcè, Latinèque communi prece, compte pſallunt Deo, debitumque perſolvunt jugiter officium.* Hoc Romæ, & alibi factum; ideoque Sabbathum quatuor temporum, dictum eſt Sabbathum duodecim lectionum ab Amalario lib. 2. c. 1. de pietate erga pauperes. Hæc idem auctor. *In qua etiam indigenæ & inquilini, non circumeundo domos, in peregrinorum habitu, ſtipem publicè expetunt, ſed quo loco commorantur, omnia neceſſaria quæ deſiderantur abundantiſſimè percipiunt. Et juxta præceptum Dominicum, præfatæ urbis accolæ, potius Lazaros quæritant, ut exhibeant largias, affluentiuſq; quibus indigeat.* Obſignat tandem auctor Neapolitanæ civitatis laudes hoc inſigni elogio. *Civitas hæc civitas miſericordiæ eſt, & pietatis, hinc inde vallata omni bonitate. Quæ ergo meruit tot, taleſq; habere Patronos apud Deum in exorando, merito hujuſmodi meruit protectione tutari, ut in bonis enabere: operibus, & à cunctis exiſtat adverſariis illæſa.* Hactenus Anonymus de Neapolitanæ Eccleſiæ decore: & notis ad illum Caraccioli. Utinam doctus

C hic Caracciolus de cæteris Neapolitanis Epiſcopis hiſtoriam texuiſſet, certè is qui nuper eorundem Catalogum conſarcinavit, in innumeros errores prolapſus haud fuiſſet, & nos aliquando cum ipſo opus erit cæcutire, cum aliundè non ſuppeditent monumenta, quæ noſtrum poſſint adiuvare conatum. Deſiit Caracciolus cum Sanctis Epiſcopis, qui ad Athanaſii uſque tempora Neapolitanam Eccleſiam ſanctè rexere. Ioannes quoque Diaconus Chronico ſuo de Neapolitanis Epiſcopis finem fecit Athanaſii hujus ſanctiſſimi Præſulis geſta præclara narrando. Petrus Neapolitanæ Eccleſiæ Subdiaconus, qui poſt annos ducentos vixit, abſoluit Joannis Diaconi Chronicon quod imperfectum reperit. Cæterum libet hic annectere ſancti hujus Præſulis genealogiam ex variis monumentis, auctoribuſque concinnatam.

Marinum & Eproxiam nobiles Neapolitanos fuiſſe parentes Gregorii Ducis Neap. & avum, aviamque S. Athanaſii Epiſcopi Neapolitani teſtatur

D Joannes Diaconus in Chronico Epiſcoporum Neapolitanorum in S. Athanaſio.

Sergius dicti Marini, & Eproxiæ pater Athanaſii Dux fuit Neapolitanus habuitq; uxorem Droſam nomine, ex eodem Joan. Diacono.

S. Athanaſius Sergii filius ex ejus vita.

Stephanus Surrentinus Epiſcopus germanus frater S. Athanaſii ex vita ejuſdem.

Cæſarius ejuſdem S. Athanaſii germanus frater, cujus meminerunt Joannes Diaconus in S. Ioanne & S. Athanaſio. Ioannes Cemiliarcha in vita S. Ioannis Aquaroli, Carolus Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ anno 849. obiit in carceribus juſſu Gregorii Ducis fratris filii, ut in Chron dicti S. Athanaſii. Habuit quoque S. Athanaſius alios fratres præter ſupradictos, quorum nomina latent ex cod. Chron. & vita Athanaſii.

Sergius Dux filius præd. Gregorii Ducis, hujus patrus fuit s. Athanaſius, ut ex prædictis auctoribus, &

Ro-

Romano Martyrologio, uxorem habuit, tamen ejus nomen ignoratur. Habuit & ſocrum, quæ venenum propinari curavit S. Athanaſio, dum Romæ exul eſſet.

Athanaſius II. malus Neapolitanus Epiſcopus & Dux, Sergii ſupradicti germanus frater, & Athanaſii ſancti nepos, notus ejus ævi auctoribus, & præcipuè Erchemperto, & Joanni VIII. Papæ.

Stephanus Epiſcopus Neapolit. Athanaſii junioris germanus frater, & conſanguineus Gregorii Ducis, Athanaſii mali ſucceſſor ex tranſlatione SS. Severini, & Soſii habetur.

Gregorius II. Dux Neap. cujus meminit Chron. Caſin. lib. 1. cap. 55. fuit conſanguineus prædicti Stephani Epiſcopi, ut ſupra eſt dictum: quis autem fuerit filius ejuſdem Gregorii, colligitur ex his quæ Bonitus Eccleſiæ Neapolitanæ Subdiaconus in vita S. Theodori dixit, qui meminit Gregorii Ducis Neapol. qui fuit etiam nepos, & proles, frater ac pater Parthenopenſium Ducum.

Joannes Dux Neap. anno 915. de quo Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ, & Capaccius in recenſione Ducum Neapolitanorum.

Gemma filia Athanaſii junioris Epiſcopi & Ducis, uxor Landulfi filii Athenulfi Capuæ Comitis ex Erchemperto, quorum filia Gemma junior Cadoli uxor fuit Comitis Burgini vel Fovechlenſis in Etrutia.

Joannes Dux Neapol. anno 934. cujus mentionem facit Chronic. Caſin. lib. 1. c. 5.

Joannes Magiſter militum Neapol. civitatis, & Campaniæ Dux anno 1014. ex Actis S. Severi Neap. Epiſcopi.

Sergius Dux Neap cujus mentionem facit Chronic. Caſin. lib. 2. c. 59. ann. 1025. & Carolus Sigonius lib 8. de Regno Italiæ an. 1029 & 1032. Sergius iſte conceſſit privilegium S. Gregorii Monialium Cœnobio. Idem etiam Sergius unà cum Joanne Duce & Conſule ejus filiis eidem Monaſterio aliud privilegium aſſeruit anno 1033.

Joannes Dux & Conſul filius Sergii Ducis ann. 1033.

Sergius Conſul filius Sergii Ducis Neap & magiſter militum filius quondam Joanois Conſulis & Ducis ann. 1060. ex privilegio conceſſo Monaſterio S. Gregorii Neapol. Idem Sergius Dux Neapol. interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſin. an. 1072. ex Chron Caſin. Idem Sergius Conſul, & Dux & militum Magiſter, & Joannis Ducis minoris filius anno 1090. eidem Monaſterio S. Gregorii aliud monumentum conceſſit. Idemque Dux & Conſul, & Imperialis Protoſebaſtes, & Joannes ejus filius minoris ætatis ſimiliter Dux anno 1097. ex alio privilegio eidem Monaſterio conceſſo.

Joannes Dux filius prædicti Sergii Ducis anno 1090. & 1097. ut ſupradictum eſt.

Sergius ultimus Dux Neapolitanus ex proſapia S. Athanaſii, cujus fit mentio in Chronic. Caſin. lib. 4. cap. 99. cujus meminit etiam Abbas Alexander Celeſinus in vita Rogerii lib. 2. & Falco Sacri Palatii Scriba in Hiſtoria Beneventana anno 1137. Quod verò Sergius ultimus fuerit Dux Neap. habetur ex Chron. Caſin. eodem ſupracitato libro & cap. Nam Rogerio Duci Apuliæ conceditur eodem anno per Anaclerum II. Antipapam regia corona cum Capuano Principatu, & Ducatu Neapolitano. Creduntur hi omnes Neapolitani Duces fuiſſe ex proſapia S. Athanaſii Epiſcopi Neapolitani. De quibus fuſè agit Capaccius lib. 1. Hiſtoria Neapolitana.

48. ATHANASIUS Junior Gregorii Ducis filius, impii Sergii frater, S. Athanaſii Nepos, patruo ſufficitur anno 872. munus conſecrationis accepit à Joanne Papa VIII. in Eccleſia S. Nazarii Cantiæ agri Capuacii, ut Petrus continuator ſcribit in Chronica, cùm illac Pontifex divertiſſet, ut Sergii Ducis Neapolitanorum cum Saracenis inita fœdera duritiemque violaret. Vir fuit Athanaſius ſive ſacris, ſive civilibus rebus, ſive bonis, ſive malis agendis dexteritate mirabili, providentia, animique fortitudine tanta, ut cum quietam ab initio vitam ducere decreviſſet, ſibi ipſi potius quàm fratri conſulens, cujus vindex à Deo electus videbatur, ut ait Oſtienſis, ipſum Sergium non ſemel admonitum captum excæcavit, & Romam ad Pontificem miſit, ubi & miſerè periit, ipſe verò à Neapolitanis in ejecti fratris locum Dux ſubrogatur anno ſalutis 877. Laudatus proinde eſt à Joanne Pontifice epiſtola tunc ad eum ſcripta in hunc modum.

Reverendiſſimo & Sanctiſſimo Athanaſio Sanctæ Eccleſiæ Neapolitanæ confratri noſtro, &c. Innumeras gratiarum actiones veſtræ Deo dilectæ agimus almitati, digniſque Apoſtolico vos ore laudibus, præ ceteris meritò collaudamus. Quoniam, ſecundum Domini vocem dicentis; ſi oculus tuus, vel manus tua ſcandalizat te, erue eum, & projice à te: fratrem tuum erga Eccleſiam Dei impiè agentem, & circa Dominum non recto itinere gradientem, velut ſecundum Holophernem Sanctis Chriſti Dei noſtri auſu temerario impugnantem, & hæreditatem patriam more ſacrilego perſequentem, tanti honoris regimine indignũ judicans, ultionis divinæ percutere jaculo ſtuduiſti, nec pepercisti carnalitati propter Dominum dicentẽ; Qui diligit patrem, aut matrem, aut fratres pluſquam me, non eſt me dignus. In quo nimirum vos Deo per omnia dignos fore cognovimus; quia membrum corporis ſui multo contagio fœtens, libenter abſcindere, proculque abjicere ſanctitas tua fideli devotione curavit. Et quia nunc uſque viris ſæcularibus, ſecundum ſe, non ſecundum Deum in urbe Neapolitana principantibus multa ſcandala, & perturbationes multas, homicidia, & oculorum erutiones, intra eam, & foris peragentibus dignum Deo de his juſtè judicante, peractum eſt, ut iniqua jam ceſſet dominatio, finem haberet peccatum, & conſurgeret vir de domo Domini, qui timorem Dei præ oculis habeas, regat populum Chriſti in omni juſtitia & ſanctitate, in omni veritate, & manſuetudine, ut paſtor idoneus, non velut mercenarius deſerat & diſperdat. Et ideo ad ea, quæ veſtræ dignitati, vel honori congrua, & neceſſaria ſunt, perpetua nihilominus ſtabilitate confirmamus, tantum ampliori nunc ſtudio vereque multiplici pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ tibi commiſſæ ſtare, & deſudare, quatenus ſalva, ſecuraque conſiſtat, ut procures, his noſtris Apoſtolicis prudentiam veſtram exhortamur apicibus. Nos namque aliis mancoſis datis, mille quadringentis vobis dare debemus, quod veſtræ dilectioni, aut initio quadrageſimæ, aut in die ſanctæ Reſurrectionis vobis procul dubio dirigemus. Porrò hunc Petrum venerabilem Diaconum veſtrum, quia eum veſtræ Eccleſiæ, & Civitati Neapolitanæ in omnibus fidelem eſſe cognovimus, vobis in omnibus commendamus, ut pro noſtro eum amore benignè ſemper retinere dignemini. Data ut ſupra menſe Novembris, Indictione undecima. Hanc eandem epiſtolam recitat Baronius tom. 10. ſubditque non eſſe accuſandum Pontificem, quod indicens Epiſcopo factum laudaverit, quippe, & Moyſes Levitas laudavit, qui à cæde fratrum, & filiorum revertebantur. Et Petrus ſpiritu oris ſui Ananiam, & Sapphiram interemit. Zelus præcipuus eſt contra Eccleſiam Dei vexantes. Scripſit etiam idem Pontifex ad Neapolitanos, quod Athanaſio tanquam juſtiſſime operanti cooperati etiam ipſi fuerint, monens, ut quem paſtorem elegerant, veneratione amplecterentur. Appellatque Sergium hominem peccati, Dei inimicum, populi ſui tyrannum, atque Romanæ Eccleſiæ perduellem. Landulphus Capuanus Epiſcopus Pontificis monitu Athanaſium in ea re maxime juvit. Hæc fuerunt Athanaſii Epiſcopatus primordia, futurus felix, ſi eo ardore animi, quo fratrem Ducem, inimicoſq; Romanæ Eccleſiæ inſectatus fuerat, ſemel commiſſas oves pedo correctionis, directioniſq; ad paſcua promoviſſet ſalutis: ſed cum eſſet vir ad arma, ad avaritiam, dominandi, proferendique imperii libidinem magis quam ad divinum cultum, pacem, pietatemque proclivis, ex Paſtore Tyrannus evaſit, ut non modo cum

Sarracenis, magno omnium fidelium ſcandalo fœdus inierit, quorum viribus dominari, ſuamque avaritiam explere poſſet, ſed etiam collatis cum ipſis ſignis finitimos Dynaſtas promoverit ad arma, ditionemque Eccleſiaſticam infeſtam habuit. Non tulit injuriam Joannes Pontifex, cum Athanaſius ad Pontificia præcepta, monitaque ſurdas aures præbuiſſet, nec fœdus cum Sarracenis diſſolvere, nec ab hoſtili præda ſe abſtinere voluiſſet, diris eum comminatus eſt pœnis. Extant plures ad eum Joannis epiſtolæ, quibus eum admonuit, ut fœdus ictum cum Sarracenis diſſolveret, alioquin anathemate feriendum comminatus. Quid inſuper? Ipſe Joannes etiam Neapolim ſe contulit ad hoc agendum, ut revocaret ſcilicet Athanaſium ab eo initu fœdere; ſed omnia fruſtra, cujus rei gratia ubi in Urbem rediit, Synodo convocata, ipſum tradidit anathemati anno 880. atque has litteras mox dedit ad Epiſcopos circumpoſitos.

Omnibus Epiſcopis Cajetam, Neapolim, Capuam, Berolaſim, Amalphim, Beneventum, & Salernum colentibus. Quæ & quanta ab Athanaſio Neapolitano Epiſcopo Chriſti Eccleſia patiatur adverſa optaremus vobis non eſſe dicturos, niſi eſſent ſupra modum gravia. Ecce enim ut ipſi jam maxima ex parte non ignoratis, ad perditionem totius Chriſtianitatis à multis retro temporibus cum filiis Iſmael, & Deo ſcilicet odibilibus Sarracenis pactum faciens, omnem iſtam terram ad nihilum redegit, ut jam non ſit, qui eam prorſus inhabitet. Super quo ſcelere eum ſæpiſſimè commonuimus, & corpori noſtro omnimodo non parcentes, uſque Neapolim properavimus, multamque argenti ei contulimus, & rogavimus, ut ab eorum ſe ſocietate divideret, & tandem aliquando reſipiſceus, tantam peſtem deleret, qui, ut ita dixerim, importunitatem noſtram, licet fictè, non tolerans, promiſit ſe ita eſſe facturum, & pactum cum Sarracenis habitum ſoluturum, ſub ea duntaxat conditione, ut ſi deinceps hoc malo ſe quoquo modo miſceret, & ſacerdotio eſſet privatus, & anathemati ſubjaceret. Sed hen proturpis lucri commodo, quod ab ipſis Sarracenis, de præda eorum partes recipiendo, hujus promiſſionis oblitus, noluit adimplere quod multis coram poſitis ſcriptis, & verbis promiſit. Rurſum nobis non modici argenti adauctis ponderibus, per ſuos Legatos ei mandavimus, ut ſi intra triam dierum ſpatium cum Sarracenis habitum fœdus non rumperet, aut ea, quæ nobis tergiverſando, abſtulerat, non tranſmitteret, noſtro judicio iterum ſententiam, quam ipſe in ſe protulit, prorſus exciperet. Sed tam varia juramenta, quam abſolutas promiſſiones, nos de die in diem deluſit, & foris omnibus diſſipatis, intus verò per ſuam calliditatem multis noſtris ablatis, hactenus nec cum Sarracenis habitum pactum diſſolvit, nec reliqui Dei populi voluit miſereri. Quia potius cum ipſis converſans de ipſis malis in pejus crevit, & Dei mandata contemnens ſacerdotii etiam ſui oblitus non ſolum illis ſimilis effectus eſt, ſed etiam in multis deterior. Hujus rei gratia apud Beatum Petrum Apoſtolum ſynodicè in eum ſententiam protulimus, & cum omnibus ſibi conſentientibus, ſive faventibus omni Eccleſiaſtica communione ſub anathematis interpoſitione privavimus. Modus autem excommunicationis hic eſt.

Athanaſium Neapolitanum Epiſcopum ſæpiſſimè admonitionibus, & multis argenti ponderibus datis ut pactum cum Sarracenis habitum diſrumperet, admonuimus. Ille autem idem pactum ſe omnimodo ſoluturum, & ab eorum ſocietate ſeparatum eſſe promittens, ſub ea conditione, ut ſi denuo cum illis quolibet modo fœdus habuiſſet, omni eſſet ſacerdotali honore privatus, & anathematizatus. Sed hæc omnia parvipendentem, & ad Chriſtianorum perditionem cum eis pactum habentem, & nos ſæpiſſimè deludentem, & de præda eorum partem recipientem, judicio, & auctoritate Dei omnipotentis, & Beatorum Apoſt. Petri, & Pauli ſimul & noſtra, cum omnibus ſequacibus ſuis & omni Eccleſiaſtica communione privatum, & quouſque ſe ab ipſis Sarracenis penitus ſeparaverit, velut totius Chriſtianitatis inimicum anathematizamus. Dat.... menſe Aprili, Indict. decima quarta. Subdit ad hæc Baronius. Quid autem Athanaſius iſte poſt hæc? Miſit Legatum ad Joannem Pontificem Petrum Diaconum ſuum, ut abſolutionem ab ea communicatione peteret. Sed qui ab ipſo deluſus ſæpe fuiſſet, nullam ipſi adhibendam fidem putavit, niſi primum Sarracenis ab ipſo necatis, vel captis, ſic pœnitentiæ ſuæ certa ſigna edidiſſet; tunc fortè abſolutionem conſequuturus eſſet; cujus rei gratia Marinum Epiſcopum, qui ipſi Joanni in ſede ſucceſſit, ad ipſum miſit, his eidem brevioribus datis litteris.

Boni Paſtoris eximio informati exemplo, qui venit quærere ſalvare, quod perierat, tantopere te per devia errantem abjecto Chriſti levi jugo, cum infidelibus jugum obſcœna cupiditate duce te non dubitantem (quamvis ſero ad ſe percutientem reverti velle mandaſti) alacriter recipimus, & inter cæteros conſacerdotes noſtros præcipuos honorabilem capimus retinere, prout ipſe nos jam olim feciſſe proculdubio reminiſceris. Sed quia tua exigente ſceleris tanta audacia, ſancti Spiritus te à conſortio noſtro divini myſterii jure ſubmovimus: nunc ſecundum preces tuas ex relatione Petri venerabilis Diaconi tui, ſi modo pactum, quod hactenus cum impiis Agarenis habuiſti, manifeſta devotione fregeris, & ab eorum nequiſſima ſocietate toto conamine te ſeparaveris, atque ſi præſentibus his miſſis noſtris Marino ſcilicet reverendiſſimo Epiſcopo, & ſanctæ ſedis noſtræ Arcario, & Sicone egregio viro, majores Sarracenorum, quanto melius potes, quos nominatim quærimus, cum aliis omnibus ceteris, & jugulatis aliis, eos nobis direxeris: à vinculo excommunicationis abſolvimus, & juxta præcedentem conſuetudinem Epiſcopale officium reddimus. Eo ſcilicet modo, vel tenore, ut captis & traditis, ut dictum eſt Sarracenis, deinceps nullum cum eis alterius fœdus, quoquo modo inire præſumas. Nam ſi cum illis pactum aliquod facere tentaveris, in eandem te excommunicationem incurrere ſancimus, & auctoritate Dei omnipotentis, ac B. Petri Apoſtolorum Principis, & noſtra omni Epiſcopali honore privandum, & perpetuo anathemate damnandum eſſe decernimus. Hæc Joannes Papa, quæ ſequuta ſint, inquit Baronius, ignoramus.

Cæterum quod ſemel proprius amor, & mala mens tranſverſum egit, in Athanaſio probatum eſt, qui cum in reprobum ſenſum ſe dediſſet, ut Erchempertus in Longobardorum Hiſtoria ſcribit, qui res eorundem geſtas ad annum 800. uſque ad 888. deſcripſit, cum Sarracenis iterum ſociatus, mala undique, ac peſſima in omnes patravit facinora, & donec vixit, nova ſemper molitus mala, finitimas regiones, populos, urbes, oppida eorumque principes & Regulos aſſidue inquietos habuit, armis, moleſtiiſquè laceſſitos vexavit. Agarenis, quos aliquando infra Neapolitanæ urbis portum, ac mœnia collocavit, in ſui auxilium evocatis, Capuam ſuæ ſubiicere poteſtati exoptans, eos in eam urbem miſit, quos Lando ejus civitatis Comes ferè omnes occidit. Athanaſius verò ſe cernens deluſum, doloſè cum Capuanis ac cum Landone ipſo pacem iniit, ut facilius pacis colore eam urbem invadere, ac capere poſſet. Vindemiæ tempore clam irruens ſuper eos, quamplures ex civibus, ejuſque urbis præſtantiſſimis viris cepit, captivoſque deduxit, ſpoliis, ac maxima præda oneratus in patriam rediit. Ab ipſo igitur anno, qui fuit Chriſti 883. Athanaſius crebris ſuorum militum incurſionibus omnia è propinquis urbibus, atque oppidis circumquaque invadens, ac devaſtans, ad totius Liburiæ dominium aſpirabat, eamque ſuæ ſubdere poteſtati cupiens, Sarracenos Agropolitanos clam accerſivit, & Capuam miſit, ut eam ſubjugaret. Verùm Capuanis viriliter reſiſtentibus, Agareni ſpe ſua fruſtrati abſque præda in caſtra reverti coacti ſunt. Tunc Athanaſius ut concepta ſpe de Capuana urbe potiunda non fruſtraretur, novis, inauditiſque machinis adverſus Capuanos obſtructis, Quadrageſimæ tempore

(an-

A (anni 883.) quo Chriſti fideles peccata ſua deflere, Deoque veniam petere ſolent, die Dominico ſubſequente crepuſculo cum Græcis, Agarenis, Neapolitaniſque repentè Capuam invaſit, & quamvis trecenti armati ejus milites mœnia conſcendiſſent; attamen Deo adjuvante, ea urbe haud potitus eſt, cum ferè omnes aggreſſores gladio periiſſent. Tentavit deinceps Athanaſius Salernum capere, ac ſæpiùs illud modò per Græcos, modò per Sarracenos aggreſſus Guaimario Principe viriliter repugnante metuendus hoſtis à muris depulſus eſt. Hæc & alia indigna facinora perpetraſſe Athanaſium fuſiùs narrant idem Erchempertus ejus ævi ſcriptor, & poſteri nonnulli, quem periurum, fœdifragum, ambitioſum, diſcordiarum inter proximas urbes diſſeminatorem, ſanguinis humani ſitientem, Pontifici refractarium, Sarracenorum amicum appellant, aliiſque multis conviciis onerant. Habuiſſe Athanaſium filiam nomine Gemmam idem teſtatur Erchempertus, legitimam, an notham, incertum; hanc Landulpho Athenulphi Capuæ Comitis filio in
B uxorem dedit, ex quibus Gemma altera nata eſt, quę uxor fuit Cadoli Comitis Burginovi de Fuſceolo in Etruria. Athanaſii tamen cum laude meminit Petrus Subdiaconus ille, qui Neapolitanorum Epiſcoporum Chronicam poſt Joannem Diaconum continuavit, altioris ingenii virum, atque mirabilis prudentiæ fuiſſe teſtatur. Idem perhibet Petrus alius Neapolitanæ Eccleſiæ Subdiaconus in S. Agnelli miraculorum libello. Idem Athanaſius Græcis, & Latinis litteris optimè excultus fuit; Sanctorum enim Martyrum Arethæ & ſociorum paſſionis Hiſtoriam è Græco in Latinum vertit optimo, & elevato ſtylo, ut illa ferebat ætas, cujus fragmentum extat in M. S. codice in Monialium S. Joannis Capuanæ urbis Cœnobio, in quo inter alia habentur in Prologo. *Quorum* (ſcilicet Martyrum) *victrices agones, palmaſque ego Athanaſius Junior Parthenopenſis Eccleſiæ Antiſtes ad honorem Dei, & gaudium Chriſtianæ religionis ab Æolices exemplaribus trāſ-*
C *ferre conabor, & quia peregrinam idioma minimè congrato ſtylo, non verborum ſolia, ſed magis ſenſus ubertatem carpere ſtudentes, ſuperflua reſecuimus, & interdum ſerie commutata ad dilucidandas ſententias nonnulla ingerimus noſtra*, &c. Horum SS. Martyrum fit mentio in Martyrologio Roman die 24. Octobris. Author translationis S. Athanaſii è Caſinenſi Cœnobio, de hoc Athanaſio loquens ait; *Audiens Athanaſius, qui ab eo ut proles, cariſſimus, dilectus, & nutritus fuerat, & in honore, locoque ejus ſucceſſerat, filius fratris ejus Gregorii Ducis* &c. Tranſtulit patrui corpus Athanaſii anno 877. Joannes Diaconus Neapolitanus in Actis SS. Martyrum Euſtratii & ſociorum, quæ juſſu Athanaſii è Græco in Latinum vertit, ut Baronius in notis ad Martyrol. Rom. 17. Decembris tradit, Athanaſii patrui veſtigia ſecutum hunc in modum teſtatur. *Athanaſius junior Parthenopenſis Eccleſiæ Præſul, patrui ſui magnifici Præſulis ſtudia ſecutus impulit me*, &c. Idem habet Guarimpotus in Actis eorundem San-
D ctorum juſſu ejuſdem Athanaſii è Græco in Latinum verſis. Ejuſdem etiam imperio tranſlata fuiſſe Acta S. Febroniæ virginis, & martyris narratur. Porrò in Actis S. Agnelli Abbatis, mentio Athanaſii ſatis mirabilis habetur in hæc verba.

Athanaſius itaque junior Epiſcopus, qui hujus civitatis Parthenopenſis Epiſcopatum ſimul & Ducatum tenuit, nimio tenebatur dolore, in ea ſcilicet valetudine, quæ Ilium nominatur. Cum cognoviſſet autem vir ut pote altioris ingenii, quod Dei gratia tanta beneficia per S. Agnellum oſtenderet, & alia viſu, alia auditu cognoſceret, ad ejus Eccleſiam confidens de Domini pietate humiliter perrexit. Cumque illic triſtis nimio dolore jaceret, & Dominum gemitibus exoraret, quatenus meritis & interceſſione B. Agnelli à tanto ſanaretur dolore. Apparuit eidem Sanctus, & medicinale ferramentum manu tenens, quod ab inciſione venarum, quæ grecè fleve nominatur, flevotomus dicitur; percuſſit eum in parte lateris, qua dolore tor-

A *quebatur, & ait, Athanaſi ſurge, & ſcito quod Deo opitulante, ab iſto dolore ſalvus effectus ſis. Statimque ille prædictus exurgens cœpit laudare nomen Domini. Mane autem facto, cuncta quæ fecerat retulit, diligenterque animadvertens, quod viſitatione S. Agnelli viſitatus eſſet, rogavit Presbyterum loci illius Rectorem ut pro eo Dominicum hoſtiam Domino immolaret. Quo facto, cunctis mirantibus, non parvum lapidem ſimul cum ſanguine fudit. Unde magis, ac magis glorificavit Dominum, quod quæ Sanctus in revelatione promiſerat, experimento cognovit. Sanus autem effectus, lætus indè reverſus eſt: memorque beneficii altare illius holoſerico pallio operuit, anniſque ſingulis in ejus feſtivitate humiliter ad ejus properabat Eccleſiam.* Et Petrus Subdiaconus de Athanaſio hæc narrat in Chronica. *Cumque tanta locuſtarum copia Campaniæ regionem, ac Neapolitanæ urbis potiſſimum invaſiſſet, ut non tam ſegetes, ſed arborum quoque folia, atque hortorum olera conſummarent; quamobrem magno incolæ terrore periculum ne fame interi-*
B *rent, vererentur, Athanaſium eorum Præſulem adeuntes ut ad Dominum precaretur, & quid facto opus eſſet, eum conſulerent. Athanaſius verò conſilium cum eis iniit, ut jejuniis, atque eleemoſynis Deum exorantes, ipſius iram averterent, & Sancto Juliano Martyri unico die Eccleſiam erigerent, & miſſarum ſolemnia inibi celebrarentur, ut alibi contigiſſe ferebatur, quod & factum eſt, atque ita à locuſtarum calamitate miram in modum fuerant liberati.* Meminit etiam Athanaſii Joannes Monachus in Chronico Cœnobii S. Vincentii de Vulturno lib. 4. Leo quoque Oſtienſis lib. 1. cap. 45. & alibi. Capaccius ejus vitam breviter ſcripſit in recenſione Neapolitanorum Ducum. *Igitur Athanaſius, ſive bonis, ſive malis rebus agendis egregius, tamen audax, & dicendi peritus, bonus pauco temporis ſpatio, malus ſemper, & ſine mente Epiſcopus fuit: oportebat illum juxta Menandri ſententiam, qui civilibus præeſſe volebat, orationis facultatem non invidioſam, ſed bono affe-*
C *ctu temperatam habere. Mali homines fortunati non tolerabiles ſunt, ut Euripides in Aeolo ſcribit; quod Athanaſio quadrat; etenim fortunatiſſimus, & malus, intolerabilis tamen, & fortaſſe adhuc excommunicatus exoſuſque vitam amiſit circa annum Domini 895. cum ſediſſet annis 22. menſ. 5. dieb. 2. ut quidam narrant.*




D 49. STEPHANUS III. Gregorii Ducis filius, Athanaſii deceſſoris frater germanus, eo demortuo, Neapolitanæ Eccleſiæ admotus eſt anno 895. LI.
Tranſtulit autem Stephanus Neapolim, ut narrant, è Caſtro Lucullano corpus S. Severini Abbatis; cum enim Neapolitana urbs obſideri pertimeſceret ab Africano quodam Rege ingenti Agarenorum claſſe, multas illæ Italiæ, ac Regni hujus urbes ſęviſſimè expugnarat, quamobrem tantus omnes invaſit timor, ut unaquæque civitas ſuis conſuleret rebus, mœnia reſarciret, & quæque ad bellum neceſſaria eſſent ſollicitè cogitaret. Quod nō minori diligentia Gregorius Conſul & Dux Neapolitanus cum Stephano Epiſcopo patruo civibuſq; inito conſilio curavit, qui quidem Lucullanus Caſtrum demoliendum fore, ejus incolis Neapolim tranſmigratis,

& ſacra Severini pignora aliò transferenda decreverunt, quæ denique Joannes S. Severini Abbas id enixè flagitans, in ſuam transferri Eccleſiam ejus ſancti nomine nuncupatam obtinuit, quod ſolemni ritu & incredibili totius populi frequentia, ac lætitia factum eſt die 10. Octobris ann. 920. & à Stephano hoc Epiſcopo ſub ejus Eccleſiæ altari honorificè collocatum, ut teſtatur Joannes Eccleſiæ S. Januarii Diaconus, qui ejus tranſlationis acta ad præfatum Joannem Abbatem ſincerè conſcripſit, quæ vetuſto charactere membranis exarato in eodem Monaſterio habentur. Eodem quoque anno, ac Præſule corpus S. Soſii, B Januarii martyris, & in paſſione ſocii in Miſeno Campaniæ oppido, non procul à Cumis, à Sarracenis diruto, inter ejus oppidi ruinas, annuente Stephano Epiſcopo ſummo labore conquiſitum prædicti Joannis Abbatis opera inventum eſt, & Neapolim non minori gaudio, præfato Antiſtite, ac Gregorio Conſule, univerſoque populo occurrentibus die 27. Auguſti delatum, in eodem S. Severini Sepulchro, & Eccleſiæ per manus ejuſdem Epiſcopi reconditum eſt, ubi hucuſque aſſervatur. Hoc epigramma in Sarcophago inſcriptum.

Hic duo ſancta ſimul divinaque corpora jacent,
Soſius unanimes, & Severinus habent.

Hujus autem S. Martyris corporis inventionis, ac tranſlationis Hiſtoriam idem Joannes S. Januarii Diaconus, qui interfuit, juſſu Stephani hujus Epiſcopi conſcripſit, ex qua hæc excerpta ſunt, ex quibus etiam habetur, hunc eundem Stephanum Epiſcopum fuiſſe germanum fratrem Athanaſii Epiſcopi prędeceſſoris, ex illis nempe verbis, quę idem Stephanus Epiſcopus ait, cum ab eo Joannis Abbatis nomine peteretur facultas requirendi corpus S. Soſii, & quando id repertum fuiſſet, illud transferendi Neapolim in Eccleſiam S. Severini. *Tunc Præſul* (ſcilicet Epiſcopus Neapolit.) *pio ſuſpirans affectu; Annuat*, inquit, *Dominus precibus ſervorum ſuorum, & aperiat illis theſaurum miſericordiæ ſuæ, quia multi fuerunt, peorſus multi, qui ſe ad illud invenieadum omni ſtudio accinxerunt, ſed occulto Dei judicio nequaquam exinde ad effectum pertingere potuerunt: nam Sicbardus Princeps Longobardorum, poſt innumera mala, quibus urbes noſtratium afflixit, etiam ad hoc prorupit, ut ſepulchra ſuffoderet, & Sanctorum ex eis corpora ſublevaret, ſed martyrem hunc, licet alium pro alio reperiſſet, & nomini ejus Eccleſiam conſecraſſet, nequaquam invenire potuit. Poſtmodum quoque Domnus Athanaſius Epiſcopus ſanctæ memoriæ germanus meus ſumma probitate margaritæ inveſtigator extitit, ſed nec ipſi collatum fuit*, &c. Cæterum ſubdit Chioccarellus in Catalogo, num Stephanus hic germanus fuerit S. Athanaſii, an verò Athanaſii II., non ſatis conſtat, ſed licet verba illa, ſanctæ memoriæ, ac ſummæ probitatis conveniant potius S. Athanaſio, quam Athanaſio II. ut ex his, quæ ſuperius diximus, conjicitur; attamen habita temporum ratione, videtur fuiſſe Athanaſii II. fratris; Sanctus enim Athanaſius germanum fratrem habuit Stephanum Surrentinum Epiſcopum, ad quem Athanaſius is divertit tempore ſuæ perſecutionis anno 870. & non videtur veriſimile Stephanum illum fuiſſe Epiſcopum Neapolitanum anno 920. Idem auctor putat Stephanum hunc ante adeptum Epiſcopatum conjugatum fuiſſe ex marmorea inſcriptione in ſepulchro Euphemiæ in vetuſtiſſima D. Joannis majoris æde; in ea enim habetur, illam conjugem fuiſſe Stephani, ac nurum Gregorii Ducis, ibi hæc leguntur.

Quiſquis ad hæc Sancti feſtinas templa Johannis,
Obſecro ſubſiſtens carmina cerne mea.
Hic quoque cognoſcis, pereant quod regna potentum,
Prædia, divitiæque umbra velut tenuis.
Hic Euphemiæ requieſcunt membra beatæ,
Nurus Gregorii, quæ Ducis alta fuit.
Namque viro juncta Stephano dum vixit in orbe
Semper amando Deum, ad bona prompta fuit.
Orphanus & pater hujus ſolamine vixit,
Triſtis & afflictus commoda ſenſit ovans.
Semper erat vigilans meditando gaudia Chriſti,
Qualiter in Cælo poſſit habere locum.
Tandem poſt multum famulando vitè Tonanti,
Debita perſolvens pergit ad aſtra poli.
Inclyte Præcurſor Domini, & Baptiſta Johannes
Dicito devote ſæpe precando Deum;
Chriſte ſalus mundi, atque hominum plaſmator opimus,
Dona Euphemiæ gaudia ſancta tua.
Hæc nos Gregorius Præfectus
& Athanaſius Levita
triſtis mater Amanda.



LII. 50. ATHANASIUM hujus nominis III. in demortui Stephani locum evexerunt ad thronum; florebat anno 937. quo ipſe unà cum Gregorio Duce, ac Conſule Monaſterium S. Severini jam ſub Athanaſio juniore erectum, ac Sanctorum reliquiis Severini & Soſii nobilitatum, invidioſis immobilibus bonis, ac juribus auxerunt, euſo diplomate translationem etiam eorundem Sanctorum referente, quod exſcripſit Chioccarellus ab exemplari, dignum ut ab omnibus legatur, cujus tenor eſt hujuſmodi.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Imperantibus Dominis Leone, & Alexandro à Deo coronatis magnis Imperatoribus anno trigeſimo, die ſeptimadecima menſis Decemb. Ind. 11 Neapoli.

Sicut in hoc mundo nihil eſſe poteſt bonum, nihilque utile abſque Dei providentia, qui diſpenſat & ordinat omnia prout vult, ita quicquid ad meliorem ſtatum pervenerit, non niſi illius diſpoſitione regitur, illiuſq; regimine gubernatur. Unde ſollicitè debet unuſquiſq; cavere, ne per iacntiam ſeu per invidiam contra id temerè præſumat, quod Domini nutu viderit ad majora contendere; tamen & ſi quis invidia, & tenebris obreptus, zeloque iracundiæ ſuccenſus adverſari quodammodo contenderit, ſciat ſe non ſolum cunctis hominibus apparere, verum etiam quod eſt gravius, iram Domini velociter incurſurum: Ideo nos Athanaſius Dei gratia tertius Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ Præſul, pariterque Gregorius Neapolitanorum Conſul & Dux voluntariè profitemur, qualiter Monaſterium Sancti Severini Chriſti Confeſſoris, quod intus hanc civitatem noſtram in vico Miſſi conſtructum eſt, & ad majora contendens adjuvante Deo ſit longè lateque diffamatum, ſic ut propè in toto nominetur mundo, & ob ſui reverentiam celeberrimo diverſarum gentium frequentetur occurſu, ſi enim (quod abſit) nos ſilere voluerimus, ipſi lapides clamabunt, & teſtimonium ſuum dabunt quod hominum nequitia celare decertat. Dicendum ergo eſt, & per hujus præcepti ſeriem poſteris commendandum, ut omnia, quæ ſubtus ſcribenda ſunt firma & ſtabilita in perpetuum maneant.

Athanaſius igitur junior Epiſcopus ſanctus prędeceſſor noſter tale preceptum ſuper hoc Monaſterio dompno Acculſario venerabili Abbati presbytero emiſit, ut omni ibidem induſtria Monachorum Collegium aggregaret. . . . . quod vir ille Domini adim-

plere

pitre vigilans prope ad quindecim Monachos ſuo ca. pit illic informare propoſito. Debine cum jam è ſæculo ſe migrare conſpiceret, convocatis omnibus, & ſanctis admonitionibus abundantec inſtructis, una cum voluntate eorum, Abbatem illis præfecit dompnum Joannem honorabilem presbyterum, quem ipſe à pueritia educarat. Huic itaque prefatus Athanaſius Epiſcopus Sanctus aliud praeceptum emittens decrevit una cum cuncto Clero, & Magnatibus ſuis, ut nullam regulam, nullumq; cenſum, neque aliam conditionem in eodem Monaſterio S. Severini aliquando haberet, ſed terram ſua pecunia emit, ut in perpetuum ſicut à religioſo magiſtro ejus dompno Aculſario inchoatum fuerat, Monachorum illic Congregatio regulariter habitaret. Hic autem venerabilis vir dompnus Joannes factus Abbas mores & vitam magiſtri ſui imitatus, omnes illius fratres ſub regulari vita redegit, largiente Deo, ipſoque S. Severino ſuffragante, omnia quæ in rebus & poſſeſſionibus, ſive in domibus, vel diverſis cameris ibi parata ſunt, per ejus induſtriam acquiſita creduntur, cujus etiam & curioſitate ita Cœnobium illud inſtitutum eſt, ut ex diverſis partibus multi ibidem Monachi confluerent, & ad unam vitam, unamq; concordiam pariter converſarentur. Illis itaque ſanctè, & religioſè viventibus, & Monaſterio ipſo propter tantam fratrum concordiam ubique diffamato, Rex impiiſſimus Affricanorum innumerabilem exercitum, armorumq; copioſiſſimum habens apparatum, Tauromenum advenit, & iraſcente Deo ſub omni celeritate capiens urbem eandem, non ſolum ipſam ſed etiam alia Siciliæ oppida, gladio, igneque conſumpſit, deinde tranſvadato mari, deſtructoque Caſtro regio, reliquas Calabritanas urbes expugnare fortiter cœpit. Hujuſmodi ergo pavore perculſi nos Gregorius Conſul, & cunctus populus noſter una cum dompno Stephano ſanctiſſimo Epiſcopo patruo noſtro decrevimus, ut Caſtrum Luculeum, quod valde habitatoribus diminutum erat, & acceptu aptum, ut deſtrueretur, metu arrepti, ne fortaſſe ſicut idem crudeliſſimus Rex minabatur, ſuper nos adveniens, oppidum ipſum facillimè caperetur, eo habito ergo conſilio, placuit omnibus, ut corpuſculum Sancti Severini Chriſti Confeſſoris, quod per tot annos in eodem Caſtello reconditum fuerat, nullibi niſi & in memorati dompni Abbatis Monaſterio collocaretur. Deſtructo igitur Caſtro ipſo, ſtatim dictus Antiſtes dompnus Stephanus patruus noſter cum cuncto clero, & nos pariter cum omni populo venerabile Sancti Confeſſoris corpus aſſumentes cum cereis, & thimiamatibus uſque ad ipſum Monaſterium præfati Abbatis detulimus, & per manus ejuſdem dompni Stephani Epiſcopi Sancti collocatum eſt in Eccleſia, & altari, quæ erat vocabulo ipſius Sancti dedicata; poſtea verò cum per ejuſdem Abbatis induſtriam Eccleſia ipſa ad honorem S. Severini camerato fuiſſet ædificio refecta, & Monaſterium illud ex oblatione fidelium, & concurſu multorum magis ac magis creviſſet, nos præſcripti Athanaſius Præſul, & Gregorius Conſul cum conſenſu omnium Clericorum, necnon & parentum noſtrorum eidem Monaſterio, in quo corpora Sanctorum Severini ſcilicet & Soſii Martyris collocata erant, obtulimus Monaſterium ejuſdem Sancti Severini de Caſtro Luculo, ubi prius jacuerat, cum omnibus rebus intus, & foris ſibi pertinentibus, cum ſervis & ancillis, cumq; omni proprietate ſua undecumq; aut quomodocunque pertinere ei videtur, mobile, vel immobile, ſine omni cenſu, vel regula, omnique conditione, ut amodo & perpetuis temporibus in poteſtate ſit prędicti Abbatis, & ſucceſſorum ejus. Inſuper & in hoc præcepto firmamus eidem dompno Abbati omnes res, quantas comparatas, vel etiam oblatas, ſive quas cum aliis hominibus commutatas habet, necnon conceſſiones quantas à nobis, vel à noſtris antoceſſoribus factas habet, vel habiturus fuerit. Ita quippe ut dum ipſe venerabilis Abbas advixerit, in ejus ſit poteſtate quicquid exinde facere voluerit, poſt tranſitum vero ejus, ſit in poteſtate, ſucceſſorum illius, eo adjecto tenore, ut nec vendendi nec cedendi, nec tranſmutandi, nec per aliquam ſcripturam alienandi habeant licentiam: quod ſi ſecus facere præſumpſerint, ſit inane, & vacuum, & res ipſæ revertantur in poteſtatem Monaſterii ipſius, unde fratres alantur. Firmamus etiam & in hoc præcepto, ut quando Abbas ipſius Congregationis vita exiverit, ille fiat ibi Abbas, quem inter ſe omnis illa elegerit Congregatio, & nullum impedimentum nos, aut poſteri noſtri ei facere præſumamus, aut aliquod calciarium, aut præmium quærere per nullum modum, ſed gratis eum ſine omni dilatione permittamus præeſſe: nam & ego Athanaſius Epiſcopus ſanctus, & ad honorem ipſius Confeſſoris una cum presbyteris, & diaconibus, & cunctis clericis noſtris largimur, ut tu dompnus Joannes venerabilis Abbas ſimul & poſteri veſtri licentiam habeatis gloriam in excelſis Deo canere, fontes, & cereum ſanctum benedicere, & nullam controverſiam à nobis, vel à poſteris noſtris, ſive à Sancta noſtra Neapolitana Eccleſia habeatis; quod ſi temerario auſu quilibet ex nobis, vel ex poſteris noſtris, vel alius, homo parvus, aut magnus extraneus, vel de genere noſtro contra præceptum venire tentaverit, vel ex eis quæ & à nobis ſtatuta ſunt, aliquo modo quicquam diſrumpere præſumpſerit, primum quidem ille ſit exindè cauſam dicturus ante tribunal Chriſti vobiſcum Beatiſſime Severine, & Soſſi martyr, & ſit alligatus ſub anathematis vinculis trecentorum & octo Patrum, partemque habeat cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & cum omnibus impiis, quibus dictum eſt à Domino, Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus, componatq; nobis, poſteriſq; veſtris, ſanctæque veſtræ Congregationi pœnæ nomine auri libras duodecim bizanteas, & hoc præceptum in ſua maneat firmitate; & nos, poſteriq; noſtri omnia ſupraſcripta in omnibus conſervare promittimus perenniter. Quod verò præceptum à nobis factum Anaſtaſium primarium Curialem hujus Civitatis Neapolis ſcribere præcepimus, & nos ſubtus pro ampliori ejus firmitate ſubſcripſimus per Indictionem ſupraſcriptam undecimam.

† *Athanaſius Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ Præſul ſubſcripſi.*

† *Georgius Conſul & Dux ſubſcripſi.*

Athanaſii habetur mentio in documento Monaſterii Monialium SS. Marcellini, & Feſti Neapoli, quo Barbaria Abbatiſſa quaſdam terras conceſſit Joanni Gregorio, & Annæ germanis fratribus quondam Domini Chriſtophori, Imperante Conſtantino Magno Imp. anno ejus 8. Kal. Novemb. Indict. 4. qui fuit annus Chriſti 960. aſſentiente Athanaſio III. Dei gratia S. Neapolitanæ Eccleſiæ Epiſcopo, cui & ſubſcripſit cum Barbaria Abbatiſſa; eoque Præſule anno circiter 961. ait idem Chioccarellus Joanne XII. Pontifice, & Romano, & Conſtantino Imperatoribus, cum Neapolitana Civitas à Sarracenis ex Africa profectis navali prælio eſſet obſeſſa, ac diverſis machinis acriter multi diebus oppugnata, eique urbi humana penitus deeſſent remedia, civeſq; propè ad interitum redacti, & à Chriſtianæ religionis hoſtibus ſe comprehendi cernentes, atque in extrema calamitate poſiti, ad divinum auxilium, & ad antiquos ejus urbis patronos, Januarium nempè & Agrippinum recurrentes, ut ab ethnica feritate eos eriperent, ſupplices exorarent illuceſcente die, qua Sarraceni urbem capere certò ſperabant, iique in aurora propiùs accedentes cum navibus equidem terribilibus, quæ in medio turres habebant excelſas, atque ii ſagittas, & jacula indeſinenter proiicientes, in proris inſtrumenta habentes prominentia, in quibus loricati, & galeati, æquati mœnibus, urbem invadere cum ſtrepitu, eorumque more, & ululatu conglobati prælium inirent, etiam muris ſcalas ad invadendum paraſſent, amariſſimis Neapolitani lachrymis ſuum proximum exitium flentes, patronos exorabant, protinus una ex navibus, major nempe & eminentior cæteris cum omnibus bellicis inſtrumentis, & pugnatoribus in mare demerſa eſt, atque hunc in modum ethnici turpiter confuſi, debilitati ſunt, & quamvis à mane uſque ad ſeptimam horam hor-

ridam pugnam inirent, nullum tamen damnum Neapolitaui exinde perpeſſi ſunt. Delato etiam illicò Sarracenis nuncio, quod Chriſtiani Imperatores navale prelium adverſus eos confeſtim paraſſent ut illos cum ſuis claſſibus comburerent, perterriti ſunt, ac fœderis jure, aurum, & argentum à Neapolitanis civibus expoſcunt, qui ſtatim, ut ea imminentia pericula evaderent, omnia ſacra vaſa, aurea, & argentea majoris Neapolitanæ Eccleſiæ, quorum non modicus erat numerus, hoſtibus pignori dederunt, eo pacto, ut illa ad certum tempus poſſent redimere, quibus acceptis Sarraceni ſugam arripientes, in Siciliam, quæ Sarraceunrum tunc erat ſedes, receſſerunt, ſicque ea civitas eo terrore liberata eſt. Remanſit tamen Neapolitanis Civibus grandis triſtitia, eo quod ſacris vaſis carentes feſtiva ſolemnia ignobiliter celebrare cogerentur, atque tunc SS. Januarius, & Agrippinus cuidam Neapolitano civi apparuerunt, pontificalibus veſtimentis induti, eique dicentes pro triſtitia civium Siciliam nos pergimus, ut vaſa omnia veſtræ ſedi exinde deferamus, qua revelatione exhilarati cives, freti eorum Sanctorum patrocinio mox in Siciliam Legatum cum xeniis, ac pecunia ad ſacra vaſa inde redimenda dirigunt, qui ſtatim ſine impedimento aliquo, ac diſpendio, divina ope adiuti illa reportarunt, ſicque ea civitas de ſummo mœrore ad gaudium ſe convertens, in Domini laudem ſic cecinit.

Gloria Chriſte tibi, Sanctorum gloria celſa,
Qui tam mira facis, famulis, qui tanta miniſtras,
Qui tibi perfectè famulantes ad tua celſa
Regna levans nimium præclaros eſſe dediſti,
Ut tecum ſemper regnantes commoda præſtent
Afflictis populis, & gaudia læta miniſtrent.
Ecce tuo ſancto ſolamine Martyr opimus,
Noſter ovans Martyr Jannarius, atque Agripinus,
Hoſtes adverſos mergunt ad tetra profundi,
Corda nefanda ligant, valeant ne ſancta tenere.
Nunc quoque ſic nobis ereptis hoſtibus atris
Vaſa ſacrata ferunt de ſinu peſtis iniquæ.

Hæc omnia percepimus ex vita, & actis S. Agrippini, quæ Anonymus quidem ſcriptor ejus temporis conſcripſit, quæque characteribus Longobardis exarata penes nos aſſervantur, in quibus hæc ferme inter alia leguntur, quæ Athanaſii hujus noſtri Epiſcopi nomen continent.

His ita hilariter de priſcis temporibus breviter prælibatis nunc, opitulante gratia Chriſti, ea, quæ noſtris temporibus geſta ſunt, proſequamur. Regnante igitur Romano, & Conſtantino Imperatoribus, & reſidente in Sede Beati Petri duodecimo Joanne Papa, & in hac civitate Parthenopenſi, tertio Præſule Athanaſio, & Johanne Conſule, ac Duce, gens nefanda Agarenorum, ex Africæ partibus adveniens, &c.

Hujuſcemodi Acta S. Agrippini nos neque vidimus, neque alibi legimus apud quempiam; incerti tamen auctoris narratio miraculorum ejus, ſeu Homelia, cujus initium, *Fratres dilectiſſimi*, m. s. extat, ut Caracciolus in Agrippino ſcribit, quæ videtur eſſe eadem cum opuſculo miraculorum, cujus auctor vixit temporibus hujus tertii Athanaſii Epiſcopi circa annum ſalutis 961. id ipſe affirmat illis verbis ſupra relatis, *& quæ noſtris temporibus geſta ſunt regnante Romano, & Conſtantino Imperatoribus, & reſidente in Sede Beati Petri XII. Joanne Papa, & in hac civitate Parthenopenſi III. Præſule Athanaſio, & Johanne Conſule, & Duce &c.* Putat Caracciolus Joannem Diaconum auctorem Chronici Neapolitanorum ſcripſiſſe etiam hiſtoriam miraculorum B. Agrippini. Cæterum quo anno Athanaſius hic tertius, ex hac vita migraverit, non conſtat; videtur tamen poſt annum 691. ſupra relatum obiiſſe, cui Nicetas ſucceſſit, ille quidem, qui primus Neapolitanus Archiepiſcopus à Chioccarelln fuiſſe narratur.

LIII. 1. NICETAS Neapolitanæ Eccleſiæ adlectus eſt Epiſcopus poſt Athanaſium III. fortaſſe intruſus, primus more Græcorum & auctoritate Patriarchæ Conſtantinopolitani Archiepiſcopi titulum ſibi aſſumpſit, vel certe (quod non auſerim affirmare) à Joanne XIII. Pontifice creatus primus ex Epiſcopo Neapolitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, poſt annum noſtræ ſalutis 968. ut probabilis ſententia aliquorum fert, vel eo ſcilicet anno, quo idem Joannes Papa Capuanam Eccleſiam Metropolim conſtituerat. Non ſum neſcius diverſas in hac re prodiiſſe opiniones, quas cum ſemel ſupra retulerimus, iterum retexere ad nauſeam verteretur. De Niceta nil aliud habemus quod proferamus, cum nulla ſuppeditent ejus ævi monumenta, parumque faciat illud ex Monaſterio S. Sebaſtiani aſſertum à Chioccarello, quod aliquibus commentum videatur: cum ante annum ſalutis milleſimum nemo ex Neapolitanæ Eccleſiæ Præſulibus titulum Archiepiſcopi ſibi legitimè uſurpaverit.

2. N. . . . . Archiepiſcopus Neapolitaaus, cujus nomen ignoratur, præfuit anno circiter 1000. verba ſunt Chioccarelli; *Ad hæc enim fermè tempora reiiciendum putamus, quod Neapoli accidiſſe fertur de icone quadam S. Salvatoris, quod in marmoreo monumento publicè exhibito ante Sancti Marcellini Monialium Cœnobium habetur, nempe Conſtantinopolitanum Imperatorem dono miſiſſe Archiepiſcopo Neapolitano imaginem Chriſti Servatoris in tabula affabrè pictam; cum bajuli, qui eam è navi in proximo maris littore ſuſceptam ad ipſum Archiepiſcopum deferrent, præ nimio labore defeſſi, ſuper marmoreæ columnæ truncum, qui ante fores Eccleſiæ S. Marcellini jacebat, deponentes, nullo unquam pacto inde elevare potuerunt, quod religioni & miraculo eſt adſcriptum, & Deum nolle eam imaginem exinde ulterius deferri: quamobrem in ea Sancti Marcellini Eccleſia eſt collocata, & ab antiquis temporibus religioſiſſimè colitur: ſic ſe habet inſcriptio.* LIV.

Ne mireris viator, ſi columnæ truncus ipſe
hic locatus fuerim, quum Servatoris imago
ab Imperatore Conſtantinopolitano Archiepiſcopo Neapolitano dono miſſa fuerit: bajuli onere defeſſi, ſuper me depoſuerunt, quam
quum tollerent, nullis viribus eripi potuit.
Hoc itaq; miraculo ejus imago ſuper altare
Divi Marcellini divinitùs collocatur, quod
Sylveſter ſuis litteris comprobavit, quamplurimas concedens indulgentias.

MCCXXXII.

Quo autem tempore & anno id acciderit, & quis fuerit is Imperator, & quis Archiepiſcopus, temporum injuria ad nos minimè pervenit, nec Sylveſtri, aliæve teſtimoniales litteræ id probantes, quarum & inſcriptionis memini diutius à nobis perquiſitæ in eo cœnobio, nec alibi reperiri potuerunt, quamobrem ſi vera ſunt quæ ad nos tam conſtans, ac firma traditio tranſmiſit, his ferè temporibus accidiſſe credendum eſt, ſub Sylveſtro namque II. Rom. Pont. qui anno 999. creatus eſt Pontifex, obiitque anno 1003. nam Sylveſtro I aptari minimè poteſt, tunc enim non Archiepiſcopi, ſed Epiſcopi Neapoli præerant, nec illud S. Marcellini Cœnobium, aut Eccleſia adhuc fuerat erecta, quæ omnia ſub II. Sylveſtro facillimè conveniunt. Annum verò 1282. credimus fuiſſe tempus appoſitæ inſcriptionis.

Scimus tamen iconem illam adhuc ibi ſervari, ac magna veneratione à fidelibus coli, & in aliquot vetuſtis diplomatibus, ac documentis, quæ adhuc in eo Monaſterio ſuperſunt, perſpeximus antiquis temporibus, Chriſti fideles eidē cœnobio bona obtuliſſe, tum ob ſuorum peccatorum remiſſionem, tum etiam ob devotionem, quā habere dixerunt ſacræ imagini vultus S. Salvatoris, quæ in illo ſcuto ejus Eccleſiæ aſſervabatur.

Eugenius etiam Papa IV. ſuis litteris Florentiæ datis anno 1445. eidem Eccleſiæ multas conceſſit indulgentias, in qua Chriſti Servatoris imago repoſita erat, ait enim ſe accepiſſe, ad Eccleſiam Monaſterii Monialium SS Marcellini & Petri Civitatis Neapolis imaginem S. Salvatoris coelum delatam, & miraculosè remanentem, honorificè conſervari ob ipſius figuræ devotionem, eoque ex circumvicinis partibus magnam Chriſti fidelium multitudinem confluere conſueviſſe,

cu-

cupiens autem is, ut hujuſmodi devotio ferventius
pro ſalute animarum exerceretur, & ut fideles Chri-
ſti ad eam Eccleſiam eò libentiùs pro tanto miraculo
accederent, eam Eccleſiam inviſentibus die 6. Augu-
ſti, quo ejus imaginis feſtum celebratur, magnas con-
ceſſit indulgentias. Hæc ille.

LIV. 3. SERGIUS Archiepiſcopus præfuit Neapoli-
tanæ Eccleſiæ anno 1005. quem volunt fuiſſe antea
Surrentinum Archipræſulem, de quo inquit Chioc-
carellus; *Ejus autem Archiepiſcopi mentio habetur*
in ſcripturis Monaſterii S. Sebaſtiani Monialium hu-
jus Civitatis Neapolis, in quarum una continetur,
Joannem Caballum Cæſarei filium, & Annam co-
niuges habitatores loci, qui Umbrianum appellatur,
famulos S. Neapolitanæ Eccleſiæ vendidiſſe pro au-
reis tarenis quadraginta ſex Domno Stephano vene-
rabili presbytero, & cuſtodi Eccleſiæ S. Severi, quæ
Neapoli in ſumma platea poſita erat, ejus Eccleſiæ
nomine, terram quandam paſſuum viginti trium men-
ſuratam ad paſſum ferreum ejuſdem Sanctæ Neapo-
litanæ Eccleſiæ, cui venditioni Sergius Archiepiſco-
pus Neapolitanus aſſentitur, cum de venditione ter-
ræ Neapolitanę Eccleſię tractaretur, cujus exordium.

In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Im-
perantibus Domino noſtro Baſilio magno Imperatore
anno trigeſimo ſeptimo die vigeſima octava menſis
Madii, Indict. tertia Neapoli. In fine autem legitur:

† *Sergius Archiepiſcopus ſubſcripſi.* †

In ſcripturis quoque Monialium cœnobii S. Marcel-
lini hujus civitatis ipſius Archiepiſcopi mentio ha-
betur anno 1006. etenim anno trigeſimo primo imperii
Baſilii, & Conſtantini anno vigeſimo octavo die no-
na menſis Julii, Indict. 4. idem Monaſterium Sancto-
rum Marcellini & Petri concedit terram quandam in
emphyteuſim Joanni Pullarolo cum aſſenſu Sergii
Neapolitani Archiepiſcopi, cui conceſſioni idem Ser-
gius ſic ſe ſubſcripſit.

† *Sergius Archiepiſcopus ſubſcripſi.* †

LV. 4. GENTILIS Monachus Caſinas Neapolita-
nus Archiepiſcopus, poſt Sergium vixiſſe creditur,
cujus obitus dies memoratur in Emortuali Caſinen-
ſis Cœnobii 3. Kal. Julii. Obiit Gentilis Neapoli-
tanus Archiepiſcopus, & Monachus.

LVI. 5. JOANNES vixit anno 1033. cujus memoria
habetur in diplomate, quod Sergius & Joannes
Neapolitani Duces, S. Gregorii Monialium Cœno-
bio concedunt, cujus exordium eſt:

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chri-
ſti, Imperante Domino noſtro Romano magno Im-
peratore anno quinto, die prima menſis Octobris,
Indictione ſecunda, Neapoli.

Nos Sergius & Joannes in Dei nomine eminentiſſi-
mi Conſules, & Duces, conceſſimus, & tradidimus,
ſeu firmamus tibi Anna Venerabilis Monacha filia
Joannis, qui vocatur Varvoccia, nunc verò Mona-
chus, id eſt integrum Monaſterium, & cœnobium vo-
cabulo beatiſſimi Gregorii, & Sebaſtiani, atque Do-
mini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & S. Pantaleo-
nis puellarum Dei, quæ jam nos una cum conſilio Do-
mini Joannis Archiepiſcopi Sanctæ Neapolitanæ
Eccleſiæ, & de pluribus partibus noſtris, in unum ag-
gregavimus, & copulavimus, conſtitutum intus hanc
Parthenopem, & à Deo protectam Civitatem Neapo-
lis, in platea, quæ nominatur Noſtriana, una cum
omnibus Eccleſiis, & domibus, & habitationibus, &c.

LVII. 6. VICTOR inter Neapolitanos Archiepiſco-
pos, ut idem ſcribit Chioccarellus anno 1045.
ad quem, ait, *Gregorius Pontifex decretalem ſcripſit*
epiſtolam, quæ in cap. 1. de religioſis domibus habetur
in qua agitur, in cujus nempe diœceſi, & à quo Epiſcopo
ſit Baſilica conſecranda, ab illo videlicet Epiſcopo, qui
prius eo in loco Epiſcopalis exercebat munia, & licet
Decretalium Compilator Sancto Gregorio I. eam ad-
ſcribat epiſtolam; attamen eſſe in errorem lapſum ſupe-
rius probavimus, ac ſic conjicere licet Gregorio VII. qui
anno 1073. floruit, vixitq; ad annum 1085. adſcribenda
eſt, & aptius Gregorio VI. qui vixit an. 1045. Hęc ille.

LVIII 7. SERGIUS II. hujus ſedis erat Archiepiſcopus
anno 1039. cum Nicolaus II. Romanus Pontifex

A Beneventi Synodum habuit, cui ſubſcripſit Sergius
in quodam diplomate in ea ad favorem Abbatis S.
Vincentii de Vulturno, quod ita recitat Chronic.
ejuſdem Monaſterii lib. 5. ad finem.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

Anno Dominicæ Incarnationis MLIX. menſe Augu-
ſto initiante, Indict. 12. currente, Domno quoque ve-
nerab. ac reverendiſſimo Papa Nicolao, in ſacroſan-
cta Beati Apoſtolorum Principis Petri Sede, anno pri-
mo Pontificatus ſui, præſidente: Quoniam ſcimus hu-
manas mentes concupiſcibilis eſſe naturæ, nec non
obliviſcibilis, nec ita tenacis memoriæ, ut non egeant
recordatione, dignum duximus conſulere concupiſci-
bili, & prodeſſe obliviſcibili, quatenus & meta impo-
natur ambitioni, & locus proprius auferatur obli-
vioni, ſcriptis videlicet tradendo hominum acta, vel di-
cta, ne quandoq; aliter procedant, quam rei veritas di-
ctat; unde quæ acta ſunt inter Joannem venerabilem
Abbatem Monaſterii S. Vincentii ſuper Vulturni flumi-
nis fontes ſiti, & Albertum Monachum, atq; Roffredum
B *Roffredi Comitis filium, huic chartæ tradidimus, quia*
neutrū eorum à ſubjecta rei veritate deviare volumus.

Igitur cum prędictus Domnus Nicolaus Papa apud
Beneventum extra ipſam civitatem intra Eccleſiam
B. Petri juxta fluvium Sabbati Synodum celebraret, &
cū eo nonnulli Archiepiſcoporum, Abbatum, Monacho-
rum, & totius eccleſiaſtici ordinis, atq; laicalis non par-
va multitudo reſideret. In primis Domnus Humbertus
Bonifacius, Joannes Cardinales Epiſcopi, Deſiderius
Abbas, & presbyter, Ildeprandus Subdiaconus id eſt
Cardinales Voadalricus Beneventanus, Petrus Amal-
fitanus, Alfanus Salernit. Sergius Neapolitanus, Joan-
nes Surrentinus Archiepiſcopi, Hieronymus, Albertus,
aliiq; quamplurimi Epiſcopi, Landalfus Beneventanus
Princeps Robertus, Petrus, Gerardus Comites, & alii
quāplures; aſſurgens Joannes prefati Monaſterii Abbas
conqueſtus eſt ſuper denominatum Albertū Monachum
dicens; Obſecro, Domini, miſericordiam veſtram, &
omnium qui huic ſanctæ Synodo interſunt, ut faciatis
mihi juſtitiam de Alberto Monacho, qui cellam Sancti
C *Vincentii ſcilicet, Sanctæ Mariæ in Caſtanieto Mona-*
ſterio noſtro ſubripuit, ibique ſibi nomen & ſpecimen
officii Abbatis uſurpatum, & in præſentia SS. Papæ
Leonis refutatum, ac ſub interpoſitione perpetua ana-
thematis contradictum, teſtantibus venerabilibus vi-
ris Humberto Cardinale, Petro Amalfitano, Voadalrico
Beneventano Archiepiſcopis, nunc iterum temerario
auſu uſurpavit, & ipſam cellam jam dicto Monaſterio
violenter contendit; ipſo verò Alberto aſſurgente, etſi
per Comitem, cujus vi hoc egerat, defendere niteretur,
dum nulla pars juſtitiæ ſibi faveret, litteris diffini-
ctionis, & conſtitutionis ſæpè dicti, ſemperque dicendi
B. memoriæ D. Papæ Leonis recitatis, & ſacro ſigillo
munitis, atq; teſtimonio prædictorum venerabilium
Archiepiſcoporum confirmatis, judicio totius Synodi
eſt diffinitum, præfatum Albertum debere nomine, &
officio malè arrepto privari, & Monaſterium B. Vincen-
tii perpetualiter inveſtiri de jam dicta cella, omnibuſ-
que ſuis pertinentiis, quod & factum eſt. Ipſe namque
Albertus Monachus dictus Abbas nomen & officiū Ab-
D *batis, atq; cellam per virgā in manu Papæ refutavit,*
& quia erat anathematicus, ab omni altaris miniſte-
rio depoſitus, in poteſtate Abbatis eſt ad regulam cor-
rigendus datus. Prænominatus jam Roffredus Co-
mes dum vellet ſibi jus ſupraſcriptæ cellæ vendicare,
relatis litteris Domini jam Papæ Leonis annot. ....
nuntiorum Imperatoris Ottonis, teſtimonioq; prædi-
ctorum Archiepiſcoporum Humberti videlicet, Petri,
atq; Voaldarici convictus, nec non & anathematis mil-
le aureorum mancuſorum reus adjudicatus, præfatam
cellam in manu Papæ refutavit, ſeque ſuoſq; hæredes
quod per ea nunquam contra Monaſteriū B. Vincentii
aliquo modo agerent, perpetualiter ſub prędicta pœna
obligavit. His ita geſtis reverendiſſimus Papa Joannē
Abbatem S. Vincentii in eadē s. Mariæ cella in perpe-
tuam reſtituit. Omnes hujus inveſtitionis, aut conſtitu-
tionis violatores cū prænominata pœna perpetuo ana-
themate obligavit. Quod ut verius videatur, huic pagi-
nę manu propria ſubſcripſit & ſub bulla inſigniri juſſit.

Ego

† *Ego Nicolaus S. R. & Apoſtolicæ Sedis Præſul confirmavi.*
† *Ego Humbertus dictus Epiſcopus S. Eccleſiæ Sylvæ candidæ interfui, cognovi, & ſubſcr.*
† *Ego Alfanus gratia ci Salernitanus Archiepiſcopus interfui, & ſubſcr.*
† *Sergius Archiepiſcopus Neapolitanus.*
† *Ego Joannes Archiepiſcopus Surrentinus.*
† *Ego Bonifacius dictus Epiſcopus S. Eccleſiæ Albanenſis interfui.*
† *Ego Gualdaricus Dei gratia Beneventanus Archiepiſcopus interfui.*
† *Ego Petrus gratia Dei S. Amalfitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus interfui.*

Hic fortaſſe eſt etiam Sergius ille Archiepiſcopus, qui præfuit ſub Joanne Conſule, & Duce, & magiſtro militum Neapolitanæ Urbis, cujus mentio habetur in privilegio, quod Gulielmus de Prioldo Caſtri Cumarum dominus dedit Monaſterio S. Mariæ ad Capellam extra Neapolitanæ Civitatis mœnia, anno 1134. hunc in modum.

In anno Domini Incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo quarto, duodecimo & ſexto anno principatus domini ſecundi Roberti filii ſecundi Jordani glorioſiſſimi Principis Capuæ, & Comitis Averſæ. Ego Guglielmus de Prioldo filius quondam Alrnaadri ejuſdem cognominis, qui ſumuuns ex Baronibus Averſæ, providens utilitati animæ meæ, & parentum meorum per admonitionem, quam à te recepi domne Petre venerabilis Abbas Monaſterii S. Dei genitricis, ejuſq; ſemper virginis Mariæ, quæ dicitur ad Cappellam, & eſt ſita foris Civitatem Neapolis, propoſui in animo meo habere partem cum juſtis, qua de cauſa pro amore Dei, ſuæq; genetricis ſemper virginis Mariæ, nec non & in honorem omnium Sanctorum, & pro redemptione animæ meæ, & parentum meorum, & ut ſemper maneamus in orationibus præſcripti Monaſterii, & rectorum & gubernatorum ejus, per hoc videlicet ſcriptum, & in præſentia ſubſcriptorum teſtium in perpetuum concedo, & confirmo vobis & ſupraſcripto Monaſterio veſtro Sanctæ Mariæ ad Capellam, ideſt integram Eccleſiam vocabulo Sancti Petri, quæ dicitur ad Pertuſum in regione Bargenſe, quæ eſſe videtur in territorio Caſtri noſtri Cumarum, cum omnibus ejus pertinentiis, quæ ipſi prædictæ Eccleſiæ S. Petri quolibet modo pertinere videtur, & quomodo in ſupradicto veſtro Monaſterio obtulit per firmiſſimam conceſſionem ſuam dominus Joannes bonæ memoriæ Conſul, & Dux, atque magiſter militum, inſimul cum Domino Sergio venerabili Neapolitano Archiepiſcopo; ideoque concedo, & confirmo vobis omnes integras terras poſſeſſiones, & tenimenta, quæ ipſa Eccleſia in jam dicta regione Bargenſe habet, &c.

LIX. 8. JOANNES II. interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. quam in gratiam Deſiderii Abbatis ſolemniter egit Alexander II. Papa. Convenit cum Alexandro Hildeprandus Romanus Archidiaconus aliique Cardinales, multi præterea ex Romanis proceribus, tum Campaniæ, tum Apuliæ, & Calabriæ Epiſcopi, qui cum cæteris, qui aliunde convenerant, ad 43. numerati ſunt. Adfuere etiam Riccardus Capuanus, Giſulphus Salerolitanus, Landulphus Beneventanus Princeps, & Sergius Dux Neopolitanus cum Sergio Duce Surrentino. Subſcripſit Joannes Archiepiſcopus, ac proceribus diplomati, quod eidem Monaſterio indulſit; continet diploma eam ſolemnem dedicationem, inventionemque SS. Benedicti & Scholaſticæ virginis ejus ſororis, ac cenſuras adverſus ejuſdem Baſilicæ bonorum invaſores. *Datum in Caſtro Caſino Kal. Octob.* 1071. *Indict.* 9. Diploma leges in Anonymi Caſin. Hiſt. apud Caracciolum.

LX 9. L. forte LEO, vel LANDULPHUS, ſive LANDUS, Neapolitanus florebas Archiepiſcopus anno 1080. (1) ad quem Gregorius VII. Romanus Pontifex eodem anno. Ind. 3. ut in Epiſtolarum decretalium vol. 3. epiſt. 26. præcepitq; Gregorius in ea epiſtola Neapolitano Archiepiſcopo, ut Magiſtro militum, & Neapolitanorum Duci ſub anathematis pœna interdicat, ne deinceps Jordano Capuæ Principi, & Averſæ Comiti perjurii, & excommunicationis vinculo innodato auxilium ferat. Ad hunc quoq; Archiepiſcopum fortaſſe referendum eſt, quod Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 44. Chron Caſin. refert, atque ſub eodem Gregorio VII. contigiſſe narrat, Robertum nempe Guiſcardum Apuliæ Ducem, Salernum, Barium, Calabriam, Cataniam, & Panormum ſuæ ditioni ſubjeciſſe, Campaniam inde aapugnare aggreſſum eſſe an. 1077. cum Riccardo Capuæ Principe ejus fratre unitum; quamobrem à Gregorio VII. anathematis ſententia fuiſſe percuſſum, Ducem autem Beneventum, Richardum verò Neapolim tunc obſidere cepiſſe. *Neapolitani verò Principis terrore percuſſi omnipotentem Deum rogabant attentius, quatenus de ſupradicti Principis poteſtatem, miſeratione ſua clementiſſima eos eripere dignaretur. Cumque eadem Civitas acerrimè expugnaretur, Sanctus Chriſti Martyr Januarius cum aliis dealbatis ſæpius videbatur à Principe, & ejus exercitu per caſtra armatus diſcurrere, qui æſtimans eum eſſe Archiepiſcopum, mandat, cur contra ordinem ſuam cum lancea ſcutatus ad pugnam procederet, cui reſpondens Archiepiſcopus, ego, ut tu vir illuſtriſſime perſpicis, in lectulo jaceo. Ille armatus quis ſit ipſe videas: nam pro certo ſcias quia Sanctus Januarius protegit, ac defendit hanc civitatem. Princeps verò ejus dictis derogans fidem, civitatem oppugnare non deſinebat. In qua obſidione ab excommunicatione ſolutus defunctus eſt, cui ſucceſſit Jordanus filius ejus, &c.* Mortuus eſt Robertus anno 1078. & Neapolis ab imminenti periculo liberata. Poſt hunc Archiepiſcopum reponit in catalogo Chioccarellus, quendam fratrem Ligorium Monachum Sanctiſs. Trinitatis de Cava ex Arnoldi Wionis ſententia, qui lib. 2. Ligni vitæ cap 27. hæc teſtatur ea ejuſdem cœnobii, tabulis; ſed cum nil in iis de Ligorio hocce habeatur, unde non ſatis miror, cur novum ex ſuo cerebro faceret Neapolitanum Archiepiſcopum. Ligorio novo, fictoque Archipræſuli ſubſtituit aliqui Gratianum quemdam, cui ſcribit Urbanus II. in can. *extraord.* 35. quæſt. 2. in qua agitur, an matrimonium ſit validum, quod quis contraxit cum ea, cujus cum matre carnalem copulam habuerit; ſed depravati ſunt codices, ac pro Gratianopolitano Epiſcopo, legitur *Gratiano Epiſcopo Neapolitano*, ut Franciſcus Juretus in obſervationibus ad Ivonis Carnotenſis epiſtolas probat, ex ejuſdem Ivonis teſtimonio, qui ſub Urbano II. vixit. Ivo in epiſt. 232. dum de eo, de quo in dicto canone *extraordinaria* 35. q. 2. agitur tractaret, Urbanum ait Papam ſic reſpondiſſe Hugoni Gratianopolitano Epiſcopo conſulenti. Fuit is S. Hugo Gratianopolitanus creatus Epiſcopus anno 1080. defunctus anno 1132. Kal. Aprilis Epiſcopatus 52. Sanctorum numero adſcriptus ab Innocentio II. anno 1134. de quo Baron. to. 2. Annal. Eccleſ. aliique plurimi.

10. PETRUS reperitur Neapolitanus Archiepiſcopus anno 1094. in diplomate conceſſionis cujuſdam domus Neapoli politæ, pro Monaſterio Monialium S. Marcellini: *In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperante Domino noſtro Alexio magno Imperatore anno 14. ſed & Joanne Porphyrogenito magno Imperatore ejus filio anno 3. die 17. menſis Septembris Indict. 3. Neap. Petimus à vobis; Dominus Petrus Archiepiſcopus Sanctæ Sedis Neapolitanæ Eccleſiæ &c.* ſic ſe ſubſcripſit. LXI.

† *Pe-*

(1) Non fuit hic Archiepiſcopus patria Neapolitanus, ſed Salernitanus, prima tamen origine Romanus è præclariſſima priſcorum Amalphitanæ Reipublicæ Ducum, qui prius Comites audiebant, gente ob id de Comite dicta, quæ poſtmodum ob iniram anno ſalutis circiter 900. cum illis Longobardis principibus, qui Salerno dominabantur, conſanguinitatem in illa urbe reſedit, à qua Neapolim tranſiit, ubi ob diuturnum in illa incolatum etiam inter Neapolitanas patritias in Sedili, quod vocant Capuanum, recenſita fuit, quæ nunc ibi ſupereſt in Gidaci filiis, qui ſuum inclytum genus verè nobiliſſimis geſtis coronant.

† *Petrus Archiepiſcopus ſubſcripſi.*

Habetur quoque ejus memoria anno 1100. in ſcripturis vetuſti cœnobii S. Michaelis Archangeli ad Bayanum ſinum, quod Neapoli in Furcellenſi regione ſitum erat, atque à ſacris virginibus incolebatur, quodque annis præteritis cum S. Gregorii Monialium Monaſterio ſuit unitum, *a* ejus enim Cœnobii S. Archangeli Moniales permutant terram quandam cum Congregatione Sanctæ Reſtitutæ majoris Eccleſiæ Neapolitanæ, cui rei idem Petrus aſſentitur, ut ex litteris dictæ permutationis, quibus hic noſter Archiepiſcopus, ac Sergius Conſul, & Dux, & Protoſebaſtes, atque Canonici Cathedralis Eccleſiæ ſubſcripſerunt, apparet; quarum exordium eſt.

a Imo vetius ſuppreſſum, ejuſque Moniales inter Monaſteria S. Gregorii, Patritiæ, Mariæ, Dominæ Romitæ, Gaudioſi, & Potiti diviſæ fuerunt. Vide Engen. in Neapol. Eccl. & Celan. giur. 5.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Imperante Domino noſtro Alexio magno Imperatore, anno nono decimo, ſed & Joanne Porphyrogenito magno Imperatore ejus filio anno . . . . die vigeſima quinta menſis Junii, Indictione octava Neapoli. Certum eſt nos ruactas Congregationes Sacerdotum, & Clericorum ſalutifere . . . . Congregationis Eccleſiæ Sanctæ Reſtitutæ de intus Epiſcopio Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ à præſenti die promptiſſima voluntate commutavimus & tradidimus vobis, Domina Grimma venerabilis Abbatiſſa Monaſterii Beatiſſimi Michaelis Archangeli, quod nominatur ad Bayanum ſinum, beatarum ancillarum Dei, regionis Furcillenſis, nos autem una cum cuncta noſtra Congregatione Monacharum noſtri Sancti & venerabilis Monaſterii, &c. In fine autem hæc legitur ſubſcriptio.

† *Petrus Archiepiſcopus ſubſcripſi.*
† *Sergius Conſul, & Dux, & Protoſebaſto ſubſcripſi.*
† *Aligernus indignus Sacerdos & Primicerius S. Sedis Neapolitanæ Eccleſiæ ſubſcripſi.*
† *Petrus Archidiaconus S. Neapolit. Eccleſiæ ſubſcripſi.*
† *Joannes Diaconus S. Neapolit. Eccleſiæ ſubſcripſi.*
† *Sergius Subdiaconus S. Neapolit. Eccleſiæ ſubſcripſi.*
† *Stephanus Subdiaconus S. Neap. Eccleſiæ ſubſcripſi.*
† *Marinus Subdiaconus S. Neap. Eccleſiæ ſubſcripſi.*

Petro Archipræſule ſedente ferunt hujus urbis ſcriptores Neapoli ad Cœlum evolaſſe S. Peregrinum, qui cum eſſet Regis Scotiæ filius, relicta ſæculi pompa, in peregrini habitu, mutatoque nomine totum fere orbem peragravit, quamobrem cum Romæ ſacra loca inviſiſſet, montem Garganum, mox Neapolim adiit Sanctum Ianuarium veneraturus; ubi cum aliquot temporis ſpatium in ſanctis operibus apud ejus Eccleſiam permanſiſſet pié, ac ſanctè in Domino requievit, ac miraculis coruſcavit, ſepultus ea in Eccleſia, quam ex Sancti nomine Peregrinam dixerunt. Verùm obſoleſcente ejus memoria, Eccleſia vetuſtate corruit ſua, obruitque Peregrini ſanctum corpus, & inglorius per aliquot jacuit ſæcula, donec ſub Carolo III. Rege anno 1383. dum Neapolis funeſta lue laboraret, Peregrinus cuidam devoto viro apparuit, eumque admonuit, ejus precibus à Deo impetraturus, ut ab ea peſte libera eſſet urbs, ſi corpus ejus reſtituta Eccleſia, decentiori in loco collocaretur. Quod eum bonus ille vir Regi & Archiepiſcopo retuliſſet, ex omnium voto Eccleſia à fundamentis rædificata eſt, & inventum Peregrini corpus in ea decentiùs recondiderunt. [„ *Et ipſe rex Carolus III. fuit primus, qui regalibus humeris lapides, calcem, cæteraque cœmenta pro dictæ* Eccleſiæ *ædificatione bajularet: ſodalitas in illaque inſtituta fuit, cujus in albo pluſquam decem mille nomen illico dederunt, quos inter fuit ipſe Rex. Vide Engen. in Neap. ſacra f. 82.*] Sunt qui ſcribunt S. hunc Peregrinum Malcomi (t) III. Scotorum Regis ex Diva Margarita Regina filium fuiſſe illum, qui Edimundus vocatus, ſe divinarum rerum contemplationi in ſolitudine cœnobii penitus addixit, dein ſub Peregrini nomine, ac veſte ſacra chriſtiana loca viſit, ac Neapoli obiit. Edimundi meminit Ioan. Leſleus Roſſenſis Epiſcopus in Hiſtoria Scotorum lib. 6. *b* nil tamen de ejus peregrinatione & obitu habet. Peregrini vitam ſcripſit Lupus de Speis regius Conſiliarius, cujus tamen annus, dieſq; obitus ignoratur, tametſi ad Petri Præſulatum referatur.

b Boetius in hiſt. Scotiæ ac Summonetius in lib. 2. par. 2.

LXII

II. GREGORIUS Neapolitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopatum geſſit anno 1116. Ejus mentionem facit Paſchalis II. Romanus Pontifex in diplomate, quo Monaſterium S. Archangeli ad Morfiſam Neapoli poſitum ejuſdem Gregorii precibus ſub Apoſtolicæ Sedis protectionem, & tutelam ſuſcipit, quod in S Dominici Neapolis Ordinis Prædicatorũ cœnobio aſſervatur. Sic autem ſe habet diploma.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Gregorio Abbati Monaſterii Sancti Archangeli, quod de Morfiſa dicitur, intra Civitatem Neapolitanam, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequenti compleri, quatenus & devotionis ſinceritas notabiliter enteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitantes aſſumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apoſtolicæ portam confugiens, ejus tuitionem devotione debita requiſivit, nos per interventum venerabilis fratris noſtri Gregorii Neapolitani Antiſtitis, ſupplicationi tuæ clementer annuimus, & Beati Archangeli Monaſterium, cui Deo auctore præſides ſub tutelam Apoſtolicæ Sedis excipimus; per præſentis igitur privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcunque prædia, quaſcunq; poſſeſſiones, idem Cœnobium in præſenti 9. Indictione legitimè poſſidet, & quæcunque in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat idem Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, vel juſtè datas ſuis uſibus vendicare, minuere, vel temerariis venationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Neapolitani Antiſtitis canonica reverentia, cui tamen Monaſterium ipſum gravare omninò non liceat, nec exactiones inferre, aut conſuetudines aliquas, quæ Fratrum quieti noceant, irrogare. Si quis igitur in futurum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Dux, aut Princeps, Magiſter militum, Comes, Vicecomes, Judex, Caſtaldus, aut Eccleſiaſtica quælibet, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei Domini, & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Monaſterio juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen Amen Amen.

† *Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Datum Albæ per manum Joannis Sanctæ Romana*

(t) Hunc ſanctitatem inſignem fuiſſe ſcribit Turgotus Epiſcopus S. Andreæ in ejus vita, & ejus uxoris S. Margaritæ: evolaſſe verò ad cœlum an. 1093. 13. Octob. narrat Molanus in ſuis notis ad Martyrol. Uſuardi. Edimundo vatem, vel Edmundo fuit patruus illis Cantelmus, qui à fratribus pulſus migravit in Galliam, cujus poſteri de Cantelmo dicti fuere, ibique opibus, honoribus, & ipſis Franciæ Regum conſanguinitate floruerunt; quorum nonnulli cum Carolo I. Andegaviæ rege in Regnum Neapolitanum deſcenderunt, ubi variis Dynaſtiis, primiſque meritorum ergò obtinuere dignitates. Vide Carolum de Lellis in tom. 1. famil. nobilium in famil. Cantelma fol. 101. ubi ſeriem auctorum reperies de illa tractantium.

næ Eccleſiæ Diac.Card.ac Bibliothecarii, 3.Id.Aprilis, Indict. 9. Incarnationis Dominicæ anno M.C.XVI.Pontificatus autem Dom.Paſchalis II.Papæ anno xvii.

LXIII. 12. MARINUS interfuit conſecrationi Gelaſii II. Romani Pontificis Cajetæ celebratæ anno 1118. ut Pandulphus Piſanus narrat. Anno 1136. cum Rainulpho Comite, & Philippo de Acerra it obviam Lothario Imperatori. Eacitatus tunc fuerat Lotharius ab Innocentio adverſus Rogerium Regem, qui Beneventum, omneſque ferè Apuliæ civitates, & loca, ut ſcribit Falco Beneventanus in Chronico occupaverat, ſuæque ſubjecerat poteſtati, ipſamque Neapolim, ſtricta obſidione veaabat, quam poſt multa bellorum diſcrimina cepit. Anno verò 1139. Marinus Rogerium Neapolim primò ineuntem unà cum Clero eacepit honorificè, ut idem tradit Falco in hæc verba.

Archiepiſcopus itaque Neapolitanus Marinus nomine, Clerum omnem civitatis congregari præcepit, ſimul & cives, & adventum Regis eis annuncians hortatur, ut honeſtè, & lætitia multa eum ſuſcipiant. Cives igitur ſimul cum militibus civitatis foris Portam Capuanam exieruut in campum, quem Neapolim dicunt, & Regem ipſum cum honore & diligentia multa, ultra quam credi poteſt amplexati ſunt, & ſic uſque ad prædictam Portam Capuanam perductus eſt. Continuò Presbyteri, & civitatis Clerus ad eandem Portam obviam exivit, & cum hymnis, & laudibus ad aſtra levatis civitatem introduxerunt. Quatuor illicò viri nobiles habenas equi & pedes Regis ipſius tenentes, alii quatuor uſque ad Epiſcopium Civitatis Regem illum introduxerunt. Frequentiam verò populi per plateam incidentis, & mulieres, viduas, & conjugatas, & virgines per feneſtras exiſtentes, lector ſi aſpiceres, miratus affirmares Imperatorem, aut Regem alium, ſive Principem tali ſub honore, & gaudio nunquam civitatem Neapolim ingreſſum fuiſſe. Quid multa? Rex ipſe tali, & tanto honore ditatus ad Epiſcopium deſcendit, & in Camera Archiepiſcopi hoſpitatur, die verò altera adveniente, totam intrinſecus civitatem, & foris Rex ipſe equitavit, & palatia, & ædificia circumſpexit &c.

Interfuit etiam Marinus generalibus Comitiis, ſive, ut vocant, Parlamento, quod Rogerius idem Rex Capuæ celebravit, ad quod Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Comites, & Barones Regni Rex idem aſcivit, quorum conſilio, quæ ad Regni regimen pertinerent, moderaretur. multaſque graves diſſeoſiones, ac lites inter Epiſcopum Averſanum, & Abbatem S. Laurentii, quæ præ bellorum turbine, ac rerum viciſſitudine emerſerant, compoſuit, quibus omnibus Marinus hic interfuit, ut ea hoc diplomate quod habetur in archivio cœnobii Sancti Laurentii de Averſa, cui Marinus ſubſcripſit claré perſpicitur.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Rogerius divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Regiæ majeſtatis eſt, atque clementiæ juſtitiam poſcentibus .... vel judicio, vel competenti concordia terminare. Cùm igitur apud Capuam Curiam teneremus, nobiſcum reſidentibus dilectiſſimis filiis .... VV. Principe, nec non Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, & aliis Baronibus quampluribus, ante noſtram venere præſentiam, Johannes Averſanus Epiſcopus & Gualterius Abbas S. Laurentii de Averſa ad invicem de piſcatione Patriæ, & portibus & plateatico altercantes; Dicebat enim Abbas piſcationem ejuſdem lacus, quartæ videlicet, & ſenti ...... & plateaticum ad jus ſui Monaſterii pertinere, per conceſſionem factam à Jordano filio Riccardi I. Normannorum Principis Capuę. Unde etiam privilegia oſtendit duo, quorum unum fecerat idem Jordanus Princeps, alterum verò continebat concordiam, quæ fuerat facta ante præſentiam Rogerii beatæ memoriæ Ducis Apuliæ, & Riccardi II. Principis, quæ coram nobis lecta ſunt. Affirmabat prętterea Monaſterium ſuum ea omnia tenuiſſe uſq; ad tempus illud Matthęi Abbatis, quãdo translatus in Barum Archiepiſcopus eſt effectus, & tunc Averſanam Eccleſiam ...... Monaſterio abſtuliſſe. Et contrarium Epiſcopus aſſerebat prædictum lacum, & piſcationem integram juris eſſe ſuæ Eccleſiæ donatione & privilegio primi prędicti Riccardi Principis, cujus etiam privilegii exemplar oſtendit, & illos duos dies, quos Abbas quærebat habere ſupradictum Jordanum Principem ab Averſana Eccleſia in feudum ſuſcepiſſe, & idem indè ſingulis annis pro cenſu libras ceræ ſexaginta reddidiſſe: de proprietate autem prædicti lacus affirmabat Eccleſiam ſuam, & illud privilegium, & alia Principum privilegia habuiſſe, & apud eundem Abbatem à prędeceſſore ſuo Johanne Epiſcopo cum quibuſdam aliis rebus Eccleſiæ depoſita fuiſſe, quæ idem Epiſcopus quærebat ſibi reddi, ſed Abbas planè negabat depoſitum. Quæ cum ante noſtræ ſerenitatis præſentiam diligenter, & rationabiliter ventilarentur, ſuggerente prudentiſſimo viro Rogerio Panormitano Electo, placuit utrique parti nos etiam ſuper hoc deprecari, hanc litem potius concordia, quàm judicio terminari. Electis itaq; ab utraq; parte quatuor diſcretis, ac religioſis perſonis, Epiſcopis ſcilicet Johanne Capuacenſi, & Petro Aliſano, & Abbatibus Rainaldo Caſinenſi, Petro Venuſino, injunximus, ut concordiam illam tractarent, rationibus utrinque diligenter inſpectis. Quorum ſtudio, ac diligentia noſtra regali auctoritate interpoſita præfata lis conſenſu & voluntate utrinſq; partis taliter deciſa eſt. Abbas dimiſit Averſanæ Eccleſiæ & Epiſcopo plateaticum caſtri Focis quietum, quod eadem Eccleſia habet ſecus patriam, conſenſu fratrum ibidem aſſiſtentium: Epiſcopus verò conſenſu ſuorum Canonicorum, qui præſentes aderant, dimiſit Monaſterio, & eidem Abbati d. . . . illos duos in hebdomada quietos, & portus omnes, & piſces Principis & Caſtaldionum, ſicut in ſuis privilegiis continebatur. Unde, ne in poſterum ſuper eadem cauſalis aliqua emergat, hoc ..... utrique parti fieri decrevimus, præcipientes ut firmiter inviolabiliter tam ab his, qui præſentes ſunt, quàm à futuris teneatur & obſervetur. Si quis autem hoc noſtrum regale præceptum violare præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum noſtro Palatio auri uncias centum. Ad prædictæ verò concordiæ indicium & inviolabile firmamentum, duo privilegia ſcribi, & noſtra bulla inſigniri præcepimus, quorum unum Epiſcopo, alterum verò Abbati dari juſſimus.

† *Marinus Archiepiſcopus Neapolit.*
† *Stephanus Abbas Theleſinus.*
† *Goffridus Comes Catacenſis Avellini.*
† *Rogerius filius Boni juſtificator curialis.*
† *Johannes Civitatenſis Epiſcopus.*
† *Raul electus Teanenſis.*
† *Robertus Comes Caperſani.*
† *Robertus Sueſſanus Epiſcopus.*
† *Robertus electus Teatinus.*
† *Manuel Ammiratus.*
† *Rao Raeris filius.*
† *Johannes Cumanus Epiſcopus.*
† *Goffridus Comes Tricarici.*
† *Falco Abbas Cavenſis.*
† *Riccardus de Aquila Comes.*
† *Michael de Renta.*

Datum Capuæ anno Incarnationis Dominicę M.C. quadrageſimo IIII. menſe Novemb. Indict. 7. anno verò Rogerii glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ tertio decimo, feliciter, Amen.

Signum Rogerii Dei gratia Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Dein cum Capuæ conventus eſſet dimiſſus, Marinus Regem ipſum Salernum, & quocunq; euntem ſecutus eſt; comperimus enim eum ſubſcripſiſſe privilegiis ab eodem Rege conceſſis, & præſertim diplomati, quod idem Rex dedit Petro venerabili Abbati S. Mariæ ad Capellam de Neapoli, ſub datum Salerni anno 1144. menſe Novembris, in quo idem

Rex ſub regia protectione cœnobium illud recipit, & confirmat ei omnia bona, quæ poſſidet, ac privilegia hactenus ei indulta, tum ex dono, & conceſſione Ducum, Principum, & Comitum, Magiſtrorum militum, Baronum, militumque, tum quoque alterius cujuſcumque, & præſertim diplomata, quæ Adenulſus quondam Comes Puteoli, & Gulielmus de Prioldo olim Cumarum Caſtri Dominus eidem Monaſterio conceſſerant, cui ſubſcripſerunt tam Marinus Archiepiſcopus, quàm alii Prælati, ac inſignes viri, qui Salerni in Curia Regis tunc fortè reperiebantur. Integrum diploma ita exſcriptum fuit, illudque integrum damus.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Rogerius divina favente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Quem regiæ ſerenitatis decet providentia fructuoſæ & ſuavis dulcedinis attendere merita ſupplicantium, & juſtis precibus ſubjectorum adeſſe, tanto potiſſimum ad ſacroſanctas Eccleſias, & Monaſteria Deo dicata tenetur pietatis oculos inclinare, quanto dominantium dominanti gratiſſime reſidet, cum eis aſſenſus in ſuę pietatis operibus adhibeatur. Attendentes igitur ſinceram & precipuam donationis fidem qua tu Petrus venerabilis Abbas S. Mariæ de Capellis fidelis & devotus noſter erga noſtræ ſerenitatis majeſtatem habere dignoſceris; Conſiderantes etiam ipſius Monaſterii tui religionem intuitu ſuperni regis, & pro remedio animarum cariſſimorum quondam parentum noſtrorum, & pro gloria noſtra atque ſalute ipſum Monaſterium tuum S. Mariæ de Capellis cum univerſis bonis ſuis quæ juſtè poſſidere dignoſcitur, ſub noſtra protectione recepimus, & ea ſpiritali volumus noſtri patrocinii gratia confoveri, de affluentia quidem pietatis noſtræ concedimus tibi, & ipſi Monaſterio tuo in perpetuum confirmamus omnia privilegia & inſtrumenta, nec non omnes poſſeſſiones, libertates & alia tenimenta quæ tam dono & conceſſione Ducum, Principum, & Comitum, Magiſtrorum militum, Baronum, Militum, vel oblationes quorumcunque fidelium ipſum Monaſterium in præſentiarum juſte poſſidet, vel in antea juſto titulo poterit adipiſci. Concedimus etiam & confirmamus jam dicto Monaſterio hortum qui vocatur de Jubenullo juxta continentiam oblationis, quam per chartam Adenulphus quondam Comes Puteoli ei fecit. Præterea concedimus tibi prænominato Abbati & ipſi Monaſterio tuo, & confirmamus caſtrum deſtructum ubi eſt Eccleſia quæ vocatur S. Petri ad Pertuſum cum coſta, ſcapulis, & montibus, & planitiis cum palude & aquis dulcibus piſcatione maris . . . & terminos & loca denominata prout contineri videtur in privilegio Guillelmi, quod de Piroldo ſupraſcripto Monaſterio fecit & aſſignavit . . . . Quatenus nullus ſit qui jam dictum Monaſterium in omnibus poſſeſſionibus, libertatibus, & aliis tenimentis ſuis temere perturbare præſumat . . . . . . noſtro temerarius obviator extiterit noſtræ majeſtatis indignationem incurrit. Ad hujus ergo protectionis, conceſſionis, & confirmationis noſtræ memoriam inviolabile firmamentum præſens inde privilegium ſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.

† *Marinus Archiepiſcopus Neapolitanus.*
† *Johannes Quitatenſis Epiſc.*
† *Robertus Sveſſanus Epiſc.*
† *Johannes Cumanus Epiſc.*
† *Raico Abbas Cavenſis.*
† *Stephanus Abbas Thelenenſis.*
† *Robertus Comes Cuperſani.*
† *Michael Amirantus.*
† *Michael de Tarento.*
† *Rogerius filius Boni juſtificator Curialis.*
† *Rao Raccberie filius.*
† *Goffridus Comes Tricarici.*
† *Aymon de Argencia.*

Data Salerni anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto menſis Novembris Ind. ſeptimæ, anno vero Rogerii glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, principatus Capuæ terciodecimo feliciter. Amen.

His ferme temporibus circa annum Domini 1150. Neapolitana Cathedralis Eccleſia ſummis, atque incredibilibus ſumptibus, illuſtriumque artificum manibus erecta fuit, & ſculptis marmoreis ſtatuis, & iconibus affabrè factis exornata, ut teſtatur Georgius Vaſarus in vita pictorum ac ſculptorum prima parte in vita Arnolfi de Lapo Florentini Architecti. At dolemus ex iis ædificiis & rebus nihil nunc in ea majori Eccleſia, nè veſtigium quidem ſupereſſe.

Hæc de Marino Chioccarellius. Circa annum Domini 1168. cum Eccleſia Neapolitana vacaſſet, an per obitum Marini, incertum, ad eam dignitatem vocatus eſt Petrus ille Bleſenſis, ſui ſæculi vir longè clariſſimus, quam cum renuiſſet recipere, cauſam reddit in epiſt. 72. ad S. amicum ſuum, *Recolo*, inquit, *quantas inſidias æmulorum in Palatio Regis Siculi Guillelmi II quandoque expertus ſum qui cum multipliciter me a Regis latere ſtuduiſſent, & non poſſent evellere, prius ad unum Epiſcopatum, & alterum, demum ad Neapolitanam Metropolim poſtulari, & ſolemniter eligi me fecerunt. Ego autem ad hoc nullo pacto potui fraudis artificio inclinari, ſciebam enim, quod ad hoc, & circa hoc tota eorum verſutia verſabatur, ut ab aulica converſatione remotus aperta perſecutione obtinerer,* &c. Et in alia epiſtola ad Nepotem ſuum Epiſcopum de Monaſteriolo apertius rem narrat. *Tu verò*, ait, *frequenter ex ipſius Papæ, qui nunc ſedet, ac pleriſque Cardinalibus ejus, qui in diebus meis legatione functi ſunt, fratres etiam mei, & Abbatis Sancti Dionyſii aliorumque magnatum, qui in terra ſunt, relatione cognoſcere potuiſti, quod cum in Sicilia eſſem ſigillarius & Doctor Regis Guilielmi II. tunc pueri, atque poſt Reginam & Panormitanum Electum, diſpoſitio Regni ſatis ad meum penderet arbitrium, quidam mei æmuli machinantes me à familiaritate Regis excludere, procuraverunt, ut Eccleſia Neapolitana me in Archiepiſcopum eligeret, ac per majores Capituli ordinationem meam communi decreto & voto unanimi poſtularet. Vocatus autem non ſui rogatus, & tractus multipliciter non conſenſi. Epiſcopatus quoque Roffenſis bis mihi oblatus eſt, oblatumque renui, & honorem ex onere metiens, motus ambitioſus ad ſobrios mediocritatis terminos limitavi,* &c. De Petro Bleſenſi videndi Poſſevinus tom. 3. Apparatus ſacri, Baronius tom. 12. ejus vitam, geſtaque recenſuit, ubi de Neapolitano Archiepiſcopatu, quem ipſe renuit, præſertim agit, & cum ipſo alii.

13. SERGIUS II generis nobilitate, & virtute præclarus electus eſt Archiepiſcopus Neapolitanus ab Alexandro III. anno 1175. Hic enim anno ſui Archiepiſcopatus ſecundo, menſe Maii, anno 1177. aſſentiente ejus Capitulo Benincaſæ Abbati Cavenſis Cœnobii, & Monachis, exemptiones & immunitates Eccleſiarum quarundam, quas idem Monaſterium Neapoli obtinebat ab omni Epiſcopali jure perpetuò liberavit, ac confirmavit, ut ex diplomate plumbeo obſignato ſigno in ejuſdem Monaſterii tabulario ſervato habetur, cujus tenor eſt hujuſmodi. LXIV

Sergius Dei gratia Neapolitanus Archiepiſcopus dilecto in Chriſto Benincaſa eadem gratia Cavenſi Abbati, & Fratribus ejuſdem Monaſterii, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum.

Ad Pontificatus noſtri honorem, & ſollicitudinem, non propriis meritis, ſed ſolius divinæ gratiæ munificentia evocati, cautè movemur ſacris, & venerabilibus locis diligentiori pietatis, & charitatis intuitu providere, religioſorumque virorum in his, quæ ſecundum Deum poſſumus & debemus aſſenſum juſtis precibus & poſtulationibus adhibere, quantò ipſi à mundi hujus ſollicitudinibus ſegregati cura & ſtudio cautiori in locis eiſdem, Dei omnipotentis laudibus, & obſequiis dignoſcuntur inſiſtere, & propenſiùs & ſollicitius pro omnium animarum utilitate, &

æternæ ſalute invigilare. Eapropter cariſſime, ac dilecte plurimum in Chriſto frater Benincaſa, præfati Monaſterii venerabilis Abbas divini amoris contemplatione induſti, & tam ob laudabilem ejuſdem Monaſterii, cui Deo auctore præeſtis, quàm veſtram, & fratrum veſtrorum religionem & honeſtatem, veſtris dignis petitionibus aures duximus inclinandas. Communi ergo conſenſu, vobis & ſucceſſoribus veſtris in Eccleſiis Sancti Archangeli, quæ poſita eſt ſub muro Civitatis foris porta de illis Monachis, & Sancti Gregorii de Regionario Monaſterii . . . . . veſtri cum ſuis Eccleſiis & Sanctæ Mariæ, quæ conſtructa eſt in regione Portænovenſis junta toccum de illis Acapaccis, aliis omnibus Eccleſiis vobis pertinentibus, quas Cavenſe Monaſterium in Civitate Neapolitana habere dignoſcitur, omnem libertatem, videlicet, ut ab omni jure Epiſcopali ſint liberæ, tam in ſpiritualibus, quàm in ſecularibus, quatenus abſque omni contradictione noſtra, noſtrorum ſucceſſorum, ſeu qualibet exactione juris Epiſcopalis omni in perpetuum gaudeat libertate. Concedimus etiam eiſdem Eccleſiis omnia, quæ conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, Ducum, Principum, Comitum, & Baronum, vel oblatione quoramlibet fidelium nunc in præſentiarum poſſident, aut in futurum poterunt adipiſci, liberè & abſolutè poſſidere. Prætaxata etiam divinæ caritatis pietate, atq; liberalitate concedimus ipſis præfatis Eccleſiis, ut Criſma, Oleum ſanctum, conſecrationes ipſarum Eccleſiarum, ſacrorumque altarium, ordinationes Monachorum, vel Clericorum, quando in ipſis Eccleſiis deſervire videbuntur, à nobis ſucceſſoribus, ſi gratis & abſq; pravitate dare voluerint, recipiatis, aliquando liceat vobis à quocunq; catholico Epiſcopo hæc omnia liberè, & abſolutè recipere. Concedimus quoq; prædictæ Eccleſiæ Sancti Archangeli parochiam, quæ continetur in inſtrumento diffinitionis, quæ diffinitio facta eſt inter Eccleſiam S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, quæ nominatur in curte, & præfatam Eccleſiam S. Archangeli tempore bonæ memoriæ Abbatis Marini, baptiſterium, cœmiterium, proceſſiones, ut quicunque in eadem Eccleſia ſibi ſepulturam elegerint, liberè eos recipere poſſitis; & quicunque Monachi, vel Clerici in ipſis Eccleſiis morabuntur, per nos, ſive per noſtros ſucceſſores, ac per noſtrum Capitulum minimè conſtringantur. Si quis autem hujus noſtri privilegii temerator, aut prævaricator extiterit, & huic noſtræ conceſſioni contraire præſumpſerit, excommunicationis vinculo innodatus inferni tormenta horribilia perpetuò ſortiatur. Qui vero quod concedimus, & ſtatuimus obſervaverit, orationum ac beneficiorum omnium, quæ in prænominato Monaſterio fiunt particeps fiat, & æternæ beatitudinis gaudiis, ac requie perfruatur. Amen.

Hujus autem conceſſionis ſeriem ſcribere mandavimus Nicolao N*otario noſtro, & noſtri typarii ſigillo plumbeo inſigniri fecimus. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1177. menſe Maii, Indictione decima, noſtri verò Archiepiſcopatus anno ſecundo.*

† Ego Sergius *Neapolitanus Archiepiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Joannes Archipresb. & Cimiliarcha S. Neap. Eccl. ſubſ.*
† *Ego . . . . Presbyter Cardinalis Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ ſubſ.*
† *Ego Joannes Presb. Card. S. Neap. Eccl. ſſ.*
† *Ego Sergius Subdiac. S. Neap. Eccl. ſſ.*
† *Ego Gregorius Diac. S. Neap. Eccl. ſſ.*
† *Ego Marinus Diac. S. Neap. Eccl. ſſ.*
† *Ego Sergius Diac. S. Neap. Eccl. ſſ.*
† *Ego Gregorius Subdiac. S. Neap. Eccl. ſſ.*
† *Ego Cæſarius Subdiac. S. Neap. Eccl. ſſ.*

Anno 1179. interfuit Sergius Lateranenſi Concilio ab Alexandro III. celebrato unà cum ſuis ſuffraganeis Bernardo Nolano, Bartholomæo Acerrano, & Petro Iſclano.

Eodem anno 1179. habetur quoque Sergii mentio

A in Monaſterii Monialium S. Sebaſtiani monumentis, ubi diploma legitur eo anno ſcriptum regnante Guilielmo Siciliæ & Italiæ Rege, regnorum ejus anno 14. Indict. 13. in quo Alfanus Capuanus Archiepiſcopus cum Neapoli hortum poſſideret, qui juris erat ejuſdem Monaſterii, & ſibi per Eccleſiam Neapolitanam, ejuſque Archiepiſcopum in feudum fuerat conceſſus, hortum illum locat, conceditque ad meliorandum Joanni Caracciolo filio quondam Riccardi, conſentiente Sergio Archiepiſcopo. Diplomatis initium ita ſe habet.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Petis à nobis Alfane Dei gratia humilis Archiepiſcope Sanctæ Sedis Capuanæ Eccleſiæ. Nos autem per abſolutionem, & ſubſcriptionem Domini Sergii Dei gratia venerabilis Archiepiſcopi Sanctæ Sedis Neapolitanæ Eccleſiæ, ut demus tibi Domino Joanni cognomine Caracciolo filio quondam Riccardi, &c. ſubſcribitur autem ſic.

B † *Sergius Archiepiſcopus ſubſcripſit.*
† Ego *Alfanus Dei gratia Capuanus Archiepiſcopus.*

Fit mentio Sergii in documento Cœnobii Ss. Marcellini & Feſti Neapolis in ſententia lata ad favorem Monialium ejuſdem Monaſterii die 10 Martii, Indict. 14. anno ſcilicet 1181. Interea Sergius, Archiepiscopus anno 1183. conſiderans multos ſuæ diœceſis clericos præ beneficiorum parvitate in maxima egeſtate vitam finire, Capitulo aſſentiente conſtituit, ut Clerici omnes beneficiati totius ejus diœceſis à Kalendis Martii uſque ad Kalendas Novembris è vita decedentes liberam haberent teſtandi facultatem de omnibus fructibus eorum beneficii, quos uſque ad Kalendas Novembris fuiſſent percepturi, decedentes verò à Kalendis Novembris uſque ad Kalendas Martii liberam haberent diſponendi facultatem de medietate fructuum ſequentis anni, reliquam verò medietatem ſucceſſores beneficiati haberent, atque expreſsè prohibuit, ne quis C ſub prætextu dominii, aut conſuetudinis Civitatis Neapolis aliquid à quolibet clerico de proventibus beneficii pro quarta parte acciperet, inteſtatis verò decedentibus, ex fructibus prædictis, præſcriptis temporibus diſtribuendis, debita prius ejuſdem clerici exolvi, reliqui verò pro anima ejus clerici, uno aut altero ex ipſius conſanguineis intervenientibus diſtribui præcipit, ut ex hoc ejus diplomate ejuſdem Archiepiſcopi, & Capituli ſubſcriptionibus roborato clarè inſpicitur.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Regnante Domino noſtro Vultelmo Dei gratia Siciliæ & Italiæ magnifico Rege, anno Dominicę Incarnationis milleſimo centeſimo octuageſimo tertio, die vigeſima ſecunda menſis Madii 1. Indictionis.

Nos Sergius Dei gratia Neapolitanus Archiepiſcopus, Attendentes caſum humanæ conditionis, quod multos Clericorum, tam noſtræ majoris Eccleſiæ, quam totius parochiæ ipſius propriæ, pro parvitate D *beneficiorum in ſuprema egeſtate vitam finire, una cum Capitulo Eccleſię noſtrę, pro ſalute animarum prędeceſſorum noſtrorum & noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum a præſenti die ſtabilimus, & preſentis paginę perpetua firmitudine roboramus, tam in noſtra majori Eccleſia Neapolitana, quam in cæteris Eccleſiis propriæ parochiæ noſtræ civitatis inviolabili cenſemus ſanctione perpetua obſervandum, ut quicumq; clericorum, tam noſtræ majoris Eccleſiæ, quam totius proprię parochiæ ipſius humanæ naturæ debitum ſoluturus à Kal. Martii uſque ad Kal. Novembris de hac luce migraverit, liberam habeat facultatem judicandi, & dimittendi ubi & cui voluerit totum proventum beneficii ſui, quod antea ſive in civitate, ſive extra civitatē Neapolitanam in propria parochia noſtra, tam æſtatis, quā vindemiæ, & tam de majori noſtra Eccleſia, quam de aliis Eccleſiis, & etiam de congregationibus, ſive in terris, ſive in domibus, & in quibuſcunque aliis juſtè aliquid aliquo modo uſque ad Kal. Novembris fuerat*

ha-

habiturus, & quicunque à Kal. Novembris uſque ad Kalendas Martii moriturus vitam finiverit, liberam habeat ſimiliter poteſtatem judicandi, & dimittendi cui vult, & ubi vult medietatem proventus illius anni ſequentis totius beneficii ſui, tam de Eccleſiis, quàm de congregationibus, & de aliis etiam omnibus ſicut prædictum eſt, & aliam medietatem habeat quicunq; ſibi canonicè ſucceſſor extiterit, à fine verò anni defuncti omnia in uſum ſucceſſoris cedant. Præterea proteſtatione firmiſſima ſtatuimus, & irrevocabili munimine prohibemus, ut de proventu beneficii cujuſcumque nemini liceat pro quarta parte, ſeu pro quarta, ut vulgo dicitur, nec ſub obtentu aliquo dominii, vel conſuetudinis civitatis aliquid accipere. Si quis autem pertinax, aut indevotus hanc noſtræ inſtitutionis paginam, ſive in parte, ſive in toto, per ſe vel per ſubmiſſam perſonam præſumpſerit violare, vel contraire, auctoritate Dei omnipotentis, & B. Mariæ ſemper Virginis, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & B. Januarii, & Agrippini, quorum patrocinio communimur, & aliorum Sanctorum, quorum reliquiæ in prædicta noſtra Eccleſia continentur, & noſtra anathema, maranatha. & cum Juda proditore, & Nerone perennem habeat portionem; Qui autem hujuſmodi obſervator extiterit, divinæ benedictionis præſidio potiatur, & æternæ beatitudinis præmia inter Sanctorum collegia conſequatur. Ut autem hoc firmius habeatur, ſigno confirmavimus, & ſigillo noſtro fecimus inſigniri. Facta Neapoli anno, die & Indictione prætaxatis perpetuò valitura. Hoc adhuc ex communi conſilio, & voluntate duximus inferendum, & perenni robore confirmandum, ut ſi quis clericorum, tam majoris Eccleſiæ noſtræ, quàm totius propriæ parochiæ noſtræ deceſſerit inteſtatus in ſtatutis temporibus, ut ſupra dicitur, de proventu beneficii ſui, ſicut eſt ſuperius ordinatum, ſi ſuper eum manifeſtum, & certum debitum apparuerit, prius ſolvatur, reliquum denique ſi quid eſt reſiduum, partium defuncti inteſtati cum uno, vel duobus de propinquioribus ſuis, qui ſibi in vita ſua plus placuerint per notitiam Capituli noſtræ Eccleſiæ pro anima ejus diſtribuant. Si quis autem contra hoc ſciens venerit, niſi monitus reſipiſcat, prædicto ſit anathemate innodatus. Hoc quoque ſub dicto anno, & die & Indictione additum ſit perpetuo munimine confirmatum, atque approbatum.

Sergius Archiepiſcopus Neapolitanus.

† Ego Joannes *Archipresb. & Cimiliarcha Sanctæ Sedis Neapolitanæ Eccleſ. ſubſcripſi.*

† Ego *Vulielmus Presb. Card. S. Sedis Neap. Eccl. ſubſcripſi.*

† Ego Johannes *Presb. Card. S. Sedis Neap. Eccl. ſubſcripſi.*

† Ego Johannes *Presb. Card. S. Sedis Neap. Eccl. ſubſcripſi.*

† Ego *Marinus Neapol. Eccl. Diaconus ſubſcripſi.*

† Ego *Matthæus Neap. Eccl. Diaconus ſubſ.*

† Ego *Sergius Neap. Eccl. Diaconus ſubſ.*

† Ego *Ricchardus Neap. Eccl. Diaconus ſubſ.*

† Ego Johannes *Neap. Eccl. Subdiaconus.*

† Ego PP. Neap. *Eccl. Subdiac. ſubſ.*

† Ego Johannes Subdiac. Neap. *Eccl. ſubſ.*

† Ego Johannes Neap. *Eccl. Subdiac. ſubſ.*

† Ego Johannes Neap. *Eccl. Subdiac. ſubſ.*

† Ego *Sergius* Neap. *Eccl. Subdiac. ſubſ.*

† Ego *Donadeus* Neap. *Eccl. Subdiac. ſubſ.*

Hanc Conſtitutionem Alexander IV. Roman. Pontifex ſuis litteris confirmavit ſub Datum Neapoli 10. Kal. Junii anno 1255. Pontificatus ejus anno primo, precibus Neapolitani Archiepiſcopi Sergii ſucceſſoris, Capituli, & Cleri Civitatis, & Diœceſis Neapolitanæ.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili Fratri Archiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo & Clero Civitatis, & Diœceſis Neapolit. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Provenit ex devotione noſtræ mentis, ut petitionibus veſtris favorabiliter animadvertentes gratiam, A *quam præſertim ſuadet honeſtas, vobis liberaliter faciamus. Sanè prout à vobis ex parte veſtra petitio continebat, quod bon. mem. Neapolitanus Archiepiſcopus prædeceſſor tuus frater Archiepiſcope de conſenſu Capituli fecit ſtatutum, ut unuſquiſque Canonicus, vel Clericus majoris & aliarum Eccleſiarum civitatis, & diœceſis Neapolitanæ à Kalen. Martii, & infra Kal. Novembris diem extremum claudens, beneficiorum ſuorum dictarum Eccleſiarum civitatis, & diœceſis proventus, quos erat ab eiſdem Kal. Martii uſq; ad præfatas Novemb. Kal. ex ipſis beneficiis proventus poſſet judicare & dimittere cui vellet, & hoc idem illi liceret de medietate proventuum & beneficiorum ipſorum, qui à Kal. Novemb. uſq; ad Kal. Martii rebus eximeretur humanis, ſucceſſor ejus habeat reliqua proventuum. Idem præterea inhibuit prædeceſſor, ut ſi quis ſub quovis obtentu dominii ab aliquo prædictorum ratione quartæ partis proventuum beneficiorum ſuorum, quæ quarta vulgariter dicitur, quicquam præſumat accipere, vel etiam extorquere,* B *prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Nos igitur quod in hac parte providè factum eſt, ratum habentes, & gratum, id veſtris ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtol. confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Neapoli 10. *Kal. Junii, Pontif. noſtri anno primo.*

Anno 1187. Sergius die 8. Maii Baſilicam s. Gregorii de Regionario Neapoli poſitam, quæ Cavenſis cœnobii juris erat, unà cum Puteolano & Cumano Epiſcopis ſolemniter conſecravit, multaſque conceſſit indulgentias, ac Sanctorum reliquias inibi recondidit, de quibus omnibus teſtimoniales literas, ac diploma idem Archiepiſcopus dedit, quod in ejuſdem Cavenſis Monaſterii archivio aſ- C ſervatur, plumbeo ſigillo roboratum, hunc in modum.

Ea, quæ pro Chriſtianæ religionis, & divini cultus veneratione fiunt, ne in recidivam oblivionem valeant devenire, dignum eſt & honeſtum litteris commendari; Idcircò nos Sergius Dei clementia Neap. Archiepiſcopatus humilis miniſter, Chriſti fidelibus notum facimus univerſis, nos octavo die reſtantis menſis Madii Cavenſem Eccleſiam in honorem B. Gregorii conſtructam intra mœnia Neapolis, unà cum venerabilibus noſtris Puteolano, & Cumano Epiſcopis ſolemniter conſecraſſe, in qua pariter convenientes, ſtatuimus in perpetuum, ut quicunque annuatim in anniverſario prædictæ conſecrationis ad eandem Eccleſiam viſitandam uſque in octavam diem acceſſerit, tres annos de criminalibus, de quibus verè confeſſi fuerint, & tres partes venialium, & omnes negligentias, ita tamen ut ſi ad memoriam redierint, orationū faciant ſuffragiis ſe juvari, auctoritate Dei omnipotentis & Beatæ Mariæ ſemper virginis, & Sanctorum D *Apoſtolorum Petri & Pauli, & Beati Januarii Patroni noſtri, & Beati Gregorii, & Sanctorum omnium, quorum ibi reliquiæ reconditæ perhibentur ſibi miſericorditer noverint relaxata. Hæc autem relaxatio, & prædictæ remiſſionis condonatio celebrata eſt anno Dominicæ Incarnationis 1187. menſe prædicto quintæ Indictionis, præſidente Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Domino Urbano Papa III. & regnante domino noſtro illuſtri & magnifico Rege Vulielmo, nec non ejuſdem Cavenſis Eccleſiæ exiſtente Abbate Domino Benencaſa. Ad hujus autem cognitionis perpetuam memoriam, quæ præfata ſunt, per manus Marini Clerici Eccleſiæ noſtræ in ſcripto redigi juſſimus & ſigillo noſtro appoſito fecimus inſigniri feliciter. Amen.*

Prædictæ Eccleſiæ altare majus dedicatum eſt in honorem Sanctæ Trinitatis, Sancti Gregorii, S. Laurentii, S. Nicolai, & S. Thomæ Martyris, & ſunt in eo reconditæ reliquiæ SS. ſcilicet Soſii, Petri Exorciſtæ, Nerei, & Achillei, Dalmaticæ S. Petri Apoſtoli, de

veloS. Cæciliæ, s. Athanaſii Neapolitani Epiſcopi. De nervis s. Januarii, de cinere s. Laurentii, Sanctorum Audifacis, & Abacuch, s. Gregorii Nazianzeni, s. Nicolai Epiſcopi, s. Stephani Protomartyris, & s. Thomæ Martyris, & altare minus dedicatum eſt in honorem Sanctæ Mariæ Virginis, Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſunt in eo reconditæ reliquiæ ss. Joannis, & Abbaciri, s. Victoriæ Martyris, & s. Pauli Epiſcopi.

Ultima Sergii memoria fit in regię Camerę Summariæ Ritibus, in privilegio illo Amalphitanis à Neap. civibus indulto, quod incipit: *Nos Aliernus Cuſonus, Conſules, Comeſtabuli, & univerſus populus egregię Civitatis Neapolis, &c.* ubi in fine legitur, *Actum Neapoli per Maurum Clericum Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ, & notarium Dom. Sergii venerabilis Neapolitani Archiepiſcopi an.* 1190. *die* 9. *menſis Maii* 8. *Ind.* Integrum hocce monumentum leges apud Capaccium lib. 1. Hiſt. Neap. fol. 173. Hæc ille.

LXV. 14. ANSELMUS geſtorum gloria, & propria virtute clarus ſucceſſit Sergio circa annum Domini 1192. Anſelmi mentio habetur in actis ſanctæ Patritiæ, cujus ſacra lipſana Neapoli in Eccleſia ejus nominis aſſervantur, dum de miraculis agitur, quæ in ea Eccleſia, atque ejus tumulo à Deo per B. Patritiam ea ætate circiter annum 1192. geſta ſunt, ſic legitur. *Tempore igitur Henrici Romani Imperatoris, qui Regnum ſibi Siciliæ nitebatur ſubjicere, reſidente in urbe Roma Cæleſtino III. & Anſelmo Archiepiſcopo Cathedram Parthenopenſem tenente, nec non Melegrita Sanctæ Patritię cœnobium gubernante, puer quidam, &c.* Item anno 1212. in eodem miraculorum libello, Anſelmi fit mentio. Ad ipſum plures decretales extant Innocentii III. Epiſtolæ, quarum aliquæ ſacris canonibus ſunt inſertæ. Ad eundem verò Innocentium aliquando Anſelmus orator fuit Conſtantiæ Siciliæ Reginæ Federici II. Imperat. matris quondam Henrici VI. Imp. uxoris. Cognita Anſelmi prudentia, vitæque integritate Innocentius III. illum ad varia obeunda munia vocavit, & inter multos viros egregios, ad Regnum Siciliæ, puerumq; Regem Federicum rectè inſtituendum Cincium S. Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem Apoſtolicę Sedis Legatum, & hunc Anſelmum Neapolitanum, & Angelum Tarentinum Archiepiſcopos cum Jacobo Mareſciallo ſuo, & Odone de Palumbaria, viros, quorum fidem expertus fuerat, delegit, quorum etiam conſilio & prudentia Marcovaldus Imperii Siniſcallus, Dux Ravennæ & Romandiolæ, Marchio Anconæ, & Moliſii, qui ſe pueri Regis bajulum eſſe jactabat, Inſulamque Siciliæ cum Sarracenorum exercitu agreſſus fuerat, victus, fugatuſque eſt, de qua inſigni victoria, deque iis, quæ in ea geſta fuerant, Anſelmus, qui omnibus interfuit, per epiſtolam certiorem reddidit Innocentium; eam leges in ejuſdem Pontificis vita, quam nuper evulgavit Franciſcus Boſquetus Narbonenſis cum ejuſdem Pontificis Epiſtolarum regiſtro. De controverſia Anſelmi cum Epiſcopo Averſano, quem ſuffraganeum Eccleſiæ ſuæ exiſtimabat, habetur in ejuſdem Innocentii epiſtolis lib. 1. vide tom. 1. noſtrum de Averſanis Epiſcopis jure inter Romanę Eccleſiæ immediate ſubjectis, ubi retulimus Calliſti II. exemptionis diploma, quod deinceps alii Romani Pontifices poſt Innocentium aſſeruerunt, & in Regiſtris Apoſtolicis paſſim obſervavimus, Averſanos Epiſcopos uſque ad hæc noſtra tempora ſolum tanquam exemptos, Romanorum Pontificum veneratos eſſe arbitrium. Anno 1203 die 26. Februarii, Anſelmo Arch. præſule oſſa S. Julianæ Nicomedienſis Virginis, & Martyris, ac Sancti Maximi Levitæ Cumani inclyti Chriſti athletæ ex Cumana civitate ſub Leone ultimo Cumano Epiſcopo Neapolim translata ſunt; Julianæ quidem ad Monaſterium S. Mariæ Domnæ Aromatæ Sanctimonialium tunc Ciſtercienſis Ordinis, Maximi verò in Cathedrali Eccleſia religioſiſſimè recondi-

A ta ſunt. Translationis hiſtoriam ſcripſit Petrus Subdiaconus Neapolitanæ Eccleſiæ. Capaccius lib. 2. hiſt. Neapol. nonnulla de hac translatione tradit, noviſſimè à Catacciolo de eadem, deque Actis eorundem Sanctorum eruditiſſima inſtituitur narratio cap. 16. & 18. de ſacris monumentis Neapolitanæ Eccleſiæ. De Juliana Baronius in notis ad 16. Febr. Menologium Græcorum juſſu Baſilii Macedonis Imperatoris auro conſcriptum, quod extat m. s. in Biblioth. Vatic. quodque Petrus Arcudius in Latinum vertit. Certamen hujus S. Julianæ Nicomedienſis refert ad 21. Decembris in hæc verba. *Juliana Martyr Maximiliano Imperatore Nicomediæ locupletibus nata parentibus deſponſata fuit Eleuſio viro patritio, adornabat igitur ſponſus nuptias, cum Juliana negavit ſe velle, niſi urbis Præfecturam adipiſceretur, quam cum ille aſſecutus eſſet, illa, niſi, inquit, Chriſtianus fiat, me nunquam ducet uxorem. Quamobrem pater meſtus cepit ſollicitare filiam, ut à Chriſto deſciſceret, & nuberet, quam in fide per-*
B *manentem tradidit ſponſo & Præfecto, ut ex legibus queſtioni adhiberetur. Præfectus igitur totum Virginis ſublime pendentis per capillos corpus depectit, cutem capiti detrahit, & in ignem conjicit; demum cum multis aliis ejus cauſa Chriſtianis obtruncat*; & obiter hæc de ſancta Juliana. Porro Cœnobium illud, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Domnæ Aromatum, ubi Julianæ corpus fuit reconditum, aliquando denominatum invenio S. Mariæ de Perceio de Conſtantinopoli, aliquando de Domna Romita. Vetuſtum ſanè Sanctimonialium Cœnobium Ord. S. Baſilii, deindè tranſiit ad Ord. Ciſtercienſem, forte Præſule Anſelmo; cum Moniales Petrei Cœnobii ejuſdem Ord. in Græcia exædificati Neapolim tranſmigraſſent, in eo fuiſſent receptæ. In regiſtro Caroli II. Regis habetur. *Conventui S. Mariæ de Conſtantinopoli, ac Monialibus ejuſdem Conventus Ordinis Ciſtercienſis Neapol. commorantibus Rex Carolus confirmat donationem eiſdem factam à Rege Carolo patre domorum regiarum ſitarum*
C *in platea Nidi, ubi conſiciunt ſuum Monaſterium.* Et in regiſtro Roberti Regis. *Anno* 1334. *Monaſterium Monialium Eccleſiæ s. Mariæ de Perceio de Conſtantinopoli Ord. Ciſtercienſium regulæ Sancti Benedicti, &c.* & ſub Joanna II. anno 1419. *Plures Moniales Eccleſiæ ſanctæ Mariæ dominarum de Romania de Neapol. Ord. Ciſtercienſis, &c.* Floruit in hoc Cœnobio vita, & moribus ac Sanctimonia illuſtris Beatrix Aragonia *a* regia ſtirpe nata, cujus venerabile corpus incorruptum adhuc perſeverat: hæc anno Domini 1302. Cœnobium & Eccleſiam inſtauravit *b*. Circa verò annum ſalutis 1460. Ciſtercienſes hujus Monaſterii Sanctimoniales ad habitum nigrorum ſancti Benedicti, priore relicto inſtituto tranſierunt, quod adhuc retinent. Sed ad Anſelmum redeamus, unde digreſſi ſumus. Is anno 1213. cum gratum ſpecialemque affectum gereret erga Cimiliarcham, Clericoſque Congregationis S. Salvatoris majoris Neapolitanæ Eccleſiæ, qui divinis officiis ejuſdem Eccleſiæ jn-
D giter incumbebant, eos eorumque ſucceſſores, perpetuò ab omnibus collectis exemit, ſtatuitque, ut tunc tantummodo collectis contribuerent, cum cæteri, tam majoris Eccleſiæ, quàm totius Cleri ad contributionem earundem perſonaliter compellerentur, ut ea ejus litteris totius Capituli ſubſcriptione munitis, quæ ſic ſe habent.

Anſelmus miſeratione divina Neapolitanus Archiepiſcopus dilectis in Domino filiis Aegidio Cimiliarchæ, & Clericis Congregationis Salvatoris in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis, effectu debet proſequente compleri, quatenus & devotionis ſinceritas, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Cum ergo dilecte, & cariſſime in Domino fili Aegidi Cimiliarcha Neapolitanæ Eccleſiæ, tu & ſocii tui Clerici Congregationis Salvatoris humiliter, & frequenter ſupplicaveritis nobis, ut intuitu obſequiorum, quæ jugiter, ac ſtudioſius impendebatis Neapolit. Eccleſiæ

cir-

a Beatrix de Andegavia.
b ac reliquiis inſignibus ditavit. Vide Engen. Neap. ſac. f. 104.

circa celebrationem divinorum officiorum, providere deberemus pauperi Congregotioni veſtræ Salvatoris, videlicet ſuper gravaminibus, & damnis, quæ occaſione collectarum ſubſtinuerat, & frequentius ſuſtinebat. Nos tam ad ſupplicem poſtulationem veſtram, quàm & ad preces Capituli pro vobis nobis attentè porrectas, ſupplicationes veſtras tandem de ipſius Capituli conſilio benignè ſuper præmiſſis duximus admittendas; unde nos volentes vobis & poſteris veſtris, qui divinis officiis & eccleſiaſticis obſequiis Neapolitanæ Eccleſiæ jugiter inſudatis, ſuper hoc gratiam facere ſpecialem, authoritate præſentium dictam Congregationem veſtram Salvatoris ab omni collecta enimimus, & amodò cenſemus eſſe immunem, ſtatuentes ut & vos fratres dictæ Congregationis Salvatoris tunc ſolum collectis faciendis teneamini conferre, quando & alii Clerici, tam noſtræ majoris Eccleſiæ, quàm & omnes alii de civitote ad contributum collectarum, quæ inciderint perſonaliter vocabuntur. Vt autem hoc noſtræ liberalitatis privilegium vobis, & Congregationi veſtræ indultum futuris, perpetuiſq; temporibus inviolabiliter obſervetur, ipſum noſtro patrocinio duximus roborandum, inhibentes, ut nulli omninò hominum liceat contra hoc noſtræ liberalitatis ſtatutum venire, vel ipſum auſu temerario infringere, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Dei omnipotentis, & B. Januarii Pontificis, & Martyris, & excommunicationem noſtram ſe noverit incurſurum. Cæterum ad hujus ſtatuti noſtri perpetuam firmitatem, hanc paginam inde fieri, & noſtro ſigillo juſſimus communiri.

Actum milleſimo ducenteſimo tertio decimo anno Dominicæ Incarnationis, menſe Januarii, Indict. ſecunda.

† *Anſelmus Archiepiſcopus.*
† *Ego Dauferius Archiprimicerius Eccleſ. Neap. ſubſcripſi.*
† *Ego Pand. Archipresbyter Card. Eccl. Neap. ſubſcripſi.*
† *Ego Sen. Presbyter Eccleſiæ Neap. ſubſcripſi.*
† *Ego Lucas Presbyter Eccl. Neap. ſubſcripſi.*
† *Ego Matthæus Presyb. & Card. Eccleſiæ Neapolit. ſubſ.*
† *Ego Maurus Presbyter & Cardinalis ſubſcripſi.*
† *Ego Donadeus Presb. ſubſ.*
† *Ego Aeg. Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Bartholomæus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Sergius Sanſon. ſubſ.*
† *Ego Joannos Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Joannes Eccleſiæ Neapolit. Archidiac. ſubſcripſi.*
† *Ego Bartholomæus Eccleſiæ Neapolit. Diac. ſubſcripſi.*
† *Ego Joannee . . . . Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Joonnes Neap. . . . Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego G.Q. Eccleſiæ Neapolit. Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Sergius Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Donnus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Thomas Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Petrus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Jacobus Subdiac. ſubſ.*

Hoc privilegium impertivit magiſter Aegidius de Arlano Cimeliarcha.

Eas Anſelmi litteras Gregorius Papa IX. Apoſtolica auctoritate roboravit ſub datum Reate a. Kal. Junii anno 1235. Pontificatus ſui octavo.

Ipſe verò Anſelmus optimus Præſul obiit anno 1215. die 22. Junii, cujus anniverſarium notatur eadem die in Emortuali Monialium S. Patriciæ, ſub quo fortaſſe Anſelmo Cumana Cathedralis, deſtructa ea civitate, Neapolitanæ Eccleſiæ cum ſuis bonis, juribuſque unita fuit, de qua alibi di-

ctum. Defuncto Anſelmo Clericalis Senatus, quendam T. Subdiaconum, ac Notarium Apoſtolicum in Archiepiſcopum elegit, qui cum electioni ſuæ liberè nuncium remiſiſſet, Honorius III. Pontifex Capitulo Neapolitano ſcripſit, mandavitque, ut reiteratis ſuffragiis alterum eligerent ſibi Archipræſulem. Litteræ datæ ſunt 7. Id. Januarii anno Pontificatus primo, qui fuit Chriſti 1216. in Regiſt. Vatic. extant fol. 33. anni 1. ejuſdem Honorii. Hunc, quem notavit Honorius littera T. bene vocat Chioccarellus magiſtrum Thomam ex Panvinio, & Ciaconio.

(„ THOMAS S.R.E. *Subdiaconus, & nota-* LX VI.
„ *rius ſtatim eligitur per obitum Anſelmi à Clericali*
„ *Senatu Neapolitanus Archiepiſcopus. Hic reiici-*
„ *tur ab hac ſerie ab Ughello, ideo quia noluerit ele-*
„ *ctioni de ſe factæ aſſentiri. Sed aſſenſum præbuiſ-*
„ *ſe, & confirmatum fuiſſe ab Innocentio III. Pon-*
„ *tifice ex duplici diplomate ejuſdem Innocentii,*
„ *tanquam ex irrefragabili teſtimonio deprehendi-*
„ *mus. Vnum prodit apud Joſeph Mezger in hiſt.*
„ *Salisburgenſi ad favorem Salisburgen. Archiep.*
„ *ſub* dat. Laterani per manum Thomæ S. R. E.
„ Subdiaconi & notarii NEAPOLITANI
„ ELECTI indict. 3. Incarnat. Domin. 1215.
„ Pontif. Innocentii III. an. 18. *Alterum eſt ad favo-*
„ *rem Eccleſiæ Imolenſis, quod ipſe Ughellus ex-*
„ *ſcripſit, non tamen advertit, ſub* dat. Later. per
„ manum Thomæ S. R. E. Diaconi, & notarii
„ NEAPOLITANI ELECTI nonis Febr. In-
„ dict. 8. an. Incarnat. Dom. 1215. Pontif. Inno-
„ centii III. 18. *Sed hic error amanuenſis corrigen-*
„ *dus, & vice Diaconi ſcribendum Subdiaconi, &*
„ *pro Ind. 8. tertia adnotanda eſt. Annus Incarna-*
„ *tionis juxta ſtylum Cancellariæ Apoſtolicæ cadit*
„ *in annum ſequentem Natalis Dominici 1216. ſed*
„ *eo jam tempore Februarii menſis novus inceperat*
„ *annus undevigeſimus Innocentii, qui fuit ejus*
„ *noviſſimus, & Indictio ex varia ſupputatione*
„ *quarta recurrebat. Sed in his haud immoremur.*
„ *Firmiſſimum ſtat hunc Thomam verè electum*
„ *Neapolitanum fuiſſe Archiepiſcopum, & pro*
„ *tali ſe geſſiſſe in actis Summi Pontificis: de-*
„ *inde vel morte præventus, vel aliò diſtra-*
„ *ctus, vel ultrò cedens ejus inauguratio non*
„ *memoratur, omniſque ulterior de eo deperdi-*
„ *tur memoria.)*





15. (1) PETRUS, quem vocant de Surrento, & aliqui ſcribunt de Serſalibus familia nobili, & vetuſta natum, anno 1216. evocarunt ad Neapolitanam Eccleſiam. Ejus in Regiſtris Vaticanis non extat electio; tamen ad ipſum electum ſcribit Honorius III. a. Kal. Auguſti anno 1. Pontif. ſalutis verò 1216. f. 139. & Epiſtola 179. an. a. 6. Kal. Decem. contra quendam Caſertanum electum, ut de iis, quæ illi obiiciebantur diligenter ſe informaret, LX VII.

(1) Non implicat nunc dici de Serſalibus, nunc de Surrento, quia ea ætate viri proceres alicujus familiæ primariæ nobilitatis in aliqua urbe nunc proprio cognomine, nunc illius urbis nomine dicebantur: ita Conſtantii, qui aliquoties de Puteolo, Galiardi qui de Cava, Ruſi qui de Calabria, & alii, ut paſſim in regiis archivis, & apud Auctores regnicolas.

Apoſtolicamque Sedem ceetiorem faceret. Is electus cum conſenſu ſui Capituli, immunitates & exemptiones ab Anſelmo prædeceſſore ſuo Cimeliarchæ & Congregationi S. Salvatoris aſſertas confirmavit, ut ex ejus diplomate liquet. Dat. Neapoli anno 1217. menſe Septemb. Indict. 6. cujus initium: *Petrus Dei gratia Neapolitanus electus dilectis in Domino filiis Cimiliarchæ & fratribus Congregationis S. Salvatoris in perpetuum, &c.* in fine ſubſcribitur: *Ego Petrus Neapolitanus electus.* Quas etiam immunitates firmavit anno 1238. die 3 Januarii novo cuſo diplomate. Ad eum ſcripſit Gregorius IX decretalem Epiſtolam lo cap. fio. de ſervis oon ordinandis (1). Anno 1231. Featres Prædicatores Neipoli recepit exhortatus ab eodem Gregorio, iis ad ipſum Capitulumque datis epiſtolis.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Neapolitano ſalutem & Apoſt. benedictionem.

Quoniam creſcit diei malitia, & pericula temporis invaleſcunt; attendens Evangelicus ille Pater familias, quod meſſis erat multa, operarii autem pauci, in meſſem ſuam operarios adhuc mittens in hac quaſi hora undecima dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum, velut novos vinitores ſuæ vineæ ſuſcitavit, qui non ſua, ſed quæ ſunt Jeſu Chriſti quærentes, tam contra profligandas hæreſes, quàm peſtes alias mortiferas extirpandas ſe dedicarunt evangelizationi verbi Dei in abjectione voluntariæ paupertatis. Nos igitur eorum pium & ſanctum propoſitum, ac miniſterium tam neceſſarium favore benevolo proſequentes, univerſitati veſtræ ipſos affectuosè duximus commendandos, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eos ad officium prædicandi, ad quod ſunt ſpecialiter deputati, benignè recipiatis, ac populos vobis commiſſos, ut ex ore ipſorum ſemen Verbi Dei devotè ſuſcipiant, ſedulò commonentes, ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, liberaliter eis in ſuis neceſſitatibus aſſiſtatis. Ad hæc cum in Civitate Neapolitana locum aptum non habeant, in quo ſuorum offerant Domino vitulos labiorum, devotionem veſtram rogamus, & exhortamur in Domino in remiſſionem vobis veſtrorum peccaminum injungentes, quatenus in civitate ipſa locum eis ad hoc aptum provideatis abſque juris præjudicio alieni, ita quod ex hoc propitiationem divinam faciliùs mereamini, & nos devotionem veſtram poſſimus meritò commendare. Datum Reate 14. Kal. Novembr. Pontific. noſtri anno quinto.

Idem Pontifex alias litteras ejuſdem argumenti ſcripſit ad Populum Neapolitanum, quæ ſic habent.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis filiis Populo Neapolitano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quoniam creſcit diei malitia, & periculoſa tempora invaleſcunt; attendens Evangelicus ille pater familias, quod meſſis erat multa, operarii autem pauci, operarios adhuc mittens in hac quaſi hora undecima dilectos filios Fr. Ordinis Prædicatorum, velut novos vinitores ſuæ vineæ ſuſcitavit, qui non ſua, ſed quæ ſunt Jeſu Chriſti quærentes tam contra profligandas hæreſes, quàm peſtes alias mortiferas extirpandas ſe dedicarunt evangelizationi verbi Dei in abjectione voluntariæ paupertatis. Nos igitur eorum pium, & ſanctum propoſitum, ac miniſterium tam neceſſarium favore benevolo proſequentes, univerſitati veſtræ ipſos affectuosè duximus commendandos, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus prædictis fratribus vobis ſeminantibus verbum Dei prædicationem eorum audientes, benignè ac devotè ſuſcipientes, tanquam bona & fructifera terra pro vitiorum tribulis incipiatis virtutum ſegetem germinare & dicti fratres ſuſcepti miniſterii curſum feliciter conſummando optatum reportent ſui laboris fructum, & finem, ſalutem videlicet animarum. Datum Reate 13. Kal. Novemb. Pont. noſtri anno quinto.

Petrus verò iis Pontificis litteris acceptis, eos honorificè excepit, atque Gaufrido de Caſtilione Mediolanenſi S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ Sedis in Siciliæ regno Legato, ad Petrum maximè hortante, dedit eis Petrus Eccleſiam ſancti Archangeli ad Morfiſam, cum inſigni ac peramplo adjacenti Monaſterio, quod Monachi e Divi Benedicti familia incolebant, qui libenter eum locum fratribus Prædicatoribus ceſſerunt, cum alia perampla Monaſteria Neapoli haberent; ſicque Monachi Monaſterium illud in manibus Petri Archiepiſcopi reſignarunt, is, Capitulo aſſentiente, Fratribus Prædicatoribus in perpetuum conceſſit habendum, quod adhuc retinent, & ex eorum inſtitutoris nomine Sancti Dominici Eccleſiam, ac cœnobium appellarunt, litteræ autem Petri Archiepiſcopi hæ ſunt.

Petrus miſeratione divina humilis Neapolitanus Archiepiſcopus, dilecto in Chriſto filio Fratri Thomæ, ac univerſis Fratribus de Ordine Prædicatorum Neapoli perpetuò moraturis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus.

Recta regere ſatagentes, ut faciliùs aſpera convertere poſſimus in plana, & dirigere indirecta zelo domus Domini, cui ratione Pontificii miniſtramus viros electos à Domino ſecundum cor ſuum, & tanquam candelabra in domo Domini ſtabilitos ad habendam manſionem nobiſcum, non rogati, nec etiam requiſiti, eò debemus libentiùs invitare, quò plurimum expedit evangelizare tanto populo verbum Dei, nec ipſi debent ad hoc ſe difficiles exhibere, ne talenta eis commiſſa Domino referant gratioſa, cum de talento ſibi credito teneatur quilibet reddere rationem. Sanè etenim, ſicut dolentes referimus, & referendo dolemus, inſurrexerunt vulpeculæ caudas habentes ad invicem colligatas ad Philiſtinorum ſegetes depopulandas, & demoliendam vineam Domini manifeſtè, dum hæretici qui tanquam lupi latraverant inter agnos, per hamos ſub eſca latentes, per prædicationes ſuas videlicet, apertè nituntur ad pravitatem eorum adducere ſeductibiles animas Electorum. Cum igitur ſemper aſſumere ſoleant neglecta incendia vires, & antequam hæreticæ labis morbus tanquam fermentum ſe diffuſius diffundendo civitatem Neapolitanam inficiat, quæ ſolet vocari Parthenope, id eſt virgo, tanto ſit celeri ſtudio ſuccurrendum, quanto in hujuſmodi maximum vertitur periculum animarum, ſuffulti auctoritate litterarum Domini Papæ, ac venerabilis Patris Domini Gaufredi tit. S. Marci Presbyteri Cardinalis, viri dexteræ nobis aſſiſtentis à dextris, qui dexteræ divina in Eccleſia Dei, velut Cedrus Libani altitudine contemplationis erectus virtutum odore ſuavis pro ſubſtentatione domus Domini, ad concedendum Fratribus Prædicatoribus in Neapoli perpetuam manſionem, diligentiùs nos induxit, & efficaciter excitavit, ut exinde juventus fidelium, ſicut aquila renovetur, confortetur fides, & perfidia confundatur, cum conſenſu Capituli noſtri, & etiam dilectorum filiorum Marci Abbatis, & Monachorum Monaſterii S. Archangeli ad Morfiſa de Neapoli, qui omne jus, quod in eodem Monaſterio competebat eiſdem, in noſtris manibus ſine conditione qualibet reſignarunt, & de conſenſu patronorum ejuſdem Monaſterii, præſentibus eodem Domino Cardinali, & venerabilibus Dominis Barenſi Archiepiſcopo, Magiſtro Ægidio Domini Papæ Capellano, Magiſtro Petro de Gregoria Baſilicæ Beati Petri Principis Apoſtolorum Canonico, & quampluribus aliis, canonicè, liberè, & abſolutè inveſtimus te Fratrem Thomam, tam pro parte tua, quàm omnium aliorum Fratrum Ordinis Prædicatorum de ipſo Monaſterio, domibus, ſeu manſionibus omnibus, & hortis ejuſdem, cum palatio magno & domibus, quæ ſunt extra Monaſterium, videlicet illas, quæ ſunt ante ipſam Eccleſiam Sancti Archangeli, & ante ipſum clauſtrum à parte Orientis, ſicut protenditur uſque

(1) Extat & alia Epiſtola ejuſdem Gregorii ad hunc Petrum, quæ habetur cap. 1 de Statu Monachorum. Cenſent aliqui, ut ibi in notis, hunc fuiſſe Gregorium III. verùm cum ea epiſtola tranſmiſſa ſit ad Neapolis Archiepiſcopum, nec primùm ii Antiſtites coeperint hoc nomine praefulgere, quàm ſub Joanne XIII. haud potuit eſſe Gregorii III. *Lucrutius*.

uſque ad viam publicam, & ſicut murus ultimus à parte meridiana ipſius clauſtri protenditur in directum, uſque ad viam publicam & poſſeſſionem exindè tradimus corporalem ad habendum, habitandum, ædificandum, reædificandum, & faciendum ex eis quicquid videbitur expedire, ita quod Abbas, & Monachi, vel aliquis alius nullam habeat poteſtatem in Monaſterio, domibus, ſeu manſionibus & hortis eiſdem. Porrò reſervamus Abbati prædicto, ut in feſtivitatibus Neapolitanæ Eccleſiæ inter alios Abbates recipiatur, & honoretur, ita tamen, quod nec re, nec nomine in jam dictis Monaſterio, domibus, & hortis traditis Fratribus nominatis ſibi poſſit in poſterum juris aliquid vendicare; quod ſi fortè jam dicti Fratres in Civitate Neapolitana manere noluerint, & voluntariè ſe omninò abſentaverint; tunc Monaſterium ipſum tam cum domibus, ſeu manſionibus ædificatis, vel ædificandis, hortis etiam & aliis poſſeſſionibus ſuis in ſtatum priſtinum reſtituatur. Ad hæc excommunicamus omnes contra ſtatutum noſtrum & ordinationes hujuſmodi temerè venientes. Ad cujus rei memoriam & omnium fratrum cautelam, & perpetuam firmitatem præſens ſcripturæ eis exindè per manus dilecti filii Petri dicti Papæ publici Curiæ noſtræ Notarii, qui omnibus iis interfuit ſcribi fecimus, & tam ſubſcriptionis noſtræ, & ſigilli, quam ſigni ejuſdem Notarii & ſubſcriptionum Abbatis, & Capituli prædictorum munimine roborari.

Actum Neapoli Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, menſis Novembris die primo, Indictione quinta, Ego Petrus dictus Papa Curiæ Domini Petri venerabilis Neapolitani Archiepiſcopi publicus Notarius omnibus ſuprascriptis interfui, hoc inſtrumentum exindè ad mandatum ejuſdem Domini Archiepiſcopi ſcripſi, in publicam formam redegi, & proprio ſigno ſignavi, loco, anno, menſe, die & indictione prætitulatis.

† *Petrus Archiepiſcopus.*
† *Ego Auferius Archiprimicerius Eccleſ. Neap. ſubſcripſi.*
† *Ego Jacobus Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*
† *Ego Maurus Eccleſ. Neap. Presb. Card. ſubſcripſi.*
† *Ego Ægidius Cimillarea ſubſ.*
† *Ego Cæſarius Card. Eccleſiæ Neapolit. ſubſc.*
† *Ego Petrus Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*
† *Ego Marinus Caſulla Subdiac. Eccleſiæ Neap. ſubſ.*
† *Ego Bartholomæus Eccleſ. Neap. Diac. ſubſcripſi.*
† *Ego Joannes Neapolit. Eccleſ. Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Matthæus de Duc. Eccleſ. Neap. humilis Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus Marius Eccleſiæ Neapolit. Diaconus.*
† *Ego Joannes Eccleſiæ Neapol. Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Vulielmus Capice Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego G. Sconditus ſubſcripſi.*
† *Ego Iacobus de Matthæo Subdiaconus ſubſcripſi.*

Pendet ſigillum ceræ rubeæ cum ſerico rubeo, & effigie Epiſcopi in Pontificalibus, cum hac inſcriptione.

Petrus Neapolitanus Archiepiſcopus.

Alias etiam litteras idem Petrus dedit eiſdem fratribus anno 1246. in hunc modum.

Petrus miſeratione divina humilis Neapolitanus Archiepiſcopus, Dilectis in Chriſto filiis Conventus Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici in Neapoli, ſalutem in Domino ſempiternam.

Juſtis petentium deſideriis facilem nos convenit præbere aſſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter, chariſſimi in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, donationem, ſeu conceſſionem à Fratre Joanne Brancatio quondam Rectore Hoſpitalis S. Archangeli de Morfiſis de quodam horto ipſius hoſpitalis, cujus fines inferius deſignantur, cum conſenſu & voluntate omnium patronorum hoſpitalis ejuſdem vobis factum, ratam habentes, & firmam, eam vobis præſentis ſcripti patrocinio perpetuò confirmamus, & de ſpeciali gratia quicquid juris habemus in ipſo, vobis duximus concedendum; fines quoque ſupradicti horti ſunt ii, ab una parte eſt hortus Eccleſiæ S. Dionyſii, ab alia parte eſt Eccleſia veſtra S. Dominici, ab alia parte ſunt horti nobilis viri Sergii Scunditi, & nobilis mulieris Melegayię uxoris quondam Liguori Arcamonis, ab alia parte eſt hortus dictæ Eccleſię veſtrę. Ut autem de iis non poſſit in poſterum dubitari, præſens ſcriptum per manus ſubſcripti Notarii Bartholomæi de Magdalon, exinde fieri fecimus, noſtri ſigilli & ejuſdem Notarii ſigni munimine roboratum.

Actum Neapoli anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, die vigeſimo quinto menſis Aprilis 4. Indict. Ego qui ſupra Bartholomæus de Magdalon, Eccleſiæ Neapolitanæ Clericus, & publicus Notarius de mandato ipſius Domini Archiepiſcopi hoc ſcriptum ſcripſi, & in publicam formam redegi, & meo ſigno ſignavi.

Nulla adeſt ſubſcriptio, nec dicti Archiepiſcopi, nec Capituli, vel Canonicorum; verum dumtaxat pendet ex canapo ſigillum cereum ex cera nempe rubea, cum effigie Epiſcopi Pontificalibus induti, cum his litteris circumcirca ſigillum.

Petrus Neapolitanus Archiepiſcopus.

Hoc in Cœnobio deinde S. Dominici habitum ſumpſit Angelicus Doctor S. Thomas de Aquino Eccleſiæ lumen & ornamentum, ex quo etiam alii viri præclariſſimi prodiere. Ad eundem etiam Petrum ſcripſit Federicus II. Imper. & Siciliæ Rex die 11. Maii 1239. monuitque illum, ut ſecunda die poſtquam Capuam adveniſſet, illuc ſe conferret: atque privilegium ab Henrico Imp. ejus patre Eccleſiæ Neapolitanæ conceſſum, ſecum deferret, examinandum. Cæterum Petrus Eccleſiam ſibi concreditam non parum piis operibus illuſtravit, turrim etenim campanariam majoris Baſilicæ è levigatis marmoribus elaboratam erexit anno Domini 1233. ut vetus nuper inventa inſcriptio teſtatur.

Hanc petram Petrus Præſul ædificavit,
Quam Chriſtus petram Petro Simoni ſimilavit.
Surrentinatus, præſulque Neapolitanus
Mille ter undenis annis, Dominique ducentis
Decantent turbæ Surrentinatus in urbe
Urbis P. ſanè Prælatus Vergilianæ
Quem Dominus elegit, feliciter hoc opus egit.

Item.

Annis viventis Domini jam mille ducentis
Ter denis ternis, ſi ſcripta legens benè cernis,
Intitulat geſta currens indictio ſexta
Tunc anni Domini terdeni mille ducenti
Terni, cum cœpit opus hoc feliciter egit.
P. de Surrento tunc Præſul Neapolitanus,
Si benè ſcripta leges indictio ſexta currebat.

Petrus quoque hic noſter ſe admodum præbuit religioſum, ac pium erga ſanctos, & præſertim eos, quorum pignora Neapoli aſſervabantur, aut quorum ſolemnis in ſua Eccleſia memoria haberetur, quò totum ejus animum convertiſſe viſus eſt; quandoquidem eorum geſta diligentiſſimè ex vetuſtis monumentis deprompta ſoluta oratione conſcribi curavit, quorum adhuc aliquot Longobardo charactere in membranis ſcripta ſuperſunt, inter quæ S. Aſpren Neapolitani Epiſcopi vita, quam ejus juſſu Albericus quidam exaravit, ut ejus præfatio docet, quæ incipit.

Sanctiſſimo, ac reverendiſſimo Patri Petro Albericus filialis obſequii famulatum, &c. Extant S. Julianæ virginis, ac martyris geſta in antiquis codicibus ma-

nuſcriptis, è Græco in Latinum converſa à Petro quodam huic noſtro Petro Archiepiſcopo directa, ut ejus præfatio indicat, quæ ſic incipiunt.

Egregio Patri Domino Petro S. Parthenopenſis Eccleſiæ optimo Paſtori, Petrus.

Baronius etiam in addit. ad Martyrol. die 16. Febr. ait haberi Acta ejuſdem S. Fortunatæ in veteri m. s. codice, ex Græco in Latinum reddita à Petro quodam, qui ea ad Petrum Neapolitanum Archiepiſcopum direxit, ut ejus præfatio docet.

Sancti etiam Chriſtophori Martyris geſta ab eodem Petro ipſius Archiepiſcopi mandato ſunt recenſita, ut hi verſus, qui inibi in fine leguntur, ſignificant.

Parthenopenſis apex Præſul per cuncta beate
Nectare ſalvifico redimitus munere divo,
Petre, Petri meritis, qui te ſacravit in urbe.
Sume tui Petri famulatam mente benigna,
Quod patravit ovans ad veſtri nominis odas,
De Chriſtophori laude magniſque triumphis
Martyris eximii pro Chriſti lege peractis, &c.

Sancti inſuper Georgii martyris acta ab eodem Petro repeti juſſit, ut ex verſibus, qui in eorum calce referuntur, deprehendimus, hunc in modum.

Hæc tibi geſta dedit, Georgi martyr opime,
Petrus, amore tuo ſentes pellendo malignas,
Præſulis egregii Petri præcepta ſecutus,
Jam pretioſa micet tua paſſio, pugna, triumphi.

Et poſt nulla ſequitur idem auctor.

Sume pater patriæ præſul, per cuncta benigne
Petre, tui Petri famulatum quæſo libenter,
Quod tua ſancta mihi præcepit juſſio fari,
Scilicet ut tenebras Georgii martyris almi,
Famine pellendo luculentum dogma miniſtrem, &c.

Idem quoque Petrus illuſtre martyrium Sanctorum Quirici, & Julittæ conſcripſit, atque huic noſtro Petro Archiepiſcopo, tunc fortè Eccleſiæ Neapolitanæ Diacono obtulit, ut ex ejus præfatione perſpicitur, in qua habetur.

Horum itaque Sanctorum Patrum ſtudio motus ego Petrus veſtro animatus nectare Parthenopenſis Eccleſiæ Levita Petre, inquiſivimus diligenter, &c.

In fine verò eorundem actorum multi leguntur verſus, quorum exordium eſt:

Suſcipe Petre libens Levites celſa trophea
Sanctorum, ſupplex Petrus quæ præbet amore.

Subſequente verò anno 1234. Fratres Minores Neapoli recipiuntur, tradita Eccleſia S. Laurentii ad Cœnobium exædificandum, quod ſub Carolo II. perfectum fuit ampliſſima qua nunc viſitur forma. Petrus verò optimè de Eccleſia Neapolitana meritus anno 1251. creditur defunctus ex electione Bernardini Succeſſoris in regeſto Vatic. Innocentii IV. recenſita.

Hoc ipſo anno, quo Petrus Archiepiſcopus mortuus eſt, mortem oppetiit etiam Federicus II. Imp. quo etiam anno Idibus Decembris Innocentius IV. Neapolitanis conceſſa per Apoſtolicam Sedem privilegia renovavit, collaudatis egregiis erga Apoſtolicam Sedem illorum operibus, ac ita ipſis flagitantibus ſanxit, ut nulli impoſterum Principi, ac Regi, ſed tantum Romano Pontifici ſubeſſent, ac magiſtratus ſibi præficiendi libera facultate potirentur, modo tamen Eccleſiaſticæ libertatis cuſtos, Romanæque Eccleſiæ addictus eſſet. Diploma integrum leges apud Odericum Raynaldum tom. 13. Annal. Eccl. ad hunc annum.



LXVIII. 16. M. BERNARDUM, vel Bernardinum Caracciolum Rubeum de Neapoli Subdiaconum Apoſtolicum, & Decanum Pœnitentiariæ Apoſtolicæ electum Neapolitanum Archiepiſcopum commendat Neapolitano Capitulo Innocentius IV. anno Pontificatus ſui 9. die 4. Id. Jan. anno à Chriſti nativitate 1252. ut in epiſt. 84. fol. 24. regiſtri Vatic. an. 9. Innocentii. Hic eſt ille Bernardus, ſeu Bernardinus Caracciolus Rubeus nobilitate generis & propria virtute vir longè clariſſimus, qui eximiè agendo tantam apud Innocentium Pontificem collegit gratiam, ut ab ipſo patriæ Sacerdotium obtinuerit, & ad trepida eccleſiaſtica negocia adhibitus ſit, adhucque electus Apoſtolicæ Sedis Legatus ad Pannoniæ, Boemiæque Reges pro ſedandis diſſidiis inter eos deſtinaretur anno 1254. ut ex epiſtola ejuſdem Pontificis ad ipſum ſcripta habetur ex ſecreto Vat. regeſt. epiſt. 4. fol. 16. quam recitat Vvaddingus noſter to. 2. Annal. Minor. quæ ſic incipit. *Electo Neapolitano Apoſtolicæ Sedis Legato. Venerabilis frater noſter Zagabrien. Epiſcop. &c.*

Datum Anagniæ 3. Id. Julii. anno 12.

Eodem anno idem Innocentius defuncto Conrado Rege, ad poſſeſſionem Regni capeſſendam venit Neapolim, exceptus in Neapolitano Epiſcopio, ibique die 13. Decemb. ejuſdem anni diem ſuum clauſit extremum in Cathedrali ſepultus, cui poſt multos annos Humbertus Archiepiſcopus marmoreum ſepulchrum erexit, & inſcriptionem leoninis verſibus appoſuit, quam habes apud Ciacconium. *a* Conclave in eodem Epiſcopio habitum die 21. Decembris: ſalutatus eſt Summus Eccleſiæ Pontifex Alexander IV. coronatur in eadem Cathedrali die 13. Januarii ann. 1255. Die verò 15. ejuſdem menſis Divi Dominici Eccleſiam conſecravit, ut teſtatur marmorea inſcriptio ad parietes ejuſdem Eccleſiæ poſita.

a Et Eugenium Neapol. ſac. ſaſ.

Anno Domini M. CCLV. menſe Januarii in Dominica de Nuptiis, conſecrata eſt Eccleſia iſta à Domino Alexandro Papa IV. ad honorem Dei, & Beati Dominici Inſtitutoris Ordinis Fratrum Prædicatorum in præſentia Cardinalium Epiſcoporum conſiſtentium: qui omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis in anniverſario die dedicationis ipſis devotionis cauſa annuatim venientibus unum annum, & quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia relaxavit. Pontificatus ejus anno primo.

Hoc eodem anno die 23. Maii, (verba ſunt Chioccarelli) *dum Alexander Neapoli reſideret in Bernardi, ac Neapolitani Capituli gratiam ſuo diplomate privilegium, quod Sergius olim Neapolitanus Archipræſul Clericis Neapolitanis indulſerat, benignè confirmavit. Anno vero 1261. ut in ſuis Diariis Matthæus Spinellus è Juvenatio ſcriptum reliquit, cum Neapolitana Civitas ab Urbano IV. ſacris eſſet*

inter-

interdicta, eo quod Manfredo Neapolitanorum Regi pareret, qui armorum vi Regis titulo, ac diademate aſſumpto, à Romana Sede non inveſtitus, propria authoritate Regno hoc potiebatur, quamobrem ab eo Pontifice juſſus eſt, ut Neapolitanum Regnum Romanæ Eccleſiæ dimitteret, & exinde diſcederet, is autem parere noluit, ac proinde acre bellum ab eo Pontifice eidem Regi inferri parabatur; Archiepiſcopus verò Neapolitanus, non fracti pectoris, pro Romani Pontificis obedientia, ejus Regis potentiam, atque indignationem haud veritus, eccleſiaſticum interdictum ſervavit, atque ab omnibus ſervari præcepit, & neminem ſacra conficere, nec ſacris intereſſe patiebatur. Quamobrem Neapolitana urbs tres viros nobiles ad eundem Regem in Apulia tunc cum exercitu conſiſtentem, oratores miſit, illum exorantes, ut Romanæ Eccleſię colla ſubmitteret, & à Romano Pontifice pacem obtineret; erat enim civitas ſacris interdicta, & Archiepiſcopus miſſas celebrari prohibebat, nec etiam bellum, nec interdictum illud amplius ferre poterant; Rex verò Oratoribus reſpondit, id bellum non eſſe ſuę culpę adſcribendum, ſed Pontificis, qui è ſuo Regno illum ejicere vellet, ſeque Neapolim miſſurum tercentum Sarracenos, qui ad miſſas per vim celebrandas presbyteros, ac fratres compellerent, cogerentque, eos verò qui miſſas recitare renuerent, ad triremes mitterent: At Oratores audacter ac verbis apertis Regi dixerunt, ne illos mitteret, civitas enim Neapolis Sarracenos excipere, & hoſpitari nullo pacto volebat, eorum barbaros mores odentes, ac pertæſi, de quo Rex graviter turbatus eſt, ac ira ſuccenſus, nec tamen Sarracenos miſit. Hæc ille.

Subſequente verò anno 1262. Bernardus poſt annum decimum ſui Archiepiſcopatus, vir quippè laudatiſſimus, omnibus gratus, eximia nominis ſui fama deceſſit tertio nonas Octobris in ſacello familiæ ſuæ majoris Baſilicæ ſepultus, marmoreo, ſublimique tumulo cum hac inſcriptione.

Hic jacet corpus venerabilis in Chriſto Patris Domini Domini noſtri Berardini Caraccioli Rubei de Neapoli Dei gratia Archiepiſcopi Neapolis, & utriuſque Juris Doctoris, ac Medicinæ ſcientiæ periti, qui obiit Anno Domini MCCLXII. tertio nonas Octobris.

Joannes Caracciolus Rubeus nepos fieri fecit.

LXIX 17. DELPHINUS quidam electus Neapolitanus creditur ſtatim poſt Caraccioli obitum ann. 1263. cujus electionem non habemus in regiſtris Vaticanis; memoratur tamen in diplomate Ayglerii ſucceſſoris, quod in Archivio fratrum Eremitarum Cœnobii S. Auguſtini Neapoli aſſervatur, cujus tenor talis eſt.

Ayglerius miſeratione Divina Neapolitanus Archiepiſcopus.

Licet in bonis actibus miſericordiæ opera exiſtant præcipua; tamen ea potius renitent, quæ circa religioſas perſonas, & religioſa loca uberius exercentur. Hinc eſt igitur, quod cum religioſi viri Fratres Ordinis Sancti Auguſtini de conſenſu venerabilis viri Domini Dalphinatis Neapolitani Electi prædeceſſoris noſtri, & Capituli Neapolitani in Civitate Neapolitana Eccleſiam S. Vincentii, quæ olim fuit Monaſterium Moniale ſine jure cimiterii fuerint aſſecuti, in qua habitarent, & Deo cultu deſervirent perpetuo in eadem, nec liceret eis hucuſque uti prædicti loci cimiterio, etiam propria ſponſione à quodam Fratre Thomaſio Priore Provinciali eorum pro parte Ordinis tempore prædictæ conceſſionis enacta. Nos attendentes nunc, quod prædicti fratres propter religioſæ converſationis fructum ſunt amplius honorandi, permittimus cum conſenſu & conſilio Capituli noſtri Neapolitani fratri N. Priori dicti loci & Fratribus prædictis in prædicto ſuo loco Neapolitano moranti-

A *bus, & eorum ſucceſſoribus nomine Ordinis Sancti Auguſtini in perpetuum, ut non obſtante exceptione prędicti cimiterii, tempore ejuſdem conceſſionis per prędictum prædeceſſorem, & Capitulum noſtrum facta, & prædicta promiſſione eorum eiſdem exhibita, & ſine eorum conniventia nequaquam cimiterio uterentur, amodò valeant liberè, & legitimè uti cimiterio in loco prædicto, ſalva Eccleſiarum, à quibus defunctorum corpora aſſumuntur canonica portione. Ut autem præſens indulgentia noſtra robur obtineat firmitatis præſens privilegium eiſdem fratribus nomine Ordinis ſupradicti per manus Stephani de S. Georgio clerici, & publici Eccleſiæ Neapolitanæ Notarii ſcribi fecimus ſuo ſigno ſignatum, ſigillo noſtro munitum, ſubſcriptionibus noſtra, & prædicti noſtri Neapolitani Capituli roboratum.*

Actum Neapoli anno Nativ. Dom. 1270. die Jovis 24. menſis Aprilis tertiædecimæ Indictionis. Et ego Stephanus de S. Georgio clericus & publicus Eccleſiæ Neapolitanæ notarius prædictis rogatus interfui, &
B *de mandato prædictorum Dominorum Archiepiſcopi, & Capituli præſens exinde ſcriptum ſcripſi, & noſtro conſueto ſigno ſignavi.*

† *Ego Ayglerius Neapolit. Archiepiſcopus ſubſc.*
† *Ego Riccardus Eccleſ. Neap. Archiprimicerius ſubſcripſi.*
† *Ego Simon Eccleſ. Neapol. Archipresb. Card. ſubſcripſi.*
† *Ego Simon Eccleſ. Neap. presbyt. Card. ſſ.*
† *Ego Simon Eccleſ. Neap. presbyt. Card. ſſ.*
† *Ego Petrus Cimeliarcha ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus Cimeliarcha ſubſcripſi.*
† *Ego Lucas Eccleſ. Neapolit. Diaconus ſſ.*
† *Ego Joannes Eccleſ. Neapolit. Diaconus ſſ.*
† *Ego Petrus Eccleſ. Neapolit. Diaconus ſſ.*
† *Ego Bartholomæus Eccleſ. Neapol. Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Thomas Eccleſ. Neapolit. Diaconus ſubſcripſi.*
C † *Ego Bartholomæus Eccleſ. Neapol. Diac. ſubſcripſi.*
† *Ego Thomas Subdiac. ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Presbyter Bartholomæus Subdiac. ſubſcripſi.*
† *Ego Rogerius Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Presbyter Saſſus Subdiaconus ſubſcr.*
† *Ego Presbyter Joannes Subdiaconus ſſ.*
† *Ego Petrus presbyt. Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Benevenutus Subdiac. ſubſc.*
† *Ego Petrus Subdiac. ſubſc.*
† *Ego Petrus Subdiac. ſubſc.*
† *Ego Landulphus Subdiac. ſubſcr.*
† *Ego Jacobus Subdiac. ſubſcr.*
† *Ego Bartholomæus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Marcus Presbyter Subdiaconus ſſ.*
† *Ego Joannes Subdiac. ſubſc.*
† *Ego Landulphus Subdiac. ſubſcripſi.*
Ego Thomas Subdiac. ſubſcr.

D Fit etiam mentio ejuſdem Archiepiſcopi Electi in antiquis Anniverſariorum libris Monaſterii S. Patriciæ, in quibus die 8. Februarii ſic legitur. *Dominicus Dalſinas Electus Neapolit.*

Ferunt poſt Delphinum ab Clemente IV. electum fuiſſe Neapolitanum Archiepiſcopum S. Thomam Aquinatem anno 1265. ſed pro ſua humilitate dignitatem illam ultrò ei oblatam modeſtè reſpuiſſe: ut regiſt. Vat. Clementis de hac re altum ſilentium tenuit: fortaſſe ſub Urbano IV. id contigiſſe oportet, ut quidam ſcribunt, defuncto Caracciolo. (1)

18 AYGLERIUS patria Burgundus, nobilibuſque ortus parentibus e Abbate Monaſterii Athanaſienſis Lugdunenſis Diœceſis Ordinis S. Benedicti Neapolitanæ Sedi regendæ admotus eſt à Clemente IV. Pontifice 4. Kal. Novembr. ann. 1265. LXX

Pon-

(1) Cæſar Engenius in ſerie Archiep. Neapol. præterit Delfinum: & Caracciolo immediate ſubſtituit D. Thomam ſub Clemente V. ſub quo Pontifice id evenisse teſtantur Cavalerius in opere inſcripto: *Galleria de' ſommi Pontefici &c. dell'Ord. de' Predicatori* tom. 2. f. 62. Frigaetius in vita D. Thomæ, Feuillet ſub die 7. Martii in vita ejuſdem f. 291. Marchesius in diario Domin. tom. 2. f. 26. aliique.

Pontif. ſui 1. id clare habemus ex litteris ejuſdem Pontificis ad ipſum Ayglerium Neapolitanum electum, quæ extant in Regeſt. Vatican. ann. 1. epiſt. 137 fol. 101. Hic antem Ayglerius, ut generis nobilitate, & monachali diſciplina fulgens, ita virtutum omnium inſignis in Archiepiſcopatus dignitate conſtitutus, ad deceſſorum ſuorum glorioſa geſta, quibus de Neapolitana Eccleſia fuerant benemeriti, majora etiam incrementa ſuperaddere conſtituit; toto enim 17. annorum, quo præfuit tempore, plura jura jam deperdita ſumma induſtria, & indefeſſo labore recuperavit, aliaque nova decora acquiſivit, regnantibus Carolo I. & II. Andegavenſibus, ut paſſim in regii Archivii monumentis de iis mentio habetur: eo namque Archipræſule Carolus ab Urbano IV. in Regnum utriuſque Siciliæ accitus, deinde Clemente IV. ſedente anno 1266. die Epiphaniæ Romæ in Lateranenſi Baſilica una cum uxore Beatrice in Regem utriuſque Siciliæ coronatus, deinde victo, occiſoque Manfredo Regnum totum ſuæ ſubjecit poteſtati, exultante Ayglerio, qui cum contra Manfredum pro Carolo, Neapolitanos cives provocaſſet gratiam Caroli promeruit, & multa à grato Rege privilegia & immunitates obtinuit. („*In fundatione magnifici Hoſpitalis, & ſacræ domus, quæ D. Eligii*
„ *nomen ſortita, egregiam navavit operam, ſacerdotibus ejuſdem Eccleſiæ ampliſſima jura largitus,*
„ *regulas pro bono regimine ſancivit ut ex documentis in Arch. ejuſd. Hoſpit., & apud Engenium in*
„ *Neap. ſacra fol. 439.*) Hunc idem Carolus Rex anno 1274. unà cum Abbate Caſinenſi (erat hic Bernardus Ayglerii germanus frater) oratorem miſit ad Gregorium X. ut ſcribit Corius in hiſtoria Mediolanenſi, eodemque anno ad Lugdunenſe Concilium mandato Regis proficiſcitur, ubi interfuit ſub eodem Pontifice. Eidem Ayglerio, & Capitulo Neapolitano ſcripſit Clemens IV. non. Januarii, Pontif. a. de translationis feſtivitate D. Martyris Januarii, quæ prius agebatur 19. Septembris, ut in poſterum 8. Idus Maii celebraretur indulſit: epiſt. eſt 121. fol. 102. ejuſdem regeſt. Vatic. anno 1259. Sede Romana vacante confirmavit ex ſui Capituli conſenſu donationem quandam domorum, quas patroni Eccleſiæ S. Archangeli Fratribus Ordinis Prædicatorum pro eorum Cœnobii ampliatione dono dederant. Confirmationis documentum eſt hujuſmodi ab exemplari, quod in Cœnobio S. Dominici Neapolis aſſervatur.

Univerſis præſens litteras inſpecturis, Ayglerius miſeratione divina Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ humilis Archiepiſcopus, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus.

Olim piæ memoriæ Dominus Petrus Neapolitanus Archiepiſcopus anteceſſor noſter ſolerti volens diligentia procurare ſalutem gregis ſibi commiſſi, unà cum conſenſu ſui Capituli Monaſterium S. Archangeli, quod dicitur de Illis de Morfiſa. de conſenſu patronorum ejuſdem Monaſterii cum domibus, & carte, & horto, quæ fuerant infra portam præſcripti Monaſterii cum palatio magno, & quibusdam aliis domibus, quæ fuerant extra Monaſterium prædictum, donavit, conceſſit, obtulit dilectis in Domino Fratribus Ordinis Prædicatorum ad faciendum ibidem Eccleſiam, & officinas ſuis uſibus opportunas, in quibus poſſent devotum Domino reddere famulatum, & ſaluti prædictæ ferventi ſtudio vacare. Reliqua verò bona ejuſdem Monaſterii cum domibus, hortis, cellariis, cellis, & omnibus terris, fundis, & quibuslibet tenimentis ad ipſum Monaſterium ſpectantibus conflavit in unum, ut ex iis, & in iis bonis hoſpitale unum fieret ad opus pauperum perpetuis temporibus permanſurum, factumque eſt, prout idem anteceſſor piè ac religiosè de bonis hujuſmodi ordinavit, ſtatuens ut Hoſpitalarius, qui tempore in hoſpitali eſſet eodem, nullam habeat poteſtatem, vel licentiam aliquo pacto, vel modo, aut ingenio aliquid vendere, donare, vel infiduciare, aut alienare de poſſeſſionibus hoſpitalis prædicti, & ſi ſecus faceret, vacuum maneret, & res, ſeu poſ-

A *ſeſſio qualitercunque alienata, gratis ad hoſpitale rediret prædictum. Et ſiquis in . . . . . . temerario auſu contra ordinationem ejuſdem Archiepiſcopi facere præſumeret, eſſet anathematis vinculis adſtrictus, ſicut nobis conſtitit per facti evidentiam, & inſtrumentum publicum per manum Joannis Scriniarii inde confectum. Verùm cum iidem Fratres Prædicatores in Monaſterio prædicto, & Eccleſia ad honorem B. Dominici Confeſſ. conſtructa, officinas ſufficientes non habeant ibidem, patroni omnes hoſpitalis prædicti, & Sancti Archangeli, qui appellatur de illis Sturaſi, domos quaſdam juxta ipſos fratres ſitas habentes ab una parte cartẽ communem, qua itur ad domos Domini Philippi de Acerris, & juxta ipſam curtem, Eccleſiam s. Salvatoris de illis Caralulis ad ipſum hoſpitale de jure ſpectantes, quæ domus ex ordinatione anteceſſoris ejuſdem hoſpitalis ſunt applicatæ prædicto fratri Jacobo Vicario fratri Eaſrenonis Prioris conventus eorundem fratrum ipſius Eccleſiæ Sancti Dominici, & ipſius Conventus fratribus, & Eccleſiæ Sancti Domi-*
B *nici tanquam benemeritis, & quia multa bona hoſpitali contulerunt eidem, & poſſunt in futurum conferre, conceſſerant, dederunt, & liberaliter obtulerunt ab ipſis perpetuis temporibus poſſidendas, & ut de ipſis faciant prout ipſis placebit, & videbitur expedire, ſecundum quod nobis pleniſſimè conſtat ex inſtrumento manu Petri Grucialma publici Civitatis Neapolitanæ annalis Notarii, quod oculis noſtris aſpeximus, plenè vidimus contineri. Nos verò diligentius attendentes quod per eoſdem fratres cura nobis gregis commiſſi ſollicitè procuratur, utileſque adjutores noſtri exiſtunt, quorum ad hoc ferventer aſpicitur affectio, ut per eorum miniſterium ſalus proveniat animarum, de conſenſu, & voluntate Capituli noſtri, petitionibus eorundem Fratrum Prædicatorum grato concurrentes aſſenſu, quicquid ab ipſis patronis in hac parte geſtum eſt & factum, ex certa ſcientia approbamus, ratum habemus, & auctoritate ordinaria confirmamus ipſis Priori & Fratribus præſens ſcriptum ad cautelam & futurorum memoriam concedimus,*
C *& ſigilli noſtri munimine, & ſubſcriptionibus manus clericorum ejuſdem Capituli roboratum.*

Datum Neapoli 6. Idus Junii anno Domini MCC. LXIX. Indictione 12. Apoſtolica Sede vacante.

† *Ego Ayglerius Neapolit. Archiepiſcopus ſſ.*
† *Ego Riccardus Eccl. Neap. Archiprimicerius ſubſcripſi.*
† *Ego Simon Eccl. Neap. Archipresbyter ſſ.*
† *Ego Simon Eccl. Neapolit. Presb. Card. ſubſcripſi.*
† *Ego . . . . . . Eccl. Neapol. Card. ſubſcripſi.*
† *Ego . . . . . Eccleſiæ Neap. Card. ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus presb. & Cimeliarcha Neap. Eccleſ. ſubſcripſi.*
† *Ego Lucas Eccleſiæ Neapolit. Diaconus ſubſcripſi.*
D † *Ego Philippus Eccleſiæ Neap. Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus Eccleſ. Neapolit. Diaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Thomaſius Eccleſ. Neapolit. Diac. ſſ.*
† *Ego Bartholomæus Sichimar Eccleſiæ Neap. Diaconus ſubſc.*
† *Ego Presbyter Bartholomæus Subdiac. ſubſcripſi.*
† *Ego Rogerius Subdiac. ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Presb. Joannes ſubſ.*
† *Ego Beneventus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Petrus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Landulphus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Thomaſius Subdiac. ſubſc.*
† *Ego Presbyter Leonardus Subdiaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Jacobus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Joannes Subdiac. ſubſ.*

† *Ego Bartholomæus Subdiac. ſubſ.*
† *Ego Presbyter Marcus ſubſc.*
† *Ego Sergius Subdiac. ſubſ.*

Pendet ſigillum è cera rubea, in quo adeſt effigies Epiſcopi Pontificalibus induti, nempe cum planeta ſacerdotali, mitra, & baculo paſtorali cum litteris circumcirca.

Ayglerius Archiepiſcopus Neap.

Ayglerius tandem meritis, laudibuſque gravis deceſſit Neapoli anno Domini 1281. 8. Id. Novembris, humatus in Cathedrali. Humbertus de Monte aureo poſt aliquot annos ejus ſucceſſor nobilem tumulum marmoribus, & muſivo opere decoratum erexit, iiſque verſibus exornavit.

Ayglerius Præſul Parthenopenſis, & exul
A mundi pœna, paradiſi guſtat amœna,
Natio Burgunda generoſi ſanguinis unda,
B *Genuit ecce virum virtutum munere mirum,*
Clauditur hac tumba nitens velut alba columba,
Quem tumulavit ita Humbertus Metropolita.
Anno milleno tercentum, ter quoque quino,
Præteritis membris, bis ter de menſe Novembris.

Ejus obitus dies in veteri emortuali Caſinenſis Cœnobii ita notatur: 8. *Idus Nov. obiit Ayglerius Archiepiſcopus Neapolitanus & Monachus*. Capitulum verò Neapolitanæ Eccleſiæ ſingulis annis anniverſarium ejuſdem celebrare conſuevit in die obitus 6. Novembris, ita in Aniverſariorum libro legitur, *6. Novembris depoſitio Domini Archiepiſcopi Ayglerii*, quod benè concordat. Vacavit Sedes Neapolitana poſt Ayglerii mortem aliquot annos. Qua tempeſtate Siculi contra Carolum Regem, Galluſque conjurationem habuerunt. Dicta die ad explendam rem, ut cum primum Veſperarum Nolæ exaudiretur, ubique Galli, nullo ſexus, ætatis, ordiniſque diſcrimine facto ad internecionem tota C Inſula cederentur. Qua in re ita ſancitum eſt ab hoſtibus, ut mulieres à Gallis compreſſæ & prægnantes, ne ulla inſenſi generis proles ſupereſſet, necatæ traderentur. Hinc Veſperarum Sicularum proverbium manavit. Accidit Gallis clades anno Chriſti 1281. Caroli Regni 16. fer. 2. Paſchatis, rerum novarum initio à Panormitanis facto. Carolus autem audita Siculorum defectione & ſævitia cum magnis copiis in Siciliam traiiciens, primò Meſſanam Urbem obſidet, quam certe per deditionem tandem accepiſſet, niſi Galli, ultionis cupidi deleturos ſe urbem minati fuiſſent. Tum verò Petrus Aragonius tantos motus expectans, & ea de re certior factus, è Sardinia propè in Siciliam cum ingenti claſſe Panormum profectus, ingenti totius Inſulæ concurſu Rex Siciliæ ſalutatur. Inde cum Carolus maritimis, terreſtribuſque copiis ita venienti inſiſteret, ut acriùs non poſſet ex utraque parte pugnari, Rex Aragonius præſens periculum nova arte diſcuſſit, Carolo ad equeſtre paucorum certa-D men Burdegalæ provocato, eluſoque. Ad hæc Rogerius Loria Claſſis Hiſpaniæ Præfectus Carolum Claudum Caroli Regis filium juvenem improbum haud procul Neapoli ad certamen elicuit, cumque navali prælio victum cœpit; priuſquam pater, qui haud longè aberat cum Regia claſſe adeſſet. Captivus igitur in Siciliam abductus primum Arci Metagyphoniæ Meſſanenſi, tum Cephaleditanæ Mamertinorum detinetur. Quod verò Siculi ejus vitæ graviſſimis, & frequentiſſimis inſidiis imminerent, Conſtantia Regina, & Aragonis uxor ſanguinariis eorum manibus ſubductum in Aragoniam clàm tranſmiſit. Ubi cum in vinculis Barcinonæ haberetur, Carolus pater ætate, luctu, tædio rerum adverſarum, dum Calabrorum, Apulorum, Lucanorum, Picentinorumque urbes ad confirmandos animos circuit, morbo correptus deceſſit anno 1284. ætatis ſuæ 56. cui ſucceſſit Carolus idem filius ejus adhuc captivus. Corpus Neapolim delatum

A in Cathedrali à ſe exædificari cœpta conditum fuit cum hoc Epitaphio.

Conditur hac parva Carolus Rex primus in urna
Parthenopes, Galli ſanguinis altus honos;
Cui ſceptrum & vitam ſors abſtulit invida, quando
Illius famam perdere non potuit.

Præterito ſæculo Caroli & alterius Caroli ejus Nepotis Pannoniæ Regis & Clementiæ ejuſdem uxoris tumulis è priori loco ſupra majores fores Eccleſiæ translatis, aliud commune appoſitum fuit cenotaphium hiſce verbis conſcriptum.

Carolo I. Andegavenſi Templi hujus extructori, Carolo Martello Hungariæ Regi, & Clementiæ ejus uxori Rodulphi Cæſ. F.
Ne Regis Neapolitani, ejuſque nepotis, & Auſtriaci ſanguinis Reginæ debito ſine
B *honore jacerent oſſa, Henricus Guſmanus Olivarenſium Comes Philippi III. Auſtriaci regis in hoc Regno Viceſgerens Pietatis ergo poſuit, Anno Domini MDIC.*



19 PHILIPPUS Minutolus, Neapolitanus Canonicus, haud vulgari Juris utriuſque ſcientia LXXI
& eruditione ornatus, quem moderatio animi, nobilitaſque generis eximiè commendabat; quamobrem Caroli I. Regis charus, fuit ſanctioris conclavis, atque domeſticus declaratus Orator fuit unà cum Andrea de Capua ad cenſum ſolvendum Sedi Apoſtolicæ Viterbii in pervigilio Apoſtolorum Petri & Pauli, pro ipſo Carolo Rege anno 1271. In Tuſcia deinde cum Piſanis conventiones iniit, quas idem Rex ſuis litteris confirmavit 4. Julii 1272. quibus muneribus cumulatiſsimè etiam ſub Carolo II. tunc Salerni Principe functus, Neapolitano Archiepiſcopatu exornatus eſt circa annum D Domini 1285. Melphiæ Conventui celebrato à Roberto Atrebatenſi Comite, atque Carolo Martello Caroli II. Regis primogenito, Regni pro eodem Vicarius interfuit cum Prælatis, ac proceribus anno 1288. Hoc eodem anno, eodemq; Archipræſule conciliati inter ſe Reges Aragoniæ, & Siciliæ adhortante Nicolao IV. Summo Pontifice, opera verò Eduardi Anglorum Regis, pacem certis conditionibus inierunt, quibus legibus Carolus dimiſſus in Gallias primùm acceſſit, deinde in Italiam profectus ad Pontificem Nicolaum IV. acceſſit, à quo honorificè ſuſceptus Regni confirmatione obtenta, Reatæ in Cathedrali die Pentecoſtes, utriuſque Regni diadema Pontificis manibus ſuſcepit Kal. Junii beneficiario iure, cum in Pontificis verba juraſſet utriuſque Siciliæ Rex appellatus anno 1289. Ceterùm Philippi frequens mentio eſt in regiis regiſtris, quibus plures prænotantur gratiæ à Carolo eidem Archipræſuli, regioque Con

filia-

ſiliario, & Eccleſiæ Neapolitanæ elargitæ. Eo etiam Præſule idem Carolus Rex Majorem Neapolitanam Eccleſiam in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ Aſſumptæ cœpit magnificentius reædificare in eam, quæ hactenus conſpicitur formam: ampliſſimæ conſtitutioni non defuerunt Philippi ſollicitudo, ac Neapolitanorum Civium pietas. Hanc auguſtiſſimam Baſilicam abſolvit deinde Robertus Rex. Sunt qui ſcribant Carolum I. illam primùm cœpiſſe ædificare, Carolum II. proſequutum patris voluntatem, ferè abſolutam reliquiſſe, abſolviſſe verò Robertum: utut fuerit, in Carolum II. ac Philippum Archipræſulem hujus auguſtiſſimæ molitionis gloriam refundunt Regii Archivii monumenta. Hoc ferè tempore, anno ſcilicet 1294. Cœleſtinus Papa V. poſt ſuam coronationem, rogatu Caroli Regis Neapolim acceſſit, in Arce nova cum Rege habitavit, cujus precibus menſe Septembri duodecim patres legit viros doctrina, & vitæ integritate præſtantes, & cum cogitaret Pontificatui cedere, juſſu Regis intimata fuit ſolemnis ſupplicatio à clero, populoque Neapolitano; cœtui princeps erat Philippus Archiepiſcopus, à quo humiliter, gemebunda, altaque voce rogatur Pontifex, ne ſe abdicet dignitate. Cœleſtinus verò per unum ea Epiſcopis, qui tunc aſsiſtebant, reſponſum dedit, id facturum, quod Deus diſpoſuiſſet: tandem Papatui renunciavit die 13. Decembris ejuſdem anni: ibidem in ejus locum Bonifacius VIII. renunciatus eſt Pontifex 25. Decembris, revolvente deinde anno Philippus conventionem iniit cum Carolo Rege circa decimas Neapolitano Archiepiſcopo, ejuſque Eccleſiæ debitas, ac modum illas exigendi, quæ per multos annos ſervata fuit, tunc Rex attento Eccleſiæ Neapolitanæ jure, tum quoque devotione, fide & obſervantia ei à Philippo Archiepiſcopo aſsiduè præſtita, & quam tunc exhibere non deſinebat per ſuum diploma perpetuò eidem, ejuſque ſucceſſoribus Archiepiſcopis, ut decimæ à Regibus ſingulis annis exſolverentur induſit. Scriptum eſt diploma Neap. die 24. Novemb 1296. Indict. 10. Vixit Philippus II. maxima integritatis fama, quippè cui pietas, divinique cultus amor, & in Regem egregia fidelitas maximè cordi eſſet. Neapoli mortem oppetiit 24. Octobris anno 1301. & in Cathedrali gentilitio ſacello conditus, in nobili marmoreo tumulo hoc affixo epitaphio.

Magnanimus, conſtans, prudens, famaque ſerenus,
Philippus Præſul morum dulcedine plenus,
Minutulus, patriæ decus, flos alta propago,
Hic ſilet, hic tegitur, jacet hic probitatis imago.

Meminit Philippi hujus Neapolitani Archiepiſcopi Joannes Boccaccius ejus ævi ſcriptor in Decamerone dieta ſecunda in quinta fabula de Andreuccio quodam Peruſino: fuiſſe, ait, ſepultum Philippum cum pretioſis ornamentis, atque annulo, cui chriſolythus appoſitus erat valoris ultra quingentorum florenorum auri, atque à latronibus ejus ſepulchrum fuiſſe violatum, ornamentis & anulo indè ſubreptis.

LXXII. 20. Fr. JACOBUS, Viterbienſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſacrarum litterarum ab acri, profundoque ingenio Speculativus Doctor appellatus ex Archiepiſcopo Beneventano ad hanc Neapolitanam Eccleſiam, poſtulante Carolo II. Rege à Bonifacio VIII. translatus anno 1302. 3. Id. Novemb. Philippo immediatè ſucceſſit, quam Eccleſiam per ſex ipſos annos prudentiſſimè, ac ſanctiſſimè adminiſtravit, juſque divinum incorruptè dixit, ſcriptis ſuis, ac ſanctimonia vitæ clarus ex hac mortali vita deceſſit anno 1308. ad cujus preces Carolus Rex privilegia, ac jura omnia à ſuis prædeceſſoribus Eccleſiæ Neapolitanæ elargita benignè aſſeruit anno 1306. die 25. Maii. *a* Meminit præter alios Herrera in Alphabeto Auguſtiniano, ubi ejus monumenta poſteris relicta recenſet: Aloyſius verò Taurel us Doctus amicus noſter inter Beatos Auguſtinianos Fratres Jacobum commemorat lib de viris ſanctitate illuſt. Ordin. Eremitarum S. Auguſtini Centuria 2. cap. 50. De quo adjectum epigramma ſcripſit Nicephorus Sebaſtus Meliſſenus ejuſdem Ordinis nobilis alumnus, eruditusque Poeta, ſummæ benevolentiæ vinculo nobis conjunctus.

a 25. Martii Indict. 4. ut in Arch. V.

Sicil. Neap. 1305. & 306. D. f. 114 à ter.

Diceris Antiſtes, magnus Speculator in aulis,
Divina hæc merito omnia ſcripta docent.
Lucta erit hinc ingens, magnum certamen, an iſti
Inſula, an à libris gloria tanta venit?
Sed componamus; dum libros Patria laudat,
Virtutes celebrat Parthenope alma tuas.

LXXIII. 21. HUNBERTUS, ſeu UMBERTUS, ſive IMBERTUS, ſic in diverſis monumentis legitur, paternum genus ex antiqua in Burgundia Monte aureorum gente duxit, ex Galliis Neapolim venit, Caroli I. Regis temporibus, eoque regnante varia cum laude prudentiæ ſubivit munera. Sub Carolo II Conſiliarius Regius fuit. Abbas quoque Eccleſiæ S. Mariæ Furcellenſis ad Plateam, & Canonicus Neapolitanæ Eccleſiæ: vertebatur annus Domini 1308. cum defuncto Jacobo, Humbertus omnium Canonicorum conſentientibus calculis Neapolitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus electus eſt. Pontificatum iniit à Clemente V. confirmatus 16. Kalen. Aprilis ejuſdem anni, ut in regiſt. Vatic. ejuſdem Pontificis legitur epiſt. 285. fol. 53. Sequenti deinde anno 1309. moritur Carolus Rex Neapoli ætatis ſuæ 60. morienti pie adfuit bonus Humbertus, ac in Cathedrali juſta perſolvit, cujus corpus in Provinciam, ut teſtamento mandaverat, delatum, ſepelitur Aquis Sextiis in Monaſterio Monialium Nazaretti; quod fundaverat & dotaverat; inſigni pietate Princeps, Religionis amantiſſimus, Monaſteriorum & Templorum fundationibus, & ædificiis addictiſſimus. Robertus Dux Calabriæ ejus filius Avenionem profectus utriuſque Siciliæ Rex a Clemente V. coronatus eſt, cui fidei Sacramentum præſtitit. Humbertus verò Præſul ſummo ingenio, multa morum elegantia, & maxima pietate fuit inſignis, erga virorum illuſtrium, Sanctorumque memoriam pius & gratus, quippe qui Innocentii IV. Romani Pontificis corpus obſcuro in loco, & tanto viro parum digno humatum in marmoreo ſublimi ſepulchro in majori Eccleſia collocavit, leoninis quoque verſibus cœnotaphium appoſuit. Aygleri concivis, ac anteceſſoris ſui oſſa tranſtulit in nobile è marmoribus muſivo opere compactum ſepulchrum in ſacello D. Pauli ejuſdem Cathedralis recondidit, addidit inſcriptionem ſupra relatam. Lipſana quoque S. Severi Neapolitani Epiſcopi in S. Georgii Martyris Baſilica ferè obſcura jacentia, in ejuſdem Eccleſiæ illuſtriorem locum, majus nempe Altare intùs marmoream arcam collocavit, in eaque etiam pulcherrimam umbellam è lævigatis marmoribus quatuor ſuffultam columnis, quatuor etiam Evangeliſtarum ſimulacris aptavit, ſolemnique pompa tranſtulit anno 1310. ſequenti appoſito epigrammate in marmore inciſo.

Poſt annos Domini bis quinos mille trecentos
Dum ſedet Antiſtes pius hac Humbertus in Urbe
Hujus Eccleſiæ Petrus Barenſis habetur
Rector, agit vernam menſis dum Martius auram
Præſulis eſt ſancti tranſlatio facta Severi.

Fuit Humbertus divini cultus amantiſſimus, ad quem ſummopere augendum, quaſdam pias conſtitutiones confecit, perpetuò in majori Eccleſia ſervandas, poſtquam ejuſdem Eccleſiæ conſtructio, jam indè inchoata, abſoluta eſſet, quo in opere multum ex ſuo ære contulit, multumque auri pondus à Carolo II. Robertoque filio Regibus liberali-

ter

ter accepit, pluribuſque donis eam Eccleſiam cumulavit. Hæc habent regiæ litteræ eorundem Regum ad ipſum Humbertum apud reg. Regiſt. Anno 1318. idem Robertus Rex Avenionem ad Apoſtolicam Sedem profectus, Humbertum, cujus prudentia, in rebus Regni adminiſtrandis nota erat, Conſiliarium dedit Carolo Duci Calabriæ primogenito ſuo, quem Vicarium ſuum in Regni adminiſtratione conſtituerat, ut aſſiduè ad omnia regni negocia eidem Humbertus more ſuo prudentiſſimè operam ſuam navaret, ut ex litteris Roberti habetur iis verbis conceptis.

Robertus, &c. Venerabili in Chriſto Patri Domino Humberto Dei gratia Archiepiſcopo Neapolitano, dilecto Conſiliario, & familiari ſuo gratiam, &c.

Sinceritatis veſtræ probata conſtantia, & dona gratuita, quibus vos divina bonitas inſignivit, merentur & exigunt, ut de perſona veſtra ſpecialiter confidamus. Sanè attendentes inſtanter ſalutis auctore prævio ad Romanam Curiam pro noſtris arduis negotiis & expreſſis, opportunè providemus, quod apud Carolum primogenitum noſtrum Ducem Calabriæ & in Regno noſtro Siciliæ Vicariam generalem remaneatis conſiliarius ſpecialis, devotionem veſtram requirentes, & hortantes, expreſsè nihilominus injungentes, ut tam circa miniſtrandam juſtitiam, quàm circa alia, quæ ad bonum ſtatum Regni noſtri Siciliæ, noſtroſque honores, & commoda decenter pertinere noſcuntur aſſiſtatis eidem aſſiduè veſtris diſcretis conſiliis, & informationibus fructuoſis.

Datum Neapoli per Bartholomæum de Capua militem, &c. anno Domini 1318. die penultimo Junii primæ Indictionis, regnorum noſtrorum anno X.

Hac ferè tempeſtate Humberto Archiepiſcopo, & Angelo Viterbienſi Epiſcopo à Joanne XXII. Pontifice commiſſa eſt inquiſitio vitæ & miraculorum, ac proceſſus formandi S. Thomæ Aquinatis in album Sanctorum adſcribendi: ubi cum Humbertus pro Sancto laboraret in acutiſſimam febrim incidit, adeo ut de ejus ſalute deſperaretur: imploravit Aquinatis auxilium, meruit à Deo liberari, cœptumque munus proſequutus ad Pontificem Acta tranſmiſit, quibus deinde Thomas Sanctorum numero adſcriptus eſt ab eodem. Sedit hic bonus Paſtor annis 12. Finis vitæ ejus 3. Julii 1320. Corpus defertur in Cathedralem publico funere celebrato; ibi conditum eſt in Sacello ab ipſo exædificato: Clerus benemeriti Archipræſulis tumulum & memoriam excitarunt in marmore.

Anno Dom. MCCCXX. *Indict.* iii. *die* xlii.
Julii Obiit Dominus Humbertus de Monte aureo natione Burgundus, Venerabilis Neapolitanus Archiepiſcopus, qui ſedit annis xii. *menſibus* iii. *diebus* xxviii. *cujus anima requieſcat in pace. Amen.*

(„ *Sub hoc Præſule rex Robertus, & ejus uxor*
„ *Sancia Regina Eccleſiam verè regiam, cui titulum*
„ *dedere SS. Corporis Chriſti, quæ etiam illicò dicta*
„ *fuit S. Claræ, cum duobus cœnobiis, uno pro Fratri-*
„ *bus Minoribus, altero pro Monialibus ejuſdem Se-*
„ *raphici ordinis condere cœperunt, quam Eccleſiam,*
„ *quæ non invidet ipſis Italiæ celebrioribus templis,*
„ *regale ſibi ſacellum rex ipſe conſtituit.*])

(1) De ejus templi conſtructione inſcriptio marmorea in turri Campanaria poſita.

Illuſtris, clarus Robertus Rex Siculorum,
Sancia Regina prælucens cardine morum,
Clari conſortes, virtutum munere fortes
Virginis hoc Claræ Templum ſtruxere beatæ,
Poſtea dotarunt, donis multiſque bearunt.
Vivant contentæ Dominæ, Fratreſque Minores.
Sancta cum vita virtutibus & redimita.
Anno milleno centeno ter ſociato
Deno, fundare Templum cœpere Magiſtri.

Italia Sacra Tom. VI.

Anno vero 1330. Joannes XXII. Pontifex perpetuam conceſſit indulgentiam idem templum viſitantibus, ut ex altera ibidem Inſcriptione conſcripta legitur.

Anno milleno terdeno conſociato,
Et treceuteno, quo Chriſtus nos reparavit,
Et genus humanum collapſum ad ſe revocavit,
Eleuſes cunctus conceſſit Papa Joannes.
Virginis huic Claræ Templo virtute colendo.
Obtinuit mundo toto quas Ordo Minorum.
Si vos Sanctorum cupitis vitamque piorum.
Huc, ò credentes, veniatis: ad has reverentes,
Dicite, quod gentes hoc credant quæſo legentes.

Solemniſſima pompa templum hoc conſecratum fuit anno 1340. à Præſulibus aliquot, aſſiſtente Rege, pluribuſque Principibus, ac Dynaſtis, de qua ibidem duæ aliæ leguntur inſcriptiones ad rei futuram memoriam.

Anno ſub Domini milleno Virgine nati,
Et treceuteno conjuncto cum quadrageno.
Octavo curſu currens indictio ſtabat.
Prælati multi ſacrarunt hic numerati.
G. Pius hoc ſacrat Brunduſi Metropolita,
Rq. Bari Præſul, B. ſacrat & ipſe Tranenſis,
I. dedit Amalfa dignum, dat Contia Petrum
Pq. maris Caſtrum Vicus I. G. datque Miletum,
G. Bojanum, murum fere N. venerandum.

Iu alia inſcriptione.
Rex, & Regina ſtant hic multis ſociati
Ungariæ Regis generoſa ſtirpe creatue
Conſpicit Andreas Calabrorum Dux veneratus,
Dux pia Dux magna conſors huicque Joanna
Neptis regalis ſociat ſoror & ipſa Maria,
Illuſtris Princeps Robertus & ipſe Tarenti,
Ipſe Philippus frater vultu reverenti.
Hoc Dux Duracii Karolus ſpectat reverendus
Suntque duo Fratres Ludovicus & ipſe Robertus.

In hoc regio templo idem Robertus Rex cum Regina *a* Sancia uxore ſua conditus jacet: in eoque tumulata fuit Joanna I. Regina, aliique ex regia gente, quorum inſcriptiones recenſuit Engenius in ſua Neapoli ſacra. De hoc templo, ac cœnobii fundatione legendus Vvaddingus tom. 3. Annal. Minor.

a Regina Sancia alibi jacet, ut ſuo loco dicetur.



22. M. MATTHÆUS Philamarinus, parentes ejus clari generis, Jacobus pater, Mariotta Caracciola, vir doctrina, ingenio & multa rerum experientia celebris, quippe qui ſub Carolo II. Robertoque Regibus ad Clementem V. Pontificem nuper electum, ad Galliæ Regem, & in Liguria functus eſt legationibus præclariſſimè; inter Regios Conſiliarios aſcitus, magnæ Curię Appellationum Judex, ſigilli regii cuſtos, ſtudii Neapolitani re- LXXIV.

F

(1) Sequentia ad S. Claræ Eccleſiam ſpectantia ſcripſit Ughellus, eaque oſcitanter attexuit iis, quæ de S. Mariæ Magdalenæ cœnobio enarraverat infra, ubi de Joanne Urſino ſermo. (ni forte id typographi incuriæ tribuendum potius videatur.) Ea propterea inde deſumpta hoc ſuo loco tranſtulimus.

A regens aliquando fuit, magnis item Sacerdotiis cohoneſtatus, Archiepiſcopus diu antea à Barenſi ſacro Senatu poſtulatus, tandem in demortui Humberti locum à Capitulo Neapolitanus Archipræſul adlectus eſt. Mortalitatem explevit antequam munus conſecrationis acciperet, circa annum Domini 1322. an confirmatus à Pontefice, incertum: habemus tamen illum electum in litteris Roberti Regis datis anno 1325. quæ extant in ejuſdem Regis regeſto ſignato F. fol. 16. in hunc modum.

Robertus, &c.

Tenore præſentium notum facimus univerſis, quod vacantibus pridem, dum nunc proximè abeſſemus de Regno, per obitum Venerabilis Patris Matthæi Filimarini de Neapoli Electi Neapolitani, Eccleſiæ Sancti Agnelli, Sancti Silveſtri, Ss. Coſmæ & Damiani, & Sancti Severini Piczuli in Civitate Neapolis poſitis, in quibus nobis, ſeu noſtræ Curiæ jus B *competit patronatus. Karolus Dux Calabriæ primogenitus noſter cariſſimus, & Vicarius generalis, Nicolaum Pignatellum clericum filium Pandulfi Pignatellum clericum filium Pandulfi Pignatelli de Neapoli militis devoti noſtri Rectorem in eiſdem Eccleſiis Capitulo majoris Neapolitanæ Eccleſiæ tunc paſtore vacante infra debita tempora præſentavit, requirens Dux idem prefatum Capitulum per ſuas litteras ſpeciales, ut eundem Clericum Rectorem inſtitueret in Eccleſiis prælibatis, propter quod pro parte Nicolai antedicti nobis fuit ſupplicatum humiliter præſentationem factam per Ducem præfatum confirmare pro abundantiori cautela de innata nobis clementia dignaremur. Nos itaque cum proceſſibus primogeniti noſtri.*

Deſunt nonnulla, deinde ſequitur, *ratificamus.*

Harum litterarum data dies ex præcedentibus omninò cenſenda eſt 8. Aprilis 1325. Indict. 8. Sed ad eundem Matthæum Filimarinum Canonicum C Neapolitanum ſcribit Benedictus Papa XI. Dat. Later. 7. Kal. Decemb. Pontif. ſui anno 1. in regeſt. Vatic. epiſt. 149. Nuper tanti Præſulis memoriam excitavit Aſcanius Filamarinus S. R. E. Card. Archiepiſcopus Neapolitanus ejus gentilis in Neapolitana Eccleſia, pario marmore ſic proloquente.

Memoriæ
Matthæi Philimarini
Jacobi, & Mariottæ Caracciolæ filii
Archiepiſcopi Neapolitani
Summis honoribus apud Reges Carolum & Robertum
Ampliſſimiſque legationibus
Ad Clementem V. P. M. aliosque
Principes
Magna cum fide, ac prudentia functi.
Aſcanius Philamarinus
S.R.E. Cardinalis
Archiepiſcopus Neapolitanus
D *Poſuit; Anno MDCXLII.*
Quicum majorum ſuorum oſſa
In SS. Apoſtolorum ædem
tranſtulit
Antiquo familiæ ſepulchri ſolo
ad ſacrarum reliquiarum
S. Januarii
amplificandum conceſſo,
Antiſtitis de hoc templo
optimè meriti
cineres ab ejus gremio
haud removendos putavit.
Obiit Anno MCCCXXIII.
Ætatis ſuæ LXI.



B 23. M. BERTULDUS, ſeu BERTOLDUS Vrſinus, de filiis Vrſi, Romanæ nobilitatis clariſſimæ, Humberto immediatè ſucceſſit confirmatus 7. Id. Novemb. anno 1322. à Joanne XXII. Pontif. anno 7. ut in regiſt. Vatic. epiſt. 1027. legitur. LXXV.

Erat tunc Bertoldus Montis Faliſci Præpoſitus, ac S. Nicolai Barenſis Prior, Roberto, & Carolo Regibus à conſiliis propter probitatem, ac prudentiam cariſſimus, quem idem Robertus Conſiliarium, ac directorem Caroli Calabriæ Ducis filii ſui ad regia peragenda negocia, eo abſente conſtituit unà cum ejus fratre Ponzello Vrſino. Memoratur adhuc electus anno 1324. 16. Aprilis in litteris Caroli. Sequenti verò munus conſecrationis accepit: id docent litteræ Roberti ad Vrbis Vicarios, in quibus Bertuldus Archiepiſcopus Neapol. aſſeritur.

Robertus Dei gratia Rex Jeruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ C *& Forcalquerii, ac Pedmontis Comes, Almæ Vrbis Senator per Sanctam Romanam Eccleſiam conſtitutus, Vicariis ſuis in ipſa urbe præſentibus, & futuris, fidelibus ſui gratiam ſuam, & bonam voluntatem.*

Certa ſuadente cauſa volumus, & fidelitati veſtrę præſentium tenore mandamus, quatenus familiares venerabilis in Chriſto Patris Bertuldi de filiis Urſi de Urbe Neapolitani Archiepiſcopi, dilecti conſiliarii, familiaris & fidelis noſtri in urbe prædicta degentis, homines quidem bonæ famæ, converſationis, & vitæ, quorum nomina & cognomina vobis in ſcriptis ſub ſigillo ſuo tradi volumus pro cautela, prętextu portationis armorum prohibitorum, quę ſucceſſivè detulerint, dummodo illa pro cautela ipſorum, & nullius offenſa deferant, nec abutantur eiſdem, in perſonis, vel rebus eorum, durante Majeſtatis noſtræ beneplacito, & quandiu armis non abutuntur hujuſmodi, nullatenus moleſtetis, præſentibus, prę miſſo beneplacito noſtro durante jam dicto modo efficaciter valituris.

D *Data Neapoli anno Domini 1325 die primo Februarii 8. Ind. regnorum noſtrorum anno 16.*

Bertoldus Romæ eo ipſo anno 1325. vel initio ſequentis deceſsit, Romanæ Eccleſię in ea Urbe Prę ſidens, ubi in Patrum ſepulchro conditus jacet. De ejus in urbe exceſſu, ac dignitate Romanæ Eccleſiæ Præſidentis habetur mentio in litteris Joannis XXII. ad Anibaldum ſucceſſorem. Primo Bertuldi Pontificatus anno obiit Maria Caroli II. quondam Regis uxor, quæ vetuſtum Cœnobium, & Eccleſiam S. Mariæ de Domna Regina Ord. S. Benedicti reſtituit, ejuſque actoritate, ſuppreſſo Monaſtico Ordine, Moniales Sanctæ Claræ in eo ſunt intromiſſæ. Jacet Maria in nobili tumulo marmoreo, ubi legentibus proſtat hæc inſcriptio.

Hic requieſcit ſanctæ memoriæ Excellentiſſima Domina Domina Maria Dei gratia Hieruſalem, Siciliæ, Vngharięque Regina,

ma-

magnifici Principis quondam Stephani Dei gratia Regis Vagbariç, ac relicta claræ memoriæ inclyti Principis Domini Caroli II. & mater Sereniſſimi Principis, & D. Roberti eadem gratia Dei dictorum Regnorum Hieruſalem, Siciliæ Regum illuſtrium, quæ Obiit an. Dom. M CCC. XXIII. Ind. vj. die xxv. menſis Martii, cujus anima requieſcat in pace, Amen.

LXXVI. 24. ANIBALDUS a de Ceccano Hernicus Campanus, ex Archidiacono Attrebatenſi, S. Theologiæ eximius Doctor, Bertuldo defuncto immediatè ſucceſſit, ad hanc dignitatem vocatus à Joanne XXII. anno 1326. 9. Kal. Maii, Pontif. 10. ita in Reg. Vatic. epiſt. 1374. Vertente verò anno 1327. ob eximias ejus animi dotes ab eodem Pontifice Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus creatus eſt, eodemque anno b Neapolitano Sacerdotio ſe abdicavit. Fuit Anibaldus nobilitate generis multis, clariſque legationibus eloquentia, ac eruditione vir ſanè percelebris: vitas Beatorum Petri & Pauli Chriſti Apoſtolorum doctiſſimis commentariis heroico verſu conſcripſit, teſte Gulielmo Eiſengrenio, quorum meminit Poſſevinus Apparatus ſacri tom. 1. Ejus præclaros labores pro Romana Eccleſia obitos Odericus Raynaldus in Eccl. Annal. tom. 14. Ciaconius & alii recenſent. Obiit menſe Julio an. 1350. 16. Kal. Aug. in Campania, legatione Neapolitana. Cadaver Romam relatum, pompa c ſolemni ad S. Petri Baſilicam ſepultum eſt.

a De eo Baluz. Vit. Pap. Aven. t. 1. p. 756. Mendoſius in Bibl. Roman. t. 2. p. 14. & Ciaconius Oldoini tom. 2. col. 419.

b Rexit ad an. 1328. Chioccarel. in Catal. Antiſt. Neapol.

c Sine ulla pompa.



LXXVII. 25. JOANNES Urſinus, Romanus, Neapolionis Urſini magni Regni Logothetæ ac Protonotarii viri clariſſimi germanus frater, eximiæ doctrinæ & laudibus præſtans ad Neapolitanum Sacerdotium aſſumptus à Joanne XXII. anno 1328. Hic autem, ut Chioccarelli in Catal. verbis utar, ubi primùm pōtificatum iniit, nihil quod boni paſtoris munus decet, prætermiſit; etenim ad cleri, oviumque ſibi commiſſarum morum reformationem, atque abuſus, qui paulatim irrepſerant, tollendos, ſexaginta quatuor Synodales conſtitutiones cum Capituli aſſenſu & voto edidit, in quibus aliquot ejus prædeceſſorum ſtatutis, ac conſtitutionibus confirmatis, & pluribus à ſe additis, omnes alias, tam ab ipſo, quam à prædeceſſoribus editas, eo in volumine non inſertas, caſſas ac irritas fecit, firmis tamen ſtatutis, & conſtitutionibus per eum, ſeu ejus Vicarios ordinatis inter Vaſſallos Neapolitanæ Eccleſiæ, cujus exordium, *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Beatæ virginis glorioſæ matris ejus, Beatæ Catharinæ Martyris, & B. Januarii, totiuſque cæleſtis Curiæ Amen. Nos Joannes Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Neapolitanus, ſuſcepti paſtoralis regiminis cura ſollicitat ſic utilitatibus ſubiectorum, in illis partibus, quæ animarum ſaluti conſulunt, &c.*

Eæ conſtitutiones excuſæ leguntur. Omnes item cæremonias, conſuetudines & ſolemnitates Eccleſiæ ſuæ ſervari ſolitas in ſcriptis redigi curavit, reformavit, & obſervari juſſit eodem anno 1337. Cumque ſua ab Eccleſia per diuturnum temporis ſpatium, rebus ſic exigentibus, abſuiſſet, reverſus multa reperit innovata; quapropter uti bonus paſtor ad illa benè conſtituenda mentem convertens, atque comperiens Capitulum ſuæ Eccleſiæ cum tam oneroſa Canonicorum multitudine ſe gravatum conſpiceret, ſicut ipſi dicebant, ut præter confuſionem, quæ ex ſuperflua & inutili multitudine, plerumque oriri aſſolet, redditus etiam minimè ſuppeterent, adeo ut ii non abſque penuria vitam ducere potuiſſent, atque eam ob cauſam Canonicos ſeſe ſtricto ſacramento obſtrinxiſſe, nulli in futurum Canonicorum creationi aſſentiri, nec electum admittendum ab eis fore, adeo quod Canonicorum numerus ita diminutus eſſet, partim ad majorem dignitatem aſſumptis, partim vero defunctis, & alio modo deficientibus, ut pauci eſſent, iique ad ejus Eccleſiæ ſervitium minimè ſufficerent, quod quidem Joannes Archiepiſcopus tandiù in remotis agens ignoraverat, cumque Neapolim reverſus alios Canonicos in vacantium locum cum Capituli conſenſu, ut ſolitum fuerat, creare vellet, Capitulum aſſentiri recuſavit in perjurii reatum incurrere infimulans, quamobrem non parva inter Archiepiſcopum, & Capitulum altercatio exorta eſt; habito tandem conventionis ineundæ, cum eodem Capitulo tractatu, & adhibito inſignium ſacræ Theologiæ, ac legum Doctorum, atque virorum eruditorum voto, in eam tandem conventionem deventum eſt, ut Canonicorum numerus nullo unquam futuro tempore quadragenarium excederet, optimè enim, & commodè ea facultatibus, quas Canonici in communi obtinebant, ſubſtentari poterant. Declaratum eſt etiam eorundem Canonicorum collationem ad Archiepiſcopum unà cum Capitulo ex more ſpectare, reſervatis Canonicatibus, qui præbendati vocantur, quorum ordinatio ex immemorabili tempore Archiepiſcopo dumtaxat pertinere noſcitur, ut ex ejus conventionis tabulis Neapoli die 10. Decembris 1343. rogatus per Martinum Marſiam de Alareo clericum Apoſtolica auctoritate Notarium, atque ipſius Archiepiſcopi, omniumque Canonicorum ſubſcriptionibus roboratis, quæ penès Capitulum aſſervantur, perſpicitur. Eoque Præſule Joannes XXII. Pontifex ſpeciali affectu Eccleſiam Neapolitanam proſequens anno 1332. pannum quendam aureum Sancti Januarii præcipui Civitatis patroni geſtis affabrè inſignitum eidem Archiepiſcopo, & ejus Capitulo dono miſit, præcipiens, in eadem Eccleſia piè perpetuò aſſervari, ut nobis ejuſdem Pontificis diplomata ſignificant, hunc in modum.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Neapolitano.

Eccleſiam Neapolitanam, ad quam dilectionis, & devotionis ſpecialis affectum gerimus, honorare volentes, quendam pannum aureum imaginibus Beati Januarii Martyris, cujus corpus in eadem requieſcit Eccleſia hiſtoriatum decenter, ut accipimus, de pecunia noſtra emptum, quem dilectus filius magiſter Raymundus de Salgis Canonicus Pariſienſis Capellanus noſter tunc in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Nuncius, penes dilectos filios Mercatores Societatis Bonaccurſorum de Florentia, commorantes Neapoli, quouſque nos de illo aliter ordinaremus depoſuit conſervandum, memoratæ Neapolitanæ Eccleſiæ ob divinam & ejuſdem Sancti reverentiam, pro decore & ornatu ipſius Eccleſiæ damus, & concedimus de gratia ſpeciali. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus pannum ipſum, quem per alias litteras mercatoribus prædictis directas vobis, per eos aſſignari mandamus, ſuſcipientes devotè, illum ordinetis & diſponatis in eadem

Eccleſia pro ornatu & decore hujuſmodi perpetuo conſervandam.

Datum Avenioni 15. Kal. Septembr. Pontific. noſtri anno 18.

Eiſdem Mercatoribus.

Cum quendam pannum aureum imaginibus Beati Januarii Martyris hiſtoriatam, quem dilectus filius magiſter Raymundus de Salgis Canonicus Pariſienſis Capellanus noſter penes vos depoſuit conſervandum Eccleſiæ Neapolitanæ, pro decore, ac ornatu ipſius ob divinam, & ipſius Sancti reverentiam dederimus, & concesſerimus, de gratia ſpeciali, diſcretioni veſtræ præſentium tenore mandamus, quatenus venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Neapolitano dictum pannum pro ornatu & decore hujuſmodi perpetuò conſervandam in eadem Eccleſia ſtudeatis celeriter aſſignare; facientes ſuper eadem aſſignatione confici publicum inſtrumentum, ſeriem præſentium continens, illud fideliter nobis tranſmiſſuri.

Datum ut ſupra. Hæc ille.

Fuiſſe Joannem Archiepiſcopum à Benedicto XII. Pontifice anno 1334. ejus Pontificatus primo conſtitutum urbis Vicarium, ſcribit Franciſcus Boſquettus in Romanorum Pontificum Hiſtoria in notis ad vitam ejuſdem Pontificis: quo anno Sancia Regina Roberti Regis uxor Monaſterium S. Mariæ Magdalenæ Neapoli condidit pro mulieribus pœnitentibus, quæ relictis mundi illecebris, ad meliorem frugem anhelarent; in quo centum ſexaginta ſex unum votum Religioſorum more in manibus Joannis Archiepiſcopi ſolemne emiſerunt. Locum ex voto religioſiſſimæ Reginæ ab ordinaria juriſdictione idem exemit Joannes: cura ejuſdem Monaſterii perpetuò tradita eſt Fratribus Ord. Minorum. (1) Hoc tempore Benedictus idem Papa XII. præcepit Roberto Regi, ut fidelitatis juramentum, ac ligium homagium Apoſtolicæ Sedis nomine præſtaret Bertrando Ebredunenſi Archiepiſcopo Apoſtolico Nuncio, & Joanni Archiepiſcopo, quod fecit Rex, eo ſcilicet modo, quo Carolus I. avus ejus juraverat, ut Bzovius ſcribit 14. to. Annal. Eccleſ. ad annum 1335. *Eo quoque Præſule anno 1340 cum Armenus quidam Neapolim appuliſſet, quem fratrem Apoſtolum appellabant, qui nec juxta Romanæ Eccleſiæ ritum ſanctum baptiſma ſuſceperat, nec Catholicæ Eccleſiæ unitate fideliter ſociatus Nicopolitani Archiepiſcopi titulum indignè ſibi uſurpaverat, Latinos clericos ordinare audebat, altaria, atque Eccleſias conſecrare, ſanctam Chriſma conficere, Latinorumque fontes inungere, ne dum Eccleſiam ſcindebat, verùm etiam ſimplicium virorum animos erroribus implebat, quamobrem Benedictus XXII. Joanni Archiepiſcopo præcepit, ut illico eam capere, & ſub fida cuſtodia ad ipſum Avenionem tranſmitteret.* Hæc Bzovius ex litteris Benedicti ad Joannem eumdem 14. tom. ad annum 1340. Per eadem tempora ex Joannis Archiepiſcopi aſſenſu cœptum eſt ædificari Cœnobium & Eccleſia S. Joannis de Carbonara Ord. Eremitarum S. Auguſtini, ex quo viri Sanctimonia vitæ, & doctrina illuſtres prodiere. Hic jacent oſſa Beati Chriſtiani Franchi unius ex aſſiduis hujus Eccleſiæ fundatoribus, primus Carbonariæ Congregationis Generalis Vicarius, qui ſub Ladislao Rege mira ſanctitate floruit. Interfuit deinde Joannes ſolemni coronationi Joannæ I. Reginæ Neapoli celebratæ in S. Claræ æde die 30. Auguſti 1344. per Aimericum S. R. E. Cardinalem Apoſtolicæ Sedis Legatum, aſſiſtentibus cum Joanne compluribus Regni Prælatis ac proceribus, militibuſque innumeris. Robertus enim Rex Carolum unicum filium ſuſceperat, vulgo Sineterra dictum, ſed ex Maria Valeſia conjuge Joannam primogenitam & Mariam. Carolus filius Patri prædeceſſit. Robertus Joannam teſtamento fecit hæredem, quam juſ-

A ſit nubere Andreæ filio Humberti Nepotis Caroli Martelli Regis Pannoniæ, menſe Septembri anno 1333. Dehinc paulò ante mortem, quę anno 1344. a accidit, Joannæ, Andreæque nuptias peregit, cum per annos trigintaquinque Regnum produxiſſet, ſepultus in ſua Neapoli in Eccleſia S. Claræ hoc elogio. a 1343. ex Engen. Neapol. ſac. f. 438.

Aſpice Robertum Regem virtute refertum.

Hic juriſdictionis & juris ſtudioſus, quo die Carolum filium unicum maximæ ſpei adoleſcentem, unicamque ſpem regni amiſit, nullo lacta, qui acerbiſſimus erat, potuit debilitari, quin eo die regni negotia explicaverit, edixerit, lites audierit, atque diremerit, ut teſtis eſt, & ait ille qui aderat doctiſſimus illius temporis Petrarcha. Hunc denique Regem doctiſſimum, & humaniſſimum tradit (a) hiſtoria.

B Porrò Carolus Robertus filius jacet in eadem Eccleſia propè patrem, cum hoc epitophio.

Hic jacet Illuſtris Dominus Carolus Primogenitus Sereniſſimi Domini noſtri Domini Roberti Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Regis inclyti Dux Calabriæ, & præfati Domini noſtri Regis Vicarius Generalis, qui juſtitiæ præcipuus zelator, & cultor, ac reipublicæ ſtrenuus defenſor, obiit autem Neapol. Catholicè receptis Sacroſanctę Eccleſiæ omnibus Sacramentis Anno Domini MCCCXXVIII. Indict. xij. anno ætatis xxx. regnante feliciter præfato Domino noſtro Rege, Regnorum ejus anno xx.

(„ *Vix duobus à morte regis Roberti elapſis annis*
„ *diem ſuam clauſit extremum illius uxor, quæ Aſceticam profeſſa vitam in cœnobio S. Crucis ab ipſa*
„ *fundato, non jam amplius audiit regina Sancia,*
C „ *ſed ſoror Clara S. Crucis famula ſuarum Monialium, in quo nihil proprii ſibi reſervatam voluit,*
„ *velut non ſolum ultima Monaſterii ancillula, ſed*
„ *aliquo gravis inſuper reatu ſibi pejores cibos, laceras veſtes, culinæ famulitium uſurpavit, in-*
„ *firmis ſororibus circa omnia ſemper inſervivit, jejuniis, vigiliis, ciliciis, ferreis catenis gracile*
„ *corpus affligens, animam continua divinorum*
„ *meditatione confortans. Cur non ſic, imò melior*
„ *in Monaſterio, quæ talis fuerat in ſæculo? quæ à*
„ *ſplendidis nuptiis, conivente, imò expreſſius*
„ *id volente ſuo regio viro, nil aliud ſortiri voluit,*
„ *quam melius poſſe inſervire cœlorum Regi, aut in*
„ *ſuis pauperibus, aut in fundandis templis, aut*
„ *in alendis religioſis familiis, adeò ut illius generoſæ pietati debeat Catholicus Orbis, ſi res ſacra*
„ *vel adhuc peragitur in illis Judeæ locis, quos*
„ *qui naſcendo, aut incolendo, aut peragrando*
„ *Salvator noſter conſecravit, licet illa regio ſub*
„ *tyrannide Turcica ingemiſcat. Sepulta jacet in*
D „ *Eccleſia ſui Monaſterii S. Crucis cum inſcriptione,*
„ *quam habes apud Engen. in Neapoli ſacra*
„ *fol. 557. Fr. Marcus de Lisbona in 3. part.*
„ *Chron. Franciſc. & Gonzàga illam reponunt*
„ *inter Beatas ordinis ſui.*)

Joannes verò Archipræſul plurimum gratia apud eandem Joannam Reginam valuit, cujus beneficio aucta eſt Archiepiſcopalis juriſdictio, ac privilegiis exornata: multorum quoque invidorum, inimicorumque ſuorum in ſe aliquando ſenſit aculeos; quin etiam parum abſuit, ut ab ipſis in meridiana luce occideretur: etenim anno 1355. cum è Sancti Severini cœnobii Ordin. Benedicti digreſſus, & domum rediret in veſtibulo fere templi Sancti Stephani propè Cathedralem à Philippo & Vitello, atque Joanne Raynaldi de Minutulis inhumaniter aggreſſus, equo projectus in terram, lapi-

(1) Hic alteruerat Ughellus, quę de Eccleſia S. Claræ ſcripſerat; Nos ea ſupra loco ſuo retulimus.
(2) Fuit tecta bellica rex laude celeber, juſtitia, prudentia, liberalitate, religione, cunctiſque regiis, & Chriſtianis virtutibus ad miraculum ornatus, Philoſophus doctiſſimus, maximus Theologus, uno denique verbo ſapientiſſimus, imò à cunctis, & præcipue à Baldo l. 3. Cod. de ſuis, & Legis ab Jaſon. in tex. is pot. ff. de acquir. hæred. alter Salomon habitus.

pidibus, ac fuero vulneratus, vix vivus evaſit, à quibuſdam in ejus auxilium prolapſis adjutus, occiſo ex ejus famulis uno, deſævientium inimicorum iram eluſit, ita ut per aliquot deinde annos Eccleſiæ ſuæ habenas rexerit. Hoc execrabile facinus cum audiviſſet Clemens VI. Summus Pontifex, ita excanduit, ut facinoroſos auctores diris devoverit, eorumque bona publicaverit, & omnibus dignitatibus privaverit, utque ad futuram rei memoriam hoc cuſit diploma, quod exſcripſit ex Vatic. Bzovius in Eccleſ. Annal. tom. 14.

Ad futuram rei memoriam.

*Solent perverſæ mentes in ſuperbiam erigi, quoties pro qualitate criminum pęnas meritas non ſenſerunt, & quantum erga eas judicantis fuit pia magis auctoritas, tantum ipſæ factæ ſunt ad flagitia proniores: obrepit enim quaſi morbus iniquitas, & ſicut ille cum factus fuerit, ea negligentia chronicus, ſalutarem vim refugit pigmentorum, ſic iſta niſi rigore fuerit ſævientis repreſſa juſtitiæ, contemnit leges, abjicit canones, deſpicit Sanctiones. Oportet ergo Pręſidentem eſſe ſollicitum, ut in virga juſtitiæ perverſorum compeſcat audaciam, inſolentium licentiam frænet, & allidat molimina iniquorum, ſicq; animadverſione digna quæq; flagitia recompenſet, quod reus criminis habeat in pęna, quod doleat, & peccandi licentiam neglecta correctio in alios non derivet. Nam quò in facinoroſos, & malos ſævitur juſtè rigidius, eò bonorum quieti providetur tutius, eò ſecuritati conſulitur utilius innocentium. Dudum ſiquidem cum fama publica ad noſtrum perduxiſſet auditum, & id eſſet ita notorium, quod tergiverſatione aliqua occultari non poſſet, quod dum venerabilis frater noſter Joannes Archiepiſcopus Neapolitanus de Monaſterio S. Severini Neapolitan. Ord. S. Benedicti ordinario ſibi jure ſubjecto, in quo dilecto filio Abbati & Conventui dicti Monaſterii officium viſitationis impenderat, ad ſuum oſtium remearet, nobiles viri Philippus Minutulus dictus Pallotta, & Vrſillus Minutulus milites, ac Joannes Raynaldi Minutulus Domicellus Neapolitanus temerata juſtitiæ regula, æquitatis jure corrupto, lege modeſtiæ violata, reverentia calcata paterna, & dominii timore contempto, aſſociatis ſibi quibuſdam eorum in hac parte complicibus, & inſidiis pręparatis, propè Eccleſiam S. Stephani Neapolit. in eundem Archiepiſcopum patrem & paſtorem animarum ſuarum temerè irruerant, & injectis in eum manibus violentis, ipſum de equo, cui tunc inſedebat, turpiter præcipitantes, ad terram crebris in eum ictibus enſium, & concuſſionibus lapidum, velut reum multorum criminũ graviter vulnerabant, & uno interempto nequiter, ac percuſſis atrociter quibuſdam aliis familiaribus dicti Archiepiſcopi, qui tantæ pręſumptionis, & temeritatis ignari immuniti armis, & zelo fidelitatis armati, defenſioni ejuſdem Archiepiſcopi pro viribus inſiſtebant, ipſum quoque Archiepiſcopum interficere conabantur, & procul dubio interfeciſſent eundem, niſi ad clamorem circumſtantium concurrentes undiq; populi ſe miniſtris Sathanę objeciſſent. Nos tantum facinus, tantumq; fidelium ſcandalum, ac tantam univerſalis Eccleſiæ contumeliam, nolentes ſub nocivæ conniventię pallio relinquere incorruptam, præfatos milites & Domicellum auctoritate Apoſtolica peremptorie citandos duximus per publicæ citationis edictum, modum citationis hujuſmodi ex certis cauſis rationabiliter eligentes, ut die ſecunda hujus menſis proxima præterita hora Conſiſtoriali, quam eis pro peremptorio termino duximus aſſignandam, compareren t perſonaliter in Conſiſtorio coram Nobis viſuri, & audituri declarationem, & promulgationem, ac inflictionem pœnarum per nos contra eos auctore Domino faciendas, apertè prædicentes eiſdem, quod ſive in hujuſmodi termino comparerent, ſive non, nos contra ipſos ad declarationem, promulgationem, & inflictionem pęnarum hujuſmodi procederemus, prout juſtitia ſuaderet, tanti exigeret atrocitas criminis, ac nobis expediens videretur, prout in noſtris litteris inde confectis hæc & alia plenius

A continentur: ac deinde adveniente hujuſmodi termino, & in eo præfatis militibus, & Domicello pro ſe, vel alio, qui eorum abſentiam legitimis excuſationibus excuſaret, non curantibus comparere, nos ipſos reputavimus, prout erant, exigente juſtitia contumaces; ſed volentes clementer agere cum eiſdem, ipſos uſque ad hanc diem, & horam de benignitate Sedis Apoſtolicæ duximus expectandos. Cum autem ipſi, ut tantæ culpę reatum redderent contumacia graviorem, adhuc non curaverint, nec curent comparere per ſe, vel alium, qui legitimis excuſationibus abſentiam excuſaret, vel excuſet eorum, Nos milites & Domicellum prędictos principales auctores hujuſmodi abominabilis ſceleris, & eos inſuper, qui illud cõmitti, ſeu fieri mandaverunt, aut habuerunt ratum factũ ab aliis, vel in eo facientium ſocii extiterunt, aut in eis in illo dederunt conſilium, auxilium, vel favorem, ſeu ſcienter defenſarunt, eoſdem excommunicationis vinculo innodatos, & anathematis mucrone percuſſos: à feudis inſuper, locationibus, officiis, & beneficiis ſpiritualibus, ſive temporalibus, quæ ipſi ab Eccleſiis
B Neapolit. obtinent, hoc ipſo cecidiſſe, illaque ad eandem Eccleſiam reverſa liberè, ipſorum quoque filios per maſculinam lineam deſcendentes uſque ad ſecundam generationem, omni ſpe diſpenſationis adempta, redditos ipſo facto inhabiles, ad beneficia eccleſiaſtica in civitate, & diœceſi Neapolit. obtinenda. Terras quoque ipſorum, dum tamen unam dietam non contineãt, uſque ad condignam ſatisfactionem eorum eccleſiaſtico interdicto ſubjecta fore prout ſunt, ipſoſque ſacrilegos infamiæ notam incurriſſe, & auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, ac inſuper ipſos omnibus & ſingulis poſſeſſionibus, & bonis olim de menſa Archiepiſcopalis Eccleſiæ Neapolitan. exiſtentibus, vel ad ipſam, ſeu alias Eccleſias pertinentibus quocumque modo, quocumque titulo, occaſione, vel cauſa detineantur, teneantur, aut poſſideantur ab eis, & jure ſi quod eis competit in eiſdem, eadem auctoritate privamus, & volumus, quod ad Eccleſias ipſas liberè revertantur. Filios prætera ipſorum per maſculinam lineam deſcendentes uſq; ad ſecundam generationem omni protinus ſpe diſpenſatio-
C nis adempta inhabilitamus & inhabiles reddimus ad quæcumque beneficia eccleſiaſtica ubilibet obtinenda. Civitatem quoque, nec non Caſtra, Villas, Terras, & alia quæcunque loca, in quibus ipſos, vel eorum aliquos, aut aliquem publicè morari contigerit, & eoſdem ab illis expellendi facultas eis fuerit, ipſorum, vel aliquorum, aut alicujus ipſorum in eis durante præſentia, & per quatuor dies poſt diſceſſum eorum abinde interdicto eccleſiaſtico volumus ſubjacere. Illos præterea, qui ſcienter malefactores eoſdem, aut aliquos, vel aliquem eorum receptaverint, vel qui in præmiſſis, aut eorum aliquo eis dederint conſilium, auxilium, vel favorem, etiamſi pontificali, aut quavis alia eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, excommunicationis ſententia innodamus. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus, privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpe-
D cialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſsè vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim à dicta Sede indultum exiſtat, quod excommunicari, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, nec non locis, ordinibus, propriis nominibus, & cognominibus, ac dignitatibus eorum non fecerint mentionem. Abſolutionem autem omnium, & ſingulorum, qui hujuſmodi ſententias incurrerunt, vel incurrerint, ac ſuſpenſionem ſententiarum ipſarum, Romano dumtaxat Pontifici reſervamus. Nulli ergo, &c.

Actum, & datum Avinion. in Palatio Apoſtolico 2. Idus Octobris anno 3.

Ad hunc quoque Archiepiſcopum referendum videtur, quod Matthæus Palmerius Florentinus ait

in vita Nicolai Acciajoli Florentini hujus Siciliæ Regni magni Seneſcalii, inquit enim. *Ludovicum à Duratio Siciliæ Regem virum Joannæ I. Reginæ, Oratores Avenionem deſtinaſſe ad Innocentium Sextum Roman. Pontif. Archiepiſcopum Neapolitanum (cujus nomen non exprimit) & Nicolaum illum Acciajolum, ex quo aliqui parum Regis amici, & eidem Pontifici valde grati, aſſiduè vacabant, eundem Regem calumniis proſequi apud eundem Pontificem, inter alia dicentes, quod Rex idem poſſidens Siciliæ Regnum ex Sedis Apoſtolicæ conceſſione videbatur parum eandem Sedem curare ac eam parvipendere, cenſum non ſolvendo, quem ſingulis annis eidem Sedi pendere tenebatur, ii verò Oratores Avenione ab eo Pontifice, & ab omnibus valde honorificè excepti ſunt.*


Joannis frequens mentio eſt in regiſtris, tum Vaticanis, tum regiis Neap. ad annum uſque 1358. quo creditur ex hac vita diſceſſiſſe 8. Novembris die, quæ in lib. anniverſariorum majoris Eccleſiæ ſic inſcribitur.

Die 8. Novemb. depoſitio D. Archiepiſcopi Joannis de Urſinis. Hic anno 1353. fecit, quod valde utile fuit, inventarium, ſeu regiſtrum bonorum Eccleſiarum omnium Civitatis Neapolis, ejuſque Diœceſis, in quo jura & redditus, privilegia, ac fundationes, quo nempe tempore, & à quibus eæ fuerant erectæ recenſebantur. Ejus tamen laborioſiſſimi operis volumen deſideratur.

LXX VIII. 26. BERTRANDUS de Meyshoneſio Gallus, nobilis generis, ſcientia, ac longo rerum uſu magnæ celebritatis vir, ad Neapolitanam Sedem aſcendit poſt Joannem anno 1359. memoratur in lib. ſolut. Prælat. die prima Julii ſub corrupto vocabulo Ynardi. Hic in mortis articulo, ut Bzovius ſcribit, facultatem habuit ab Innocentio VI. abſolvendi Ludovicum Regem Neap. diris innodatum ob non ſolutum Romanæ Eccleſiæ cenſum. Interfuit generali Conventui, coram Rege, totiuſq; Regni Proceribus celebrato die 5. Apr. 1361. in quo ad Clerum, & Prælatos orationem habuit luculentiſſimam, ad Barones & Principes, oravit Neapoleo Urſinus Regni Logotheta. Fato functus eſt anno 1362. die 30. Octobr. ſepultus in majori Eccleſia, tumbaq; marmorea in Sacello D. Aſprenatis, tranſlatus poſtea prope altare ſummum cum urna 1370. dum Bernardus ſucceſſor Sacellum Petro de Tocco Martinæ Comiti conceſſiſſet. Ad tumulum legitur inſcriptio.


Hic jacet corpus Reverendi in Chriſto Patris & Domini Domini Bertrandi de Meyshoneſio Dei gratia Archiepiſcopi Neapolitani, qui obiit anno Domini MCCCLXII. die xxx. Octob. primæ Indict. cujus anima requieſcat in pace. Amen.

LX XIX. 27. PETRUM de Gratia, Gallum, Viennenſem Archiepiſcopum, Urbanus V. Pontifex ad hanc Eccleſiam tranſtulit die 5. Julii 1363. & poſt annos duos iterum illum ad Ebredunenſem in Galliam tranſtulit Sedem. Is ille Petrus eſt Ebredunenſis Archiepiſcopus, quem Gregorius XI. anno 1375. purpura exornavit ad titulum S. Marci, mox S. Mariæ Tranſtyberim. Fundis interfuit creationi Clementis VII. Antipapæ. Avenione deceſſit 1389. cum ejuſdem Pſeudopontificis partes conſectaretur. Hunc Ciaconius confundit cum alio Petro de Saracenaco, qui vulgo Vivarienſis dictus eſt, ab eodem Clemente Cardinalis creatus tit. S. Laurentii in Lucina, defunctus Avenione Epiſcopus Sabinenſis 1390. quem Petrum de Bernia, etiam idem nuncupat Ciaconius, & nos ab ejus errore hallucinati, eundem Ebredunenſem cum hoc Vivarienſi in noſtra Sabinenſium Epiſcoporum ſerie tom. 1. confudimus, cum revera noſter hic Petrus de Gratia Archiepiſcopus antea Viennenſis, poſtea Neapolitanus à Gregorio XI. in numerum Cardinalium cooptatus, diverſus ſit à Petro de Saracenaco ſeu de Bernia Clementis VII. Cardinale. Cæterum Petro tunc Archiepiſcopo Neapolitano Regina Joanna ſolvi mandavit decimas Eccleſiæ Cathedralis debitas die 6. Octobr. 1363. Sequenti, eadem Regina omnia privilegia ab anteceſſoribus ſuis Regibus, Eccleſiæ & Archiepiſcopis Neapolitanis indulta liberaliter confirmavit. Eidem quoque Petro multa gravia munia ab Urbano V. fuiſſe commiſſa habetur ex literis ad eum miſſis, præcipuè ut de electionibus Prælatorum Regni ſollicitus inquireret, & inveſtigaret, quæ contra ſacrorum Canonum ſanctiones, Romanæque Eccleſiæ jura celebratæ cenſebantur, ac de iis certiorem redderet Apoſtolicam Sedem, viroſque qua doctrina, qua vitæ ſanctimonia illuſtres, & nomenclaturam diligenter tranſmitteret, ut ex ea, quibus vacantes Eccleſias tutè committi poſſent, edoceretur, ut Bzovius ſcribit. Petri memoria habetur in Neapolitanis monumentis ad annum uſque 1365. quouſque ad Ebredunenſem Eccleſiam tranſlatus eſt.



28. BERNARDUS [a] de Boſquetto (1) Gallus patria Cadurcenſis ex Canonico Burdegalenſis Eccleſiæ, & Papæ Capellano infula Neapolitana inſignitus eſt ab Urbano V. die 9. Sept. 1365. ut in Reg. Vat. Memoratur in chartula conſecrationis Eccleſiæ S. Martini de Neapoli Ord. Carthuſiani, quæ ſolemni ritu celebrata eſt 26. Febr. 1368. à Guillelmo de Agriſolio Card. Legato, cui interfuit Bernardus. Eccleſiam & hocce Cœnobium condidit Carolus Calabriæ Dux Joannæ Reginæ genitor, ampliſſimis redditibus ab eodem Carolo, & Joanna locupletatum. Bernardus vero eodem anno 28. Septemb. ab Urbano Presbyter Cardinalis tit. XII. Apoſtolorum creatus eſt, quo die ſe Neapolitano Sacerdotio exoneravit. Mortuus eſt Avenione die 9. Aprilis 1371. ibique ſepultus Gregorio XI. ſedente. Meminit Bernardi præter alios Franciſcus Boſquettus Narbonenſis in ſua Pontificum Romanorum Hiſtoria, ubi habet Bernardum hunc patria fuiſſe Cadurcenſem. LXX X.

[a] De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 568.



29. BERNARDUS [b], aliis Bertrandus Gallus, pa- LXX XI.

[b] De eo Baluzius

(1) Ejus genus, & patriam tuetur Baluzius in notis Papar. Avenion. contra Frizonium, qui eum cum ſequenti Bernardo confundit.


In Vitis Papar. Avenion.

patria Ruthenus ex Cadurcenſi civitate oriundus, utriuſque Juris conſultiſſimus, cum eſſet Archidiaconus de Vallibus in Cadurcenſi Eccleſia, & Apoſtolici Palatii cauſarum Auditor Boſquetto ſucceſſit, ad hanc Sedem vocatus ab Urbano V. die 2. Octob. 1368. Ejus juſſu Joannes quidam Majoris Eccleſiæ Cimeliarcha vitam conſcripſit S. Joannis cognomento Aquaroli Neapolitani Epiſcopi, ut idem tradit in proœmio ad ipſum Bernardum. Hic eximius Præſul ſub Urbano V. & Gregorio XI. Summis Pontificibus Apoſtolicus Nuncius fuit in utriuſque Siciliæ Regno, atque optimi Eccleſiaſtici partes adimplevit. Prælatos Clericoſque ad puriores ſervandos mores compulit. Divi Baſilii Ordinem vetuſtate ſua laborantem, ad priſtinum Monaſticum ſplendorem pietatemque traduxit, ipſum quoque Trinacriæ Regem, Joannamq; Neapolis Reginam ad ſuppetias contra Turcas ferendas impulit. In Cathedrali Neapolitana Hebdomadariorum congregationem S. Salvatoris, jam diu inſtitutam privilegiis, ac redditibus auxit. Coluit quam qui maxime Divam Brigittam Svecorum Principem, tunc peregrino habitu Neapoli agentem, quæ ad ipſum de B. Virginis Dei Genitricis Mariæ revelatione Neapoli habita ſcripſit, ut ipſa lib. 7. cap. 12. ſuarum revelationum teſtatur: quo tempore cum Carolus Brigittæ filius Neapoli mortalitatem expleſſet, Bernardus eidem in Cathedrali juſta perſolvit, eundem funeravit, aſſiſtentibus cum matre piiſſima, Joanna Regina ac Curiæ proceribus. Collegium Rutheneuſe in Cadurcenſi civitate fundavit, de quo Guillelmus Crojus in Epiſcoporum Cadurcenſium Hiſt. in Rogerio de Caſtro novo Epiſcopo hæc habet. *Ruthenenſis Collegii originem ad Bernardum de Ruthena Caturco oriundum Archiepiſcopum Neapolitanum refero, anno quippe* 1371. *Avenione in Bernardi Cardinalis deceſſoris* (erat hic Cardinalis de Boſquetto) *ædibus* 17. *Kal. Maii* (ut fundationis tabulæ ferunt) *donatione inter vivos bona cedit*. Idem narrat Claudius Freydam Fromeoteus Pariſienſis in Epiſtolis ad Guillelmum Benedictum Caturcenſem. Generalem tamen Academiam Caturci in patria fundaſſe Joannem XII. anno 1333. ſcribit cum aliis Caſſaneus. Interea Bernardus in Cathedrali Neapolitana chori ſubſellia beri fecit permagnifice, ubi ejus gentilitia ſpectabantur, sbarra ſiquidem, ſeu balteus ubi tres anuli, ſeu circuli inſculpti erant, quæ ferunt eſſe inſignia nobilis familiæ de Treghi in Gallia. Fortaſſe ex hac gente fuit hic noſter Bernardus, qui anno 1377. veluti Apoſtolicæ Sedis Legatus, Gregorii XI nomine fidelitatis juramentum à Joanna Regina recepit. Sequenti vero anno Gregorio Romæ defuncto cum inter Urbanum VI. Papam, & Pſeudo Pontificem Clementem VII. æſtuaſſet teterrimum ſchiſma, Bernardus, quod Gallus eſſet, & Reginæ à ſecretis, Antipapæ partis fovit, eundemque Fundis adoravit. Quamobrem Urbanus juſte commotus, Joannam utriuſque Siciliæ Regno privavit, illudque Carolo de Duracio, quem hu item Reginæ infenſiſſimum noverat, beneficiario jure conceſſit, Bernardum vero tamquam Schiſmaticum diris devovit, & Archiepiſcopatus honore ſpoliavit, eique ſucceſſorem dedit Ludovicum Bozutum nobilem virum Neapolitanum Caroli amicum. Interea Carolus magno cum exercitu Regni poſſeſſionem conatur invadere, Joanna vero, ut Gallos milites evocaret, Ludovicum Ducem Andegavenſem Joannis Francorum Regis filium, & poſt ejus mortem alterum Ludovicum ejuſdem filium, Comitatus ſui & Regni hæredes inſtituit anno 1380. die 30. Julii in Caſtro Novo ab hoſte obſeſſa. Joanna obſidione premitur, Ludovicus ut illam liberaret cum exercitu in Italiam trajecit, & in Apulia habet cum militibus obvium Duracienſem. Pugnatur undique, ſed Ludovicus impar, ejuſq; exercitus viribus inferior, dum inclinat, gravi vulnere ſauciatus è prælio vix evaſit. Joanna omni ſpe & auxilio deſtituta; dum in dies magis obſidione premeretur, ſalutem pacta ſui deditionem, & civitatis ſuæ fecit Duracienſi. Is ſalutis promiſſæ immemor Joannam laqueo interemptam, eo, ubi Andreas Joannæ maritus fuerat interfectus, loco ſuſpendi juſsit anno 1382. Regni 39. Mariam vero Joannæ ſororem, quæ Comiti Arreſienſi nupſerat, capite truncat. Et hæc finis ſtirpis Roberti, cujus Regnum ad Ducem Andium tamquam ad hæredem Reginæ Joannæ jure delatum eſt hæreditario. Joannæ cadaver Neapolim relatum in Eccleſia S. Claræ prope Carolum Illuſtrem Ducem Calabriæ patrem ſuum abſque pompa humatum, addita ad tumulum inſcriptione Car. Duracii juſſu, hiſce verbis concepta.

Inclyta Parthenopes jacet hic Regina Joanna
Prima, prius felix, mox miſeranda nimis.
Quam Carolo genitam, mulctavit Carolus alter
Qua morte illa virum ſuſtulit ante ſuum.
M.CCC.LXXXII. xxii. Maii v. Indict.

Cæterum Bernardus in tanta rerum confuſione, qua prorſus ſæculis multis acrior nulla fuit, prævalente Duracio exulare in Gallia coactus eſt, & Eccleſiam vacuam æmulo relinquere. Avenione creditur apud Clementem obiiſſe circa annum Domini 1389. die 20 Octobris, qua die ejus anniverſarium in Cathedrali habebatur. Præſul ſanè digniſſimus, & æquiori ſortuna dignus, niſi in ea miſerabilis Schiſmatis tempora incidiſſet, unde plerumque fiebat, ut una eademque Eccleſia ſub duobus Paſtoribus inter ſe litigantibus, Magno Reipublicæ Chriſtianæ ſcandalo laboraret.

[„ *Hoc Præſule obiit Neapoli, ſepultuſque in D.* „ *Claræ B. Philippus de Aquereo Gallus Ord. Mi-* „ *norum, qui fuit à Confeſſionibus Monialium S.* „ *Claræ, & ipſius Sanctæ reginæ, humilitate, pa-* „ *tientia, cæteriſque virtutibus, verbi Dei præ-* „ *dicatione, ac prophetiæ dono illuſtris, pluries* „ *Angelica, ac ipſius Salvatoris noſtri viſitatione* „ *dignus, prodigiis ante, & poſt obitum perpetra-* „ *tis verè conſpicuus.*]



30. THOMAS a Ammanatus, Hetruſcus, patria Piſtorienſis nobili familia natus, parentes habuit Donatum & Lippam Riccardam. Vir fuit peritia legum inſignis, & rerum experientia clarus, quippe qui in Romana aula pene ab adoleſcentia nutritus, ſub Urbano V. & Gregorio XI. Pontificibus varia munia egregie obivit, & in Germania ad Carolum IV. Imperatorem ejuſdem Gregorii Apoſtolicus Nuncius fuit; eoque demortuo inconſultè partes Clementis Antipapæ contra Urbanum VI. Papam amplexatus, cum ipſo Avenionem conceſsit, à quo poſt obitum Bernardi ex Auditore ſacri Palatii Neapolitanus electus eſt Archiepiſcopus anno 1380. cum jam Epiſcopus Nimocienſis eſſet; ſolvitque pro Neapolitano Sacerdotio ſolitum ſubſidium die 17. Febr. ejuſdem anni. In Britanniam deinde pro eodem Clemente functus eſt Legatione, à quo anno 1385. inter Cardinales

a De eo Baluzius Vit. Pap. Avenion. t. p. 1140. & Ciaconius. Oldoinus. 2. col. 681. Intruſus omittitur.

coo-

cooptatus eſt ad titulum S. Praxedis die 12. Julii, qui nec Neapolim vidit, nec ejus Eccleſiæ poſſeſsionem iuivit, nomen Archiepiſcopi retinuit ad annum uſque 1388. & dignitatem libere in manibus Clementis remiſit. Avenione deceſſit die 6. Decembris 1396 ſub Benedicti XIII. Pſeudo Pontificis obedientia, cujus creationi interfuerat. Fratrem germanum habuit Bonifacium celeberrimum Juriſconſultum ab eodem Benedicto XIII. Diaconum Card. S. Adriani creatum anno 1397. ſub quo obiit. De Ammannata familia legendus Ammiratus libro de familiis Florentinis.

a Et hic intruſus.

31. GULIELMUS, *a* patria & familia ejus ignorantur, per ceſſionem Thomæ Neapolitanam Eccleſiam invaſit, ad eam dignitatem vocatus à Clemente VII. anno 1388. quo tunc electus die 6. Maii ſolvere promiſit ſolitum ſervitium in Obligat. libro, ubi mentio Thomæ deceſſoris. Hic auctoritate Ludovici Ducis Andegavenſis, Neapolitanæ Eccleſiæ poſſeſſionem iniit, expulſo per ſummam injuriam legitimo Archipræſule, quam ſubſtinuit tantum, quantum idem Ludovicus jura Regni retinuit. Neapoli erat anno 1390. die 3. Decembris, quo diu Canonici Cathedralis quaſdam contributiones ipſis ab Archiepiſcopis debitas Guilielmo liberaliter, ob paupertatem remiſerunt, ut loquitur documentum *Die 3. Decemb.* 1390. *Ind.* 14. *Clementis VII. Pontif. anno* 13. ubi in fine legitur; *Acta fuerunt hæc Neapoli in hoſpitio habitationis dicti Domini Archiepiſcopi ſito in platea Nidi, in quo idem Dominus Archiepiſcopus propter neceſſitatem & defectum ſui Palatii Archiepiſcopalis ad præſens habitat.* Et ex alio documento, die 24. Novemb. ſequentis anni Jacobus Capite Cimiliarcha & Gerardus de Peſula Diaconur Neapolitanæ Eccleſiæ, Guillelmi Archiepiſcopi Vicarii confirmant Abbatiſſam SS. Marcellini & Petri de Neapoli Ordin. S. Benedicti nuper electam. Guilielmi mentio reperitur uſque ad annum 1394. in Neapol. monumentis in obedientia Antipapæ degentis. Quid deinde de ipſo actum ſit, vel quo anno locove exceſſerit, incompertum eſt.

(„ *His temporibus obiit B. Guido è patritia Neapolitana gente Maramalda, Ord. Prædicatorum* „ *ſummus Philoſophus, ac Theologus, contra hereticam pravitatem Quæſitor, vitæ integritate, ac* „ *miraculis inſignis.*)



b Hic pariter intruſus. De familia Pagana legendus Campanilla p. 113. *Mandel.*

32. NICOLAUS de Paganis *b* ſummo loco natus, Thomæ (1) Regni Cambellani ſub Carolo III. filius, Renſii frater eodem munere functi ſub Ladiſlao Rege regii Mareſcalli, cujus etiam germanus frater extitit Galeottus egregius miles Ludovici II. compater arcis S. Hermi Præfectus, qui apud eundem maxima valuit exiſtimatione; cujus meritis Nicolaus ex Abbate Commendatario SS. Severini, & Soſii à Benedicto XIII. Pſeudo-Pontifice in locum Guillelmi ſublectus eſt Archiepiſcopus, cu-

A jus Vicarius una cum Capitulo, quendam Majoris Eccleſiæ Capellanum per hebdomadarios præſentatum auctoritate Nicolai confirmavit anno 1399. *Franciſcus*, ait documentum, *Maroganus de Neapoli Juris Canonici peritus S. Sedis Apoſtolicæ Capellanus, Canonicus Neapolitanus, Domini Nicolai miſeratione divina electi Neapolitani in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, &c. Datum & actum Neapoli in Archiepiſcopali Palatio ſub anno à nativitate Domini 1399. die 15. menſis Januarii 7. Ind. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Benedicti divina providentia Papæ XIII. anno 4.* Pendet è documenti pagina ſigillum ceræ rubeæ, cum effigie S. Ianuarii, & inſigniis gentis Paganæ. Interea Nicolaus, ne à legitimo Pontifice Bonifacio IX. depelleretur ab Eccleſia Neapolitana, Ladiſlai gratiam ſibi conciliavit, ad cujus favorem confugit. Rex ut familiæ, quæ in Regno prępotens & illuſtris erat, & Galeotto Nicolai fratri gratificaretur, cujus opera indige-

B bat, regiis literis ejus manu ſignatis Nicolaum ſub Regia ſua protectione ſuſcepit, ac ſe Bonifacio commendaturum ſpopondit, ut libere, & canonice Neapolitanam poſſet adminiſtrare Eccleſiam. Exemplar Regis literarum habetur in Regio regeſtro Ladiſlai in hunc modum.

Ladiſlaus Rex, &c.

Tenore præſentium notum facimus univerſis earum ſeriem inſpecturis, tam præſentibus quam futuris, quod noviter inter alia per virum nobilem Galeottum Paganum de Nuceria militem, Regni Siciliæ Mareſeallum noſtrique Hoſpitii Seneſcallum & fidelem dilectum à nobis ſuppliciter poſtulata, Galeottus idem à nobis poſtulavit, petiit, ut promitteremus curare, & facere cum effectu, quod Dominus noſter Summus Pontifex daret & conferret Archiepiſcopatum Neapolitanum Vener. viro Nicolao Pagano fratri dicti Galeotti, Archiepiſcopatum ipſum præſentialiter tenenti, & poſſidenti, & pro eo impetrare, & obtinere Apoſtolicas litteras, ſive bullas, & illarum impetratio-

C *ne durante manutenere dictum Nicolaum in poſſeſſione, & in juriſdictione, ac reali perceptione fructuum Archiepiſcopatus, ejuſdem, & quod nulla ratione, ſeu cauſa poſſit amoveri, vel ſuſpendi à poſſeſſione prędicta, & quod donec reciperet integrè fructus dicti Achiepiſcopatus faceremus eidem concedi in commendam Abbatiam Monaſterii S. Severini de Neapoli, cum perceptione fructuum Monaſterii prælibati, cujus quidem Galeotti poſtulationibus ſicut ſubſequitur annuentes contentamur manutenere dictum Nicolaum ejuſdem Galeotti fratrem in poſſeſſione dicti Archiepiſcopatus, accurare, & facere cum affectu, quod dictus Dominus noſter Papa concedat dictum Archiepiſcopatum Neapolitanum modo prædicto, operando ſemper in prædictis totum poſſe noſtrum; credimus enim indubiè, & ſumus quaſi certi, quod in prædictis & majoribus dictus Dominus noſter Papa annuet votis noſtris. Has noſtras litteras magno noſtro pendente ſigillo munitas eidem Galeotto in præmiſſorum teſtimonium concedentes. Datum Neapoli in abſen-*

D *tia Logothetæ, & Prothonotarii Regni noſtri Siciliç, ejuſque locumtenentis per virum nobilem Gurellum Auriliam de Neapoli legum Doctorem, magnæ noſtrę Curiæ Magiſtrum Rationalem Locumtenentem, Magni Camerarii Siciliæ Regni Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum Anno Domini 1399. die 9. Julii Ind. 7. Regnorum noſtrorum anno 13. Ladiſlaus Rex.*

Cæterum poſt hæc quid de Nicolao actum ſit non habemus, neque in monumentis Regiis, nec Romanis ulla deinceps reperitur mentio. Quanquam hi tres ſupranotati Archiepiſcopi, Thomas ſcilicet Ammannatus, Guillelmus, ac Nicolaus iſte Paganus haud legitimi vocandi ſint hujus Eccleſiæ Antiſtites, erant tamen recenſendi, ut illius temporis ſchiſma, & ſtatus Eccleſiæ hujus memorarentur, ac legitimi à ſchiſmaticis ſecernerentur. De Pagana familia ſcripſit Scipio Mazzella, Ælius Marche-

(1) Fuit hic Thomas Mareſcallus Caroli III. ejuſque regalis Scuteriæ Magiſter, ac Præfectus arcis S. Eraſmi, quæ vulgo à *Ermo*, & in quodam indulto Reginæ Joannæ I. ipſe intervenerat ut Patritius Neapolitanus in ſeſſione Portus conſcriptus.

cheſius, & Carolus Bureilus doctus amicus noſter. Clericus Regularis Minimorum, nuper ex contagioſa lue Neapoli defunctus in vindice Neapolitanæ nobilitatis libro.



LXXXII. 33. LUDOVICUS BOCZUTUS a Neapolitanus nobilitatis clariſſimæ, ex ſęculari Abbate ab Urbano VI. in privati Bernardi locum legitimus Neapolitanæ Eccleſiæ adlectus eſt Archiepiſcopus anno 1378. Poſſeſſione adeptus varia fortuna quinque omnino annis eam dignitatem geſſit, quippe qui in eam temporum calamitatem incidit, ut aliquando pro ſua dignitate ſervanda capitis etiam periculum ſubierit, nec libere Eccleſiæ adminiſtrationem inire potuerit, niſi fugato Neapoli Clemente Antipapa Reginaque Joanna, tunc ea populi propenſione illam regendam ſuſcepit. Verum paulo poſt cum Joanna civitatem recuperaſſet ſuam, Ludovicus Regiæ majeſtatis reus factus Eccleſiam, ſua, ſuorumque bona amiſit, ac diu profugus apud amicos latitavit, quouſque inventus carcere incluſus, apud Nolanum cœmeterium militibus cuſtodiendus traditur: ſed à Nicolao Urſino Nolæ Comite adjutus, cuſtodia elapſus fugam arripuit, & Romam ad Urbanum Pontificem incolumis ſe recepit anno 1379. quo, ut Corius ſcribit, Mediolanum miſſus auctoritate Pontificis Galeatio Vicecomiti indulſit, ut Catharinam Bernabonis Mediolanenſium Principis filiam conſobrinam ſuam in uxorem ducere poſſet: hujus delegationis ſocium habuit Antonium Saluzium Mediolani Archiepiſcopum. Tandiu ab Eccleſia ſua exul fuit, quamdiu Joanna Regina regno & vita à Carolo Duracio privata eſt, tunc Ludovicus poſtliminio reſtitutus pauper & ſenea ad paucos annos pacificè concreditam adminiſtravit Eccleſiam. Mortuus eſt die 25. Maii 1383. ſepultus in Cathedrali in gentilium ſuorum ſacello, ubi olim extabat memoria. Hic Hebdomadariorum Congregationi S. Salvatoris in ſubſidium contulit Eccleſias de Mundulis, & S. Praxedis cum earum juribus & pertinentiis anno 1381. die 6. Novembris, cujus etiam fit mentio in reg. Reginæ Margaritæ die 14. Novembr. quo Joannellus Boczutus Miles, Ludovici bonæ memoriæ Archiepiſcopi nepos, ejuſdem hæreditatem alieno ære obnoxiam abhorruit. Eo quoque anno quo Ludovicus obiit, Carolus III. Rex inſtante Neapolitano populo, teterrimum illum jugulavit abuſum, gladiatorum ſcilicet ludorum, quo nobiles viri, cives, ac plebei in campo Carbonario feſtivis diebus immaniſſimè inter ſe dimicabant, adeo ut eorum manus fœdiſſimè humano cruore maderent, ac plerumque ſibi invicem vitam adimerent: quamobrem Rex ſceleratum campum, ut in pium uſum converteretur populo benignè donaverit, ubi Eccleſiam ædificarunt, quam S. Mariam de pietate dixerunt. Extat hujuſce rei Caroli documentum 25. Junii Ind. 6. ejuſdem anni, A datum, per manus Gentilis de Morilinis de Sulmona leg. Doct. Locumtenentis Prothonotarii Regni Siciliæ, in quo præter alia hæc commemorantur. *Homines divites & incolæ nobiles & plebes civitatis ejuſdem anno quolibet per vices & tempora, diebus Dominicis, & feſtis quibus vacandum erat divinis laudibus, convenientes ad invicem ad excitandum vires armatas eorum cum enſibus, gladiis, contis, fuſtibus, omni amicitia poſtpoſita ad plauſum non ſolum & famam omnium, ac ſi inimici capitales exiſterent, quo neces hominum, percuſſiones lethales, emiſſiones oculorum, & cicatrices deturpantes hominum corpora, nec ſedari aliquando potuit hujuſmodi nefandus abuſus ad mandata Sereniſſimorum Principum noſtrorum Hieruſalem & Siciliæ Regum, excommunicatione Apoſt. exinde facta, &c.* Paulo poſt ſubdit: *Quod Religioſos & Clericos, quorum cura eſt vacare officiis, & rationibus inſiſtere, igitur id demum ſtruxerat, & ad ſpectandum dictum ludum, &c. Deus ex alto proſpiciens & conſiderans terram datam fore filiis hominum, non ad effundendum ſanguinem, in* B *æternum ſupplicium, ſcilicet labore, ſic inſpiravit mentes ipſorum civium animoſque mutavit in melius, ut quod olim mandatis regiis repelli non potuit, Deo inſpirante motu proprio tolleretur, & converteretur in opus pium quod erat ad ſtrages civium deputatum, &c.* Campum prædictum ſceleratum ſolemni pompa, ſpectante Rege, populoque Bartholomæus Epiſcopus Iſclanus Neapolitanæ Eccleſiæ Vicarius benedixit, primumque lapidem poſuit Eccleſiæ conſtruendæ, cui adjecerunt novum pauperum Xenodochium, quod nunc Magno D. Annunciatæ unitum eſt. Porro nefandi abuſus, diſertis verbis meminit Petrarca teſtis oculatus. *Quid autem*, inquit, *miri eſt quid per umbram mortis nullo teſte petulantius audent cum luce media inſpectantibus Regibus ac populo infamis ille gladiatorius ludus in urbe Italiæ celebretur barbarica feritate? ubi more pecudum ſanguis humanus funditur, & ſæpe plaudentibus inſanorum cuneis, ſub oculis miſerorum parentum* C *infelices filii jugulantur, juguloque gladium cunctantius excepiſſe, infamia ſumma eſt, quaſi pro Republica, aut pro æternæ vitæ præmiis certetur? Illuc ergo pridem ignarus omnium ductus ſum ad locum urbi congruum, quem Carbonariam vocant, non indigno vocabulo, ubi ſcilicet ad mortis in eundem conventos fabros denigrat tantorum ſcelerum officina. Aderat Regina & Andreas Regulus, &c.* Hujus quoque meminit Paris de Puteo cap. 4. lib. 1. de re militari, ſive de ſingulari certamine: *Erat*, ait, *priſcis temporibus in Urbe Roma campus gladiatorius Martius appellatus omnibus ſecurus ad pugnam, & in nobiliſſima Civitate Neapolis plena militibus, armiſque florentiſſima alter campus pugnatorius appellatus Carbonaria, in quo quiſque ſuas offenſas & injurias vindicabat impune:* de quo etiam Baldus mentionem facit in l. Athletas §. de his, qui notantur infamia. Sed de his ſatis, ad noſtram ſeriem ſtylum dirigamus.

D 34. NICOLAUS Zanaſius, Cremonenſis, Juriſprudentiæ doctrina, tum probitate vitæ, & longa in Romana Curia experientia vir longe clariſſimus, cum eſſet Epiſcopus Brixienſis ab Urbano VI. Pontifice miſſus eſt Neapolim, ut à Carolo III. Rege juramentum fidelitatis pro Romana Eccleſia ſuſciperet, quod feliciter peregit Kal. Maii 1381. & Regiam gratiam promeruit, tum & Beneventano Archiepiſcopatu donatus eſt 1382. & poſt annos duos defuncto Ludovico ad hanc Neapolitanam Eccleſiam translatus eſt. Quinque omnino annis integra fama virtutis in ea dignitate vixit quandoque varia aſperaque fortuna exagitatus, cum defuncto Carolo Rege, Ladislaum filium veneratus in Ludovici Andegavenſis manus incidit, qui illum à ſua Eccleſia exulare compulit anno 1387. In patriam Cremonam ſe recepit, in qua ex animi mœrore diem ſuum obiit 25. Auguſti 1389. ſepultus in Cathedralis ſacello Corporis Chriſti cum his carminibus in marmore exaratis. LXXXIII.

Quem

a De hoc ejuſque familia Carolus de Lellis de Familiis nobil. regni Neapol. part. 1. pag.

Quem cernis Nicolaus erat de Zanaſiorum
Stirpe ſatus, Doctor canonis egregius
Juſtitiæ ſpeculum, decus, & lux alma Cremonæ,
Corde humilis, patiens, officioſus erat,
Scevit Eccleſiæ Romanæ tempore longo
Præſulibus gratus, Cardinibuſque ſuis.
Hunc tres Pontificem dignis ſucceſſibus Urbes
Promeruere ſuum, mirificumque Patrem.
Belnia prima, ſequens Beneventum, tertia Regni,
Et caput, & ſedes, inclyta Parthenope.
Cumque vocante Deo meritis maturus, & annis
Optaret jungi cœtibus Angelicis.
Annis octuaginta novem, cum mille trecentis
Præteritis, ex quo Virgo Deum genuit,
Auguſta guina vicena, luce ſepulchro
Depoſuit corpus Regna ſuperum petens,

B Meminit Nicolai Conſtantina lib. 8. hiſt. Neapolit. Joannes Baptiſta Carafa aliique, quem malè Guindacium appellant corrupto cognomine Zanaſii in Guindaccio, cum ſatis conſtet Zanaſium ſucceſſiſſe Boczuto, Zanaſio Minutulum.



LXXXIV. 35. HENRICUS Minutulus *a* nobiliſſima gente natus Neapoli ſucceſsit Zanaſio, anno ſalutis 1389. eodemque anno à Bonifacio IX. S. R. E. Presbyt. Card. ad titulum S. Anaſtaſiæ creatus, Archiepiſcopi venerandam imaginem abſens fere ſemper annis plus minus decem ſuſtinuit, quam libere in manibus Bonifacii dimiſit anno 1400. Epiſcopus Card. Tuſculanus adlectus. Hic pulcherrimam marmoream portam Cathedralis erigi curavit 1407. quam Abbas Barboſus de Piperno inſignis ejus ævi ſculptor cælavit, opus ſane mirandum ſtatuis, artificio, porphyreticis columnis exornatum, ubi Henrici marmoreum ſimulacrum flexis genibus ante Beatam Virginem Deiparam conſpicitur cum inſcriptione.


a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 705.

D *Nullius in longum & ſine ſchemate tempus honoris*
Porta fuit rutilans, ſum janua plena decoris
Memous, & ſacræ quondam Minutulus Aulæ,
Encænis propriis Henricus ſumptibus hujus
Præſul, Apoſtolicæ, nunc conſtans cardo columnæ
Cui precor incolumem vitam poſt fata perennem.
Hoc opus exactum mille currentibus annis,
Quo quater centum ſeptem Verbum caro factum eſt.

Conſtruxit idem Henricus in eadem Cathedrali Sacellum Sanctiſſimæ Triadi dicatum; altare quoque in Sacello SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli à majoribus ſuis condito, erexit, ac redditibus locupletavit. Archiepiſcopale Palatium Cathedrali attiguum majori ſucceſſorum commodo exædificavit. Interfuit Comitiis Innocentii VII. Gregorii XII. & Alexandri V. in Concilio Piſano, in

A quo Henricus dimiſſa Tuſculana Eccleſia Sabinenſis evaſit Epiſcopus, Petrus Gerardi Tuſculanam retinuit, ne iterum pertinacia, rabieſque ſchiſmatis deſeviret, de qua re vide quæ diximus tom. 1. in Serie Tuſculanorum, Sabinorumque Epiſcoporum. Sub Joanne XXIII. in Æmiliam functus eſt legatione. Exceſſit Bononiæ die 17. Junii 1412. *b* cadaver ejus Neapolim dolatum, in Cathedralis ſuorum gentilium Sacello conditum fuit, in nobili marmoreo tumulo ſine inſcriptione. Ejus meminit, fortaſſe cum errore, Garimbertus lib. 6. cap. 5. Hippolytus Marraccius amicus noſter doctus & eruditus, nec ſemel, ſed parce laudatus Minutulum inter Marianos purpuratos, hoc eſt. Beatiſſimæ Virginis Mariæ obſequentiſsimos annumeravit in ſua Purpura Mariana.

b 1407. ex Oldoini Ciacon. t. 2. col. 706.



36. JORDANUS Urſinus *c* Romanus Joannis Comitis Taliacotii ex Bartholomæa Spinella de Juvenatio filia Nicolai Magni Regni Cancellarii natus, Caroli Comitis, & Franciſci Urbis Præfecti germanus frater ex Canonico Capuano eligitur Neapolitanus Archiepiſcopus à Bonifacio IX. an- LXXXV.
C no 1400. Magnæ auctoritatis fuit apud Ladiſlaum Regem, à quo ſequenti anno ſatis utile, ſatiſque honorificum pro Eccleſiæ ſuæ vaſſallis retulit privilegium hiſce verbis conceptum, quod ab exemplari exhibeo ex Regio regeſt. Neap.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 719.

Ladiſlaus Dei gratia Rex Ungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ.

Magiſtro Juſtitiario Regni noſtri Siciliæ ejuſque Locumtenenti, & Judicibus magnæ Curiæ Conſiliariis, & vice gerentibus noſtris & juſtitiariis Provinciæ Terræ-laboris, Comitatus Moliſii, Capitaneis quoque civitatis noſtræ Neapolis ſuique diſtrictus, cæteriſque noſtris officialibus ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quocunque titulo ac denominatione noſcentur per dictum Regem noſtrum Siciliæ conſtitutis præſentibus & futuris fidelibus noſtri dilectis gratiam, &c.

Moti noviter amabilibus precibus pro parte Reverendi Patris Archiepiſcopi Neapolitani Conſiliarii,
D *& fidelis noſtri dilecti pro hominibus Caſalis Afragolæ ſuis, & ejus majoris Eccleſiæ Neapolitanę vaſſallis, noſtriſque fidelibus dilectis noſtro culmini noviter interjectis qui ob paternum zelum, quem ad nos geſſit, & gerit, ne dum pro ſe, ſed pro dictis hominibus ipſius Caſalis Afragolæ dicti Archiepiſcopi, & præfatæ majoris Eccleſię Neapolitanæ vaſſallis, qui certis noſtris fidelibus & perſonis, aliis tenentur, ut aſſerunt in diverſis pecuniarum & rerum aliarum quantitatibus, ac cenſibus, & redditibus aliis, ſicut in inſtrumentis, & cauſalis aliis factis exinde penitus cõtineri, & moratinam dilationem annorum quatuor ex in antea numerandorum quibus durantibus ad reſtituendum eorum creditoribus debita pecuniaria, & realia, ac cenſus & redditus, in quibus tenentur eiſdem, quorum quidem creditorum nomina & cognomina, ac quantitates debitorum, cenſuum, & redditum prædictorum in præſentibus haberi volumus pro expreſſis realiter vel perſonaliter cõpelli nequeant, teno-*

re

A *re præſeatium concedimus de ſcientia certa noſtra. Ideo volumus, & fidelitati veſtræ de dicta certa noſtra ſcieatia, hurum ſerie mandamus enpreſſe quatenus forma præſentis noſtræ moratoriæ dilationis, & grutiæ per vos diligenter attenta illam vos & veſtrum quilibet preſences vid. ac fucuri jam dictis hominibus dicti Caſalis Afragolæ ejuſdem Archiepiſcopi, & dictæ ſuæ majoris Eccleſiæ Neapolitanæ vaſſallis, uc cuilcbet & ſingulis eorumdē jam dicto durance quadrienniо ſervatis efficuciter, & faciatis ab uliis quantum in vobis fuerit, tenuciter & inviolabiliter ſervari, dictoſque homines in generali, vel ſpeciali, ud dandum, ſol vendum, reſtituendum, & aſſignandum jam dictis eorum venditoribus, jam dictu pecunia & realia, ac cenſus & redditus prędictos in quibus eis ut præfercur, teuentur ad inſtantiam dictorum creditorum eorum, alterius, vel aliorum ex eis compellere, moleſtare, vel impellere in perſonis, rebus, ac bonis eorum ſupradicto durance quatriennio nullutenus præſumatis, nequę compelli, moleſtari, vel impeci ab aliis quomodolcbet permittatis, nihilque contrarium faciatis ſicut habetis graciam noſtrum caram. quinimo revocetis, & revocari faciatis prorſus irritum quicquid vos, aut alium, vel alios veſtrum adverſus dictos homines, alium, vel alios ipſorum res, & bonu ſimiliter eorumdem fieri, vel attentari propter ea contingec in poſterum contra præſencium ſeriem & tenorem jam dictis inſtrumentis, & cautelis de dictis confectis pœnarum obligationibus, & pro perjurii ſacramentorum præſtationibus, remunciationibus, & clauſulis aliis roboratis, & ſignanter de non impecraudis litteris moratoriæ dilationis, ſeu dationis bonorum in ſolutum, vel aliis reſcriptis contrariis, ipſiſque impetrutis non uti, non obſtantibus quoquomodo. Præſentes autem litteras poſt opportunam inſpectionem earum pro cautela reſſicui volumus præſentanti, dicto durante quatrienniо efficaciter valcturas, quas magno noſtro pendenti ſigillo juſſimus communiri.* B

Datum Neapoli in abſencia Logothetæ, &c. per virum nobilem Donatum de Aretio legum Doctorem, &c. Anno Dom. 1401. die 10. Feb. 9. Ind. Regnorum noſtrorum anno 14. C

Anno 1405. Jordanus Archiepiſcopus pro ſua eximia virtute ab Innocentio VII. honure purpuræ exornatus eſt titulo S. Martini in Montibus, pauloque poſt ſuæ Eccleſiæ nuncium remiſit: longo deinde temporis ſpatio vixit, variis functus legationibus, obiit ad balnea Petriolana in Senenſi ditione, cum eſſet Epiſcopus Card. Sabinus die 29. Maii 1449. *a* Romam delatus apud Baſilicam Vaticanam in ſacello, quod crearerat, conditus fuit. De quo in primo noſtro tomo in Epiſcopis Sabinenſibus egimus, ubi male enarravimus illum Romæ exceſſiſſe, cum ſatis conſtet apud Petriolana balnea, illum vitam finiſſe.

a 1449. Ex Oldoin. Ciacon. t. 2. col. 720.

LXXXVI. 37. JOANNES hujus nominis II. Jordano ſucceſſit, cujus mentio in oblig. Prælat. libro extat die 3. Junii 1407. quo anno die 25. Aprilis commiſerat reparationem Eccleſiæ S. Mariæ de Schola Græca Abbati Paduano Pappanſugnæ *b* de Neapoli ejuſdem Eccleſiæ Rectori, de quo in monumentis extat mentio uſque ad annum 1409 Sed cum habeatur Gregorius XII Neapolitanæ Eccleſiæ Generalem Vicarium conſtituiſſe Nicolaum Theanenſem Epiſcopum, anno 1411. opus eſt aſſerere Joannem Archiepiſcopum tanquam Joannis XXIII. aſſeclam fuiſſe deturbatum de ſede, vel eo ipſo anno obiiſſe, vel ante annum 1415. cum Jacobus qui proxime ſucceſſit in actis Conſiſtor. Joannis Pont. aſſeratur translatus ad Neapolitanam Eccleſiam per obitum Joanois. D

b Vide Chiocar. el. fol. 265.



LXXXVII. 38. JACOBUS Rubeus *e* Parmenſis ex Comitibus S. Secundi olim Epiſcopus Veronenſis, mox Lunenſis, tandem Neapolitanam Sedem adeptus eſt Conſtantiæ per obitum Joannis prid. Non. Maii 1415. ad eam dignitatem vocatus à Joanne XXIII. Duobus annis abſens ſedit. Parmæ defunctus anno 1418. in Cathedrali ſepulchrum accepit, ubi legitur Epitaphium, quod leges in primo noſtro tomo in Catalogo Lunenſium Epiſcoporum. Vide etiam quæ de ipſo ſcripſimus tomo 5. in Epiſcopis Veronenſibus. Ejus meminit S Antoninus in 3 p. Chronic. ſeſſ. 22. c. 38 & 44. Corius Hiſt. Mediol. p 4. Abbas Panormit. cap. 1. de litis conteſtatione, Sanſovinus & alii *d*.

e Ejus meminit Campanilius p. 80. & à Curte in hiſt. Veron. par. 2. p. 12. Manuſ.

d Quibus adde Chiocarel. fol. 272.



LXXXVIII. 39. NICOLAUS de Diano *e* nobili, & præpotenti familia Theani natus, Jacobi germanus frater, qui Ladislai Regis Ciambellanus fuit, & charus, cujus favore ad Neapolitanæ Eccleſiæ ſedem cœpit ſibi aperire viam, ac paulatim anhelare. Erat tunc temporis Nicolaus iſte Theanenſis patriæ Epiſcopus, prudens, & longa experientia in politicis rebus verſatus, quando Joannis predeceſſoris ſive mors accidit, ſive exauctoratio, quamobrem cum Ladislao Rege ita ſe geſſit, ut à Gregorio XII. anno 1411. delectus fuerit Neapolitanæ Eccleſiæ in temporalibus, & ſpiritualibus Generalis Vicarius & adminiſtrator, cum ſpe tamen futuræ ſucceſſionis. Defuncto Ladislao, Joanna II. fratri ſucceſſit, quæ ſpem, & Vicariatum eidem prorogavit, eundemque ſuum à Conſiliis fecit, pręcipuaque Regni negotia demandavit. Igitur Archiepiſcopi Neapolitani inane per aliquot annos ſibi nomen uſurpavit, primumque lapidem benedixit ac poſuit Eccleſiæ S. Mariæ de Monte Oliveto, quam Gurellus Aurilia Regni Logotheta & Prothonotarius cæpit ædificare anno 1411. una cum nobili

e De quo fuſius Chiocarellus fol. 266. & ſeqq.

Cœ-

A Cœnobio pro Olivetanæ Congregationis Monachis, quod invidioſis opibus comulavit, nbi & ſepultus jacet. Nicolaus verò Joannam Reginam cum Jacobo Marciæ Comite matrimonio copulavit. Hebdomadariis in Cathedrali choro ſepulchrum conceſſit, Eccleſiamque S. Joannis in Marianella villa iiſdem dono dedit. Canonicis mortuos ſepeliendi in Eccleſia S. Reſtitutæ conſuetudinem confirmavit, & alia plura egit dum Vicarius eſſet. Interea defuncto Joanne, ejuſque ſucceſſore Jacobo Rubeo Martinus V. Pontifex, ut vel ſcintillam ſchiſmatis in totum deleret, vel Joannæ Reginæ deſiderium expleret, & Nicolaum gratificaret, illum ad Neapolitanam thiaram legitime provexit die 7. Kal. Febru. 1418. ſuſcepti muneris partes per decem & ſeptem annos eximiè adimplevit. Regina Joanna, quæ olim Ladislaus Rex Jordano Urſino ad favorem Neapolitanæ Eccleſiæ conceſſerat, cuſo novo diplomate confirmavit 24. Aprilis 1420.

B Anno 1423. Nicolaus ſumma diligentia omnes ſuæ Diœceſis Eccleſias perluſtravit, quarum fundationes, redditus, bona, jura, privilegiaque accurata indagatione in libro ad perpetuam memoriam deſcribi fecit. Clerum reformavit, conſtitutiones edidit, atque ea omnia egit quæ bonum Paſtorem decere viderentur. Infirmus & lecto decumbens teſtamentum condidit 3. Iunii 1435. Jacobum ſuum fratrem, Honuphrium & Marinum ex altero fratre nepotes hæredes fecit, executorem Gaſparem de Diano Archiepiſcopum Compſanum etiam ſuum ex fratre nepotem conſtituit. Poſt paucos dies mortem obiit conditus in Cathedralis ſacello quod cum Gaſpare exædificaverat ubi poſteri memoriam excitarunt.

Priſcum Dianorum Sacellum
ab religioſiſſimis urbis hujus Archiepiſcopis Nicolao & Gaſpare
de Dianis conſtructum
Ferdinandus Quadra
C *Hippolytæ ex clariſſima familia poſtremæ*
materno ſanguine nepos reſtauratum exornavit.

Eodem anno quo Nicolaus eſſe deſiit, ex hac vita deceſſit Joanna Regina die 2. Febr. ſepulta in Eccleſia Divæ Annunciatæ, humili quidem loco, cujus memoriam renovarunt hoc noſtro ævo in hunc modum.

Joannæ II. Vngariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Serviæ, Galatiæ, Lodomeriæ, Romaniæ, Bulgariæque Reginæ, Provinciæ, & Forcalquerii & Pedemontis Comitiſſæ Anno Domini M. CCCCXXXV. die II. Febr. Regiis oſſibus & memoriæ
Sepulchrum, quod ipſa moriens humi delegerat inanes in funere pompas exoſa Reginæ
D *Pietatem ſecuti & meritorum immemores Oeconomi reſtituendum & exornandam curarunt, munificentius poſituri ſi licuiſſet.*
Anno Domini M.DC.VI. Menſe Maii.

Joannæ ſucceſſit Alphonſus Rex adoptatus & Regni hæres inſtitutus. Poſt vero Nicolai obitum per annos circiter tres vacua fuit Neapolitana Eccleſia, quam Jacobus de Adria ab Eugenio IV. conſtitutus adminiſtravit. Cæterum longe diverſus fuit à noſtro Nicolao Archiepiſcopo Nicolaus alter de Diano à Ladislao Rege Urbis Senator effectus, cui anno 1413. idem Rex ſucceſſorem dedit Johannottum de Tortis militem ex Regio regeſt. ubi ſæpe mentio Nicolai Archiepiſcopi.



B 40. GASPAR de Diano Jacobi Caleni Comitis, & Lætitiæ de Monte Agnano filius, Nicolai ſuperioris ex fratre nepos, legum peritia, eruditione, & morum candore tunc Archiepiſcopus Compſanus, antea Theanenſis Antiſtes, patruo in hac Eccleſia ſucceſſit 7. Kal. Martii 1438. Sequenti Florentino Concilio interfuit ſub Eugenio IV. integroque deinde anno Peruſii Rector fuit, ubi vix annum peregit, cùm Neapolim regreſſus die 26. Feb. 1443. Alphonſum I. Regem triumphali more in eam civitatem ingredientem, toto Clero & populo geſtiente, cum Sanctorum Tutelarium ſacris lipſanis lætus excepit, ab eodem Rege ſanctioris Conſilii Præſes inſtitutus eſt; in maximis trepidiſque inde negotiis cum laude verſatus, nam profuit ſuæ Eccleſiæ jura ſervando, quam cum annis duodecim ſanctè adminiſtraſſet Neapoli deceſſit die 29. Aprilis 1450. jacet in Cathedrali prope Patruum Nicolaum. Ejus conſtitutiones curiæ Archiepiſcopalis commodo editæ ſunt. Eo quoque Præſule Fratres S. Mariæ C de Mercede Neapoli recepti ſunt, quibus Eccleſiam S. Mariæ de Pace Alphonſus Rex conceſſit, cum cœnobio à ſe condito: Sed ii hoc tempore ſuum habent Monaſterium apud Eccleſiam S. Urſulæ. a LXXXIX.

a Vide Engen Neap. ſac. f. 367.



D 41. RAYNALDUS Piſcicellus, b Neapolitanus, vir ſolers, & mitiſſimi ingenii, qui gentis ſuæ nobiliſsimæ ſplendorem litterarum cultura & morum honeſtate cum purpura exornavit. Is ex Canonico Metropolitanæ Eccleſiæ, & Prothonotario Apoſtolico ſublectus eſt patriæ Archiepiſcopus à Nicolao V. anno 1451. 4. Id Martii, c qui cum præclaras animi dotes, inque agendis, expediendiſq; conſiliis dexteritatem haberet, illum Alphonſus Rex ſuum Conſiliarium effecit, & ad Caliſtum III. novum Pontificem cum ſeleċtiſſimis Præſulibus, illuſtribuſque viris Oratorem legavit an. 1455. ut Hieronymus Zurita narrat. Anno ſequenti Neapolim digreſſus, ex ingenti immaniq; terræ motu propriæ Cathedralis ruinam propriis uſurpavit oculis, impulitque ſuo exemplo tum cives, tum Regem ipſum ad novam templi XC.

b De hoc Ciaconius Oldoini t. 2. col. 994. & citatus Campanilis de Familiis regni Neapol. p. 2 Jo. Mandiſ.

c Mall, vult Chiocharellius f. 256.

... em, quæ nunc egregia, & magnificentiſſima proſtat mortalibus. Hac tempeſtate lis ſerè diebus conſternata civitas, ex Raynaldi promotione ad purpuram non parum exhilarata eſt, & Archipræſulis ſui emeritæ dignitatis nuncium lætabunda excepit: Caliſtus enim Pontifex ex meritorum virtute tum ex Alphonſi Regis commendatione illum ad titulum Divæ Cæciliæ Presbyterum Cardinalem creavit 15. Decembris 1456. ſcripto ſequenti diplomate.

Caliſtus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Raynaldo Archiepiſcopo Neapolitano, in S.R.E. Cardinalem aſſumpto, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Etſi à ſummo rerum omnium Conditore, cujus inæſtimabili providentia cuncta miro ordine diſponuntur ad exequendum Pontificalibus miniſteriis debitum diſpenſatores in domo ſua licet inſufficientibus meritis conſtitui pro univerſarum nobis Eccleſiarum, inſignium potiſſimè Cathedralium & Metropolis honore fulgentium incrementis, felicibus indefeſſis ſtudiis nos deceat eſſe intentos, ſolerti tamen vigilantia curare debemus, ut univerſalis Eccleſia, multitudo membris compoſita diſtinctis, non ſolum variis decoretur titulis dignitatum, ſed præcellentibus viris in partem ſollicitudinis paſtoralis aſſumptis, ne ipſorum vileſcat auctoritas, aut collata dignitas ſit oneri potius, quam honori, congrua proviſionis remedia tribuantur. Cum itaque hodie nos propter grandia virtutum dona, quibus perſonam tuam largitor Dominus inſignivit, ad Cardinalatus dignitatem pariter & honorem in noſtro Conſiſtorio publico de fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine duximus aſſumendum, & in S.R.E Cardinalem nominandum ac etiam publicandum. Nos qui pro tuo Cardinalatus titulo Eccleſiam S. Cæciliæ regionis Transtyberis almæ Urbis tibi in proximo aſſignare intendimus, ne ab aliquibus in dubium revocari contingat, an prætereaper tuum deſuper ſpontaneum ſecuturum aſſenſum à vinculo quo Neapolitanæ Eccleſiæ, cui præſidere digneſceris, te voluerimus, ſeu volumus abſolvere. Ad ambiguitatem hujuſmodi ſubmovendam, motu proprio, non ad tuam, vel alterius perſonæ nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & voluntate, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe per aſſumptionem, nominationem, & publicationem, nec non tituli aſſignationem hujuſmodi à vinculo antedicto nequaquam voluiſſe, aut velle abſolvere, nec propterea Neapolitanam Eccleſiam vacaſſe, ſive quoquo modo vacare, quinimo proviſionem & præfectionem de perſona tua eidem Neapolitanæ Eccleſiæ factas in ſuo priſtino robore immutatas uſquequaque perſiſtere; & nihilominus precautelæ ſuffragio potioris ob tua excellentia merita, & multiplicia gratiarum munera, quibus experientia teſte eandem perſonam tuam novimus inſignitam, & ut expenſarum onera, quæ te jugiter ſubire oportet juxta ſuſceptæ dignitatis exigentiam commodius ſupportare valeas, paterna attentione providere volentes, ſperantes quoque quod tu, qui eidem Neapolitanæ Eccleſiæ hactenus laudabiliter præfuiſti, etiam in Cardinalatus honore conſtitutus illam valeas ulterius, auctore Domino, ſalubriter regere, ac feliciter gubernare, ipſiuſque jura & bona tueri pariter, & augere. Motu, poteſtate & auctoritate ſimilibus ſtatuimus & ordinamus, ac tibi præſentium tenere concedimus, & te jam ut etiam poſtquam aſſumptioni, nominationi & publicationi prædictis tuum ut præfertur præbueris aſſenſum, & memoratam Eccleſiam s. Cæciliæ in titulum tibi aſſignandam hujuſmodi ſuſceperis, cum illa etiam Cardinalis exiſtens, Eccleſiam Neapolitanam prædictam pariter retinere, nec non Cardinalis, & Archiepiſcopus Neapolitanus exiſtere, & Cardinalatus officia, & paſtoralis dignitate pollere, & etiam fungi, eaſdemque Neapolitanæ & S. Cæciliæ Eccleſias pariter poſſidere, & illis quoad vixeris libere, licitèque præeſſe poſſis, & valeas ex certa ſcientia diſpenſamus, itaque ab eodem vinculo quo prædictæ Neapolitanæ Eccleſiæ teneris aſtrictus nequaquam abſolvi poſſis, aut debeas, niſi ad id tuus expreſſus accedat aſſenſus: & quemadmodum ante aſſumptionem, & nominationem hujuſmodi poteras & debebas Neapolitanæ Eccleſiæ antedictæ curam & adminiſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus gerere, & exercere, ita & in poſterum quoad vitam duxeris in humanis tam illius, quam & Monaſterium S. Petri ad Aram extra muros Neapolitanos Ord. S. Auguſtini, quod ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ obtines commendatum, curam, regimen, & adminiſtrationem gerere, illudque ut præmittitur commendatum una cum s. Cæciliæ, & Neapolitanæ Eccleſiæ præfatis ſimiliter quoad vixeris retinere liberè, & licitè valeas, nec non Venerabiles fratres noſtri univerſi ſuffraganei, & dilecti filii Capitulum, Vaſſalli quoque & ſubditi Neapolitanæ Eccleſiæ memoratæ, Clerus inſuper, & Populus Civitatis, & Diœceſis Neapolitanæ tibi tanquam viro eorum Archiepiſcopo, Antiſtiti, & Paſtori obedientiam, & reverentiam congruentes, nec non Vaſſalli, & ſubditi conſueta jura, & ſervitia ab eis tibi debita exhibere teneantur. Decernentes ex nunc irritum & inane, quicquid in contrarium per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, nec non dictæ Eccleſiæ Neapolitanæ juramento confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum declarationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, diſpenſationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Dei omnipotentis, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexto, quintodecimo Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno II.

Cæterum Raynaldus Romam ſuſcepturus Cardinalatus ſui inſignia menſe Martio profectus, benigne ſuſceptus galerum accepit, ſacroque Collegio totique Aulæ adeo in pretio fuit, ut aliquando futurum Eccleſiæ univerſalis ornamentum præſagiretur, ſed præpropera mors interceſſit communibus votis: vix enim quartum menſem in Urbe exegerat, cum averſa valetudine cœpit paulatim deficere, ac incuria potius Medicorum, quam aeris gravitate, ut Aeneas Sylvius ſcribit in Epiſtola ad Card de Cuſa, fato functus eſt die 13. Julii 1457. Corpus ſequenti anno Neapolim delatum in Cathedrali conditum fuit marmoreo tumulo juxta majoris altaris gradus cum hac inſcriptione.

Raynaldus Piſcicellus primò Pontificio Juri operam dedit, mox Archiepiſcopus Neapolitanus, deinde Cardinalis evaſit, in utroque perhumaniter verſatus, mirifice obſervabatur. Deceſſit anno ætatis ſuæ XLIII. & hic clauditur. Anno MCCCCLVIII.



42. JACOBUS Theobaldeſcus, Romanus Epiſcopus XCI.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 990.

Ciaconius Oldoini t. 3. col. 995.

pus Feretranus, S. R. E. Preſb. Card. S. Anaſtaſiæ, die 3. Aug. 1458. electus eſt Archiepiſcopus Neapolitanus, qui neque poſſeſſionem iniit, ſed poſt menſes tres libere ſe abdicavit, ut in Actis Conſiſt. legitur. Vide quæ de ipſo ſcripſimus in Epiſcopis Fererranis tom. a.



XCII

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 1099 Chiocarellus f. 286. Altemar in hiſt. famil. Carrafa, aliique.

43. OLIVERIUS Carrafa *a* Neapolitanus, Franciſci ex Comitibus Magdaluni filius; puer elegantis ingenii, & ad bonas artes à natura formati, litteris imbuendus traditur, brevi tempore in omni ferè doctrinæ genere clarus emicuit. Juvenis à Raynaldo Piſcicello tunc Archiepiſcopo petiturus exemplum, clericalem vitam amplexus, Metropolitanæ Eccleſiæ ordinatus eſt Canonicus, & in virum prudentem & virtutum omnium amatorem inſignem evaſit. His nominibus clarus, charuſque omnibus, ac præcipuè Alphonſo Regi eſſe cœpit, cujus placito, ac communi voto à Pio II. Pontifice Patriæ Archipræſul eligitur die 18. Novemb. 1458. inſuliſque pontificalibus inſignitus eſt manibus Leonis Epiſcopi Nolani ſuffraganei, junctis ad id miniſterii Benedicto Dragonarienſi, & Dominico *b* Acerrarum Epiſcopis in æde Turris octavæ Januario menſe 1459. Nullum in Epiſcopali onus fuit, quod non paribus humeris, ſumma cum pietatis, decoris, prudentiæque laude ſubierit. Nullus fere homo, nullus Princeps, quibus ejus pietas morumque candor cordi non eſſet, erat, qui Oliverium optimum Antiſtitem nullus non amaret, non ſuſpiceret. Summè eum dilexit Alphonſus, ejuſque filius Ferdinandus Reges, qui illum ſacri regii Conſilii Præſidem delegit.

b Leone.

[„*Et quamvis Archiepiſcopus eſſet, multor tamen per*
„ *annos ſupremum Magiſtratum ſumma cum laude*
„ *exercuit in palatio ejus Archiepiſcopali, ubi per id*
„ *temporis ſacri concilii Tribunal ab eo regebatur.*)

Paulus II. Pontifex ut toti Eccleſiæ, ac Ferdinando Regi gratificaretur, eundem vocavit ad purpuram anno 1467. 14 Kalen. Octob. vulgo appellatus eſt Cardinalis Neapolitanus. Urbem ingreſſus die 3. Decemb rubeo pileo ac titulo SS. Marcellini & Petri inſignitus in Eccleſia S. Marci, publico in conſiſtorio ea die a Paulo ibidem habito. Purpuram cum ingenti cognitione, rerumque peritia, & morum puritate adeo cumulavit, ut omnium Pontificum amorem, & exiſtimationem promeruerit. Illum Sixtus IV ad Ferdinandum Legatum miſit, mox contra Turcas Pontificiæ Claſſi triremium cum poteſtate Legati præfecit. [„ *Ab hac expedi-*
„ *tione ingenti cum honore reverſus Herculi Eſteaſi*
„ *Ferrariæ Duci Romam venienti ad accipiendam*
„ *Eleonoram Ferdinandi Regis filiam nuper ſibi nu-*
„ *ptam occurrit.*] Cum Neapolim appuliſſet *c* anno 1470. in æde S. Mariæ Incoronatæ, Beatricem Aragoneam Ferdinandi filiam Marthiæ Corvino Pannoniæ regi deſponſatam ſolemni ritu coronavit. („ *Eamque in Pannoniam uſque comitatus.*) Bellicos deinde motus Ferdinandum inter & Pontificem exortos, magno Italiæ bono feliciter ſedavit. („ *Inter ſex illos Cardinales ab Alexandro VI.*
„ *electos, ut Eccleſiaſticorum mores à laxiori ad ſe-*

c Cum eadem poteſtate Legati à Latere.

A „ *veriorem diſciplinam revocarent, primum ipſe*
„ *Oliverius locum obtinuit, qui à ſacro Collegio Car-*
„ *dinalium initium ducens nonnullas edidit leges,*
„ *ac ſtatuta, quibus illi deinceps exemplo ad virtu-*
„ *tem prælucere poſſint. Neapolim poſt multo-*
„ *rum abſentiam annorum cum pluribus trire-*
„ *mibus vectus exceptus fuit die 27. April. 1498. ea*
„ *pompa, & univerſali plauſu, ut major Romano*
„ *Pontifici exhiberi non potuiſſet, Rege ipſo Federico,*
„ *ac regni proceribus ad palatium Archiepiſcopale*
„ *illum ducentibus.*) Sub Innocentio VIII. Alexandro VI. Julioque II. Pontificibus multos pro Eccleſia exantlavit labores, à quibus ingentibus gratiis & ampliſſimis ſacerdotiis ditatus eſt. Commendatas enim habuit aliquando Ariminenſem, Teatinam, & Cajacenſem *d* Eccleſias, ac Montis Virginis, aliaſque nobiles Abbatias, quibus ſuffultus redditibus patrimonibus regius animus acceſſit, ſiquidem Neapoli ſua in Cathedrali potiſſimum præter ſacras veſtes, argenteaque vaſa alioqui ad divinum B cultum ornamento, ſacellum conſtruxit, quod ſubcorpus vulgo appellant, opus inſigne ac pene regium, & admiratione digniſſimum, candidis marmoribus, variiſque ſculpturis à Thoma Melvico Novocomenſi celebri ſculptori elaboratum, ac marmoreis columnis ſubnixum, ad quod per januas duas & marmoreos gradus deſcenditur, duabus æneis portis appoſitis, in eo ſepulchrum ſibi vivens poſuit, illudque ampliſſimo cenſu dotavit, ſuæque familiæ obnoxium fecit, ut duodecim Sacerdotes, cum duobus clericis & ſacriſta ad divina peragenda alerentur. Tredecim item altaria conſtruxit, maximum in honorem S. Januarii Martyris divique Tutelaris ubi corpus ejus ſacrum è Monaſterio Montis Virginis anno 1497. Neapolim tranſlatum, reconditum eſt, ad cujus pedes Oliverii ſepulchrum genuflexi integra marmorea ſtatua conſpicitur. Leguntur in eo ſacello ſequentes inſcriptiones.

d Et Terracinenſem.

Currite, qui cupitis Cœleſtis præmia vitæ,
C *Et caſtas huc ferte preces, hæc Janua Cœli,*
Pandit iter votis Deus hic, lacrymiſque precan-
tum
Mitis adeſt, qui martyrio, precibuſque beati
Januarii totam commiſſo crimine ab omni
Parthenopen nutu, ac præſenti numine purgat;
Currite vim patitur divini Regia Regni.

Alia ad lævam.

Oliverius Carrafa Epiſcopus Oſtienſis S. R.
E. Cardin. Neap. D. Januario Martyri,
Pontificique Neap. Patrono Sarcophagum
hoc dedicavit: Sacellumque marmoribus
miro opere conſtruxit, ornavitque, addi-
tis ei Sacerdotibus, qui quotidie Deo ſacri-
ficent, quibus dotem perpetui proventus
conſtituit. Juſpatronatus Sacelli gentili-
tium eſſe voluit. In primis Dei honorem ac
laudem Sanctorum quæſivit. Favete ani-
D *mis, & Auctori Deo preces fundite. An-*
no ſal. M. D. VI.

Iconem quoque Deiparæ Aſſumptæ in altari ſummo Cathedrali fieri curavit per Petrum Peruſinum celebratiſſimum pictorem, ubi ejus genuina imago ſpectatur. Palatium Archiepiſcopale vetuſtate jam fatiſcens in meliorem, amplioremque formam reſtituit, & exornavit. Erexit quoque Noſocomium pro peſte infectis in Monaſterio S. Januarii Benedictini Ordinis haud longe a mœniis, quod ex auctoritate Summi Pontificis in pium uſum, ac civitatis perneceſſarium opus, commutavit, ſuppreſſa tamen Commenda. In æde S Dominici gentilium ſuorum ſacellum ornavit, ubi extat Sanctiſſimi Crucifixi imago, quæ Sancto Thomæ Aquinati reſponſum dedit, *bene ſcripſiſti de me Thoma*: ibi viſitur quoque nobile ſepulchrum Franciſci Carrafæ Oliverii genitoris, cum inſcriptione.

Par

Par vitæ
Religioſus exitus
Franciſco Carapha Equit.
Neap. inſigni
Chriſtianę religion. obſervantiſſ.
qui ſumma omnium mortalium
benevolentia ac veneratione
ętatis annum agens
LXXXIII. obiit
Senii numquam queſtus.
Oliverius Card. Neap. Parenti
opt. P.

Romæ etiam Oliverii pietas refulſit; apud Eccleſiam S. Mariæ de Pace à fundamentis cęnobium condidit pro Canonicis Regularibus Lateranenſibus, quorum erat Protector, quibus etiam moriens ſuam bibliothecam, vineamque extra portam Flaminiam poſitam legavit. In Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam extruxit Sacellum Divi Thomæ Aquinatis, & eximiis picturis à Philippo Lippo Florentino artis peritiſſimo, expreſſis nobilitavit. In S. Laurentii Eccleſia extra muros poſita, cujus Cęnobii Ordinis tunc S. Benedicti vetuſtiſſimi, commendatarius erat, deauratum laqueare fecit. In Eccleſia Aracœlitana laterales partes extruxit. Plura in Urbe alia viſuntur Oliverii ſacra, profanaque monumenta. Sed piam ſuam liberalitatem, nedum erga ſacra loca, religioſaque ædes, verum etiam in viros doctos (1) transfudit; nullus enim fuit non Romæ tantum, ac in Italia, ſed in univerſo fere Chriſtiano Orbe litterarum ſcientia ac doctrina inſignis vir, aut diſcendi deſiderio adoleſcens, qui Oliverii beneficium, liberalitatemque non ſit expertus: teſtes ſunt illuſtres viri omnium ſcientiarum genere doctiſſimi, qui ejus regiam prope in litteratos munificentiam non deprædicaverint. Felinus Sanderus Ferrarienſis celebris Juriſconſultus, ſua juris Canonici commentaria Oliverio dedicavit, ubi ad cœlum ejus extollit munificentiam virtutemque. Baptiſta Mantuanus illuſtris Poeta libros tres de calamitatibus temporum heroico carmine conſcriptos, & ſylvarum librum de pacata Italia eidem nuncupavit. Auguſtinus Niphus de calamitatum cauſis: Aelius Marcheſius Laertii de vitis Philoſophorum, quem emendaverat: Petrus Feltus medicinæ artis Doctor, quæſtionem de Fato: Cardinalis Cajetanus commentaria in lib. Ariſtotelis de anima; Joan Franciſcus Picus Mirandulanus, Pici Comitis patrui ſui diſputationes adverſus Aſtrologos, & alii viri clariſſimi permulti, Oliverio ſua opera nuncuparunt. Garimberrus lib. 5. capit. 11. de religione, & cultu divino, præclara Oliverii facinora recenſet. Cæterum Oliverius cum per annos 26. Neapolitanam Eccleſiam incorrupté ſanctéque adminiſtraſſet, reclamantibus populis, applaudente Innocentio VIII. Pontifice (erat enim Romanæ Curiæ, totiuſque Eccleſiæ negotiis perneceſſarius) eo munere ſe abdicavit, eum regreſſu tamen, ad favorem Alexandri fratris ſui, qui cum è vivis exceſſiſſet anno 1503. iterum Oliverius munus obivit, donec in Bernardinum, mox in Joannem Vincentium ex fratre nepotes transferendam curaſſet anno 1505. reliquum inde quod ſuperfuit vitæ tempus Romæ ſancté vixit Epiſcopus Card. Oſtienſis Collegii Decanus, quam dignitatem optaverat ex Sabinenſi anno 1503. per aſſumptionem Julii II. ad Pontificatum. Demum omnibus ordinibus futurus luctus die 20. Januarii 1511. mortem Romæ obiit; („ *Et in Eccleſia S. Mariæ ſupra Mi-*
„ *nervam honorificè conditus eſt in ſacello S. Thomæ*
„ *à ſe ornato cum ſequenti inſcriptione.*

„ Oliverii Carrafæ Neapolitani, Ordi-
„ nis Prædicatorum Protectoris, rari
„ exempli depoſitum, qui vixit Ann.
„ LXXX. menſ. X. dies X. ſacri Sena-
„ tus ornamentum. Obiit XIII. Kal. Fe-
„ bruarii religioſe, intrepideque magno
„ ſui deſiderio relicto.)

Cadaver ejus Neapolim delatum Cathedrale templum, ſacellumque ab ipſo extructum, tumuluſque paratus excepit. In Epiſcopatu Oſtienſi ſucceſſorem habuit Raphaelem Cardin. Riarium: hoc lectorem meum monitum velim, eum in noſtra Oſtienſium Epiſcoporum ſerie tom. 1. Oliverii obliti eſſemus poſt Julianum Roboreum, Raphaelem Riarium repoſuimus anno 1503. qui eam poſt Oliverii obitum optavit Eccleſiam. Reponendus eſt igitur in ea ſerie Oliverius, poſt Julianum Roboreum, qui ad Sedem Petri aſcendit ſub nomine Julii II.

(„ *Hoc Præſule, anno ſcilicet 1476. Fr. Jacobus*
„ *Picenus Ord. Fratrum D. Franciſci de Obſer-*
„ *vantia in ſuo conventu SS. Trinitatis pium red-*
„ *didit Creatori ſpiritum maximo totius urbis lu-*
„ *ctu, ſed mox emolumento, quia illam ſubitò à*
„ *Cœlis tutari cœpit, prout uſque adhuc tuetur:*
„ *ſuumque corpus incorruptum, ac flexibile in D.*
„ *Mariæ de Nova ſuper ara in ſacello illius no-*
„ *mini dicto, publicæ fidelium venerationi expo-*
„ *ſitum ſervatur. Anno verò circiter 1483. Nea-*
„ *polim appulit in Gallias tranſiturus D. Franci-*
„ *ſcus de Paula Minimorum Pater, & brevis alio-*
„ *quin moræ ſpatio in illa civitate propter quoddam*
„ *ſacellum D. Ludovico IX. Francorum regi dica-*
„ *tum, Monaſterium pro ſuis Fratribus condere cœ-*
„ *pit. At cum aliqui illum monerent in meliori lo-*
„ *co conſtrueret, ne propter diſtantiam à civium*
„ *habitatione in latronum, ac Sicariorum aſylum*
„ *cederet, Paulanus illam regionem tunc vere e-*
„ *remum, brevi è pulchrioribus Neapolitanæ ur-*
„ *bis, Regum, ac Principum, imo continuum ce-*
„ *gias vices gerentium domicilium evaſuram ſpo-*
„ *pondit, ut evenit.*]



44. ALEXANDRUM Carrafam Oliverii germanum fratrem *a*, ad Archiepiſcopalem curam fratris abdicatio vocavit; collatum munus ab Innocentio VIII. favorabili ſcripto idem firmavit Pontifex anno 1484. 12. Kal. Octobris. Neapolim ingreſſus (2) eſt 22. Decemb. tanta omnium lætitia, ut ſuis illum humeris populus ad Cathedralem deportare velle videretur. Neque illorum ſpes ille fefellit, ſiquidem concreditam ſibi Eccleſiam ſummo amore, eximioque conatu adminiſtravit. Statim CIII

a Et ut fertur, unico partu editum. De eo Toppius in Bibl. Neapol. Mendoſè

(1) Imo ſuum votum erat publicam aperire Neapoli domum, in qua non ſolum ingenio præſtantes juvenes ob paupertatem litteris operam dare impotentes alerentur, ſed & pro illis etiam bibliothecam inſtruere, præceptores aſſignare in animis erat, ob idque permultas ædes emerat, ſacellumque dicarat D. Mariæ cum titulo de Sapientia, ut illius fulta præſidio juventus ad ſapientiam quam facillimè perveniret. Tale, tantumque facinus Chriſtiano vere principe dignum mors invida interrupit, & in illis ædibus cum eodem titulo D. Mariæ de Sapientia cœnobium ſacrarum Virginum excitarum, de quo ſuo loco. Vide Chiocarel fol. 302. Ciacon. Oldoint tom 3. col. 1103. alioſque.

(2) Neapolim ingreſſum fuiſſe ſimul cum Alphonſo Aragonio, cum Capuæ Principe, atque aliis proceribus teſtatur Antonius Feltrius in ſuis diariis MS.

namq; ut ſunm munus adimplere cœpit, majoris Eccleſiæ fornicem, ſeu teſtudinem ferè collabentem reſtituit, hac proloquente inſcriptione.


Mentem ſanctam ſpontaneam, honorem Deo, patriç liberationem. Alexander Carrafa Archiepiſcopus Neapolitanus fecit MCCCCLXXXIV.

Ut ab humanis decedentium in civitate ac diœceſi ſua, piis, ultimiſque voluntatibus conſuleretur, & ſarisfieret, inſignes viros doctrina, & religione præſtantes adlegit, eoſque peculiares judices conſtituit. Prolapſos aliquantiſper ex Oliverii abſentia Cleri mores caſtigavit, atq; correxit. Diœceſim luſtravit, eaque omnia egit, quæ boni Paſtoris eſſe viderentur. Anno 1494. *a* Neapolim tranſtulit corpus S. Januarii Martyris è Monaſterio Montis Virginis, cujus hiſtoriam Bernardinus Siculus, qui & ipſe illi interſuit, fideli calamo, rudi tamen carmine conſcripſit, ex quo Carsccìolus in hiſt. ejuſdem Sancti cap. 20. §. 15. Incidit hæc translatio in diem 17. Januarii anni 1494. ut Afflictus teſtatur in Conſtit. Regni, Incipiente *Terminum vitę* tit. de homicid. num. 47. & in eam quæ incipit, *Si quis aliquem* tit. de ſpoliant. homin. num. 5. ubi & de officio in ejus honorem à ſe compoſito meminit. Ad quem diem figebatur olim etiam in Tabulis Neapolitanæ Eccleſiæ: quanquam & prima quoque translatio celebraretur prima Dominica menſis Maii. Ex quibus poſtea tabulis abraſa eſt.

a An. 1497 die 13. Januarii ut tradunt Chiocarel. f. 313. Caraciol c. 20 ſect. 1. § 3. & eruditiſſimus Falconius in hiſt. S. Januar. p. 219.

Eodem anno 1494. die 25. Januarii objerat Rex Ferdinandus I. cui ſucceſſerat Alphonſus II. ejus filius, qui cum eadem die ad majorem Eccleſiam proceſſiſſet à Principibus regni aſſociatus, ab Alexandro una cum Clero benignè ad gradus ædis exceptus ante altare maximum illum benedixit, ac Regem acclamavit, die vero 31. ejuſdem regia pompa Ferdinandi cadaver ad ſepulchrum elatum, Alphonſus filius velato capite, pedeſter, ac mœſtus inter Cuſentinum, Alexandrumque Archiepiſcopos funus proſequutus eſt: Alexander juſta perſolvit, funebri oratione defunctum Regem laudavit eximius doctuſque vir Franciſcus Puccius Patritius Florentinus. Paulo poſt Alexander ab eodem Alphonſo Orator miſſus eſt cum Aloyſio Aragoneo Hieraci Marchione nepote, Petro Guevara Potentiæ Comite, Antonio de Alexandro Neapolitano, & Aloyſio de Paladinis Militibus, ad Alexandrum VI. Pontificem, ut Regi cenſum remitteret, quod cum à Pontifice conſentiente ſacro Senatu obtinuiſſent, Neapolim regreſſi ſunt cum Pontificio diplomate, & Alphonſi ſolemni coronationi interſuerunt, quam peregit Joannes Cardin. Borgia die 21. Maii. Ineunte vero anno 1495. die 21. Februar. Carolus VIII. Francorum Rex Regnum Neapol. ſuo ſubjugavit imperio, cui Alexander inclyti Martyris Januarii ſacrum caput, ejuſque ſanguinem ampulla incluſum exoſculanda tradidit; poſita vero ampulla in ejuſdem S. corporis conſpectu, ſanguis, qui veluti lapis in ea congelatus erat, ſtatim ante Regis, Procerumque oculos ebullire cœpit: obſtupuit Rex, Gallique proceres admirati ſunt: ſtupendum miraculum Gallus quidam Gallica lingua conſcripſit, ediditque anno 1516 in libro cui titulus *Le miroir hiſtorial de France*. Sequenti anno 1496. ea facilitate qua Carolus Regnum adeptus fuerat, amiſit, ac Ferdinandus II. qui Alphonſo patri ſucceſſerat, illud recepit, ſtatimq; defunctus eſt, & Federicus Aragoneus Altemuræ Princeps ejus patruus. Rex acclamatus die 7. Octob. in Cathedrali ab Alexandro Archipræſule benedictus ac Rex ſalutatus, ejuſdem coronationi interfuit die 10. Aug. ſequentis anni, quam in Cathedrali peregit Cæſar Card. Borgia Alexandri Pontificis à Latere Legatus. Per annos omnino vigintiduos, difficillimis temporibus Alexander Neapolitanam rexit Eccleſiam, poſt quos Romæ huic vitæ finem fecit anno 1503. die ultima Julii. Corpus Neapolim delatum anno 1508. in Cathedrali ſacelloque S. Januarii conditum eſt, menſe Octob. ejuſque funeralia tum Romæ, tum Neapoli magna pompa ſunt celebrata. Alexandro ab humanis erepto, Neapolitana Eccleſia per regreſſum ad Oliverium Card. fratrem rediit, quam deinceps in Bernardinum nepotem transferendam curavit.

(„ *Alexandro Præſule Neapolitani Eccleſiam D.*
„ *Mariæ Gratiarum conceſſere Fr. Hieronymo de*
„ *Brundaſio primo, qui Neapolim invexerit inſtitu-*
„ *tum D. Hieronymi Congregationis B. Petri de Pi-*
„ *ſis, at marmor illius ſepulchro appoſitum.*
„ Fr. Hieronymus Brundnſinus hujus Cœ-
„ nobii Prior, & per 19. annos mode-
„ rator, atque amplificator, bujus etiam
„ fundator templi vitæ inculpatiſs. dum
„ Iv ageret annum mortem vitæ conſen-
„ taneum ſortitus eſt an. 1519.



45. BERNARDINUS Carrafa, Oliverii, & Alexandri ex fratre nepos, Miles Hieroſolimitanus, ejuſdemque Ordinis Neapolis Prior, Epiſcopus Theatinus, & Patriarcha Alexandrinus, ex Patrui ceſſione Neapolitanus Archiepiſcopus deſignatus eſt à Julio II. Pontifice. Mortuus eſt Neapoli antequam poſſeſſionem iniiſſet menſe Majo 1505. ſepultus in Eccleſia S. Dominici, nobili marmoreo tumulo hoc Elogio illuſtrato. XCIV.

Oſſibus & memoriæ Bernardini Carrafæ
Epiſcopi & Comitis Theatini,
Patriarchæ Alexandrini
poſitum
Hieronymus Carrafa fratri unanimi cum lacrymis fecit.
Vixit ann. XXXIV.
Morte judicante ſatis cum vixiſſet diu, cui nihil ad ullam vel prudentiæ, vel litterarum laudem addi alterius poſſet: contra graviter conquerente fortuna, ereptam ſibi facultatem ampliſſimi honoris, quem jam apparaverat illi deferendum.
Fato functus eſt anno ſalutis Chriſtianæ M.D.V.



46. VINCENTIUS Carrafa *a* Hectoris Ruborum Comitis, filius, ex Epiſcopo Ariminenſi, & Patrui Oliverii ceſſione ſublectus eſt Neapolitanus Archiepiſcopus die ultima Maii 1505. Diu Romæ XCV

a De ea

Ciaconius Oldoini t. 3. col. 489.

moram traxit antequam ſuam adiret ſponſam, interfuitque Lateranenſi Concilio ſub Julio, & Leone X. Pontificibus, quorum aſſiſtens fuit. Anno ſui Archipræſulatus decimo tertio, ſalutis vero 1518. omnibus curis abdicatis, quibus Romæ detinebatur, bona Leonis venia, ad ſuam ſe contulit Eccleſiam. Dum autem ſolemni pompa ingreſſurus eſſet, magna lis interceſſit; inter Capuanæ aliarumq; ſedilium proceres, ad quos nempe jus deferendi umbellæ baculos in eo ſolemni Archiepiſcopi ingreſſu ſpectaret, cum jam quatuor & quadraginta (1) annos fluxiſſent, quibus nullus novus Præſul in eam urbem ingreſſus fuiſſet: quamobrem Vincentius quatuor dies Averſæ moram traxit, donec Raymundus Cardona Prorex ex ſententia collateralis conſilii, jus illud ad Capuanæ ſeſſionis cives ſpectare declaravit. Primum itaque Vincentius Neapolim ingreſſus, à populo lætanter exceptus eſt die 12. Junii 1518. in cujus ſolemniis Alphonſus Jannarius epigramma cecinit, cujus initium, *Ad nos veniſti Pater ò celeberrime Patrum*, integrum legitur in lib. ſacr. carminum quem Clementi VII. inſcripſit. Vincentius vero cum ſumma pietate gregem ſibi concreditum inſtituere cœpiſſet, collapſos aliquantulum ex abſentia ſua Cleri mores correxiſſet, omnibus curis intentus, poſt annos duos à Leone X. Romam evocatur, eoque defuncto, à ſacri Collegii Cardinalibus, dum interregnum illud duraret, Leoninæ regionis Gubernator, & Conclavis cuſtos adlectus eſt. Sub Clemente VII urbem frænavit, aliiſque functus muneribus, promeritam à grato Pontifice purpuram retulit ſub titulo S. Pudentianæ die 17. a Maii 1527. dum à Borbonii militibus urbs miſerè depopularetur; auctus deinde Anglonenſi, & Anagnino b Sacerdotiis, ſed cum ſumme gratus & perneceſſarius eſſet eidem Pontifici, ne ex ſui abſentia Neapolitana Eccleſia periclitaretur, coadjutorem ſibi obtinuit cum ſpe futuræ ſucceſſionis, electique nomine Franciſcum fratris filium die 12. Januarii 1530. ſimulque abſens ipſe, præſens ille Neapolitanam rexerunt Eccleſiam, quandiu Vincentius in vivis fuit. Obtinuit quoque ab eodem Clemente, ut ſacellum S. Januarii Cathedralis ab Oliverio Card patruo exædificatum jus eſſet perpetuum ſuæ familiæ, & deſcendentium, ubi ad nutum inſtituere poſſent ſacellanos decem, Sacriſtam, ac Clericos duos minoris gentium, cumque ejus indulti litteræ ſequuta Pontificis morte haud expeditæ fuiſſent, à Paulo III. ſucceſſore benignè eas accepit anno 1534 quibus multa recenſentur ac ſcitu digniſſima de Inclyto Martyre, ac Patruo, ejuſque tranſlatione è Monaſterio Montis Virginis Neapolim patrui temporibus celebrata.

a Die 23. Novemb. ex Ciacon. Oldoini. b Acerrenſi item, ac Aliphanenſi ex eodem Ciacon.

Anno 1537. idem Paulus Pontifex, deprecante Vincentio, Canonicis Metropolitanæ poteſtatem fecit, nullo feſtivitatum præſcripto tempore violaceis cappis utendi, cum ſtriatis albis induſiis ſuperhumeralibus, ac brevibus palliolis, more Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ, quem ritum deinde alii Pontifices comprobarunt. Pius V. ita privilegium ampliavit ut non modo violaceas cappas deferrent, ſed etiam attribuit, ut in Eccleſiæ ſolemniis albis thiaris, & pedo uterentur, cuſo diplomate 4. Non. Martii 1572. Canonici ad Pauli memoriam hanc in S. Reſtitutæ Eccleſia inſcriptionem poſuerunt.

Paulus III. Pont. Max. in ſacrorum pompis ac cæremoniis, hujuſce majoris templi Canonicis janthinis cappis, & roccbetis, ut Romæ in Divi Petri aſſolent, exornari conceſſit, quod in diplomate clarius datur intueri, procurante Vincentio Carrafa Card. Neapol. ab incarnatione Dominica M. D. XXXVII. viii. idus Martij.

Ita apud Paulum Card. Vincentius gratioſus fuit ita eidem omnibuſque ejus integritas, fidei conſtantia, rectitudinis zelus, clara prudentia, ac longa conſummataque in Urbe experientia nota erat, ut cum ille Buſſeti ad colloquium habendum cum Carolo V. Imp. Roma progreſſurus eſſet, totius urbis adminiſtrationem Vincentio ſub Legati titulo demandaverit, pauloque poſt Neapoli, ubi laxandi animi gratia appulerat, è vivis eximitur Epiſcopus Card. Præneſtinus menſe Septemb. 1540. c ſepultus in Cathedrali, ſacelloque D. Januarii. Illum ob clementiam, morumque candorem, munificentiamque ſummis laudibus extulerunt Jacobus Præfectus Siculus in ſuis Canticis de verbo Dei, Petrus Gravina Neapol. atque Janus Anilius illuſtres Poetæ, aliique viri clariſſimi, cum ejus generis, alioſque eruditos, doctoſque homines ſumme coluerit, docta ſiquidem illi eruditaque familia fuit, in qua enituere Joannes Ancraſinus Maceratenſis ſenex lepidiſſimus, Coſmus Jacomellus, Baſilius, Lucas Gauricus Epiſcopus Civitatenſis illuſtris Aſtrologus, Janus Paulus Thyſius Juriſconſultus, Sempronius Amaranthus non minus Philoſophus, quam Orator, Fabius Umber Apollinis, Muſarumque comes, Franchinus ad unguem Vates, qui ejus aulam ſumme illuſtrarunt.

c 1541. ex Ciacon. Oldoini t. 3. col. 490.

[„ *Dum Vincentius præſideret, ædes, quas imperfectas morte preventus reliquerat Oliverius Carrafa ejus patruus, perfectæ fuerunt pro Monialibus tertii ordinis s. Claræ ſub regimine Mariæ Carrafæ ſororis Jo: Petri, qui ſummus Pontifex audiit Paulus IV. ſed quinquennio elapſo ſacræ illæ Virgines D. Dominici veſtem, regulamque amplexæ ſunt, florentque à prima ſua inſtitutione vel ad hæc uſq; noſtra ultima tempora, nobilitate, ac vitæ ſanctimonia; & corpus ipſius Mariæ, quæ obiit 1552. adhuc incorruptum ſervatur.*

„ *Maria Laurentia Longa nobiliſſima Hiſpana pro quacumque incurabili infirmitate laborantibus Noſocomion aperuit, quod non ſolum ſuis opibus, ſed etiam largis eleemoſynis, quas ipſa non erubeſcebat pro ſuis pauperibus oſtiatim petere, illicò adolevit, quod ubi & ſanctis exemplis, noctu diuque propriis manibus infirmis deſerviens & ſanctis legibus ditavit, perfectioris vitæ ſtudio aſperrimum vitæ genus, quamvis ætate non minus 60. annorum, & infirma laborans valetudine ſub ſtrictiſſima Capuccinorum Patrum diſciplina amplexa eſt, Parthenone fundato, in quo ſeipſam incluſit an. 1538. cum 33. monialibus in memoriam annorum Chriſti, ubi poſtea meritorum plena magna ſanctitatis opinione, etiam prodigiorum conteſtatione obdormivit in Domino an. 1542.*

„ *Clerici regulares Theatini annuente ipſo Archiepiſcopo Vincentio, obtinuere parochialem Eccleſiam S. Pauli Majoris 1538. Andreas verò Sbarra, & Cremona Spinella conjuges patritii Lucenſes à fundamentis condiderunt Eccleſiam, in qua SS. Crucifixi imaginem, quæ Lucæ colitur, publicæ fidelium adorationi expoſuerunt, quæ ob id illicò audiit,* la Croce di Lucca. *Cremona verò Monaſterium illi adjunxit, in quo cum ſuis duabus ſororibus ſe incluſit ſub Carmelitico ritu.*




47. FRANCISCUS Carrafa, filius Antonii Ru- XCVI

(1) Quatuor, & triginta: tale nempe interceſſerat ſpatium ab ingreſſu Archiepiſcopi Alexandri 1484. ad ipſum Vincentii 1518. ut liquet.

borum Comitis, Vincentii Cardinalis nepos, jam diu, hoc eſt anno 1530. Neapolitanus Archiepiſcopus adlectus, patruo demortuo ſucceſſit anno 1540. *a* ætatis ſuæ 38. Suum ſtatim Generalem Vicarium iuſtituit Leonardum de Magiſtris Epiſcopum Caprearum, Eccleſias omnes ſuæ Diœceſis cum illo luſtravit; Inſulam Niſidem, veterum ſcriptorum memoria illuſtrem, & Eccleſiæ Neapolitanæ obnoxiam, Petro Urſanchæ, aunuo cenſu præſcripto, conceſſit anno 1544. eodemque anno Romæ deſunctus eſt 30. Julii, nulla relicta in Eccleſia pietatis ſuæ memoria, præter avorum, patruorumque ſuorum imagines ſummo honore viſendas. Habuit quoque Generalem Vicarium dum hanc Eccleſiam ſimul cum Vincentio moderaretur, Donatum Strineum Epiſcopum Inarimes, qui jacet in Eccleſia S. Mariæ de Gratia in ſepulchro ſibi parato, ubi hæc Inſcriptio.

a 1542.

Ut corpus in ejus æde ſervetur cui animas ſe dicavit, Donatus Strineus Pontifici juris profeſſor Inarimes Præſul, ubi Eccleſiæ ſuæ ann. xxx. præfuiſſet, & ex his xxvj. in Parthenopeo Vicariatu peregiſſet, Annum LXXXVI agens conditorium hoc ſibi P. Anno M.D XXXIV.



48. RAYNUTIUS Farneſius *b* Pauli III. nepos, Petri Aloyſii Parmæ Ducis filius, Alexandri Farneſii Card. frater, magnæ indolis adoleſcens ætatis ſuæ annorum quindecim à patruo electus eſt Archiepiſcopus Neapolitanus anno 1544. *c* dum Patavii litteris operam daret: datus illi eſt ad Pontificalia exercenda Fabius Epiſcopus Biſignanenſis, in temporalibus vero Galeatius Florimontius Epiſcopus Aquinas, qui etiam in ſpiritualibus operam ſuam navavit. Volvente vero anno die 17. Septembris Raynutius Diac. Card. S. Luciæ in Silice creatus eſt. Eccleſiam Neapolitanam nunquam adiit, quam poſt annos quinque à ſua adminiſtratione electus Archiepiſc. Ravennas libere ceſſit, nec ejus alia in hac Eccleſia memoria extat, niſi organa in Cathedrali magnificè elaborata, miræque pulchritudinis, ac venuſtatis, in cujus foribus picta eſt Chriſti Salvatoris nativitas cum Paſtoribus, ac David Rege Pſalterium percutiente, exterius vero ſeptem Neapolitanæ Urbis Protectores tunc exiſtentes viſuntur, opus Georgii Vaſarii Aretini celebris pictoris: ut idem Vaſarius vol. 2. par. 3. Vitæ Pictorum. Quo Præſule Neapoli ad cœlum evolavit B. Cajetanus Thieneus Clericorum Regularium Fundator & Pater, 7. id Sextil. 1547. cujus ſacrum corpus jacet in Cœmeterio S. Pauli, una cum corpore B. Joannis de Marinone ut inciſum epigramma proloquitur.

XCVII.
b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 740.
c Die 13. Auguſti.

Vos Venetum tellus genuit, Cajetane, Joannes
Hæc habuit Pauli vos domus alma Patres.
Par virtus, terris celebres cœloque Beatos
Reddidit, ergo eadem vos bene condit humus.

Cæterum Raynutius fuit Epiſcopus Bononienſis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Major Pœnitentiarius, variis legationibus celebris, ſacri Senatus delitiæ & ornamentum, in ipſo ætatis flore extinctus Parmæ Epiſcopus Cardin. Sabinenſis die 28. Octob. 1565. de quo egimus in Archiepiſcopis Bononienſibus, atque Ravennatenſibus.

(„ *Pium opus Redemptionis Chriſtifidelium à* „ *barbarica ſervitute, pervetuſtum Neapoli, tamen* „ *bellis, aliiſque ingruentibus calamitatibus ex-* „ *tinctum revixit an. 1548. cum ſodalitio primis die-* „ *bus nomen illicò dedere milleni milleniique utriuſ-* „ *que ſexus. Viget ab illo tempore uſque adhuc ve-* „ *re piiſſimum inſtitutum, ſuaſque partes implet* „ *cumulatiſſimè.*)



49. JOANNES PETRUS *d* Carrafa, Epiſcopus Card. Sabinus, à Paulo III die 9. Novemb 1549. hanc eandem patriam Eccleſiam obtinuit. Præfuit huic Eccleſiæ ad annum uſque 1555. cum ex Epiſcopo Oſtienſi, Sacrique Collegii Decanus die 23. Aprilis ſub nomine Pauli IV. ad ſupremam Petri Cathedram aſcendere meruit. Pontifex quidem Orthodoxæ Religionis acerrimus vindex, ſingularis virtutis, & ingentis animi morum & innocentiæ vitæ ſummus, quem nominaſſe ſufficiat, cum, quis fuerit, & quæ præclarè ubique & ſemper præclara geſſerit, nemo ex alienis ſcriptis ignoret. Cæterum Joannes Petrus abſens Neapolitanam Eccleſiam adminiſtravit, quippe qui Romæ gravioribus negociis detentus, nedum Neapoli poſſe ſufficere videretur. Uſus eſt pro Generali Vicario Scipione Rebiba Siculo Epiſcopo, ille idem qui ſub Julio III. evaſit S.R.E. Cardinalis, ne quid detrimenti ex abſentia paſtoris viduata Eccleſia pateretur. Locupletavit tamen Cathedralis ſacrarium, pretioſo ſacrorum veſtium cultu, adeoque eam dilexit, ut Pontifex mox renunciatus, illam veluti dilectiſſimam per Julium Paveſium Epiſcopum S. Leonis, virum egregium ex Ord. Prædicatorum, Vicarium ſuum, aliquot annos feliciter rexerit; de quo in Theatinis Epiſcopis redibit ſermo.

XCVIII.
d De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 800. & ſeqq.

(„ *Anno 1551. Petrus Foſcareaus, cum eſſet Cle-* „ *ricorum Regularium Domus S. Pauli Majoris Præ-* „ *poſitus, & Joanni Petro in paucis charus, tranſiit ad* „ *cœlum: quo etiam exitus requireate Jo: Petro* „ *eodem anno Patres Societatis Jeſu duce Alphon-* „ *ſo Salmeronio è primis decem ſociis D. Ignatii Lo-* „ *jolæ Neapolim appulerant, ubi vix elapſo triennio* „ *primum aperuere collegium ſub nomine Jeſu, quod* „ *nunc in tota Europa celeberrimum: de quo legen-* „ *dus Franciſcus Schinoſi ejuſdem ſocietatis ſacer-* „ *dos, genere, doctrina, ac pietate conſpicuus in o-* „ *pere, cui titulus:* Iſtoria della Compagnia di Ge- „ sù appartenente al Regno di Napoli *par. 1. fol.* „ *29. Sectam illam Valdeſianam, quæ Campanis* „ *populis exitium importatura timebatur, ſuadi-* „ *ens delevit Jo. Petrus, ut teſtatur Caracciolus in* „ *collectanea hiſt. de vita Pauli IV. Cum autem* „ *Pontifex renunciatus requireretur, ut Eccleſiæ* „ *Neapolitanæ Præſulem daret, reſpondit non va-* „ *care Eccleſiam ſeipſo vivente: ſe nedum univer-* „ *ſalis, ſed & ſuæ particularis Neapolitanæ*

,, *Epiſcopum eſſe. Julius vero Paveſius ejusdem Pon-*
,, *tificis in hac Eccleſia Adminiſtrator in ejus actis*
,, *hoc modo reperitur inſcriptus: Julius Paveſius*
,, *Epiſcopus Veſtanus S.D.N. Papæ in Archiepiſco-*
,, *patu Neapolitano in ſpiritualibus, & temporali-*
,, *bus Vicarius, & Officialis generalis. Succeſſorem*
,, *ſibi tandem in Neapolitana Eccleſia decreverat*
,, *Pontifex Jo. Marinonium, ſuæ religionis Clerico-*
,, *rum Regularium, ſibi in primis charum, qui illicò*
,, *oblatas infulas humilitatis ergo, quamvis ſummo-*
,, *pere à Pontifice rogaretur, conſtantiſſime reſpuit, &*
,, *demum maxima ſanctitatis opinione die 13. Decem-*
,, *bris 1562. evolavit ad ſuperos.*]



XCIX. 50. ALPHONSUS Carraſa *a* Pauli IV. nepos, Antonii Montis belli Marchionis filius, ſingularis ingenii, & optimæ indolis adoleſcens, ſeptem & decem annos natus, à Paulo electus ut Antonio parenti rem gratam faceret, tum quia futurum ſperabat, ut quemadmodum morum candore, ita doctrina, prudentia, pietate Oliverii Carraſæ gentis memorandi Purpurati virtutes referret, Diaconus Cardinalis creatus die 15. Martii 1557. pauloque poſt, die ſcilicet 9 Aprilis, Neapolitanus renunciatus eſt Archiepiſcopus, ad cujus Eccleſiæ adminiſtrationem donec ille adoleſceret, atque abſens Apoſtolicæ Cameræ Præſes eſſet, Iulium eundem Paveſium tunc Epiſcopum Veſtanum admovit. Interea dum Paveſius pro Alphonſo Neapolitanas ſacras res perbelle gubernaret, ille ex animi virtute ita patruo complacuit, ut cum Paulus anno 1559. omnes fratrum filios, ac præſertim Antonium Alphonſi genitorem, omnibus dignitatibus privaſſet, egiſſetque in exilium, hunc innocentiſſimum juvenem apud ſe retinuit, juſſu tamen, ne cum genitore, affinibuſque communicaret, neque pro ipſis aliquid expoſceret. Nec multo poſt è vivis ſublato Paulo, ſenſit & ipſe adverſantis fortunæ ſtimulos: ſiquidem Pius IV. qui Paulo ſucceſſerat, cum Carolum Cardinalem Carrafam, cæteroſque Pauli nepotes conjeciſſet in carcerem, Alphonſum in Adrianam molem cuſtodiendum mandavit. Subiit igitur per aliquot menſes ſqualorem carceris, quem cùm ſola innocentia excuſſiſſet, mulctatus tamen fuit magna pecuniæ ſumma, ut in Urbe ſibi vita uti liceret, eo quod mortuo Paulo, ex ejus cubiculo aliqua bona ſubripuiſſet: cæteris Carrafis capite plexis, Carolus Cardinalis laqueo fracto gutture, miſerè, indignaque morte interiit. Cæterum cum Alphonſus deinde Pium Pontificem experiretur benignum, facultatem obtinuit ſuam adeundi Eccleſiam; itaque Neapolim progreſſus, ſummo honore excipitur die 28. Novembris 1562. poſt tres annos ex animi mœrore deceſſit die 24. *b* Auguſti ætatis ſuæ anno 25. & ſpem, quam de præclariſſimo juvene Paulus, cæterique mortalium conceperant, mora importuna ademit. In Cathedrali humatus eſt: cui deinde Pius V. Pontifex cum hac plena decoris inſcriptione pulcherrimum defuncto ſepulchrum erexit.

a De eo Ciaconius Oldo ini t. 3. col. 861. & Gratianus de caſibus Viror. illuſtr.

b Die 29. Auguſti.

A *Alphonſo Carraſæ S.R.E. Card. Archiepi-*
ſcopo Neapolitano, adoleſcenti non minus
virtute ſua quam majorum ſplendore claro,
patrui Pauli IV. Pont. Max. religionem, in-
tegritatemque referenti, ea ſapientia præ-
dito, ut in ſecundis rebus ſummam ejus
temperantiam, in adverſis miram conſtan-
tiam omnes laudaverint, Pius V. Pont. Max.
P. Vixit ann. XXV. D. XV. Obiit MDLXV.
IV. Kal. Septembris.

[,, *Tridentini Concilii Sanctiones à ſeipſo, ſuiſ-*
,, *que domeſticis incipiens Alphonſus in ſua illicò*
,, *diœceſi obſervari voluit, imo & ipſam Diœceſanam*
,, *Neapoli celebravit ſynodum, cujus acta & decreta*
,, *ejus ſucceſſor typis excudi curavit. Nonnulla mo-*
,, *naſteria ſacrarũ virginum ob tenuem numerum Mo-*
,, *nialiũ ſuppreſſit, illasque in alia tranſtulit, illas ſci-*
,, *licet S. Feſti in S. Marcellini, illas S. Agathæ, & S.*
,, *Agnelli in D. Mariæ de Albino, illas Miſericordiæ*
,, *in D. Archangeli ad Bajanum, illaſq; demum S. Be-*
B ,, *nedicti in alia clauſtra diviſit. Societatẽ Jesu tener-*
,, *rimè ſemper dilexit, illique antiquiſſimam Eccle-*
,, *ſiam SS. Petri & Pauli ab Imperatore Conſtantino*
,, *Magno fundatam conceſſit. Directoribus circa ſpiri-*
,, *tualia uſus Io: Baptiſta Carminata, & Chriſtopho-*
,, *ro Mendotio, & à confeſſionibus Io: Baptiſta de*
,, *Bonocorde inclytis ejuſdem ſocietatis Ieſu Sacerdo-*
,, *tibus. Cum ob continuos, graveſque pro grege ſuo*
,, *labores, & publicas ſupplicationes, ut miſeri-*
,, *cors dominus Melitem à Turcica obſidione liberaret,*
,, *in morbum ultimum incidiſſet, Neapolitana ultro*
,, *pietas ſacrũ caput, & ſãguinẽ D. Ianuarii ad illius*
,, *uſq; cubile detulit communibus votis, ac lacbrymis,*
,, *ut ſuum Antiſtitem ſenem virtutibus, ita & ætate*
,, *redderet, quibus ipſe ſolum non acquievit. In S.*
,, *Martyris laudem, cujus ſe viſitatione indigum*
,, *profitebatur, licet morti jam proximus, cùm eſſet*
,, *vir diſertus, atque facundus, luculentam extem-*
,, *plò habuit orationem, hoc unum à Chriſti athleta*
,, *rogans, ut ſibi in extremis agenti cælicam ſpem*
,, *deferret. A prima ſua ætate fuerat Literis dediti ſſi-*
C ,, *mus, ita ut Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii digni-*
,, *tate auctus magnum undique optimæ eruditionis*
,, *ſpecimen præbuerit.*]



D

51. MARIUS Carraſa *c* Federici Sanctilucidenſium Marchionis filius, Abbas S. Angeli de Averſa, ob ſuam probitatem fidemque domi foriſque clarus à Pio IV. ad Patriæ Archiepiſcopalem ſedem ſublegitur die 26. Novembris 1565. iniit poſſeſſionem per procuratorem Ferdinandum fratrem germanum Marchionem regium à latere, & ſtatus conſiliarium die 6. Decembr. In ea dignitate ad decem annos ſuperſtes fuit. Erat Marius iis probitatis dotibus ornatus, quæ omnium viderentur promereri poſſe amorem & gratiam; quippe qui clementia, doctrina, pietate, morum affabilitate, munificentiaque maximè claruit. Synodum Diœceſanam cum laude coegit, clericales mores reddidit emendatiores, auctorq; fuit ut in Cathedrali Ec-

C.

c De hoc Toppius in Bibl. Neapol. p. 350. Manuſc.

cle-

cleſia à Canonicis divinum penſum quotidie in choro perſolveretur, cum antea ex prava conſuetudine, nec horis divinis, nec conventualibus miſſis adeſſe ſolerent, quorum numerum quadragenarium auctoritate Gregorii XIII. ad triginta reduxit, ut decentius, ac ferventius divinis adeſſe poſſent. Monialium Cœnobia ad communem vivendi formam traduxit. Seminarium quoque Clericorum ad normam Tridentini Concilii fundavit, attributis redditibus, ut ibidem quinquaginta Clerici divino cultui ſubſerrituri alerentur. Nec defuit in religioſo Antiſtite pietas in pauperes, in pupillos, viduaſque charitas, quorum neceſſitatibus temporalia remedia adhibenda largè curavit: Archiepiſcopale palatium in meliorem formam reduxit, conſtructo in eo Sacello, in ſui ſuorumque ſucceſſorum commodum mirificè exornato. (,, *in cujus icone Marii ef-*
,, *figies depicta eſt, atque in ejus ſacelli janua ipſius*
,, *memoria marmori inſcripta legitur in hunc mo-*
,, *dum.*

,, Marius Carrafa Archiepiſcopus Nea-
,, politanus.)

Deceſſit optimus vir Neapoli die 11. Septembris 1576. in S. Athanaſij Epiſcopi Sacello; cujus cineres multos poſt annos Decius Carrafa Card. ſucceſſor, in ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat, marmoreo loculo incluſit, ejuſque memoriam revocavit ad poſteros.

(,, *Uſus fuit ſemper Marius opera Patrum Soc. Je-*
,, *ſu in ſuo procurando grege, ipſoſque voluit in Pa-*
,, *rœciis publice more ſuo ignaros fidei rudimenta, ac*
,, *præcepta doceret, ſingulisque feſtis diebus unus*
,, *ex ipſis in ſua Catedrali, ipſoque Mario præſente*
,, *Parochos, biſque per hebdomadam ibidem omnes*
,, *reliquos Sacerdotes de propria cujuſque munere*
,, *etiam ſcholaſtico ritu quæſtiones agitando, inſtru-*
,, *erent. Supra Seminarii januam, quæ ab Eccleſia*
,, *in illam ducit, ſequens de Mario legitur Epigraphe.*

,, Collegium Seminarii Neapolitani fun-
,, datum à Mario Carrafa Archiepiſcopo
,, Neapolitano an. 1566.

,, *Eo præſule an ſcil. 1573. Michael ex eadem patri-*
,, *tia in Amanthea civitate gente de Lauro Vincen-*
,, *tii S. R. E. Cardin. & Epiſcopi Montis Regalis in*
,, *Subalpinis, de quo ſupra tom. 4. in ſerie illius Eccle-*
,, *ſiæ Epiſcoporum, à fundamentis ædificavit Ec-*
,, *cleſiam cum conventu pro Patribus Prędicatoribus*
,, *in honorem B. M. Virginis de Roſario, cujus auſpi-*
,, *ciis recens habita fuerat inſignis à Chriſti fidelibus*
,, *victoria ſuper claſſe Turcica ad Echinadas Inſu-*
,, *las.*
,, *Fuit autem hic Marius poſt D. Carolum Borromæ-*
,, *um primus inter omnes Epiſcopos Italiæ, qui an.*
,, *1575. D. Philippum Nerium tunc in humanis agen-*
,, *tem enixius Romæ rogavit, ut Neapolim ſui Orato-*
,, *rii Congregationem diffunderet; cujus precibus*
,, *tunc Philippus acquieſcere noluit, licet poſt 20. an-*
,, *nos Neapolis prima fuerit, quæ à ſeè Roma tale*
,, *inſtitutum derivatam viderit ipſo annuente Phi-*
,, *lippo, ut infra ſuo loco.*
,, *Cum anno 1576. ad requiſitionem piiſſimæ Neapo-*
,, *litanæ urbis Gregorius XIII. ut ſui preceſſores con-*
,, *ſueverāt, illi conceſſiſſet univerſale Jubilæum inſtar*
,, *Romani, Archiepiſcopus Marius ſolemni ritu, ac*
,, *pompa, & prorſus eiſdem Ceremoniis quibus ſum-*
,, *mus Hierarchia, Portam ſanctam in D. Petri ad*
,, *aram aperuit, illoque anno ad cœleſtes acquiren-*
,, *dos theſauros non ſolum omnes Regnicolæ, ſed &*
,, *extra regnum, ac ultra montes Neapolim conflu-*
,, *xerunt.*)



51. PAULUM deinde Cardinalem Aretium, a Clericorum Regularium alumnum, doctum, morum benignitate, profuſa miſericordia, profunda humilitate, charitate ferventi, aliiſque admirandis ſanctitatis luminibus laudatiſſimum, Placentinum Epiſcopum, Gregorius XIII. Pont. Max. ad Neapolitanam vel reluctantem tranſtulit Eccleſiam, die 6. Novemb. 1576. Neapolim honeſto comitatu, ſolemni tamen ritu ingreſſus eſt menſe Decembri: ejus Eccleſiæ adminiſtrationem admirabili quodam ardore animi, ac prudentia aggreſſus eſt. Nihil illi antiquius (ut Sylos ſcribit) quam Cleri mores, ac diſciplinam inveſtigare; eorumque vitia reſcindere, ſi quæ irrepſerant: ut ab eo in reliquum vulgus exempla, ac leges manarent. Luſtrare accuratè Templa voluit, ut ceræmoniis, ritorique ſacrorum conſuleret. Juſtitiam in primis religioſiſſimè adminiſtrari, ut ab Eccleſiaſticis decet, curavit. Avaritiam, conniventiam, præſentiſſimas fori peſtes mirum quo zelo eſt aggreſſus! Quo moras præcideret, cuncta ad ſe negotia deferri juſſit. Ipſe pro judicii, atque eruditionis præſtantia jugulabat ſtatim cauſas: non infimæ ſortis homines aditu excludebantur, obvius, opportunuſque ſingulari benignitate omnibus. Planè nihil ſanctius, nihil diligentius, aut ardentius eo ſtatim initio videri potuit. Qui vero incredibilem ejus contentionem, ſtudiumque temperandæ Neapolitanæ Eccleſiæ adjuvabant, excellentis cujuſdam doctrinæ ac probitatis adminiſtri erant; quorum Placentiæ perſpectam ſedulitatem, atque integritatem habuerat, hos Neapolim transferendos curavit, inter quos fuere viri tres, qui poſtea admoti & ipſi regendis infulis fuere: nempe Gaſpar Silingardus, ejus Vicarius, ſpectatæ prudentiæ ac juris utriuſque conſultiſſimus, Epiſcopus primum Ripæ Tranſonis, mox Mutinenſis; Joſeph Maſcardus, qui Vicarias item partes Placentiæ obiverat, Marianæ poſtea in Corſica Inſula Epiſcopus: & Comes Hieronymus Bentivolus Montisfaliſcorum Epiſcopus. Acceſſit par hominum præſtantiſſimorum, Joannes Baptiſta Eugubinus ex Eremitarum Divi Auguſtini Ordine, ejus Theologus, qui eam doctrinarum, & prudentiæ famam collegerat, ut ad ſupremum ſui Ordinis Magiſtratum præpoſitus, una cum aliis duobus à Gregorio XIII. Pontifice nominatus fuerit, & Nicolaus Marconas, Divi Petri olim Pœnitentiarius. Neque prætermittendus Alexander Borla è Divi Philippi Nerii cœtu integerrimæ vitæ compertæque virtutis ſacerdos, quem cum Placentiæ tum Neapoli curare præfecturam domus Aretius voluit, ut qui & regere ſingulari diligentia rem domeſticam, & temperare mores domeſticorum inſigni exemplo ſciret. Viros præterea Neapoli reperit laudatiſſimos, quorum navitas præ magno quidem adjumento gerendis rebus fuit: inter quos numerantur Paulus Taſſus, & Carolus Baldinus, ejus tum Eccleſiæ Canonici, qui & poſtea Epiſcopi, hic Surrentinus, ille Lancianenſis. Uſus item ſuorum Clericorum Regularium opera, quorum fidem, ac ſtudia cum magnifaceret,

CI.
a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 205 a

cre-

credete illiamomenta rerum, eorumque adhibere in negotiis explicandis conſilia, curaſque videbatur, ut facile etiam Placentiæ non pœniteret. Et quidem cum alia aliis permitteret, Joſephum Barbuliam, ſacerdotem ejuſdem Ordinis abſolutiſſimæ virtutis, quem Placenrino Collegio, quod ipſe excitaverat, educandæ, formandæque adoleſcentiæ admoverat, impetrata maiorum facultate, idem hic movere ſuum juſſit. Enim vero inſtituerat Marius Carraſa Archiepiſcopus è Neapolitana juventute Seminarium, ut imbuti bonis artibus, ac moribus adoleſcentes ad ejus Eccleſiæ cultum, curamque ſuberescerent. Quod ubi Collegium Iuſtrat Card. Aretius, labefactatam lapſamque omnino Rectorum vitio diſciplinam advertit: cumque ea de re cum viris prudentiſſimis ſæpius, atque accuratè conſuluiſſet, id inſtaurandæ communi rei remedium opportunum fore duxit, ut quando præ laxiori vivendi licentia, dimitterentur juvenes illi omnea, novi inducerentur; fundato penè iterum Collegio. Regendæ novæ ſoboli, poſitæ olim apud Placentinos laudatiſſimæ operæ experientia, poſcitur à Cardinali Aretio Barbulia, probavitque ſtatim Præfecti pietatem, inſtitutionem, induſtriam alia adoleſcentum educatio, ac vira. Interim conioctari liceat, quam bene Eccleſiæ Neapolitanæ eſſet, quam Cardinalis Aretius non modo ſua prudentia, exemplisque virtutum, verum etiam adſcita egregia adminiſtratorum, quor modo memoravimus, ope, ac virtute procurabat. Præſul itaque fide, ſapientia, ſanctimonia vitæ, cæterarumque virtutum claritudine memorabilis, & ab ipſis infantiæ rudimentis mira Dei gratia præditus, Neapolitanam ſibi concreditam Eccleſiam magna cum ædificatione rexit decem & octo menſium ſpatio, juvans pauperes eleemoſynis, religioſos patrocinio, omnes exemplo. Neapoli quievit in pace die 17. menſis Junii, ætatis anno ſeptimo ſupra ſexageſimum, ſalutis veru 1578. tanto omnium ordinum mœrore, quod in eo munere exiguum adeo tempus expleſſet, ut propemodum inconſolabilis videretur. Sepultus ut teſtamento caverat, in communi Clericorum ſuorum Regularium oſſuario in Eccleſia S. Pauli, ubi primum religionis habitum induerat, abſque ulla inſcriptione. Quo poſtea è loco cum lanari Eccleſiam illam, mutarique cœmeterium contigiſſet, translatus in Crucifixi ſacellum fuit, ad lævam templi partem, iterumque anno 1624. quo inquiri præclara ejus virtus, ac ſanctimonia, Decii Cardinalis Carraſæ Archiepiſcopi Neapolitani nutu cœpit, in altera reconditus ædicula fuit, ut decentius jacerent pii Manes. Anno 1644. corpus venerabilis ſervi Dei inventum in aliud ſacellum S. Mariæ de Puritate, decentiorem nempe in locum translatum, in tabula marmorea, hujuſmodi de eo inſculpſere epitaphium,

Venerabili memoriæ Pauli de Aretio Clericorum Regularium lumini, & columini, quem virum ob eximiam morum ſanctitatem, omnigenam virtutem, ſpectatamque doctrinam, Carolus V. Imperator Conſiliarium, Urbs Neapolis ad Philippum Regem Legatum, Summi vero Pontifices Placentiæ Epiſcopum, Neapolis Archiepiſcopum S. R. E. Cardinalem, invitum licet & modis omnibus reluctantem creaverunt. Ejus nunc quod mortale fuit Lapis tegit, ſpiritu Cœlo recepto. xv. Kal. Julii anno redempti Orbis MDLXXVIII. ætatis LXVII.

Sanctiſſimi Archipræſulis vitæ innocentiam inſignemque pietatem fusè deſcripſit inter alios idem Joſeph Sylus tom. 1. Annal. Clericorum, ac nuper vitam ejuſdem evulgavit ejuſdem inſtituti Clericus, de quo etiam egimus in Epiſcopis Placentinis tom. 2. ſacræ Italiæ noſtræ, ejuſque virtutes delibavimus, nuper pro eius beatificatione juſſu Romani Pontificis proceſſus ſunt celebrati.

[„ *Monaſterium S. Archangeli ad Bajanum ob tenuem numerum Monialium Paulus ſuppreſſit, illaſque in aliam ejuſdem Benedictini ordinis diviſit, ampulla ſanguinis D. Jo: Baptiſtæ Monaſterio S. Gregorii aſſignata, quæ coram ipſo Archiepiſcopo labens ſuper quamdam tabulam perfracta eſt, quare citius in aliud chryſtallinum vas ille pretioſus ſanguis exceptus fuit. Illam verò tabulæ partem, quæ pretioſo cruore aſperſa fuerat, radi juſſit piiſſimus Præſul, illaſque raſuras cum nonnullis ſanguinis guttis dono dedit ſuo Alexandro Boriæ, qui illas in alio parvulo Chryſtallo cum ornamentis argenteis incluſit, & moriens ſuæ Oratorii Neapolitani Congregationi donavit. Anno 1577. idem Archiepiſcopus conceſſit PP. Prædicatoribus antiquiſſimam Eccleſiam, cui & ipſe titulum fecit D. Mariæ de Sanitate, ut liquet ex epigraphe, quæ olim in illa Eccleſia, nunc apud Engenium in Neapoli ſacra f. 612. legitur in hunc modum.*

„ Templum ſanctum hoc fœdis purgatum,
„ divinoque cultui redditum, ubi ſollicitu-
„ dinem Beatiſſimæ Matris Dei de ſalute
„ noſtra palpabilem habes, Illuſtriſſ &
„ Reverendiſſ. Paulus de Aretio S. R. E.
„ presb Cardin. tit. S. Pudentianæ, ac
„ Neap. Antiſtes almæ Prædicatorum fa-
„ miliæ conceſſit anno Domini 1577. Men-
„ ſe Januarii.

„ *Octavianus Suardus PP Carmelitis conventum aperuit cum titulo, D. Mariæ de Vita, ut ex hac inſcriptione in fronte eiuſdem Eccleſiæ.*

„ Octaviani Suardi è Bergomens regulis
„ fundatoris pietati, & munificentiæ Fra-
„ tres Carmelitæ gratitudinis ergo P. P.
„ MDLXXVII.

„ *Eodem pariter anno in collegio maximo Societatis Jeſu induſtria venerab. Petri Antonii Spinelli ejuſdem Societatis inſtituta fuit ſodalitas in honorem immaculatæ Conceptionis B. M. V. quam vulgò vocant, Jureconſultorum; cujus ſodales ita pietate floruere, & adhuc florent, ut & alii clauſtra introiverint, ſanguinem per Chriſti nomine fuderint, & alii extra clauſtra in ipſo laicali ſtatu ab ipſis clauſtralibus invidendam tranſegerint vitam. Sed de his uberrimè cl. vir Octavius Ignatius Vitalianus, legali, an potius omnigena ſcientia imbutus in peculiari ejuſdem ſodalitii hiſtoria, quam præ manibus habet.*



53. ANNIBAL de Capua *a* nobili inter Neapolitanos & illuſtri ortus ſanguine, filius Vincentii Termularum Ducis, per multos dignitatis & mu- CII

a Laudatus egregio carmine, à

Torquato Taſſo in lib. 1 ejus operum nō antea editorum p. 90. ejuſque meminit Capaccius in opere, Il Segretario p. 151. necnon Toppius in Bibl. Neapol. Mandoſ.

munerum gradus ad patriæ ſedem aſcendit. Vir A
enim annos pubertatis egreſſus Patavium profectus legali ſcientiæ operam dedit, mox Papiam, ubi lauream accepit, evaſitque celebris Juriſconſultus. Romam progreſſus inter Vtriuſque Signaturæ Referendarios interque aulicos honorarios Gregor. XIII. Pontifex eum recepit; digniorique deinceps munere Nuncii apud nuper electum Imperatorem Rodulphum II. functus, de Imperio adepto Pontificis nomine congratulaturus in Germaniam trajecit; inde cum tamquam vir probus, & in agendis præclara prudentia exornatus inclaruiſſet, ad Venetam Rempublicam ordinarii Nuncii nomine legationem obivit. Quamobrem tantum gratiæ apud Gregorium acquiſivit, ut illum ne quidem cogitantem Neapolitanum Archiepiſcopum dixerit die 11. Aug. 1578. Ejus Eccleſiæ iniit poſſeſſionem per Julium Cæſarem de Capua Concharum Principem die 4. Octob Romæ à Pontifice benigne exceptus, ſacris perunctus, Neapolim progreſſus,
ſumma omnium Ordinum gratulatione, ſolemni B
ritu eam in urbem ingreſſus eſt die 22. Februarii 1579. quippe qui jam diu oſtenderat ſe plane virum, qui publico bono natus eſſet („ *in ejus adventu ele-*
„ *gantem habuit orationem clariſſimus genere, do-*
„ *ctrina, pietate Julius Cæſar Mariconda, majoris*
„ *Eccleſiæ Neapolitanæ* Canonicus, *Epiſcopus po-*
„ *ſtea Triventinus.*) Ut autem munus ſuum cœpiſſet agere, Diœceſim totam per ſe diligentiſſimè perluſtravit, de redditibus, beneficiis, privilegiis, juribuſque omnium Eccleſiarum, piorumque locorum exacta, ac diligenti indagine exquirens, quorum acta multis voluminibus obſignavit, majoriſque Eccleſiæ tabulario incluſit, magno quidem ſuorum ſucceſſorum commodo, ac fructu ibidem aſſervantur. („ *Antiquum Monialium Monaſterium*
„ *ſub titulo D. Mariæ de Angeone ab an. 833. fun-*
„ *datum cum illo D. Gaudioſi an. 1580. copulavit.*)
Auctor (r) fuit Congregationis caſuum conſcientiæ, quæ ſemel in hebdomada à Parochis, cæte-
riſque Presbyteris à confeſſionibus in Cathedrali C
Eccleſia habetur. Interea dum Neapoli boni Paſtoris operam ſuam præſtaret, Sixtus V. Pontifex qui demortuo Gregorio ſucceſſerat, Annibalem in Poloniam ad Regem Stephanum Batorium ſuum Nuncium cum poteſtate Legati declaravit. Dum illuc proficiſceretur, vix Germaniæ fines ingreſſus, Stephanum Regem obiiſſe accepit, eoque in loco expectato Pontificis mandato ad regni comitia juſſu ejuſdem properavit, proceres exoravit ut Catholicum Principem ad Regnum extollerent, pro qua re ad eoſdem luculentam eruditamque habuit orationem, quæ typis deinde mandata eſt. Verum inter proceres magna exorta contentio, alii Maximilianum Auſtriacum, alii Sigiſmundum Sveciæ Regem vocarunt ad Regnum, unde ſurſum deorſum miſerè Regnum exagitarunt, quod, capto Maximiliano, Sigiſmundo ceſſit: pax deinde laureata conſecuta eſt, cum Hippolytus Aldobrandinus magni nominis Cardinalis Legatus à Latere
in Poloniam traiecisſet: tunc Maximilianus è ca- D
ptivitate dimiſſus eſt, abrenunciato Regni jure. Annibal vero Ordinarius Nuncius per tres omnino annos apud Sigiſmundum, ſemel & ſæpius de rebus graviſſimis probatus, regiam promeritus eſt gratiam. Romam revocatus a Gregorio XIV. Sixti ſucceſſore purpura exornandus, ni Gregorii præpropera mors interceſſiſſet. Dives igitur meritis, pauper & pene alieno ære oppreſſus, diſperſerat enim in ea legatione magnam pecuniæ ſummam, ut eximiè ac permagnificè ſuam Pontificiſque dignitatem ſuſtinere poſſet, ad ſuam regreſſus Eccleſiam; quod reliquum vitæ fuit, in ſanctis operibus conſumpſiſſe viſus eſt, effuditque aureos amplius mille in conſtructione Veſtiarii in ipſo Sacrario Majoris Eccleſiæ, ut ſacra aurea, & argentea vaſa, cæteraque ad divinum cultum neceſſaria ornamenta tutius cuſtodirentur, cum paulo ante noctu à furibus, effracto ſacrario fere omnia ſacra vaſa, aurea, argenteaque ac veſtes ſublata fuiſſent, & præſertim ea, quæ Paulus IV. Pontifex ei Eccleſiæ dono dederat, nec unquam recuperari, aut ſceleris auctores inveſtigari potuerint. Aboletum vetuſtate ſua Epigramma olim ad Innocentii IV. Papæ tumulum, in Cathedrali ſepulti, Annibal in Sanctiſſimi Pontificis memoriam reſtituit, aliudque ſuperaddidit quod legitur apud Alphonſum Ciaconium. Neapoli fato ceſſit die 2. Septembris 1595. inconſolabile ſui deſiderium relinquens; ſepultuſque eſt in eo Sacrarii ſacello Cathedralis in tumulo à ſe magnifice excitato, cum hoc epitaphio,

Annibal de Capua Archiepiſco-
pus Neapolitanus
Sacro Templo, ſacroque Veſtia-
rio conſtituto,
Sacellum hoc in Sacerdotum ad
ſacra parantium uſum
erexit;
Ubi ſepulchrum ſibi parari
voluit,
Ut in hujus beneficii gratiam,
quorum ſudavit commodis
Eorum tum viveus, tum mortuus
piis precibus adiuvetur.
Anno ſalut. M. D. XXCIIX.
menſ. Decemb.
Obiit Anno Dom. MDLXXXXV.
in Sabbato IV. *Nonas Sept.*

(„ *Nullus quidem extitit Neapolitanorum Antiſti-*
„ *tum, qui brevi alioquin ſpatio annorum 17. quibus*
„ *ſuam moderatus Eccleſiam, viderit illam novis*
„ *Religionibus, Sodalitatibus, Parthenonibus,*
„ *Collegiis, Xenodochiis, noviſque omnino templis*
„ *exornatam. Inter novos quidem ordines fuere Cle-*
„ *rici Regulares miniſtrantes infirmis, Clerici item*
„ *Regulares, ſed cognomento Minores, Fratres*
„ *S. Joannis de Deo, Auguſtiniani Diſcalceati, Ere-*
„ *micolæ D. Romualdi, quibus omnibus adjungere*
„ *non abs re viſam Congregationem Sacerdotum*
„ *Oratorii, qui licet ſæculares ſint, nullumque ut*
„ *Regulares profeſſionem emittant, quibuſdam ta-*
„ *men regulis, an potius nutibus magni eorum Pa-*
„ *tris D. Philippi Nerii adeò voluntarii parent, ut*
„ *melius non poſſent, ſi votis obærati eſſent, quamo-*
„ *brem ipſis etiam ſtrictiſſimæ obſervantiæ religio-*
„ *ſis familiis evaſere in exemplum. Clerici Regu-*
„ *lares, vulgò Theatini conventum cum Eccleſia*
„ *S. Mariæ Angelorum, Patres Societatis Jeſu Do-*
„ *mum, quam vocant Profeſſorum, & alteram,*
„ *quam Probationis, Prædicatores novam ſuo con-*
„ *ventui S. Spiritus Eccleſiam, Conventum, & Ec-*
„ *cleſiam Jeſus & Mariæ, alteram pariter domum,*
„ *& Eccleſiam D. Mariæ de Libera dicatam; Mino-*
„ *res Conventuales novam Domum, & Eccleſiam*
„ *D. Mariæ ad Parietem; Fratres ex ordine Servo-*
„ *rum Eccleſiam S. Mariæ de Omnibono, conventum*
„ *alterum, & Eccleſiam, cui titulus Mater Dei;*
„ *Fratres Miniſtri Conventum S. Mariæ Angelorum,*
„ *& in alio ſuo conventu novam, & peramplam Ec-*
„ *cleſiam, quam D. Mariæ de Stella dixerunt, &*
„ *illa Divo prius Sebaſtiano dicatam, in amplio-*
„ *rem, ac elegantiorem formam reædificatam no-*
„ *mine ſui Patriarchæ Paulani indigetis; Fratres*
„ *D. Franciſci de Obſervantia conventum cum Ec-*
„ *cleſia S. Mariæ Salutis, & alterum S. Mariæ An-*
„ *gelorum; Patres Carthuſiani Eccleſiam entra clau-*
„ *ſtra pro mulieribus aperuerunt. Eccleſiæ S. Mariæ*
„ *Gratiarum in Calle, quem vocant Zabatteriæ,*
„ *de Advocata, & Sanctorum omnium extra ja-*
nuas

(r) Non primus quidem author hujus congregationis; quia primus fuit Marius Carrafa, ut ſupra dictum fuit. Poteſt nihilominus author dici, quia ipſe illi congregationi, cui nunquam ſua præſentia defuit, perpetuum ſyſtema dedit, pœnaſque dixit non intervenientibus. Vide Chiocarel. f. 351. & 352.

A nuas Regalem, & Capuanam ædificatæ. Eccleſiæ D. Pauli Majoris Cler. Regularium Theatinorum, D. Jacobi Italorum, S. Mariæ de Monte Virgiliano Patrum D. Gulielmi de Vercellis, SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, ac D. Luciæ ad oram maris renovatæ, amplificatæque. Canoniſſæ Regulares Lateranenſes novam Eccleſiam D. Mariæ Reginæ cœli nuncupatam, & ſodalitas Alborum, quę collegium pullarum cum Eccleſia Spiritus Sancti jam fundarat, peramplum ſibi, ac vere magnificum Oratorium illi contiguum, Genuenſes in magnificam formam pro ſua natione Eccleſiam S. Georgii, Inſubres ſuam S. Annæ, Theutones ſuam S. Mariæ de Anima, Sutores ſuam D. Michaelis, Aurigæ ſuum SS. Franciſci & Matthæi extruxerunt. Novæ ſodalitates fuerunt SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, Immaculatæ Conceptionis B. M. V. in Montis Calvarii, SS. Crucifixi in D. Pauli majoris, Nativitatis B. M. V. in Profeſſorum domus ſocietatis

B Jeſu, s. Bernardi in D. Margaritæ, s. Mariæ Orationis in Spiritus Sancti, B. Virginis ſeptem Dolorum in s. Spiritus, PP. Prædicatorum, & divini nominis in D. Severi, item PP. Prędicatorum vel clauſtris, vel Eccleſiis, & aliæ quamplures. Nova collegia fuerunt, Pauperum Jeſu Chriſti, & Pietatis. Cœnobia Monialium etiam permulta, videl immaculatæ Conceptionis B. M. V. tria, unum pro Hiſpanis, duo pro Italis, s. Mariæ Jeſus, D. Andreæ, D. Franciſci vulgo Capuccinarum, Pręſentationis B. M. V. duo, quibus Scorriata, & Papara fundatrices familiæ cognomenta fecerunt, S. Mariæ de Refugio, Ss. Philippi & Jacobi, Ss. Criſpini & Criſpiniani, D. Mariæ inviſentis Pauperes, Mariæ ſeptem dolorum pro Hiſpanis vulgo la Solidad, S. Mariæ ſplendoris, & Domus etiam pro viduis in D. Margaritæ. Xenodochia quinque, ſcilicet Peregrinorum, & Convaleſcentium cujuſcumque nationis quod ſodalitas ss. Trinitatis, Sacerdotum, Eremico-

C larum, ac Religioſorum non habentium Neapoli domum, quod ſodalitas S. Mariæ de Miſericordia, Aegrotantium, quod Fratres s. Joannis de Deo, item & aliud ad Herculanum, quod Præfecti s. Mariæ de Populo, Infirmarum in D. Eligii, quod quædam clauſtrales mulieres regunt, atque gubernant, præter alia opera pia, quæ Neapoli vel reparata, vel aucta, in quibus omnibus vel fundationibus, vel reparationibus egregiam laudatus Archiepiſcopus navavit operam aut conſulendo, aut animando, regulas pręſcribendo, ſubſidia pecuniaria miniſtrando, primos lapides iniiciendo, indulgentias impartiendo, ſaltem auſpicando. Ergo vero ſodalitatem Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium cor ſuum patere ſemper voluit utpote illam, quæ ſuis nata auſpiciis in miram illicò excrevit ubique locorum & gentium claritatem conditione ſuæ prolis ſanguine & pietate conſpicuæ, adeo ut tenella, & quaſi vagiens ſua fecerit quædam alta charitatis opera, nova ſodalitia, cœnobia,

D & Xenodochia fundarit, & in reliquis piis operibus tunc recens Neapoli vel reparatis, vel inſtitutis non mediocrem partem habere voluerit in pignus majorum illorum operum, quæ lapſu temporis erat patratura. Et reapſe adventus Neapolim Patrum Congregationis Oratorii ab ipſa continuis poſtulationibus, & pecunia pro illorum viatico, & magnifici templi erectione procuratus eſt, tunc vere geſtiente, cum ſuam reſpirantes auram vidit ſuos Oratorii Patres. Clerici Regulares Miniſtrantes infirmis, Fratres S. Joannis de Deo ab ipſa vocati, & alii ſunt. Sodalitia SS. Crucifixi in D. Pauli majoris, Nativitatis Marianæ in Profeſſorum ſocietatis Jeſu, divini Nominis in D. Severi clauſtris, ac etiam alia ab ipſa derivarunt. Domus S. Mariæ Angelorum pro Clericis Regularibus Theatinis, Probationis pro ſocietate Jeſu, Cœnobia im-

A maculatæ Conceptionis B. M. V. S. Mariæ de Splendore, S. Mariæ de Refugio, Hoſpitium Peregrinorum in D. Mariæ de Miſericordia, Noſocomium ad Herculanum, infirmarum in D. Eligii, ſecretum mulierum ad bonam frugem converſarum in D. Mariæ de Populo per ipſam fundata fuerunt. Jure ergo merito tenerrima amoris illam prærogativa proſecutus eſt Annibal, ſua opera à Concionatoribus ſuper ſuggeſtu in publicis Eccleſiis prædicari voluit, indulgentiis ditavit, inviſit frequens, & peregrinis etiam, & convaleſcentibus inſervivit, ſuum licet illius albo nomen conſultò non dederit, ne videretur ut filius matrem diligere, quæ ſuorum meritorum ſola copia omnes ipſius amores venata fuerat. Suam vero ſponſam viduatam indoluit clariſſimis vitæ ſanctimonia viris Joſepho Barbulia, & Matthæo Rencio Clericis Regularibus Theatinis, Alphonſo Salmerone è primis decem ſociis

B D. Ignatii Lojolæ in ſocietate Jeſu fundanda, cujus Alphonſi exequiis cum omni clero & Patritiatu ipſe interveniit, Chriſtophoro Rodriquio, quem S. Pius V. ſuum ſanctum vivum appellabat, Joanne Baptiſta Peſcatore tribus hiſce ejuſdem Societatis, Alexandro Borla, qui primus Congregationis Oratorii D. Philippi Nerii Neapolim appulit, Auguſtino Adurnio Clericorum Regularium Minorum fundatore, Paulino de Luca Patrum Prædicatorum Samniticæ reformationis promotore, Alphonſo Lopez communiter P. Lupo, ac Petro Tigroſo fratribus minoribus Capuccinis, & in laudato ſodalitio Ss. Trinitatis Lepido Spadafora, qui ut ſe verè in utroque cœtu D. Philippi filium probaret, Oratorii Congregationi nomen dedit, Ferdinando Bucca, Joanne de Avalos, Paulo Spinula, Hieronymo de Afflicto, Conſtantin de Carretto Sulmonis Principe, Iſabella Capycia, Beatrice Caracciola,

C Martia Carrafa genere, humilitate, religione, pietate verè illud album ſuis vel uſque adhuc nominibus decorantes. Nulla vero dies Neapoli ſerenior fulſit Annibali, quacum non minus quam LXXX. Angli ſtudio Patrum ſocietatis Jeſu ad ſuos pedes hæreticam deteſtantes pravitatem, catholicę ſe fidei fore deinconſtantiſſimè ligios jurarunt. De hoc Archiepiſcopo Marcianus tom. 2. lib. 1. cap. 4. fol. 16. Torquatus Taſſus ejus Patavii condiſcipulus in libro, quem in lucem edidit an. 1562. ac Rinaldinum vocavit cantu 8. num. 10. & in ſuis Epiſtolis, Stanislaus Reſcius in lib. Epiſtol. Epiſt. 49. f. 467. Chiocarellus à fol. 349. ad 352. Sanſovinus in familia de Capua fol. 52. Jo. Baptiſta Rinaldus in ſuis Academicis, ubi in illorum par. 1. legitur de laudibus verè ſapientiæ, & Hannibalis de Capua Neapolitani Antiſtitis religione, & ſapientia prę-ſtantiſſimi Oratio Ferdinandi Dentice.

D Neapolitani virtutibus illecti Franciſci Mariæ Taurufii D. Philippi Nerii primogeniti filii, à quo fuerat pro fundanda Oratorii Congregatione Neapolim miſſus, Præſulem ſibi dari à Clemente VIII. enixius, poſtularunt; at Pontifex non illum, licet alioquin meritiſſimum, ſed alterum eidem Philippo in paucis charum, non quidem externum, & pro Neapolitana Eccleſia, ut ipſe Clemens VIII. teſtatus fuerat, unicè factum Claudium Aquavivam. Societatis Jeſu Præpoſitum generalem, imo alterum fundatorem aſſignare decreverat, E contra patriam Claudius & propriæ humilitatis ergo, & ut ſe vere ſui Patriarchæ Ignatii, qui Eccleſiaſticis dignitatibus aditum omnino præcluſum voluit, ſucceſſorem probaret, infulam conſtantiſſimè recuſavit, licet ut illa ornaretur, ipſe Hiſpanus Monarcha Philippus ſummopere expeteret. Nunquam

tamen

A

,, tamen Pontifex à ſua receſſiſſet ſententia ,
,, ni maturius re perpenſa, dum Neapolitanæ conſu-
,, leret , univerſalis Eccleſiæ oblivisci videretur,
,, cujus bono Claudius ſuam Societatem procu-
,, rando diu noctuque velut è ſpecula proſpiciebat,
,, cuique in eo munere omnibus numeris omnino
,, parem ſubſtituendum Societas Jeſu aut tunc
,, Romæ non habebat præſentem, aut de illo in-
,, dubium minime , ut de ſuo Claudio , periculum
,, fecerat .)



CIII 54 ALPHONSUS [a] Cardinalis Geſualdus, Neapolitanus, ex Illuſtriſſima Principum Venuſii familia natus, omnium virtutum cumulo , forenſibus , Eccleſiaſticiſque negociis longe mirabilis, cum eſſet jam Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis , ſacrique Senatus Princeps à Clemente VIII. Archiepiſcopus Neapolitanus renunciatus eſt die 25. Februar. 1596. ſolemni ingreſſu Neapolim adveniens, omnium Ordinum profuſa lætitia exceptus eſt die 2. Aprilis . Septem annis præfuit , profuitque cum eximiè Eccleſiaſticam diſciplinam propagaſſet , novas in ſuburbiis inſtituit Parochias, cum veteres non ſufficerent . Libertatem Eccleſiaſticam ubique, & ſemper egregiè vindicavit : ſuæque juriſdictioni Procitam Inſulam adjecit , jamdiu ab Abbate S. Michaelis Archangeli ejus Inſulæ primario Ord. S. Benedicti Commendatario, ex prædeceſſorum Alphonſi incuria occupatam. Erat tunc temporis ejus Abbatiæ perpetuus Abbas Robertus Card. Bellarminus, cum quo modeſtiſſime litem in Romana Curia exagitavit : amicabili tamen propenſione uterque in Camillum Cardinalem Burgheſium, qui paulo poſt Paulus V. Pontifex fuit , permittente Clemente VIII. tranſegit : is pro Geſualdo, proque Neapolitana Eccleſia adjudicavit , quamobrem Clemens per ſuum diploma declaravit eam Inſulam , Ipſamque Abbatiam Diœceſis fore Neapolitanæ , atque adeò Neapolitano Archiepiſcopo obnoxiam , ut ex diplomate videre eſt , in hunc modum exſcripto.

[a] De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 316. Aubery in ejus vita , aliique.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Ex Apoſtolicæ proviſionis debet provenire ſubſidio, ut ſua unicuique , præſertim Cathedralibus , & Metropolitanis Eccleſiis abſque contentioſæ litis anfractibus , quantum fieri poteſt , jura conſerventur . Primum ſiquidem cum à nonnullis in dubium revocatum fuerit , num Inſula Procidæ nuncupata & Parochialis Eccleſia Abbatia nuncupata Sancti Michaelis Archangeli , olim Monaſterium Ordinis Sancti Benedicti in eadem Inſula exiſtens , & de Diœceſi Neapolitana eſſet , teneanturque Abbates , ſeu Commendatarii ab Archiepiſcopo accerſiti ad Synodum Diœceſanam accedere , ac obedientiam eidem Archiepiſcopo , ut proprio Diœceſano quotannis præſtare , eumque in proprium Ordinarium recognoſcere , liceret etiam eidem Archiepiſcopo dictam Eccleſiam viſitare , aliaque Epiſcopalia jura in dicta Eccleſia , & illius Presbyteros , & Clericos exercere . Venerabilis frater noſter Alphonſus Epiſcopus Oſtienſis Geſualdus ex conceſſione , & diſpenſatione Apoſtolica Archiepiſcopus Neapolitanus , & dilectus filius noſter Robertus tituli Sanctæ Mariæ in Via Bellarminus nuncupatus , qui ex ſimili conceſſione , & diſpenſatione parochialem Eccleſiam prædictam in Commendam ad ſui vitam obtinet , S. R. E. Cardinales , cupientes controverſiam hujuſmodi abſque ſtrepitu judiciali pro juſtitia terminari , nobis humiliter ſupplicari fecerunt , ut in præmiſſis de opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica

B

dignaremus . Quare univerſum hoc negotium nos dilecto etiam filio noſtro Camillo tituli Sanctorum Joannis & Pauli Cardinali Burgheſio nuncupato de eorundem etiam Alphonſi , & Roberti Cardinalium conſenſu demandavimus , eique injunximus , ut partibus hinc indè auditis , & viſis iis , quæ coram eo afferrentur , de omnibus nobis cum voto ſuo relationem faceret . Cum autem Camillus Cardinalis prædictus , viſis pluribus documentis , & authenticis ſcripturis , necnon etiam Cancellariæ , & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ antiquis taxarum libris, & ſupplicationum , ſeu bullarum regiſtris , & aliis, quæ partes ipſæ pro cauſæ conſtitutione , ſuorumque jurium defenſione ex bono , & æquo extrajudicialiter , tam in voce , quam in ſcriptis deducere voluerint , diligenter & maturè conſideratis nobis retulerunt , Eccleſiam ipſam Neapolitanam bonum jus fovere . Etſi Robertus ipſe Cardinalis huic voto , & ſententiæ acquieſcere omnino intendit , prout acquieſcere vult , & acquievit . Volentes nihilominus nos pro paſtorali cura omnem litium , diſcor-

C

diarum , & controverſiarum , quæ deſuper in futurum inter alios Abbates , & Archiepiſcopos forſan oriri poſſent , occaſionem amputare , & judicantes ita pro felici directione , & regimine dictæ Parochialis Eccleſiæ , ac populi & Cleri , curæque animarum incolarum dictæ Inſulæ expedire , ut de præmiſſis perpetuum documentum apparere poſſit . Harum ſerie declaramus , & quatenus opus ſit , omnes hujuſmodi lites & controverſias extinguentes de novo perpetuò ſtatuimus , ordinamus , ac mandamus dictam Inſulam de Procida , & univerſum illius populum , & Clerum , & Parochialem Eccleſiam prædictam in , & de dicta Diœceſi Neapolitana exiſtere , non autem nullius Diœceſis eſſe prætendi poſſe , aut debere , Abbateſque dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentes , ſeu illius Commendatarios per ſe ipſos , aut ſi legitimè impediti fuerint , vel fortè Cardinales , aut Epiſcopi ſint , per procuratores ſuos quotannis ad præſtandum

D

obedientiam Archiepiſcopo Neapolitano pro tempore exiſtenti in die tranſlationis Sancti Januarii Epiſcopi & Martyris dictæ Eccleſiæ Neapolitanæ præcipui Patroni , prout alii Abbates , Archipresbyteri & Rectores Parochialium Eccleſiarum dictæ Civitatis & Diœceſis Neapolitanæ facere conſueverunt, obligatos eſſe , nec non vocatos ad Synodum Diœceſanam accedere debere , neque ſub prætextu nullius Diœceſis poſſe , aut potuiſſe vicinam aliquam Diœceſim pro dicta Synodo eligere . Quinimò eundem Archiepiſcopum , uti proprium loci Diœceſanum in omnibus & ſingulis actibus , & functionibus , tam ſpiritualibus , quàm temporalibus recognoſcere , eiq; ſubeſſe debere . Ipſi verò Archiepiſcopo viſitationem , correctionem , ac omnimodam ſuperioritatem , & juriſdictionem , tam ſpiritualem , quàm temporalem in Eccleſiam , Presbyteros , & Clericos tam ratione curæ animarum , & adminiſtrationis Sacramentorum , quæ inibi exercentur , quàm

uti

nti in perſonas ejus ordinaria juriſdictione ſubjectas, & ſuppoſitns competiſſe & competere; laicos etiam qui clericali charactere inſigniti, ac clericos, qui ex minoribus ad ſacros, aut ex ſacris ad presbyteratus ordines peomoveri voluerint, ab codem Neapolitano Archiepiſcopo ordinari & promoveri, ſed dimiſſoriales litteras ab eo obtinere debere, ſubditoſque omnes legibus juriſdictionali, & Diœceſanæ Neapolitanæ Eccleſiæ ſubeſſe omninò debere, omniaque alia & ſingula Archiepiſcopo in eos enercere licere, quæ ſacri Canones, & Concilia, præſertim Teidentinum, Diœceſano in ſuos ſubditos competere ſtatuerunt, & ordinarunt. Quia verò in eadem Eccleſia Parochiali ex nonnullis cauſis animum noſtrum dignè moventibus unam perpetuam Vicariam in titulum beneficii Eccleſiaſtici uni perpetuo Vicario ejuſdem Eccleſiæ, qui curam animarum parochianorum illius enercere debeat, conferendam erigere intendimus, aut forſan etiam ereximus, curam ipſam à Rectore Abbate nuncapato dictæ Eccleſiæ omninò abdicantes, harum ſerie pariter declaramus, ac peepetuò ſtatuimus, ut juxta noſtri motus proprii ſuper erectione dictæ Vicariæ tenorem & vigore litterarum deſuper expediendarum ad eandem Vicariam, dum pro tempore vacaverit, præſentatio peeſonæ idoneæ in ea ad præſentationem hujuſmodi juxta formam Concilii Tridentini per Archiepiſcopum Neapolitanum loci ordinarium inſtituenda ad ejuſdem Eccleſiæ Rectorem, ſeu perpetuum Commendatarium, etiam pro tempore eniſtentem, ceſſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, etiam hac prima vice ſpectare debeat, teneaturq; taliter proviſus ad dictum obedientiam quotannis præſtandam, & ad ea omnia, erga Archiepiſcopum Neapolitanum præſtandum, quæ omnes alii Curati ejuſdem Diœceſis uti proprio Epiſcopo, & ordinario præſtare de jure debent, & conſueverunt. Volumus autem, ut tam prædictus Robertus Cardinalis, quam futuri Abbates ſeu Commendatarii pro tempore, mitræ, & baculi uſu, ac populo ſolemniter benedicendi facultate in dicta Eccleſia, tam vigore antiquorum privilegiorum, eidem Abbatiæ conceſſorum, ſi quæ habeat, quàm vigore præſentium noſtrarum litterarum, & conceſſionis, liberè uti poſſit, & valeat, ſicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & inteepretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, ac diffiniri debere, necnon irritum & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis legibus, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus eorum tenore præſentibus pro expreſſis habere illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 6. Septembris 1600. Pontificatus noſtri anno nono.

Hunc igitur in modum ejus Inſulæ juriſdictio ad Neapolitanum Archiepiſcopum rediit, quod non parum decoris eidem contulit, & Geſualdo rei bene peractæ æternam peperit laudem. Meminere hujus Inſulæ antiqui Scriptores, & S. Gregor. in reg. lib. 7. epiſt. 70. ad Mauritium Neapolitanæ Urbis Militum Magiſtrum. Cæterùm Geſualdus Neapolitanam Cathedralem, & Archiepiſcopale Palatium ædificiorum fabricis auxit, atque exornavit, vixque ullus annus præteriit, quo Eccleſiam hanc dono aliquo non inſigniverit. Nec incongruum hic exiſtimo ſingillatim recenſere, quos eidem ſuæ pietatis teſtes donaverit; candelabra magna argentea quatuor pro maximo altari pulcherrima librarum octuaginta quinque; Crucifixi imaginem argenteam deauratam librarum tredecim; Calices duos argenteos ex auro puriſſimo decoratos librarum quinque; Pixidem magnam argenteam deauratam librarum trium; Thuribulum argenteum deauratum cum navicula ejuſdem operis librarum quinque; Scyphum argenteum cum aſperſorio pro luſtrali aqua; Pacem quoque argenteam; Crucem parvam argenteam, cum haſta ſimiliter argentea, qua ille utebatur, Capitulo dono dedit: aliamque ſibi fieri fecit majoris valoris, inſigniſque pulchritudinis Venetiis elaboratam, quam deinde in ſuorum ſucceſſorum uſum Eccleſiæ donavit; Culcitram magnam Neapolitanorum procerum more ex ſerico, & auro contextam elargitus eſt; Globum etiam, quem eccleſiaſtici formale, ſeu pectorale vocant, ex præcioſiſſimis margaritis ac gemmis exornatam donavit. Multa quoque ſacerdotalia indumenta precioſa dedit; Ciborium, ſive teſtudinem ſummi altaris, quæ vaſta eſt & immenſa, tum latitudine, tum altitudine, quam veſtutate ex parte ruinoſam ingenti ſumptu reſtauravit, pulcherrimiſque picturis manu Joannis Balduccii pictoris Florentini ejus ævi celebris exornavit. Tandem Geſualdus boni paſtoris fungens officio morte interemptus obiit die 14. Febr. 1603. Magno omnium luctu funus ejus curatum eſt in Cathedrali, ubi in nobili marmoreo tumulo è regione ſepulchri Alphonſi Cardinalis Carrafæ, ſepultus, nulla adhuc ibi proloquente inſcriptione. Ceſſavit ab ejus obitu Neapolitana Sedes tribus diebus, & annis duobus. De Geſualdo pauca egimus primo tom. in Epiſcopis Oſtienſibus, redibit tamen de eo ſermo in Archiepiſcoporum Compſanorum ſerie tom. 7. cujus Eccleſiæ aliquando fuerat Archipræſul.

„ *Anno 1598. die 20. Septembr. magna Eccleſiaſtica pompa, interventu etiam Olivarenſium Comitis tunc regias vices gerentis in Neapolitano Regno primum lapidem jecit pro nova Eccleſia Montis Pietatis, qui fundatus ad levandam egenorum inopiam ann. 1539. ab Aurelio Paparo, & Leonardo de Palma nobilibus Neapolitanis in propriis ædibus, dein in D. Mariæ Annunciatæ tranſlatus, hoc anno benefactorum ſubſidio propriam ſibi, ac perpetuam domum aperuit. Sequenti anno viſitavit Oratorium Sodalitii SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, illud prorſus, quod ann. 1579. à pietate Neapolitanorum inſtitutum in D. Archangeli ad Bajanum, poſtmodum pertranſierat in D. Petri ad Aram, tandem in regione Pinus Aridæ ſedem poſuit, cum illi D. Camillus Pignatellus Vibonenſium Dux annuente Gregorio XIII. ann. 1583. Eccleſiam ſub titulo D. Mariæ Matris Domini, quam ſe. Fabritius miles Rhodius ejus patruus ann. 1573. fundarat, ac ædes, quas pro hoſpitio Peregrinorum aperire meditatus fuerat, adjunxiſſet una cum omnibus redditibus, reſervato ſibi ſolummodo ſuper Eccleſia jure patronatus & deſtinatione Sacerdotum. Illudque Oratorium, in cujus albo ipſemet Archiepiſcopus multos habebat conſanguineos conſcriptos, tale invenit, ut nihil in eo non ſolum corrigi juſſerit, ſed etiam ſummoperè commendarit, ut ex actis illius viſitationis in archivo metropolitano, ubi hæc leguntur:* Eſt dictum Oratorium ita nobiliter extructum, & tam inſignis ſtructuræ, ut potius Eccleſia, quam Oratorium appellandum ſit. *Et cum anno Jubilæi 1600. qui fuit primus ab inſtituta Sodalitate Neapoli, peregrinis laxe inſervierit uſque ad delicias, adeò delectatus fuit piiſſimus Præſul, ut in ſuis à Roma reſponſivis ad inclytum illum magni nominis principem Diomedem Carrafam Cerciæ majoris ducem Regni Neapolitani Theſaurarium, tantique Sodalitii amantiſſimum fratrem, hæc habuerit, quæ Latino referre ſatius duximus Idiomate.*

,, Præter ſtudium ſingulare, quo teneor erga hunc
,, locum Ss. Trinitatis Peregrinorum, ſum adeò
,, magnæ charitatis, & liberalitatis, quam oſten-
,, derunt hoc anno in illorum hoſpitalitate exem-
,, plis affectus, ut numquam deſuero illud omne,
,, quod fieri poſſit, exequi in auxilium, ac ſubſi-
,, dium ipſius, & in augmentum operis adeò boni,
,, & Deograti, *Et cum Iſabella Mendotia Alarco-*
,, *nia Marchio Vallis Siculæ, Hiſpanici ſanguinis*
,, *Matrona, ſoror laudati ſodalitii, ſuis ſumptibus*
,, *an. 1600. ſacrum aperuiſſet aſylum D. Mariæ de*
,, *Carmelo nuncupatum pro illis Hiſpanis mulieri-*
,, *bus, quæ prius Lupæ ſuo ſuaſu per pœnitentiæ*
,, *lavacrum evaſerant agnæ, annuit ipſe Archiepiſ-*
,, *copus, qui Mendotiæ pietatem ſummopere com-*
,, *mendavit, & regulas etiam Monialibus perſcri-*
,, *pſit. Victoria verò de Sylva nobiliſſima puella, &*
,, *ipſa Hiſpanici ſanguinis, & eiuſdem ſodalitii,*
,, *licet à ſuis Æmilio Caracciolo Biccarenſium comiti*
,, *deſponſata fuiſſet, ab Aſceterio D. Hieronymi, in*
,, *quo morabatur, comas reciſas ad matrem ſuam*
,, *tranſmiſit cum epiſtola, ſe illi deſignatam ſponſo,*
,, *qui paſcitur inter lilia, plaudente Archiepiſcopo;*
,, *qui bene certus cœleſtis vocationis illam ſtatim mo-*
,, *nialem reddidit, & Reformationem ſui ordinis*
,, *ſuſpirantem ſummopere juvit in fundatione hoc*
,, *anno novi Aſceterii, quod ipſa Victoria, poſtea*
,, *ſoror Euphroſina, Auguſtiſſimæ Triadi, cuius il-*
,, *lius eſſet ſodalitis, nuncupatum voluit. Inſigne*
,, *templum Domus Profeſſorum ſocietatis Jeſu, quod*
,, *nunc è celebrioribus Italiæ, imo & Europæ ſolem-*
,, *niſſima pompa idemmet conſecravit Archiepiſco-*
,, *pus. Patres item Carmelitæ Reformationis D.*
,, *Tereſiæ ſuum conventum cum Eccleſia, quæ Ma-*
,, *ter Dei audiit, ejus Præſulatu ædificarunt, pio-*
,, *rum eleemoſynis, ac præcipuè ſodalitii Ss. Trini-*
,, *tatis Peregrinorum, cujus primi fuere Alphonſus*
,, *in ſua inclyta Cajetana ab Aragonia gente III.*
,, *Dux Laurentiani, Auguſtinus Sallutius, & Vi-*
,, *ctoria Caracciola, qui non minus quam ſeptem*
,, *ducatorum millia ad hunc effectum erogarunt. An-*
,, *no 1601. ſolidæ pietatis viri proceres, inter quos*
,, *præcipui fuere ſodales SS. Trinitatis Peregrino-*
,, *rum, & Convaleſcentium, præclariſſimum illud,*
,, *ac perutile undequaque opus, cui nomen Mons Mi-*
,, *ſericordiæ inditum fuit, Clericorum Regularium*
,, *Theatinorum, & Patrum ſocietatis Jeſu ſuaſu in-*
,, *ſtituerunt.)*



CIV. 55. OCTAVIUS Aquaviva [a], Aragonius, natus Neapoli ex Joanne Hieronymo Hadrienſium Duce, germanos fratres habuit, Julium Pii V. Cardinalem, Rodulphum è Societate Jeſu Chriſti Martyrem, & Horatium ex Monacho Ciſtercienſi Epiſcopum Cajacenſem, Patruos verò Joannem Vincentium, qui ſub Paulo III. evaſit ad purpuram, & Claudium, qui Societatis Jeſu Generalis Præpoſitus fuit. Hic nobilis Heros, nobilior tamen virtute, & prudentia inclaruit, qui antequam purpura cohoneſtaretur, Peruſiis ad ſummam utriuſque

[a] De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 331.

A Juris prudentiam, & in utraque lingua ad eximiam eruditionem, eloquentiamque pervenit. Cumque ad Romanam Curiam ſe contuliſſet, poſt prima Palatina munera, ſub Sixto V Pontifice Utriuſq; Signaturæ Referendarius, & Patrimonii Prolegatus fuit; unde cum virtutum fama apud Gregorium XIV. inclaruiſſet, ab ipſo ex Pontificiæ domus magno Præfecto, ſacri Senatus purpuram tulit cumulatiſſimam anno 1591. deſignatuſque eſt Campaniæ & Maritimæ Legatus ſub Clemente VIII. ex Diac. S. Georgii ad velum aureum, Presbyter Cardinalis evaſit ad titulum S. Mariæ de Populo, & Avenionenſi Legatione condecoratus eſt, in qua obeunda per ſex omnino annos, difficillimis tamen temporibus egregiè verſatus, illud ibi potiſſimum patraſſe ſcribunt, quod Henricus Magnus IV. Francorum, Navarrorumque Rex eius ſuaſione & impulſu Catholicam amplexus fuiſſet Religionem, Romanæque Eccleſiæ reconciliatus, à Clemente diris abſolutus, diu Chriſtiano Orbi, & Galliæ
B Regno exoptatam tranquillitatem peperiſſet. Romam regreſſus ad ardua ſemper quæque negocia admotus, magnæ fuit apud omnes exiſtimationis. In Comitiis agitandis ubi creandi Summi Pontifices forent, ita, ajunt, Octavium conſiliis mirabilem, ac ingenii verſatilem fuiſſe, ut ejus dexteritate, & eloquentia aliquot ex Patribus provectos fuiſſe ad Petri Sedem, in quibus LEO XI. Medices fuit gratiſſimus Pontifex, à quo Octavius declaratus eſt Neapolitanus Archiepiſcopus eo ipſo die ſuæ exaltationis, hoc eſt prima Aprilis 1605. Sed cum Leonem, qui vix trium hebdomadarum Pontificatum geſſit, mors importuna compuliſſet ad rogum, à Paulo V. ſucceſſivè confirmationem accepit die 31. Auguſti Neapolim ſolemni pompa 27. Novemb. ejuſdem anni ingreſſus, ſumma cum incorrupti animi laude Eccleſiam Neapolitanam annis ſeptem adminiſtravit. Excoluit eximia liberalitate Chriſti pauperes, in quibus alendis, virginibus ſublevandis, piiſque locis reparandis ſummam octua-
C ginta [b] mille aureorum diſperſiſſe narratur. Nec ſuæ oblitus Cathedralis, ut in illam etiam adjecerit tum aurea, argenteaque vaſa, tum ampliſſimi, & eccleſiaſtici cultus ornamenta majora donaverit, Cathedralis Canonicos, Hebdomadarioſque mira benevolentia proſecutus, illis ſuppreſſi Monialium Cœnobii S. Angeli redditus attribuendos curavit: iſtis verò pro majori Eccleſiæ decore cappis violaceis utendi poteſtatem obtinuit a Paulo V. Cœnobium S. Mariæ de Gratia Ord. Minorum de Obſervantia in Herculano ſuæ Diœceſis oppido jam ædificari cœptum abſolvit, & exornavit: alterumque ejuſdem ſexto ab urbe Hadria lapide in territorio Abbatiæ S. Mariæ de Præpetiano, cujus erat Commendatarius, a fundamentis erexit. Moriens omnem ſuam ſupellectilem precioſam Monti Pietatis in pauperum uſum legavit, quamobrem ejus loci Præfecti in ſacra eorum æde ad futuram liberaliſſimi Archipræſulis memoriam, ſequentem marmoream inſcriptionem poſuerunt.

[b] Octuaginta ſex.

D

Octavio
Aquavivo Aragonio Card.
Archiep. Neap.
Oblegatam Monti Pietatis ſup-
pellectilem aureorum mil-
libus XX.
Præſtitumque etiam poſt obitum
paſcendi gregis munus,
Quem conſilio, doctrina, opibus
ſtrenuè aluerat,
Præfecti documento poſteris PP.
A. S. MDCXVII.

Finis vitæ ejus dies 15. Decembris 1612. corpus deſertur in Cathedralem, publico funere celebratum, curante ſupremos defuncti honores Franciſco Marchione Aquavivæ nepote, conditum eſt, miſerando omnium Cleri, Civiumque luctu inter


thro-

thronum marmoreum ae ſuggeſtum io marmoreo rumulo humi poſito, ubi legitut hoc epitaphium æneis characteribus ioſcriptum.

Octavio Aqaavivo Aragonio Card. Archiepiſc. Neap. Purpura & litterar. max. Grecar. ornamento majorum decora adepto, quæ fuerunt ò Repub. Chriſtiana in Pontificiis præcipuè Comitiis, atqae ia Avealoneaſi legatione cum arderot Prov. Civilib. diſcordiis, arderent bello Galliæ, ſtrenue cuacta executo, in omni vita ſingularem magni conſilii, excelſi aaimi laudem promerito, D. Franciſcas Aquavivas Marchio Aquavivæ, & D. Jaſia nepoto Duce Hadriorum XI. Pronep. P. obiit Anno ſal. M. DC. XII. aatat annos LII.

Porrò pius Archipræſul præter ea, quæ vivens pretioſa indumenta Cathedrali dono dederat, moriens etiam duo candelabra argentea, vas aquiminarium ex argento, calicem maguum ex auro puriſſimo conflatum, Crucifixum parvum argenteum, ſcyphum item argenteum, ſacras veſtes holoſericas permultas, aliaque eccleſiaſtica indumenta, culcitram magnam ex tela aurea duplici contextam liberaliſſimè legavit. Reliquit etiam poſteris ſui ingeoii aliqua monumeota, inter alia, D. Thomæ Aquinatis ſummam in compendium redactam, quam duobus voluminibus per concluſiones propria manu conſcripſit; fuit enim Theologiæ, & io Sanctorum Patrum libris ſtudioſus, & egregiè verſatus.

(„ *Sodalitiam SS. Trinitatis Peregrinorum, & „ Convaleſcentinm plurimi fecit Octavius, adeout „ cum pro reaggregatione Archiconfraternitati Ro„ manæ junta decretum Clemeatis VIII. opus illi fo„ ret propriis Archiepiſcapi teſtatoriis litteris, ipſas „ in illius commendationem expediri fecerit ampliſ„ ſimas, & præcipnè poſt enunciationem fundatio„ nis, operumque piarum ab ipſo exercitarum, hæc „ habet inter reliqua*: Propterea eum maoifeſta jam „ ſint hæc, & alia ejus pietatis, & charitatis ope„ ra, non modo io hac fideliſſima civitate Neapo„ litana, & regno, ſed & in toto ferè Chriſtia„ nitatis orbe, cum io proximo ſolum anno jubi„ læi octuaginta millia ferè Peregrinorum hoſpi„ tio receperit euntes, & redeuntes ab urbe, & „ aliis locis piis &c. *Hujuſce Sodalitii quinque ejus „ Præſulatu ſorores genere, opibus, ac virtute præ„ ſtantes, videl. Julia de Caſtellis, Hippolyta, & „ Catarina Ruſæ, Caſſandra Caracciola, & Ca„ tarina Tomacella nova ſuæ pietatis publica docu„ meata dederunt; prima pro Clericis Regularibus, „ qui miniſtraat infirmis, domum alteram cum Ec„ cleſia dicata Deiparæ Virgini ſine labe conceptæ „ adaperiens; reliquæ quatuor ſuum voventes Vir„ ginum ſponſo pudorem in Parthenone tunc per ip„ ſas fundato ſub auſpiciis D. Patriarchæ Joſephi, „ cui tunc etiam alteram dicarunt Sanctimoniales „ Carmeliticæ Diſcalceatæ. Duo pro Dominicana „ familia fundata cœnobia, unum pro Fratribus „ Calabræ provinciæ, cui Diva Maria Salutis, al„ terum pro ſororibus, cui D. Joannes Baptiſta ao„ men fecere. Confratres ſub titula S. Mariæ de „ Carmelo Hoſpitium egenis ſenibus in honorem „ D. Hoaupbrii Eremicolæ, Joannes Baptiſta „ Antonini Congregationis Oratorii Anxancaſis „ Eccleſiam D. Brigittæ, Medici ſuam D.D. „ Coſmæ & Damiaao, Patribus Societatis Jeſu iidem „ viri patritii, qui Montem erexerant Miſericor„ dię, collegium nomine D. Ignatii Loyolę condiderunt. „ Die 9. Novemb. 1612. in collegio maximo Societa„ tis Jeſu à Franciſca Pavonio ejuſdem Societatis „ inſtitata fuit canonice Sodalitas ſacerdotum non „ modo aaimæ, ſed & proximi profectibus incum„ beatium, & hæc eſt illa celeberrima ſodalitas, in „ qua plurimi non ſolum infulis, thiara, ac ſacra „ purpura decori, ſed vitæ, quæ prima dos eſt, ſan„ ctimonia conſpicui floruerunt, maximo nedum „ Neapolitanæ urbis, & regni, ſed & ipſius „ Chriſtianæ reipublicæ emolumento, à quo cœtu „ aliæ derivarunt ſodalitates matri ſuæ pene com„ pares, & coæquales, & præcipuè illa in majori „ Neapolitana Eccleſia, cui titulum fecit S. Ma„ ria Regina Angelorum. Sodalitas autem SS. Tri„ nitatis juſta Octavii tempore peregit Scipioni Pi„ gnatello viro clariſſimo, qui renunciato Laari „ Marchionatu altari ſe litans altari dignam con„ ſummavit vitam, & Portiæ Caracciolę, quæ glo„ rioſa apparitione ſe in patria regnare conteſtata „ fuit, nec non etiam Fabio Volanti, Petro de Al„ bizis, & Octavio de Lellis, qui licet primus Con„ gregationis Oratorii, alter ſocietatis Jeſu, alti„ mus Clericorum miniſtraatium infirmis, tamen „ ſui prius fuerant, at etiam fuerat nobiliſſima Ge„ nuenſis Matrona Baptiſta Spinula, quę in novo „ cœnobio Carmelitarum Diſcalceatarum Neapo„ li prima fuit, quæ tyrocinium poneret, audiens „ Maria Francisca à S. Jo. Baptiſta, ac prima, quę „ ab illo ad patriam evolaret, & ut verè ſuos ſu„ premis ipſa ſodalitas officiis eſt proſecuta.*)



56. DECIUS Carraſa *a*, Marii antepædeceſſoris ſui ex fratre nepos, nobiliſſimæ indolis juvenis, omnibuſque virtutibus exornatus à patruo eccleſiaſticæ militiæ adſcriptus eſt. Sub Clemente VIII. Vtriuſque Signaturæ Referendarius fuit, miſſuſque ab ipſo in Luſitaniam Nuncius anno 1598. revocatus ad Vrbem in demortui Card. Geſvaldi locum deſtinatus eſt Archiepiſcopus Neapolitanus anno 1605. ſed antequam ad examen prodiiſſet Clemens univerſæ carnis viam ingreſſus, ſucceſſorem habuit Leonem XI. à Deo magis oſtenſum, quàm datum, qui in ipſo ſuæ exaltationis die, ut ſemel diximus, Neapolitanam Eccleſiam in Aquavivam Cardinalem exoratus transfudit, quam Paulus V. poſt paucos dies Leonis ſucceſſor eidem Cardinali adfirmavit; Decius verò oleum tunc & operam perdidit. Admiratus tamen Paulus Decii modeſtiam, & temperaotiam, illum Damaſcenum Archiepiſcopum adlegit, & io Belgium ad Albertum Archiducem miſit Apoſtolicum Nuncium, mox in Hiſpaniam ad Philippum Regem: quo io munere eum verſaretur, à Paulo Presbyter Cardinalis creatus eſt die 17. Auguſti 1611. titulum habuit SS. Joannis & Pauli. Inſecutoque anno 1613. die 7. Januarii defuncto Card. Aquaviva renunciatur Neapolitanus Archiepiſcopus, quam Eccleſiam, niſi Pontificis acceſſiſſet imperium, haud erat accepturus. Eccleſiam igitur ſibi concreditam præſens adminiſtraturus, illò perrexit, ſolemni ritu ingreſſus eſt die 8. Maii 1614. Cum laude hanc ille adminiſtravit annis tredecim, conatuſq; eſt quam qui maximè ejus priſtinum decorem retinere. Synodos Diœceſanas frequenter habuit, Diœceſim perluſtravit, Cleri mores compoſuit, eaque omnia peregit, quę bonum Paſtorem decere viderentur. Palatium Archiepiſcopale auxit, atque multa perampla & com-

CV *a* De eo Ciaconius Uldoini t. 4. col. 441.

moda domicilia Archiepiſcoporum uſui profutura paravit, & inter alia perambulatoriam aulam amplisſimam, ac pulcherrimam erexit, & exornavit. Odeum juxta veterum morem in medio Cathedralis, è nuceis lignis affabrè cælatis fecit, è poſteriori parte marmorea eidem ornamenta adjecit, ubi Divorum Neapolitanæ Vrbis Tutelarium marmorea ſimulacra collocavit, iiſque adnumeravit ſtatuas SS. Maximini Cumani Martyris, & Caroli Card. Borromæi nuper in Sanctorum numerum adſcripti, cujus præcordiorum partem (,, *cum Pontificia Dalmatica alba*) à Federico Card. Borromæo dono acceptam argentea theca incluſa repoſuit in Theſauri ſacello. Baptiſterium quoque Cathedralis è Pario marmore mirificè elaboratum concinnavit (,, *uſus in eo efformando illa eadem con-*
,, *cha, quam Magnus Conſtantinus Neapoli eo mu-*
,, *neri applicuiſſe dicitur è quodam pretioſo lapide,*
,, *cujus ſpeciei non dat amplius Egyptus.*) gradus, per quos ad ipſum aſcenditur, vermiculatis marmoribus illuſtriores reddidit. Laqueare, ſive interiorem partem tecti ejuſdem Eccleſiæ, deauratum, & magnis, nobilibuſque iconibus inſignium artificum confectis extruxit, ex quo non parum Eccleſiæ acceſſit ornamenti, ubi inſcriptum.

Decius Cardinalis Carrafa deſponſatum
ſibi Eccleſiam nuptiali laquearium orna-
mento contexit, Anno M.DC.XXI.

Sacrario aureos ſex mille dono dedit, ex quorum redditibus ejus Eccleſiæ cultus nitidior, ſplendidiorque reddi poſſet, & fierent ſacræ veſtes, & Sacerdotalia indumenta. Sanctos aliquot Neapolitanæ urbis, quorum memoria ab hominibus multis adhinc ſæculis ferè exciderat, in Ephemeridibus Neapolitanis, in Diœceſana Synodo anno 1619. notari juſſit, quorum feſta celebrari mandavit. (,, *illorumque Catalogus typis traditus eſt cum*
,, *hiſtoria vitæ cujuſque Sancti.*) Demum ſummæ vigilantiæ, prudentiæ, ac juſtitiæ præclarus Antiſtes mortalitatem explevit die 24 Januarii 1626. Sepultus in Choro Cathedralis, tumuloque, quem vivens ſibi paraverat, in quem & Marii patrui cineres tranſtulerat, hac appoſita inſcriptione.

D. O. M.

Mario Carrafæ
Neapolitanæ Eccleſiæ ſplendori
Decius S.R.E. Cardinalis
Carrafa
Vt duos Archiepiſcopos dignitate
affines familia, unanimes amore
Vnus lapis ad reſurrectionis
gloriam expectandam con-
tumularet, Gratitu-
dinis defuncto
mortis ſibi memoriæ
Monumentum vivens condidit:
Anno Domini M.DC.XVI.

(,, *Admodum adoleſcens Decius nobiliſſimo tunc*
,, *recens inſtituto Sodalitio SS. Trinitatis Peregri-*
,, *norum, & Convaleſcentium ſuorum exemplo no-*
,, *men dedit, & ut erat mire propenſo ad pietatem*
,, *animo, illius omnes regulas nulla prorſus vel*
,, *excepta, vel diſſimulata exequi ſtuduit: illius*
,, *ſacris functionibus nunquam defuit, & cum illud*
,, *Sodalitium Clerici Regulares, Patres Societatis*
,, *Jeſu, Congregationis Oratorii, & Fratres Ca-*
,, *puccini communibus ſtudiis procurarent, ab omni-*
,, *bus Chriſtianam ſibi vivendi in ſæculo normam*
,, *addidicit. Exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii de*
,, *Loyola, quæ in illo Oratorio quotannis Jo. Fran-*
A ,, *ciſcus Araldus è primis tanti Patriarchæ filiis ex-*
,, *plicabat, ſemper interfuit, & ſæpe ſæpius ſolus*
,, *etiam Sodalium ſuorum conſortia vitans in qua-*
,, *dam cellula illius ſanctæ domus meditabatur à*
,, *ſolo P. Araldo bis per diem inviſus meditationis*
,, *quotidianæ fructum exploraturo. Quem lauda-*
,, *bilem uſum, cujus ipſe in illa ſodalitate primus*
,, *auctor extiterat, piiſſimi illi ſodales, negotiis*
,, *ſæcularibus, domeſticoque contubernio noven-*
,, *diali ſpatio valedicentes, animæ ſuæ omnino*
,, *conſulturi, tenuit plurimum, quàm ſæpius ſe-*
,, *ptem, quandoque etiam duodeni frequentarunt,*
,, *nonniſi aliquo ſemper è Societate Jeſu ſanctitatis*
,, *fama conſpicuo directore ſelecto, Araldum ſileu-*
,, *do, qui illius aſſidua Sodalitii cura, Pater ſpiri-*
,, *tualis audit, Petrus Antonius Spinellus, Vin-*
,, *centius Carrafa, aliique iſtis non inferiores va-*
,, *riis quidem temporibus fuerunt. Cum in Belgio*
,, *moraretur Decius, inſtituta domi de rebus ſacris*
,, *quadam veluti Academia, in qua non ſolum ſa-*
B ,, *niorem, ſed ſuſpicioſam quoque doctrinam profi-*
,, *tentes admittebantur, & ipſe poſtremus omnium ſe-*
,, *per ſuã humilitatis ergo proferebat ſententiã, mul-*
,, *tos aut vere Novatores Catholicæ fidei gremio copu-*
,, *lavit, aut titubantes in illa confirmavit, eoſque lar-*
,, *gis muneribus, at potius integerrimæ vitæ ratio-*
,, *ne continebat. Corpus porrò ſuum veluti prorſus*
,, *rebelle continuis macerationibus, ferreis flagris,*
,, *catenulis, ciliciis, jejuniis, vigiliis, (erat*
,, *quippe ſomni cibique parciſſimus) in ſervitutem re-*
,, *digebat; animam divina ſemper meditatione re-*
,, *creabat, numquam verò majori ſacra perfuſus læ-*
,, *titia, quam cum tres nobiliſſimi Belgæ cum ſuis*
,, *affeclis ad ejus pedes provoluti virus hæreſeos evo-*
,, *muerunt, nulla alia re prorſus moti, quam lu-*
,, *culentiſſimis divinæ, ut ipſi dixerunt, charita-*
,, *tis exemplis, quibus ſodalitates Procerum pri-*
,, *mam SS. Trinitati Peregrinorum, & Convale-*
,, *ſcentium, alteram natalitiis B.M.Virginis dica-*
,, *tam, tertiam denique ſeptem operum miſericor-*
C ,, *diæ nuncupatam in Neapolitana piiſſima urbe un-*
,, *dequaque fatiſcere experti fuerunt; cujus ſane*
,, *Chriſtiani gaudii compotem illicò reddidit ſuam*
,, *SS. Trinitatis ſodalitatem epiſtola ad inclytum ge-*
,, *nere, doctrina, ac pietate virum Decium Caraccio-*
,, *lum, illius tunc Primicerium directa, cujus partem*
,, *(integra quidem nimis prolixa eſt) non abs re viſum*
,, *inſerere, ut quantus erga illam fuerit ipſius a-*
,, *mor, omnibus pateat.* Creſcite (*ſua verba*
,, *ſunt*) de die in diem, de virtute in virtutem
,, dilectiſſimi fratres mei, verè, ut Apoſtoli ex-
,, preſſione utar, gaudium meum, & corona
,, mea, & ſicuti cœtus Nativitatis Marianæ, &
,, Mons Miſericordiæ a noſtro ſodalitio derivati
,, haſce frigidiſſimas, & longe diſſitas Regiones
,, ſuæ calefaciunt charitatis flamma, ita à fortio-
,, ri, & vos in ipſa charitate radicati, & fundati,
,, de veſtris progreſſibus me ſemper certiorem red-
,, dite, ſi eo ardore, cum iſthic ego verſarer, con-
,, ſorores noſtræ, & præcipue matronæ principes,
D ,, quæ ſuo ſexui erant meo tempore norma virtu-
,, tum, præſcriptis regulis parent. Ego hic opera
,, ſodalitatis, in quantum poſſum, exerceo; ſic
,, videor cum meis fratribus eſſe, illorum frui con-
,, ſortio illa frequentans. Pro ſingulis ſodalitii in-
,, digentiis nolo mea obſit abſentia; ad meum Pro-
,, curatorem accurrite. Illi circa reliqua opera pia
,, in aliis, in quibus inſcriptus ſum ſodalitatibus,
,, modum ſtatui; pro iſto autem nullum limitem
,, poſui, nec æris erogati rationem mihi reddi vo-
,, lo: optimè ſemper, cum pro iſto erogatur ſoda-
,, litio. RR. Congregationis Oratorii ſacerdo-
,, tes, noſtros in B. P. Philippo Nerio fratres, at
,, ſecundum ſpiritum verè patres, vitæ magiſtros
,, ſingulos uti ſingulos meo nomine ſalutate; inter
,, PP. Theatinos, ſocietatis Jeſu, Fratreſq; Capucci-
,, nos illis mea obſequia deferte, qui ſodali-
,, tatem noſtram frequentant. Quando quis
,, veſtrum, aut aliqua ſororum ea hac ad æternam

per-

A „ perrraoſibit vitam, illicò mihi ounciate, ut quod
„ noſtræ Conſtitutiones, & mea erga ſingulos ve-
„ ſtrum obſervantia requirunt, nulla mora inter-
„ poſita exequi valeam. Demum cum Apoſtolo
„ obſecro vos fratres per D. N. J. Chriſtum, & per
„ charitatem S. Spiritus, ut adjuvetis me in ora-
„ tionibus veſtris &c.

„ *Ubi autem innotuit S. Andreæ Avellino Cl. Reg.*
„ *tunc in humanis agenti, qui ſuus quandoque fue-*
„ *rat Neapoli à Confeſſionibus, Decium ad Philip-*
„ *pum Hiſpaniæ regem Apoſtolicum Nuncium de-*
„ *claratum, chariſſimi, quem in paucis amabat,*
„ *filii animæ conſulturus, monuit illico datis litteris*
„ *de valde periculoſo, in quo tunc verſabatur ſta-*
„ *tu, perſcripſit regulas, modumque, quo ſe diri-*
„ *gere debebat, exemplaria imitanda aſſignavit non*
„ *minus DD. Athanaſium, magnum Baſilium, Grego-*
„ *rium Nazianzenum, Ambroſium, Auguſtinum, & ul-*
„ *timis illis temporibus integerrimæ vitæ Purpura-*
„ *tos Carolum Borromæum, & Paulum Aretium.*
B „ *In aula Hiſpana favit ſummopere Decius ſuo*
„ *Sodalitio SS. Trinitatis, ita ut à Matrito ſcri-*
„ *bens nobiliſſimo viro Jo. Baptiſtæ Capycio Scon-*
„ *dito tunc Primicerio hos animi ſui ſenſus ex-*
„ *preſſerit:* Non poſſum non recordari illius ſo-
„ dalitii, quia cum ſæpius me illius eſſe recordor,
„ me reputo honoratum. *Ex Hiſpania reduci*
„ *in Aula Ducum die 7. Aprilis 1612. pileus ru-*
„ *beus, & 7. Maii titulus S. Laurentii in Pane, &*
„ *Perna datus eſt, ex quo titulo eodem anno die*
„ *Junii 18. ad illum SS. Jo. & Pauli translа-*
„ *tus eſt. Cum autem ad Archiepiſcopalem pa-*
„ *triam ſedem evectus eſſet, commune Neapoli-*
„ *tanorum civium gaudium teſtatus eſt erudita,*
„ *quam recitavit, oratione Lauretus de Franchis,*
„ *tunc majoris Eccleſiæ Hebdomadarius, poſtea E-*
„ *piſcopus Capreарum, deinde Minuri, quæ lu-*
„ *cem etiam vidit 1613 typ. Jo. Dominici Ronca-*
„ *lioli cum titulo:* Publica urbis Neapolitanæ
„ Gratulatio in electione illuſtriſſ. & Reveren-
C „ diſſ. D D Decii Card. Carrafæ ad Eccleſiam
„ Neapolitanam. *In tanta vero omnium ordinum*
„ *lætitia nullus ſuperare potuit, & gaudio, & officiis*
„ *ſuam SS. Trinitatis ſodalitatem, quæ ſi ob Pur-*
„ *puram ſummopere gaviſa fuerat, nunc ob illius*
„ *Præſulatum præ lætitia incapax erat ſui; quia*
„ *tunc honoribus filii jucundabatur, nunc eum-*
„ *dem filium parentem venerabatur, quapropter*
„ *ſi tunc triduo pulſari nolas, luminibuſque noctu*
„ *totum ſuæ ſacræ Domus ambitum ſplendere voluit,*
„ *nunc illis nova addens obſequia Academicis plauſi-*
„ *bus tanti Antiſtitis laudes proſecuta. E contra ve-*
„ *ro Decius ſodalitatem, quã tenerrimè ſemper dile-*
„ *xerat, Archiepiſcopus adeò magni fecit, ut illius So-*
„ *dales, inter quos erant nonnulli è collegio Ca-*
„ *nonicorum ſuæ Cathedralis, in bene regendo gre-*
„ *ge adminiſtros voluerit, conſorteſque laborum.*
„ *Illas, quas animi relaxandi gratia, ne ſub cura-*
„ *rum mole corpus deficiat, ipſa ſinderеſis indulget*
„ *horas, in Xenodochio Peregrinorum conſumebat*
D „ *tunc ſe vere pluſquam refici putans, cum ſui ſo-*
„ *dalitii implebat munia, à quorum nullo etſi gra-*
„ *viſſimo exemptionem ſibi permitti voluit, &*
„ *quando diœceſi præpeditus arduis negociis præ-*
„ *ſens eſſe nequiverat, aut per alterum ſodalem è*
„ *ſuis conſanguineis, ſi poterat, ſupplebat, aut*
„ *proprio ære, ſemper autem ultro in ſubſidium*
„ *illorum piorum operum, erogato involuntarias*
„ *ſuas abſentias redimebat. Cum juſſu Urbani VIII.*
„ *tunc recens in ſummum Pontificem inaugurati*
„ *per diœceſim Neapolitanam generalis expoſitio*
„ *auguſtiſſ. Sacramenti altaris publicæ fidelium a-*
„ *dorationi pro 40. horarum oratione eſſet indicta,*
„ *inter publicas Eccleſias ad hunc effectum deſti-*
„ *natas voluit eſſe Oratorium ſuæ ſodalitatis SS.*
„ *Trinitatis Peregrinorum, quæ in cultu erga Eu-*
„ *chariſticam dapem nulli ſecunda maxima Eccle-*
„ *ſiaſtica pompa hanc ſacram more ſuo functionem*
„ *peragens, communibus plauſibus coronata fuit.*

A „ *Congregationem Oratorii utpote filiam ejuſdem ſui*
„ *patris D. Philippi Nerii, omnibuſque Eccleſiaſticis*
„ *virtutibus refertam æquè dilexit, ita ut ſtatim ac*
„ *Neapolitana infula ornatus fuerit litteris ad Ven.*
„ *Antonium Talpam illius cœtus ſacerdotem Neapo-*
„ *li commorantem Romã datis, ſe illius, & ſuæ Con-*
„ *gregationis in gubernando grege uſurum opera pro-*
„ *miſerit, prout reipſa uſus fuit. Primus fuit, qui*
„ *majus templum è veteri, atque obſoleta, quæ mœ-*
„ *rorem potius, quam venerationem conciliabat, in*
„ *novam formam nullis parcens impendiis deduce-*
„ *re aggreſſus eſt, feneſtras Gothico more arctas, &*
„ *oblongas dilatavit, quapropter pellucidior, ac*
„ *lætior interna templi facies evaſit. Muſicorum*
„ *chorum auro contectum extruxit. In honorem D.*
„ *Mariæ Virginis ab Angelo Annunciatæ in re-*
„ *gione, quæ dicitur Fonzecca, ſuo ſumptu à*
„ *fundamentis erexit, ac dotavit Eccleſiam. Baſi-*
„ *lianis Monachis illam D. Agrippini, Piis opera-*
„ *riis ſibi ſummopere charis illam D. Georgii, quam*
B „ *pridem vetuſtate fatiſcentem repararat, Alexan-*
„ *dro Rubeo ſuæ metropolitanæ Canonico illamque*
„ *D. Mariæ ad mare conceſſit. Ejus autem Præſula-*
„ *tu multæ ſacræ fundationes, vel reſtaurationes*
„ *ſecutæ ſunt. Patres Societatis Jeſu Collegium ſub*
„ *auſpiciis D. Franciſci Xaverii, quod primum fuit*
„ *Indiarum Apoſtolo in toto orbe dicatum, Heliani*
„ *Fratres duo Monaſteria D. Mariæ de Carmelo*
„ *unum in capite Clivi, alterum in ora Olimpiaca,*
„ *Fratres Minores unum D. Mariæ Miraculorum, &*
„ *in altero, quod D. Mariæ de Spiritu Sancto, novam*
„ *Eccleſiam ſub invocatione S. Antonii Patavini,*
„ *Auguſtiniani Diſcalceati, unum D. Nicolai Tolenti-*
„ *natis, Clerici Regulares Barnabitæ Domum cum*
„ *Eccleſia ſub D. Caroli, Clerici item Regulares,*
„ *ſed cognomento Minores ſub D. Joſephi auſpiciis*
„ *ædificarunt. Conſules artis ſericæ ſuam Eccleſiam*
„ *Sanctis Apoſtolis Philippo & Jacobo dictam in*
„ *auguſtiorem formam ampliarunt, exornarunt. Ar-*
„ *tis laneæ cœnobium pro ſuis filiabus ſub titulo S.*
C „ *Mariæ Gratiarum, Tonſores ſuam Eccleſiam SS.*
„ *Coſmo, & Damiano, Sodales illi, qui piiſſimum*
„ *illud opus inſtituerant liberationis animarum à*
„ *purgatoriis ignibus miſſæ ſacrificio, inter quos*
„ *erant quamplures Sodalitii SS. Trinitatis Pe-*
„ *regrinorum, Eccleſiam à fundamentis ſub ti-*
„ *tulo Sanctæ Mariæ animarum condere cœperunt.*
„ *Clauſtrum Monialium S. Monicæ titulo funda-*
„ *tum fuit. Iſabella Gonzaga Hoſtilianі princeps,*
„ *Iſabella Caracciola, quæ mundo abrenuncians*
„ *aſceticam in D. Andreæ monaſterio vitam, audiens*
„ *Maria, profeſſa eſt, Dorothea de Tufo, & Victo-*
„ *ria Mareſca inclitæ laudati ſodalitii Ss. Trinitatis*
„ *ſorores nova clauſtra excitarunt, primæ tres ſub*
„ *titulo S. Maria ſuccurre miſeris pro mulieribus ad*
„ *bonam frugem converſis, ultima ſub auſpiciis D.*
„ *Catharinæ Senenſis pro Virginibus tertii ordinis*
„ *D. Dominici, in quo ſeipſam incluſit. Multæ ſo-*
„ *dalitates inſtitutæ fuerunt, quas inter illa ſacer-*
„ *dotum, qui Peccatorum converſioni operam dant,*
D „ *& illa, quæ mortuorum dicitur, quia defunctorum*
„ *ſuffragia procurat, ambæ in D. Pauli PP. Thea-*
„ *tinorum, in quarum fundatione præcipui quaſi*
„ *fuere ſodales SS. Trinitatis Peregrinorum, item &*
„ *alia mortuorum in D. Mariæ Angelorum Patrum*
„ *etiam Theatinorum, cui Eleonora de Leiva nobi-*
„ *liſſima, ac piiſſima Hiſpana matrona ac ſoror laudati*
„ *ſodalitii SS. Trinitatis triginta ſex aureorum mil-*
„ *lia legavit; Ss. Trinitatis in caſtro Capuanæ, cu-*
„ *jus ſodales Ss. Trinitatis fuere præcipui benefa-*
„ *ctores; ſacerdotum numero ſexaginta ſub titulo Ss.*
„ *Crucifixi in D. Joannis Majoris; item & altera*
„ *etiam ſacerdotum, ſed ſexaginta trium, non au-*
„ *tem in dicta Eccleſia, ſub auſpiciis immaculatæ*
„ *Conceptionis B. M. V. Laicorum denique propter*
„ *Divorum Franciſci, & Matthæi, cui eadem Bea-*
„ *ta Virgo, ſed aſſumpta in Cœlum nomen fecit, &*
„ *ſocietas Jeſu ad pietatem iter inſtruit.*
„ *Caritas autẽ Decio Præſule Neapolit. ſęviter ex-*


A „ *xavit diœceſim, at ſævius piiſſimi Paſtoris animum, qui ſupra etiam vires ſuas, imo ſibi neceſſaria detrahens, famelicos alait, nudos cooperuit, puellarum pudori conſuluit. Publicas ſupplicationes pœnitentiam rita indictas, & repetitas, cum etiam peſtis flagellum, ſub quo Sicilia gemebat, propter vicinitatem timeretur, ipſe etiam comitatus fuit, imo etiam diſcalceatus ingreſſus fuit templum, quod D. Mariæ de Conſtantinopoli ad profligandam peſtem Neapolitanorum pietas elapſis annis dicaverat. Si ſuam Peregrinorum ſodalitatem ære tantum juverat anno jubilæi 1600. quia tunc aberat à Patria, ann. 1625. ære, & perſona, nam ſemper ac poterat, in illas morabatur hoſpitio, illiſque alacrius peregrinis lavabat pedes, quos aut ulcera fœtidos, aut ipſa egeſtas nauſeoſos reddebant, gaudebatque in eo munere conſortes etiam habere ſodales Montis Miſericordiæ, qui id unum ex ſeptem operibus corporalibus in domo materna, ſcil. in illa SS. Triadis Peregrinorum, tamquam in Regia Hoſ-* B *pitalitatis exercere voluerunt, non modo trium millium aureorum ſubſidio, ſed etiam perſonali ſervitio, quod ibidem qualibet feria v. pauperibus Jeſu Chriſti exhibebant. Idem piiſſimus Paſtor de ſua veluti vicina morte ſecurus nunquam divelli poterat à chariſſimo ſuorum ſodalium conſortio, quorum etiam ſolebat ſacramentales confeſſiones excipere, ut frequens etiam eam paſtoralis muneris partē in ſua exequi Cathedrali conſueverat, infirmos viſitabat, & uſque efflarent animam, eccleſiaſticis precibus, verbiſque contritionem excitantibus juvabat, ſupremaque præſtabat officia.*

„ *Decio in vivis agente maxima obierunt ſanctitatis opinione Julius Mancinelli Soc. Jeſu, Antonius Talpa Congregationis Oratorii, Jo. Leonardus de Faſco, & Aloyſius de Aquino Ord. Prædicatorum, Hieremias de Vallachia Capuccinorum, Vrſula Benincaſa fundatrix Virginum Conceptioniſtarum, pro quorum canonizatione formari rite proceſſus voluit, & Magdalena à Jeſu Maria fundatrix Tereſianarum Genuæ, ac dein Neapoli.* C *Suum etiam SS. Trinitatis ſodalitium viduatum indoluit Horatio Card. Spinula Archiepiſcopo Genuenſi, qui licet abſens largiſſimis, continuiſque ſubſidiis illius omnia fovebat opera, Ignigo Guevara, qui Bovini renunciata Dynaſtia Societati Jeſu nomen dederat; Jo. Franciſco de Ponte, Andrea Albertino, & Petro Criſpano, quorum primus toga ſupremi collateralis conſilii, & Morconis Marchionatu abdicato inter Clericos Regulares Theatinos, ſecundus inter Clericos Minores, tertius prius Regiarum triremium Præfectus, poſtea Sacerdos Congregationis Oratorii, demum inter Fratres Minores Capuccinos ſe conſcripſerant: Belliſſario Aquaviva ab Aragonia Neriti duce, Scipione Pignatello Lauri Marchione, Hectore item Pignatello IV. Vibonis duce, ac illius uxore Catarina Caracciola, Julia de Caſtellis, Maria Brancacia, Lucretia Tomacella Paliani duce, Anna Mendotia comite S. Angeli, Iſabella* D *Barrile, Maria Carrafa olim Aadriæ duce, tunc Monialis in D. Mariæ de Sapientia, Catarina de Senis in D. Catarinæ Senenſis aſceteriis, Iſabella Genuina in cœnobio laudatæ Vrſulæ Benincaſæ, Joanna de Capua Altavillæ comite, Campani Collegii Societatis Jeſu parente, ac multis aliis in utroque Catalogo, omnibus pietatis ſtola conſpicuis, prodigiis etiam vitæ in aliquibus ſanctimoniam teſtantibus.*

„ *Cæterum nihil Neapolitanæ civitatis acerbius accidere poterat, quàm letho ereptam ſibi tanti nominis, tantæque Innocentiæ Antiſtitem, cui ipſa fabula delictum unquam impegit ullum. Teſtatus nobilium ordo, ac populus ſtudium, atque exiſtimationem, quod tanta frequentia exanime corpus celebraverint, ut nullus penè Neapoli ex omni hominum gradu, cenſuque fuerit, qui non ad pedum oſculum acceſſerit. Sua verò Sodalitas SS. Trinitatis vehementia doloris adeò preſſa fuit, ut nonniſi poſt tres ab illius obitu menſes, è quodam veluti excitata veterno, lugubri quam maxima potuit pompa juſta perſolverit, orante in illius funere Jo. Baptiſta Vrſio Societatis Jeſu, & illius imagini hac appoſita epigraphe.*

„ Decio morum innocentia, Sacerdotali diſciplina, Vitæ Sanctimonia inter Purpuratos ſui ſæculi Patres facilè principi, Octavio è Carrafæorum gente Neapolitano Archiepiſcopo, non alienis idcirco exemplis, ſed domeſticis ad bene regendum Eccleſiam inſtituto, quod Sodalitatem hanc triennio ante conditam licet ſibi in matrem adſciverit, ſuarum virtutum potius, quam Purpuræ ſplendoribus illuſtraverit, perpetuis aluerit ſubſidiis, Primicerius, & Cuſtodes monumento Poſteris P. P.

„ *De eo fusè Chiocarellus à fol 366. ad 368. Julius Cæſar Capaccius; Omnes Hiſtorici Clericorum Regularium Theatinorum, Conſtantinus Vitalis Typographus in dedicatione Cathechеſis civitatis, & diœceſis Neapolitanæ, Jo. Bapt. Antonucii, Rondininus in ſua Hiſt. SS. Jo. & Pauli de Caſæmario, Aldimarus in Hiſtor. gener. famil. Carrafæ c. 9. de Magiſtris in ſtatu Eccleſiæ Neap. Jo. Antonius Caggianus in vita Pauli Card. Aretii, Theodorus Amydenus in ejus vita M.S. Ciaconius Oldoini tom 4. col. 421. noviſſimus omnium Ignatius Maria Comus, vir exploratæ virtutis, & nunquam niſi cum laude nominandus in ſua peculiari hiſtoria, quam concinnat, ſummorum Pontificum, & Cardinalium Regni Neapolitani, & alii innumeri.*



CIV.

57. FRANCISCUS Boncompagnus *a* ex Ducibus Soræ, Gregorii XIII. pronepos *b*, Decio Cardinali laudatiſſimo ſucceſſit, è Fani Fortunæ Sacerdotio translatus die 2. Martii 1626. *c* exceptus omnium ordinum gratulatione, quippe quem præiverat iam virtutis fama, ac pares ampliſſimæ dignitati, ac muneri ejus animi partes evulgaverat. („ *Extat adhuc Oratio Julii Cæſar. Capacii pro ejus „ ingreſſu typis data Octavii Beltrani in 4 1626*) Erat enim inculpatæ vitæ Præſul, & in omnium ſcientiarum genere verſatus. Græcis, ac Latinis litteris eruditus, egregiuſque venerandæ antiquitatis amator. Per quindecim omnino annos conſultiſſimè Neapolitanam rexit Eccleſiam, in eoque munere obeundo vitam penè peregit angelicam, & vivum modeſtiæ exemplar ſe præbuit. Continentia fuit inſignis, munificentia in pauperes nulli ſecundus, inter quos Neapoli ſupra *d* octuaginta ducatorum millia expendiſſe fama eſt. In animarum ſalute procuranda totus fuit, adeout frequenter damnatos ad ſupplicium ad pœnas Deo hominibuſque meritas, debitaſque humiliter perſolvendas maximo miſerorum fructu, & omnium admiratione per ſeipſum ad patibulum uſque hortatus ſit. Reparatæ ſalutis anno 1631. cum Veſuvius Mons ingentes flammarum

a De eo Ciaconius Oldoini t. .. co. 480 *b* Nepos. *c* Ætatis ſuæ anno 50.

d Supra ducenta ex ſcutatorum millia. Ex Ciac. Oldoini.

glo-

globos evomeret, ultimum Neapolitanæ Urbis exterminium minitans, publicam ſupplicationem edixit, in qua ipſe adhibitis Civitatis Patronorum, & Tutelarium exuviis, nudis pedibus & profuſis lachrymis inceſſit, & è conſpectu ejuſdem Montis largita benedictione, meritis glorioſiſſimi Martyris Januarii, & interceſſione, cujus ſacra pignora geſtabat, flammas, nè ultro progrederentur, continuit, ſicque pius Paſtor divinam indignationem à populo avertit. (,, Qui ab illo in finitimis pagis, & oppi- A
,, dis evaſerant incendio, omnium egeni Neapolim
,, rapidè petierunt, ubi vere Chriſtianam Charita-
,, tem experti quam maximè ſunt, præſertim in hoſ-
,, pitio D. Januarii extra mœnia; at cũ inter eos mul-
,, ti forent melioris conditionis, quos ne cunctis ſua
,, innoteſceret calamitas, & egeſtas, pudebat in il-
,, lud patens omnibus Neapolitanæ miſericordiæ
,, theatrum appellere, hyemali rigore, & mille aliis
,, preſſi neceſſitatibus paſſim per vias interibant.
,, Quod ubi reſcivit nunquam ſat laudata Sodalitas
,, SS. Trinitatis Peregrinorum, illos pia calliditate à B
,, publico ſegregans in ſuam deduxit domum uſque
,, ad 160. & amplius per ſingulos dies excipiendo; il-
,, los victu, pharmacis, veſtibus, omnibuſque neceſ-
,, ſariis reficiendo, ac etiam pecunia largiter illis
,, miniſtrata, integre conſolando, magno quidem ſuo
,, impendio, ſed maximo apud Deum merito, & cun-
,, ctorum Ordinum ædificatione. Socios in hoc ipſa
,, habuit Sodales montis, quem vocant Pauperum ve-
,, recundorum, qui utpote ab ipſa derivati, ultro in
,, ipſa concordibus ſtudiis, & cum ipſa tale vere piiſ-
,, ſimum opus exercuerant. Patres B. Petri de Piſis
,, imaginis ligneæ Domini N. J. C. cruci affixi caput
,, tantummodo in ſuo rure illæſum repertum, licet
,, obrutum ſaxis, & cineribus incendii Neapolim de-
,, duxerunt, & in ſua Eccleſia, cui titulus D. Maria
,, Gratiarum, in ſacello gentis de Como publicæ fide-
,, lium adorationi expoſuerunt, perque illud idem
,, Dominus continua ſigna facit, ut innumeræ voti-
,, væ teſtantur tabellæ; quapropter ab ipſius ſacelli
,, Dominis plura ornamenta circa ſacrum caput, & C
,, in ipſo ſacello facta ſunt. Typis etiam data imago
,, cum quibuſdam ſacris precibus, quas qualibet fe-
,, ria VI. poſt Completorium iidem Patres coram illo
,, recinunt. Inventio ejuſdem ſacri capitis ex hac
,, patet marmorea ſub altari inſcriptione.

D. O. M.

,, Piiſſimam capitis Chriſti Servatoris Ico-
,, nem, quæ conflagrantis Veſuvii ſaxis
,, aquarum, cinerumque eluvione obruta
,, à R R. P P. hujus cœnobii ordinis D.
,, Hieronymi Congregationis B. Petri de
,, Piſis eorum ruri in Summano agro Theo-
,, goniæ anno MDCXXXI. XII. Kalend.
,, Januarii illæſa fuit divinitus reperta, ac
,, publicæ, ut par erat, venerationi ſub
,, idem tempus expoſita, aſſiduis erga fi-
,, deles ineffabilis divinæ miſericordiæ ar-
,, gumentis fulgere adeo cœpit, ut nemo D
,, ferme ex ea, niſi voti compos redierit,
,, Franciſcus Xaverius Comus V. I. D. &
,, & S. Neapolitanæ Eccleſiæ Canonicus
,, hoc in avito ſacello cuſtodiendam, & e-
,, legantiori cultu exornandam curavit an-
,, no poſt partam ſalutem MDCCII.
,, Inſtantibus quamplurimis ſodalibus SS. Trinita-
,, tis Peregrinorum, & Convaleſcentium, nonnul-
,, liſque aliis ſolida pietate conſpicuis in Cathedrali
,, Baſilica ſub auſpiciis D. Januarii inſtituta fuit ſo-
,, dalitas, cujus munus gratitudinis ergo eidem S.
,, martyri ob ſervatam ab incendio patriam, operi-
,, bus miſericordiæ ſpiritualibus æque ac corporali-
,, bus, unum è ſuis cuique operiſtotis temporibus aſ-
,, ſignando, omnino vacare ſub directione tamen, ac
,, nutu proprii Archiepiſcopi, qui illius perpetuus
,, ſuperior conſtitutus. Hæc igitur Sodalitas, cui
,, nomen illico dedere non modo viri Patritii, & ma-

A ,, giſtratus, ſed & jureconſulti, ac opibus præſtan-
,, tes, cum multas honeſtas puellas, ne ob paupe-
,, riem pudicitiæ jacturam facerent, in quamdam
,, collegiſſet domum, novum pro illis cærulea idcirco
,, veſte indutis D. Januarii titulo cœnobium excita-
,, vit, quod ſemper quoad uſque ipſa viguit, pro
,, curavit; nunc vero alii eidem invigilant.)

Demum, cum ex teſtamento omnem ſuam ſupellectilem Romano Collegio Germanorum pia liberalitate reliquiſſet, plenus gloria, magnum ſui apud omnes deſiderium relinquens, diem ſuum clauſit extremum 9. Decembris 1641. mœrentibus populis, quos ad vitæ paſcua ducebat, elatus eſt ad tumulum in S. Mariæ ad Capellam juxta Aram ſummam, quam ipſe recenter conſtruxerat, cum eſſet ejuſdem Eccleſiæ & Cœnobii perpetuus Commendatarius, ubi & adjecto cœnotaphio poſteris commendatus.

D. O. M.

B Franciſcus tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum S. R. E. Presb. Card. Boncompagnus Archiepiſcopus Neapolit. Gregorii XIII. nepos, ex Ducibus Soræ cum vivens mortem meditaretur, hoc loco ſepulchrum ſibi fieri juſſit & fideles, ut pro ſe Deum orent in Chriſto oratos voluit. Obiit ann. ſal. MDCXLI. Menſe Novembris ætatis ſuæ. XLVI.

Quibus etiam addere viſum eſt ſequens epicedium, quod querula veluti præfica de tanto Principe, eique optimè caro Mag. Fr. Nicephorus Sebaſtus Meliſſenus Ord. Eremitarum S. Auguſtini accinuit, quod ſic ſonat.

Eſſe Bonum Socium vivum Urbs Parthenopea
Accademiæ, inopes, Relligioque docent.
C At poſtquam è vivis Te furtim ſubtrahis, ille
Deſinis eſſe aliis, deſinis eſſe Tibi.
Quin Socius malus es nos linquens, Accademiæ
Lugent, mæret inops, Relligioque dolet.
Ergo Tibi antiqua ut reddi cognomina poſſint,
Sis Bonus uſque Comes, & rege Paſtor oves.

(,, Continuans Franciſcus Prædeceſſoris ſui a-
,, morem erga Patres Pios operarios, dedit eis regen-
,, dum cœnobium D. Mariæ de Charitate, ut & ſa-
,, cras Virgines illud, aliosque illam viciniam inco-
,, lentes in tutam ſalutis viam dirigerent, & pro no-
,, va, quam iidemmet condere meditabantur, Ec-
,, cleſia D. Georgii vetere jam fatiſcente, ruinamq;
,, minitante, primum lapidem jecit. Eo item Præ-
,, ſule Clerici Regulares Theatini novam domum, cui
,, titulum B. Virgo Lauretana fecit ob veſtem, qua
,, olim induta fuerat illius ſtatua in Piceno, quam
,, ipſi dono dederat nobiliſſima, ac piiſſima matrona
,, Julia Brancacia ſoror ſodalitii Ss. Trinitatis Pe-
,, regrinorum, per quam veſtem ipſam Deiparo Nea-
D ,, polis illicò audiit Promagratiarum, item & alteram
,, domum, cui titulum pariter fecit eadem B. Virgo,
,, ſed audiens Advocata, Clerici Regulares Matris
,, Dei ſuam pariter natalitiis B. M. Virginis, quæ
,, vulgo D. Maria in Porticu, & in ampliorem, ac
,, verè magnificam formam, Eccleſiam, quam nuper
,, obtinuerant D. Brigittæ, quæ prius nimis angu-
,, ſta, Clerici Regulares Pauperes ſcholarum pia-
,, rum duas domos, unam & pariter Natalitiis, al-
,, teram Aſſumptioni ejuſdem Virginis dicatas, Cle-
,, rici Regulares Miniſtrantes infirmis novam do-
,, mum, cui titulum fecit D. Aſprenus, Fratres S.
,, Joannis de Deo ſuam Eccleſiam, quæ prius nimis
,, anguſta in ampliorem formam condere cœperunt.
,, Et cum idem ardor Clericos Regulares D. Pauli
,, vulgo Barnabitas illam S. Mariæ in Coſmedin ve-
,, tuſtate penè labentem, & Moniales D. Marcellini
,, agitaret, primum lapidem pro novis hiſce Eccle-
,, ſiis ipſe jecit maxima Eccleſiaſtica pompa Archie-


piſco-

piſcopus, & illam Monialium D. Andreæ ſolemni ritu conſecravit. His quoque temporibus duę novę Congregationes Carmeliticæ Reformatæ Neapolim in ſui traxere venerationem, una quæ audit ſtrictæ obſervantiæ in Conventu S. Mariæ de Vita, de quo ſupra, altera quæ primævæ inſtitutionis in nova domo, cui titulum fecit eundem B. Virgo ſed ſub cognomine de Monte ſancto. Camilla Antinora poſt piè educatam, Deoque ſacratam ſuam prolem à viro ſuo Octavio Capycio ſibi genitam, & pietate non impari ſuſceptam, ſe ipſam quoque religioni litavit in aſceterio, quod ſub regula Carmelitica, propri ære fundavit, & vera in ſodalitio Ss. Trinitatis, D. Philippi Nerii filia continuò erga Eucharisticam dapem flagrans amore, auguſtiſſimi Sacramenti nomine audiens Paula Maria inſignivit. Pro mulieribus ad bonam frugem converſis novo etiam ſacra adaperta ſunt aſyla, unum pro Italis, cui D. Maria de Præſidio, alterum pro Hiſpanis, cui D. Maria Magdalena titulum fecerunt. Divus autem Dominicus Patriarcha Ordinis Prædicatorum adſcitus fuit in Protectorem civitatis, & Regni Neapolis, operam præcipuè dantibus ſodalibus SS. Trinitatis Peregrinorum, feſtæque ſupplicationi, omnibuſque ſacris illis verò magnificis functionibus ipſo interveniente Archiepiſcopo. At inculpatæ vitæ ſacerdos Didacus Bernardus de Mendoza, clariſſimus æquè genere, ac pietate Sodalis etiam Ss. Trinitatis Peregrinorum pervetuſtam Deiparæ Virginis imaginem, ſuis majoribus ab Aragoniis Neapolis Regibus, ut fama eſt, dono traditam, ut decentiori, imo publico, ut par erat, cultu haberetur, donavit Clericis Regularibus Theatinis, geſtiente præ lætitia piiſſimo Archiepiſcopo, qui uſque à primis unguiculis tenerrima ſemper devotione communem Dominam proſecutus fuerat. Hæc eſt illa imago in D. Pauli majoris, quæ ſub titulo Puritatis, quem addidere præfati Patres, largitur implorantibus quaſcumque gratias, adeout ferè in omnibus Neapolitanæ urbis Eccleſiis, & præcipuè in laudati ſodalitii, illius colantur exemplaria, per quæ etiam B. Virgo ſe beneficam ſolet oſtendere.

Cæterum Franciſcus ſodalitium Ss. Trinitatis Peregrinorum adeò magnifecit, ut illius oratorium inter publicos pro lucro S. Jubilæi à ſummo Pontifice Neapolitanæ diœceſi conceſſi viſitandas Eccleſias declararit, in quo ad meliores ſuo Præſulatu abierunt Raduanus Guerrerius, qui in ſocietate Jeſu audiit Franciſcus, Dominicus de Martino è Congregatione Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis, qui è Neapoli Lucam petiit peſte infectis ſervitium præſtiturus, in qua urbe victima tandem cecidit, ſanctæ charitatis, Jo. Thomas Vitalis inter Carmelitas Excalceatos, Januarius à S. Jo. Baptiſta, Iſabella Caracciola in Aſceterio D. Andreæ, Maria, Mortia, & Olimpia Palmerię inter Conceptioniſtas Ven. Matris Urſulæ, Conſtantia Pignatella Modunii, Iſabella Mendoza Valliſſiculæ Marchionis, Elvira de Monteargro Montis Comes, Maria Bermudez de Caſtro laudabiliter omnes, & fere etiam opinione ſanctitatis omnes, quorum felicem exitum ſuo verè feliciſſimo coronarunt Jacobus Antonius Jannonus, & Antonius Capycius, qui ſi purpuream, quam induerant D. Philippi Nerii veſtem in ſodalitio Ss. Trinitatis, ſacra D. Ignatii Loyolę contexerunt, nunc ipſam proprio, ſed meliori ſorte, purpurarunt ſanguine, glorioſi inter Japonas pro fide certaminis palmam conſecuti. Maxima etiam ſanctitatis fama ad Patriam evolarunt Carolus Carrafa, Inſtitutor congregationis ſacerdotum ſæcularium, vulgo Piorum Operariorum, & Franciſcus Olimpius Clericus Regularis Theatinus, quibus Archiepiſcopus, qui cunctos in ſua Diœceſi inculpabilis vitæ tenore conſpicuos ſemper ſingulari amoris prærogativa proſecutus fuerat, ſuam Benedictionem impartitus. Devotiſſimus erat inter reliquos ſanctos omnes D. Ignatii Loyolæ, cujus Canonizationis litteras decretales ſubſcripſerat, & cujus exercitia ſpiritualia D. Carolum Borromæum imitans multorum dierum ſpatio meditabatur in aliquo ſolitario cœnobio ſeſe à curis tunc paſtoralibus ſequeſtrans vividior ſacerdotali ſpiritu ad illas reverſurus, quamvis interea tali diſpoſitione negotia intermitteret, ut nullatenus illis ſua noceret abſentia. Coronam B. Virginis frequenter manu tenebat, ac quolibet ſero in ſui palatii Oratorio totum Marianum Roſarium, vel ejus partem ſimul cum tota familia devotiſſime recitabat, ſæpe dicere ſolitus contra illos, qui remotas Marianas Eccleſias devotionis ergo curioſè adeunt, devotionem B. Virginis in cultu ejus imaginis, quę ad lecti caput in proprio uniuſcujuſque cubiculo appenſa eſt, præſertim pro mulieribus tutiorem eſſe, & magis probandam. In ejus funere Neapoli celebrato elegantem habuit orationem Bartholomæus Rogatus ſoc. Jeſu ſacerdos, quæ poſtea typis mandata fuit, habeturque ad ejus calcem quinque inſcriptiones verè lectu dignæ, quas etiam habes apud Oldoinum to. 4. col. 482 ſextam etiam refert hic Auctor, quam poſuerunt Neapolitani in templo maximo hujus tenoris.

Franciſco Cardinali Boncompagno, Archiepiſcopo Neapolitano, vitæ innocentia, doctrinæ firmamento, gravi ſuavitate animi, ſermonis, morum, vultus, ſtudio ſervandi gregis, tuendæ dignitatis, & authoritate muneris ſui ad præſcriptum D. Pauli ſacri ſimulacro Paſtoris; de Chriſtiana diſciplina, de cultu, & nitore templorum, de ſacello hoc plurimum ſemper merito, nuperrimè probatiſſimis Sanctorum reliquiis auguſtius aucto, Sodales monumento poſteris An. ſal. hum. MDCXXXXIV.

Romæ quoque illi parentarunt collegia Societatis Jeſu Romanum, & Germanicum orante Gulielmo Dondino ejuſdem ſocietatis Sacerdote.)



58. ASCANIUS ex gente Philamarina [a] Neapoli non minus feudorum titulis, quam vetuſta nobilitate ex Græca, & Byzantina inclyta natus, & in omnium virtutum genere educatus, Romanam pervenit ad Aulam, ubi morum commendatione, & ingenua nobilitate ſua, gratiam ſummorum virorum promeruit, & Ladislao Cardinali Aquino conſanguineo ſuo, & Maphæo Cardinali Barberino charus fuit, qui deinde Pontifex Max. creatus Urbanus VIII. dictus eſt, à quo inter Cubicularios intimos accitus, mox Franciſci Card. Barberini Nepotis Aulæ Præfectus, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus adiectus eſt, quibus aliiſque muneribus egregiè perſunctus, unica die Neapolitanam Eccleſiam, & purpuram ab humaniſſimo Pontifice tuli CVII.

[a] De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 660.

16.

16. Decembris 1641. [„ *Imo Urbanus adeo illum di-*
„ *lexit, ut cum illum Archiepiſcopum Neapolitanum*
„ *declaraſſet, nondum illi honore Purpuræ collato,*
„ *vere jam novo, & inuſitato exemplo legibus, &*
„ *conſtitutionibus derogando placuerit ei pro exami-*
„ *ne ac proceſſu de vita ipſius, ac moribus teſtimo-*
„ *nium, & fidem oris ſui valere præconium diceus*
„ *in Conſiſtorio, ſi Urbano eſt credendum, Urbani*
„ *teſtimonio ſtandum eſſe; eodemque die toto plauden-*
„ *te Purpuratorum Patrum ſenatu illorum albo con-*
„ *ſcripſit.*) Collati Sacerdotii iniit poſseſsionem die prima Januarii ſequentis anni per Januarium germanum fratrem Epiſcopum Calvenſem, Neapolim inde profectus ſine pompa, & faſtu modeſtiſſimè in eam civitatem ingreſſus eſt die 30. Maii; commiſſum ſibi gregem ubique & ſemper cum laude prudentiæ, zelo juſtitiæ, & morum puritate adminiſtravit, hactenuſque inculpatè regit, quem purpuratum Principem, digniſſimum Archipræſulem qui norit, fateatur neceſſe eſt, non ſolum prudentia, ſed etiam animi fortitudine, in augendo Divino cultu, cæteriſque eccleſiaſticis virtutibus ornatum eſse, & veræ immortalitatis amatorem ex cognominis ſui explicatione, quam ex Græco fonte deprompſit Urbanus VIII. Pontifex, exiſtimandum eſse docet. Pia & per magnifica ædificia ab eo excitata; etenim Archiepiſcopale palatium vetuſtate ſua laborans penè à fundamentis reædificavit, ſacrarium ſupellectili ſacra ditavit. Pulcherrimum, viſendumque ſacellum in Sanctorum Apoſtolorum Eccleſia D. Virginis Annunciatæ dicata ſubſtruxit: in quo majorum ſuorum è Cathedrali templo translata oſsa recondidit, ac ſibi, Scipioni fratri, poſteriſque ſuis monumentum poſuit. Hujuſce rei index in ipſo Sacelli pariete extat in marmore, hiſce verbis exaratus.

Vetuſtum Philamarinæ gentis
monumentum
è Sancti Georgii majoris
Anno MCCIIC. tranſlatum
In Pontificalis Templi Aedi-
culam
ſub Sancti Nicolai,
A Joanne Philamarino dicatam
& poſt CCCX. annum ſacrario
reliquiarum S. Januarii
aliorumque Sanctorum Tutela-
rium
pro urbis dignitate eſficiendo
piiſſimè conceſſam;
Aſcanius Philamarinus
S. R. E. Cardinalis
Archiepiſcopus Neapolitanus
Pro ſe, ſuiſque
Hic inſtaurandum curavit,

Altera inſcriptio ibidem ſic habet:

Ut verè Philamarinæ familiæ
nomen
una cum immortalitate perennet,
In hac Sanctorum Apoſtolorum
Aedis parte columnis,
ſigillis,
picturiſque muſivis à ſe exorna-
tæ, ubi conditorium
Aſcanius item Philamarinus
S. R. E. Cardinalis,
Archiepiſcopus Neapolitanus
tranſlatis è Pontificali Baſilica
majorum ſuorum oſſibus; conſtruxit
ſibi, & Scipioni Philamarino
fratri in Regno Generali militiæ
Vicario, poſteriſque ſuis, mortis
memor, vivens ſepulchrum po-
ſuit. Anno MDCLVII.

In Cathedrali verò, quam anno 1644. die 24. A-

A prilis ſolemni ritu ſacravit, eorundem Majorum ſuorum egregia facta in marmoreis & ornatiſſimis tabulis perennari mandavit, ut poſteri illorum exemplo excitati impellerentur ad virtutes. Cæterum Aſcanius ingentis animi Præſul in illa rerum conſpiratione, ac tumultu Neapolitanæ plebis mulſit inſolentiam, ac penè conculcatum regiæ majeſtatis nomen, poſthabito ſuæ vitæ periculo, mirabili dexteritate conſtabilivit, ac veluti pius Paſtor aberrantes fœdiſſimè oves, ad paſcua reduxit ſalutis, eccleſiaſticamque diſciplinam eo tumultu penè proſtratam reſtituit, ejuſdemque libertatem pertinaciſſimè coluit. Interea cæteras ejus animi dotes, egregiaque facinora ſileamus, ne viventis Cardinalis modeſtiam onerare velle videamur. Adhuc enim ſupereſt venerabilis ſenex, cui par eſt longam vitam precari, à quo omnes felicem, fauſtumque progreſſum expectant.

A D D I T I O.

B („ *Acerrimus extitit immunitatis Eccleſiaſticæ*
„ *Propugnator, ita ut Innocentius X. ut exemplar*
„ *Præſulibus omnibus Cardinalem Philamarinum*
„ *obiiceret. Contagionis tempore, quæ feraciſſi-*
„ *mam Civium vaſtavit Urbem, omnibus affuit in*
„ *animarum, corporumque ſalutem. Omnium ſom-*
„ *nos bonus Paſtor ſua vigilantia defendit ſemper,*
„ *omnium otium ejuſdem labor, omnium delicias il-*
„ *lius induſtria, omniumque vacationem illius occu-*
„ *patio. Dicebat, Eccleſiam non ſuam, ſed ſe Ec-*
„ *cleſiæ eſſe. Se Civem, Patremque geſſit ſemper,*
„ *non ſibi, ſed venientibus ad ſe vivebat, dies non*
„ *ad ſuam, ſed aliorum commodum diſponebat; om-*
„ *nibus faciles, & benignas aures præbebat, jus*
„ *leſis reddebat, iniuſtaque facta tollebat, cauſas,*
„ *eoſque promptus ſemper audiebat. Majeſtati,*
„ *ac morum gravitati modeſtiam ſic conjunctam, ac*
„ *temperatam habebat, ut triſtitiam, & arrogan-*
„ *tiam exueret, nec illi facilitas authoritatem, aut*
C „ *ſeveritas amorem diminuit, ſed viſu, & audi-*
„ *tu juxta Venerabilis.*
„ *Eo tempore D. Sampſon Carnevalius Neapoli-*
„ *tanæ Eccleſiæ Canonicus Cardinalis pietate in-*
„ *primis, ſed & ferè omnibus pariter ſcientiis inſtru-*
„ *ctiſſimus, Theologiæ ſiquidem, Juriſprudentiæ,*
„ *Philoſophiæ, Aſtronomiæ, ipſi quin etiam Medi-*
„ *cinæ, & Poeticæ operam dederat, linguas etiam*
„ *callebat Græcam, Hebræam, Chaldæam, Ara-*
„ *bicam, ita ut illicò audiret ſuæ ætatis oraculum,*
„ *Spiritum D. Ignatii Loyolæ, quem hauſerat in So-*
„ *dalitio ſacerdotum ſecularium in Collegio maximo*
„ *ſocietatis Jeſu, in alios transfundere cupiens al-*
„ *terum etiam ſacerdotum, cum licentia, imò id*
„ *expreſsè hortante Archiepiſcopo Aſcanio in majori*
„ *Neapolitana Eccleſia inſtituit ſub patrocinio SS.*
„ *Virginis Apoſtolorum Reginæ, quod nunc vulgò*
„ *Apoſtolicarum miſſionum, quia Animarum ſalutem*
„ *per miſſiones unicè procurat, & in id ſtudium ner-*
„ *vis omnibus intendit, ita ut non modo Urbi, &*
D „ *Diœceſi Neapolitanæ, ſed & aliis etiam evaſerit*
„ *illicò neceſſaria, & peropportuna. Ipſe tamen D.*
„ *Sampſon Inſtitutor, & D. Jacobus Siribellus, &*
„ *plerique alii è ſuis verè in virtutis ſtadio ſodali-*
„ *bus, peſtilentia graſſante Sacramenta infectis*
„ *miniſtrantes ſub Apoſtolico exercitio glorioſè ceci-*
„ *derunt.*
„ *Pro nova Eccleſia ſanctimonialium Carmelita-*
„ *rum, cui titulus Crux Lucæ, primam ipſe Archie-*
„ *piſcopus lapidem jecit. Patres Pii operarii, cum*
„ *eſſet nimis incapax Eccleſia D. Mariæ de Charita-*
„ *te, alteram in eadem via ſub D. Nicolai, Aurifi-*
„ *ces pro filiabus ſuis Cœnobium cum Eccleſia ſub*
„ *auſpiciis Reginæ ſanctorum omnium condiderunt.*
„ *Patres D. Mariæ de Mercede antiquiſſimam Ec*
„ *cleſiam D. Archangeli ad Bajanam, quam Italis*
„ *aſſignarant. Auguſtiniani PP. Reformati Cala-*
„ *bri, quos vulgus Coloritos appellat, Conventum*
„ *S. Mariæ fidei obtinuerunt. Cœnobium Divæ Ma-*

riæ

riæ inviſentis Pauperes, & Regalis Eccleſia S. Mariæ à populari ſeditione diruta, à fundamentis in meliorem formam reſtituta fuerunt. Collegium Orphanarum quorumdam Patritiorum pietate, inter quos primi, ac præcipui fuere Sodales SS. Trinitatis Peregr., & Convaleſcentium excitatum, quare non ſolum D. Nicolao Myrenſi, ſed etiam DD. Ignatio Loyolæ, & Philippo Nerio, qui Viatores coniunctiſſimi amore fuerunt, dicatum. Carmelitæ Excalceati domum pro tyrocinio ſub D. Tereſiæ, Societas Jeſu Collegium ſub D. Joſephi in ora utrumque Olimpiaca. Clerici Regulares minores deſtructa veteri novam Eccleſiam imò Baſilicam ſub D. Mariæ Maioris auſpiciis condiderunt.

Suo pariter tempore, maiori ex parte perfectum fuit in honorem D. Januarii Martyris primi Civitatis, & Regni jure merito Patroni nobiliſſimum in æde principe ſacellum nè dixeris an Templum? Exemplar veteris munificentiæ, quod fortaſse quiſquam Rhetorum more inter orbis miracula recenſeret, pro cujus conſtructione Neapolitarum pietas, non aureorum dumtaxat decem millia, quæ voverat, ſed quinquies centena millia, & ampliùs erogavit, plura etiam dare promptiſſima, cum nec adhuc abſolutum ſit: Ara quippe maxima nondum conſtructa eſt, argentea illa, atque auro, gemmiſque aliquando juxta ligneum prototypon concinnanda. In hoc itaque ſacello novi Theſauri nomine non abs re inſignitum, in quo magnificentia cum pietate, & utraque cum nitore, & elegantia fœdus mutuum pepigerunt, ejuſdem S. Martyris, & reliquorum omnium Divorum Protectorum lipſana ſolemni pompa 14. Kal. Majas Anno 1647. translata ſunt, à quibus, ut obſervavit Joannes Rhò, & refert Petraſancta ambo ſoc. Jeſu doctrina, ac pietate conſpicui Tom. 3. ſuæ Thaumaſiæ fol. 19. ſpirat quidam ſuavis cœleſtis odor, qua de cauſa, & ob continuam liquefactionem ſanguinis ArchiPatroni appellare illud laudatus Joannes non dubitavit ſacrarium, & officinam mirorum. Primus demum ille, quo cuſtodiebantur ſacræ relliquiæ, locus ſodalibus D. Reſtitutæ ab eodem Archiepiſcopo conceſſus.

Aram maximam in ſua Eccleſia electiſſimo marmore, Chorumque muſicorum à Cornu Evangelii magno ſumptu conſtrui juſsit, in cujus foribus à parte exteriori depicti illi Divi, quos Neapolitana pietas in ſuos Patronos recens adſciverat, & ab interiori B. Maria Virgo ab Angelo nunciata, oppoſito illi pene ſupparem per Cardinalem Archiepiſcopum Farneſium efformato, de quo ſuprà. Lacunar Templi B. Virgini è Carmelo ſacri fulmine exeſum non reſtauravit, prout Carmelitæ PP. à tam munifico Principe exquiſierant, ſed veteri penitùs deleto, novum ex integro magnificentiùs extrui juſsit, atque exornari impendio non minùs ſcutorum decem millium, ità ut noſtro ævo, & ſpecie, & auro Templum illud Cardinalis Philamarini ergo inter pulchriora eiuſdem Urbis meritò recenſeatur, cui inter alia ornamenta lychnos egregios duos, aureum unum ſcutorum quatuor millium, argenteum alium ſcutorum -ium millium dono dedit, peculiari quippè obſequio illam B. Virginis iconem proſequebatur, ita ut ad illam qualibet feria iv. veneraturus incederet, & quotannis die eiuſdem feſto ſacris ſollemniter in illa Æde operaretur, ſemper pro munere ſuę relinquens Dominæ ditiſsima, quæ idcircò ſecum ſacra deferebat, indumenta, Calicem inſuper ipſum magni ponderis ac mira arte elaboratum.

Sodalitium auguſtiſs. Triadis Peregrinorum, & Convaleſcentium anno Jubilæi 1650. Hoſpitalitatem primum ſuæ inſtitutionis munus ſumptuoſiſſimè exercuit, non modò ad illius Xenodochium Sodalites Nativitatis Marianæ, quæ ſuum habet in Profeſſorum Domo ſoc. Jeſu oratorium qualibet feria v. conſluebat ad id genus Corporalis miſericordiæ exercendum, pro quo generoſe etiam ſemper proprio ære juvabat, ſacerdote eiuſdem Soc. Jeſu Peregrinos in oratorio Sodalitii modum docente pro ſacris Romæ Theſauris conquirendis, quia cum ab illo defluxerit, unum pene facit cum illo corpus, eamdemque animam ſpirat, ſed & etiam aliarum ſodalitatum Viri Proceres in id ſtudium in illo vere dixerim Charitatis Capitolio incumbebant, gaudente ſummopere piiſſimo Archiepiſcopo, cui ſemper cordi fuerat Hoſpitalitas, quare tanti Sodalitii opera ſua præſentia, ac laudum præconiis reddidit auguſtiora, & ipſius Eccleſiam inter viſitandas pro conſecutione peculiaris Jubilæi ab Alexandro VII. Neapolitanæ Diœceſi anno 1655. conceſſi deſtinavit, & quod caput eſt, Sodales ipſos in eadem ſua Eccleſia Ss. Trinitatis Feria v. maioris Hebdomadæ ſacra dape refectos Paſchali præcepto ſatisfeciſſe declaravit.

Doluit tamen nobiliſſimi Sodalitii ſuo tempore periiſſe Franciſcum Roccum in Prædicatorum ordine Raymundum, Robertum de Ponte in Societ. Jeſu Bernardum, Hieronymus Mele Congreg. Piorum operariorum, Catarinam Carrafam in D. Mariæ de Sapientia, Iſabellam item Carrafam Cerciæ Majoris Ducem, cujus opibus non modo Ss. Apoſtolorum ædes in verè magnificam reædificata formam, ut ſuprà viſum in Epiſcopo Sotero, ſed & altera pro eiſdem Patribus Theatinis ſub titulo B. Virginis Lauretanæ extructa, ac demum etiam Neapoli Clauſtrum ſacrarum Virginum Bethlemitico Præſæpi dicatum, in quo ipſa Religioſam, quam ſub D. Dominici regula in D. Mariæ de Sapientia profeſſa fuerat vitam, feliciter conſummavit; Camillam Antinoram in Ss. Sacramenti Cœnobio ab ipſa excitato Paulam Mariam, Victoriã Mareſcam in D. Catarinæ Senenſis, cujus & ipſa Fundatrix fuerat, Paulam à s. Tereſia, Lucretiam Morram, Beatricem Provenzalem ambas in D. Joſephi, Carmelitas Excalceatas, quarum prima audiit Franciſca Tereſia à Jeſu, altera Maria Magdalena à s. Joſepho, & in Sæculo Portiam Carrafam Minervini Principem, & Virginem Beatricem de Tufo, quæ ab ipſis Clauſtralibus invidendam vitam exegere, ac plures etiam in utroque Albo, ſed finis illorum fere omnium Sanctitatis etiam opinione comprobatus ſuo dolori levamen prębuit opportunum.

Romam bis petiit ad Comitia Vaticana, quibus interfuit; è vita migravit Neapoli die 3. Novembris anno Salutis 1666. ætatis tertio ſupra octuageſimum. Aſcanii Cardinalis ſtudium, diligentiamque in paſcendo grege ejus curæ commiſſo prędicant Patres Concilii Tridentini interpretationi deſtinati duabus litteris, imo duobus Panegyricis, quos hic brevitatis cauſa non tranſcribimus, quos legere poteris apud Oldoin. in T. 4. in vita laudati Cardinalis Philamarini col. 600. ad 604. De eo fusè Chioccarell. à fol. 370. ad 372. Eng. ſive Carolus de Lellis in Par. 2. Neap. S. & alii Authores.



CVIII.

INNICUS a Franciſci Caraccioli Airolæ Ducis, ac Iſabellæ Guevaræ filius, natus anno ſalu- a De eo Ciaconius Oldoinus t. 4. col. 763.

,, tis 1607 utroque genere nobiliſſimus, à puero ſu-
,, turæ probitatis, & Eccleſiaſticæ vitæ dedit indi-
,, cia. Siquidem ſupra ætatem illius ætatis ludicra
,, ſemper abhorruit, Sacelluloque in paterna domo
,, compoſito, futuro veluti præludens Sacerdotio,
,, Sacerdotis omnia, quoad puerilis ætas ferebat,
,, obibat munera Talia debebant eſſe Iantci exordia,
,, cujus Matri jam ſterili, cuique proles à Medicis
,, deſperabatur, Ven. Julius Mancinelli Societa-
,, tis Jeſu fœcunditatem prædixerat, ut ipſemet In-
,, nicus poſtea teſtatus eſt. In Neapolitano Collegio
,, Societatis Jeſu pietatis æque ac Grammatices ru-
,, dimentis operam dedit, Philoſophiam à Magiſtris
,, Sacri ordinis Prædicatorum, utrumque jus in pa-
,, ternis ædibus perdidicit, laureaque omnium vo-
,, tis, ac plauſu recepta Romam acceſſit, ſedente in
,, Petri Cathedra Urbano VIII. qui demiratus juve-
,, nis indolem ſpem concepit indubiam futurum eum-
,, dem non mediocri Chriſtianæ Reipublicæ ornamen-
,, to. Quare ut ad Eccleſiaſtica munera illi aditum
,, aperiret, Prothonotarium Apoſtolicum de nu-
,, mero Participantium & V. S. Referendarium pri-
,, mo, mox Cameræ Apoſtolicæ Clericum renuncia-
,, vit, variiſque aliis illum muneribus exercuit, ut
,, & ipſe Innocentius X Urbani ſucceſſor, qui illi in-
,, ter Patres fabricæ S. Petri, boni Regiminis locum
,, ſponte conceſſit, judicem in Signatura Gratiæ,
,, Telonitorum, Annonæque Præſidem voluit; quæ
,, munera Principis, ac Populorum omnium ſatis-
,, factione per plures Annos cum dignitate ſuſtinuit,
,, & licet tunc orbem, & Romam ipſam preſſerint
,, contingioſa lues, frumentaria, vinearia, olivariaq;
,, caritas, Præſidis tamen ſtudio, induſtriaq; ſemper
,, in Urbe rerum omniũ affluentia, & annonæ vilitas
,, incredibilis fuit. Alexander VII. qui Innocentio
,, ſucceſſerat, cum ejuſdem virtutem ſatis probaſſet, u-
,, num è quatuor Nunciis ad Chriſtianã Sueciæ Regi-
,, nã deſtinavit, qui ei Pontificis nomine obſequia præ-
,, ſtantes Romam ex Aemilia deducerent, Apoſtoli-
,, cæ Cameræ Generalem Auditorem elegit, ac die
,, 15. Februarii anno ſæculi Chriſtiani 1667. Pres-
,, byteris Cardinalibus adſcripſit, illum tamen vul-
,, gavit die 7. Martii, quo in eodem Conſiſtorio Ar-
,, chiepiſcopum Neapolitanum dixit. Inter Patres
,, illicò diverſorum ſacror. cœtuum connumeratus eſt,
,, Epiſcoporum videlicet, & Regularium, Immunita-
,, tis Eccleſiaſticę, & Conſiſtorialium. Clemente au-
,, tem IX. Alexandri locum implente, titulo S. Cle-
,, mentis accepto, ad ſuã illicò ſponsã greſſus direxit.
,, Cum vero in itinere vitæ periculum ſubiiſſet, vo-
,, vit D. Philippo Nerio (cujus tutelæ vel ab infantia
,, à matre ſua, quę Soror erat ſodalitii SS. Trinitatis
,, Peregrinorum, commiſſus fuerat) quod ſi per ip-
,, ſum ad ſuam ſponſam ſoſpes accederet, pro virili
,, mox curaturum, illum Neapolis ſuum in Patro-
,, num eligeret. Quare ut ad illam pervenit, voluit il-
,, lico voti reus in ara maxima Eccleſiæ Congregatio-
,, nis Oratorii publice primum ſacris operari incredi-
,, bili omnium Ordinum frequentia, quorum alios
,, proprii Paſtoris videndi ardor, alios ab illius ma-
,, nibus Cœleſtis epuli accipiendi cupido movit, qui
,, quidem omnes donati etiam fuere ſacro numiſma-
,, te vulgo Medaglia, cui Summus Pontifex Catholi-
,, cę Eccleſiæ adaperiens Theſauros plenariam alli-
,, garat indulgentiam. Hanc demum eamdem Eccle-
,, ſiam baſilice extructam quinto ab ejus adventu
,, menſe ſollemni ritu, maximaque pompa conſecra-
,, vit. Et D. Philippus Nerius, qui jam ab anno
,, 1626. Cleri potiſſimum Neapolitani, nunc etiam
,, Neapolitanæ Urbis Patronus fuit ſua induſtria,
,, ac ſollicitudine renuntiatus.
,, Erga ſuam ſponſam piiſſimus Cardinalis non-
,, niſi inſignia ſemper pietatis, prudentiæ, & amo-
,, ris exhibuit argumenta. Ad Cleri cultum nervos
,, omnes intendit, quare in partem hujus laboris
,, primum Roma excivit Presbyteros Cõgreg. Miſſio-
,, num à Vener. Vincentio de Paulis erectæ in Gallia
,, viros quidem Apoſtolicos, quibus præter anima-
,, rum quæſtum in miſſionibus præcipua cura eſt o-

A ,, ptima Eccleſiaſticorum inſtitutio. Hos igitur quouſ-
,, que certam ſedem extra Portam S. Januarii in Su-
,, burbio SS. Virginum dicto aſſignaret, in ſuis ædi-
,, bus liberaliſſimè accepit: quorum miniſterio, &
,, labore quam longè proceſſerit ſacrarum rerum
,, ſplendor, & cleri diſciplina etiamnum ſatis appa-
,, ret. Præterea ſtatuit, ut eorum, qui Eccleſiaſticæ mi-
,, litiæ adſcribendi eſſent, mores, & doctrina judi-
,, cio integerrimorum, & doctiſſimorum virorum,
,, probarentur, nulluſque ad ſacros ordines ante ac-
,, cederet, quam per aliquot dies, ſepoſitis cęteris
,, curis, rerumque divinarum meditationibus addi-
,, ctus tantam dignitatem pro merito expenderet,
,, & ad munus vitæ ſuſcipiendũ optime ſe cõpararet;
,, quam deinde conſuetudinem, utpote maxime ſa-
,, lutarem Innocentius XI. data ad Epiſcopos Ency-
,, clica Epiſtola per univerſam Italiam propagavit.
,, Ut autem minores Clerici tyrocinium Eccleſiaſti-
,, ci miniſterii ponerent, docendis pueris Chriſtianę
,, Fidei rudimenta addixit, neve per otium, & iner-
B ,, tiam feſtis diebus præſertim, à ſuſceptæ vitæ mo-
,, deſtia deſciſcerent, ſacris, piiſque exercitatio-
,, nibus intereſſe juſſit.
,, Plures coegit Synodos, in quibus ſuccreſcenti-
,, bus in dies vitiis ſucciſis collabentes mores reſtitue-
,, bat, eoſque ſtatutorum Sanctitate aſſertos exemplo
,, fovere ſatagebat. Pluries Diœceſim in ſancta vi-
,, ſitatione luſtravit, in qua laudabilem illam con-
,, ſuetudinem invexit, ut ne cibaria quidem id tem-
,, poris acciperentur. Quotannis à Presbyteris Se-
,, cularibus Congregationis Apoſtolicarum miſſionum
,, in Eccleſia principe fundatę, ut ſupra dictum fuit,
,, Civitatem, & Diœceſim obeundam curavit Divi-
,, ni Verbi prædicatione, cæteriſque pietatis exer-
,, citiis tempore miſſionum fieri ſolitis: quod ubi ta-
,, dem experimento probatum eſt, in animarum lucra
,, quam maxima cedere, veluti lex obtinuit. In ſa-
,, cris publicis aſſiduus, iiſque tanta gravitate, &
,, pietate intererat, ut præſentia tantum ſpectato-
,, res componeret; plureſque Hæreticos ex eorum
C ,, confeſſione tam ſingulari modeſtia illectos ad fidem
,, Catholicam traduxerit. Eccleſiæ ſuæ jura conſtan-
,, ti ſemper animo invictus propugnavit, quin po-
,, tius extendit. Mira fuit ejus in Pauperes Miſeri-
,, cordia, quibus ſæpè poſt prandium, cum Familia-
,, res jam diſceſſiſſent, ſuis ipſe manibus cibos clam
,, afferebat, quoſque non ſemel interioribus ſuis ve-
,, ſtibus, ſuique cubilis ſupellectili donatos dimitte-
,, bat, adeò ut videret illum Neapolitani nimia hu-
,, juſmodi erogatione depauperatum.
,, Aſſentatorum hoſtis ſemper acerrimus, num-
,, quam propterea nuncupatorias edendorum libro-
,, rum Epiſtolas degit, laudes veluti blaſphœmias re-
,, nuens, ac ſtrictiori præcepto laudantium ora ſoli-
,, tus compeſcere. Contrà verò benevolentia, & hu-
,, manitate eos complexus eſt, ſi qui liberè ipſum de
,, aliqua vel levi culpa monuiſſent; atque ut id ſibi li-
,, bentiùs præſtarẽt, humaniſſime ſolitus eſt cõpellere.
,, Eodem Archiepiſcopo plures Congregationes,
,, & Monaſteria Neapoli excitata ſunt, inter quæ
D ,, illud S. Mariæ de Providentia nuncupatum, cu-
,, jus fundatrix eductã fuit è ſacro Gynecæo SS. Tri-
,, nitatis Agnes Caracciola ſanctiſſima Virgo ejuſ-
,, dem Cardinalis germana ſoror. Eremus pro ſacris
,, item Virginibus ſub titulo Immaculatæ Conceptio-
,, nis B. M. V. à Venerabili Matre Urſula Benincaſa,
,, dum viveret, deſignatus, cuique etiam leges ob-
,, ſervandas perſcripſerat, cujus Antiſtitam ex eo-
,, dem SS. Trinitatis clauſtro voluit ipſe Archiepiſco-
,, pus Mariam Magdalenam Urſinam, Gravinæ Du-
,, cis filiam pro terreſtri illo Paradiſo reformando
,, unicè natam. Duo Cœnobia pro honeſtis egenis
,, Puellis, quorum primum, quod audiit D. Maria
,, Periclitantium, Sodalitas Apoſtolicarum miſſio-
,, num, quæ illud fundarat, alterum, quod D. Ma-
,, ria Magdalena, quod Mons Pauperum Verecun-
,, dorum eodem jure procurant, Publicum Hoſpitium
,, pro illis vel ob ſenium, vel ob alia naturalia impe-
,, dimenta victum ſibi parare impotentibus, à Nea-

poli.

politana pietate in D. Januarii extra mœnia adapertum, ac etiam in Herculano Vico ſacrarum Virginum Collegium, ut ſileam alias ſacras ædes, aut reſtauratas, aut recens erectas.

Sodalitas SS. Trinitatis Peregrinorum, & convaleſcentium anno Jubilæi 1675. Peregrinos excepit ea lautitie, ac ſi prorſus pauci fuiſſent: ipſam verò illorum numero ſiae numero nimis gravatam largis juvere ſubſidiis Montes Miſericordiæ, Pauperum nominis Dei, & Sacra Domus Sacratiſſimæ Virginis ab Angelo Annunciatæ, præter illa, quæ iidemmet Sodales miniſtrarunt, quos inter Frater Joannes Baptiſta Caracciolus à ſua D. Joannis Hieroſolymitani militia, quæ Hoſpitaliorum audit, id opus corporalis miſericordiæ ſibi peculiari modo commendatum ratus, illud ſervitio nedum perſonali, ſed & largiſſima auri profuſione continua proſecutus. Quamobrem Sodalitas ſuprà ſpiritnale lucrum publicis etiam plauſibus coronata fuit, & proprium deinde paſtorem anno 1679. hac occaſione ſuum meruit Encomiaſten experiri. Congregatio Emminentiſſimorum P.P. S. Concil. Tridentini Interpretum expreſsè caverat, ut in illis Eccleſiis, in quibus diù, noctuque non aſſervatur SS. Euchariſtia, ullo modo feria V. Majoris Hebdomadæ in urna ſepulchrali, Dominicæ mortis recoleretur memoria, nec etiam licet privatim ſacrum peageretur. Sodalitas, quæ ſemper illam ſumma devotione recoluerat in ſuo oratorio à cunctis inter illas publicas Eccleſias recenſito, in quibus idem Anguſtiſſimum Sacramentum perpetuo colitur, alto mœrore premebatur, & eo maximè cum Salvator Noſter ante illius inſtitutionem Diſcipulorum pedes laverit, quem Chriſtianæ humilitatis actum ſi præcipuum, & in ipſa Sodalitate continuum, mira illo die, & verè publica pietatis, ac majeſtatis pompa exercet, ad eamdem recurrit Congregationem, quatenus ſuum oratorium in illa generali prohibitione non includi declararet. Quare cum Congregatio ad Archiepiſcopum pro informatione ſcripſiſſet, hanc ab illo reſponſionem obtinuit, quam libet hic tranſcribere, ut pateat mira Innici propenſio erga charitatis opera, dum illa exercentes ſpecialis ſemper amoris nota diſtinxerat. Tenor illius ſequens eſt. Oratorium SS. Trinitatis nuncupatum delli Pellegrini hujus Civitatis adjacentem habet hoſpitalem Domum ad Peregrinos hoſpitio recipiendos. Hoc Oratorium nedum eleganti ſtructura conſtructum, & pretioſis ornamentis decoratum (prout occaſione Viſitationis propriis oculis vidi) verum etiam ſacris ſupellectilibus, omnibuſque aliis ad Divinum cultum neceſſariis abundè inſtructum reperitur ſub gubernio ſat, ſatiſque prudenti Confratrum, qui ſunt de nobilibus Civitatis. Ex redditibus ejuſdem oratorii ſtipendium ſubminiſtratur duodecim Sacerdotibus ibi Miſſam celebrantibus, tribus Clericis, Sacriſtæ, & duobus Confeſſariis. In eodem Oratorio, cui non deeſt frequens populi concurſus, reperitur conceſſa indulgentia ſeptem altarium, & adeſt etiam altare privilegiatum pro defunctis, adeò ut hoc Oratorium, nedum nomen Eccleſiæ, verum etiam inter Eccleſias inſignes hujus Civitatis connumerari mereatur. Confraternitas, quæ ibi reperitur erecta, aggregata reperitur Archiconfraternitati SS. Trinitatis Peregrinorum Urbis, & ſub ejuſdem regulis vivit. Confratres prædicti conſueverunt in Cœna Domini ſacroſanctas memorias recolere lavandæ pedum, nec non cum Archiepiſcopi licentia facere ſepulchrum, ſed dum die 8. Januarii 1669. Sacrorum Rituum Congregatio mihi injunxerit, ut non permittam in Oratoriis nuncupatis Congregationibus poſitis intra clauſtra, & ambitus Conventuum Regularium fieri Sepulchra, imò eadem Sacra Congregatio ſub die 24. Junii 1659. in una Neapolitana declaravit non licere in Eccleſiis, in quibus non aſſervatur SS. Euchariſtiæ Sacramentum, celebrari miſſam feria V. in Cœna Domini, & in ſepulchro idem Auguſtiſſimum Sacramentum aſſervari, hujuſmodi Sepulchra ad mentem ipſius S. Congregationis etiam Synodali decreto interdixi: quare oratores in ſupplici libello ad me pro informatione tranſmiſſo, & quem his junctum remitto, humiliter petunt concedi nihilominus facultatem faciendi ſepulchrum; non omitto tamen dicere, quod licet Oratorium prædictum habeat aditum publicum, tamen intra eumdem ambitum domorum adeſt Eccleſia longè tamen minoris conditionis ipſius Oratorii, quod illam in cultu, cæteriſque omnibus præcellit, & in hac Eccleſia, quæ eſt antiquior una cum dicto Hoſpitali fundata, & habet eumdem titulum Ss. Trinitatis, cum ibi aſſervetur Ss. Sacramentum, non comprehenditur in prohibitione de non faciendo ſepulchrum, quod ibi quotannis fit, quare negari non poteſt, quod hoc Oratorium licet magnificum, ut ſupradictum eſt, ſit acceſſorium Eccleſiæ, & E. E. V. V. manus humillimè deoſculor. Neap. 24. Februarii 1679. Humillimus, & deditiſſimus ſervus Jo: Cardinalis Caracciolus. *Hactenus Archiepiſcopus. Cui ſic reſcriptum fuit.* Etſi in Oratoriis, quoniam in ipſis Ss. Euchariſtiæ Sacramentum non aſſervatur, Sepulchra, ut vocant, in majori Hebdomada conſtrui non debeant, quia nihilominus Oratorium Ss. Trinitatis Hoſpitalis Peregrinorum, non ſolum eleganti ſtructura conſtructum, ſed pretioſis ornamentis, ac ſacris ſupellectilibus ita decoratum eſt, & inſtructum, ut potius inter inſignes iſtius civitatis Eccleſias numerari mereatur, quam Oratorium nuncupari, ac rurſus frequens ad illud Populus concurrat, plures Capellani celebrent, aliiſque ſpiritualibus gratiis ditatum exiſtat: Emminentiſſ. Patres haud dubitant, quin tot concurrentibus circumſtantiis, imo quod ipſum Oratorium uti acceſſorium alterius Eccleſiæ de ejus natura debeat participare, proindeque ab aliis poſſit ſpecialiter ſegregari. Cum itaque illius Gubernatores ſuppliciter inſteterint pro facultate ſepulchrum pro fidelium devotione conſtruendi, prout huc uſque de Eminenentiæ Veſtræ licentia conſtruere conſueverunt, Emminentiſſ. S. Congregationis Concilii Cardinales de præmiſſorum veritate per litteras Eminentiæ Veſtræ certiorati hujuſmodi facultatis conceſſionem arbitrio Eminentiæ Veſtræ remittendam cenſuerunt, prout remittunt, fas eſſe oratorum precibus indulgere, quod dum per has litteras teſtor, manus ejuſdem humiliter deoſculor. Romæ die 11. Martii 1679. Humillimus & Addictiſſ. Servus Cardinalis Columna. *Sic omne, quod petebat, perpetuo obtinuit celeberrima Sodalitas ſuæ conditionis ergo, quæ Romæ ad miraculum illuxit favore proprii Paſtoris.*

Quanta verò fuerit ejuſdem religioſiſſimi Cardinalis in ſacras ædes ſollicitudo, ac obſequium, nemo eſt inter Neapolitanos, qui neſciat; id enim ſatis probant plurimæ earum conſecrationes celebri pompa peractæ; aliæ id teſtantur Eccleſiæ, quas magnificè reparavit. Nihil verò illi antiquius principe templo fuit, cujus amore mirificè tenebatur, illius pavimentum ſuæ Caracciolæ Gentis munificentia ſuo itidem tempore marmoreum ex integro voluit, parietes novo tectorio, ac plaſtico opere expolivit: & Pronaon, quod vocatur vulgò la nave di mezzo, appoſitis dextra, lævaque Ss. Apoſtolorum, Eccleſiæ Doctorum, & Urbis Neapolitanæ Patronorum iconibus egregia Lucæ Jordani celeberrimi ſæculi ſui pictoris arte elaboratis, atque aurea coronide non vulgaris cælaturæ decoratis exornavit, Periſtylia etiam Damaſcenis periſtromatis aureis tæniis, ac laciniis interſtinctis, ac fimbriatis circumveſtivit, pro quibus plusquam quatuor ſupra decem aureorum millia erogavit. Duabus argenteis ſtatuis, quarum altera D. Petrum Apoſtolorum Principem, altera Coapoſtolum ejus

Pau-

Paulum repræſentat, in quibus eorumdem inſignes reliquias incluſit, cruce palmorum quaſi 12 candelabris, aliiſque vaſis, & ornamentis omnibus argenteis magni ponderis, atque affabre elaboratis aram maximam Neapolitanæ Eccleſiæ, ut pium, munificumque tanti principis decebat animum, donavit, ditavit. S. Reſtitutæ Conſtantinianam baſilicam vetuſtate fatiſcentem magnificentius extruendam ſuſcepit, atque ex adverſo poſitæ D. Januarii vulgò il Teſoro, *parem reddere parabat; morte verò interceptus exequi minimè valuit. Suæ verò ſacellum Gentis pictura, marmore, & auro jam exornarat, & conſecrarat, nova appoſita icone D. Liborii Epiſcopi, cui dicatum voluit, cujuſque lipſana Paderbonu, ubi illius corpus quieſcit, obtinuerat, quę in urna chryſtallina argenteis ornamentis diſtincta incluſerat. Parochialem Eccleſiam S. Joannis ad Portam à fundamentis erexit, ut ibidem poſita docet Inſcriptio.*

D. O. M.

Innicus Caracciolus
E Ducibus Airolæ
Sanctæ Rom. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis
Archiepiſcopus Neapolitanus
Eccleſiam vetuſtate conſumptam
ſuis ſumptibus reædificavit
Anno Domini MDCLXXXIV.

Lectiones prò ſanctis Neapolitanæ Eccleſiæ Epiſcopis, nec non prò ejuſdem Protectoribus in breviario Neapolitano recitandas curavit, & S. Januarii clariſs. martyris, quem in Protectorem maximum præcipuo cultu Neapolitani, & Regnicolæ venerantur, officium ſub ritu duplici per univerſum orbem celebrari obtinuit.

Maxima ſanctitatis opinione ſuo tempore obierunt duo Joſephi, alter cognomine Terraccianus, alter de Pace, Joannes Antonius de Jovio, & Joannes Baptiſta de Tocco verè lumina in diebus ſuis ſæcularis cleri, & prima ornamenta, & hic ultimus Sodalitio adſcriptus Ss. Trinitatis Peregrinorum; in quo eadem opinione, ſuo etiam Præſulatu, fato ceſſerunt Carolus Roccus Princeps olim Turris Padulæ, & Joſephus Pignatellus, qui mundo, ejuſq; pompis abrenunciantes, alter inter Clericos Regulares Theatinos, alter in ſocietate Ieſu expeditum prò Cælorum adeptione, vitæ genus amplexati fuerunt. In ſacris Gynecæis, in quorum procuratione totus fuit, etiam permultæ Sanctimoniales ad ſui ſponſi æternos amplexus feliciſſimè pervolarunt, quas inter in illo D. Mariæ de Albino Vener. Virgo D. Eleonora ex inclyto in Hiſpaniis Valentię, & Buendiæ Comitum Genere de Acunia filia cl. viri D. Petri à conſiliis qui fuerat belli, & ſtatus Catholici Monarchæ, ac tertius ab avo continuata ſerie in ſua ſtirpe ſupremus in Regno Neapolitano rei tormentariæ Præfectus, quam inculpabilem vitam vixerat, innocentia, quam ſacro fonte receperat, numquam amiſſa, ſine ſanctiſſimo concluſit; & ipſa ſuis glorioſis palam fecit apparitionibus, quæ ſibi præmia largitus in Patria cæleſtis ſponſus, qui illam adeò dilexerat in via, ut antè ipſos diſcretionis dies pueriti ſpecie, ſacrorum tectu nube azymorum ſeſe videndum præbuerit, & ſuas nuptias obtulerit.

In eodem etiam clauſtro Vener. Virgo D. Hieronyma è Regio illorum Normandorum Principum ſanguine, quibus diuturna poſſeſſio caſtri, cui à S. Felice nomen cognomen peperit Sanfelicium, omnium virtutum magnum ſpecimen exhibens prophetiæ dono, ac viſionibus perilluſtris poſt innumeros corporis, & animæ cruciatus, amoris vi potius quàm morbi migravit ad Dominum.

Venerabilis item Virgo ſoror Maria Villana è Marchionibus Pollæ, & ex ordine D. Dominici, quo divino ſemper igne flagrarat, pyra tandem ac Pyrauſta hoc anno conſumpta eſt in Gynecæo, cui à Divino amore nomen, quod ipſa in regione Olympiana in magnifico Loffredorum Potentiæ Comitum palatio excitarat, ac poſtea longo temporis intervallo in Furcellanam tranſtulerat, ut in ędibus, in quibus mortalis vitæ hauſerat lucem, in iiſdem, juxta Cæleſtis ſponſi oraculum, fato cedens tamquam è ſuis cineribus emerſus Phœnix immortalitati renaſceretur. In primo autem palatio nunc Gentis de Como, ubi ob miram tantæ Virginis ſanctitatem, ut ex ejus vita typis data, venerationi habetur & cubiculum ejusdem ſororis Marię, & odeum, in quo orabat, hę leguntur Inſcriptiones.

In Aulę Propilęo ſupra oſtium in ampla tabula marmorea.

Quam nunc Domum mundiori cultu
Lautè, ac magnificè ornatam vides
Mariæ Villanæ
Magni Nominis, Majorum
Virtutum Virginis
Secretum fuit.
Hanc Marcelli Pignatelli, & Camillæ
Sanfeliciæ Coniugum
verè genere, ac Pietate Illuſtrium, ope
In ſacrum Gynecæum, Templumq; excitavit.
Hic Cœleſtia ſtudia vicennali ſpatio
Alumnas docuit
Donec ad Gentilitios in Furcellana
Regione lares
Sponſi Cœleſtis Oraculo una cum illis migraret,
Vbi tertia nondum peracta Olympiade
evolavit ad Superos.
Venerabundus ergò ingredere
Adhuc enim Divinis Amoribus calet.

In cubiculo à parte læva ingreſſus.

Ande, Hoſpes, quidquid mortale eſt temnere; limen
Dum petis hoc, dignum te quoq; finge Deo.
Villanæ penetrale fuit, viſurus amantem
Quò ſe Divinus ferre ſolebat Amor.
Ingredere ò, flammiſq; opta Cœleſtibus uri,
Hic fovet aſſiduo quas Amor ipſe rogo.

In ſequenti pariete ſuprà portam, quæ ducebat ad Odæum.

Æſtuat Ignis adhuc, vivax & Sęcula vincit,
Nec tibi longa nocet, parvula Cella, dies.
Quam fovit Villana olim ſub pectore, vivit
Flamma, nec in cineres eſt abitura ſuos.
Credite: Veſtalis vera eſt jam fabula Flammæ;
Namque alit æternas hic pia Virgo faces.

In altero Pariete ex parte publicæ plateæ, ubi propriè eadem Ven. Soror Maria ſtratum habebat.

Omnibus eripuit ſeſe Villana, penates
Dum colit hos, uni qui patuere Deo.
Artubus exiguam, poſt dura flagella, quietem
Sopito dedit hic lumine, corde vigil;
Dilecti penitùs ſacris ardentia tædis
Non ullo poterant corda ſopore capi.

Et demùm in pariete à parte dextera

Ad Sponſæ Thalamū celſi Regnator Olympi
Huc veniens ſacri munus Amoris erat:
Virgis hic repetebat Amor Cœleſtia dona;
Certat Amatorem vincere uterque ſuum.
Prælia nè timeas, cum ſit conflictus Amoris.
Hæc ſi te ferient ſpicula, lætus abi.

In odæo.

Ore faveteomnes: Villanæ dulcè canentis
Reddit adhuc dulces hæc memor Aura modos.
Huc manus Aligerum ſacri dulcedine cantus
Rapta, ſtupens ſummo venit ab uſque Polo.

Sed magis obſtupuit, Divinum ut vidit amorem
Virginis argutum voce præire melo.

Mortis memor piiſſimus Cardinalis in ſepulcro, quod ſibi vivens in metropolitana ſelegerat, has inſcriptas voluit notas.

Innicus
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis
Caracciolus
Ex Ducibus Airolæ
Archiepiſcopus Neapolitanus
Vivus mortalitati ſuæ
Monumentum poſuit
Anno Domini MDCLXXVIII.

Proximam ergo mortem præſtolatus, poſtquam duodeviginti annorum ſpatio Neap. Eccleſiæ Archiepiſcopus præfuit, ann. D. 1685. die 30. Januarii repentino morbo correptus, Innocentii XI. ſummi Pontificis, omniumq; ordinum mœrore obiit, ejuſq; corpus in Cathedralis Eccleſia terræ mandatum fuit. Ante marmoreum ſibi conditum monumentum humi defixam æneo opere, & lapidibus circumornatam Carolus Caracciolus ejus pronepos hanc epigraphem ſubjecit.

Innico Cardinali Caracciolo
Archiepiſcopo Neapolitano
Quod ære ſuo Aedem hanc plaſtico
Pictorioque opere,
Pilas Damaſcena veſte auro fimbriata,
Aras Vaſis, Divos ſimulacris argenteis
Auxerit,
Sancto Liborio Sacellum
erexerit,
Sanctæ Reſtitutæ Templo exigenda nomina
Legaverit,
Se Innocentia,
Suos diſciplina, familiam fama,
Poſteros exemplis cumularit,
Monumentum hoc
Carolus Caracciolus Dux Areolanorum
A Ferdinando Patre cœptum abſolvit.
Ann. ſal. hum. CIƆIƆCLXXXXII.
Magno Patruo benemer. fatis functo
Anno CIƆIƆCLXXXV.

Plurima Neapoli animæ ejus funebria perſoluta ſunt officia, quæ inter, inſignia fuere, quæ Apoſtolicarum miſſionum Congregatio optimi Cardinalis memoriæ devinctiſſima perſolvit, in quibus peroravit Joſephus Sanfelicius ejuſdem cœtus pluries Præfectus, Sacerdos genere, doctrina, ac pietate clariſſimus; & quæ Caracciola Gens in templo Jeſus, & Mariæ PP. Prædicatorum, quod ipſe fundarat, in quibus Sanfelicianæ non imparem recitavit orationem Fr. Cherubinus Panzera ejuſdem ordinis Magiſter, & ſacræ eloquentiæ laude, ut ex aliis, quæ religioſum virum decent, dotibus undequaque refertus.



CIX. ANTONIUS (*qui deinde in Summum Pontificem electus Innocentii XII. nomen ſortitus eſt*) *patrem habuit Franciſcum, è clariſſima Pignatella Gente Spinazzalis Marchionem, & Minervini Principem, matrem æque nobiliſſimam Portiam Carrafam ex Andriæ Ducibus, quæ cùm eſſet ſoror Sodalitii SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, cujus prima, vel unica ſollicitudo ſpiritualibus, & corporalibus proximi indigentiis conſulere, filium ſuum Antonium natu ultimum, adeoque ipſi ceteris chariorem talibus porrò ſtudiis imbutum voluit, quibus ad extremum vitæ ſpiritum ornatus ſemper effulſit. Exacta Eccleſiaſticæ vitæ rudimentis, & optimarum litterarum exercitationibus adoleſcentia in ſeminario Romano, ubi ob corporis, & animi pulchritudinem ſemper Angelus audiit, ſuſceptaq; utriuſq; juris laurea in Neapolitana Univerſitate vigeſimum ſuæ ætatis annum vix exceſſerat, cùm Urbanus VIII. qui illum inter Referendarios adſcripſerat, Urbini, quæ rurſus Eccleſiaſticæ ditioni ceſſerat, Legatum voluit: nec inſuetum novo imperio gentis ingenium, nec ætas Antonii peracerba Pontificem retardarunt, quominus illi hanc provinciam demandaret. Excepit deindè fidei Quæſitorem Melitæ, ubi cùm cuncta offendiſſet tantis immiſceri turbis, confundiq; ut res ad extrema ſpectare videretur, ita mira dexteritate univerſa explicuit, ut inſulæ tranquillitatem dederit. Romanam aulam ingenti ſollicitudine liberavit, adeò ut universus ille clariſſimorum Equitum ordo uni ipſi ſuam pacem, ſplendoremque ſuum aſſertum referens ituram ad poſteros memoriam excitarit nè tanti nominis, tantique facti fama exoleſceret. Gubernatorem Viterbium, quæ recenti caſtri acceſſione Provinciam æquare videbatur, Pontificium Legatum excepit Hetruria, ubi jacta inter Italicos Principes diſcordiarum ſemina in maximum porrò evaſura diſcrimen, ad quæ diſſipanda fruſtra ſummorum virorum ſtudia perſudaverant, acri opportunoque conſilio compoſuit, ut ipſe, qui primus ceſſerat, Magnus Dux Ferdinandus velut hominem è cœlo dolapſum veneraretur Antonium. Exceperę ad majora jam factum Polonica Regia, & ſuprema demum Leopoldi Cæſaris aula. In utraque legatione qualem, quantamque laudem adeptus ſit, dixiſſe ſufficiat. In Polonia diſtracta Magnatum obſequia Caſimiro Regi conciliavit, diſciſſoſque à Romano capite Antiſtites ad orthodoxam unitatem adduxit, errantes à fide Armenos ad integerrimæ religionis leges revocavit, Clericorum Regularium Ordine in illas regiones adducto, qui Armenicæ nationis adoleſcentes in catholica fide erudiret. Germaniam ab Hæreſiarcha Burro Romam in Vincula miſſo liberavit, cujus perfidiæ lues Proteſtantium Principum gratia, & opibus freta impunè veluti graſſabatur. Poſt tot exantlatos pro Chriſtiano nomine, ac dignitate labores, poſt tot in Eccleſiam, Romanumque Senatum merita, cùm omnes illum ad altiora evehendum cenſerent, Romam ex improviſo revocatus, Lupienſis Eccleſiæ infulas in extremis Italiæ finibus quaſi induſtriæ ſuæ ſatis ſuperque pares regendas ſuſcepit, quod ſingularem ejus modeſtiam maximopere commendavit. At cùm tantæ virtutis deſiderium Romana diutius aula ferre non poſſet, Clemens IX. Epiſcoporum, & Regularium negociis, Decimus Pontificio cubiculo præfecit, Innocentius verò XI. ann. 1681. cùm per annos quadraginta ſex, & amplius ſtrenuam Reipublicæ chriſtianæ navaſſet operam, ſub titulo S. Pancratii Cardinalibus adſcripſit. Qua dignitate non ad otium, & quietem uti paſſus, ſed ad novos labores, ac ſollicitudines, Faventinam Eccleſiam illi regendam tradens, quam pretioſa ſui ſacelli ſupellectili, magnaque pecunia diſcedens locupletavit; mox Legationem Bononienſem ſumma animi conſtantia adminiſtravit. Archiepiſcopus Neapolitanus anno 1686. renuntiatus fuit, cujus Eccleſiæ adhuc Romæ degens poſſeſſionem iniit menſe Octobri ejuſ-*

dem

,, dem anni per Canonicum Franciſcum Verde tunc A
,, illam ſui Collegii Canonicorum nomine gubernan-
,, tem, de quo in Epiſcopis Vici Aequenſis uberrimè
,, differemus. Anno poſtea 1687. menſe Decembris
,, Neapolim appulit, & in primo veluti ſui ingreſſus
,, die Canonico Carolo Celano mortis memor, quam
,, ſemper præ oculis habebat, ut ſibi humile ſepul-
,, chrum in ſua cathedrali præpararet, deman-
,, davit.

,, In adminiſtranda ſua Eccleſia qualia ediderit
,, per quinquennium paſtoralis vigilantiæ, & ſolli-
,, citudinis argumenta, vel ex hoc conicere liceat,
,, quod illa ad univerſæ Eccleſiæ regendum guber-
,, naculum Pontificem optimum emiſerit. De illis
,, primum, quæ ſunt ad Deum, non parum ſollici-
,, tus, ſacrorum omnium cultum, decuſque prove-
,, xit ſemper. Cathedralem pretioſis muneribus Ro-
,, ma advectis locupletavit, cujus præſertim Tri-
,, bunam Damaſcenis Periſtromatis auro largiſſimè
,, fimbriatis exornavit, præter alia ſuatum ædium,
,, quæ ſummus Pontifex creatus elargitus eſt, & B
,, pecuniarum magnam vim, qua parietes ejuſdem
,, templi maximi vehementi terræmotu concuſſos à
,, ſuprema labe reparavit. Sanctiſs. Eucharistiæ
,, cultum, venerationemque verbo, & exempla
,, mirificè auxit, cujus opera, & ſtudio primum
,, obtinuit mos ille commendatiſſimus ad hæc uſque
,, tempora non ſine maximo animarum lucro, &
,, religionis ſplendore traductus, ut quotannis per
,, quadragenas horas in ſingulas Eccleſias ad id
,, ipſum per gyrum deſtinatas publicæ, & perpe-
,, tuæ fidelium adorationi, omni, qua fieri poſſit,
,, ſacrorum ornamentorum pompa SS. Jeſu Chriſti
,, corpus exponeretur, quæ vulgò le Quarant'ore
,, Circolari. Illi propterea apprimè charus Hora-
,, tius Giannopolus Sodalitio Sanctorum Trinitatis,
,, & illi Apoſtolicarum Miſſionum ſuæ Cathedralis
,, adſcriptus veneratione erga ſanctiſſimum Eucha-
,, riſtiæ ſacramentum, cui laicus licet, & uxora-
,, tus, omnium oblitus ſuas omnes curas, ſuam ſol-
,, licitudinem, ſuam denique literat ſubſtantiam, C
,, toto orbe celeberrimus, adeò ut ubique audiret
,, l'Ambaſciator del Santiſſimo, de quo ſub Cardi-
,, nali Cantelmo redibit ſermo.

,, Clericorum diſciplinæ, ex qua omnia in populi
,, reliquum bona promanant, vindex acerrimus,
,, ad quam revocandam, ac retinendam, non legi-
,, bus modò, ſanctiſſimiſque inſtitutis uſus eſt, ſed
,, ſedulam quoque adjunxit operam integerrimorum
,, virorum, quos inter tres præcipui fuere omnibus
,, virtutis numeris abſolutiſſimi Canonicus Antonius
,, Sanfelicius, qui nunc Neriti, Æmilius Cavale-
,, rius è Congregatione Piorum operariorum, qui
,, nunc Trojæ in Apulia Epiſcopus, & Petrus Mar-
,, cus Giptius, qui nunc ejuſdem Metropolitanæ Ec-
,, cleſiæ Canonicus, Rectorq; Seminarii. His manda-
,, vit, ut tota diœceſi perluſtrata, moribus præſertim
,, Eccleſiaſticorum invigilarent, & quæcumq; ad opti-
,, mam eorumdem inſtitutionem pertinere viſa fuiſ-
,, ſent eo, quo erant Apoſtolico fervidi zelo, & ſolli-
,, citudine reſtituerent. Juſſit inſuper colligi diffuſa D
,, omnia ſynodalia decreta Eccleſiæ Neap. quæ tem-
,, porum vitio in deſuetudinem abierant, quorum
,, obſervantiam firmare meditabatur novis diœceſa-
,, næ Synodi legibus, quod Romam accitus ad uni-
,, verſæ Eccleſiæ curam perficere non potuit.

,, In inſtitutione Seminarii, ex quo nimirum uber-
,, rimam ſegetem optimorum miniſtrorum colligeret,
,, quàm maximè ſollicitus, exercitationibus adole-
,, ſcentium adeſſe, progreſſus explorare, omnium
,, ſedulitatem propoſitis etiam præmiis inflammare
,, optimus Præſul non dedignabatur. Seminarium
,, ampliavit adjectæ domus acceſſione, ære quoque
,, corrogato ad vitia vetuſtarum ædium ſarcienda,
,, ſuam illi Bibliothecam Pontificia liberalitate,
,, præter alteram, quam Neapoli habebat, dono
,, miſit, ejuſdem alumnos ab Apoſtolico uſque ſo-
,, lio Eccleſiaſticis beneficiis augere, & mini-
,, ſtros ad ſacras dignitates evehere adamavit.

,, Sanctimonialium cura illum non mediocriter
,, exercuit; Nihil enim prætermiſit, quod ad ea-
,, rum diſciplinam, aut revocandam, aut tuen-
,, dam, & vehementius inflammandam conferre
,, intelligeret. Monaſticæ paupertati impendiorum
,, minutione, ſolitudinis ſtudio, acceſſu interdicto ſe-
,, cularium interpellantium, regulari obſervantiæ
,, delectu miniſtrorum cavit. Ut legit conſtitutiones
,, Monialium ſub titulo Viſitationis Beatæ Mariæ
,, Virginis, quarum author D. Franciſcus Saleſius,
,, tanto exarſit deſiderio, ut protinus egerit de iis
,, Neapolim accerſendis cum prædicto Antonio San-
,, felicio, cujus opera eodem Pontifice Maximo, &
,, Cardinali Cantelmo Archiepiſcopo paulò poſt ad-
,, miſſæ fuerunt, maximo piiſſimæ Civitatis gaudio,
,, & emolumento; qua in re non inanis quidem, &
,, ſupervacanea obſervatio, quod ſicut D. Franci-
,, ſcus Saleſius ſuavitatem D. Philippi Nerii imita-
,, tus fuit, alter velut ipſius filius amabilem mundo
,, reddens ſanctitatem, ita D. Philippi Nerii filii erga
,, Saleſii filias eodem veluti Patre progenitas quadam
,, peculiari divinæ charitatis flamma æſtuarunt.
,, Cardinalis Cantelmus, Canonici Antonius San-
,, felicius, & Nicolaus de Luca, duo germani fra-
,, tres, item ſacerdotes Leonardus, & Franciſcus
,, Valentes, Franciſcus Moles Parietis Dux eques
,, ordinis D. Mariæ de Calatrava, Alphonſus de
,, Marca, atque alii nonnulli, imo præcipui, qui
,, illas juvarunt conſilio, induſtria, & ope omnes
,, fuere SS. Trinitatis Peregrinorum Sodales, imo
,, eorum plerique vel filias, vel neptes Saleſianas
,, eſſe voluerunt, ut geminatis ardoribus amborum
,, indigetum Philippi, & Franciſci vividior flam-
,, ma charitatis efferveſceret illi, qui ipſa charitas eſt.

,, Nec ſegnis interea ejus cura in cæterorum fide-
,, lium ſalute procuranda omnibus tentatis viis,
,, quas una charitas vigilantiſſimi paſtoris, & zelus
,, potuit adaperire. Ut plura eſſent, & præſentiora
,, animarum ſubſidia, auxit numerum parœciarum,
,, licet de Epiſcopalibus redditibus fuerit detrahen-
,, dum, & ad ſacramentorum diſpenſationem Reli-
,, gioſas etiam nonnullas familias pro loci opportu-
,, nitate admiſit.

,, Miſſionarios, & cæteros Eccleſiaſticos non quæ-
,, rentes, quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti quàm
,, maximè adamavit, & præcipuè illos è Societate
,, Jeſu, quam ſemper ſpeciali quadam amoris nota
,, diſtinxerat, utpotè qui ab illa una cum litteris pie-
,, tatem hauſerat. In oculis propterea ferre viſus Jo-
,, ſephum Groſſum SS. Trinitatis Peregrinorum, &
,, Apoſtolicarum miſſionum ſuæ cathedralis albo con-
,, ſcriptum, cujus operarii licet Laici conatus conti-
,, nuos, ſemperque grandes in peccatoribus lucran-
,, dis (non in doctrinæ opibus, nec in ſublimitate
,, ſermonis, ſed in ſimplicitate cordis, & in oſtenſio-
,, ne ſpiritus, & virtutis, & iis potiſſimum, quas per-
,, ditè verſari in meretricio quæſtu ſuboluerat, adeo
,, ut multoties pro nomine Jeſu contumeliam paſſus
,, ſit) non modo ſua ſemper authoritate fovit, ſed etiam
,, ære, quod ut plurimum peccata ſuffocat, aut matri-
,, monia ſarciendo, aut illicitas conſuetudines ab-
,, rumpendo.

,, Regulas Congregationis Sacerdotum Apoſtolica-
,, rum miſſionum ſuæ Cathedralis probavit, & Pon-
,, tificia deindè authoritate confirmavit, eorum opera
,, uſus aſſiduè per civitatem, per vicos, per cætera
,, diœceſeos loca, quò frequens dimittebat, ut peten-
,, tibus frangerent panem, Ruſticorum ignorantiam
,, inſtruerent, confeſſiones exciperent, nam plerum-
,, que aut miniſtrorum inopia, aut pudor injectus ab
,, illorum frequenti conſuetudine à ſacramentis vel
,, removet, vel in ſacrilega participatione miſeran-
,, dum in modum detinet.

,, Per eumdem Archiepiſcopum impetratæ ſunt ab
,, Alexan. VIII. plenariæ indulgentiæ ab iis lucrandæ,
,, qui ſtatas ſeptem urbis Eccl. viſitaſſent: & ut omnes
,, ad hæc ſpiritualia allicerentur emolumenta, indicta
,, primùm fuit ſupplicatio à Cathedrali ad B. Ma-
,, riæ Virginis de Carmelo ad Nundinas, cui unà cum

A „ ipſo Emminentiſſimo Archiepiſcopo interfuit Co-
„ mes S. Stephani Neapolitani tunc Regni pro Rege
„ Adminiſtrator.
„ Miſericordia in pauperes nulli ſecundus; Au-
„ reos ſexcentos Eccleſiaſticorum Beneficiorum Sa-
„ cerdotibus ſcientiæ, & vitæ integritati operam dan-
„ tibus egentibus tamen, clam exquiſitis unica dieul-
„ tro diſtribuit, quo facilius ad Eccleſiaſticum mini-
„ ſterium compararet. Præter ſecretas pecuniarum
„ erogationes, quibus honeſtati familiarum conſule-
„ bat, diſpertitas habuit ſingulas urbis regiones, ea-
„ rumque omnium neceſſitatibus paterna ſemper oc-
„ currit charitate. Puellis præſertim periclitantibus
„ largior, quas aut in Religioſis domibus acceptas,
„ aut in matrimonium collocatas, aut aliis ſubſidiis
„ inſtructas induſtria ut plurimum ſui Joſephi Groſſi
„ à flagitiis vindicavit. Ex illis autem, quæ aut
„ realiter Orphanæ, aut propter ultimam pauper-
„ tatem verè Orphanæ, quia à pauperrimis genito-
„ ribus non tectum, non cibum, non veſtem expe-
B „ ctare poterant, quare diſperſæ per Civitatem ma-
„ nimo Aſmodei emolumento vagabantur, Cœnobium
„ voluit D. Joachimi titulo coaleſcere, quod ipſe ſua
„ pecunia ſemper juvit.
„ De ſua verò minimè liberalitate contentus do-
„ meſticam etiam ſupellectilem aliquando diſtraxit.
„ Aureum vas Bononiæ ſibi dono datum, ſicuti mos
„ eſt Pontificiis Legatis, Carolo Lombardo Congre-
„ gationis Oratorii eleemoſynarum Præfecto tradi-
„ dit, ut pecunia ab illius venditione proveniente
„ multorum millium famem ſaturaret. Non multò
„ poſt Emminentiſ. Princeps emptori pretio perſo-
„ luto vas redemit, ſed iterum in miſericordiæ di-
„ ſtrahi officia, nullo pacto affirmans velle animum
„ iis rebus, quibus egerent pauperes, irretitum.
„ Nec divitiis modò, ſed inſignibus etiam familiæ
„ titulis, honoribus, & quacumque demum nominis
„ jactantia alienum animum ſemper geſſit, adeò ut
„ quærentem, cur non ſui memoriam poſteris com-
„ mendaret, aſſuto gentilitio ſtemmate periſtromatis,
C „ quæ fuerat ſuo Archiepiſcopali templo elargitus;
„ quid tibi, feſtivè admodum excepit, cum oloſericis
„ iſtis, ut fœdari jubeas ollis coquinariis? alludens
„ ad tres ollulas ſtemma conſtituentes.
„ Sed nulla ſanè tempora tanti præſulis virtutem
„ teſtata ſunt, quam quæ Neapolim in extrema penè
„ conjecere diſcrimina; cum ſcilicet anno 1688. hor-
„ ribili terræmotu urbe concuſſa, nec non pavore,
„ luctu, cædibus, cuiuſque perditu, confluen-
„ tium ad Epiſcopales ædes, & paſtoris ſui, Divi-
„ numque præſidium expoſcentium ipſe animos con-
„ firmabat, calamitatem levabat, periculiſque
„ omnium indictis precibus occurrebat. Nec interea
„ domi tenuit illum charitas, & paſtoralis ſollicitudo,
„ quin foras erumperet, urbemque pedibus obiret,
„ ne qua pars Chriſtiani gregis, & maximè ſacra-
„ rum Virginum detrimenti aliquid acciperet, & in-
„ fernalis hoſtis incurſibus pateret. Cumque iuſta-
„ rent multi, ut in tam præſenti diſcrimine extra
„ Vrbem in apertos campos ſe ſubduceret, quo me-
D „ tus cæteros compulerat, reſpondit, animarum
„ ſalutem lubenter vitæ ſuæ præferre. Qua verò li-
„ beralitate, & munificentia id temporis uſus ſit,
„ præter cætera, argumento ſint mulierculæ com-
„ plures, quibus ſalutari metu e lupanaribus excitis,
„ & ad ſaniora conſilia revocatis victum, dotemque
„ ſuppeditavit. Beneventanas Sanctimoniales è
„ Cœnobiorum ſuorum ruinis ereptas, & ab Emi-
„ nentiſſimo Cardinale Vrſino Neapolim miſſas be-
„ nignè accepit, & rerum omnium ſubſidiis adiutas
„ per Monaſteria diſpertivit. Vt vero ſibi plura
„ ſupereſſent, quæ in pauperes erogaret, pan-
„ noſis ſub purpura tegebatur veſtibus, ea tan-
„ tum gulæ tribuit, quibus uni corporis neceſſi-
„ tati ſerviret, ea domi ſuæ ſupellectilis orna-
„ menta voluit, quæ honoris gradus, non fa-
„ ſtus ambitio poſceret, ſatis ſuperque ornatas
„ ædes prædicans, quas una numinis gloria,
„ & integra domeſticorum diſciplina commenda-
„ ret. Quod in illo verè mirabile fuit, inter
„ tot diſſita nationum ingenia, inter licentioris
„ aulæ incitamenta, & ſæculi blanditias ea,
„ qua par erat, & rerum copia, & corporis ro-
„ bore, & formæ venuſtate ſpectabilis tanta ſem-
„ per, ac tam ſollicita continentiæ, & caſtimoniæ
„ cura per integram ætatem vixit, ut difficillimam
„ hanc in viro principe laudem ſit aſſecutus, ut
„ eſſet ſcilicet pudicus, & crederetur agendi cautio-
„ ne, loquendi modeſtia, oris totius verecundia,
„ quæ pudicitiam undique ſpirabat, venenatis li-
„ voris oculis omnem vel criminandi aditum præ-
„ cluſit.
„ Romam ad Pontificia Comitia per mortem Ale-
„ xandri VIII. profectus nihil primùm intendit,
„ niſi ut ſui egeni diœceſani ſuſtentarentur menſtruis
„ eleemoſynis, quibus Summus Pontifex creatus
„ IV. Id. Julias 1691. ſub Innocentii XII. nomi-
„ ne decem aureorum millia ex divendita ſua ſupel-
„ lectili munificentiſſimè erogari juſſit. Iterum alia
„ ſex millia contulit, ut ad Pateiam ſartam, te-
„ ctamque ſervandam aggere perpetuo conclude-
„ rentur Converſanum, cæteraque finitima Apuliæ
„ oppida, quæ peſtifera contagione correpta ingen-
„ tem accolis ſollicitudinem iniiciebant. Nec mi-
„ nori cura, & vigilantia, cum eſſet Neapoli,
„ apud Magiſtratus contendit, ut vigiliis, excu-
„ biiſque Vrbis aditu prohiberentur exteri; ſibi
„ enim deambulanti per ſuburbanos hortos olite-
„ rios ad Aquas Regias occurrebant, qui ex Apu-
„ lia Neapolim tranſmearent, quippè ipſe num-
„ quam vel verno, vel autumnali tempore in aliquo
„ Suburbano etiam ſuæ diœceſis ruſticari voluit,
„ ſed ſemper in civitate permanſit, ut omni-
„ bus ſemper, & omni hora ſui copiam fa-
„ ceret.
„ Sui præſulatus tempore unum liceat memorare
„ præ omnibus, qui ſanctitatis fama obierunt, quip-
„ pè illius operarius claſſis, quæ ſummopere tanto Ar-
„ chiepiſcopo cordi fuerat. Andreas Vecellus fuit hic,
„ ſocietatis Jeſu ſacerdos, charitate, diſcretione, pie-
„ tate, mortificatione, humilitate, vitæ denique inte-
„ gritate præſtantiſſimus, adeò ut ob inſignes anima-
„ rum in Brutiis ſua prædicatione converſiones,
„ Brutiorum Apoſtolus audierit; ſemper ac exerci-
„ tia ſpiritualia ſui S. Patris Ignatii populo explica-
„ bat, turmatim auditores, ſi aliquo vivendi teno-
„ re jam obſtricti, illum innovatione morum vere gra-
„ tum Deo reddebant, aut ſi liberi, & ſui juris, vel
„ ſacerdotio, vel alicui religioſo ordini ſe litabant.
„ Deiparæ cultui addictiſſimus, cujus ſeptem feſti-
„ vitates coram ejuſdem icuncula, in qua ipſæ ſe-
„ ptem depictæ erant, & è quibus fama eſt ipſam
„ Virginem ſuo fideli ſervo allocutam fuiſſe, pecu-
„ liaribus obſequiis ſemper ſolvit, quam icunculam
„ paucis menſibus, priuſquam ad ſuam Dominam
„ evolaret, dono dedit illis de Como, quorum ſole-
„ bat ipſe ſacramentales confeſſiones excipere; eo
„ pacto, ut in ſingulis ſeptem feſtivitatibus illam
„ ornarent, ſtataſque ante illam preces recita-
„ rent.
„ E multis, quæ Pignatellum ſuæ Patriæ Anti-
„ ſtitem ornarunt, virtutibus, ſi ſatis paucas atti-
„ giſſe, omnes autem, & illas omnes, quæ verè Petri
„ ſucceſſorem diſtinxerant, & amorem ipſius erga
„ ſuam patriam, & populares ſuos teſtata beneficia
„ perpolito ſtylo percurrent Deo dante Camillus de
„ Quintiis ſocies. Jeſu ſacerdos numquam ſatis lau-
„ datus, imò quacumque ſemper commendatione ma-
„ jor ea opere à litteraria Republica impensè expeti-
„ to, quod vitas ſummorum Pontificum, & Cardi-
„ nalium ad hæc noſtra uſque tempora procontinua-
„ tione Alphonſi Ciaconii complectitur, & Ignatius
„ Maria Comus doctiſſimus, ac probatæ virtutis vir
„ in ſua peculiari, de qua non ſemel mentionem fe-
„ cimus, hiſtoria item ſummorum Pontificum, & Car-
„ dinalium Neapolitani regni; & ſanè geſta Innocen-
„ tii XII non mediocrem præclari utriuſq; operis par-
„ tem occupabunt. Ut autem perpetua tanti Pontificis

me-

memoria frueretur Neapolis, Jacobus Cardinalis Cantelmus, de quo mox loquemur, magno quidem impendio monumentum ex electiſſimo erexit marmore in Tribuna Templi Archiepiſcopalis ad lævam aræ Principis, quod ad profuſam ejus erga omnes beneficentiam alludens, marmoream charitatis ſtatuam exhibet auratam Innocentii iconem ſubſtinentis cum hac inſcriptione.

Innocentio XII. Pont. Max. Pignatello
De chriſtiana Re optimè merito,
Muniis plorimis apud Catholicos
Principes, & in Aula Romana
Mirè perfuncto,
Per gradus Hooorum omnes
Ab Archiepiſcopatu Neapolitano
ſanctè, & effuſa in egenos
Charitate geſto
Ad Supremum Pontificatus
Maximi apicem evecto
Iodicta aboliti Nepotiſmi lege,
normaque præmonſtrata,
Ecleſia, ac toto terrarum orbe plaudente,
Pauperibus perpetuo cenſu ditatis,
& in Laterano
Magni Gregorii exemplo munificentiſſimè alitis,
Paræciarum redditibus, ut egeſtati
ubique occurratur,
ex integro reſtitutis,
Magno cum Eccleſiarum emolumento
Neapolitani Regoi Epiſcopis
Spoliorum onere ſupra vocum condonato levatis, inter præclariſſima
liberalitatis munera
quamvis exhauſto Ærario ob extinctam
Cameralis quæſturæ venalitatem
datis Sacro in Turcas Fœdere ſubſidiis,
Sanctiſſimis Legibus
Eccleſiaſticæ Diſciplinæ, Juſtitiæ,
& Populorum tutela ſtrenuè aſſerta,
Paſtorali ſollicitudine, eximioque zelo
In tota Chriſtiana Republica pacanda
& Religione amplificanda commendatiſſimo,
Jacobus Cardinalis Cantelmus
Archiepiſ. Neapol. Anno
ſalutis humanæ MDCXCVI.
Pontificatus verò VI. majora daturi
P.

Inſcriptio altera ad ejus tumulum, quem ſibi Neapoli in medio ſuæ Cathedralis Odæo comparaverat.

D. O. M.

Antonii Cardinalis Pignatelli Archiepiſcopi
Neapolitani tumolum, priuſquam
ad majorem Dei, & S. R. E. gloriam
Innocentios XII. P. M. crearetur,
eximia ſibi pietate paratum,
Ejus parentibus
Franciſco Pignatello Principi Minervini,
& Portiæ Carrafæ è Ducibus Andriæ
Vincentii Soc. Jeſu Præpoſiti Generalis
atque Aloyſii Abbatis Ordinis S. Benedicti
Sorori Sanctitatis imitatione conjonctiſſimæ,
Jacobus Cardinalis Cantelmos
Archiepiſcopus Neapolitanus
Pontificio dono acceptum
D. D.
Anno ſeculari MDCC.



JACOBUS *Cantelmus, Stuardus, de gente Jacobi II. magnæ Britanniæ Regis natus anno 1645. patre Fabritio Populi Duce, ac Pectorani Principe, matre Beatrice Brancia nobiliſſima item matrona Padulæ Marchione. Primæ pueritiæ fundamenta in domo paterna poſuit idoneis uſus præceptoribus, qui teneram ætatem in omne pietatis, morumq; decus efformarent, politioribus litteris, non modò latinis, ſed & græcis, atque hebraicis imbutus, in Academiis Romana, & Bononienſi ſeverioribus diſciplinis inſtructus, ejuſq; progreſſus ſatis probant variæ homiliæ, ac diſſertationes criticæ tum ſacræ, tum profanæ, quarum una ab eruditis Lipſiæ typis edita fuit; edicta pro tempore, atque acta Synodalia, quæ ſatis arguunt, non modò zelum Paſtore optimo dignum, ſed & intimam in rebus Eccleſiaſticis eruditionem. Romanam deinde in aulam, tamquam in ampliſſimam exercendæ virtutis palæſtram ſe contulit; ubi illicò ingenii ſui, animiq; dotes, rara temperantia, ſingularis modeſtia, egregium doctrinæ ſpecimen, mores iidem & candore faciles, & majeſtate ſeveri, indoles prorſus regia ipſos acrioris judicii proceres in ſui admirationem pariter, venerationemq; rapuerunt, adeò ut vix Præſulari veſte indutus, à Franciſco ſeniore Cardinali Barberino coactus fuerit quamquam juvenis, & omni niſu renuens viſitare ejus nomine ſanctimonialium clauſtra, & Cardinalis Odeſcalchus ad ſui genium efformatum noſcens Pontifex Maximus renuntiatus haud paſſus tam inſignem virtutem intra urbis mœnia deliteſcere ad magna Eccleſiæ munera deſtinavit.* CX

Ac primò in Melitam fidei quæſitorem, ad ampliſſimum Venetorum Senatum Nuncium poſteà deſignarat, quam legationem cum Helvetica illi commutavit. At largiorem campum reſervabat nempè Poloniam ampliſſimam quidem Provinciam, & difficillimis tēporibus adminiſtrandam, verùm nulli melius, quàm Jacobo demandandam Innocentio viſum, cui altius inſederant animo illius virtutes, inque dies concepta de ipſo opinio augebatur. Nec fefellit eventus: dexteritate verè mirabili perfecit, ut Polonorum Reſpublica, quę de pace catholicę fidei exitiali prorſus futura jam cogitabat, Turcis bellum indictum continuaret acrius; & ipſe cum Rege Joanne III. Subieſcho ſacroſancta ſigna promovet, in hoſtem contendit, animos accendit, victoriæ denique palmas ſuis ipſe ſudoribus irrigavit. Procerum quippè omnium, & Regis animos ſibi devinxerat, cunctis ejus candorem, atq; innocentiam admirantibus ſimul, & verentibus, adeò ut Evangelico pectore ipſi reſtiterit Reginæ Sanctimonialium diſciplinam quodammodo relaxanti, illarum clauſtra viſitando. In Comitiis Septemviralibus pro eligendo Roman. Rege deſignatus ad Germaniæ Proceres extra ordinem Legatus Pontificia jura ſtrenuè aſſeruit, ſimul atq; Auſtriacę domui rem perutilē geſſit.

Tot meritis itaq; conſpicuus ab Alexandro VIII. Innocentii Succeſſore in Cardinalium numerum adlectus Capuanam Eccl. ac mox Neapolitanam Antonio Pignatello Archiepiſ. ad Summum Pontificatum evecto vacantem diù reluctatus tandem regendam ſuſcepit, eo pacto, ut ad illam adire, & cum illa ſuos dies ducere ſineret humaniſſimus Pontifex,

ſem, qui ipſum ſuo adſtare lateri Palatini muneris, & veluti ſui Pontificatus directorem deſignarat. Anno 1691. Neapolim ingreſſus die 4. menſis Novembris feſtiva S. Archiepiſcopi Mediolanenſis Caroli Borromæi, cujus inhærere veſtigiis pro virili ſemper ſtuduit, & cujus vitam, non modò ipſe ſolus veluti meditans relegebat, ſed & etiam illam, dum pranderet, dum cœnaret, relegi ab aliquo ſuo familiari volebat. Gregem ſibi commiſſum ad cœleſtia paſcua perducturus in Cleri reformationem, & rigidam Sanctimonialium diſciplinam incubuit, revocatis ſecùm ad examen omnibus Confeſſariis, & Grammaticæ Magiſtris, atque reſtituta ordinandorum Congregatione juſſit, ut quicumque vellent ſacris initiari Dominicis quibuſque diebus apud Miſſionarios Vincentii de Paulis inſtitutum profeſſos ſacras ceremonias addiſcerent, & SS. Synaxin perciperent. In Clericorum promotionibus nempè in manuum impoſitione, & Ordinum collatione ſeveriſſimo introducto examine, non modò in eorum mores inquirebat, ſed & in ſtudiorum rationibus ſcrutandis coram aderat, quamobrem per Joſephum Sanfelicium Sacerdotem ſemper cum laude nominandum edi curavit libellum latinè verſum adoleſcentibus appriſmè utilem, cui titulus: Inſtructio Ordinandorum. Edixit inſuper, ut iidem Congregationes Presbyterorum in Collegio maximo Societatis Jeſu, in D. Georgii Patrum Piorum Operariorum, & Apoſtolicarum Miſſionum in ſua Cathedrali ad Clerum procurandum nonniſi cœleſti providentia inſtitutas frequentarent, pauperiouſque voluit, ut unus Ordinandorum pluries in hebdomada chriſtianæ fidei rudimenta explicaret. Nè quis profano ſpiritu ad Sacerdotium promoveretur cavit, ut quiſque ejus impenſis decem dierum ſpatio apud Miſſionarios ſpiritualibus exercitationibus animum ad Sacros Ordines ſuſcipiendos præpararet: quarè ad Clerum ſæpiſſimè conciones habuit, & quotannis tempore Exercitiorum Spiritualium in ſacello ſub ara maxima Cathedralis, quod ſub corpus, ut meliùs audiret Confeſſio D. Jannarii, in Sodalitio Sacerdotum vulgò Patris Paventi, ac etiam alibi.

In inſtaurando ſeminario Neapolitano præcipuam curam impendit: curabat enim eas plantas eligendas, quæ difficile ſpem Eccleſiæ fruſtarentur: optimam inire voluit ſtudiorum rationem, præceptores celeberrimos bonarum artium conquiſivit, à linguis latina, Græca, & Hebræa initium duci, & per humaniores litteras ad ſeveriores diſciplinas procedi juſſit, ac nè quis adoleſcentium torpeſceret, nullam diligentiam prætermiſit, ſivè in præmiis largiendis, ſivè in indicendis frequentiſſimis publicis recitationibus, maxime in laudem Innocentii XII. Pont. Max. & Caroli II. Hiſpaniarum Monarchæ, quas typis publici juris eſſe voluit. Sæpè etiam improviſus ſtudentibus aderat, ut quid rerum agerent, ſpecularetur; eoſque aſſiduis incitamentis dormitare non ſineret. Cumque redditus ſatis non eſſent ad enormem alumnorum numerum ſuſtentandum, ære ſuo multos ali juſſit, & ope, conſilioque perfecit, ut Innocentius XII. opimum Sacerdotium S. Joannis Majoris à maximis Prælatis poſſideri ſolitum ſeminario in perpetuum addiceret. Ipſius etiam hortatu ab eodem Summo Pontifice manavit Bulla, quæ incipit, Speculatores, qua vetatur, ne quis ab exteris Epiſcopis manuum impoſitionem, ſivè dolo, ſive gratia extorqueat; jubetur autem ſeveriſſima morum diſcuſſio, doctrinæque, juſtiſq; cenſus ad mendicitatem à regali Sacerdotio arcendam. Cumque jaceret ſine honore Parochorum gradus, eorum optimos præmiis, & dignitatibus cumulavit, atque ita honeſtiores, doctioreſque viros ad illud difficillimum munus allexit.

Sacras Virgines Deo dicatas incredibili zelo cuſtodivit; ad odorem ſuavitatis bonæ famæ ſervandum longè abiit eſſe voluit hominum commercia, ut à ſponſis Chriſti, non modò crimen, ſed et omnis criminis abeſſet ſuſpicio, ac nè earum dilapidarentur patrimonia, vetavit effuſas quaſque, & ſupervacuas largitiones, frugalitatem induxit, ut juſto Virginum numero in ſacris clauſtris alendo fieret locus; undè ſtatui juſſit in earum domibus tabulas accepti, & expenſi, quæ ab integerrimis viris ſubindè perpenderentur, atque ita & præteritas fraudes in pecuniæ adminiſtratione detegeret, & futuris obviam iret.

Omnes rationes ſanctificandi gregis ſibi commiſſi ſtudioſè conquirebat, ſæpius univerſam diœceſim diligentiſſimè viſitavit, & cum in illius parœciis ſuo adventu frequens populus conveniret, illicò extemporaneam ad illum habebat concionem. Miſſiones pro morum reformatione per pagos, & oppida diſpenſans ſæpè ipſe intererat, & plebem Sacra Synaxi ſua manu reficiebat. Nè quis ultima infirmitate laborans verbo Dei, & Chriſtianis Sacramentis in extremo agone deſtitueretur, piorum Virorum Congregationem pro moribundis inſtituit. In Congregatione pro concubinariis ſemper aderat, & maximè lætabatur, cum eorum Miniſterorum opera ad bonam frugem Aſmodei laqueis irretiti redibant. Et verè quamplures ſæpè ſæpius redibant, etenim cum exhortationes, blandaque verba, ipſaque arma ſpiritualia induratorum corda non mollirent, ſæcularia implorabat. Sacros oratores eos maximè eligebat, quos non ad eloquentiam oſtentandam, ſed ad Chriſtum prædicandum aptiſſimos conſtans fama probaverat, & in ſua cathedrali, niſi urgentiſſima præpedirent negocia, cinerum tempore ſemper illos audiebat. Sacras functiones ſumma pietate, devotione, & Eccleſiaſtica majeſtate peragebat, licet in illis multum incommodi pateretur, ſæpè etiam in gelida hyeme ſudore madens. Plebi ſuæ in egeſtatibus numquam defuit, ut ſeptennio quinquaginta ſeptem millia aureorum in pauperes erogaverit.

In publicis autem calamitatibus quid non facere? ſupplicationes indicere, ipſe adeſſe, & corporis afflictatione, & precibus, lacrymiſque, perindè quaſi fieret peccatum pro populo, irato numini ſeipſum expiationem exhibere. Et quoniam Neapolitana Civitas glorioſi Martyris Januarii ſanguinem perpetuo complurium ſæculorum teſtimonio denunciatorem iræ Divinæ agnoſcit, ſi quando à benè ominata colliquatione ceſſaret, quaſi in ſuum caput fulmina omnia conjicienda forent, non acquieſcere, non cibum ſumere, non ſomno decumbere, ſed in Martyris ſacello orare, ingemere; donec conſueto ſigno pacatum numen intelligeret, ut diceres Deum per Martyrem eventa Civitatis diſponere, Martyrem per hunc Præſulem vim pati. Teſtatur hoc Veſuvius Mons incendiis infamis, qui dum evomito ignis bituminis torrente finitimis agris vaſtitatem latè minaretur, accurrente Jacobo, & conjecta in flammam Martyris imagine curſum repentè ſiſtere coactus eſt; quare de ipſo teneremè ſemper loquebatur, & in ejuſdem feſtis diebus inter miſſarum ſollemnia ad populum habebat homiliam. Ut verò ejus patrocinii umbra latius extenderetur, apud Hiſpaniarum Regem, & Summum Pontificem curavit, ut ſanctus Martyr totius Monarchiæ Patronus appellaretur. Ipſe interim grati animi teſtimonium Sacellum è marmore Puteolis in loco martyrii, alterumque in æde S. Jannarii extra mœnia poſuit. Et longè majora animo agitans ad ornandam aram maximam, & presbyterium ſuæ Eccleſiæ, ſub cujus hypogæo lipſana ſancti Martyris aſſervantur, magnam vim æris ſuo pretioſi marmoris undique cogit, ſed mors non illi, ſed ſuæ patriæ hoc opus invidit, cujus præludia fuerant varia templa ſuis impenſis refecta, ea, quæ ſuorum Sacerdotiorum titulum præferrent, exornata, atque in his ædes ſancti Antonii Abbatis, quod ſacerdotium Innocentius XI. illi adhuc

„ *Præſuli conceſſerat, magnis impendiis inſtaura-* A
„ *ta, multoque marmore, ac picturis in elegantio-*
„ *rem formam redacta, lipſana ejuſdem Divi pro-*
„ *curavit, argenteam ſtatuam effingi juſſit, & ut*
„ *Neapolis ſuum patronum eligeret, effecit. La-*
„ *bentem autem Romæ Ss. Marcellini, & Petri ſui*
„ *tituli Eccleſiam, ut in animo habebat, morte*
„ *interceptus reſtaurare non potuit. Pro æde, &*
„ *domo monialium ſub titulo Viſitationis B. Mariæ*
„ *Virginis pecunia collata; pro domo fratrum S.*
„ *Petri de Alcantara apud Leucopetram in Veſuvii*
„ *radicibus magna vis auri corrogata, multæ*
„ *apud Magnates interpoſitæ commendationes.*
„ *Ne verò templa tantum, domoſque fidelium curaſ-*
„ *ſe putetur, regalis ſui animi magnitudine, & ve-*
„ *rè paterno amore, non modò ſuæ Diœceſis, ſed to-*
„ *tius regni fideles, eorumque res, ornamentum,*
„ *& gloriam complexus fuit; impetravit maximo*
„ *Eccleſiarum bono, ut varia munera, ac dignita-*
„ *tes in curia Romana Neapolitanis civibus pro-*
„ *pria in perpetuum aſſignarentur, multaſque* B
„ *Pontificias gratias magni quidem momenti, quod*
„ *in ſummum quidem ſuæ pateiæ decus, & gloriam*
„ *ceſſiſſet, aucupatus fuiſſet, ſi ſuis conſiliis popula-*
„ *ees ſui acquieviſſent. Eidem Chriſti Vicario ſua-*
„ *ſit, ut ex Neapolitana nobilitate viros præſtan-*
„ *tiſſimos, ac de Eccleſia optime meritos Franciſ-*
„ *cum Pignatellum ad Regem Poloniæ, Franciſcum*
„ *Aquavivam ad Hiſpaniarum Monarcham, Ni-*
„ *colaum Caracciolum ad Magnum Ducem Hetruriæ*
„ *Legatos mitteret, & Thomam Ruſum Pontificio*
„ *Cubiculo præficeret, nempè per eos gradus ad*
„ *Purpuram, qua omnes hodiè decorati efulgent,*
„ *viam ſterneret: quod & ipſe Jacobus in diſtribuen-*
„ *dis præmiis, ac largiendis honoribus ſuæ Diœ-*
„ *ceſis ritè perpenſis meritis uſurpavit.*
„ *In defendendis autem juribus Eccleſiæ, atque*
„ *immunitate Clericorum, nec non in oppugnando*
„ *vedum errore, ſed vel leviſſima erroris umbra, in-*
„ *credibili fuit animi fortitudine, & conſtantia, ut* C
„ *à propoſito, in quo ſemel conſultus incœperat,*
„ *nulla poſſet vi, nullo terrore dimoveri.*
„ *Præclaræ hactenus Epiſcopi virtutes recenſitæ*
„ *ſunt, ſed privati hominis, ac Patris familias, &*
„ *perfecti Chriſtiani virtutes non minus mirabiles*
„ *fuerunt. Benignitate ſingulari neminem à ſe ar-*
„ *cere, omnibus ſui copiam facere quocumque die &*
„ *hora. Adulationis hoſtis acerrimus modeſtè de ſe*
„ *loqui; erga obtrectatores non modo non iratus, &*
„ *ultor, ſed ne iniquus quidem, imò æquior, quàm*
„ *oporteret, illos beneficiis uſque coronavit, in*
„ *ſuos familiares admiſit, in intrinſecis habuit,*
„ *ſuoſque juxta propriam cujuſque habilitatem mi-*
„ *niſtros reddidit, itaut vere perſequutores ſuos ſi-*
„ *bi eſſe cordi cunctis liqueret, quare illum poſtea*
„ *ab experto ſanctum prædicabant. Litteratorum,*
„ *ſed piorum hominum congreſſus ſemper coluit, ab*
„ *omni cupiditate ſemper abhorruit, munera nec in*
„ *ipſa quidem viſitatione capere voluit. In fami-*
„ *lia neminem niſi probatiſſimi moris habuit, quos*
„ *ut perficeret, per Venerabilem Sacerdotem Sæ-* D
„ *cularem Andream Porcile animarum venatorem*
„ *induſtrium verbo Dei, precatione, meditatio-*
„ *ne, afflictatione corporis exercebat, ac ſacra ſy-*
„ *naxi ſæpè muniebat. Carni, & ſanguini ita parum*
„ *acquieſcebat, ut per propinquos minus largire-*
„ *tur, ſeverius plecteret. Quotidiè ſacrum facere*
„ *parum erat, niſi fervor in terribili ſacrificio ſemper*
„ *novus acceſſiſſet, qui præſentium corda permo-*
„ *vebat. Sancti Petri Apoſtolorum principis memo-*
„ *riam præcipua veneratione coluit, eique ſacellum*
„ *ex electiſſimo marmore, aliiſque pretioſis lapidi-*
„ *bus in templo, quod nuncupatur ad aram, quia*
„ *ibi primum Sanctus Apoſtolus ſacris operatus*
„ *fuit, ponere in animo habebat. Corruptos ſæculi*
„ *mores, atque in ipſis Clericis collabentem diſci-*
„ *plinam ſemper cum lacrymis deteſtabatur, utque*
„ *illam pro viribus reſtitueret, duas habuit Syno-*
„ *dos, unam Diœceſanam, alteram Provincia-*

A „ *lem, ex quarum canonibus ejus zelum, pruden-*
„ *tiamque colligere pronum eſt.*
„ *Præclariſſimæ Alborum vulgò* de' Bianchi *Soda-*
„ *litii in D. Mariæ de Populo, in cujus albo con-*
„ *ſcripti ſunt quamplures aut jam aris admoti, aut*
„ *proximè admovendi, cujus inſtituti ratio præſi-*
„ *gnis illa eſt, ut capitali ſupplicio mulctandis ſui*
„ *Sodales præſto ſint, eoſque ad mortem bene obeun-*
„ *dam præparent, atque diſponant, & illi Apoſto-*
„ *licarum miſſionum in ſua Cathedrali ultro nomen*
„ *dedit, illarum promptè, ac lubens parebat le-*
„ *gibus, ſemper ac diœceſana negocia non impedie-*
„ *bant: illam autem Sanctiſs. Trinitatis Peregri-*
„ *norum, & Convaleſcentium mira ſemper coluit*
„ *benevolentia. Romanæ primum ipſe conſcriptus*
„ *fuerat, quo titulo Sodalis erat cæterarum ſub ea-*
„ *dem invocatione illi aggregatarum, prout moris*
„ *in illa Archiconfraternitate; Neapolitanam ni-*
„ *hilominus velut peculiari modo ſuam reputabat,*
„ *quia non ſolum in ejuſdem fundatione ſui majores*
B „ *egregiam navarant operam, ſed ſemper illius al-*
„ *bum ſuis repleverant nominibus, & illuſtribus exem-*
„ *plis cumularant; quare ad illam frequens acce-*
„ *dere, Peregrinorum pedes oſculari, lavare, diſ-*
„ *cumbentibus miniſtrare, lubenſque Vaticanam*
„ *purpuram purpureo Divi* Philippi *Nerii, quo*
„ *Sodales utuntur, ſacco tegere, lætarique ſum-*
„ *mopere ſuorum conſortio ſodalium, non modo pro-*
„ *priæ inſtitutionis operibus, ſed etiam omnibus,*
„ *quæ chriſtiana charitas volentibus ſuadet, pro*
„ *virili vacantium, quare illam publicè commenda-*
„ *re, & paſtoralis ſuæ largitatis ſignis locupletare.*
„ *Anno ſæculari cum ſuam ſancti Antonii Abbatis*
„ *ædem pro Sacerdotum Peregrinantium hoſpitio*
„ *laxaviſſet, ſuam Sanctorum Trinitatis Sodalita-*
„ *tem continuo rogabat, ut eos ad illud immitte-*
„ *ret, ut & ſe laicorum multitudine gravatam quo-*
„ *dammodo exoneraret, & ipſi tale munus paſtoris*
„ *proprium exercendi copiam præberet. Cum eſſet*
C „ *filius Divi* Philippi *Nerii, ut viſum eſt, quia*
„ *Sodalis Sanctorum Tevnitatis Romæ, & Neapo-*
„ *li, eodem peramavit titulo venerabilem Oratorii*
„ *Congregationem Romanam, & Neapolitanam,*
„ *imò univerſam ubicumque gentium illa floreſcit,*
„ *at præcipuè Neapolitanam, è qua à ſuis voluit*
„ *confeſſionibus Joannem Marcianum integerrimæ*
„ *quidem vitæ, genere, doctrina, memoriis hiſto-*
„ *ricis univerſalis Congregationis Oratorii, aliiſ-*
„ *que editis libris celeberrimum, & ipſius etiam*
„ *in ſuo grege procurando uſus eſt opera.*
„ *Omnes Regulares ordines dilexit, in primis*
„ *autem Societatem Jeſu, quam in ſua guberuan-*
„ *da diœceſi in partem Apoſtolici muneris venire*
„ *voluit, cuique nomen jam adoleſcens dare decre-*
„ *verat; & dediſſet utique, niſi ſui obſtitiſſent;*
„ *ejuſdem autem Societatis Sacerdos vera tunc illi*
„ *ominatus dicendo, non erit noſter Jacobus Jeſui-*
„ *ta, ſed Cardinalis.*
„ *Deiparam, quam ſuam Dominam appellabat,*
„ *tenerrimo ſemper coluit obſequio, illius parvum*
D „ *officium quotidiè infallibiliter recitando, illius*
„ *pervigilia modico tantum pane, & aqua ab uſ-*
„ *que ſua prima adoleſcentia craaſigeado. Illius*
„ *devotas imagines veluti peregrinans ſæpiſſimè in-*
„ *viſebat, præcipuè illam in Conſtantiniana Ba-*
„ *ſilica Sacræ Reſtitutæ à principio dictam, illam*
„ *Divæ Mariæ ab Angelo nunciatæ in Auguſto tem-*
„ *plo eidem dicato, illas de Carmelo, quarum alte-*
„ *ram in illa æde, quæ vulgò* il Carmine, *alteram*
„ *in illa, quæ* Monteſanto, *atque ante illas ſe B.*
„ *Virgini, ſuumque gregem profuſiſſimis lachrymis*
„ *commendabat. Exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii*
„ *ſpiritum ſuum perſæpè ſcopebat.*
„ *Cum Neapolim Philippus V. Hiſpaniarum Rex*
„ *ubique Catholicus ex improviſo adveniſſet, ei,*
„ *quæ debebat, omnia præſtitit obſequia; illum in*
„ *ſuo principe templo excepit majori, qua potuit*
„ *pompa, & Eccleſiaſtica majeſtate digna pro tempo-*
„ *ris anguſtiis, & qui exciperet, & qui exciperetur.*

illum-

illumque Angelorum pane propria manu refecit; & coram illo, qui eadem die ſacris Veſperis intereſſe voluit, ut illa dies ex integro foret illius, per quem Reges regnant, & conditores legum juſta decernunt, brevem, ut perelegantem pro re nata orationem recitavit, qua Protopatroni Januarii laudes, ac demum ipſius Monarchæ virtutes proſecutus eſt; qua occaſione etiam baſilici excepit Emminen. Carolum Barberinum ad eandem majeſtatem à Summo Pontifice cum poteſtate Legati à latere immiſſum, Taſſanum Janſonium, Vincentium Mariam Urſinum, Franciſcum Medicæum; in quorum laudem voluit, ut volebat ſemper, coram viris, aut dignitate, aut natalibus, aut ſapientia conſpicuis Alumnos ſui Seminarii, & ligata, & ſoluta oratione latino, græco, & hebraico idiomate ingenii ſui pompam facere, ut paulo ante fecerant coram Petro Cardinali Othobono, cui eadem prorſus officia præſtiterat. Cardinalis autem Medicæus nomine fratris ſui Coſimi III. Magni Heturiæ Ducis dono attulerat Cantelmo cor magni illius Servi Dei Innocentii XI. cui liberum, ac publicum ſuſpirat mundus Vaticani oraculo cultum, munus Jacobo undequaque acceptiſſimum, interque ſua verè pretioſa repoſitum.

Suo Præſulatu magna ſanctitatis opinione quamplures obierunt, quos inter Venerab. Virgo Neapolitana Anna Maria de Como, quæ à claro genere nil aliud ſortiri voluit, quàm acriores ad pietatem ſtimulos, & contrà verecundam inopiam auri vim copioſam. Quænam ipſa fuerit? ante ipſos diſcretionis dies ſuam vovit Virginitatem Chriſto Jeſu, cujus amabile nomen ferreo telo, manu forti, licet tenella, pectori ſuo inſculptum voluit. Quos adulta jam fecerit ſub directione P.P. Societ. Jeſu in virtute progreſſus, vel ex uno pateſcent. Vix adoleſcentem non modo B. Virgo Maria, ſed ipſemet Salvator noſter, & quandoque per ſuum Vicarium Apoſtolorum Principem ſua viſitatione ſunt dignati, prout ex illius vita, quæ aliquando publici juris erit. Multique alii eadem fama Creatori ſpiritum reddiderunt, quos hic brevitatis ſtudio non recenſemus. Duorum tamen mentionem facere non abs re viſum, quia non modo Conſodales Cantelmo fuerunt in Sodalitio Ss. Trinitatis Peregrinorum, ſed & eidem in paucis acceptiſſimi. Alter fuit Frater Benedictus de Palmis, qui mundo abrenuncians Carmeliticæ vitæ genus, quam primi vocant inſtituti, profiteri voluit; alter Horatius Giannopolus, qui miro erga Euchariſticam dapem zelo devotionis enæſtuans author fuit, ut eadem ad infirmos non modo decentiori cultu, ſed quam maxima, imò regali pompa deferretur, qui Chriſtianæ pietatis actus to-ævus cum ipſa fide Neapoli, pompoſior verò per Horatium ab uſque præſulatu Innici Cardinalis Caraccioli, qui illum ſummoperè fovit, ut ſui ſucceſſores Emminentiſſ. Pignatellus, & Cantelmus, per totam non modò Italiam, ſed per Europam, & extra feliciſſimè diffuſus eſt. Ipſius etiam Horatii induſtriæ debetur pro majori ejuſdem auguſtiſſimi Sacramenti altaris veneratione pii operis inſtitutio, cui nunc centum, & amplius ſcutorum millia dotalia formant latifundia, quod illicò audiit Il Monte del Santiſſimo, *per quod non ſolum parœciis larga ſubſidia ad hunc effectum erogantur, ſed expoſitio ejuſdem perpetua pro quadraginta horarum oratione diu Neapoli deſiderata, aliquando incœpta, ſed mox intermiſſa, ſuam non modo firmitatem novit, & incrementum, ſed ſplendorem æquè, ac magnificentiam, adeò ut Neapolis ubique nunc audiat* la Città del Santiſſimo.

Vitæ deinque perfectioris ſtudio curas ſæculi pertæſus piiſſimus Archipræſul à ſummo Pontifice petiit, ut abdicare ſe Archiepiſcopatu, ac ſibi, & Deo vivere liceret. Quod cùm enixis precibus impetrare nititur, lethali morbo decubuit, quem ultimum ſui verus vates agnoſcens ad Clementem XI. Pontificem Maximum litteras illico propria manu dedit exaratas, quibus paternam benedictionem, ceteraſque Pontificias gratias in mortis articulo rogavit: & voti quidem extitit compos, nam reſponſivæ ſummi Pontificis, pridiè quam moreretur, Neapolim pervenerunt. Illicò ad ſe deferri juſſit ſtatuam D. Januarii, quam pluries teneriimè complexus lacbrymis aſperſit, à ſuo peculiari patrono, non vitam, ſed quod melius Deo viſum poſtulans, ejus tamen opem in agone continuò rogare non ceſſans formulis adeò expreſſivis, ut uberrimas ex adſtantium oculis lacbrymas eliceret; demum prægravante febri delirans nec in verbum quidem ullum de re litet indifferenti prorupit, ſed eccleſiarum nitor, Cleri ſanctificatio, gregis emendatio, quæ ſemper in animo, eadem nunc occurſabant in ore, & ut plurimum latino idiomate, ac perpolito. Animam tandem anno 1702. 3. id. Decembris Deo reddidit inter amplexus Em. Cardinalis Urſini, qui tum dolorem lacbrymis teſtaretur iis, qui aderant; nè miremini, inquit, amiſimus ſanctum. Em. Cardinalis Caracciolus Epiſcopus Averſanus eum appellabat alterum S. Carolum Borromæum. Quidam ſacerdos Religioſi ordinis, qui de Cardinali Cantelmo vivente aliquando non benè ſenſerat, ultimam illius contemplatus infirmitatem, nam illi ſemper uſque dum efflaret ſpiritum, adſtiterat, ad clariſſ. ſanguine, doctrina, ac vitæ probitate virum Antonium Sanfelicium tunc majoris Neapolit. Eccleſiæ Canonicum Cardinalem, nunc meritiſſimum Neriti Antiſtitem, Romæ eo tempore degentem ſcripſit, obiiſſe Cantelmum alterum velati Hipponæ Epiſcopum Auguſtinum. Alter Religioſus natione Hiſpanus ſtrictiſſimæ obſervantiæ in D. Petri de Alcantara, vitæ quidem integerrimæ, & in ſuo auſteriſſimo vivendi tenore jam ſenex, qui etiam illi & infirmo, & morienti ſemper adſtitit, publicè teſtatus fuit, ſe utique moriturum Beatum, ſi eamdem, quam Archiepiſcopus Cantelmus mortem oppeteret. Una tandem omnium ſententia: obiit ſanctus. Nec minus præclara fuerant de ipſo Summorum Pontificum teſtimonia, nam Innocentius XII. qui ipſum in rebus difficillimis conſulebat, vocare conſueverat Angelum, & regnans feliciter Clemens XI. Hominem Apoſtolicum, & ideam, & exemplar Epiſcoporum.

In illius funere, quod in principe templo ſollemniter curatum fuit, perelegantem habuit orationem Nicolaus Parthenius Giannettaſius Societatis Jeſu, quem olim eidem Cardinali acceptiſſimum inprimis fecerant & morum ſuavitas, & ſpectatæ vitæ integritas, atque omnigenæ litteraturæ dotes ampliſſimæ, quæ tot eruditiſſimis Hiſtoriarum, Poeſeos, ac Mathematicæ lucubrationibus typis editis ſua ſe velut produnt luce.

Sepultus eſt ante Presbyterium in marmoreo tumulo, quem ſibi Innocentius XII. dum Neapolitanam regeret Eccleſiam, extruendum curaverat, eique ad ſummam Eccleſiæ dignitatem evectus pro arctiſſima amicitia dono dederat: ibidem immenſæ eruditionis vir, omnique laude major Carolus Majellus nunc Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, illiuſque Bibliothecæ primus cuſtos Regnanti Pontifici apprimè charus, & Cardinali Cantelmo olim chariſſimus hanc epigraphen non ſine lachrymis poſuit.

D. O. M.

Jacobus S. R. E. Cardinalis Cantelmus
è Ducibus Populi
Archiepiſcopus Neapolitanus,
Humanis, Diviniſque litteris mire eruditus,
Legationibus ampliſſimis pro Dei Eccleſia
Feliciter functus,
Acerrimus Eccleſiaſticæ Diſciplinæ Vindex,
effuſa in Pauperes largitate
Morumque Innocentia inſignis,
Magno cum omnium Ordinum luctu

è vi-


é vivis ſublatus
Hoc in tumulo
Ab Innocentio XII. P. M. ſibi dono dato
conditus eſt
Anno Domini MDCCII.

Hæc altera item inſcriptio illi poſita ab Aloyſio Capycio Galeota viro ſplendore generis, fulgore virtutis, profunditate doctrinæ longè lateque clariſſimo legitur prope Oſtium Sacrarii in æde Cathedrali poſt indicem etiam marmori inciſum ſacrorum lipſanorum, quæ in illa aſſervantur.

Jacobo
Cardinali Cantelmo Archiepiſcopo
Neapolitano,
Litteris, Pietate
Et obitis pro S. Sede muneribus
Eccleſiæ totius lumini,
Ut illum viventem obſequio,
Mortuum officiis proſecutus
Immortalem Poſteris Monumentis
commendet,
Aloyſius Capycius Galeota
Cimeliarcha, & Theſaurarius
ab eodem deputatus
Confectum ejus juſſu Sanctorum
Lipſanon indiculum
D. D.

Hæc item altera extat in S. Domo Sodalitii Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium.

Jacobo Cantelmo Stuardo
Neapolitano Antiſtiti Vigilantiſſimo
S. R. E. Preb. Cardin. Ampliſs.
Sodalitas SS. Trinitatis Peregrinorum,
& Convaleſcentium,
Quod ipſam, in cujus Albo
more majorum inſcriptus,
Hæreditaria veluti Pietate
ac Regia pene munificentia
ſemper coluerit,
Perpetuo incu[l]patæ vitæ tenore
illuſtraverit,
Filio de ſe, atque adeò Parenti optimo
Multis nominibus benemerito
Ut viventi olim obſequia
ita Defuncto
lachrymas litat.



CXI. JACOBO *Cardinali Cantelmo in Archiepiſcopatu Neapolitano ſuffectus eſt Franciſcus Pignatellus è Vibonenſium Ducibus, filius tamen Julii Cerchiarii Marchionis, & Nojæ Principis, ac Beatricis Caraſæ è Nojæ Ducibus, quæ generis claritate viro non impar, ipſum tamen licet ſacrarum ædium conditorem, reparatorem, dotatorem ſua longè pietate ſuperavit; ſuos quippe dies, cum Neapoli incolatum faceret, in Xenodochio Ss. Trinitatis Peregrinorum, cujus albo à teneris fuerat adſcripta, tranſigebat. Peregrinarum pedes propriis lavare manibus, ungues reſecare, ſordes abluere, diſcumbentibus miniſtrare, cubilia ſternere, piis verbis, proprioque ære juvare, in omnibus, quæ ſeſe offerebant, charitatis operibus exercere una illi voluptas, qua tamen non omnino carebat in ſuis feudis, imo majori animæ ſuæ, & proximorum lucro, qua herili majeſtate ſepoſita eadem ſubditis præſtabat officia, ac ſi ipſa verna foret, non Domina. Tales itaque ſortitus genitores Franciſcus illos & ipſe ſuperare ſtuduit. Vix adoleſcens inter Clericos Regulares adſcriptus eſt, ut longè a domeſticis deliciis vitæ genus ab ineunte ætate optimè ſuſceptum impenſius excoleret, & ad uberrimam litterarum, ac virtutum ſegetem inoleſceret; quod quidem non ſine maximo Theatinæ familiæ decore aſſecutus eſt. Philoſophiam, ac Theologiam adhuc juvenis doctiſſimis lucubrationibus illuſtravit, illaſque ex Cathedra perdocuit, cùm Romæ, tum Mantuæ Carpetanorum, quo illum fama virtutis, & ſapientiæ exciverat: donec rogante Carolo II. Hiſpaniarum Rege ab Innocentio XI. P. M. omnium ordinum lætitia Archiepiſcopus Tarentinus anno 1684. renuntiatus fuit. Quanta autem paſtoralis ſollicitudinis in illa Eccleſia præſtiterit argumenta, fuſius exponemus, cum de illo in Præſulum Tarentinorum ſerie agemus. Dum vero ſuo, ut decebat, muneri Franciſcus incumbit, ab Innocentio XII. cui ſanguine proximus, anno 1700. Romam accerſitus ad Auguſtum II. Poloniæ Regem Nuncius Apoſtolicus immiſſus. In ea autem legatione negociorum aſperitate, & temporum procella vere difficillima tanta ſe Franciſcus prudentia geſſit, tantaque judicii ſagacitate cuncta perpetravit, ut quamvis truentis Provinciarum factionibus Reſpublica undequaque jactaretur, ac tota exitiali bella flagraret, ipſe tamen tum jura Regis nuper è Lutherana labe emerſi, tum Regni, & Eccleſiæ tranquillitatem feliciter aſſeruerit. Enimveò en omni Polonica ditione ejus opera rejectis erroribus, qui ad perniciem Regni, & Religionis irrepſerant, illud tandem, eo adnitente, perfectum eſt, ut Ruthenorum Schiſma, quod per tot ſecula ad plurimarum Regionum exitium ſævierat, prorſus extingueretur, ipſo Livoniæ Epiſcopo Schiſmaticorum anteſignano ejuratis publicè erroribus in Romani Pontificis communionem, & obedientiam adducto. Ut autem hujuſmodi concordia perpetuò conſtaret, Collegium Leopoli erexit, in quo Rutheni adoleſcentes una cum litteris Catholicæ Doctrinæ integritatem combiberent. Cardinali Cantelmo è vivis ſublato à Clemente XI. P. M. anno 1703. Neapolitanus Archiepiſcopus renuntiatus eſt. Quare non ſine omnium dolore, Regiſque Auguſti præſertim, cui ob morum ſuavitatem, gravitatem judicii, atque in agendo dexteritatem acceptiſſimus erat, è Polonia jubetur diſcedere; dumque Romam accedit, Cardinalis ſingulari imò prima promotione creatur titulo Ss. Marcellini, & Petri, cujus dignitatis inſignia Clemens, tum ob tanti Præſulis meritum, tum ob Innocentii immortalis memoriæ Pontificis conſanguinitatem deferri voluit per Hannibalem Albanum fratris filium, à quo verbis, quibus fieri potuit ampliſſimis in æde Lauretana ejus pro re Chriſtiana geſta Clementis nomine exornata ſunt. Oblatum autem honorem ſumma animi modeſtia Franciſcus accepit, gratias agens Deo, ac B. Virgini partæ dignitatis auſpici, quam etiam pretioſiſſimo munere per eumdem Hannibalem donavit, gravioribus interea pro Jeſu Chriſti nomine laboribus ſe devovendum reputans. Exceptus eſt Romæ incredibili omnium ordinum plauſu, & gratulatione alter veluti redivivus Innocentius, cujus recentem memoriam, ut ſanguine, ſic & virtute Romanis mentibus excitabat. Quare ut populi votis, ſtudiiſque ſatisfaceret Clemens, diu Romæ illum tenuit, ubi interim ardua rerum Eccleſiaſticarum moles illius æque*

dexteritatem, ac ſapientiam exercuit. Cum verò Neapolitana Eccleſia armorum metu perculſa, & maximis diſtricta periculis abſentiam ſui paſtoris indoleret, Franciſcus anno 1707. ne quid fortè detrimenti in tanta rerum converſione ſuis ovibus inferretur, Neapolim Pontifice annuente, protinus advolavit. Ejus adventus univerſos miro gaudio replevit, præſertim cum præter ſpem omnium, & opinionem accidiſſet, & ubi turbatæ res metum undique incuterent, dirumque bellum portenderent, inſperato ocio, & tranquillitate frui omnibus licuit. Quandoquidem Sacerdos magnus in tempore iracundiæ factus reconciliatio, non modò omni ope, conſilioque adniſus eſt, ac quid intentati mali ab arcibus nondum in deditionem redactis urbs univerſa pateretur, verum etiam ad mala omnia avertenda, preces, ſupplicationeſque indixit, tunc maximè cum proximus Veſuvius eodem anno III. Non. Auguſti tanto incendio conflagraverat, tantaque cineris copia, tenebriſque omnia obruerat, ut & diem, cœlumque ad decem horas civibus, finitimiſque urbibus abſtuliſſet, & ubique omnia igne, vaſtitate, terrore compleſſet: Quæ rerum fœdiſſima facies vix dum fuſis per ipſum precibus, adhibitoque S. Martyris Januarii patrocinio excuſſa eſt, atq; in hilaritatem, lætitiamq; conceſſit. Mox ubi injectus terror omnis depulſus, ut optime procederet Eccleſię ſuę gubernandę præcepta ratio, Eccleſiaſticorum ordinem ſanctiſſimis legibus communiendum exiſtimavit. Breves veſtes, & quæ ſæculi faſtum redolerent, capillorum cultum, mulierum conſuetudinem, atque omnem aleæ uſum Clericis interdixit, ſtudiorum rationem, vitæ inſtitutum, atque Eccleſiaſticas exercitationes pro cujuſque gradu illis præſcripſit, ne aut turpi ocio vitam tranſigerent, aut ſæcularibus ſtudiis occuparentur. Præcipua tamen ei Seminarii Archiepiſcopalis cura eſt, cujus optimam morum inſtitutionem, & variarum in omni genere litterarum ſtudia non fovet modò ſingulari benevolentia, incredibili moderatorum vigilantia, doctiſſimorum Præceptorum eruditione, ſed auget quoque præmiis additis, ſuique præſentia, qua interdum perhumaniter de uniuſcujuſque progreſſibus dignatur exquirere, ita ut in hac bonarum artium palæſtra exercitos Clericos, emiſſoſque Eccleſiæ ſuæ ſedulo addicat miniſterio. Monialium diſciplinam partem ſanè paſtoralis ſollicitudinis operoſiorem tam fortiter à Cantelmo aſſertam acerrimè defendit, fovitque tum ſui præſentia in Monaſteriis accuratè inviſendis, quod ad cæterorum etiam mores componendos, atque emendandos in tota ſua diœceſi ſæpius præſtitit, tum legum ſanctitate, quibus præteritorum Antiſtitum edictis, ac recentibus Clementis XI. ſtatutis inſiſtens, & omnem virorum frequentiam vel ab ipſis Sanctimonialium Eccleſiis arcere ſtuduit, & immodicas earumdem expenſas magno conſanguineorum bono coercuit, ſtatuens ne qua in poſterum in Monaſterii muneribus obeundis aliquid privato nomine impenderet, ſed cuncta ex Monaſterii redditibus, ac publica authoritate perficerentur, quam ſanctiſſimam legem ne unquam inimicus homo inanibus ludificationibus fruſtraretur, altero Pontificio decreto firmatam voluit, atque ut ad omnes Italiæ Regiones extenderetur, obtinuit. Vetuit præterea ne mulieres extrà clauſtra degentes monialium veſtes imitarentur, niſi legitima ætas, certus cenſus, atque anteactæ vitæ exempla omnem fraudis ſuſpicionem abſtuliſſent, quo & muliercularum impudentiæ obviam itum eſt, quæ monaſtico habitu ad vivendi licentiam abutebantur, & debito religioſis, Deoque dicatis virginibus honori, famæque conſultum.

His ita compoſitis ad aliorum emendandos mores omnem Franciſcus curam convertit, pluribus idcircò concionibus habitis, & ad populum, & ad animarum paſtores. Cultũ Dei, aliqualiter Antiſtitis abſentia remiſſum ſuo vigori reſtituit, ipſamque pietatem excitavit. Superiorum Archiepiſcoporum leges, quæ vel deſuetudine obſoleverant, vel quem pro temporum injuria obtinere non potuerant, in uſum revocavit, novaſque adjecit tanta pietate, ac ſapientia conditas, ut nihil ad primævæ Eccleſiæ diſciplinam reſtituendam deſiderandum videatur. Sedulos præterea miniſtros veros animarum zelatores ex Congregatione præſertim Apoſtolicarum miſſionum ſuæ Cathedralis ſelectos habet, qui cunctorum moribus intendant, & gliſcentes undique malas herbas aſſidua Verbi Dei prædicatione è medio tritici convellant, quorum ſæpè ſermones, & ſui ornat præſentia, & doctiſſimis quoque verbis interdum excipit. Quoniam autem omnis Paſtorum labor inanis eſt, niſi Cœleſtis ille Paſtor opituletur, aſſiduas propterea preces ad Deum fundere antelucanis præſertim horis, in quibus corpore, animoque proſtratus Divinæ beneficentiæ munera gregi ſuo apprecatur. Sacroſancta Myſteria ſumma pietate peragere, publicis ſacris tanta modeſtia, ac religione intereſſe, ut vel adſpectu ipſo intuentium animis auguſtiorem quemdam divinarum rerum cultum, ac venerationem ingerat. Sacras ædes, quarum nonnullas ſollemni ritu conſecravit, Sanctorumque præſertim Tutelarium frequens adire, quorum præſidio commendatam habet Eccleſiæ ſuæ tranquillitatem, ut nulla alia urbs ſit, quæ tot, tantiſque cœleſtibus gaudeat patronis, quàm ipſa Neapolitana. Inter cæteros verò teſtatam ſemper voluit ſtudiorum ſuorum ſummam Sanctiſs. Martyri Januario publicæ ſalutis auſpici, & aſſertori præſentiſs. Idcircò nec curis unquam, ut debito honore colatur, nec parcit impendiis, ut ejuſdem memoria omni, qua fieri poteſt, pompa apparatuque quotannis celebretur. Ad id nuper exprimi juſſit Martyrium tanti Tutelaris in tabula argentea, quę frontem aræ maximæ adornare ſolet ſignis extantibus, præclaro quidem & ſumptuoſo ſeptem millium aureorum opere.

Cum verò anno 1710. in feſtiva commemoratione translationis Neapolim lipſanorum ejuſdem S. Martyris, quæ primo Maji die Dominico poſt ſollemnem, generalemque præcedentis Sabbati ſupplicationem octo ſequentium dierum continuato ſpatio maxima quidem pompa, præclaroque veluti recolitur triumpho, ſacer ipſius cruor inſolito more excreſcens Cryſtallinas ampullas, non modò omninò repleverit, ſed in illis tetro inſuper colore obriguerit, nec ſacro oppoſitus capiti unquam colliqueſcere aliqualiter dignatus fuerit, aut ſaltem rubeſcere, nil niſi ferale ſibi tanto omine portendi rata Neopolis, pœnitentiæ, ſalutari conſilio ſe devovit, & licet Sacerdotes aſperſi cinere, induti cilicio iratum undique numen conclamarent, ſua inſolita ſignificatione unus tacens concionabatur Januarius, qui ad pietatem omnes excitabat. Publicæ ſupplicationes per urbem è quocumque hominum gradu, cenſuque ſacrum horrorem incutiebant. Non modò religioſæ familiæ, ſed ipſi viri Proceres, ipſæ Sodalitates ad princeps templum pœnitentium ritu procedebant, illa Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, quæ glorioſum Chriſti Athletam multis retrò elapſis annis ſuum peculiarem Patronum elegerat, aram dicarat, feſtumque quotannis voverat, poſt triduum ſacrarum precum & meditationum in ſuo oratorio ante ipſius iconem celebratum ſpinis coronata pœnitentiales pſalmos recitans etiam illuc accurrit, Divo Januario non modo vaſtam Cereorum vim ſui obſequii ergo, ſed apocham etiam ducatorum centum obtulit pro illis mulieribus, quæ prius lupæ per Pœnitentię baptiſmum aquę aſylum repererant in ęde, cui SS Clemens, & Januarius fecere titulum. Omnibus interea ipſe Archiepiſcopus Confeſſariis abſolvendi à ſibi reſervatis caſibus facultatem indulſit, & prece, meditatione, jejunio, corporis afflictatione communem cauſam apud Dominum urgebat, & nuper laudatum Puellarum Cœnobium, non modo ſua authoritate fovit, ſed & opibus etiam firmavit. Ne

quid

quid intertrimenti caperent procedentium tempo-rum intercapedine ab aſſidua pie vectantium jactatione S. Martyris Januarii portentoſa deſecti capitis oſſa, quæ fuſili ex argento intercepta ſigno, eo ſitu mota reperit, quo Aſcanius Philamarinus anno 1660. collocarat, iterum ipſe ſuis manibus V. Id. Septemb. 1717. compoſuit. Profeſto, quod vocant Patrocinii, quod recolitur XVII. Kal. Jan. ob præſervatam per D. Januarium ab incendio Veſuviano 1631. Civitatem, ejuſdem Sancti officium ſub ritu duplici, ac miſſam obtinuit. Interea loci Neapolitana pietas illius ſtatuæ ferè quinquaginta aureorum millium impendio è pretioſis lapillis mitram efformavit, in cujus concinnatione ultro propeio adſtiterunt ære, non modo ipſe Archiepiſcopus, ſed omnes ferè cives è quocumque gradu, omnes etiam Religioſæ Domus, ac Sodalitia, & præcipuè illud Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium nulli unquam in D. Januarium obſequiis impar. In celeberrimo per totum terrarum orbem Sacello D. Mariæ à principio intrà Conſtantinianam Sanctæ Reſtitutæ Baſilicam, aram, quam Canonicorum Collegium ſuæ devotionis ergo ex electiſſimo voluit nuper marmore compoſitam, idemmet Archiepiſcopus ſollemni ritu conſecravit, ut ea hac in Cornu Epiſtolæ inciſa epigraphe.

> Marmoream hanc veteris Altaris S. M. de Principio menſam antiquiſſimo opere eleganter inciſam, cum diu in occulto jacuiſſet, excitato nunc novo elegantiori forma ex electis marmoribus Altari & ab Eminentiſs. ac Reverend. D. D. Franciſco S. Romanæ Eccleſiæ Tituli Ss. Marcellini, & Petri Presbyt. Card. Pignatello Archiep. Neapolitano conſecrato. Aſſignatis diei VIII. Jan. conſecrationis anniverſario centum dierum indulgentiis, conditiſque in eo particula Cinguli B. M. Virginis, Lipſanis Ss. Apoſtolorum Pauli, & Iacobi Minoris, Sanctorumque Martyrum Ignatii Epiſcopi, Laurentii Levitæ, Juſtini, Joannis, Agatæ, & Chriſtinæ, necnon S. Agrippini Epiſcopi, & Patr. Neap. Præter Reliquias Ss. quæ in veteri Altari diu ſitæ fuerant in hunc locum ut omnium pateret aſpectui ipſo conſecrationis die Canonici tranſtulerunt XIII. Kal. Majas
>
> MDCCXVI.

Cum ob apotheoſim Felicis de Cantalicio, Andreæ Avellini, ac ſummi Pontificis Pii V. à ſuis ordinibus ſollemnes dies celebrarentur, illos ſua reddidit præſentia auguſtiores, & in illorum ædibus quam maxima potuit Pontificali majeſtate ſacris operatus fuit. Cum Societas Jeſu in ſuo Profeſſorum templo Euchariſtica plauderet pompa B. Stanislao Koſtkæ, quem in Sanctorum album referendum decreto ſuo Clemens XI. nuperrimè declaraverat, ipſe quoque interfuit, & quidem lubens, cum ipſe Reipublicæ Polonæ nomine ad hunc effectum ſupplices Romæ libellos olim dediſſet.

Talis itaque Franciſcus Pignatellus, qualem præſentia poſcunt tempora. Profuſa ejus in pauperes largitas, quorum nonnunquam nuditati propriis veſtibus iiſque vetd. diuribus conſuluit, obſoletis ipſe intereà contentus; & quibus uberiùs ſuſtentandis præter magnam pecuniarum vim ad id corrogatam tenuiſſimos etiam victus ſui ſumptus imminuit. Liberalitas ejus ac munificentia verè maxima, qua bene de Eccleſia meritos muneribus, præmiiſq; proſequitur, ædem ſuam Cathedralem operibus magnificentiſſimis exornat, nam præter oloſericam, auroque intextam & argenteam ſupellectilem ad ſacrorum ſplendidiorem majeſtatem multis nummorum millibus auctam, nec non ſuppletam Damaſcenam auro fimbriatam, pictaſque à celeberrimo Franciſco Solimeno tabulas additas ad integrum parietum ornamentum, templum S. Antonii Abbatis, cujus ſacerdotii titulo inſignitur, marmoreo opere decoravit, pluraque per diœceſim proprio collato ære, aut à fundamentis erexit, aut in elegantiorem formam redegit. Seminarii Archiepiſcopalis domum, ac Collegium Orphanorum vulgò Pauperum Jeſu Chriſti etiam baſilicè amplificavit. Juſtitia ejus mira, qua pro ſingulorum meritis pœnas, ac præmia diſpenſat; itaque ſub tanto Præſule illis ſolum ad Eccleſiaſticas dignitates patet aditus, quos aut pietas, aut ſapientia commendat. Prudentia ejus ſingularis, qua res periculis undequaque diſtrictas feliciter expedit. Enituit ea maxime temporibus calamitoſiſſimis, cum ſcilicet Eccleſiaſtica jura, & ſacrarum rerum religio ſuſque deque haberentur; hac enim explicavit negocia difficillima, in quibus ovium ſalutem, Eccleſiæque dignitatem ſartam, tectamque tueri contigit. Par illi conſtantia, qua pervicaces, ac perduelles compeſcit, & quam neque bonorum jactura, neque intentatæ Principum minæ, neque ſecularis potentiæ vis fregere, ita ut rerum ſuarum ratione poſthabita, Eccleſiæ jura, & dignitatem fortiter propugnarit. Suas deniq; virtutes omnes, quas omnes non recenſemus, ne prolixitatis notam incurramus, humanitate coronat, qua omnium memoriam provocat; ita enim cunctos amplectitur, ut nemo umquam ab eo dimitti viſus ſit, niſi votorum compos, aut certè mira verborum ſuavitate obſtrictus.

Suo tempore maxima ſanctitatis opinione ad Cæleſtem patriam evolavit Sacerdos ſæcularis Matthæus Angelus Scarfati, qui mira in Deum charitatis flamma ſemper exarſit, adeò ut eum de illius amore ſermones inciderent, in extaſim raperetur; ſeptem præcipuos dolores B. M. Virginis ſemper tenera devotione proſecutus fuit, in quorum memoriam Cœnobium Pauperum Puellarum excitavit. In Xenodochio S. Angeli ad Nidum Sacerdos item ſæcularis Joannes Terraccianus eadem obiit fama, ille ipſe, qui multis retrò annis in illo SS. Trinitatis Peregrinorum incolatum fecerat, at cum ſuarum virtutum odor, non modò illud, ſed & viciniam, & ipſam jamferè civitatem ſuavitate repleſſet, clam aufugit ad Lauretanæ Virginis in Piceno, ubi aliquandiu ignotus, cum verò notus indè divertit, & tandem quaſi non agnoſcendus longo annorum curriculo Neapolim redit ſuum in illa mortale ſpolium relicturus, in illo pariter SS. Trinitatis Peregrinorum Dominicus Acutus invicta patientia in ſuis perpetuis corporis cruciatibus, & continua Divinorum contemplatione inclytus; in Sodalitio verò SS. Trinitatis Joſephus Groſſus omnibus ſui temporis Neapolitanis Archiepiſcopis ob vitæ integritatem, ac zelum in converſione Animorum præſertim ab impuritatis laqueis unice charus, de quo ſuprà; Carolus Caerafa Belvederis Princeps, Thomas item Caraſa, Philippus de Ponte è Flumari Ducibus, Franciſcus Moles Parietis Dux, Franciſcus Navarret Laterti Marchio, Leonardus Valens, Bartholomæus Eſcheno, ac plerique alii de ipſa pietate multum benemeriti, qui licet aut conjugati, aut cælibes, aut ſacerdotes ipſis etiam rigidiſſimæ inſtitutionis clauſtralibus in ſæculo viventes facti fuere in exemplum. Inter P. P. verò Capuccinos Joſephus de Franchis ſodalis item SS. Trinitatis, qui inter ipſos audiit Frater Urbanus de Neapoli; in Congregatione Piorum operariorum Antonius de Torres Sodalitii Presbyterorum ſub titulo Puritatis B. Mariæ Virginis inſtitutor doctrina, humilitate, mortificatione, diſcretione, atque etiam prophetia verè inclytus, de Neapolitano Clero benemeritus, quem adhuc in ſua Congregatione tyronum ſua præſentia Dei filius dignatus fuit; in Societate Jeſu præter Antonium de Auria, Andream de Mari, Carolum Marcheſium, Michaelem Mondegai, & nonnullos alios Sacerdotes omnes Sacerdotalibus verò omnibus undequaque virtutibus ſuperabundantes, primas ſibi vindicant duo germani fratres cognomines de Hieronymo, quorum alter nomine Joſeph Maria, de quo prius mentio, quia licet na-

,, eu minor primus obiit, vitæ adeò eximia probitate A
,, floruit, ut de ſui funeris frequentia quamvis tunc
,, inſperata æditum pridiè monuerit, laudemq; qua
,, prædixerat hora, expiraret: alter nomine Franciſ-
,, cus, qui virtutibus humano ſuperioribus faſtigio A-
,, poſtolico viro dignis, ac prodigiis item, dum viveret,
,, clarus, clarior poſt mortem eluxit: ac celeberrima
,, ſui nominis fama miris per ipſum editis Europam
,, pene omnem complevit: quorum ſpecimen qui cu-
,, piat, conſulat ejus vitæ hiſtoriam, quam nuper
,, elegantiſſimè in lucem edidit Carolus Stradiotti e-
,, juſdem Societatis Sacerdos doctrina, ac pietate ve-
,, re conſpicuus.
,, *Hic eſt ille Pater Franciſcus, quem unum Sodali-*
,, *tas Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcen-*
,, *tium voluit, ut in ſuo oratorio exercitia ſpiritualia*
,, *S. Ignatii publicè explicandi laudabilem uſum in*
,, *ipſa olim ferè continuum, temporum vitio interru-*
,, *ptum renovaret, quod non ſemel in eo peregit, item*
,, *ut Sacramentales Confeſſiones exciperet, pluries*
,, *concionaretur, ſacramenta miniſtraret, adeò ut be-* B
,, *ne poſſet illius Pater ſpiritualis audire: quare ip-*
,, *ſius poſteà defuncti imaginem prima fuit ipſa Soda-*
,, *litas, quæ in ſuo odæo publicè exponeret cum hac*
,, *epigraphe.*

,, Franciſco de Hieronymo Societ. Jeſu
,, Religione, charitate, cunctiſque virtu-
,, tibus inclyto Sodalitas Ss. Trinitatis Pe-
,, regrinorum, & Convaleſcentium, quod
,, ipſam concionum frequentia, & ſacro-
,, rum miniſtratione ad amplioris ſancti-
,, moniæ incrementum excitarit, Amoris
,, ergo atque obſervantiæ poſuit, ut peren-
,, ni ad pietatem incitamento ab ipſo in
,, Tabula vel tacente proficiat.

,, *In cœnaculo, in quo idem Pater Franciſcus Pere-*
,, *grinis, & Convaleſcentibus famulatum præſtitit,*
,, *hæc legitur inſcriptio.*

,, Franciſco de Hieronymo Soc. Jeſu exi-
,, miam ſolo nominis argumento famam
,, habenti, quod poſt ſe dignam in orato- C
,, rio navatam operam hic etiam in ipſo
,, veluti divinæ charitatis domicilio om-
,, nibus omnia factus Jo: Franciſcum Aral-
,, dum, Julium Mancinellum, Carolum
,, Maſtrilium, Petrum Antonium Spinel-
,, lum, Vincentium Carrafam, ac alios
,, celeberrimos ejuſdem Societatis Alu-
,, mnos æmulatus Peregrinorum pedibus
,, obvolutus ſordes abſterſerit, diſcumben-
,, tibus miniſtrarit, fauſta ſemper è cœlo
,, huic ſacræ domui auſpicatus fuerit, nè
,, ſacti memoriam aboleret vetuſtas, Pri-
,, micerius, & Cuſtodes P. P.

,, *Non ſolum ipſius P. Franciſci dum viveret, ra-*
,, *tionem, quam ſui prædeceſſores, Emin. Pignatel-*
,, *lus, ſed etiam defuncti habuit maximam, quippè il-*
,, *licò inſtantibus electis ad regimen fideliſſimæ Nea-*
,, *politanæ urbis juſſit circa ea, quæ de illo narraban-*
,, *tur, prodigia juridicè inquiri. Multi præterea alii*
,, *in clauſtris cum virorum, tum mulierum, & extrà* D
,, *clauſtra integerrimam vitam ſanctiſſimo fine coro-*
,, *narunt, quos ſtudio brevitatis omittimus. Unum ta-*
,, *men prçterire non poſſumus Franciſcum Muſcetto-*
,, *lam Spezzani Ducem, qua genere, qua pietate cla-*
,, *riſſimum, ſed in promovendo, ac dilatando ubique*
,, *locorum, & gentium erga S. Januarium obſequio ve-*
,, *rè ſingularem.*
,, *Ne verò ſuperſtitis adhuc Eminentiſſ. herois mo-*
,, *deſtiæ graves ſimus, finem dicendi facimus, votis*
,, *tamen omnibus à D. O. M. efflagitamus, ut ſoſpitet,*
,, *ut Neapolis, quam à Chriſtiana Religione S. Pau-*
,, *linus a Nolanus Epiſcopus, & Procopius b com-*
,, *mendant, quam Petrus Diaconus c Civitatem mi-*
,, *ſericordiæ, & pietatis in pauperes, Hoſpites, & Pe-*
,, *regrinos, omnique vallatam prædicat bonitate, cu-*
,, *jus accolæ potiùs Lazaros quęritant, ut exhibeant*
,, *largius, affluentiuſq; quibus indigent, ſub tanto re-*
,, *ligioſiſſ. Principe bonis undequaque etiam abun-*
,, *det operibus, ut vere ipſi ad hanc uſq; noſtram fer-* A
,, *ream ætatem prædicta competant encomia, & quæ*
,, *Volaterrani d teſtimonio inter Catholicę Religionis*
,, *Eccleſias nulla, ut ipſa, tot ſanctis Præſulibus cla-*
,, *ruit, illorum omnium virtutes in uno Franciſco Pi-*
,, *gnatello comprehenſas, quam diutiſſimè poſſit vene-*
,, *rando imitari, & imitando venerari.)*

a Paulin. Nolan. Epiſcopus in 3. Natali s. Felicis.
b Procopius lib. 2. de Bello Goth.
c Petr. Diaconus, Grç quis alius Author

Vite D. Athanaſii Neapolitani Epiſcopi.
d Raphael Volat. lib. 6. Geograph. fol. 62.

ACERRANI EPISCOPI.



ACERRARUM Civitas antiquiſſima eſt Campaniæ Felicis haud longè à Metropoli Neapoli, Comitatus titulo nobilis, quam Clanius amnis præterluit, cujus frequens inundatio eam pene abſorpſit. Latet ejus origo, ejus tamen meminerunt Horatius, Virgilius, Liviuſque lib. 8. *Acerrani*, ait, *Romani facti ſlege à Papyrio Prætore lata, qua Civitas ſine ſuffragio data eſt*. Annibalis inſidiis Senatus ejus in puteum projicitur. Hic Clanius æquus à Virgilio dicitur; etenim aqua haud magna, ſtagnans, & ferè paluſtris, quæ quandoque officit regioni; quamobrem inſalubris eſt aeris, atque adeò anguſtis præfigitur cancellis, ut tantùm ad mille quingenta mortalium capita nutriat. Quis eidem Evangelii lucem primus aſportaverit, non conſtat; creditur tamen Apoſtolorum temporibus illam accepiſſe. Cathedralis antiquæ ſtructuræ Sancto Michaeli Archangelo dicata, decentique ornatu inſtructa eſt. Tribus dignitatibus nobilitatur, quarum prima eſt Archipresbyteratus cum quindecim Canonicis, aliiſque Presbyteris, & Clericis minoris Ordinis. Deſtituitur tamen præbenda Theologali, atque pœnitentiali. Animarum cura in Cathedrali exercetur. In Civitate unum tantùm Carmelitarum Monaſterium. Non ibi eſt Seminarium, non Mons pietatis, neque Xenodochia. Epiſcopalis juriſdictio, ſeu Diœceſis haud ultra muros Civitatis extenditur, ubi Epiſcopalis domus propè Cathedralem. Acerranus Epiſcopatus antiquiſſimus eſt. Concordius enim ejus Epiſcopus ſub Symmacho Papa anno 499 Romanæ Synodo interfuit. Suffraganeus deinde Neapolitani Archiepiſcopi factus, ad regiam Catholicæ Majeſtatis præſentationem ex Clementis VII. auctoritate. Cenſus hujus Eccleſiæ ſunt ad duo millia quingenta ſcutata pondere illius provinciæ, taxa illius in libris Fiſci Apoſtoli 100. flor. Epiſcopi, qui aliquando hanc Eccleſiam adminiſtrarunt, ſequentes ſunt, quos ex diverſis monumentis eapiſcati ſumus.

ADDITIO.

(,, *Acerrarum Civitas octo milliaribus à Neapoli*
,, *diſtans ea in planitie Terræ Laboris, qua Bene-*
,, *ventum pergitur, eamque Clanius amnis præ-*
,, *terluit, antiquiſſimæ eſt originis, nec eſt qui eam*
,, *enarret. Locus ob ſtagnantes aquas inſalubris eſt*
,, *aeris, deficitque in dies, ut vix mille circiter morta-*
,, *lium capita enumeret; ſedes tamen eſt nobili Epiſ-*
,, *copo digna ob vicinam, boniſque omnibus affluen-*
,, *tem Metropolim. Ejus modo in temporalibus uti-*

le

„ le dominium ſuſtinet Marchio Laini. Cathedralis antiquæ ſtructuræ eſt, Virgini Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ dicata, ut nobis produnt litteræ proceſſus Conſiſtorialis; eique inſerviunt tres dignitates, decem Canonici, inter quos eſt utraque Præbenda cum aliis inferioribus presbyteris, indeq; expenditur cura animarum totius Civitatis, quę exercetur per presbyterum ab Epiſcopo deputatum. Unicum adeſt Carmelitarum cœnobium. Diœceſis vix extenditur ad octo mille paſſus, & vix unum locum ſub ſe continet. Annuus cenſus, unde Epiſcopus vitam ſuſtentare poſſit, vix 800. ducatorum ſummam implet, deſumiturque ex cenſibus, & territoriis: in libris fiſci Apoſtol. ejus taxa nunc eſt flor. 38. Hæc Eccleſia jamdiu Romani Pontificis venerata eſt immediatum arbitrium: ſuffraganea deinde facta eſt Neapolitani Archipræſulis, cùm Neapolitana ſedes ad altiorem gradum ſubvecta eſt. Fuit olim hic Antiſtes redditibus opimus, cùm populo civitas fœta erat, ager cultus, & locus ſalubrior: defecit paulatim, deficeretque magis, ni Paſtorum ſolertia rem fatiſcentem repararet.

„ Quando autem apud Acerranos incœperit Pontificalis cura, incertum eſt. Ex Ughelli ſerie Concordius deſcribitur primo loco, aſſeriturque deſumptus ex Romano ſub Symmacho primo Concilio an. 499. ſed in ejus Concilii Epiſcoporum bene perſpecta adnotatione Concordius iſte non reperitur: nec ullus prodit per ea tempora in Romanis Synodis ſive Concordius, ſive quis alius Epiſcopus Acerranus. Adeſt tamen in ea prima Synodo ADEODATUS Cerrienſis, ſeu Cericnſis quandoq; Cervienſis ex varia librorum lectione, & in notulis marginalibus à modernis perperam emendatus, dictuſque Acerranus, ſed iſte haudquaquam Acerranus, ſed Cerenſis prope urbem Romam Epiſcopus fuit. Quid ſi alii legendum putent Cervienſis? nec ideo Acerranus erit; nec eum ſibi vindicabit Cervienſis ſuffraganea Ravennatis Eccleſia, cùm per ea tempora S. Geruntius illi præeſſet ovili, & Epiſcopus nondum Cervienſis, ſed Ficodenſis nuncuparetur. Sed & Corpenſes, qui cives ſunt ampliſſimi oppidi Mutinenſis ditionis, arbitrati ſunt, qui Cerrienſis, ſeu Acerrenſis intitulari fortaſſe potuit in Symmachi Synodo Præſul, eorum fuiſſe Epiſcopum, aſſerentes Carpum urbem olim fuiſſe Epiſcopolem, cum Acerræ urbs etiam quondam fuerit ex Polybio Galliæ Ciſalpinæ, & eam ipſam, quam modo Carpum dicunt, nullius diœceſis, cujus in ſpiritualibus jura ſuſtinet, qui principem locum tenet in ejus inſigni Collegiata. Sed graviora ſi documenta adducantur, tunc & Epiſcopali honore cum civitatis jure fulſiſſe, facile concedendum erit. Igitur nonniſi excurrente duodecimo ſalutis ſæculo Epiſcoporum certum aliquod exordium Acerranæ Eccleſiæ expiſcari poterit. Lucentius.)

1. CONCORDIUS Epiſcopus a Acerræ, hujus mentio in Concilio Romano primo ſub Symmacho celebrato anno 499. poſt hunc per multa ſæcula deſiderantur hujus Sedis Epiſcopi.

a Hic fuit Epiſcopus Cerenſis, de quo in X. tom. inter Cerenſes.

I. 2. BARTHOLOMÆUS primus eſt Acerrarum Epiſcopus, cujus deinde poſt annum ſexcenteſimum ſeptuageſimum nonum extat memoria. Is anno 1179. Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. interfuit.

II. 3. ROMANUM hujus Eccleſiæ Epiſcopum hoc ſæculo vixiſſe credunt: memoratur in Emortuali Cœnobii S. Patritii Neap. menſ. Auguſti [„ cujus Monachus fortaſſe fuit.]

4. THEODINUS (1) Monachus Caſinas juſſu Manfredi Tarentini Principis ante annum 1263. in hanc Eccleſiam intruditur apud Arnold. Vvion, lib. 1. ligni vitæ cap. 8. Idem Theodinus ab eodem Manfredo Caſinenſis Abbas nominatus, eo in munere contra Urbani IV. Pont. voluntatem ſe geſſit, munuſque confirmationis, & benedictionis ab Trojano Epiſcopo accepit: quamobrem Urbanus illum de Sede ejecit, & Bernardum Ayglerium Lirinenſis Monaſterii Abbatem, Caſinenſi præfecit Cœnobio, juſtoque judicio Dei factum, ut ambitioſus Theodinus de Acerrano Epiſcopatu ſimul & Caſinenſi Abbatia ejectus fuerit. De Bernardi ſubſtitutione extat in regeſt. Vatic. ejuſdem Urbani ad eundem ſcriptum diploma.

Dilecto filio Bernardo Abbati Monaſterii Caſinenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Præ fulgore dignitatis immenſæ, qua Confeſſor almus gratia Benedictus & nomine Monaſterium Caſinenſe multipliciter illuſtravit, locus ipſe veluti dilectus à Domino, ſicut multa redditur veneratione colendus, ſic amplis meruit manuteneri favoribus, & ſpecialiter Sedis Apoſtolicæ præſidio confoveri. Hic eſt enim verè locus inſignis, hujus Almi ſignis præfulgidis inſignitus, cujus Sidereus ordo per Orbem latè diffuſus præeminentia claritatis irradians, inibi fundamenta ſuſcepit, & ut majori præcellentiæ gloria locus ille fulgeret, poſt corruptibilis vitæ decurſum idem Sanctus ſpiritualiter ad ſuperna vocatus, ibidem corporaliter in Domino requieſcit. Dignè igitur ad eundem locum aciem noſtræ conſiderationis extendimus, dignè doloris acerbitate torquemur, quod in illo damnabiliter alieni filii debaccantur, nec indignè agimus, quod circa ipſum Paſtoralis officii debitum exequentes inſiſtimus, ut ab eo miſeria viduitatis excluſa reparetur utilis ſponſi miniſterio floribus ſtatus ejus. Sanè dicto Monaſterio Paſtoris regimine deſtituto major pars Conventus ipſius Monaſterii de mandato Manfredi quondam Principis Tarent. perſecutoris Eccleſiæ manifeſti Theodinum, qui ſe gerebat pro electo in Epiſcopum Acerranum, olim ipſius Monaſterii Monachum, & infirmarium, ſpreta generali prohibitione facta per Sedem Apoſtolicam, quod nullum Capitulum, vel Conventus abſque mandato Sedis ejuſdem in Regno Siciliæ procederet ad electionem aliquam celebrandam, in Abbatem prædicti Monaſterii nominavit, cujus nominationis prætextu memoratus Theodinus ad eundem Manfredum accedens, fidelitatis ſibi præſtito juramento, adminiſtrationi dicti Monaſterii irreverenter ſe ingeſſit, recipiendo inter alia fidelitatem à Vaſſallis ejuſdem, & illis imponendo collectas, & alia exercendo, quæ ad Abbatis adminiſtrationem pertinere noſcuntur, publice indictæ Sedis contemptum, & animæ ſuæ periculum exercendo. Nos autem videntes dicti Monaſterii per hoc offuſcari decorem, & nequientes tantum ipſius diſpendium, & ignominiam tolerare, nominationem hujuſmodi non ſine multiplici nominantium temeritate præſumptam caſſavimus, caſſam & irritam pronunciavimus, ac decrevimus nullius exiſtere firmitatis. Et quia dicebatur, quod Ven. frater noſter Epiſcopus Trojanus perſonaliter ad eundē Theodinum acceſſerit, confirmationis, & benedictionis munus auctoritate noſtra impenſurus eidem, nos ſi quid per eundem Epiſcopum factum erat in hac parte, vel alterius fieri contingeret, caſſavimus ſimiliter, & decrevimus aliquatenus non valere; Cupientes autem ut ipſum Monaſterium ſtatum proſperum divina clementia cooperante reſumat, & interponentes Apoſtolicę ſollicitudinis ſtudium, ne per vacationem diutinam incurrat in ſpiritualiter & temporaliter detrimentum; ſperantes quoque, quod per tuæ circumſpectionis induſtriam, cum habearis vir ſcientia præditus, morum honeſtate decorus, conſilii maturitate præclarus, & ſollicitudine circumſpectus, Monaſterium ipſum relevetur à noxiis; & utiliter auctore Domino proficiat in utriſque te à vinculo, quo tenebaris Monaſterio Lirinen. cujus præeras regimini, penitus abſolventes ad prædictum Monaſterium Caſſinenſe te duximus de Poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine transferendum, teq; ipſi Monaſterio Caſſinenſi de fratrum noſtrorum conſilio in Abbatem præfecimus, & Paſtorem; Ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus devotè ſuſcipiens, ſic curam dicti Monaſterii Caſſinenſis

(1) Hic omittendus utpote intruſus: quin etiam ex litteris Urbani IV. ab Ughellio relatis dignoſcitur Theodinum hunc ſacram Epiſcopatus unctionem non ſuſcepiſſe, ſed tantùm uti electum nequiter imperaſſe in Acerrano ovili.

ſit laudabiliter gerere ſtudeas, quod tibi per vitæ meritum, & aliis proficias per exemplum. Noſque perſonam tuam præcipui favoris gratia proſequi non immeritò tentamur.

Datum apud Urbem *veterem 4. Kalend. Aprilis Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

III. 5. THOMAS Epiſcopus Acerrarum anno 1286. 16. Kal. Decemb. cum Romæ eſſet, cum aliis pluribus Epiſcopis indulgentiam elargitus eſt Eccleſiæ S. Aniani Aſtenſis. Integrum monumentum retulimus ſupra to. 4. in Catalogo Aſtenſium Epiſcoporum. Nec quidquam aliud de Thoma invenire potuimus.

IV. 6. GENTILIS Epiſcopus Acerrarum obiit 2. Novemb. in veteri Menologio Montis Caſini; annus quo exceſſit, quove floruerit, ignoratur. („*Caſinas Monachus fuit ex M. Caſini monumentis.*)

V. 7. GUILLELMUS vixit anno 1310. ex regio regeſt. Neap.

VI. 8. Fr. JOANNES Ordinis Minorum Acerrarum Epiſcopus translatus eſt ad Balneoregienſem Eccleſiam à Clemente VI. anno 1342. 10. Kal. Januarii, ut in regeſt. Vatic. epiſt. 93. fol. 94. In ea dignitate vixit ad annum uſque 1348.

VII. 9. Fr. MATTHAEUS de Caſtro Petri ejuſdem Ordinis Minorum Epiſcopus Balneoregienſis translatus & ipſe eſt ad hanc Acerrarum Eccleſiam eodem ao. 1342. ac die, quo Joannes ad Balneoregienſem tranſitum fecerat, ex eodem Vat. regeſt. Mortem obiit anno 1344.

VIII. 10. Fr. HENRICUS de Monte, Siculus, Ordinis Prædicatorum, inſignis Academiæ Pariſinæ Doctor, Acerrarum deligitur Epiſcopus, ſucceſſitque Matthæo ann. 1344. 5. Kal. Junii ex eodem reg. Vatic. ep. 13. fol. 8. ann. 3. Pontificatus Clementis VI. Obiit ſub eodem anno 1348.

IX. 11. RAYNERIUS ex Cantore Cathedralis fit Epiſcopus ab eodem Clemente anno 1348. 6. Kal. Novemb. cujus electio habetur in eodem regeſt. Vatic. ep. 33. fol. 35. ann. 7. Pontif.

X. 12. FEDERICUS anteceſſor Joannis vixit extremis diebus Innocentii VI.

XI. 13. JOANNES florebat ſub Urbano V. anno 1363. & Bonifacio IX. anno 1394. ejus mentio in lib. de diverſis formis ejuſdem Pontificis. Eodem anno vel defunctus eſt, vel ad aliam dignitatem translatus. Coadjutorem habuit fratrem Nicolaum de Neapoli Ordinis Minorum, qui ob frugem vitæ melioris coadjutoriæ officium in manibus Bonifacii Pontificis liberè dimiſit, & ad Ordinem ſuum rediit, commendatus ab eodem Pontifice Miniſtro Provincialis Terræ Laboris ejuſdem Ordinis litteris ſub datum Romæ apud S. Petrum 12. Octobris ann. 5. quo anno, & die Joannes adhuc Acerranam Eccleſiam regebat.

XII. 14. THOMAE electo Acerrarum Epiſcopo indulget Bonifacius IX. anno 1394. ut à quocunque maluerit Catholico Epiſcopo munus conſecrationis acciperet, in eodem lib. tum & in alio de obligat. Prælat. fol. 57. Novem omninò annos hanc rexit Eccleſiam, defunctuſque eſt anno 1403.

XIII. 15. ANGELUS de Concilio Canonicus Neapolitanus hanc eandem obtinuit Eccleſiam 3. Kal. Aug. ann. 1403. diu illam adminiſtravit, defunctus ſub Martino V. ex eodem lib.

XIV. 16. PHILIPPUS hujus Eccleſiæ Præſul die 20 Junii 1429 obtulit ſacro Senatui ſolitum pium ſervitium, ut in lib. oblig. habetur, fato functus eſt ſub Eugenio IV. ann. 1434.

XV. 17. Fr. NICOLAUS de Urbino Ordinis Prædicatorum vir litteris & prudentia illuſtris, evaſit Acerrarum Epiſcopus anno 1434. 8. Id. Sept. ſucceſſitque Philippo. Videtur defunctus anno 1439.

XVI. 18. NICOLAUS Deſcatius Nicolao ſucceſſit ann. 1439. 20. Septemb. Sedit ann. 12. & libens volens nuncium remiſit ann. 1451.

XVII. 19. BELTRANDUS Canonicus Neapolitanus electus per dimiſſionem Nicolai, nonis Aprilis 1451. ſequenti anno mortalitatem explevit.

20. LEO, qui & Leoncinus, Corteſius, Civis, & Archidiaconus Surrentinus, à Nicolao V. electus eſt Epiſcopus 6. Non. Octob. 1452. Interfuit coronationi Alphonſi Regis anno 1494. die 2. Junii; in patria deceſſit, quinto ſupra quadrageſimum ſui Præſulatus anno. Jacet in Eccleſia Sancti Franciſci, hac brevi inſcriptione. XVIII

Hic requieſcunt cineres, & memoria
Illuſtr. & Reverendiſſ. Leonis
Corteſii
Epiſcopi Acerrenſis Surrentini.

(„ *Hic junctis manibus cum Leone Nolano, & „ Benedicto Dragonariæ conſecravit Oliverium „ Card. Carrafam in Archiepiſcopum Neapolitanum: & perperam in* Ciaconiano *opere, ubi de Oli„ verio, & in Ughello nuncupatur Dominicus.* Lu„ centius.)

21. Fr. ROBERTUS de Noe, vel de Noya Apulus, Ordinis Prædicatorum nobilis Alumnus, vir doctrina & pietate clarus, ex Epiſcopo Minerbino ad hanc Sedem translatus ab Alexandro VI. anno 1497. die 15. Maii. Præfuit huic Eccleſiæ annis ſeptem, factuſque eſt Archiepiſcopus Parienſis 15. Aprilis 1504. ut ex Actis Conſiſt. liquet. XIX.

22. NICOLAUS de Noe ſuffectus eſt ei anno 1504. die 15. Aprilis. Obiit ano. 1511. XX

23. VINCENTIUS de Corbis, Civis & Canonicus Sarnenſis ſublectus eſt die 22. Auguſti 1511. mortuus autem eſt antequam integrum annum ſuæ dignitatis expleſſet. XXI.

24. Fr. JOANNES de Vico ad eam dignitatem provectus eſt die 23. Julii 1512. Interfuit Lateran. Concilio ſub Leone X. Obiit anno 1526. [„ *De eo „ agit Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpana t.* „ 1. *p.* 610. Mandoſius.) XXII.

25. CAROLUS de Areoſtis, nobilis Ferrarienſis, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, & Vicarius, ſublectus eſt Epiſcopus Acerrarum cum retentione Canonicatus & Vicariatus die 28. Januarii 1527. è vivis exemptus eſt anno 1537. („ *Caroli meminere Al„ verus in Opere:* Roma in ogni ſtato, *par.* 2. *p.* 263. „ *Libanorius in Ferraria aurea par.* 1. *p.* 77. *& Pe„ trus Saulnier in opere: de Capite ſacri Ordinis S.* „ *Spiritus p.* 48. Mandoſius.) XXIII.



26. JOANNES PETRUS (1) Cardinalis Carrafa *a* electus Commendatarius hujus Eccleſiæ die 16. Julii 1535 *b* poſt annos quatuor illam reſignavit; qui deinde Summus Eccleſiæ Pontifex creatus Pauli IV. ſibi nomen aſſumpſit. XXIV

27. JO. PAULUS de Piſis, de Titiis *c* dicitur in Actis Conſiſt. Utriuſque Signaturæ Referendarius, præficitur in Epiſcopum die 21. *d* Aprilis anno 1539. Sedit annis 16. obiitque anno 1554. Defuncto Jo. Paulo, deſignatus eſt Epiſcopus Acerrarum Paulus Riccardus Averſanus, qui ante conſecrationem *e* Romæ diẽ obiit, ſepultuſq; eſt in Eccleſia San- XXV.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 801. & ſeq.
b 1537.
c Seu melius de Thiſiis.
d Die 24. April. ex Actis.
e Imo antequam

(1) Error irrepſit in ſerie Ughelliana, dum pro Vincentio Jo. Petrus deſcribitur, cum ex Cedulis, & actis Conſiſt. temporum ſupputatione Vincentius Carrafa Acerranæ Eccleſiæ Adminiſtrator fuerit, & nonniſi per biennium ab ao. ſcilicet 1537. ad an. 1539. quo illam ultro ceſſit ad favorem Jo. Pauli familiaris. *Lucentius.*

ejus nomen pronunciaretur in Conſiſtorio.

Sanctorum Apoſtolorum, eo in loco, ubi hactenus in marmore extat hoc epitaphium.

D. O. M.

Paulo Riccardo
Averſano Acerranorum Epiſcopo
Deſignato.
Vixit an. LI. D. VIII.
Fulvius fratris
filius
Patruo optimo
B. M. fecit
An. ſal. MDLIIII.



XXVI 28. JO. FRANCISCUS Sanſeverinus Neapolitanus genere, & virtute illuſtris, electus eſt Epiſcopus die 6. Julii anno 1555. Deceſſit verò anno 1560. („ *Jo. Franciſcus Severinus, ut dicitur in* „ *Actis, per obitum Jo. Pauli ex Clerico Neapolitano J. U. D. genere & virtute illuſtris ætatis annorum* 28. *hunc obtinuit Epiſcopatum* 6. *Julii* „ 1556. *Ceſſit oneri* 1560. Lucentius.)

XXVII. 29. JO. FABRITIUS Sanſeverinus *a* Neapol. ſucceſſit die 14*b*. Febr. 1560. Interfuit Tridentino Concilio, translatuſque eſt poſt annos octo ad Triventinam Eccleſiam.

a Severinus.
b 11. Martii ex Actis.

XXVIII. 30 JOANNES Vaſquez *c* Urtado, Hiſpanus ex præſentatione Philippi Hiſpaniarum Regis evaſit Acerrarum Præſul die 23. Julii 1568. Fato autem ceſſit 1571.

c Jo. Vaſquez Coronado de Sayas. ex Actis.

XXIX 31. SCIPIO Salernitanus *d*, Patritius Neapolitanus, germanus frater Thomæ regiæ Cancellariæ Regentis, Epiſcopus declaratus eſt die 16. Iulii 1571. Neapoli. Inter mortales eſſe deſiit anno 1581. Sepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum in Sacello ſuæ prænobilis familiæ Salernitanç, in quo & Thomas deinde defunctus commune habuit ſepulchrum cum Scipione fratre, hoc inſculpto epitaphio.

d De familia Salernitana legendus Campanilis p. 164. *Mandoſ.*

Thomæ cognomento, & generis ſplendore Salernitano, Patritio Neapolitano ex clariſsimo cauſarum patrono à Philippo II. Auſtriaco prudentia ſummæ rei Præſidenti, ejuſdemque Principis ad Ferdinandum Auguſt. de Barenſi Ducatu controverſia Legato, Magiſtratuum in Regno Siciliæ & Cenſori, & Ordinatori ſacri Regii Conſilii ſummo Præſidi Prologotheta, ac ſupremo à latere Conſiliario creato, ſui temporis Ordinis facilè Principi, pluraque longè merito, quàm adepto, hic cum fratre Scipione, Acerrarum Pont. quieſcenti Pompejus Regius Conſiliarius, cæterique fratres modicum lapidem pro loci anguſtia, mole digniſſimo PP. Anno Domini MDLXXXIII.



32. MARCELLUS Majorana, Neapolitanus Clericus regularis Theatinus ex Epiſcopo Crotonienſi ad hanc Eccleſiam translatus die 13. Novemb. 1581. Sanctiſſimè, ut vixerat, Neapoli extremum diem clauſit anno 1586. ſepultuſque eſt in Cœmeterio D. Pauli apud ſuos Regulares Clericos, ut teſtamento caverat. Fuit Majoranus humanarum divinarumque rerum litteratura, itemque eccleſiaſticorum rituum peritia clarus, ſed vitæ puritate, & in adminiſtrandis Eccleſiis zelo illuſtris, quibus præſtantiſſimi Antiſtitis partes egregiè implevit. Legendus Joſeph Silos p. 1. Hiſt. Cleric. Regul. XXX.



33 JOANNES BAPTISTA DE TUFO, *e* Patritius Averſanus, ejuſdem Clericorum Regularium inſtituti nobilis alumnus, Majorano ſucceſſit die 17. Aug. 1587. Eccleſiam inſigni cum animi ſolertia, zeloque adminiſtravit; nihil prætermiſit omninò, quo rem animarum benè gereret, exornaretque traditam ſibi ſponſam, non modo civium, & Cleri moribus, ſed externo etiam cultu. Acerrenſes cura diu rexit, demum ſe ſe exolvi onere curavit die 23. Junii 1603. inter aſſiſtentes Præſules à Clemente VIII. cooptatus. Vixit deinde ad annum 1623. obiitque Neapoli 13. Junii, ſepultus eſt in D. Pauli Cœmeterio. Hiſtoriam ſuorum Regularium Clericorum non ſine laude ſcripſit. De viro hoc præſtantiſſimo plura ſparſim commemorat idem Silos 1. & 2. par. hiſt. ſuæ. Duos germanos fratres habuit Joannes Baptiſta, ejuſdemque Regularium Clericorum Religionis alumnus, Vincentium Uritanum, & Silveſtrum Motulanum Epiſcopos, ut mirum ſanè tunc fuerit, quod nunquam poſtea contigit, ut Silos ſcribit, tres omnino ejuſdem ſanguinis, ejuſdemque Ordinis germanitate conjunctos eodem ſimul tempore, eodem in Regno Neapolitano, ab eadem Regum Auſtriacorum munificentia Epiſcopale munus, ac faſces adminiſtraſſe. XXXI.

e De hac familia citatus Campanilis. *Mandoſ.*

XXXII. 34. JOANNES Gorrea, Hiſpanus genere, patria („ *Oriundus nobilis*) Cæſaraoguſtanus, ex Canonico Neapolitano ad hanc Sedem evehitur die 23. Junii 1603. mortem obiit anno 1606. („ *Fuit* „ *inſignis Theologus, & Verbi Dei Concionator.*)



XXXIII. 35. VINCENTIUS Paganus, clericus regularis Theatinus, evaſit Epiſcopus Acerrarum die 20. Novembris 1606. de quo Silos. Fuit nobili genere Neapolitanus Pyrrhi Pagani Cæſarei Juris conſultiſſimi, atque à regiis Neapoli conſiliis filius. *Is florente admodum ævo*, (verba ſunt Joſephi Silos) *ac ingenio ſtudiorum civilium ſpatia emenſus, adeptuſque publicam cum plauſu lauream, periclitari forenſem eloquentiam, fortunamque cogitabat, ac graſſari per veſtigia, atque imitamenta patris ad gloriam. Verùm ſpirante meliori aura, aliò flectenda velificatio fuit, complexuſque eſt religionis portum, antequam jactari pelago, æſtuque negociorum inciperet. Nomen in Paulina domo profeſſus eſt, oſtenditque ſingulari quodam in virtutum exercitio ardore, ac ſtudio, quàm prudenter, religioſeque id conſilii comperuiſſet. Curſum cùm philoſophiæ, tum ſacræ Theologiæ inſtituit, abſolvitque: cumque frui pacata quadam animi quiete, ac religioſa conſuetudine videretur, raptus ad Eccleſiam Acerrarum eſt, inſulamque deferente Philippo Hiſpaniarum Rege* III. *effecitque patris reverentia, qui filium præpoſtero quodam affectu ea inſignitum dignitate cupiebat, ut acceptaret. Verùm quo animi ſenſu ſuſceptum ſemel inſtitutum dimiſerit, commonſtravit poſt annos non admodum multos, cum elato jam Patre, reſtitui poſtliminio priſtinæ diſciplinæ curavit. Id enim natura comparavimus, ut eo redeat ſtatim animus, unde avulſus ſuis ingratiis, ac vi fuerat. Romam igitur eo conſilio acceſſit Paganus, ut abjecto Epiſcopali munere, ac dignitate, receptum à Pontifice impetraret; cumque non translatitio id quidem, ſed quam efficaciſſimè, ac ſemel & iterum & tertio efflagitaſſet, flecti Pauli V. animus nunquam potuit, iiſque potiſſimum verbis vota Pontifex eludebat.* Relinquet homo patrem & matrem, *quæ eſt religio*, & adhærebit uxori ſuæ, *quæ eſt Eccleſia. Accepta hac vicaria numinis voce bonus Antiſtes extra religionis ſepta ita vixit, ut religioſi officii partes egregiè tenuerit. Externa in primis ſpecie modeſtiam eximiam Theatinum planè cultum repræſentabat. Frugaliſſimus, ac propior noſtro Inſtituto ejus victus ratio, accedebantque pauperibus ea parſimoniæ compendia. Quod quidem* D *gravioris Cœli inclementia Acerrarum Civitatem afflet, cavens ſuæ incolumitati Epiſcopi Neapolitano domicilio. Is verò ita Neapoli commorabatur, ut cum perſæpe oves ſuas coram inſpiceret, præſentiam diligentiore quodam ſtudio ac ſedulitate compenſaret. Devexa jam ætate defunctus piè eſt inter noſtratum officia, ac certa ſpe gloriæ. Succeſſit in Acerrenſi eo Sacerdotio Antiſtes Manſuetus è Bernabitis eloquentia, ac eruditione cum paucis ſpectatus, qui dicere ſolitus erat, quicquid inibi commodi, aut cultus reperiſſet, à Pagano extitiſſe, ut qui Eccleſiam & ornaverat, & cenſu auxerat*, Cæterum defuncto Vincentio, deſignatus eſt hujus Eccleſiæ Antiſtes Fr. Gundiſalvus Pacecco Hiſpanus patria Civitatenſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis concionator, qui ante quam ab Urbano VIII. confirmaretur, Bruxellis obiit 1641. cum eſſet Cardinalis Infantis à ſacris cōfeſſionibus.

A 36 MANSUETUS Merottus, Mediolanenſis, Clericus Regularis S Pauli, quos Bernabitas vocant, egregius verbi Dei concionator, Infantis Margaritæ à Sabaudia a ſacris confeſſionibus, in cujus gratiam ad hanc Inſulam a Catholico Rege Philippo IV. præſentatus, ſucceſſit Pagano die 13. Julii 1644. dum Urbanus VIII. Pontifex propemodum luctaretur eum morte. Vivit eximius Præſul omni honore digniſſimus. XXXIV.

A D D I T I O.

[„ *Vigeſimo circiter ſui Præſulatus anno exceſſit Manſuetus.*

„ PLACIDUS *Carrafa, nobilis Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, Magiſter in Theologia, & ſacræ paginæ celebris declamator hoc throno dignatus eſt 9. Aprilis 1663. Obiit peſſicuus paſtor 1674.* XXXV.

„ CAROLUS *de Angelo, Neapolitanus, Epiſcopus Aquilanus, ad Acerrarum regimen tranſtus eſt 17. Decemb. 1674. Vitamque produxit uſque* B *ad an. 1691.* XXXVI.

„ CAROLUS *Tilli, nobili genere natus, presbyter Trevirens diœceſis*, J.U.D. *qui & animarum curam eximio zelo ſuſtinuit. Capellanus honorarius Regis Catholici, multiplicis eruditionis, & ſuaviſſimæ affabilitatis vir, dum Neapoli moraretur apud Proregem, eique inter paucos chariſſimus, ad hanc ſedem ſubvectus eſt die 21. Januarii 1692. Cùm autem electus eſſet Monopolitanus Antiſtes obiit Barii die 20. Januarii 1697. ſepultuſque fuit in regali templo S. Nicolai, hærede ſibi relicto Petro Sagè Burgundo, in cujus domo ſpiritum Creatori reddiderat.* XXXVII.

„ JOSEPH *è clara gente Rodoeria, quæ eadem eſt ac Roeria in Neapolitano Nobilium Sedili vulgo* di Montagna *conſcripta, omnigena ſcientia, & præcipue Eccleſiaſtica præditus, Jureconſultus eximius, ut fuere ejus germani fratres, & præcipuè Jo. Leonardus, qui plura edidit in utroque foro verſantibus apprime utilia. Cauſarum pa-*C*tronum ipſe etiam egit Joſeph in curia Archiepiſcopali, ubi legali ſcientia, morum dulcedine, vitæ integritate omnium plauſum, Eminentiſs. Epiſcopi Caraccioli gratiam ſibi aucupatus fuit, ita ut mox illum Canonicum ſuæ Cathedralis, S. Officii Conſultorem, & fere omnibus ſuæ curiæ muniis exercitum voluerit, illiuſque ſententiam ſemper magnifecerit, ut ſuum pariter Canonicorum Collegium, quod in omnibus ſemper ipſum conſulebat. Aula quin etiam Romana multas illi, magnique momenti cauſas, etiam ſervorum Dei, quorum beatificatio agebatur, delegabat. Antonius Card. Pignatellus tribunalis viſitationis ſuæ diœceſis primum miniſtrum juſſit; illius opera Card. Cantelmus, & in ſancta viſitatione, & in Congregatione, quam vocant Cauſarum, plurimum uſus, ſuæque diœceſanæ ſynodi promotorem voluit. Quo tempore ipſo adnitente Archiepiſcopo ex præſentatione Caroli II. Hiſpaniarum Regis Acerranis inſulis decoratus mira ipſius Pontificis Innocentii* D *XII. lætitia, maxima ſui egeſt, quo in ipſo optimi Paſtoris partes ferè omnes venerabatur. Manſuetus enim erat, ac placidus, & affabilis, cum illis etiam, qui tali, ac tanta minimè erant digni benignitate. Cleri mores dulcedine compoſuit, ipſa ardua ad ſurgentum lenitate perduxit; ubi verò opus erat, ſacerdotale pectus objiciebat intrepidus; immunitates enim Eccleſiaſticæ vindex fuit acerrimus, & cauſæ Dei fortiſſimus propugnator. Provinciali Concilio, quod ipſe Cantelmus celebravit ut ſuffraganeus interfuit, illiuſque ſacri conſeſſus Patres ferè in omnibus illum audire volebant. Multos ſui ingenii partus in lucem edere parabat; non potuit tamen morte interceptus menſe Octobris 1699. quæ ſuæ Eccleſiæ, litterariæ Reipublicæ tantam invidit fauſtitatem. Sepultus fuit Neapoli in D. Mariæ de Pace fratrum S. Joannis de Deo in ſepulchro, quod commune cum ſuis germanis fratribus paraverat cum hac inſcriptione.* XXXVIII.

D.O.

D. O. M.

,, Qua ſibi Gens habuit cultas Rodoeria ſedes,
,, Proximus eſt tumuli lectus in urbe locus.
,, Ut vitæ ſocios, ſocios poſt fata ſepulchri
,, Tres ſimul una ulmes conderet urna fratres,

,, Joſeph Epiſcopus Acesrarum, Jo. Leo-
,, nardus, & Ambroſius Rodoesli J. C.
,, Neapolitani ſibi, ſuiſque poſuerunt
,, an. MDCLXXXXIX.

XXXIX. ,, F. BENEDICTUS *de Noriega, Ovetenſis,*
,, *Ordinis S. Franciſci de Obſervantia presbyter*
,, *ann. 50. ſacræ Theologiæ jubilatus, promotus eſt*
,, *ad Epiſcopatum Acerranum 2. Maii 1700. Obiit*
XL ,, *Neapoli menſe Martio 1708.*
,, *Fr.* JOSEPH *Maria Poſitani, Ordinis Fra-*
,, *trum Prædicatorum, Neapolit en nobilibus paren-*
,, *tibus ortus an. 49. Philoſophię Lector, ac ſacrę*
,, *Theologię magiſter, denunciatus eſt poſt diuturnum*
,, *interpontificium Acerranus Epiſcopus in Conſi-*
,, *ſtorio diei 22. Novemb. 1717.*

C U M A N I in Campania EPISCOPI.



CUMAE Campaniæ Felicis civitas ad mare juxta Puteolos ſita eſt Si originem ejus inquiramus, inquit Caracciolus, paulo ante Parthenopen ab Hyppocle Cumæo, & Megaſthene Chalcidenſe ædificata eſt anno orbis conditi M. M. M. IV. à Troja exciſa CXXX. quæ certè primordia, etſi valde antiqua ſint, nequaquam tamen eam urbem ideo παλαιότατην Strabo vocat lib. 5. quod omnibus Italicis, Siculis, Græciſque coloniis deductis, ut Capaccius cenſet, antiquitate antecelleret. Nam in promptu afferunt plures Italiæ urbes Cumis antiquiores. Ut Cimmerum Cumis ipſis propinquum Campaniæ oppidum, quod Sibyllæ Cumanæ, ad quam Aeneas divertit, fuiſſe patriam, Varro tradit; atque adeo multo vetuſtius Cumis, quæ à Troję excidio & Aeneæ ab ea diſceſſu anno CI. ut dudum dictum eſt, extructæ ſunt. Præterea antiquior eſt Sibaris ab Achivis ædificata: qui paulo poſt Trojæ excidium, vi tempeſtatis eò fuerunt appulſi. Stephanus de Urbibus. Item Cajeta, quæ ab Aeneæ nutrice nomen ſumpſit. Sol. & Virgil. Tum Sulmo à Soſimo Aeneæ comite. Ovid. 4. Faſt. Nec non Lavinium, Albanorum Metropolis à Lavinia Aeneæ uxore dictum, conditumque ab Aeneæ ſociis. Dionis Antiq. t. Denique Laurentum multo ante Aeneam ac Trojanum excidium à Pico Rege conditum memorat Priſcian. idque patet ex Livio, Solino, & Dionyſio: qui referunt Aeneam in agro Laurenti poſuiſſe caſtra. Omnes itaque urbes iſtæ ſeu oppida, vel ante tempora Trojani excidii, vel paulo poſt extructa, palam eſt, multo antiquius Cumis Campaniæ habuiſſe principium. Adhuc tamen ob hujus urbis antiquitatem factum eſt, ut ea Romę ſubdita non fuerit, niſi poſtquam Imperatores fer-

A rè totum orbem ſubjugarunt. Hinc Tarquinius Superbus Roma pulſus, Cumas ſe recepit, utpote in liberam, ac tutam Civitatem, ibique reliquum vitæ ſuæ tempus exegit. De hujus civitatis ædificatione, nomine, progreſſu, religione ſuè agit Capaccius lib. 5. Hiſtoriæ Neapolitanæ. Haud ſatis conſtat, quis eidem protulerit Evangelii lucem; poteſt tamen ex conjectura deduci ſub Apoſtolorum temporibus, cum cæteris finitimis civitatibus didiciſſe ſacra Chriſtiana, nec prorſus abſimile, videtur Caracciolo, qui dixerit Paulum Apoſtolum, cum Puteolis fuit, Cumas etiam proximam, & celebrem civitatem, fidei Chriſtianæ rudimentis inſtituiſſe. Certè urbem ſecundo Chriſti ſæculo, Juſtinus Presbyter & Martyr inviſit, antiquum Sybillini oraculi antrum, Templum, aliaque vetuſtatis veſtigia admiratus. Sanè vero quædam Chriſtianæ religionis præludia Cumis emicuiſſe videntur, cum ibi Sibilla, tam disertè partum æterni Regis è Virgine, & felicia Chriſti ſæcula ſit vaticinata. Cæte-
B rum ſi vera eſſent, quæ vulgi dictis narrat Stephanus Vivandus Pighius in Hercule Prodicio, & ex Poetarum dictis, maxima eſſet Cumanæ Civitatis dignitas. *Hæret*, inquit, *adhuc opinio nunc temporis apud Campanos, & vulgus imperitum, ab Averno, vel inferis, iſthac Chriſtum Servatorem noſtrum, morte per mortem domita, retuliſſe ſpolia opima, Sanctorumque Patrum animas ex infernis carceribus extractas per montem Averno, & novo monti vicinum traduniſſe, qui propterea Chriſti mons nunc etiam appellatur. Suffragantur huic opinioni veteres item Poetæ quidam de balneis Puteolanis ſcribentes, ut Alcademus.*

Eſt locus effregit quo portas Chriſtus Averni,
Et Sanctos tranſt lucidas inde Patres.

Item Euſtaſius quidam.

Eſt locus auſtralis, quo portam Chriſtus Averni
C *Fregit, & eduxit mortuus inde ſuos.*

Sed ſabuloſa ſunt iſta. Aliunde itaque Cumanæ Eccleſiæ antiquitas inveſtiganda eſt. Eam certe arguunt Epiſcopi Maxentius, qui Diocletiano Imperatore, & Cajo Pontifice, eam rexiſſe legitur in Actis S. Maximi Levitæ. Et Adeodatus in Concilio Romano ſub Hilario Papa celebrato ſubſcribens cum Sotere Neapolitano, atque Tiberio Capuano Epiſcopis: ac præterea S. Julianæ Virginis ſacrum corpus, ab uſque Nicomedia, non multo poſt ejus martyrium, quod anno Chriſti 290. contigit, eò translatum. Talis quippe eam potiſſimam urbem ſacrorum lipſanorum translatio fuiſſe jam tum Chriſtianis ipſam refertam, non obſcurè ſignificat. Primis igitur temporibus Chriſtiana religio Cumis diſſeminata eſt, inſtitutaque in ea Epiſcopalis dignitas. Conſtat vero Gregorio Magno ad clavum ſedente, Eccleſiam Cumanam Miſenati propinquæ aliquando unitam fuiſſe, quarum tamen
D deinceps, poſt Benenatum Miſenatis & Cumanæ Præſulem, conjunctarum Eccleſiarum Epiſcopos ad poſteritatis memoriam non tranſiiſſe: ſed haud diù conjunctio hæc perduravit; ſiquidem in Concilio ſub Agathone Papa anno 680. celebrato, Petrus Cumanæ, & Agnellus Miſenatis Eccleſiarum ſubſcripſerunt Epiſcopi. Quoniam vero anno 1207. Cumana hæc civitas propter inhabitantium malitiam diruta, Sanctorumque Lipſana Julianæ Virginis, & Maximi Levitæ divorum tutelarium, è Cathedrali Maximo dicata Neapolim translata fuerunt, ejus Eccleſia Neapolitanæ cum omnibus ſuis juribus perpetuo fuit unita, ut ex Actis Caroli Primi Regis habetur. Is ſingulis annis Neapolitano Archipræſuli exolvi juſſit ann. 1277. omnes fructuum decimas, quas Reges ex agro Cumano excipiebant, & ad Cumanam olim Eccleſiam ſpectabant. Sunt qui ſcribant Cumanam Eccleſiam Averſanæ unitam fuiſſe, quemadmodum & proximā

A Atellanam quondam Cathedralem, Clerum in
proximo in inſigni Juliani oppido ejuſdem diœceſis
tranſlatum eſſe: cum hactenus in Averſana Eccle-
ſia tres Primicerii recenſeantur, inter quos Cuma-
nus habetur, & Clerus Juliani, Cumanus nuncu-
petur ex veterum traditione. Sed Regia regiſtra,
ac monumenta Neapolitanæ Eccleſiæ clarè oſten-
dunt, eam Eccleſiam non Averſanæ, ſed Neapo-
litanæ unitam eſſe, & obnoxiam: atque in bono-
rum inventariis Regum juſſu conſcriptis cum Ale-
xander Carrafa Archiepiſcopus præeſſet, hæc le-
gantur. *Idem tenet Archiepiſcopus in Cumis Eccle-
ſiam Cumanam cum infraſcriptis juribus, & poſſeſ-
ſionibus, &c.* Quicquid autem ſit de unione Cuma-
næ Eccleſiæ, Clericorumque ſuorum, certe con-
ſtat Cumanam eandem Eccleſiam, Neapolitanæ
ſuffraganeam fuiſſe ex libro, qui Provinciale om-
nium Eccleſiarum Inſcribitur: quod confirmat An
tonius Demochares lib. 3. cap. 15. de ſacrificio Miſ-
ſæ. Porro Cumani Epiſcopi, quorum memoria ad
B poſteros demum data eſt, hi pauci ſunt, qui ſequun-
tur, ex Capaccio.

I. 1 MAXENTIUS primus, qui occurrat ex Cu-
manis Epiſcopis, vixit ſub Diocletiani immaniſſi-
ma Chriſtianorum perſecutione anno 298. de quo
mentio in Actis Sancti Maximi Levitæ, & Mar-
tyris Cumani, qui poſt exilium, ungulas, arden-
tes lampadas aliaque tormenta tolerata, capite pro
Chriſti fide truncatus volavit ad cœlum. Incidit
fortiſſimi hujus Chriſti athletæ paſſio anno 298. ut
in ipſis Actis licet colligere, in quibus legitur. *Paſ-
ſus eſt Beatiſſimus Martyr 3. Kal. Octob. poſt cujus
obitum quindecim fere poſt annos Chriſtianorum in-
feſtatio manſit. Tum ubi pax Chriſti Eccleſiæ reſtitu-
ta eſt, apparuit idem Martyr, &c.* Hæc quippe ver-
ba ſignant annum Chriſti 312. quo videlicet Maxi-
minus In Oriente belli, & morbi cladibus conſter-
natus, deſiit Chriſtianos vexare. Euſeb lib. 9 cap.
7. Et in Occidente Conſtantinus, devicto Maxen-
tio, edicta promulgavit pro Chriſtianis, & bono-
C rum ipſorum reſtitutione. Euſeb. lib. 10 cap. 1. So-
crates lib. 1. c. 1. Sozomen. Eutrop. & alii. Habe-
tur in iiſdem Martyris Actis Maxentium hunc E-
piſcopum Cumanum, qui ob perſecutionis rabiem
latitabat, dum Maximus in carcere detinebatur,
per viſum admonitum ad carceris fores accurriſſe,
& ducentos fere ibi detentos, Chriſto regeneraſſe.
Cætera Maxentii acta deſiderantur.

II. 2. ADEODATUS Epiſcopus Cumanus inter-
fuit Concilio ſub Hilario Papa anno ſalutis 465.
cum Sotere Neapolitano, & Tiberio Capuano
Epiſcopis.

III. 3. MISENUS, ſive Menſenus Cumanus Epiſ-
copus ann. Chriſti 483. cum Vitale Treventino in
Picæno Epiſcopo, & Felice Eccleſiæ Romanæ de-
fenſore à Papa Felice Conſtantinopolim legatus
miſſus revocatus ad urbem in Concilio apud San-
ctum Petrum convocato ex omnium Patrum ſen-
tentia communione Apoſtolica, & Sacerdotio pri-
vatus eſt, quod Conſtantinopolim miſſus prævari-
D catorem ſe conſtituiſſet mandatorum Sedis Apoſto-
licæ in communicando cum Acaccio, poſt multo-
rum annorum pœnitentiam, veniam ſui erroris pe-
tens, anathematizato Acaccio an. ſal. 495. Men-
ſe Martio à Gelaſio Papa ſuper hoc, Romæ con-
vocata Synodo quinquaginta Epiſcoporum, ex om-
nium conſenſu Miſenus abſolutus, ſuæ eſt reſtitu-
tus Sedi, cum jam antea Vitalis ipſius in legatione,
& prævaricatione ſocius irreconciliatus Eccleſiæ
mortuus eſſet. Hujus Synodi acta Baronius refert,
ex Bibliotheca Vaticana. Interfuit deinde Miſenus
Concilio Romano ſub Symmacho Papa anno 499.
& 501. quibus etiam interfuit, & ſubſcripſit Con-
cordius Miſenatis Epiſcopus. Miſenus demum è
vivis exceſſit anno 511. ut in marmorea inſcriptio-
ne, quæ extat Puteolis in Epiſcopali Palatio eò è
ruinis Cumanæ urbis tranſlata, legitur.

A

HIC REQVIESCIT IN PACE
MISENUS
EPISCOPUS . . . .
P. M. M. II. XXVI. DEPOS. III. ID.
JANUAR.
FL. FELICIS V. C. ET SEDIT ANN. . . .
M. X. D. VI.

Florii Felicis conſulatus incidit In annum Chri-
ſti 511. juxta veriorem computum, quo ex hac vi-
ta Miſenus migravit.

IV. 4. LIBERIUS Cumanus Epiſcopus mortuus
eſt Gregorio Magno ſedente anno 592. tunc Cuma-
nam Eccleſiam idem S. Pontifex Benenato Miſena-
tis his verbis commendavit. *Quoniam Cumanæ Ec-
cleſiæ Liberius quondam Antiſtes de hac luce migraſ-
ſe cognoſcitur, præterea viſitationis deſtitutæ Ec-
cleſiæ Fraternitati tuæ operam ſolemniter delega-
mus, &c.* Illud etiam adiiciens epiſt. 19. lib. 2 ut nul-
B lum de alia Eccleſia eligi permittat ibi Epiſcopum,
niſi forte inter Cumanos Clericos ullus eſſet, quem
ad Epiſcopatus onera evehi poſſe, ſibi perſuaderet.
Ne præterea laico cuipiam eam dignitatem æmula-
ri permitteret. Hoc eodem anno Cumana Eccleſia,
cum Miſenati ab eodem Pontifice unita fuit, ut pa-
tet ex epiſt. 31 Indict. 10. lib. 2 ad eundem Bene-
natum, quem utrarumque Eccleſiarum conſtituit
Epiſcopum; ſed parum unio hæc perduravit, ut
non ſemel diximus.

V. 5. BARBATUS Cumanus Epiſcopus adeſt
Concilio Romano ſub Martino I. Papa ann. 647.

VI. 6 PETRUS ejuſdem Eccleſiæ Præſul ſubſcri-
pſit Epiſtolæ Agathonis Papæ ad Conſtantinopoli-
tanum Concilium anno 680.

VII. („ VITALIS *ſubſcripſit Epiſtolæ Concilii Ra-
„ vennenſis, qua poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii,
„ & Tiliniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo
„ confirmatur an. 877*)

VIII. 7 JOANNES Cumanus Præſul anno 920. cujus
C mentio in tranſlatione corporis S. Soſii Martyris è
Miſeno Neapolim facta, quam Joannes Diaconus
conſcripſit. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſ-
copi.

IX. 8. JOANNES hujus nominis ſecundus, Cu-
manæ Eccleſiæ Epiſcopus anno 1134 & ſexto Prin-
cipatus ſecundi Roberti filii ſecundi Jordanis glo-
rioſiſſimi Principis (ſic in diplomate) Capuæ, &
Comitis Averſæ ſubſcribit, Joannes Cumanus E-
piſcopus. Illud autem erat hujuſmodi: *Guilelmus
de Peraldo filius quondam Alexandri ejuſdem cogno-
minis, qui ſumus unus ex Baronibus civitatis Averſæ,
pro anima ejuſdem, & parentum ſuorum concedit,
confirmat Domino Petro Venerabili Abbati Monaſte-
rii, quod dicitur ad Capellum, quæ eſt ſita foris Ci-
vitate Neapolis, integram Eccleſiam vocabulo S. Pe-
tri, quæ dicitur ad Pertuſum regione Bugente, quæ eſ-
ſe videtur in territorio Caſtri Cumani Epiſcopi.* Idem
Joannes anno 1141. cum conſilio Cleri, & populi
ejuſdem civitatis concedit & confirmat Rogerio
D Abbati Monaſterii S. Mariæ de Poſitano, Eccle-
ſiam Sancti Martini in agro Cumano, petitque ab
eo, ut nummos aliquot ſingulis annis ſolvat, &
inter alia, ut in S. Martini natali, & in Cœna Do-
mini presbyterum ad officium divinum perficien-
dum mittat. Donationem exhibemus ab exemplari
quod extat apud nos.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.
Anno ab Incarnatione ejuſdem Redemptoris M. C
XLI. Indictione quarta, & ſexto anno quo Dominus
Rogerius Magnificus Rex Siciliæ acquiſivit principa-
tum Capuæ, & Comitatum Averſæ.*

*Ego ſecundus Johannes Dei gratia Sanctæ Cuma-
næ Sedis Epiſcopus unacum communi conſilio Cleri &
populi noſtræ Civitatis per ammonitionem quam à te
Domino Rogerio Venerabili Abbate Monaſterii San-
ctæ Dei Genitricis Mariæ de Puſitano, & Beati Viti
Chriſti martyris, audivi, propoſui, & in animo meo
habere partem cum juſtis. Idcirco pro redemptione*

uni-

animæ meæ, & pro animabus omnium defunctorum, & ut ſemper maneamus in orationibus ejuſdem Monaſterii & Rectorum & gubernatorum, & per hoc videlicet ſcriptum in perpetuum concedo & confirmo canonicè in eodem Monaſterio integram Eccleſiam Sancti Martini, quæ eſt ſita in monte qui dicitur ad Pertuſum cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ in his ſcriptis finibus atque diviſionibus declarantur, & finiuntur à parte orientis eſt finis terra Starcie S. Petri ad pertuſo ſicut exſtaat viam quę pergit ad caſam Meſanam, & in aliis locis, & qualiter vadit per capite de ipſis terris de caſa Meſanæ, quæ vobis confirmamus & per ipſam viam quæ dicitur de mercato, qui pergit ad mare mortuum, & uſque ad illum arcum antiquum qui eſt in pede de illa cava qui deſcendit inſuper ſcripto locomare mortuum, ubi in capite de prædicta cava eſt fictus unus terminus marmoreus niger qui exſtaat inter terras quę vobis confirmavimus, & terra Sancti Archangeli de Miſeaa, & qualiter deſcēdit ab ipſo termino pro ipſa cava quę dicitur rivus de Forcolla uſque in mare, & ab alio latere parte Septemtrionis finiantur in terra Dominica incipiens à Staphilo & ut deſcendit directum in caveam inferiorem quæ eſt à parte occidentis, & deſcendit per ipſam caveam uſque in mare, & incipiens iterum à præſcripto Staphilo ducit ad aliud latus quod eſt à parte Orientis juxta quandam antiquam griptam revertens deſuper uſque in caveam quæ dicitur de Cantatore, ubi eſt aliud unus terminus fixus qui exſtaat inter terras quæ vobis confirmavimus & terra cum ſcapulis Dominica & qualiter deſcendit pro ipſa cava quę rivus eſt uſque ad pedes fine terræ S. Petri ad Pertuſo. Item alias duas terras de terra in pede de monte S. Martini, quarum una ſubtus via eſt & altera ſuper eandem viam, & finiuntur in prænominato loco caſa Meſana, hanc taquam totam terram per præſcriptos finer inſimul cum ſuis prædictis cohærentiis, Ego præfatus Secundus Johannes Cumanus Epiſcopus ita firmiter cum prænotata Eccleſia S. Martini confirmo vobis in dicto domino Rogerio Abbati tuiſque poſteris illam ut ab hac die in antea & omni tempore ſa jam dicte Domine Rogeri Abbatis tuis ſucceſſores libera & abſoluta à me & à meis ſucceſſoribus eam habeatis & teneatis, poſſideatis & fruamini ipſam præfatam Eccleſiam cum tota memorata terra cum tenimentis ſui ad opus prænominati veſtri Monaſterii S. Mariæ abſque ulla contrarietate in perpetuum, & per hanc confirmationem in unoquoque anno nobis reddatis pro incenſu in Aſſumptione Sanctæ Dei Genetricis tarenos bonos triginta, & in natale S. Martini prandium unum, & in ſecundo die lunæ ſacræ Quadrageſimæ cœnam unam ſive omnium ingreſſitudine, & in S. Martini & cœnn Domini nobis mittere debetis presbyterum unum ad officium Dei perficiendum, nos vero noſtriſque ſucceſſoribus debemus anteſtare & defendere vobis prædicto Domino Rogerio Abbas veſtriſque poſteris omni tempore præfatam Eccleſiam S. Martini & totam prædictam terram cum omnibus mobilibus & immobilibus ſuis contra omnes homines qui inde vobis & poſteris tuis & prænominato veſtro Monaſterio calupniam intulerint aut auferre aut inquietare temptaverint, & non ſit nobis vel noſtris poſteris licitum per nos vel per aliquam ſubmiſſam perſonam jam dictam Eccleſiam cum totam ſupradictam terram vobis veſtriſque ſucceſſoribus auferre, vel aliquid ex ea minuere, excepto prænominato inccuſo quod nobis juſte reddere debetis, ut ſuperius dictum eſt. Quod ſi quis hujus noſtræ conceſſionis & confirmationis paginæ contemptorum aut violatorum in aliquo eſſe præſumpſerit, illa perſona ſit ſub anathemate maledictionis vinculo allegata à Patre & Filio & Spiritu ſancto, & portio ejus ſit in die judicii cum diabolo & Angelis ejus. Inſuper libras decem auri puriſſimi perſolvat medietatem Curiæ regis, & medietatem tibi memorato Domino Rogerio Abbati tuiſque ſucceſſoribus, ſolutaque pœna librarum auri hoc ſcriptum cum omnibus quæ continet firmum munitum atque inviolabile maneat in perpetuum, & ut in futurum poſteris ſit firmum & notum ac perpetuum propria manu ſubjacenti ſigno crucis ſignavi, & ſubſcriptos noſtros fratres ut ſubſcriberentur rogavi.

De hoc etiam recordamur quod quando prædictum prandium & cœnam prænominatam nobis feceritis cum noſtris Clericis & hominibus in jam dictam Eccleſiam S. Martini comedere debeamus.

Signum crucis manus prænotati Secundi Johannis
† Cumani Epiſcopi.
† Ego Marcus Presbyter & Canonicus S. Maximi conſenſi & ſubſcripſi.
† Ego Matthæus Presbyter, & Canonicus ejuſdem Eccleſię conſenſi & ſubſcr.
† Ego Petrus Presb. interfui & ſubſcr.

Ego Guillelmus Clericus & Notarius commanens in Averſana Civitate 10. Kal. Junii rogatus à præfato D. Johanne Cumano Epiſcopo hanc cartulam confirmationis manu propria ſcripſi.

9. LEO poſtremus exiſtimatur Cumanæ Eccle- X.
ſiæ Epiſcopus, propterea quod ejus ætate, anno ſcilicet 1207. Kal. Martii deſtructa eſt Civitas Cumana, ut dictum eſt ex Actis S. Maximi, præſidente in Cathedra Neapolitana Anſelmo Archiepiſcopo, qui cum Leone & duobus Canonicis Presbyteris Cardinalibus ſacra Julianæ Virginis & Martyris lipſana propriis humeris Neapolim detulit, ac recondidit in Eccleſia S. Mariæ Domnæ aromatæ. Tranſlata item ſunt è diruta Cathedrali S. Maximi Levitæ & Martyris oſſa, & Eccleſia Cumana, Neapolitanæ unita eſt. Cujus Diœc. ob loci propinquitatem, Puteolanus Epiſcopus habet, Clerum Cumanum in oppidum Juliani tranſlatum, Primiceratus dignitatem in Averſana Cathedrali collocatam vulgus exiſtimat. Et hæc pauca de Cumana Eccleſia, deque ejus Epiſcopis dicta ſufficiant.

ISCLANENSES

EPISCOPI.



ENARIA parva, celebriſque Inſula gentis Davalæ Marchionatus, & Epiſcopali titulo clara, in ſinu Puteolano haud amplius ſex millibus ab Neapoli diſtat, à ſtatione navium Æneæ ſic dicta apud Plinium lib. 1. Hæc item Inarimæ & Pithecuſa nunc Iſchia, ab Oppido coxendicis imaginem præferente, vel ut placet Volaterrano, à Græca voce, quæ fortitudinem ſignificat, Iſchia dicta. Oppidum, ubi Epiſcopus reſidet, ſic deſcribit Pontanus lib. 2. de bello Neapolit. *Iſcla oppidum edito in monte ſitum, mari olim undique cingebatur; nunc mole jacta, ſatis longo tracta inſulæ conjungitur. Mons ipſe brevi admodum à Prochyta freto dirimitur. Inde circumadeſis rupibus ab meridie, occaſuque mari ſinuatur, ſtationemque efficit, qua parte poſt ipſam molem inſula procurvato in ſinum mari abluitur. Statio ipſa ab euris, notiſque malè omnino tuta à fluctibus. Ad ipſum autem oppidum acceſſus eſt peracclivis maximaque è parte ſaxo cæſo; atque excavata rupe manufactus. Munitiones igitur ita erectæ ſunt, uti tormentis æneis & offenſitari* na-

navium ſtatio, & oppidi portu, finitimaque illi quaſſari ædes poſſint. Septem ferè ſtadia, inquit Capaccius, ſcopulum ex viva ſilice ambiunt, aſcenſum per cuniculum difficillimo vallo ferreis portis militumque Italorum (& ferè Civium) præſidio cuſtoditu, quod Regis arcibus videtur novum, Iſclanorum præcipuum erga Reges fidei teſtimonium. Locus firmior ab Alphonſo I. Rege Aragoneo foſſa, muro, tormentis eſt factus. Arcis præfectus Vaſti Marchio, necis, & vitæ in cives habet poteſtatem. Omnes Cives à fiſcalibus functionibus ſunt alieni. Vicos habet Panzam, Fontanam, Teſtaceum, Baronum, Campagnanum; Caſaniazolam, Laceum, Foreum, qui major ad octo millia capita continet; & munitior multis turribus in Occidentali plaga, ſitu, fructuum vinorumque copia, & aprico cœlo cæteris Inſulis loci præſtantior. Hanc alii laudem tribuunt Montano, & Scopulis, qui D. Andreæ dicuntur. Hinc Romam ad loca mediterranea vina aſportantur. Cives, vel quod ignis nimium ſanguinem excitet, vel quod Inſulanorum mores ſectantur, proclives ſunt ad injurias. Et quamvis ut plurimum egeſtate laborent, nobiles taman multæ familiæ numerantur. Tota Inſula pomaria, & nemora, depictaque prata cernuntur. Carduorum memorabilis copia, qui cineres gignunt. Caryophyllorum ſylvæ, phaſianorum, aliarumque avium aucupia, quadrupedum venationes, aurifodinæ, de quibus fortaſſe Strabo loquutus eſt, nigra arena, quæ magnetem trahit. Ferri venæ in altiſſimis rupibus, quæ in Inſula aditum prohibent. Undecim tota Inſula frigidæ aquæ fontes, quos frigidos appello, ſi trigintaquinque calidos, & medicos propoſuero. (1) Lacus etiam erumpit. Græcum vinum, quod ex ejus agro promitur, laudabile. Latinum etiam non contemnendum. Ligna quoque pauperibus laribus idonea mittit. Cætera hujus Inſulæ ſpectabilia, ſcituque digna idem Capaccius ſcribit. In Inſulæ Oppido, quod Iſchiam Civitatem vocant, major Baſilica ſive Epiſcopium eſt decentis & antiquæ ſtructuræ, atque ornatum pro loci conditione Beatiſſimæ Virginis Aſſumptæ dicata, in qua Canonici 13. numerantur, ex quibus tres dignitate eminent, Primiceratus prima dignitas poſt Pontificalem, Archidiaconatus, & Archipresbyteratus; plures ſunt Clerici beneficiati. Unum extat intra Civitatem Monialium Cœnobium Divæ Claræ, & tres Parochiales Eccleſiæ; in ipſa Cathedrali, prima per Archipresb. exercetur S. Baſilii, & S. Mariæ de Libera; in ſuburbiis una eſt Parochialis Eccleſia ſub titulo Sancti Spiritus. Templa ſunt Trinitati, D. Niculao, D. Annunciatæ & D. Mariæ Turrium à Turra familia ædificatum, & D. Stephano dicata. Aedes S. Mariæ Hortidonici à loco, in quo ſita eſt, quam Conſtantia (2) de Carretta inſtauravit via amplificata. A Scopuli radicibus ſtadii ferè longitudinis pons ad ſuburbium pertinet, quod Celſa dicitur, in quo cœnobium D. Mariæ Scalæ, ubi ex Auguſtiniana familia fratres commorantur. Aedes quoque D. Mariæ Gratiarum, quam Franciſcani incolunt, & D. Dominici. Duo Sanctorum corpora habere ſe affirmant, S. Reſtitutæ, & Olivæ, vel Olivatæ. Condiderat autem in Aenaria templum Reſtitutæ Lucina nobilis matrona, dum anno 257. 14. Kalend. Junias Reſtituta Cypriani Epiſcopi diſcipula in Panizano ejus patria martyrii palmam conſequuta in hanc Inſulam eſt advecta. Sed de Reſtitutæ corpore, deque templo à Magno Conſtantino Imperatore Neapoli extructo eruditè ſcribit Antonius Caracciolus in monumentis ſacris Eccleſiæ Neapolitanæ, ſitne corpus ejus Neapoli nunc, an verò in hac Aenaria Inſula; concludit Beatæ Reſtitutæ corpus primò in Aenariam divino nutu delatum, & à Lucina honorificè conditum, poſtea ex ea Inſula Neapolim translatum fuiſſe, ſub Altari ejus Aedis olim reconditum. Cæterum lucem Evangelii iis temporibus, quibus & Neapolis hanc accepiſſe fatendum videtur, tum ex vicinitate loci, tum ex patrum traditione, tametſi ad annum ſalutis quoque 257. nullum veſtigium appareat. Epiſcopatus verò Iſclanus, qui hujus Inſulæ fines haud excedit, & animas continet quindecim millia, antiquus eſt inter recentiores, Neapolitanæ Metropolitæ obnoxius. In actis Regum Neapolitanorum anno 1303. Epiſcopo Iſclano conceduntur decimæ ſolitæ, licet introitus fuerint diminuti ob incendium, quo Inſula è terrenis viſceribus naturæ ſecreto vaſtata eſt, anno enim 1302. conflagraſſe Inſulam duobus continuis menſibus ſcribit Colleonuccius. Hodiè fructus Epiſcopalis menſæ ad ducatos illarum partium M. aſcendit, taxatur verò in libris Fiſci Apoſtolici ad flor. 50. Habet Epiſcopus temporalem juriſdictionem civilem dumtaxat in nonnullas laicorum familias. At Catalogus Iſclanorum Præſulum, cum ex paucis illius Eccleſiæ ſcripturis, tum ex Romanis monumentis collectus, ſequens eſt.

1. PETRUS Iſclanus Epiſcopus in Concillo Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato anno 1179. poſt Sergium Neapolitanum ſuum Metropolitanum ſubſcripſit. I.

2. AMENIUS anno 1206. cujus mentio in monumentis ejuſdem Eccleſiæ, Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi, fortaſſe hoc ſedente Præſule obiit Antonius Bulgaro, in cujus tumulo in crypta Cathedralis hæc pauca leguntur verba. II.

Hic jacet corpus nobilis Presbyteri Antonii Bulgaro de Iſcla. qui obiit anno Domini M. CCL. Filiique nobilis Marini Bulgari, cujus anima requieſcat in pace. Amen.

3. SALVUS vixit anno 1305. cui decimas conceſſit Carolus II. Rex, quo tempora Inſula ferè tota à terræmotu vaſtata eſt. III.

4. Fr. PETRUS, Ordo & patria ignoratur, Iſclanus fuit Epiſcopus anno 1306. Salvo ſucceſſit, quo Præſule obiit Felix Beatrix Iſclæ Comitiſſa, jacet in marmoreo tumulo opere muſivo exornato in Cathedrali, ubi hoc extat epitaphium. IV.

Dux jacet hoc Felix tumulo vocitata Beatrix
Cum nato Domino Iſclano, Comiteque Marino
Qui legit hoc metrum ſciat & ſub marmore Petrum.
Natum Felicis Genti dictæ Beatricis
Hoc fieri juſſit Felix Comitiſſa Beatrix
Tempore ſub Petri, qui Sedem tunc retinebat
Pro quibus oretis mortis, qui jura tenebat.

5. GUILLELMUS diu Iſclanæ Eccleſiæ Epiſcopus fuit. Obiit ſub Clemente VI. anno 1348. ex reg. Vat. Eo Præſule in Cathedrali humatus eſt Joannes Aſſaneus Inſulæ Victanæ Dominus, habetque ea marmore inſcriptionem. V.

Hic jacet nobilis vir Dominus Joannes Aſſanneus de Iſcla quondam Inſulæ Viclæ-

(1) De his fontibus ſcripſit Julius Jacobinus Iſclanus civis, artium, & medicinæ doctor, & Jo. Franciſcus Lombardus ſupra nobilitatem generis in Apuliæ Provincia, omnium diſciplinarum laureis ornatiſſimus, clarus in Concilio Tridentino Theologus, majoris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus, & ob familiaritatem, quam Romæ cum D. Philippo Nerio contraxerat, frater etiam Neapolitanæ ſodalitii Ss. Trinitatis Peregrinorum, cujus Jo. Franciſci laudatum opus, & reliqua, quæ conſcripſerat, uno volumine reimprimenda curat Vincentius Lombardus, gentilis ſui doctrinam æquè ac pietatem æmulatus, olim ſie adoleſcens nomen etiam ſodalitio nomen dederit, & eadem devotione, qua ſui Majores erga D. Philippum Nerium exarſtuet. Nobiliſſimo autem ſtylo, numero prorſus Virgiliano eoſdem fontes carmine litteraria Reſpublica propediem expectat à Camillo de Quintiis ſociet. Jeſu, quem non minùs claritas ſanguinis, quàm pietas, cunctæque virtutes ſat ſuperque commendant.

(2) Hæc fuit illa Conſtantia Sulmonis princeps, fœmina quidem incomparabilis, vitæ integerrimæ, ac lectiſſimæ virtutis heroina, mater ne dum tot religioſorum familiarum, quibus maximo impendio regia pene magnificentia domos adaperuit, ſed omnium pauperum, quorum omnibus indigentiis ac filii D. Philippi Nerii in ſodalitio Ss. Trinitatis Peregrinorum ſemper præſto fuit vivens, & adhuc etiam defuncta, dum ſupremis tabulis illorum bono conſuluit, de qua omnes ferè Auctores Aenaricolæ, & nonnulli etiam cæteri, ut Hippol. Maraccius in Heroid. Marianis, & alii cum laude locuti ſunt.

claaæ Domiaas , qui obiit anno Dom. MCCCXL. die prima Aprilis,cujus unima requieſcat in pace. Ameu.

Fortè etiam Guillelmo tunc ſedente deſuoctus eſt Petrus Bonomane Inſulanæ Eccleſiæ Archidiacoous, cujus tumulus viſitur in Catbedrali cum epitaphio hocce.

Hic jacet Dominus Petrus Bonomaue Archidiaconus Iaſalauus, cujus anima requieſcat in pace, fioruit ia hoc mundocentum, & tribus aaais, qai obiit aano Domini M.CCC.XXXI. meaſis Murtii XXV. XIIII. Indict.

Et prope honc tumulom altera legitur inſcriptio ex marmore, peoè exeſa,

Hic jacet Petruccius Bouomane Archidiaconus Iſclæ, cujus anima requieſcat in pace . . . .

VI. 6. THOMAS, vel Thomaſius ex Canonico Marſicenſis Eccleſiæ immediatè Guillelmo ſucceſſit 11. Kal. Januarii aono 1348. ad hanc dignitatem vocatus à Clemente VI. anno ſeptimo ſui Pootificatus, cujus electio extat io eeg. Vat. ep. 215. ſol. 101.

VII. 7. JACOBUS Iſclanus Epiſcopus tranſlatus eſt ad Martoraueuſem Eccleſiam in Calabria anno 1359. ex regeſt. Vatic.



VIII. 8. Fr. BARTHOLOMÆUS de Buſulariis. Papienſis, Ordinis Eremitarom S. Auguſtini, proximè poſt Jacobum hanc ſuſcepit regendam Eccleſiam 11. Kal. Aprilis 1359. ex reg. Vatic. Innocentii VI. à quoob præclaras animi dotes, & doctrinæ excellentiam geatiis & privilegiis nobilitatus fuerat. Pareotem habuit, & fortaſſe fratrem germanum Jacobum Buſularium Ord. Prædicarorum virum præcipua ſanctitate clarum, cui nomen Beati fecere, quem in Eccleſia Sancti Dominici in ſuburbiis Iſclanenſibos marmoreo ſepulchro tumulaverat, ubi ejuſdem Beati effigies ſpectatur, librum apertum in maoibus habens, in quo hæc verba inſculpta. *Liber excuſatorius de geſtis per eum de tota vita ſua:* In feonte tumuli hæc: *Beatus frater Jacobus Buſularius nuacupatas ſab iſto altari* MCCCC.LXXX. *die xvj. Auguſti fait translatus. Per annos xiiij. à Joanne Galeacio Mediolaaenſe, martyriam carceris pro veritate ſuſcepit.* Papiam, *Alexandriam de omni malo ad omne bonum reduxit, omnes dignitates abborruit, & uaaqaam propriam babuit.* Deo gratias. *Amen.* Ad dexteram tumuli inſignia ſculpta ſunt Buſulariæ gentis, Leo nempe, ſub quo tria lilia. Ad ſioiſtram Crux magna, Civitatis Papienſis ſymbolum, in medio hæc verba: C. *Communitatis Papiæ.* Barthulomæus verò cum bene per aooos omnino triginta hanc rexiſſet Eccleſiam ex hoc mortali ergaſtulo ereptus an. 1389. ſepeliri voluit juxta ejuſdem Beati tumulū, quod nunc eidem ſuperpoſitom cernitur, cum hoc epitaphio.

† In hoc Cæmeterio reconditus fuit Bartholomæus Lombardas de Papia de Paſulariis Epiſcopus Iſclaaus M.CCCLXXXIX. *die IIII, menſis Decembris.*

9. PAULUS Strina de Caprea Inſula Epiſcopus fuit Iſclanenſis anno 1392. quo Præſule Iſchiæ obiit Joannes Coſſa Procidæ Dominus, jacet in nobili, pulcherrimoque marmoreo tumulo in Cathedali: hoc epitapbium habet. IX.

Hic jacet corpus viri magaifici Joannis Coſſæ de Iſcla militis Botbontini & cætera, Inſulæ Procidę Domini, qui obiit Iſclę Anno Dom. MCCC. XXCVIII. die IIII. *Auguſto V. Ind. cujus uuima requieſcat in pacę. Amen.*

Hac tempeſtate ædificatum fuit ſacellum D. Catharinæ in Cathedrali à Berneſe Taliaricio nobili viro, ut proloquitur lapis. *Hæc Capella ædificata, & dotuta per aobilem virum quondam Beraeſe Taliuricium,* ubi jacet corpus Antooii ejuſdem familiæ cum hac inſcriptione:

Hic jacet corpus nobilis viri Antoaii Talericı dicti Imbriaci, *& filiorum ſuorum, qui obiit Anno Domini* M.C.C.C.C. *die menſis . . . quorum animæ requieſcant in pace.* Amen.

Quo anno obiit Ciccus Magnocria Canonicus Cathedralis jacet in eadem Cathedrali in Sacello Divæ Annonciatæ.

Hic jacet corpus Venerabilis viri Cicci Magnocriæ de Iſcla Canonici, qui obiit unno Dom. M.C.C.C.C. *cujas anima requieſcat in pace.* Amen.



10. BALTASSAR Coſſa a Cardinalis Neapolitanus, ille idem qui poſtea Joanoes XXIII. Papa fuit, aliquando hanc habuit commendatam Eccleſiam. X.

a De re Caconius Oldoini t. 2. col. pag. & 715.

11. ANDREAS electus Iſclanenſis à Gregorio XII. cui induiſit, ut à quocunque maluiſſet Catholico Epiſcopo monus acciperet conſecrationis, ut io lib. de præbendis legitur ſub eodem Pontifice. XI.

12. FR. NICOLAUS Beneventanus Iſclanenſis Epiſcopus defunctus eſt ſub Martino V. anno 1418. XII.

(„ *Nicolaus iſte fuit familiu Tintus, Ordinis verò*
„ *Prædicatorum Alumnus. Patria Beneventaum*
„ *cenſet Ughellus. Foataaa verò in Theatro Dominicaao de eoſcribit: volaat Cremonenſem monumea-*
„ *ta illius* Conventus: *& præſumptio ſtat pro Cre-*
„ *mona, quum ibi à quingentis annis floraerit, &*
„ *floreat Familia Nobilium de Tintis. Refert verò*
„ *Ariſius in Cremona liter. t. 1. p. 220. ſeqaens anti-*
„ *quam moaamentum repertum peaes PP. Miaores*
„ *en Obſervantia S. Francifci, degentes ia cœaobio*

San-

,, *Sanctiſſ. Virginis Gratiarum ad quartum lapidem* ,, *procul ab urbe Mantua, occaſione cacæatorum il-* ,, *lius Eccleſiæ, ex quo conſtat jam an.* 1406. *Nico-* ,, *laum Iſclana ſede potitum fuiſſe. En monumen-* ,, *tum.* Die XV. Auguſti MCCCCVI. Pontificatus ,, Sanctiſſimi Dom. N. Innocentii Papæ VII. an- ,, no II. conſecrata fuit per R. P. F. Nicolaum de ,, Tintis Epiſcopum Iſclanum. Præſentibus igi- ,, tur, & aſſiſtentibus Reverendiſſ. Dom. D. Ioan- ,, ne de Mantua, divina miſeratione S. Sedis Apo- ,, ſtolicæ Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque ,, Primate, & D. Antonio de Ubertis Dei gratia ,, Epiſcopo Mantuano.)



XIII 13. LAURENTIUS de Riccis, nobilis Florentinus, antea Epiſcopus Anconitanus, poſtea Senogallienſis, ad hanc Iſclanam translatus 4. Id. Januarii 1419. quam rexit ſeptem, & decem annis, iterumque translatus ad Ravellenſem anno 1436. Conſule quæ de ipſo ſcripſimus in Epiſcopis Anconitanis tom. 1. & in Senogallienſibus tom 2.

XIV. 14. Fr. JOANNES Siculus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Theologiæ Magiſter fit Epiſcopus Iſclanus 4. Kal. Aprilis 1436. Præfuit annis 19. mortem obiit anno 1453. de quo hæc pauca Acta Conſiſtorialia.



XV. 15. MICHAEL Coſal, Hiſpanus, Monachus & Abbas S. Mariæ de Rota Ord. Ciſtercienſis Cæſaranguſtanæ Diœceſis, vir egregiis moribus, prudentia & doctrina longè clariſſimus, Alphonſi Primi Regis Neapol. in paucis charus, intimusq; conſiliarius, in cujus gratia Nicolaus V. illum ad hunc Epiſcopatum promovit 5. Kal. Julii anno 1453. in eaque poſtquam plures eximiè egiſſet annos defunctus eſt anno 1464.

XVI. 16. JOANNES de Cico, Peruſinus, hanc eandem Sedem tenuit anno 1464. cujus etiam mentio anno 1479. in monumentis ejuſdem Eccleſiæ.

XVII. 17 BERNARDINUS de Leia, Romanus, Lateranæ Baſilicæ Canonicus evaſit Epiſcopus Iſclanus anno 1503. translatus ad Caſtrenſem Eccleſiam in Tuſcia die 8. Januarii 1504. die verò ejuſdem menſis 16. necdum conſecratus ſit Epiſcopus Lavellinus, deinde 23. Februarii ejuſdem anni Callienſem accepit Eccleſiam, ita ut plus minus menſe, quatuor titulis diverſarum Eccleſiarum condecoratus fuerit: de quo vide illarum Eccleſiarum Præſulum ſeriem in primo, ſecundove noſtris tomis.

18 DONATUS Strineus, electus Epiſcopus Caſtrenſis, permutatione facta cum Bernardino, Iſclanus declaratus eſt Præſul die 8. Januarii 1504. de quo Acta Conſiſt. XVIII.
(,, *Dum hujus Eccleſiæ moderaretur ſacra jura 26.* ,, *annis Pontifex fuit Neapolitanæ, ut ex ſepul-* ,, *chrali inſcriptione deprehenditur in Neapolitano* ,, *templo S. Mariæ de Gratia, ubi ſepultus fuit an.* ,, 1534. *Inſcriptio ſupra relata fuit in Archiepiſco-* ,, *pis Neapolitanis in Archiepiſcopo Franciſco* ,, *Carrafa.*)

19. Fr. AUGUSTINUS Falivenia Gephanenſis Salernitanæ Diœceſis Ordinis Servorum ex Epiſcopo Caprenſis Inſulæ die 24. Aprilis an. 1534. à Clemente VI. translatur eſt ad Eccleſiam hanc Iſclanenſem. Doctus erat vir, & egregius verbi Dei concionator. Scripſit, teſte Poſſevino, complura opuſcula carminibus concinnata in laudem Virginis Mariæ. Sub Paulo III. in Regno Neapol. decimarum collector. Tredecim annis laudabili, egregiaque virtute Iſclanum rexit Sacerdotium, obiitque ſub eodem Paulo anno 1548. (,, *De Auguſtino tractat* ,, *Marraccius in Bibliotheca Mariana par.* 1. *p.* 160. ,, *laudaturque à Toppio in Bibliotheca Neapolitana* ,, *p.* 4. Mandoſius.) XIX.



20. FRANCISCUS Guttieres, Hiſpanus, Palentinus patria, ſplendidis ortus natalibus, electus die 24. Septembris 1548. obiit anno 1554. XX

21. VIRGILIUS Roſarius *a*, Spoletanus, Canonicus S. Mariæ Rotundæ de Urbe, ad hunc Epiſcopatum promotus eſt die 27. Auguſti 1554. indè factus Archiepiſcopus Sipontinus, creatuſque eſt S. R. E. Presb. Card. & Adrienſis Epiſcopus, hanc habuit commendatam deinde Eccleſiam ad mortem uſque, quæ incidit in annum 1560. (1) de quo vide Sipontinorum, Adrienſiumque Epiſcoporum Catalogos in 2. & 7. noſtræ Italiæ ſacræ tomis. XXI *a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 156.*

22. PHILIPPUS Gerius, Piſtorienſis, ſucceſſit Roſario die 16. Januarii 1560. Clarus fuit in Tridentino Concilio; inde translatus eſt ad Aſſiſienſem Eccleſiam 1564. de quo ibi. XXII.

23. INNICUS *b* Cardinalis Avolus factus commendatarius Iſclanus ann. 1564. quam Eccleſiam dimiſit anno ſequenti. XXIII *b De eo Ciacon. Oldoini t. 3. col. 985*

24. FABIUS Polveronus, *c* Neapolitanus, ſuffectus eſt die 8. Junii 1565. Exceſſit circa ann. 1590. (,, *Hujus Præſulis honorifica fit mentio in Academi-* ,, *cis Jo. Baptiſtæ Rinaldi.*) XXIV *c Fulvesinus.*

25. INNICUS Avolos, Canonicus Regularis Lateranenſis, electus eſt Epiſcopus Iſclanus die 29. Januarii 1590. Supra ſeptem & triginta octo annos hanc rexit Eccleſiam. XXV

26. FRANCISCUS Tontolus, Sipontinus, Congregationis Sommaſchæ Procurator Generalis, S. Officii in Urbe Theologus qualificator, Indiciſque XXVI

(1) Mors Virgilii incidit in annum 1559. Ceterum gratis aſſeritur de ipſo in ſerie Ughelliana Sipontina, & Adrienſis pontificis ſedes. *Laurentius.*

ciſque Congregationis Conſultor ab Urbano VII. adlectus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 15. Januarii 1638. vivit adhuc Epiſcopale onus gerens cum dignitate.

ADDITIO.

(,, *Confirmavit Franciſcus ſynodum ſui Præde-*
,, *ceſſoris, multaſque novas illi addidit Conſtitutio-*
,, *nes; onus tandem Eccleſiæ dimiſit anno 1663. poſt-*
,, *quam 24. annorum ſpatio illam rexerat, & in ſub-*
,, *urbio Olimpiaco Neapoli apoplexia correptus fato*
,, *ceſſit, ſepultuſque fuit in D. Demetrii ſuæ congre-*
,, *gationis Somaſchæ.*

XXVII. ,, JOANNES ANTONIUS *de Vecchis, no-*
,, *bilis Capuanus, & in patria Cathedrali Canoni-*
,, *cus, per renunciationem Franciſci Tontoli ab Ale-*
,, *xandro VII. an. 1663. die 12. Februarii hanc Ec-*
,, *cleſiam ſuſcepit regendam. Novennio, quo illam*
,, *gubernavit, maxima conſtantia ſuæ ſponſæ jura*
,, *tutatus fuit, ſubſtineas liberam eſſe Canonicatuum*
,, *ſuæ Cathedralis collationem, quam quædam Iſ-*
,, *claaæ familiæ juris Patronatus laicalis eſſe con-*
,, *tendebant. In villa ſuæ Cathedralis vulgò il* Ci-
,, lento, *incolatum fecit, in qua humilem, pauperem,*
,, *ac priſci candoris vitam vixit, deceſſitque anno*
,, *1672. humatuſque fuit in æde Cathedrali.*

XXVIII. ,, HIERONYMUS *Rocca, clarus, natalibus*
,, *in Catacenſi Urbe, ſed longè ſua virtute, ac ſcien-*
,, *tia clarior, V. I. & S. Theol. in Romano Sapientiæ*
,, *Archigymnaſio Doctor, electus Iſclanus Epiſcopus*
,, *an. 1672. die 3. Octobris poſſeſſionem iniit 12. Fe-*
,, *bruarii 1673. Suos Diœceſanos ſemper ut filios ada-*
,, *mavit, illorum ſacramentales excipiebat Confeſ-*
,, *ſiones, viam ſalutis etiam nolentibus facilem red-*
,, *debat, animoſque ad rixam declives in pace com-*
,, *ponere pars fuit ſuæ paſtoralis ſollicitudinis opero-*
,, *ſior. Cathedralem ædem, domumque Epiſcopi ve-*
,, *tuſtate fatiſcentem magno ſumptu, ut potuit, re-*
,, *fecit. Suæ ſponſæ dotem reddidit locupletiorem,*
,, *& ſi largior illi cenſus fuiſſet, omnes utique Eccle-*
,, *ſias in ſua diœceſi reſtauraſſet, aliaſque de novo ex-*
,, *citaſſet; ob id ſummoperè favit Sebaſtiano Montio*
,, *Iſclano Patritio, cui quidam novæ Eccleſiæ con-*
,, *ſtructionem pro virili impediebant: quare condita*
,, *illa fuit, & nunc inter pulchriores illius Inſulæ re-*
,, *cenſetur. Sui populi temporali commodo etiam ſtu-*
,, *duit, calles olim inacceſſibiles expeditos fecit,*
,, *itaut per ipſum in ſua diœceſi, & myſtico, & lit-*
,, *terali ſenſu fuerint prava in directa, & aſpera in*
,, *vias planas. Aquam prepotu, qua carebat urbs*
,, *cum ſuo Vico, qui audit Celza, à monte, quem*
,, *Typhæi ſepulcrum Vates ſomniantur, non minùs*
,, *duorum milliarium ſpatio, primario ſuo, ſed &*
,, *etiam inſulæ impendio, quippè impoſitum fuit ſu-*
,, *per farina vectigal, cujus ſolutioni pro tali effe-*
,, *ctu ſubjacere etiam ſuum clerum voluit, in plani-*
,, *tiem deduxit. Fonti autem in medio plateæ hoc*
,, *inciſum voluit diſtichon à ſe compoſitum.*

,, Has ſudavit Aquas Cereris patientia Curtæ,
,, Edocuitque famem ferre magiſtra ſitis.

,, *Magno illi Cardinali Caracciolo in Neapolitana*
,, *difficillima diœceſi Vicariam impendit operam; per-*
,, *amplam item Beneventanam longa ſuorum Præ-*
,, *ſulum abſentia relaxatam viſitator ſeu Vicarius*
,, *Apoſtolicus eo zelo gubernavit, ut Eminentiſſ. Ar-*
,, *chiepiſcopo Urſino pro integra, ſummaque refor-*
,, *matione expeditiſſimam ſemitam reliquerit. In*
,, *vico Leucopetræ propter Neapolim in Gentili-*
,, *tia domo nephriticis doloribus peracerbè vexatus*
,, *ſeceſſit, ubi anno 1691. morti occubuit, & in publi-*
,, *co ejuſdem domus ſacello, donec in ſuam Cathedra-*
,, *lem deferretur, pro tempore depoſitus fuit Præſul*
,, *omnibus virtutibus ornatiſſimus: fuit enim valdè*
,, *humilis, placidus, familiaris, patiens, eleemoſy-*
,, *narius, juſtitiæ tenax. Statim illicò decidebat*
,, *decretaque ſubſcribebat, omnibus dilationibus*
,, *reſectis, ut lites citius expedirentur. Purpuram*
,, *etiam, quam bene meruerat, conſecutus fuiſſet,*
,, *niſi mors illum ſummo Pontifice Innocentio XII.*
,, *cui unicè charus, frui prohibuiſſet. In materia le-*
,, *gali duo Volumina Typis edita reliquit inſcripta.*
,, Diſſertationes Juris Selectæ, *Juriſconſultis adeò*
,, *acceptiſſimæ, ut & Neapoli, & Venetiis, & Lug-*
,, *duni recuſæ fuerint; præter alia manuſcripta*
,, *apud Hæredes.*

,, MICHAEL ANGELUS *Cotignola, Neapo-* XXIX.
,, *litanus, qui ei ſucceſſit, pietatem hauſerat una*
,, *cum litteris à Societate Jeſu in illius Collegio ma-*
,, *ximo, ubi in Sodalitio Presbyterorum ſub titulo*
,, *Aſſumptionis B. M. Virginis adſcriptus, repentè*
,, *talis Sacerdos evaſerat, qualem illa fervida inſti-*
,, *tuta ad Clerum efformandum unirè facta requi-*
,, *runt; quarè illi gratiſſimas, ut frequentiores eſſent*
,, *ipſius miſſiones per vicos, & Provincias Regni*
,, *Neapolitani, ac etiam extrà, ære ſuo ſemper*
,, *largiſſimè juvit pro itineribus, aliiſque neceſſariis*
,, *impendiis. Cardinalis Caracciolus cum jam eſſet*
,, *Cotignola in V. J. & in S. Theol. laureatus ſuæ Ca-*
,, *thedralis Canonicum, & Ordinandorum Congre-*
,, *gationis voluit à ſecretis; quæ quidem munera ma-*
,, *ximam, quam de eo conceperat Archiepiſcopus opi-*
,, *nionem, conteſtata ſunt. Omnes porrò ordinan-*
,, *dos, Parochorum electionem, examen Confeſſario-*
,, *rum in perampla Civitate, ac diœceſi Neapolita-*
,, *na uno nomine Ordinandorum illa cōplectitur Con-*
,, *gregatio. Cardinalis Pignatellus, qui poſtea Sum-*
,, *mus Pontifex Innocentius XII. illum aliis iiſdem*
,, *muniis exercuit, & præſertim Monialium difficil-*
,, *lima cura. Quod in ipſo quidem mirum, Ordinan-*
,, *dis, Parochis, Confeſſariis, Monialibus omnibus,*
,, *Canonicalis ſuæ dignitatis oneribus, Monaſterio*
,, *inſuper ſanctæ Mariæ de Splendore, & Collegio*
,, *Pauperum Jeſu Chriſti, quorum erat vigilantiſ-*
,, *ſimus Protector, uno, eodemque tempore adeò*
,, *proſpiciebat, ut unuſquiſque ſibi uni vacare ſolum-*
,, *modò crederet Cotignolam. Ætate demum vergen-*
,, *te Coadjutorem pro chori ſervitio ab Apoſtolica Se-*
,, *de in Canonicatu petiit, & obtinuit. Innocentius*
,, *intereà XII. Iſclanum Epiſcopum creavit, cujus*
,, *Eccleſiæ die 23. Aprilis 1692. per illius Canoni-*
,, *cum Ferdinandum Bergazzanum iniit poſſeſſio-*
,, *nem; ingreſſum verò fecit die 2. Junii ejuſdem an-*
,, *ni. Suas oves ad paſcua ſalutis perducere prima*
,, *illi cura fuit, quare non ſemel illuc è Neap. miſſio-*
,, *narios ſacerdotes activis, & ſuæ Sodalitatis ſub ti-*
,, *tulo aſſumptionis B. M. V. & illius S. Mariæ Reginæ*
,, *Apoſtolorum, quorum Evangelica prædicatione*
,, *ſuam omnem voluit diœceſim ſpiritualiter reno-*
,, *vatam. Ut Clerus ſuo juxi faceret ſatis, illum*
,, *præceſſit exemplo. Caſtus adeo fuit, ut num-*
,, *quam ex illius ore licet ætate jam gravis coram*
,, *uno è ſuis ab intimis Sacerdotibus vitæ profeſſione*
,, *conſpicuis, ac etiam ſenibus, qui de proprio Pa-*
,, *ſtore minimè poterant demirari, verbum ullum, aut*
,, *per jocum, aut per oſcitantiam, quod æquivocè im-*
,, *purum aliquid ſonare poterat, umquam exierit;*
,, *oculos nec in ultima ætate in mulierum vultus li-*
,, *ces aut turpium, aut vetularum umquam diver-*
,, *terit. Patiens admodum, ut numquam queſtus*
,, *fuerit, ſi quid ſibi ſiniſtri accidiſſet. Pater paupe-*
,, *rum, ut non modò ſuæ Eccleſiæ cenſum, ſed ſuum,*
,, *quod valde dives, patrimonium cum pauperibus*
,, *commune fecerit; in ſancta viſitatione Parochis*
,, *æs, quod vocant, poſtulationum reſtituerit, ut in*
,, *bonum ſuarum Parœciarum converterent. Uno*
,, *denique nomine ſanctus adeo, ut cum per inſu-*
,, *lam vox percrebruiſſet, ſe velle Epiſcopatui pro-*
,, *pter ætatem cedere, ſui omnes diœceſani, ipſæ*
,, *puellæ ſolutis crinibus veluti ſupplicatione indi-*
,, *cta ad illum proceſſerunt, cum fletu etiam rogan-*
,, *tes, ut à tali ſententia recederet, quæ amoris,*
,, *ac doloris æque ſignificatio ex oculis humaniſſimi*
,, *Præſulis etiam lachrymas elicuit. Salutaria*

ſem-

A *ſemper edicta ſancivit, ſtatis temporibus ſuis Canonicis onus recitandi horas divini officii in ſua Cathedrali confirmavit, locum illis à Manſionariis, ſive Hebdomadariis diſtinxit, & ut creſceret miniſtrorum Eccleſiæ numerus, alios reddĭtus è ſuo proprio aſſignavit patrimonio, novas, ut vocant, Hebdomadas conſtituendo, quas voluit de jure Patronatus ſuorum Canonicorum. Cathedrale Templum reſtauravit, opere tectorio, ac picturis celeberrimi Pauli de Mattheis exornavit, ſacraque ſupellectili, non modò pro Epiſcoporum, ſed etiam reliquorum Sacerdotum uſu ditavit, pulcherrimum pro Epiſcopo Tronum voluit concinnatum, Epiſcopalem domum refecit, & ampliavit. Pro Coronide tantorum operum in ſua Eccleſia humillimus Præſul illud tantum Domini inciſum voluit,* ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. *Sereniſſimo Principi Vaudemontio, qui illuc Balneorum cauſa venerat, illico viſitationis* B *præſtitit officium, à quo, cum fama ſuæ inſignis probitatis in dies magis, ac ſemper magis excreſceret, ſingulari obſequii nota fuit exceptus; imò coactus fuit, fruſtrà ſua reluctante humilitate, à propriis manibus piiſſimi Herois, qui ei omnino voluit exhibere, varoiater vicos Principes exemplo, Cocolatis potum accipere.*

Cum per ſex annos, ac menſes Iſclanam rexiſſet Eccleſiam, tanto ſe deinceps oneri imparem omninò dignoſcens, illam, ut ſe proximæ morti compararet, in manus Pontificis reſignavit, & anno 1698. Neapolim remigravit, ac laudabilem uſum inviſendi quotidie iconem B. M. V. quæ continuis ſcatet in illa Civitate prodigiis in Eccleſia, quæ vulgò S. Maria dell'ajuto alli Coltrari, *reſumpſit. Devotiſſimus etiam fuit imaginis B. Mariæ à principio in Conſtantiniana S. Reſtitutæ Baſilica, in qua aram maximam vetuſtate jam ſacro imparem miniſterio proprio impendio, opere perpolito refecerat, & licet nec ſuæ domus inſignia,* C *nec aliquam inſcriptionem apponi expreſsè voluerit, gratiſſimum ſuo olim Collegæ Neapolitanum* Canonicorum *Collegium, & inſignia, & hanc voluit incidi epigraphen.*

D. O. M.

Michaeli Angelo Cotignolæ Epiſcopo Iſclano
Prius Eccleſiæ hujus Can. Primo Presbytero
Cardinali
Quod Altare hoc ſuo ſumptu reſtauraverit
Capitulum Neapolitanum ex gratitudine
P. A. D. MDCXCVII.

*Plenus tandem dierum, ac meritorum die 28. Martii 1702. temporalem cum æterna vita commutavit, uno ſibi in illis ampliſſimis, de quibus liberè teſtari poterat, facultatibus, ſuum parentem imitatus, hærede relicto, cui uni ſemper inſervierat, Jeſu Chriſto in illius pauperibus, qui Jeſu Chriſti ſacerdotis nomine diſtinguuntur, in quorum Colle*D*gio hæc extat inſcriptio.*

Petro Paolo Cotignolæ
Quod ex ſupremis tabulis opulentam
hæreditatem
Collegio pauperum Jeſu Chriſti reliquerit
ea lege irrogata, ut quaterna ſacra
in die hoc in templo operarentur,
& D. Michaeli Angelo Theologo
Eccleſiæ Neapolitanæ Canonico
Inarimenſium Epiſcopo,
Sodalium Protectori,
ac D. Franciſco Sacerdoti
Protonot. Apoſtolico
Petri Pauli Filiis,
quod alter majorem interioris
domus partem
ære ſuo conſtruxerit,
alter donatione inter vivos

A Sodalitium auxerit
Uterque ultima liberalitatis indicia
In eoſdem Alumnos contulerit,
Collegium
Parenti, natiſque optimis
Pro unanimi erga ſe Beneficentia
Hoc grati animi Monumentum
P.

Altera etiam legitur inſcriptio in laudata Eccleſia S. Mariæ, in qua ſuum corpus humatum voluit.

D. Michael Angelus Cotignola S. T. D.
Capituli Neapolitani Canonicus Cardinalis
Primus presbyter Neapolitanus,
Innocentii XII. nuper Archiep. Monialibus
regendis Vicarius,
Nunc Epiſcopus Aenariæ,
& D. Franciſcus Antonius fratres
B Immortalitati ſpem mortalibus
exuviis auſpicaturi
Magnæ Dei Matri Auxiliatrici
ſe, cineresque ſuos viventes dicarunt,
Ut Aræ, ad quam nunc excubant,
poſt obitum accubent:
Ne quos Amor diù junxit,
Tumulus dividat,
Lapidem hunc vitæ ſuæ Ducem
Poſteris Teſtem
Anno Domini MDCXCI. P.P.

Hanc etiam illi in Iſclana Cathedrali poſuit illius ſucceſſor.

Michael Angelus Cotignola
Sacræ Theologiæ Doctor
Iſclanus Antiſtes
Sponſam hanc ſuam
Incomptam ſpecie
C Vetuſtate ruentem
Aere proprio
Decore eximio, forma præclara
quæ patent
Vividæ juventuti reſtituit
Anno reparatæ ſalutis MDCXCIV.
Præſules poſteri
Exemplum habetis
Ut quemadmodum ipſe fecit
Ita & Vos faciatis.

Et alteram etiam illi locavit in parte interiori Epiſcopalis domus.

Michael Angelus Cotignola S. T. D.
Epiſcopus Iſclanus
A' fundamentis reſtauravit
A. D. MDCXCIV.

*Super omnia autem, quæ verè maxima, contulit Michael Angelus ſuæ ſponſæ beneficia, illud pri*D*mum, quod illi Præſulem dederit, de quo nunc loquemur, omnibus virtutis numeris abſolutiſſimum, & verè ipſe dedit, quia ipſe ſummo illum Pontifici Innocentio XII. propoſuit, qui licet aliquin meritiſſimum, ſibiq; notum, digniſſimum tamen habuit quia Cotignolæ judicio comprobatum. Fuit hic* XXX
LUCAS *Trapani, Neapolitanus, Antonii filius, qui Philoſophiam, ac Theologiam in Collegio Maximo S. Jeſu, utrumque Jus à Franciſco Verde poſteà Epiſcopo Vici æquenſis, de quo ſuo loco, perdidicit. Clericali militiæ adſcriptus nomen dedit Sodalitio Presbyterorum ſub titulo Puritatis B. M. Virginis, quod Vener. Pater Antonius Torres Congregationis Piorum operariorum inſtituerat, & illi deinde Apoſtolicarum miſſionum in Neapolitana æde Cathedrali, pro quo ſuis Congregatis lectiones Moralis, & Polemicæ Theologiæ feria 2. plures fecit. Cardinalis Caracciolus catecheſim ſuis familiaribus explicandam illi aſſignavit, cui expli*

cationi ipſe etiam Em. Princeps maximo ſuo animi oblectamento perſæpe intereeat. Cum in utroque jure, & in divinitate jam Doctor, imò in Theologorum Neapolitano Collegio Magiſter licet juvenis renunciatus fuiſſet, ipſum viri quidem doctiſſimi conſulebant, cum nullus ferè eſſet moralis ſcientiæ liber, quem ipſe præ manibus non habuiſſet. In Academia caſuum conſcientiæ, quæ qualibet feria VI. coram ipſo Em. Archiepiſcopo in templo principe cogitur, ſemper Lucam nova dubia proponentē, fervideque arguentem cuncti demirabantur. Epiſcopus tandem Iſclanus ſuæ Eccleſiæ poſſeſſionem iniit die 9. Febr. 1699. & mox pro reformatione morum edictum promulgavit omnem in ſe continens ſacrorum Canonum diſciplinam; juvenes illicò ob Magiſtrorum in illa inſula defectum, donec aliter conſulere permitteretur, Neapolim amandabat commendatitiis Epiſtolis ad PP. Societatis Jeſu, ut ab ipſis pietatem, doctrinamque condiſcerent, & de ſingulorum in utraque paleſtra progreſſibus ſemper certior fieri volebat, adeò felici eventu, ut non modò in ipſa urbe, ſed in ipſis vicis publicè nunc ipſi Iſclani, Philoſophiam, Theologiam, utrumque jus e Cathedra perdoceant. Publicas etiam Academias in ſua diœceſi adaperuit, in quibus non ſolum qui jam erant, & qui eſſe cupiebant Sacerdotes, ſed ipſi etiam Laici ſeſe exercebant gaudentes & ipſi etiam coram doctiſſimo Præſule aliqua ſcientiæ luce comparere ſubluſtres. Continuæ vel Philoſophicæ, vel Theologicæ Theſes, exercitia ſpiritualia, Sacramentiorum frequentia, puritas morum, ſervitium in divinis, ſufficientia Patrimonii, publica exemplaritas erant illæ conditiones, ſine quibus omnibus ullatenus aliquis ſperare ab ipſo poterat manuum impoſitionem. Ipſe autem omnes præibat exemplo, quippè in omnibus illis litterariis exercitationibus ſemper ipſe intererat, ſæpè ſæpiùs & ipſe novas quæſtiones proponebat, difficultateſque mira facilitate ſolvebat, præmia merentibus etiam publicè laudatis, ut æmulationem foveret, publicè largiebatur. Non modò ad ſuum Clerum frequentiſſimas habebat conciones, ſed etiam ad populum, à quo avidiſſimè audiebatur etiam diebus non feriatis, ſed parum erat concionari, niſi quod verbo, opere etiam exequeretur. In quodam vico ſuæ Diœceſis inſinuans illi turbæ ultionum tenaci remiſſionem injuriarum, ea qua præditus erat eloquentia, & gratia dicendi, ſuggeſtu relicto in eadem Eccleſia coram omni populo, publicè ultimo Clerico oſculatus eſt pedes. Interfuit ut ſuffraganeus Concilio Neapolitano Provinciali ſub Cardinali Cantelmo, à quo, & ab illius ſacri conſeſſus Patribus ob ſingularem ejus doctrinam ſummo loco habitus fuit. Multas etiam illi cauſas canonizationis Servorum Dei, & præcipuè illam Venerab. P. Franciſci Caraccioli Clericorum Regularium Minorum Fundatoris S. Romana Sedes delegavit. Anno 1716. die 31. Maji admirabilem illam Synodum Diœceſanam promulgavit, quam Typis etiam publici juris fecit, dignam quidem, quæ in omnibus peregrinis Bibliothecis ob Catholicam Catecheſin, Eccleſiaſticam diſciplinam, plenamque Sacrorum omnium ſcientiam aſſervetur. Non modò ſpirituali ſuæ ſponſæ, ſed etiam materiali bono conſuluit; naves laterales ſuæ Cathedralis Eccleſiæ opere tectorio, ac perpolito exornavit, quod per renunciationem ſuus prædeceſſor non potuerat; ſacrarium nobiliter refecit, Epiſcopalē domum cubiculorum ſitu immutato, aliiſque de novo pro exterorum hoſpitio additis, ſcalis benè diſpoſitis, explicatis areis, commodiorem, & elegantiorem reddidit. Menſæ Epiſcopalis redditus mirè auxit: ipſa nemora aratrum perpeti voluit, quæ omnia opera, ſua rara modeſtia coronavit, quippè nullum ad poſteritatis memoriam de ſe loquentem voluit extare lapidem cuncta ſuo Anteceſſori attribuens in duabus illis inſcriptionibus in majori Eccleſia, & in Epiſcopali domo jam ſuprà relatis. Incæpit quidem Cerignola, multa molitus & maxima, ſed non omnia ob brevitatem temporis complere potuit, quæ Trapani illius premens veſtigia largo etiam impendio, & meliori quoque forma perfecit. Multa denique pro ſuæ ſponſæ juribus perpeſſus, quando meditantem ſuæ Eccleſiæ pavimentum marmoreum reddere, ut illud Neapolitanæ Ædis Principis, ad Tricaricenſem tranſtulit die 24. Januarii 1718. regnans feliciter Clemens XI.

JO: MARIA *Capycius-Latro è Siani Ducibus Patritius Neapolitanus in ſedili, quod dicunt Capuanæ, à ſua prima adoleſcentia Congregationi Sommaſchæ nomen dedit, à qua pietatem cum ſeverioribus hauſit diſciplinis. Philoſophiam docuit Romæ in Collegio Clementino, Neapoli Rector fuit illius, quod vocant Macedoniorum propter littus maris ad D. Luciæ. Epiſcopus Iſclanus renunciatus 11. Februarii 1718. poſſeſſionem iniit ſuæ Eccleſiæ die 28. Menſ. Martii ejuſdem Anni. Oves ſibi creditas optimus Paſtor benè regit, ita ut omnes illi verè diuturnam apprecentur ætatem.)* XXXI.

N O L A N I
EPISCOPI.



NOLA Picentinorum Urbs antiquiſſima, à Veſuvio quinque millia paſſuum, à Neapoli duodecim in Ortum hibernum abeſt, eodem in agro, eiſdemque ſedibus jacet, quibus olim condita extiterat, non flumine, non mari ſepta, cujus campi, teſte Livio, nec lapides ullos habent, neque flumine irrigantur, nomen retinens vetuſtum, Romanorum quondam Colonia, & municipium, quam ſic patefaciunt lapides apud Capaccium.

IMP. CÆS. C. VALERIO
DIOCLETIANO
PIO. FEL. AUG. COL. FEL.
AUG. NOLA.

& alius

L. LICINIO I. F. SER. VALENTI
PATRONO
MUNICIPI CURAT. NOLANORUM
S. P. Q. NOLANUS. D. D.

Hoc tempore haud juſtam magnitudinem excedit, longè ab illa diſpar, quam olim Romani ſuæ fortunæ ſociam habuerunt. Teſtes ejus magnitudinis ſunt templorum, Amphitheatrorum, murorumque ruinæ, & veterum inſcriptionum fragmenta, quæ multis in locis pagorum & civitatis eruta paſſim jacent, & quæ Nolanæ amplitudinis claritatem oſtentant, *cum nullam*, inquit Capaccius, *Campaniæ urbem antiquis monumentis ditiorem inſpiciamus*. A Tyria conditam fuiſſe ſcribit Solinus, Leander à Gepidis, Trogus inter Colonias Chalcidenſium commemorat, idemque Silius lib. 12.

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.
Campo Nola ſedet crebris circumdata in orbem
Turribus, & celſo facilem tutatur adiri
Planitiem vallo, &c.

A Et Juſtinus lib. 20. *Jam Phaliſci Japygis, Nolani, &c. nonne Caleidenſium coloni ſunt?* Hic Auguſtus Cæſar mortuus eſt ætatis ſuæ 76. ubi & Pater ejus, eidemque Tiberius Imp. templum condidit & dedicavit. De ejus origine & incremento familiis, rebuſque conſpicuis pulchrum ſcripſit opuſculum Ambroſius Leo Ejus meminere Ptolomæus, Diodorus, Strabo, Polybius, aliique veteres Scriptores, quam amicam Romæ dicit D. Paulinus in S. Felicis Natalis tertio. Sed maximè eam commendat, cum agens de concurſu populorum ad tumulum S. Felicis, ſic loquitur.

Urbes innumeras una miramur in Urbe,
O felix Felice tuo tibi Præſule Nola,
Inclyta cive ſacro cæleſti firma patrono
Poſt quæ ipſam titulos Romam ſortita ſecundos.

Quod ſi Maurorom, Vvandalorumque aliquando injuria interierit; nihil tamen aliarum finitimarum B Civitatum in Campania cedit. Illam variis ædificiis illuſtrarunt Nicola, Pyrrhus, Raymundus, cæterique ex Urſina Romanorum nobiliſſima familia Nolani Comites, quandiu eam ſunt dominati; nunc Regia Civitas eſt, ubique & ſemper Catholicis Regibus fideliſſima: ex ea viri toga, & ſago illuſtres prodierunt, quorum meminit idem Ambroſius Leo. Fidem Chriſti jam inde ab Apoſtolorum temporibus amplexa eſt, vel ab ipſo Petro Apoſtolorum Principe, vel ab ejus diſcipulis, dum in Campania provincia, finitimiſque civitatibus Evangelium diſſeminarent, quamvis altiores radices egerit Felice Secundo Nolanorum Apoſtolo, invicto Martyre, Sanctoque Epiſcopo prædicante, cujus Sancti corpus in crypta Cathedralis honorificè conditum jacet, tanquam Patroni, Divique tutelaris veneratur. Primi illi Chriſti fideles S. Petro Apoſtolo in grati animi monumentum Eccleſiam in ejus honorem haud longè à mœnibus condiderunt, cujus adhuc veſtigia extant. Baſilicam verò C Cathedralem cœperunt ædificare eo in loco, ubi S. Felix primus eorum Epiſcopus poſt conſummatum martyrium ſepultus fuit; hanc non ſemel auctam, ac vetuſtate fatiſcentem à fundamentis magnificè, ac piè Raymundus, & Urſus Urſini Nolanorum Comites reædificarunt, quam poſt multos annos miſerabili caſu collapſam Fabritius Gallus æterna dignus memoria Epiſcopus reſtituit, forma, & amplitudine pro loci conditione & populi numero, inſtrumentiſq; ad ſacrorum majeſtatem neceſſariis inſtruxit, Beatiſſimæq; Virgini Aſſumptæ, Stephano antea Prothomartyri, antiquioribus temporibus, Virgini, Felici, & Paulino dicatam conſecravit. Sacris in ea miniſtrant Canonici 20. Ex iis dignitate quatuor eminent, („*Decanus*,) Archidiaconus, Theſaurarius, & Caotor, („*qui trium Canonicorum ope ſuffultas animarum curam exercet.*) Plures Capellani, & alii minorum gentium Clerici divinum opus perurgent. In ea præter S. Felicis Epiſcopi, aliorumque ejuſdem Sanctorum ſucceſſorum ſacras exuvias, plures Sanctorum reliquiæ decentiſſimè aſſer- D vantur, è quibus ſummo honore habetur Crux illa precioſa ex fruſtulis compacta Sacratiſſimæ Crucis, in qua Salvator noſter pependit, quam Melania nobiliſſima Virgo ex dono Joannis Hieroſolymorum Epiſcopi S. Paulino detulit, ut ipſemet teſtatur ad Severum. *Quod bonum*, inquit, *nobis benedicta Melania à Hieraſalem munere S. inde Epiſcopi Joannis attulit*; & alibi in epigrammate.

Hic pietas, hic alma fides, hic gloria Chriſti,
Hic eſt martyribus Crux ſociata tuis.
Nam Crucis è ligno magnū brevis baſtula pignus,
Totaque in exiguo ſegmine vis Crucis eſt.
Hoc Melaniæ delatum munere donum
Summum Jeroſolymæ venit ab urbe bonum.
Sancta Deo geminum velant altaria honorem
Cum Cruce Apoſtolicos quæ ſociant cineres.
Quàm benè junguntur ligno Crucis oſſa piorum,
A *Pro Cruce ut occiſis in Cruce ſit requies.*

Ex Baſilica S. Felicis Confeſſoris in Nolano Cœmeterio, ubi Paulinus cum tot Sanctorum reliquiis collocaverat, in Cathedralem ad majorem Urbis decorem hæc Crux tranſlata eſt. Præclara effecta eſt Nola, tum ſacrarum rerum religione, tum Sanctorum Martyrum cruore, ut ferè totus ager ſanguine redundet. Quamobrem meritò idem Paulinus tertio S. Felicis Natali ſcripſit.

Tu quoque poſt Urbem titulos ſortita ſecundos,
Nam prius imperio tantùm, & victricibus armis,
Nunc & Apoſtolicis terrarum, & prima ſepulchris.

Mille paſſuum Nola, inquit Capaccius, Cœmeterium diſtat (corruptoque vocabulo Cemitinum pagum appellant) in quo profectò Martyrum theſaurus reconditur. Ibi Tyrannorum Præſides incoluiſſe, ibi tot Chriſtianorum ſanguinem effuſum B memoria hominum proditum eſt. Supplicii locum oſtentant carceres obſcuri, & tetri locorum ambages, columnæ, quibus innoxii fortaſſe fideles illigabantur, puteuſque marmoreo lapide opertus, quem ſanguine adhuc eſſe repletum, multorum miraculorum teſtimonio, plerique affirmant. Undique templum venerandam redolet antiquitatem, undique lapides, urnæ, ſepulchra in admirationem adducunt, multaque indè aliò tranſlata Sanctorum corpora fuiſſe crederem. Sunt etiam lapidea fragmenta, quorum alii meminere. Hanc D. Felicis Cœmeterii Baſilicam Paulinus magnificentius extruxit, quam olim Damaſus Papa exædificaverat, illamque Sanctorum Martyrum reliquiis Vitalis, Agricolæ, Proculi, Euphemiæ & Nazarii ornavit, quas dum Mediolani eſſet, à Beatiſſimo Ambroſio Epiſcopo acceperat, ut ipſemet teſtatur.

Hic ſocii virtute fide, virtute corona,
Martyrio Agricola, & Proculo, Vitalis adhærens,
C *Et quæ Chalcidicis Euphemia Martyr in oris,*
Hic eſt Nazarius Martyr, quem munere fido
Nobilis Ambroſii ſub ſtrata mente recepi,
Culmina Felicis dignatur & ipſe cahoſpes.

In eadem Baſilica requieſcunt Sanctorum Epiſcoporum corpora Felicis & Paulini Juniorum, & Aureliani, Sanctorumque Martyrom Reparati Diaconi, & Fauſtilli, Eutychii & Acacii Civium Nolanorum, qui cum S. Januario Puteolis pro Chriſto ſanguinem fuderunt, quorum acta deſiderantur. Forte etiam ibi requieſcunt corpora Sanctorum Martyrum Felicis longe diverſi ab hujus nominis alio, cum Julia & Jocunda, quorum meminit Martyrolog. Rom. 27. Julii. Hunc locum celeberrimum hoc honore decoravit Franciſcus Albertinus Archidiaconus, & Cœmeterii Præfectus.

Siſte gradum, quamvis properes, en ſiſte viator,
Te cogat pietas, relligioque loci.
D *Ingredere, & cineri manibus da lilia plenis,*
Quemque Auguſtinus, Paulinus, Bedaque libris
Concelebrant flexo tu venerare genu.
Ingredere, at mundo corde, & ſimul excute plantas
Sanctorum quando corpora mille premas.

Franciſcus Albert. Archidiac. & Cœmit. Præp. ne tranſiens tam ſacra loca non honoraſſes, hoc volebam neſcius ne eſſes. Vale viator.

Cæterùm Nola templa habet Divæ Mariæ Annunciatæ, Sancti Joannis Baptiſtæ, s. Salvatoris, s. Spiritus, s. Paulini, s. Felicis, s. Claræ, s. Franciſci. In majori Baſilica ſacellum eſt ſubterraneum, nec non in Baſilica Apoſtolorum ad multos pedes depreſſa in humum. Sacellum etiam infernum D. Felici ſubterraneum ſpectatur. Cœnobium ſancti Franciſci, atque Claræ, & Collegium Virginum

Quinque ſunt intra, & totidem extra mœnia Regularium cœnobia, ſanctimonialium quatuor, & duo Conſervatoria.

con-

condidit Nicolaus Urſinus Pyrrhi pater, urbis Nolanæ reſtaurator egregius, Raymundus Urſinus Salerni Princeps, & Nolæ Comes extra urbem, Cœnobium S. Angeli de Parco pro Fratribus Ord. Minorum Obſervantium extruxit. Cumulat autem, vel tuetur eam Nolę felicitatem Societatis Jeſu nuper conditum Collegium, quòd illic Nolana juventus ad ſanctiores mores, diſciplinaſque præclariores inſtituatur. Parochiales Eccleſiæ intra civitatem & extra multæ numerantur; plures verò laicorum Fraternitates, Seminarium puerorum optimè inſtitutum, nec deſunt hoſpitalia pro peregrinis, & ægrotis, aliaque pia loca, & oratoria. Diœceſis Nolana ſatis ampla eſt, pagos, & villas permultas continens. Epiſcopalem dignitatem Nolæ fuiſſe inſtitutam ab ipſis Apoſtolorum temporibus ex eo arbitrantur, quod tunc temporis in ea ad quinquaginta millia *a* alerentur mortales, & proprium haberent Flaminem ad ſacra profanis Idolis peragenda: vora vis tamen priſcorum Epiſcoporum memoriam invidioſa vetuſtas. Felix primus occurrit ex iis, qui ad poſteros perennarunt, qui ſuo ſanguine anno Chriſti 259. Nolanam ſacravit Eccleſiam, poſt hunc qui ſucceſſerunt, duodecim Sancti recenſentur Epiſcopi, quibus præclariſſimo decori habetur Paulinus Paſtor egregius. Nolanus Præſul a prima fundatione inter Epiſcopos Campanię numeratus eſt, Romano Pontifici ſubjectus, donec Salernitano primùm, mox Neapolitano Archiepiſcopo paulo ante Alexandri III. Pontificatum juſſus eſt ſuffragari, hodieque anam Neapolitanam Metropolim immediatè reveretur, & colit. Illum in Nolana urbe proprios habuiſſe vaſſallos habemus ex regio regeſt. Neapolitano Caroli II. Illuſtris Regis ad annum 1301. Satis dives Epiſcopalis menſa, („ *attingens annui redditus* 3000. *ducat.*) cujus cenſus in lib. Cameræ Apoſtolicæ taxatur ad florenos 400. Cæterum qua conſuetudine quolibet anno Nolani ſuum venerari Antiſtitem conſueverint, idem Ambroſius Leo deſcripſit, lib 3. cap. 11. quæ cum ſcitu digniſſima ſint, & lepida, antequam Nolanorum Epiſcoporum ſeriem enarrare incipiamus, libuit hic attexere. (*Antiquus* (inquit) *mos Nolæ increbuit is; Septimo enim quoque Kal. Majas omnes Sacerdotes, Epiſcopales, quos presbyteros vocant, tam qui in urbe, quam qui in conterminis oppidis immorantur, ad urbem, Epiſcopumque ſe conferunt. Verumtamen non licet Clericis urbem intrare, niſi coronatis, atque ordine canentibus cum pluſculis tibicinibus. Cantus ſunt Dei, ac Sanctorum hymni, corollæ vero contextæ ſunt è roſis, floribuſque citreis, aliiſque, ſi quos pulcherrimos ea dies producere ſolet, manu quoque ferentibus faſciculos roſarum affabrè contextos, ac aptè diſtinctos: eo itaque modo honorati Sacerdotes urbem, templumque Epiſcopi ingrediuntur, ſingulæ verò turmæ eorum à ſingulis oppidis adventantes. Deinde ubi omnes in choro congregati ſunt, ſingulatim vocantur ad Epiſcopum. Is verò tum ſedet in ſolio quodam alto, quod ſitum eſt ſub parva teſtudine; teſtudo autem hæc inter majorem cellam, atque minorem lævam erecta eſt à duabus columellis, atq; pariete tribus arcubus parvis interjacentibus, ſuſtentatur quoque per ſolia atque imagines quaſdam faſtigiatur. Sed hoc ſolium, quod in Cella majore eſſe deberet, expoſitum eſt eo pacto, quo dictum eſt. Vocatur igitur Sacerdos de ordine, ac turma ſua ſolus ab æde ad Cellam, & à Choro ad Epiſcopum accedit coronatus, atque floribus redimitus, deindè ſolium aſcendit, ac genuflexo, extractaque capiti corolla Epiſcopum veneratur, corollamque, ac faſciculos florum omnes illi largitur, & exoſculata Præſulis manu accedit ad ſuos; atque eodem modo cæterorum ſinguli vocati accedunt, floridaque munuſcula ferentes donant. Epiſcopus verò ubi pluſculæ corollæ fuerint collectæ, dono eas mittit ad primarias urbis matronas. Populus enim omnis ad hunc veluti triumphum ſpectandum collectus eſt. Inter hoſce verò Sacerdotes unus à Stabiis mittitur, qui agnum bajulo portante conducit, agnus eſt magnus, candiduſque, atq; cum cornibus auratis, quem ille dono ad Præſulem ducit, ut alii ſerta, roſaſque largiantur: facto itaque eo pacto cenſu Sacerdotum, communi omnium eorum cantu ſacræ rogationes ſiuntur, domumq; cuncti ſuam hilares revertuntur. Ea res, atque Clericorum quaſi cenſus uſum baſilicæ antiquum auctoritatemque oſtendit. Prætor enim tum in cella alto loco ſedens jura dicebat populo collecto in æde Nolanorum quoque antiquum imperium in circumpoſita oppida, quod ſuperius monſtratum eſt, teſtatur. Quin etiam cęremonias quaſdam Jovis indicare videntur, quas Nolæ in templo ejus contermini populi quotannis factitabant; in quibus agnus albus cum auratis cornibus à Stabianis mactabatur; auratum enim agnum Jovi mactari cecinit Apollonius Rhodius in Secundo Argonauticorum ab iis, quibus in profugiendo Juppiter præfuiſſet. Proindè videre licet quoque ex iis Nolanum Epiſcopium non modo templum, atque celeberrimum Jovis extitiſſe, ſed etiam Jovis Profugii, atque Fœderici. Stabianoſque aliquando profugiſſe ad Nolanos, atque Nolanis deditos fędus deditionis percuſſiſſe. Nam apud Homerum 3. Iliados à Menelao, Græciſque Ducibus Jovi mactatur agnus albus, qui Servatores fœderum juvaret, malè contra puniret eorum tranſgreſſores, atque ruptores. Roſarum autem, atque florum ſerta, faſciculi & glomi lætitiam, ac hilaritatem ubique teſtari volunt, flores enim ſunt veluti gaudia, ac lætitiæ ſtirpium: ſunt enim apertiores pulcherrimæ, atque gratiſſimæ. At vero qui ad dominum, Præſulemque ſuum veneraturi accedunt, omnes primum benignos, hilares, lætoſque eſſe, atque gaudia animi præferre decet: quamobrem ad illud maximum judicium Paridis legitur iſſe Venus non ſolum Gratiis redimita, ſed etiam roſas manu ferens: ob quas tam læta, grataque viſa eſt Judici, ut pro roſis palmam reportarit. Severitas contra, atque triſtitia, & ſuperciliorum corrugatio, item vacuæ manus, & inhonoratum caput quandam animi averſionem, atque detentationem oſtendit & arguit, quæ res quamplurimum ab officio venerationis reputatur aliena.* Hæc Leo. Sed & nolæ, quæ minores campanæ dicuntur, à Nola nomen accepiſſe innuit Durandus in Rationali. Campanæ ſunt vaſa ænea in Nola civitate Campaniæ primò inventa: majora itaque vaſa campanæ à Campania regione: minora verò Nolæ à Nola civitate dicuntur. Porrò hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem, quam hic ſubjectam modo damus ex variis ſcripturis, auctoribuſque eruimus, pleniorem daturi, ſi nobis monumenta ſuppeditaſſent.

1 S. FELIX ſenior Nolanus, ejuſdemque Civitatis primus Epiſcopus. Hic à decimo quinto uæ ætatis anno miraculorum gloria claruit, ſuaque prædicatione quamplures ad fidem convertit. Sed illud in primis mirabile viſum eſt, cum tentus ab Archelao urbis Nolanæ Præfecto, ductus ad Apollinis templum, ut Idolis ſacrificaret, ſolo Crucis ſigno templum cum Idolis dejecit, evolvitque in terræ voraginem, quamobrem Archelaus ad Chriſti fidem traductus, ſacro ab ipſo fonte regeneratus eſt, totamque ferè Nolam tum Felix Evangelio imbuit, & a fidelibus Epiſcopus acclamatus eſt circa annum ſalutis 254. (1) ætatis cum eſſet annorum 23. Sedit plus minus annis quinque, & in perſecutione Valeriani Imp. ſub Marciano Præſide variis exagitatus ſuppliciis cum aliis triginta ſociis capite truncatus palmam ſumpſit martyrii die 15. Novemb. anno 259. cujus corpus Elpidius Presbyter natione Græcus in profundo puteo abſcondit, ſupra quo poſt redditam pacem Eccleſiæ Nolani ædiculam exædificarunt, quam deinde cum in Cathedralem excitaſſent, ſub crypta ejuſdem, in loco, quo nunc ſumma veneratione colitur, recondiderunt, à quo ſacrato corpore manna emanare dicunt. Ejus Acta confuſa videntur a Petro de Natalibus, I.

a Nunc 3000. circiter.

(1) Ad antiquiora tempora hujus Sancti Felicis, & quatuor ejus ſucceſſorum ætatem trahendam eſſe optimè colligit doctiſſimus Muratorius in tomo 1. Anecdot. diſſert. XIV. ex 1. Felicis Presbyteri Maximo, & Quinto convi ætate, quem ſæculo Chriſti ſecundo vixiſſe ex s. Paulini verbis conjicit; vide citatam præclariſſimi Auctoris diſſertationem.

cum actis alterius Felicis: longè etiam hic alius ab illo Felice, cui in Pincis nomen fecere, quem Paulinus tot Natalibus celebravit, cujus ſolemne feſtum intercurrit decima quarta die Januarii. Quatuor alii Felices ſanctitate conſpicui Nolæ floruerunt, Felix namque, qui cum Julia, & Jocunda martyre evolavit ad Cœlum die 27. Julii, Felix confeſſor, alius Tabalocenſis Epiſcopus in Africa, qui Nolæ in Diocletiani, & Maximiani Imper. perſecutione paſſus eſt die 16. Januarii; & Felix alter junior Epiſcopus depoſitus 6. Idus Febr. de quibus infra. De Felice verò primo agunt Beda, Ado, Uſuardus & Roman. Martyrolog. A

II. 2 S. CALIONIUS ſucceſſit Felici, qui pro Chriſto ſanguinem fudit, cujus tamen acta non habemus; extat in oppido, ſeu Terra Marignanellæ Nolanæ Diœceſis Eccleſia S. Calionio dedicata.

III. 3 S. AURELIANUS immediatè Calionio ſucceſſit. Eximiæ ſanctitatis Antiſtes pro Chriſto martyrio coronatur poſt ſuæ præfecturæ annos 38. ut in vetuſto lapide Nolani Cœmeterii legebatur. B

† DPS SANCT. MAR.
DNI AURELIANI. EPISC.
IN PACE P. † M. LXXX.
SEDIT ANN. XXXVIII.

IV. 4 S. MAXIMUS *a* præceſſoris Aureliani ſanctimoniam vitæ propius æmulatus eſt, ac is ille fuit, qui in Diocletiani. & Maximiani perſecutione una cum S. Felice Presbytero fideles conſtabilivit in fide, ſed recrudeſcente perſecutione annis gravatus, cum ſe perſecutorum tormenta ferre poſſe deſperaret, in ſolitudinem ſeceſſit, quem S. Felix Presbyter, ejus diſcipulus variis incommodis attritum exanimi ſimilem invenit, eundemque uva miraculosè inventa refocillavit, & humeris ſublatum fœminæ cuidam ſanctæ commendavit. Miteſcente inde perſecutione ad Epiſcopatum ſuum rediens gregi ſuo bene paſcendo aliquandiù operam dedit, donec ætate gravis 7. Id. Feb ad cœleſtem gloriam evolavit, in Cœmeterio Nolano ſepultus. De quo agit S. Paulinus in Natali S. Felicis quarto & quinto. Beda etiam pluribus in vita ejuſdem S. Felicis, & Marcellus presbyter, de quo item Martyrol. Rom. 15. Januarii; feſtus tamen dies Nolæ agitur 7. Febr. C

a De hoc Acta 10. Febr. tom. 2. p. 19.

V. 5 S. QUINTUS Maximi diſcipulus eo defuncto à Nolanis Epiſcopus eligitur, qui S. Felicem presbyterum poſtulabant, ille ut Quintum ſeniorem eligerent, humiliter perſuaſit. Hinc Paulinus in quinto Natali Felicis.

Functus erat, largam perfunctus Epiſcopus ævum
Maximus, & munus doctus paſtoris agebat,
Felicis nomen totum balabat ovile,
Quem Confeſſoris redimibat adorea Christo;
Quemq; ſalutiferum ſpondebat lingua magiſtrum,
Vitaque doctrinæ concors; ſed ut hoc quoque palmam
Juſtitiæ ferret, meritum ſublime quieto
Corde premens, velut indignus, non audet honore D
Creſcere, teſtaturque ſeni magè debita Quinto;
Quod prior ille gradum ſocii meruiſſet honoris
Presbyter; hæc ſeptem diſtabat ſumma diebus.
Ergo ſub hoc etiam Felix antiſtite vivit
Presbyter & crevit meritis, qui creſcere Sede
Noluit: ipſe illum tanquam minor omnia Quintus
Obſervabat, & os linguam Felicis habebat.
Ille gregem officio, Felix ſermone regebat.

b Seculo Chriſti ſecundo.

Floruit Quintus florente Felice circa annum Domini 320. *b* & poſt multos labores in pace quievit. In Montis Virginis Eccleſiæ, teſte Capaccio, conſecratione inter alias reliquias S. Quinti Nolani Epiſcopi Lipſana adfuere, eodemque quoque ferè tempore S. Felix ad Cœlum evolavit, ſepultuſque eſt propè Nolam in amœno agro ad quingentos ab ea urbe paſſus, quem in Pincis appellabant, cujus eximia miracula tam quę vivens patravit, quàm quibus poſt mortem viſus eſt claruiſſe, S. Paulinus conſcripſit carmine, celebrans eundem decem & quinque Natalibus, ex quibus Beda ſoluta oratione ejuſdem vitam deſcripſit. Vix credi poteſt, inquit Baronius in notis ad Martyrol. Rom. 14. Januarii (ſuperat enim humanum captum) quot Deus per S. Felicem miracula ſit operatus: ideo etiam increbuit fama virtutum ejus, ut ab extremis orbis finibus ad ſacrum ejus ſepulchrum fideles ſupplices adventarent. Obſtupuit hoc ipſum S. Auguſtinus ep. 137. qui & de eodem agit lib. de cura agenda pro Mort. c. 16. Item S. Damaſus in carmine, quod de eo ſcripſit, vota perſolvens.

Corpore, mente, animo, pariter quoque nomine Felix
Sanctorum numero Chriſti ſacrate triumphis
Qui ad te ſollicite venientibus omnia præſtas,
Nec quemquam pateris triſtem repedare viantem;
Te duce ſervatus mortis quod vincula rupit,
Hoſtibus extinctis, fuerant qui falſa locuti,
Verſibus hic Damaſus ſupplex tibi vota rependo.

Conſtruxit Damaſus ædiculam in honorem S. Felicis, ubi Sancti corpus venerandum quieſcebat, in qua hactenus hæc vetuſtiſſima verba proſtant legentibus. *Septimo die ſtante menſe Madii dedicatio erit hujus Sanctæ Eccleſiæ. Beatus Damaſus PP. conſtruxit, & ædificavit ad honorem Dei, & beatiſſimi Felicis Conf.* Quantus verò, qualiſque ex omnibus Orbis partibus ad S. Felicis ſepulchrum occurſus fuerit pulchrè deſcribit Sanctus Paulinus hiſce carminibus.

Alma dies magnis celebratur cœtibus, ecce
Gaudens terra eum, & ridere videtur apertis
Aethra polis: vernum ſpirare ſilentibus auræ
Flatibus, & lætum plaga cingere lactea Cœlum,
Nec modus eſt populis coeuntibus agmine denſo,
Nec requies, properant in lucem à nocte, diemque
Expectare piget, votis avidis mora noctis
Rumpitur, & noctem flammis funalia vincunt.
Stipatam multis unam juvat urbibus urbem
Cernere, totque uno compulſa examina voto.
Lucani coeunt populi, coit Appula pubes,
Et Calabri & juncti, quos adluit æſtus uterque,
Qui læva & dextera Latium circumſonat unda;
Et qua bis terna Campania læta per urbes
Ceu propriis gaudet feſtis, quos mœnibus amplis
Dives habet Capua, & quos pulchra Neapolis, & quos
Gaurus alit, læta exercent qui Maſſica, quiſque
Ufentem, Farnumque bibunt qui ſicca Tanagri,
Quique colunt vigui felicia culta Galeſi,
Ques Atina potens, quos mater Aricia mittit.
Ipſaque cæleſtum ſacris procerum monumentis
Roma Petro, Pauloque potens rareſcere gaudet
Hujus honore Dei, portæque ex ore Capenæ
Millia profundens ad amica mœnia Nolæ
Dimittis duodena decem per millia denſo
Agmine confertis longè latet Appia turbis,
Nec minus ex alia populis regione profectis
Aſpera montoſæ carpuntur ſtrata latinæ,
Quos Præneſte altum, quos fertile paſcit Aquinum,
Quoſque ſuburbanis vetus Ardea mittit ab oris,
Quique urbem liquere Cales, geminumq; Theanum
Quam gravis Auruncus, vel quam ſolis Appulus aſper,
Huc ab olivifero concurrit turba Venafro,
Oppida Samnites duri montana relinquunt,
Vicit iter durum pietas, amor omnia Chriſti
Vincit, & alma fides, animiſq; lociſque rigentes
Suadet acerba pati, ſimul aſpera ponere corda.
Una dies cunctos vocat, una & Nola receptat
Votaque plena ſuis ſpatioſaque limina cunctis
Credas innumeris ut mœnia dilatavit
Hoſpitibus ſic Nola aſſurgit imagine Romæ.

At-

Atque in eandem ſententiam aliquammultis locis eadem ſorma repetens.

VI. 6 S. PATRITIUM hac tempeſtate Nolanis jus divinum dixiſſe ſcribunt nonnulli, cujus ſolemnem memoriam agit Nolana Eccleſia 17 Junii, ea ipſa die *a*, qua S. Patritius Epiſcopus Hybernorum Apoſtolus memoratur in Rom. Martyrol. cujus res geſtas ſcribit Probus Hybernus. Longè tamen diverſus eſt Patritius Nolanus ab Hyberno apud Ferrarium, niſi ſorte gratia appoſitus ſit Patritius inter Nolanos Antiſtites in Diptycis, & confuſus cum Hyberno præcipua devotione & ea in urbe celebratus.

a De S. Patritio Hyberno agit Martyrol. Rom. die 17. Martii.

VII. (,, PAULUS *Nolanam S. Felicis Eccleſiam con-*
,, *ſecravit an. 402. de quo Paulinus in Epigram. pri-*
,, *mo adnexo Epiſtolæ XII. ad Severum.*
,, Plebs gemina Chriſtum Felicis adorat in aula,
,, Paulus Apoſtolico quam tẽperat ore Sacerdos.
,, *Et in altero.*
,, Paulos in æternos Antiſtes dedicat uſus.)

VIII. 7 S. PAULINUS *b* Nolanorum decus & gloria, ex magno Senatore major Monachus, inde maximus planè Epiſcopus evaſit, doctrina & moribus adeo admirandis præſtans, adeo illuſtria, ut inter illius ævi clariſſima lumina jam videatur poſſe connumerari. Patria illi Roma fuit, Anicianum, & Conſulare genus. Ortus eſt anno Chriſti 353 *c* in Aquitanis, ſeu Burdegalæ, ubi domum habuit, ut diſerte Auſonius, & Uranius tradunt, ſeu Hebromagi, ut aliis videtur ad amnem Garumnæ. Decium Auſonium Gallum poeticis inde & oratoriis virtutibus inclytum habuit magiſtrum, quem ſive oratoria, ſive poetica ſacultate adæquavit, vel ſuperavit. In flore juventæ Romæ ad agendas in foris cauſas aliquandiù vixit, ubi & ordinarium conſulatum geſſit. Uxorem duxit Tharaſiam locupletem, ſapientem, ac religioſam fœminam, ex qua Compluti in Hiſpania unicum ſuſtulit filium ſub octavum ab ortu diem raptum: pia uxoris hortatione, & exemplo, cooperante Spiritus ſancti gratia Burdegalæ à S. Delphino ejus urbis Epiſcopo ſacro baptiſmate expiatus eſt anno ætatis ſuæ 42. Secundo in Hiſpaniam cum uxore ad ponenda vitæ Monaſticæ rudimenta profectus Barcinonę per ſubitam vim raptus, ſacratus eſt Sacerdos à Lampadio Epiſcopo die natali Domini, biennio fermè poſt baptiſmum. Parum tamen probavit Siricius Pontifex repentinam Paulini conſecrationem, ne laici homines, aut etiam Neophyti raptim in Sacerdotes conſecrarentur, ut Baronius ad annum 394. obſervat, cum quidem eo dignior omni venia Paulinus eſſet, quod nihil per contumaciam commiſiſſet, ſed inflammatæ vim multitudinis declinare non potuiſſet. Ab Anaſtaſio Papa deinde adamatur, à quo ad Natalem Apoſtolorum Romam veniente humaniſſimè non ſemel excipitur. S. Martino Turonenſi in paucis charus fuit, à quo oculorum infirmitate curatus eſt. Nolæ ſtatim, ubi & opima latifundia poſſidebat, cum caſta uxore ad obſequium perpetuò S. Felici patrono ſuo præſtandum, quem tot Natalibus celebravit, ibi triginta quinque omninò annis qua pietate, qua devotione, ac vitæ puritate cum uxore Monaſticam propè vitam geſſit, adeò ut ad eum venerandum, viſendumq; ex diverſis mundi partibus viri illuſtres confluerent. Semel atque iterum S. Nicetam Daciæ Epiſcopum excepit hoſpitio, & proſecutus eſt ejus reditum carmine, miriſque laudibus celebravit. Quidquid enim facultatum, & pretioſa uxoris habuit, in egenos conſilio Chriſti diſperſit, dedit pauperibus, & Aediculam D. Felici ſuo olim ex voto à Beato Damaſo Papa excitatam extructo nobili templo celebriorem reddidit, & apud Fundos eidem D. Tutelari aliud condidit magnificentiſſimum. Interea dum ſe totum in obſequium Felicis daret, vitamque traduceret ſanctiſſimam, invitus Nolanus creatur Epiſcopus, & quemadmodum per vim apud Barcinonem ordinatus ſuerat Presbyter, ita Nolæ ſimul ut primum deceſſit Antiſtes, communi ſtudio, & ardore civium in Epiſcopalem Sedem adactus eſt: quo

b De eo Acta apud Bolland. Junii t. 4. p. 193. & ſeqq. Muratorius in Anecdotis tom. 1. diſſert. 9. & ſeqq. Oudin. in ſupplem. & Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 2. centur. 9. n. marg. 59.

c 144. ex Bollandianis.

A autem tempore, planè non conſtat; creditur tamen ab aliquibus incidiſſe in annum 400. à noſtra ſalute *d*. Sediſſe verò ann. 31. Quantæ deinde exiſtimationis fuerit Paulinus ob egregiam ejus ſanctitatem, doctrinamque ſatis apparet ex Epiſtola Honorii Imperatoris rogantis Paulinum, ut adeſſe dignaretur indictæ Synodo cauſa ſchiſmatis Eulalii adverſus Boniſacium Papam, quam recitat Baronius ad annum 419. Quanti autem hunc fecerit S. Auguſtinus, ejus ad ipſum ſcriptæ Epiſtolę declarant, & liber ad ipſum ſcriptus de cura agenda pro mortuis. De primordiis ejus complura ſcripſit Auſonius Gallus, qui eum humanioribus litteris erudivit. De ejus migratione de Senatu ad Eremum, agit s. Ambroſius ad Sabinum epiſt. 30. & Hieronymus epiſt. 13. de eodem Gregorius lib. 3. Dialog. c. 1. & 2. s. Proſper de viris illuſt. contemporaneis ejus. Venantius Fortunatus in vita s. Martini lib. 2. Severus in Dial Greg. Turon. de gloria Confeſſ. c. 107. s. Eulog. in Matt. Donum ad Floram, & alii recentiores. Noviſſimè

B Acta ejus concinnarunt Frontonus Ducæus, & Herisbertus Rosuveydus ad calcẽ operum ejuſdem. Ejus obitum ſcripſit Uranius ipſi Paulino optimè notus; recitat eam Uranii inſcriptionem Surius tom. 3. die 22. Junii, qua Paulinus ſancto fine quievit anno humanæ ſalutis 431. ſuæ ætatis 77. Porrò memoria ejus ſacris Romanæ Eccleſiæ Faſtis cum præclaro elogio indita eſt in hæc verba. *Apud Nolam Campaniæ urbem Natalis Beati Paulini Epiſcopi & Confeſſoris, qui ex nobiliſſimo, & opulentiſſimo factus eſt pro Chriſto pauper & humilis: & cui nihil ſupererat, ſe ipſum pro redimendo viduæ filio, quem Vvandali, Campania devaſtata captivum in Africam abduxerant, in ſervitutem dedit.* Acta ſunt hæc anno 427. juxta Baronii ſuppatationem, antea jam Epiſcopus à Gothis Campaniam devaſtantibus anno 414 pro Chriſto, prove redimendis captivis penè ſe ipſum vendidit. Claruit autem Paulinus non ſolum eruditione, & copioſa vitæ Sanctitate, ſed etiam potentia adverſus dæmones. Reli-

C quit poſt ſe nobiliſſimi ingenii monumenta, licet attingere nunquam voluerit interpretationem divinæ Scripturæ, non quidem inopia doctrinæ (ait Baronius) vel tenuitate ingenii; ſed potius admiranda animi ſummiſſione, quæ plura una cum notis eruditiſſimis in lucem emiſit idem Frontonus Ducæus, & Roſuveydus. Corpus s Paulini primò translatum eſt Beneventum, deinde Romam anno 1000. ſub Othone III. Imp. in Eccleſia s. Adalberti in Inſula Licaonica, quam hodie s. Bartholomæi templum appellant, honorificè aſſervatur. In cujus laudes Venantius Fortunatus effudit hæc carmina.

Qui pater illuſtris Paulini geſta beabat
Floruit Italiæ quo poſt Antiſtite Nola
Quo regio Campana ſedet rectore ſupremo
Dives agris, opulens famulus, locuples & acervis,
Vir cenſu vaſtus, lare celſus, & ore rotundus,
Ditior ipſe fide pro Chriſto fit ſibi pauper,
Et dedit innumeros redimentes crimina nummos;
Cujus ſparſa ſolo migravit ad aſtra facultas.
D *Fecit & in Cælum pignus aſcendere Terras.*
Ergo Evangelicum Paulino implente relatum
Martinus monitat cunctis talem eſſe ſequendum
Tramite difficili, potuit qui pergere dives.

(,, PAULINUS II. *Paulino inde ſucceſſit anno* IX.
,, 431. *De hoc intelligendum eſt Epitaphium, quod*
,, *infra Paulino III. adſcribit Ughellus. Dioſcorus*
,, *enim in eo nominatus eſt Dioſcorus Eudoxius no-*
,, *bilitatis cauſa prænominatus Flavius in conſu-*
,, *laribus Faſtis apud Bucherium emendatis ſi-*
,, *gnans annum 442. qui eſt annus duodecimus poſt*
,, *obitum Paulini ſenioris. Paulinus autem junior,*
,, *ut refert vita S. Deodati ejus ſucceſſoris, Medio-*
,, *lanum hujus cauſa profectus eſt ad Valentinia-*
,, *num juniorem, ut calamniæ eximeret innocentem*
,, *illum Archipresbyterum ſuum, eo tempore quo Im-*
,, *perator jam filiam genuerat, adeoque non ante an.*
,, 437. *Vehemens autem mihi ſuſpicio eſt, quod junior*
,, *hic Paulinus ſenioris ex fratre nepos, aut aliter*

d Sed circa an. 409. tenendum ex Muratorio in Anecd. tom. 1. & Bollandianis loco cit.

„ *conſanguineus, ejus exemplo ad Eccleſiæ miniſterium ſæculo dimiſſo tranſierit, & S. Ambroſio ſeſe conjunxerit, eique morienti adfuerit, ordinatus ab eo Diaconus, ac deinque vitam ipſius, quæ extat, ad Auguſtinum ſcripſerit; poſtea verò audita ſenioris Paulini apud Nolanos promotione ad Epiſcopatum, ac celebri ubique fama virtutis, illuc properaverit, dignus denique, qui in Cathedram ejus an. 431. mortui ſufficeretur. Et quia nullo argumento colligitur ſenior Paulinus poſt ſuam ordinationem Epiſcopalem unquam rediiſſe in Gallias, veroſimile mihi fit juniorem eſſe, qui oculorum uſum recepit jam ſenex ad S. Martini ſepulchrum per occaſionem proficiſcendi Mediolanum Turonas excurrens.* Bollandiani in Actis Ss Junii t. 4. pag. 228.)

X. 8. S. DEODATUS *a*, Paulini diſcipulus, cum Presbyter eſſet, eximia excelluit ſanctitate, & dono prophetiæ, valuitque contra dæmones. Imperatoris tunc temporis filiam obſeſſam invocato Chriſti nomine liberavit; quamobrem gratiam ejuſdem promeruit, & divitias cum reſpuiſſet, in patriam reverſus eſt, pauloque poſt demortuo Paulino, unanimi Cleri, & populi conſenſu in Nolana Eccleſia ſucceſſit anno 431. *b* numeraturque octavus *c* Nolanus Antiſtes ex his, quorum extat memoria. Sanctè pieque præfuit ann. 30. ſatoq; ceſſit, *d* cum octuageſimum ageret annum 5. Kal. Julii, ut ſcribit Ferrarius, cujus ſanctitas pluribus probata eſt miraculis. Ejus ſacrum Corpus in *Baſilica* majori Nolani Cœmeterii intulerunt, quod poſt annos plurimos ſub Sichardo Principe Beneventum translatum dicitur, apud auream portam honorificè conditum miraculis claruit, in quibus illud narratur, quod cum Eccleſia incendio concremaretur, æedituo ad S. Deodati tumulum orante, ignis mirabiliter ad columbæ apparitionem extinctus eſt. Nolani hucuſque tumulum ejuſdem oſtentant ea in majori Baſilica, ubi prius conditus fuerat, una cum elogio, non integrum; videtur tamen alterius Adeodati Nolanæ Eccleſiæ Archipresbyteri eſſe. Elogii verba, quæ extant, ſunt hæc.

a De eo Acta ss. Junii t. 5. p. 159.

b 442. vel decimus.

d 472.

> *Adeodatus (1) indignus Archipresbyter San. . . . Nol. Eccl. requieſcit hic dilectus à Deo & hominibus in Sacerdotium, e erat enim in ſermone verax, in judicio juſtus, in commiſſo fidelis; omnia in ſe habuit, quæ Chriſtus amavit, fidem, caritatem, & cætera; dulcis, & benè ſuadus in verbis ſuis: ſemper addunit munera copioſa, quando ingreſſus eſt in San. Felicem: tempore quo ailus fuit pretior ſ illo. S. Sacerdos vixit cunctis diebus vitæ ſuæ ante ordinationem..(2)*

e Quo Epi... Archipresbyteri ... Pope...

f puto pusionor integre legendum.

In hac eadem Baſilica propè Adeodatum hunc Archipresbyterum, jacet Uranius ille Presbyter S. Paulini familiaris, qui tranſitum ejuſdem ſcripſit, fortaſſe vivente Deodato Epiſcopo, defunctus brevi hac inſcriptione humatus.

DEP. URANI PRESB. XI. KAL. JANUARIAS.

XII. 9 JOANNES (3) Talaya Patriarcha Alexandrinus juſſu Zenonis Imp. à Sede ſua pulſus an. 482. Antiochiam primùm ad Calendionem Patriarcham, deinde verò ſe Romam contulit ad Liberium *g* Papam, quem legitimum Judicem appellaverat. Felix autem Liberii ſucceſſor cum vidiſſet res adeò in Oriente eſſe turbatas, ut nulla penitus ſpes Joannem in ſuam Sedem Alexandrinam reſtitui poſſe, eundem Antiſtitem confeſſorem Nolanæ nobili præfecit Eccleſiæ anno 484. in qua plurimos reſidens annos in pace defunctus, ut Liberatus Diaconus Carthaginenſis refert in *Breviario* cauſæ Neſtorianorum, & Eutychianorum cap. 18 ex quo Baronius ad hunc annum.

g Simplicium; Liberius enim jamdiu antea decesserat.

10 S. RUFFUS Nolanæ Eccleſiæ Præſul; tempus tamen quo floruit, & Acta ejus ignorantur. XIII.

(„ THEODOSIUS, *cujus ſepulchrum Ferrarius aſſerit p. 74. conſpici ad gradus ambonis, ſeu pulpiti cum hac inſcriptione.* XIV.

„ Dep. Theodoſii Epiſcopi die VII. Idus
„ Decembris Fauſto Juniore V.C. Conſ.

„ *Quamvis enim hujus junioris Fauſti conſulatus non reperiatur in Faſtis, veroſimiliter quia ſuffectus ille fuit alicui per decurſum anni alterius Conſulis nomine ſignari cœpti: puto tamen haud turpiter indicari, quod Conſulatus filii non longe à Patris Conſulatu ſucceſſerit, atque ita Theodoſio iſti perquam convenienter locum dari inter Felicem & Serenum Conciliis Romanis ſubſcriptum ſub Symmacho an. 499. & 501.* Bollandiani in Acta Ss. Junii tom 4. p. 229. *De hoc Theodoſio agit infra Ughellus n. 19.*)

11 SIRENUS Epiſcopus Nolanus interfuit Rom. Conc. ſub Symmacho Papa celebrato ann. 499. 502. & 503. XV.

(„ *Hic ex varia librorum lectione quandoque Serenus, & Severus nuncupatur. Vixiſſe jam hujus Eccleſiæ Præſulem temporibus Gelaſii Papæ, ex hujus Epiſtolarum fragmentis, quæ habentur in t. 4. Conciliorum Labbranæ editionis, colligitur. Duo ſiquidem procaces Clerici Nolani injuriis laceſſiti hunc ſuum Antiſtitem provocaverant ſceleſtiſſimè ante tribunal Theodorici Regis Italiæ, qui licet Arianus, Clericorum inſolentiam ſtomachatus, auditaque inſuper innocentia Epiſcopi, qui ſuam cauſam defenſurus coram Rege comparuerat, Clericos ut contumaces, & rebelles ad Gelaſium Papam remiſit, qui Conſtantino, & Quingerio Epiſcopis datis literis mandavit, ut in Clericos Nolanos, Petrum, & Felicem nuncupatos, animadverterent. Qui verò fuerint à Papa Delegati Epiſcopi Conſtantinus, & Quingerius dum perſcrutari libuit, de Quingerio nil reperi diligenter examinatis ſacris Epiſcoporum Catalogis hujus regionis; Conſtantinus vero temporibus his Capuanus erat, & huic fortaſſe à Romano Pontifice injunctum opus animadverſionis in Clericos proximæ Nolanæ Eccleſiæ.* Lucentius.)

12 S. LAURENTIUS inter Sanctos Præſules hujus Eccleſiæ recenſetur in Diptycis Nolanis; quo tempore vixerit, incertum. XVI.

13 S. FELIX Junior Nolanus Præſul ſepultus in Cœmeterio Nolano, ad cujus tumulum hæc verba leguntur. XI.

DEP. SANC. FELICIS EPISC. V. ID. FBRS.
POS. CONS FAUS FL. V. C (4)

(„ Idem

(1) Ambigit Ughellus, an hoc Epitaphium Epiſcopi ſit. Verum ſicut in indignus ſatis indicat ita adhuc viventem curaviſſe de ſeipſo ſcribi ex Chriſtiana humilitate, reliquo lapide vacuo relicto, ut poſtea adſcriberetur tempus vitæ, & mortis, ſic nihil prohibet credere, eundem, de quo hic agimus, S. Deodatum ſibi monumentum iſtud curaviſſe fieri, cum eſſet adhuc Presbyter, cui poſtea Epiſcopo defuncto Epitaphium pertexturi quidem religioni duxerint ſibi expungere verba ante Epiſcopatum tanto prius juſſa ſculpi, ac fortaſſe à moriente prohibita immutari; ea tamen addiderint, quæ Epiſcopum fuiſſe declararent, ſic enim puto ſculpi deberet cum inſigni defuncti elogio: *Papebrochius in Actis Ss. Junii t. 5. p. 159.*

(2) Quæ deſiderantur, cum adhuc aſſent integra, videntur inde in ejus vitam (quam etiam refert Ughellus in Beneventanis) translata, & ſic porro legi poſſe: *ante ordinationem in Presbyterum an. XXX. XX. poſt ordinationem, in Epiſcopatu XXX. à nativitate LXXX.* Neque hic finem puto fuiſſe Epitaphii, ſed ex more additum diem, & annum depoſitionis. Diem ego non divino, ſi fuit alius à V. Kal. Julii. Annum ſic conjecto ſignatum fuiſſe; *Conſ. Leone Aug.* Hic enim ſolus an. 472. Conſulatum tenuit, & ſatis inſcriptus eſt. Nolani quidem, Beneventanique ſcriptores mortuum Adeodatum ſtatuunt an. 462. ſed communi errore decepti, quo immediatè ſucceſſiſſe ipſum putaverunt S. Paulino hujus nominis primo, quem ſolum videntur noviſſe, & quem conſtat an. 431. obiiſſe. Sed cum ſupra diximus ipſum præceſſiſſe alterum Paulinum, qui juxta ejus Epitaphium fuerit depoſitus an. 442. illo tantum anno Paulino juniori ſucceſſerit S. Deodatus in Epiſcopatu, antenus tantum Archipresbyter. Coniectionis illius neceſſitatem certam nobis facit Valentiniani (utique tertii) Imperatoris ætas, qui an. 419. natus moriente Paulino I. ſolum erat undannis; & tamen de illo Imperatore legitur in S. Deodati vita, quod biennio antequam Deodatus Epiſcopus ordinaretur, eum ad ſe accerſitum carcere, ac dein exilio mulctarit; ſed mox abſolutum exoraſſit, ut ſibi filiam à Dæmone liberaret. At ſi anno circiter 440. id acta dicatur, annos XXI. tunc natus Valentinianus, & an. 37. illius ſæculi conjunctus cum Eudoxia Theodoſii junioris filia, duas ex ea filias ſuſcepit, Eudoxiam, & Placidiam, quarum ſaltem primam tunc natam fuiſſe oportet, quippequam anno 455. Hunnericus Vvandalus capta Roma uxorem ſibi ſumpſit. *Papebrochius loco citato.*

(3) Vix dubium mihi eſt, quin Nolana Eccleſia æque ac Neapolitana aliquas tunc haberet ritus Græci Parochias tam intra, quam extra civitatem. Quapropter non cunctabor credere, quod Nolani Latinis Epiſcopis Cathedralem ſub Latino ritu tenentibus aſſueti, cito impetraverint proprium ſibi Epiſcopum inſtitui, ſub quo Joannem, aſſignata ſibi congrua penſione ad victum, Græcis deſerviret, & poſt quamplurimos annos (de quorum numero nihil poſſumus definire) Nolæ tranſactos in earundem aliquâ ita ſit tumulatus, ut nullum monumenti indicium adhuc uſpiam ſit repertum. Hactenus Bollandiani in Actis Ss. Junii tom. 4. p. 229. E contra vero Thomaſſinus tom. 2. de veteri, & nova Eccleſiæ diſciplina cenſet Joannem Nolanam Eccleſiam in adminiſtrationem ſuſcepiſſe.

(4) Ne Felicis Epitaphium ſuſpectum quis habere velit, quia annus poſt Conſulatum Fauſti adſcriptus depoſitioni Felicis proprios habebat Conſules, videlicet Theodoricum Gothorum Regem, & Venantium, noto, quod videantur Nolani una cum Neapolitanis needum plene ſubacti à Gothis, Gothicos Conſules

A („ *Ideſt poſt conſulatum Fauſti Flavii viri clariſſi-*
„ *mi, anno ſcilicet 484. ideoque ante Joannem Ta-*
„ *laya huic Felici locus eſt in hac ſerie aſſignandus.*)

XVII. 14. S. PAVLINUS (1) Junior Epiſcopus Nolanus doctrina, ſanctimoniaque vitæ fuit inſignis; ſucceſſit in Epiſcopatu Felici *a* Juniori. Scripſit (2) S. Martini Turonenſis vitam carminibus expreſſam, quam quinque libris diſtinxit, & ſextum addidit de miraculis ejuſdem, ut Gregorius Turonenſis narrat. Is etiam, ut ſcribit Baronius ex Venantio Fortunato, quemadmodum ſenior Paulinus oculorum ſanitatem receperat, & ipſe perunctus oleo ex lampade, quæ ante imaginem ejuſdem Sancti ardebat, ſanitatem accepit. Sanctè ut vixerat, deceſſit, depoſituſq; eſt in Nolano Cæmeterio in marmoreo tumulo, ubi adhuc hæc verba proſtant legentibus.

a Laurentio, vel Sereno.

DEP. S. PAVLINI JUNIORIS EP.
IIII. ID. SEPTB. FL. DIOSCORO
VIC. CONS.

Circa hæc tempora vixit S. Reparatus Diaconus, & Martyr, in Majore Baſilica repoſitus anno 513. B ubi hæc verba leguntur in lapide.

DEP. SANCTI MARTYRIS
REPARATI DIACONI
AN. DXIII. KAL. NOVEMB. XII. IN
PACE. RAS. NIVI.

XVIII 15. LEO hujus nominis primus, morum candore, & ſanctimonia clarus ſucceſſit Paulino, cujus meminit Baron. ad an. 535. quo in Oriente Agapeti Papæ fuit legatus ad Eccleſiaſticas res penè collapſas reſtituendas. Socios habuit in legatione Sanctos Sabinum Cannuſinum, Arterium Salernitanum, Ruſticum Feſulanum, Epiphanium Aſculanum, Theophanem, & Pelagium Diac. S. Romanæ Eccleſiæ, qui omnes ſubſcripti reperiuntur in Concilio Conſtantinopolitano ſub Menna Patriarcha contra Anthemium, Severum, Petrum, & Zoam hæreticos, & deinceps anno 536. Leoni inſcripſit vitam S. Felicis Presbyteri Marcellus Presbyter Nolanus. Mortuus eſt Nolæ, jacet in C celebri Cæmeterio, tumuloque lapideo, ubi pauca hæc leguntur verba.

LEO PRIMUS CREDO RESURGERE.

XIX. 16. LUPENUM poſt Leonem Eccleſiam Nolanam rexiſſe tradunt Nolanæ Diptycæ. Cæmeterium exornavit hac addita inſcriptione.

Hoc quod cernitis diſcite quod Lupenus E-
piſcopus compſit, & ornavit in hac Eccle-
ſia, amore Dei & Sanctorum Felicis, &
Paulini, Rufi, Laurentii, & Patricii.
Lupenus Epiſcopus fieri præcepit.

XX 17. BASILIUS.
XXI. 18. LEO II.
19. THEODOSIUS *b* jacet in Cæmeterio Nolano, ad cujus tumulum hæc extat inſcriptio.

b Hunc ante Serenum ſupra locavimus.

DEP. THEODOSII EPISCOPI DIE
VII. IDUS DECEMBRIS
FAVSTO JUNIORE VIC. CONS.

XXII. 20. GAVDENTIUS Nolanus Epiſcopus vixit D Gregorii Magni temporibus, ad quem ſcripſit epiſt. 13. & 14. & 26. lib. Dial. Indict. 13. an. Chriſti 595.
XXIII. 21. DAMASUS floruit anno 670.
XXIV 22. AVRELIUS *c* in Concilio Romano ſub Agathone Papa fuit anno 679. cui & ſubſcripſit.

c ſeu Aurelianus.

XXV. 23. LEO III. is qui in Eccleſia Sanctorum Martyrum plurima ornamenta contulit, in eaque in marmore legitur.

Leo III. Epiſcopus fecit.

24. BERNARDUS. XXVI
25. PETRUS. XXVII.
26. JOANNES. XXVIII
27. LANDO. XXIX.
28. JACOBUS florebat ann. 843. poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi. XXX

29. SAXO vir celebris ſub Vrbano II. Abbatiæ Sanctiſſimæ Trinitatis Canenſis, & S Petro ejuſdem Abbati donavit Eccleſias S. Georgii, & Leuntii in Territorio Nolano, & Eccleſiam Sanctæ Trinitatis Caſtelli Cicalæ, cum immunitatibus ſuis, quas leges in privilegio infra in Bartholomæo recenſendo. Hic etiam an. 1093. conceſſit Abbati s. Laurentii de Averſa Eccleſias s. Mariæ Domicellæ, s. Salvatoris de Valle, ac s. Januarii in Sylva. XXXI

30 GUILLELMUS Epiſcopus Nolanus aſſentiente Clero anno 1105. Eccleſiam S. Paulini Monaſterio S. Severini conceſſit. Teſtis fuit donationi Jordani Capuani Principis Eccleſiæ Puteolanæ peractæ anno 1121. in menſe Maji Indict. 14. XXXII.

Placuit hic recenſere Guillelmi documentum quo ille anno 1123. Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in loco Seriano ſuæ ditionis ſitam, ejuſque bona & jura perpetuo univit ac conceſſit Monachis Ss. Soſii & Severini de Neapoli, ut decentius ac ſanctius ab ipſis cuſtodiretur. Exemplar extat apud nos ex Archivio ejuſdem Cœnobii ita excerptum.

Ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Anno milleſimo centeſimo vigeſimo tertio. Et die ſeptima decima menſis Novemb. Indict. ſecunda.

Nos Gulielmus Domini gratia Epiſcopus Sanctæ Sedis Nolanæ Eccleſiæ, nos autem una cum cunctas congregationes Sacerdotum, & Clericorum ipſius noſtri Epiſcopii, per hanc cartulam damus & tradidimus, ſeu concedimus vobis cunctas congregationes Monachorum Monaſterii Sanctorum Severini & Soſii, ubi eorum venerabilia quieſcunt corpora de Civitate Neapolis, & per vos in ipſo ſancto & venerabili veſtro Monaſterio præſentibus & futuris in ſempiternum. Ideſt integra Eccleſia noſtra vocabulo Sanctiſs. Michaelis Archangeli, quæ conſtructa eſt in loco qui nominatur Seriano una cum cellis, & habitationibus ejus, & cum omnibus rebus & ſubſtantiis, atque poſſeſſionibus ipſius ritè & legaliter pertinentibus, aut pertinentes fuerint per quodlibet modum cum omnibus ejus pertinentibus. Hæc autem ſupra ſcripta integra Eccleſia quæ ſuperius vobis & per vos in ſuprascripto Monaſterio concedimus & tradidimus cum omnibus ejus pertinentibus, ut ſuperius legitur. Ab hac die deinceps à nobis vobis, & per vos in ipſo Monaſterio ſit data, & tradita in veſtra veſtriſque poſteris & de ſancto veſtro Monaſterio ſint poteſtate illas tenendi & dominandi, ſeu officiandi, & officiare faciendi, & ibidem conciones facere & habere, ſeu ordinare debeatis. Et ibidē omnibus veſtris & curteſanis habere debeatis, quantas & quales vobis veſtriſq; poſteris placuerit. Item & ibidem beſtiæ, & peculias & porci & pecora habere debeatis qualiter & quomodo vobis & poſteris veſtris placuerit abſque omni noſtra noſtriſq; poſteris, & de ſupradicto noſtro Epiſcopio, vel de alia quavis perſona qualibet contrarietate, vel requiſitione, unde nulla nos, vel poſteris noſtris, vel ſupraſcripto noſtro Epiſcopio, vel ordinati, & omnibus noſtris, vobis veſtriſque poſteris ad ſupraſcripto ve-

ſtoci feciſſe. Zeno autem Imperator, qui ſaltem poterat Conſulem Orientis nominare, id facere contempſerit, cum Occidenti quoque eum dare non poſſet. Sic primum Concilium Romanum ſub Symmacho an. 499 intitulatum P. C. Paulini, licet 9 annos in Occidente habuerit Joannem Gibbum: & quintum Concilium an. 502. P. C. Avieni, quo Dexiocrates in Oriente, Voluſianus in Occidente nominabantur; imo Pagius in diſſert. Hypat. p. 316. & ſeqq. variis exemplis docet liberum fuiſſe Poſtconſulatibus ſignare ſcripta, ſeu publica, ſeu privata, præſertim quinto, ac ſexto ſæculo. *Bollandiani* in Actis Ss. Junii tom. 4. p. 229.

(1) Tertius porro Paulinus neceſſario eſt admittendus propter anſimilitatem duplicis Gregorii Romani, & Turonenſis, necnon Venantii Fortunati in iis, quæ narrant de S. Paulino Nolano Epiſcopo, quæque non ad primum, ut hactenus creditum, neque ad ſecundum, ſed ad tertium relata nullum ex ullo capite patiuntur difficultatem. Nam quod ad Perpetui Turonenſis indiculum de miraculis Sancti Martini, quod ab eo accepiſſe Paulinum refert Gregorius Turonenſis attinet, potuit illum accepiſſe Paulinus adhuc planè juvenis multo prius quam Epiſcopus eligeretur, cum ſibi propoſuiſſet in Sancti Martini actis ſtylum exercere, nec tamen opus abſolviſſe, ut Turonas miſiſſe ante maturam ætatem Epiſcopali ordinatione ſuſcepta circa an. 505. vel 510. Quæ verò narrat Gregorius Papa de Vvandalica Paulini ſervitute, tam congruè in omnia competunt huic tertio Paulino, ut vel hic ſtatuendum ſit, vel nuſquam. Narrat enim S. Gregorius, quomodo Paulinus Nolæ Epiſcopus, ſervituti ſe in Africa obtulerit, addictus ſit excolendo horto; prædictaque ibi regis morte fuerit liberatus una cum captivis ſuæ civitatis. Hæc ille ut accepta à teſtibus oculatis: proinde nequeunt attribui Paulino I. hortorum quidem amanti, ſed cum Vvandali an. 427. Africam ingrederentur, 74. annis majori, adeoque inepto, ut horti culturæ addiceretur. Vide Bollandianos in Actis Ss. Junii tom. 4 pag. 130.

(2) Parum accurate ſcripſit Ughellus horum ſcriptorem Poematum fuiſſe S. Paulinum juniorem; hic enim circa an. Chriſti ſaltem 510. Epiſcopatu illo auctus eſt, Paulinum vero Petricordium, horum carminum Auctorem, ut etiam obſervant Bellarm. de Script. Eccleſ. Sirmondus ad Sidon. Apollin. & Labbæus de Script. Eccleſ. circa annum 460. ſcripſiſſe certiſſimum eſt. *Muratorius Anecdot.* tom. 1. in S. Paulini Natal. prolegom.

veſtra Monaſterio, & ad ipſa noſtra obedientia exinde non quæramus, aut tollemus in perpetuum, tantummodo in omni tempore vos & poſteois veſtris & supraſcripto veſtro Monaſterio nobis noſtriſq; ſucceſſoribus in ipſa noſtro Epiſcopio dare debeatis per omni anno in feſtivitate Sancti Andreæ, ideſt auri tarinos tres de Amalfi diritoti & patititi abſq; omni contradictione nihil plus in perpetuam. Etiam & omnia quæ omni tempore vos & poſteris veſtris de ſupraſcripta Eccleſia & de ipſa obedientia, & de ipſis omnibus & cureeſanis, quę ibidem habueritis & de frugibus ejuſdem Eccleſiæ, & de omnibus ejus pertinentibus habueritis per quovis modo in veſtra veſtriſq; poſteris & de ſupraſcripto Monaſterio ſiue poteſtate faciendi exinde omnia quæ volueritis abſq; omni noſtro noſtriſq; poſteris qualibet contrarietate. Inſuper omni tempore nos & poſteri noſtri, & ſupraſcripto noſtro Epiſcopio, vobis veſtriſque poſteris & ad ipſo veſtro Monaſterio exinde in omnibus illud defendero debeamus ab omnes hominęs omniſque perſonas. Quia ita nobis bonę voluntatis complacuit atque ſtetit. Si quis autem potens, vel impotens homo ſecularis, aut Sacerdotalis ordine contra hanc cartulam venire præſumpſerit, & ea in quacumque parte irrita, vel vacua facere voluerit per quovis modum, aut ſi qualiſcumq; perſona do introitibus ipſius Eccleſiæ abſconſo habuerit & illud non reddiderit & quod illud ſcierit & annuerit, & illud non dixerit, ſub anathematis vinculo ſit obligatus, ac trecentorum decem, & octo Boatoeum veniat eis maledictio, fiat eis ſicut Dathan & Abiron quos vivos abſorbuit terra, partemque habeat cum Anna, & Caypha, & cum Juda traditore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & cum omnibus Hæreticis & Schiſmaticis tenebroſa parte poſſideat. Inſuper componat vobis veſtriſque poſteris, & in ipſo veſtro Monaſterio auri libras decem Biſanceis. Hæc cartula de omnia qualiter continet ſit firma in perpetuum ſcripta actu Nolanæ.

† *Ego Guilielmus Epiſcopus Nolanus.*
† *Ego Joannes Diaconus.*
† *Ego Jacob. . . . .*

Poſt hæc peracta à Guilelmo nullam aliam de eo habemus memoriam, nec quo anno deceſſit.

31. BARTHOLOMÆUS Nolanus Epiſcopus dum ad clavum Salernitanæ Eccleſiæ ſederet Guilelmus, Salerni poſitus eoram ſuo Metropolitano, ac Rogerio Nuſcano Epiſcopo, cum omnia, quæ prædeceſſor ſuus Saxo B. Petro Cavenſi Abbati aſſeruerat, iterum confirmavit, & reſtituit B. Falconi ejuſdem Cœnobii Abbati, regnante Rogerio Italiæ & Siciliæ Rege anno 13. regni ejus, ſalutis verò 1143. ut leges in ſequenti documento ab exemplari, quod aſſervatur in Cavenſi Archivio in Armario primo littera E. n. 59.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoeis noſtri Jeſu Chriſti Anno ab Incarnatione ejus milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio, & tertiodecimo anno Regni Domini noſtri Rogerii Siciliæ & Italiæ glorioſiſſimi Regis menſe Decembris 7. Indict.

Dum coram præſentia Domini Guillelmi Dei gratia Venerabilis Salerni Archiepiſcopi eſſem ego Bartholomæus eadem gratia Nolanus Epiſcopus, & de Canonicis ipſius noſtri Epiſcopii adeſſet Jacob Diaconus, & Alexius Presbyter, & Marinus Subdiaconus, illic etiam Dominus Rogerius Nuſcanus Epiſcopus adeſſet, & de Cleeo ipſius Epiſcopi magiſter Triſtayuns, & Guaimarius clericus & Abbas, & Romoaldus Clericus, qui dicitur Guarna, & de Laicis etiã Alphanus, & Croſſus fratres mei, & Petrus genitor prædicti Romoaldi filius quondam Romoaldi Comitis, qui dictus eſt Graſſus, & Landenolfus miles & Malfridus miles, qui dicitur Ruſſus, aliiq; complures idonei homines in eadem præſentia pro parte Monaſterii Sanctæ & Individuæ Trinitatis, quod conſtructum eſt foris Salernitanam Civitatem in loco Mitiliano, in quo Dom Falco Dei gratia Venerabilis Abbas præeſt, affuerunt Arboreus Prior, & Marinus Veſtararius ipſius Monaſterii, & quoniam pars prædicti Monaſterii adverſus noſtram Eccleſiam querelã moverat de Eccleſia Ss. Martyrum Georgii, & Leontii, quæ conſtructa eſt in Territorio Nolano, ubi Adarci dicitur, & de Eccl. S. Trinitatis conſtructa foras, & juxta munitionem Caſtelli, quod Cicala dicitur, quæ ipſi Eccl. S. Georgii ſubjecta eſt, & de omnibus rebus, & pertinentiis ipſarum Eccleſ. quibus videlicet Eccleſiis & rebus earum à parte ipſius Monaſterii oſtenſa fuerant duo privilegia, unum, in quo continebatur, quod D. Saxa quondam Nolanus Epiſcopus conſilio Cleri ipſius noſtri Epiſcopii canonicè, & legitimè dederat, atque tradiderat Domino Petro ejuſdem Monaſterii Venerabili Abbati pro parte ipſius Monaſterii prædictas ambas Eccleſias ipſas, tunc dirutas exiſtentes cum omnibus rebus earum. Alterum verò Privilegium, quo continebatur, quia . . . . . Dominus Jordanus quondam Capuanus Princeps confirmaveeat in ipſo Monaſterio eaſdem ſupraſcriptas Eccleſias cum omnibus rebus earum & erant ambo ipſa privilegia legitimè confecta, & ſubſcriptione teſtium, & ſigillis ſolemniter roborata, pro qua videlicet traditione ab ipſo Saxone Nolano Epiſcopo facta, ipſe Dominus Petrus Abbas quaſi loco cenſus tradiderat ipſi Nolano Epiſcopo pro parte ipſius Epiſcopii in perpetuum habendum unum ſedium de Molino, quod ipſi Monaſterio pertinebat, in fluvio, qui dicitur Dragoncellus, & ubi propriè, alla foce dicitur, veluti in ipſo privilegio continetur. Contra quam videlicet querelam nullam in noſtris Armariis, vel apud noſtram Eccleſiam partis noſtrę defenſionem reperire potuimus. Quapropter amore pacis, & odio litis, conſilio etiam & arbitrio prædicti Domini Archiepiſcopi, aliorum prudentum, & religioſorum virorum utriuſque partis familiarium, prædictam querelam & litem tali tranſactione, & conventione ſedavimus. Prædictas igitur Eccleſias cum ipſis rebus, & pertinentiis earum per librum in manibus prædictorum Prioris & Veſtararii vice prædicti Monaſterii eas recipientium tradidimus, remiſimus, & confirmavimus conſilio & conſenſu noſtrorum Canonicorum ad habendum & faciendum exinde ipſe Dominus Abbas, & ſucceſſoros ejus, & pars ipſius Monaſterii ſemper quod voluerint, omni noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum, & partis ipſius noſtri Epiſcopii requiſitione, ac contradictione remota. Detracto tamen uſufructu rerum ipſarum Eccleſiarum, quem prædictus Dominus Abbas precibus noſtris Guilielmo Canonico ipſius Nolani Epiſcopii, dum ipſe Guilielmus Canonicus in ipſo Epiſcopio extiterit, dare ſe obligavit. Corpus verò prædictæ Eccleſiæ Sanctorum Georgii & Leontii cum Cellis, & Cæmeteeio ejus & tantum de Terra ipſius Eccleſiæ propè ipſam Eccleſiam, ubi hortus convenienter fieri poſſit, pars ipſius Monaſterii ſibi retineat, nullo in eis à prædicto Guilielmo Canonico fructu habendo, extincto tamen uſufructu, & ad ſuam proprietatem conſolidato, ſcilicet ad partem ipſius Monaſterii reverſo, pars Monaſterii prædictam ſedium de Molino, vel aliud ſedium de Molino in prædicto fluvio partibus ipſius Nolani Epiſcopii dare ſe obligavit habendam quaſi loco cenſus pars ipſius Nolani Epiſcopii perpetualiter, ut prædictum eſt. Prædictus verò Guilielmus Clericus quandiu uſufructuarius extiterit unoquoq; anno in Octavis Pentecoſten cum in ipſo Monaſterio feſtum SS. Trinitatis celebratur, viſitet ipſum Monaſterium, & pro cognitione deferat partibus ipſius Monaſterii unam libram de cera; quod ſi alterutra pars contra prædicta pacta venire tentaverit, & ea vel in integra, vel ex parte removere, aut contradicere præſumpſerit, centum aureorum regalium numero pęnæ nomine parti læſæ teneatur. Omnibus etiam prædictis pactis in ſuo ſtatu firmiter permanſuris, quę videlicet pacta prædictus Dominus Abbas teſtimonio ſubſcribendorum teſtium ratihabitione confirmavit. Textum verò hujus conventionis & diffinitionis te Joannem Notarium, & Advocatum ejus interfuiſti in præſentia Joannis, & Joannis Salernita-

norum Judicum ſcribere rogavimus, & eoſdem Judices utraque pars noſtrum ſimiliter rogavimus adnotare.

† *Ego qui ſupra Bartholomæus Nolanus Epiſc.*
† *Ego Gualderius Diaconus.*
† *Ego Jacob Diaconus.*
† *Signum Crucis propriæ manus ſupradicti Alenii Presb. & Canonici.*
† *Signum Crucis propriæ manus ſupradicti Marini Canonici.*
† *Ego qui ſupra Joannes Juden.*
† *Ego qui ſupra Joannes Juden.*

XX XIV. 32. BERNARDUS interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. anno 1179. celebrato, quo ſubſcripſit poſt Sergium Neapolitanum, tunc Metropolitanum ſuum. Putarim ſub hoc Epiſcopo, vel paulo ante Nolanam Eccleſiam à Salernitana Metropoli ad Neapolitanam traductam fuiſſe, præciſè vero à quo Pontifice, quoque tempore fuerit hæc facta mutatio, incompertum habeo, fortaſſe ſub Eugenio III. ſub quo nonnullæ aliæ Italiæ Eccleſiæ ad invicem fuerunt unitæ, aliæ aliis ſuffraganeæ Archiepiſcopis attributæ ſunt. Porrò clarè conſtat ad Bartholomæum uſque Nolanos Epiſcopos Salernitanæ Eccleſiæ obnoxios fuiſſe.

XX XV. 33. RUFFINUS a, ut Ciacconius ſcribit, olim Nolanus Epiſcopus, mox ad Eccleſiam Ariminenſem translatus à Clemente III. vocatus eſt ad purpuram anno 1190. ad titulum S. Praxedis, de quo nil aliud habemus. At in Canonizatione S. Joann. Gualberti anno 1194. per Cœleſtinum III. celebrata inter alios Epiſcopos qui ſolemnitati adfuerunt, recenſetur Epiſcopus Nolanus, Puteolanus & Ariminenſis tunc electus.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 1. col. 1145

XX XVI. 34. Fr. PETRUS poſt Ruffinum recenſetur in diptycis hujus Eccleſiæ, ordo tamen, tempus, & patria reticetur.

XXX VII. 35. M. PERRONUS Notarius Federici Imperatoris electus eſt Nolanus Epiſcopus ab una parte Capituli, alia verò Petrum Milonem elegit; ambo ad Apoſtolicam Sedem appellarunt, tunc Honorius III. ſcripſit Archiepiſcopo Neapolitano, ac præcipiendo mandavit, ut lite pendente ad ordinationem prædicti Perroni nequaquam procederet, ut in regeſt. Vatic. Dat. Reate 3. Non. Septemb. ann. 10. ſalutis 1255. eodem in reg. 31. fol. 82. alia extat epiſtola ad Caſertanum Epiſcopum ſuper eandem electionem.

XXX VIII. 36. ELIGIUS fuit Epiſcopus Nolanus, tempus non habemus.

XX XIX. 37. JOANNES Epiſcopus Anglonenſis translatus eſt ad hanc Nolanam Eccleſiam per Barenſem Archiepiſcopum. Ab Alexandro IV. non fuit confirmatus, cùm interfuiſſet conſecrationi Tancredi Tarentini in Regem Siciliæ, cujus cauſa juſſu Clementis IV. per Albanenſem Epiſcopum exagitata eſt; tandem à Gregorio X. confirmatus eſt anno 1274. ex reg. Vatic. 5. Kal. Septemb. ann. 3. epiſt. 20. fol. 536. Obiit anno primo Nicolai IV. ſalut. verò 1288. ex eodem reg.



XL 38. FRANCISCUS b Fontana, olim Archiepiſcopus Meſſanenſis, defuncto Joanne, Epiſcopatus Nolani factus eſt adminiſtrator, deinde ſub Bonifacio VIII. evaſit Archiepiſcopus Mediolanenſis anno 1296. Vide tom. 4. noſtrum in Archiepiſcopis Mediolanenſibus.

b Franciſcus etiam appellatur.

39. PETRUS Gerra, Capuanus Archiepiſcopus, adminiſtrationem hujus Eccleſiæ accepit ab eodem Bonifacio anno 1296. eamque exacto biennio remiſit. Hic fuit deinde Archiepiſcopus Montis regalis. XLI

40. LANDO Epiſcopus Suanenſis in Tuſcia, ad hanc eandem Nolanam Eccleſiam translatus eſt jubente Bonifacio VIII. anno 1298. 10. Kal. Maii, ut in reg. Vatic. ep. 150. fol. 131. ann. Pont. 4. XLII.

41. JACOBUS, cujus mentio extat in reg. regio Neapol. an. 1321. obiit verò anno 1328. ex reg. Vatic. XLIII

42. PETRUS Epiſcopus Venafranus per obitum Jacobi translatus eſt ad Nolanam Eccleſiam à Joanne XXII. anno 1328. 5. Id. Septemb. ann. Pontif. 13. ex reg. Vatic. epiſt. 89. Exceſſit ex hac vita anno 1331. XLIV

43. NICOLAUS ſucceſſit Petro ann. 1331. memoratur die 14. ejuſdem anni in oblig. lib. Mortem obiit anno 1340. ex reg. Vatic. XLV.

44. LIGO de Vrbeveteri, Canonicus Rhemenſis, & Papæ Benedicti XII. Capellanus in demortui Nicolai locum electus eſt Nolanæ Eccleſiæ Epiſcopus 8. Id. Novemb. anno 1340. Præfuit annis 9. cujus electio extat in reg. Vatic. ejuſdem Pontificis ep. 379. anni 6. XLVI

45. NICOLAUS de Oſerjo, nobilis Ravellenſis, Canonicus Neapolitanus, à Clemente VI. Nolanæ Eccleſiæ præficitur, defuncto Ligo, anno 1349. 14. Kal. Febr. ut in reg. Vatic. ap. 149. fol. 94. p. 1. lib. 4. an. 7. defunctus eſt Avenione, antequam munus conſecrationis reciperet. XL VII.

46. FRANCISCUS Rufulo, Neapolitanus, origine Ravellenſis, in ſuæ primoribus Civitatis meritò numerandus, ex Canonico Neapolitano, ac Papæ Capellano („ & *S. Rom. Rotæ Auditore*) delectus eſt Nolanus Epiſcopus anno 1349. 8. Kal. Junii in reg. Vatic. ep. 2. fol. 11. p. 1. lib. 3. an 8. Clementis VI. Præfuit annis 21. mortuuſque eſt Neapoli in patria anno 1370. ſepultuſque eſt in Eccleſia Sancti Dominici cum hac inſcriptione, XL VIII.

Hic jacet Reverendus Pater, & Dominus, Dominus Franciſcus Rufulus de Neapoli, legum Doctor, Dei gratia Epiſcopus Nolanus, qui obiit anno Domini MCCCLXX. die 5. Junii V. Ind.

47. FRANCISCUS Scaccanus de Nola ex Canonico Cathedralis electus eſt Patriæ Epiſcopus ab Vrbano V. anno 1370. 11. Kal. Julii; vir egregiis moribus, & legum peritia clarus, Bonifacii IX. in Regno Siciliæ Apoſtolicus Nuncius, & Spoliorum collector, ac Referendarius, ejuſdemque aliquando in Vrbe in ſpiritualibus Vicarius fuit. Cathedralem vetuſtate fatiſcentem nova molitione cœpit exædificare. Teſtis fuit teſtamento Nicolai de Vrſinis Comitis Nolani anno 1399. 14. Febr. Triginta omnino ann. cum laude prudentiæ præfuit, fatoque functus eſt 1400. jacet in Cathedrali nobili pulchroque tumulo cum hoc epitaphio, XLIX

Hic jacet corpus Reverendi in Chriſto Patris & Domini Domini Franciſci Scaccani de Nola, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Nolani, utriuſque Juris profeſſoris, Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Bonifacii Papæ Noni Referendarii, ac in eadem Vrbe ejuſque ſuburbiis, diſtrictu, in ſpiritualibus Vicarii generalis, qui obiit ann. Dom. MCCCC. die xv. menſis Julii, viij. Indictionis in Civitate Nolæ, cujus anima requieſcat in pace. Amen.

48. FLA-



L. 48. FLAMENGUS *a*, vetuſta, ac nobiliſſima Minutula familia natus ex Canonico Neapolitano, defunctoque Franciſco electus eſt Nolanus Epiſcopus anno 1400. 7. Kal. Aug. Interfuit Conſtantienſi Concilio; teſtis fuit teſtamento Landulphi Card. Maramaldi 1415. 10. Octob. Præſuit annis omnino duobus, & quadraginta. Conſtat illum obiiſſe anno 1442. *b* in Actis Conſiſtorialibus, de quo nihil occurrit ampliori dignum memoria.

a Ab Flamengus, ſeu Flaminius.

b Die ultima Aprilis.


LI. 49. LEO de Simeone ex Archidiacono adlectus eſt coadjutor Flamengi ab Eugenio IV. cum ſpe futuræ ſucceſſionis anno 1438. cui ſucceſſit ann. 1445. ultima die Aprilis. Anno verò Leonis Præſulatus tertio extra mœnia Vrbis Nolæ, Raymundus Vrſinus Salerni Princeps, & Nolæ Comes Cœnobium pro Minoritis fratribus extruxit, quod non ſine divini numinis ope factum narrat doctus Waddingus tom. 5. Annal. Minor. inditumque nomen S. Angeli. *Raymundus*, inquit, *Vrſinus Salerni Princeps & Nolæ Comes, cum extra hanc Vrbem Eccleſiam S. Laurentii collabentem reficere, & Conventum adjicere Minorum ſummo tentaſſet conatu, magno ſuo, aliorumque admiratione videbat nocte deſtrui, quod interdiu conſtruebatur. Piorum Virorum implorans precibus, rogavit Dominum, ut dignaretur propalare quid hoc vellet portenti? Et ecce latomi, dum ſaxum ingens ex lapidicina exſcindunt, pulcherrimum Angelum ex ære fuſum, pretioſum annulum manu tenentem inter duos ſibi invicem conſibulatos lapides conſpiciunt. Hinc judicatum eſt locum hunc à Deo delectum ſacræ ædi conſtruendæ. Nulla interpoſita mora huc curam & operam omnem Raymundus convertit, & elegantiſſimum fabricavit Cœnobium, rebuſque omnibus neceſſariis inſtruxit. Angeli ſimulachrum, à quo domus nuncupatur, repoſuit in ſacrario, & ſibi humile poſuit in pavimento ſepulchrum.* Jacet hic B. Reginaldus laicus, miraculis in vita, & poſt mortem clarus. Porrò inſcriptio ad Raymundi ſepulchrum talis eſt.

Hic jacet Illuſtris Dominus Raymundus de Vrſinis Nolanus, & Palatinus, ac Sarni Comes, Princeps Salerni, Dux Amalſi, & Reg quondam Siciliæ Magiſter Juſtitiarius, & uxor Leonora regali proſapia de domo Aragonia. Qui obiit an. Dom. MCCCC.LIX.

Viginti ſeptem annos Leo ſibi creditam Eccleſiam rexit, mortalitatem explevit anno 1469. cujus marmoreum ſepulchrum ſpectatur in Cathedrali cum hac inſcriptione.

Hic jacet corpus Domini Leonis Epiſcopi Nolani, qui obiit anno Domin. MCCCC. LXVIIII. XV. menſis Julii, cujus anima requieſcat in pace. Sedit annis XXX.

LII. 50. (1) JOANNES Antonius Buccarellus, antea Epiſcopus Aſculanus in Apulia, ad Nolanam Eccleſiam translatus eſt 5. Id. Auguſti anno 1469. obiitque anno 1475. qui novæ Cathedralis prima præſtruxit fundamenta adjuvante Viſo Vrſino Nolæ Principe.



51. ORLANDUS Vrſinus, Romanus, eruditione ac legali ſcientia non minus, quam generis nobilitate illuſtris, adlectus eſt Epiſcopus Nolanus anno 1475. 17. Kal. Junii. Romanæ Vrbis Studiorum Rector erat anno 1499. obi deceſſit anno 1505. pietatis, religionis, & liberalitatis in omnes præclara opinione relicta. Anno ſuperiori ab obitu Orlandi Nolæ deceſſerat Helena de Comitibus Nicolai Vrſini Nolæ Comitis uxor, in clauſtro Sancti Franciſci ſepulta cum hoc epitaphio. LIII

Nicolaus Vrſinus Nolæ, Petilianique Comes, dilectæ conjugis Helenæ Conte hic voluit corpus humari, & pro ejus anima ſemel in hebdomada Miſſam, ſemel in anno anniverſarium celebrari, ob quæ Conventui huic in Palmarum planitie telluris jugeros quinquaginta donavit, Fiaſco Nolam gubernante, qui utique carus illud, & id fieri curavit. Anno Domini MCCCCCIIII. VI. *Id. Junias.*

52. JOANNES FRANCISCUS Brunus, Apoſtolicus Prothonotarius, ſucceſſit Orlando 4. Julii 1505. Interſuit Lateranenſi Concilio. Is cum annis 41. Nolanam Eccleſiam rexiſſet, ſibi Coadjutorem aſcivit cum ſpe futuræ ſucceſſionis anno 1546. Antonium Scarampum, pauloque poſt annum ætatis ſuæ 100. capularis ſenex mortalitatem explevit. LIV.

53. ANTONIUS Scarampus, Pedemontanus, ex Cannellæ Comitibus, Rector Eccleſiæ S. Mariæ de Monte Papienſis Diœceſis, electus eſt Coadiutor Bruni die 20. Auguſti 1546. eidemque ſucceſſit Præſul digniſſimus. Tres & viginti annos Nolanam Eccleſiam adminiſtravit, quam ad formam Tridentini Concilii, quo aſſederat, traduxit, erexitque Clericorum Seminarium, aliaque boni Paſtoris opera geſſit, translatuſque deinde eſt ad Laudenſem Eccleſiam anno 1569. die 11. menſis Martii. Vide quæ de eo ſcripſimus in Præſulibus Laudenſibus tom. 4. LV.


(„ *Antonii ſtudio, & ope Mariæ Sanſeverinæ*
„ *Henrici Vrſini ultimi Nolæ Comitis uxoris in ipſa*
„ *urbe adapertum fuit pro Societate Jeſu Collegium,*
„ *quod pergratam piiſſimæ matronæ hanc et dicavit*
„ *epigraphen.*

„ Mariæ Sanſeverinæ Bernardini Biſi-
„ nianenſium Principis filiæ, Henrici
„ Vrſini genere, ditione, gloria clariſſimi
„ viri uxori, quæ pietate in Deum, ſtudio
„ in utilitatem publicam, munificentia
„ in Societatem Jeſu, charitate in ſuos,
„ avitas Vrſinorum ædes religionis, ac
„ litterarum voluit eſſe domicilium, ſe-
„ que ibi cum conjuge chariſſimo, ejuſ-

que

(1) Marcum Vigerium, Savonenſis, M. Vigerii S. R.E. Cardinalis patruus, Sixti IV. Pontificis praeceptor, Nolanæ Eccleſiæ præfuiſſe ex tabulario Savonen. plaurit Oldoinus in Athenæo Liguſtico p. 412. nullo tamen ejus ſedis memorato tempore. Hunc autem minime patitur Ughelliana ſeries hic non hiulca, ſive interrupta.

„ que parentibus, ac ſorore condi juſſit.
„ Obiit anno ſalutis 1565. ætatis 74. ter-
„ tio Nonas Martii. Collegium Societa-
„ tis Jeſu fundatrici optimè meritæ poſuit.)



LVI. a De eo Ciaconius Oldoin. t. 4. col. 95.

54. PHILIPPUS Spinula *a*, Janvenſis Epiſcopus Biſiniani, ad hanc Nolanam Eccleſiam translatus eſt die 11. Martii 1569. Singulari pietate hujus Eccleſiæ curam peruſit ad ſex & decem annos, à Gregorio XIII. Presbyter Cardinalis ad tit. S. Sabinæ creatus ann. 1583. die 13. Decemb. quo Nolana Cathedralis miſerabile caſu corruit, quam deinceps Fabritius Gallus Philippi ſucceſſor à fundamentis cœpit reædificare. Onus remiſit Philippus Card. ann. 1585. Romæ deceſſit ann. 1593. de quo vide Biſinianenſium Epiſcoporum noſtram ſeriem tom. 1.

(„ *Sub Sixto V. Peruſiæ, Ducatus Spoletini, ſeù*
„ *Vmbriæ Legatus, Congregationi Regularium,*
„ *Pontificiis triremibus, & pro reparandis viis præ-*
„ *poſitus, ſub Clemente VIII. rebus Hungariæ, ac*
„ *Germaniæ cum aliis Cardinalibus præfectus, vi-*
„ *xit uſu rerum, doctrina, & vitæ innocentia lau-*
„ *dabilis. Abſente Ludovico Card. Madrutio Sacri*
„ *Romani Imperii Protectoris munus in urbe obivit.*
„ *Soranam Eccleſiam adminiſtravit, cui oneri ſe de-*
„ *inde ſubduxit an. 1583. cum hanc etiam Nolanam*
„ *remiſiſſet Eccleſiam. Ex calculi dolore Romæ an.*
„ *ſal. 1593. 13. Kal. Septemb. e vita migrans depo-*
„ *ſitus in Eccleſia s. Sabinæ Genuam poſtea in gentili-*
„ *tium ſepulchrum transferendus, in cujus depoſiti*
„ *loco hæc ſcripta leguntur.*

D. O. M.

„ Philippo Spinulæ Genuenſi ex Epiſc.
„ Nolano tituli hujus ſac. ædis S. R. E.
„ presbytero Cardinali, ſummæ integri-
„ tatis atque innocentiæ viro, Peruſiæ,
„ ac Vmbriæ Legatione Sixti V. Pontif.
„ Max. authoritate perſuncto, de Sac.
„ Imperii, ac Germanor. rebus ſemper
„ optime merito, M. Antonius, Fabri-
„ tius, Hector, ex teſtamento hæredes
„ fratri optatiſſimo mærentes poſuere.
„ Vixit Ann. LXVII. Menſ. VIII. dies
„ XXVIII. Obiit XIII. Kal. Septemb.
„ MDXCIII.

„ *De eo vide Ciaconium Oldoini tom. 4. col. 95. Tan-*
„ *ti Eccleſiæ principis nepos fuit, imo ab ipſo ſum-*
„ *mo ſtudio, ac mira ſollicitudine in pietate educatus*
„ *vener. P. Carolus Spinula, qui cum adoleſcens ſo-*
„ *dalitio Neapolitano SS. Trinitatis Peregrinorum,*
„ *& Adoleſcentium nomen dediſſet, D. Philippi*
„ *Nerii fundatoris, qui Barbaris Chriſtum annun-*
„ *ciare flagraverat, ſpiritum hauſit; quare inclitæ*
„ *Societati Jeſu adſcriptus non ſolum Indicam miſ-*
„ *ſionem, ſed pro ipſa Catholica fide inter flammas*
„ *vitam relinquere meruerit.)*

A



LVII. b De eo Civatellus in vita Camilli de Lellis l. 4. c. 9. Reginus in memoriis Clericorum miniſtrant. Infirmis p. 214-219. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 119. Mandoſ.

55. FABRITIUS Gallus *b*, Neapolitanus, ex reſignatione Card. Spinulæ Nolanus evaſit Epiſcopus Kal. Julii ann. 1585 Hic ubi primum ad Epiſco-
B patum aſcendit, nil antiquius habuit, quàm Clericorum mores corrigere, pietatem in omnes, charitatem in pauperes profundere, collapſam Cathedralem reædificare, inque primum dignitatis ſplendorem reſtituere, Sanctorum lipſana exornare, Eccleſiaſticam libertatem ubique & ſemper acerrimè propugnare, Canonicos ampliori dignitate ornare, Diœceſim plurimis Collegiatis Eccleſiis inſignire, Camaldulenſem Eremum inſtituere, Virginum Templa, Pietatis Montes, Xenodochia à nobilibus Nolanis inſtituta retinere, ſolertia augere ritibus, amplificare devotione: quamobrem tanta Præſulis hujus bonitas, undè ingens Eccleſiæ ſuæ fructus emanavit, digna eſt, ut eum priſcis illis Sanctis Epiſcopis, qui Nolanam Eccleſiam ſanctè adminiſtrarunt, rectè comparetur. Synodum unam ſatis celebrem ſui Præſulatus anno 5. habuit, ediditque una cum anteceſſorum ſuorum brevi ſerie. Fratres Minimos recepit ad viam, quæ
C in Apuliam ducit, juxta Cœmeterium Martyrum, & S. Felicis Presbyteri latebras memorabile, conditum illis cœnobium eſt, & Eccleſia ſub nomine, & tutela Divi Franciſci Paulani, quem cives Nolani peculiari cultu venerantur. Cæterum Fabritius Clero, populo, omnibuſque ordinibus charus, poſt annum nonum ſupra vigeſimum Epiſcopatus ſui Nolæ ex hac vita diſceſſit 6. die Novemb. 1614. ſepultuſque eſt in ſacello S. Stephani Cathedralis Sacrarii ab ipſo condito, & ab Alexandro Gallo ejus nepote, qui nuper Epiſcopus Stabienſis fuit, exornato, ubi in ſubjecto elogio patrui virtutes & acta enarravit.

D. O. M.

Fabritio Gallo Neap. Nolano-
rum Epiſcopo
Pauli V. Pontif. Max. familiari
adſiſtenti,
Eccleſiaſticæ libertatis acerrimo
defenſori,
D *Templo repentino olim caſu ſubverſo*
in ſplendidiorem formam reſtituto,
Sarcophago D. Felicis inſtaurato,
Aedificiis, ac redditibus auctis
Diœceſana Synodo
vigilanter edita Eccleſiæ ſenatu
ipſo curante pontificiis in-
ſignibus decorato
Vrbe inundatione aquæ bis afflicta
ab extremo vindicata interitu
cunctis parentem lugentibus
Alexander Gallus I. C. Jacobi
filius ſacellum SS. Reliquiis or-
natum à patruo pientiſſimo cœ-
ptum conſummavit, poſuit, dica-
vitq; Ann MDCXV. Vixit ann.
LXIX. M. IIII. D. XXI.
Sedit An. XXIX M. IIII. D. IV.

Su-

Supra verò majores Cathedralis fores ex marmore hæc leguntur verba. A

FABRITIUS GALLUS NEAPOL.
NOLAN. PONT.
COLLAPSUM ACCEPERAT, ÆRE
SUO, ET PUBLICO
MAGNIFICENTIUS RESTITUIT.
A. D. M. D. XCIIII.

(,, *Fabritii tempore in oppido Palmæ prope No-*
,, *lam Patres Reformati D. Franciſci in honorem D.*
,, *Januarii martyris Eccleſiam cum Conventu condi-*
,, *derunt piorum eleemoſynis, & præcipuè Marchio-*
,, *nis Lauri, ipſius etiam Palmæ D. Scipionis Pi-*
,, *gnatelli, quem non modo primarii ordinis nobili-*
,, *tas, ſed ipſa pietas fama donarunt immortali. Si-*
,, *quidem edoctus in Sodalitio Neapolitano SS. Tri-*
,, *nitatis Peregrinorum, cui jamdiu fuerat adſcri-*
,, *ptus, quàm citò mundi pompa evaneſcat, defun-*
,, *cta uxore Victoria de Tolpha S. Valentini Comite* B
,, *matrona genere, ac virtutibus omnibus ornatiſſi-*
,, *ma, & ejuſdem Sodalitii,, Eccleſiaſticæ militiæ*
,, *nomen dedit; quodque ab ara ſibi tempus ſupere-*
,, *rat, totum vel in Noſocomiis, vel circa domos men-*
,, *dicare erubeſcentium aurata manu tranſigebat.)*

LVIII 56. JOANNES BAPTISTA Lancellotus, Romanus, Horatii Lancellotti germanus frater, à Paulo V. Nolanum Epiſcopatum obtinuit 26. Januarii anno 1615. Dominica in Palmis ſolemni ritu ingreſſus plura novæ Cathedrali adjecit ornamenta: multa etiam tam ad ſplendorem, quam ad pietatem incitamenta, in ſacrorum officiorum adminiſtrationem idem inſtituit, ædificiis quoq; variis, & picturis Epiſcopale palatium exornavit. Haud procul à Nola, ubi carceres, & fornax erant, quibus Sancti Martyres, vel crudeli maceratione, vel igne probabantur, ut de S. Januario Neapolit. inclyto Martyre, & Benevent. Epiſcopo legitur, qui in ea fornace probatus, illæſuſque evaſerat, ædiculam olim à fidelibus ibi excitatam anno 1631. Veſuvii Montis cineribus penè oppreſſam, cooperante Lancellotto, Canonicorum Capitulum ſumma pietate reſtituit, & memoriam addidit in marmore ad fidelium augendam devotionem hiſce conſcriptis verbis. C

Aediculam videns Viator
venerare.
Hic eſt ille carcer, quem Beatus
Januarius decoravit,
Hæc eſt illa fornax, quæ eundem
citra noxam accepit, ve-
getiorem emiſit.
Vtrumque locum Orbi univerſo
celebrem
Inter præcipuas Vrbis Nolæ
reliquias
Temporis injuria deformatum.
Ob repreſſum iterum hoc anno
M. D. C. XXXI. Veſuvii D
ſævientis furorem
Joanne Baptiſta Lancellotta
Pontifice
Capitulum Nolanum reſtituit.

(,, *Quam poſtea ædiculam temporis injuria de-*
,, *formatam, ac penè ultimæ ruinæ jam proximam*
,, *piiſſima Neapolitana Civitas magno impendio re-*
,, *fecit, & exornavit hac appoſita epigraphe.*

,, Fornacem videas, venerare viator, quæ B.
,, Januarium è proximo carcere eductum diù
,, ſervata citra noxam accepit. Senatus, Po
,, puluſq; Neapolitanus ob grati animi bene-
,, meritum collabentem ædem munifice repa-
,, ravit anno à Virginis partu MDCC.)

Præfuit exinde Lancellottus an. 45. obiit hoc anno 1656. jacet in Cathedrali.



57. FRANCISCUS Gonzaga, Mantoanus, Clericus Theatinus, Epiſcopus Geruntinenſis, & Cariacenſis, ad hanc Sedem translatus hoc eodem anno 1657. die 19. *a* Novembris. LIX.

a die 19. Novemb.

ADDITIO.

(,, *Præſul, ut olim in cathedris, ita & in ſug-*
,, *geſtu, quod eſt præcipuum Epiſcoporum munus,*
,, *verè ſingularis, vitæ puritate à teneris uſque dum*
,, *obiit, conſpicuus, quam, non ſolum in ſuis fa-*
,, *miliaribus voluit, ſed in ſuis etiam diœceſanis*
,, *ſemper procuravit. Animarum ſaluti, Eccleſia-*
,, *rum nitori verus Dei cultor abſtinens ſe ab omni*
,, *opere malo, & permanens in innocentia ſua pro*
,, *virili ſemper incubuit; Pauperes numquam ab*
,, *aliquo, non à potentibus, non à viris principibus*
,, *opprimi paſſus fuit, eoſque ſemper pecunia juvit,*
,, *eiſque ſemper benigniſſimas aures præbuit, eorum-*
,, *que cauſſas ſemper illis divitum, ac procerum*
,, *prætulit. Diœceſim diligentiſſimè ſancta viſitatio-*
,, *ne luſtravit, varios eradicavit abuſus, omnium*
,, *neceſſitatibus conſuluit. Cathedrale Templum ſa-*
,, *cris pretioſis ſupellectilibus exornavit, Epiſcopa-*
,, *le palatium, quod ſuus Anteceſſor Lancellotus in-*
,, *cęperat, ipſe perfecit; dum verò ſynodum cogit*
,, *ultimo prægravatus morbo die 18. Decembr. 1673.*
,, *mortalitatem explevit, ſepultuſque fuit in æde*
,, *principe juxtà aram maximam à cornu Evangelii*
,, *inter publicas lachrymas ſuorum diœceſanorum,*
,, *qui Divos Felices, Maximos, Paulinos, cæte-*
,, *roſque ſuos SS. Præſules in uno veluti Franciſco*
,, *Gonzaga revixiſſe cenſebant.*

,, PHILIPPUS *Cæſarinus, Patritius Nolanus,* LX
,, *& Romanus, Franciſci Antonii, & Margaritæ*
,, *Jordanæ filius, à Mitra Montis Peluſii ad hanc*
,, *tranſiit die prima Maii 1675. Plura Eccleſiæ ſuæ*
,, *contulit ornamenta, optimaque inſtitutione eam*
,, *annis omninò 8. direxit. Ad plures abiit die 6.*
,, *Julii 1683. ſepulchroque illatus fuit in medio Odęi*
,, *ſuæ Aedis principis.*

D ,, FRANCISCUS *Maria, Neapoli natus men-* LXI.
,, *ſe Decembri 1637. è nobiliſſima in Hiſpaniis gen-*
,, *te Moles, Hannibalis regii Divæ Claræ, ut vocant,*
,, *Neapoli Conſiliarii, & Mariæ Quiros de Bernar-*
,, *do nobiliſſimę item Hiſpanę filius, Cæſarinum ex-*
,, *cepit anno 1683. die 6. Decembris. Clericorum*
,, *Regularium Theatinorum ordini die 15. Decembr.*
,, *1653. nomen & ipſe dederat, in quo amœnioribus*
,, *litteris, & gravioribus imbutus diſciplinis con-*
,, *cionatoris munus ſummo Europę plauſu per totum*
,, *ferè ſuæ vitæ curriculum exercuit, adeò ut eum*
,, *præclariores Italiæ Vrbes quadrageſimali tempo-*
,, *re non ſemel audire voluerint; ipſaque Impera-*
,, *trix Eleonora Gonzaga pro eodem effectu ad ſe ac-*
,, *civerit. In ſua etiam Congregatione varia mune-*
,, *ra non quæſita, & præcipuè Viſitatoris obtinuit.*
,, *Vt ad ſuam pervenit ſponſam, eam illicò exorna-*
,, *re, ædem Cathedralem innumeris ſupellectilibus,*
,, *non modò Damaſcenis, ſed & auro etiam contex-*

tis,

A tis, vaſis argenteis, ac etiam aureis pro Epiſcopalibus functionibus, & altaris ſacrificio donare, quæ uſque adhuc ditiſſimum illud reddunt ſacrarium, ſollemne feſtum nominis B. Mariæ Virginis inſtituere, dote aſſignata pro duabus honeſtis puellabus eo die in matrimonium locandis, plurles ipſemet diœceſim viſitare, chriſtianam doctrinam, & ipſe etiam pueros edocere, pauperes largis eleemoſynis juvare, verbum Dei continuò annunciare ea, qua erat præditus facundia, & miro modo dicendi, ita ut difficillima noſtræ fidei myſteria mulierculis etiam indoctis, vetuliſque per ipſum enucleantem paterent. Ob varias, & graviſſimas, quibus venabatur, infirmitates, non ampliùs Eccleſiæ idoneus oneri ceſſit, & in ſuæ religionis domo in urbe Vici, ut quietiore vita ſibi uni mortis memor vacaret, 1695. receptui cecinit, ibi autem poſt biennium ab eiſdem morbis penè conſumptus Neapolim contendit, ubi Spiritum Deo reddidit die 12. Maji 1697. ſepultuſque fuit in SS. Apoſtolorum in Cœmeterio ſuorum PP. Theatinorum.

B LXII Fr. DANIEL Scoppa, Heliaut ordinis Strictioris obſervantiæ S. Mariæ de Vita menſe Majo 1695. Cathedram, quam Franciſcus Moles reliquit, & ipſe implevit, natus & ipſe Neapoli die 8. Februarii 1619. ſuique genitores fuerunt Petrus Angelus Scoppa, & Portia Morcone Chriſtiana verè pietate illuſtres, adeo ut ſibi omninò ſimilem reddiderint ſuum Franciſcum Anellum; hiſce enim nominibus in luſtrali fonte renatum voluerunt, quæ poſtea cum illo Danielis, profeſſus Carmeliticum inſtitutum die 15. Februarii 1635. commutavit. Philoſophia, ac Theologia Scholaſtica, & Morali, ac ulteriùs bonis litteris eminenter floruit, ut vigeſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno Magiſterii honore inſignitus, ab omnibus Monachis tum ſui, tum etiam aliorum ordinum meruerit diligi, & ſummo loco haberi. A' ſuis ſuperioribus majoribus plurles Comitiis Provincialibus præſidere juſſus fuit, in principio reformationis

C ſui ordinis ſtrictioris obſervantiæ Prior, ejuſdem Commiſſarius Generalis, firmataque Pontificiis decretis reformatione ipſe primus fuit novæ Provinciæ S. Mariæ de Vita Provincialis anno 1660. & titularis Bohemiæ, viſitator Provinciæ D. Alberti in Sicilia, & Carmelitarum omnium Neapolis, ac demum ſuprà alta munera, totius Carmelitici ordinis Procurator Generalis fuit renunciatus. Etiam entrà Clauſtra, cum ob ſummam rerum agendarum peritiam eſſet ſummoperè charus Archiepiſcopis Neapolitanis Pignatello, qui poſtcà fuit Innocentius XII. & Cantelmo, ejus opera iidem in ſuo procurando grege plurimum uſi fuerunt, & ſancti officii Conſultorem in Neapolitano Regno voluerunt. Nolanæ Eccleſiæ poſſeſſione conſequuta, ſtatum etſi mutaverit, mores, quibus antea laudabiliter vivebat, uſque ad extremum vitæ anhelitum, non modo retinuit, ſed majore potiùs humanitate, ac dulcedine apud omnes radiavit, non ſolùm doctrinæ, ſed quod caput eſt, pietatis, ac perſpectæ innocentiæ gloria perilluſtris. In ſuo quippè moderamine ſe habuit optimè,

D geſſitque præclarè, nil prætermiſſo, quod ad Dei cultum, & Chriſtianam pertineret diſciplinam. Gregem ſuum ſingulari fervore, & conatu ab omni injuria vindicavit, & pro ſuæ Epiſcopalis dignitatis juribus, ac præeminentiis tuendis expenſas, labores, ac vigilias nullas non pertentavit. Quotidiè ſacris operatus fuit, & alteri ſacrificio ſemper interfuit. Ab omni labe, quæ Epiſcopalem denigrare ſolet majeſtatem, immunis pauperes ſemper ut filios adamavit, continuiſque aluit eleemoſynis. Numquam deſtitit à ſancta diligentiſſima diœceſis viſitatione. Synodum anno 1696. coegit, in qua ipſe orationem habuit. Sollemni pompa ædem Principem ſacravit anno 1699. & in ea functione inter Miſſarum ſollemnia fervidè, & eleganter ad populum de reverentia ſacris ædibus debita Concionem habuit. In gravem incidit morbum ineunte menſe Martio, quem invicta patientia pertulit uſque ad diem 13. Maii 1703. quo meritorum plenus, ac dierum ad cœleſtem patriam, ut communis vox fuit, evolavit. Nonniſi poſt horas 28. à ſuo felici tranſitu illatus fuit ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat, quod illo propriè die perfectum fuerat, quo ipſe viam æternitatis ingreſſus eſt.

FRANCISCUS Maria Carrafa ab Eccleſia S. Marci ad hanc translatus fuit die 7. Aprilis 1704. Inclytis quidem, ac nobiliſſimis parentibus Alphonſo Carrafa è Foruli, Beatrice Bucca de Aragonia è Montiſnigri Ducibus natus die 13. Auguſti anno 1656. cum ſæva, ac memorabilis graſſaretur in Regno lues, à qua Divina ope, cum maximo ſui incommodo liber evaſit. Federici nomen in baptiſmate ſortitus, vix undennis ſpreta ſpe dignitatum, quas ei ſpondebat aula ſummi Rhodiæ militiæ Magiſtri, ad quam vocabatur ſub auſpiciis conſanguinei ſui Gregorii Carrafæ, qui poſtea eamdem ſedem conſcendit, Franciſco Mariæ Carrafæ inter clericos Regulares Theatinos ſummi nominis, præclaræque virtutis viro, prælibati magni magiſtri, & duorum S. R. E. Cardinalium germano in domo S. Pauli Neapolis educandus traditur, ut ipſe exoptaverat, ubi emiſſis ſollemnibus votis, ac in memoriam laudati Franciſci Mariæ cum eadem fama ad Superos paulò antè evocati Federici nomine in illius nomen commutato, Philoſophiæ operam dedit; mox ad ſacram Theologiam ediſcendam Romam evocatus fuit Patriam deindè repetens Philoſophiam priùs, Theologiam deinde in prædicta domo à vigeſimo primo ſuæ ætatis anno inter ſuos publice docuit, ex quibus plures ſive Infulis, ſive Cathedris, ſive in Concionando celebres evaſere. Nec ſcientificæ tantummodò eorum educationi, verùm etiam ſpirituali præfectus fuit. Iis cum ſui laude expletis Magiſter Tyronum in ſua domo S. Pauli Neapolis renunciatus fuit præobtenta à S. Sede diſpenſatione ſuper defectum ætatis hujuſmodi miniſterio neceſſariæ, ex quo ad regendam Romanam domum S. Andreæ translatus fuit. Intemperiem ibi aeris paſſus Neapolim rediit, præfectuſque fuit domui S. Mariæ de Advocata, cui dum oneri incumbit ab Innocentio XII. infula S. Marci ornatus fuit die 30. Januarii anno Domini 1694 ſuæ ætatis 37. maximo ſuorum Religioſorum, qui ejus conſortio privabantur, mœrore.

Ut ad ſuam pervenit ſponſam die 10. Apr. ejuſdem anni, Paſtoris omnes implevit partes cumulatiſſimè, Eccleſiaſticos mores, immunitatem, ſacros ritus, pietatem in Beatam Virginem, maximè in Sabbatis promovendo, pacem fovendo, Religioſos præcipuè Ciſtercienſes in Diœceſi ſtabiliendo, Moniales in Spiritualibus, ac temporalibus adjuvando, Pauperes alendo, Seminarium ad S. Trid. Concilii præſcriptum renovando, Eccleſiæ Cathedralis, & palatii Epiſcopalis ædificia, imò & vias ad commodum publicum ad meliorem formam redigendo, bonaque Epiſcopalis menſæ mirum in modum augendo: quæ omnia feliciter nunc exſequitur in hac Nolana Eccleſia verus juxtà Apoſtoli normam Epiſcopus

PUTEOLANI EPISCOPI.



PUTEOLI vetus Campaniæ Felicis olim frequens, & celebris Civitas apud Sinum, qui Puteolanus dicitur inter Sinueſſam, & Neapolim, à quo in Occaſum æſtivum, ad VIII. M. P. recta via diſſidet, ſita eſt ſupra collem prope Linternum, Acheruntiamque paludem. De hujus Urbis origine, & nomine diverſi diverſa ſenſere. A Samiis conditam vult Euſebius eo tempore, quo Tarquinii à Bruto ſunt expulſi; A Cumanis alii exiſtimarunt ædificatam; alii novæ & fabuloſæ arridentes opinioni, à Diceo Neptuni, vel Herculis filio ſuum habuiſſe principium arbitrantur. Pauſanias bis ejus meminit, primum in Meſſeniis, deinde in Arcadicis, Tyrrhenorum oppidum appellat; ejus tamen conditoris mentionem nullam facit. Initio Dicearchiam dictam, nimirum ab adminiſtratione juſtitiæ, ſanctiſſimoque imperio. Plinius, Strabo, Silius, Appianus, & Philoſtratus auctores ſunt. Emporium Cumanorum Puteolos fuiſſe, poſteaque colonis Romanis admodum frequentes redditos, & nomen à puteorum multitudine accepiſſe, vel ut aliis placuit, à putore, quem hic paſſim aquæ calidæ vi ſulphuris emittunt; quapropter nonnullis etiam Phlegra vocatus ſit Cumanus ager Strabo memoriæ prodidit. A Livio Puteolorum mentio ſæpiſſimè fit, præſertim autem, ubi colonos eos deduxiſſe Fabium Max. Urbemque muniviſſe, neque multò poſt Annio Conſule referente decretum à Senatu, colonos in quinque marinas, & inter eas Puteolos mitti narrat. Alibi etiam Annibalem ad Avernum prætextu ſacrificii profectum, ſed animo capiendi Puteolos. Aliodeoique Romanorum coloniam factam ſcribit. Recentiori ævo ab Auguſto fuiſſe coloniam deductam vult Frontinus. Cicero oratione pro M. Cœlio municipium appellat, & quaſi puſillam Romam vocat epiſt. 2. lib. 5. ad Atticum, antiquam rempublicam, & Præfecturam aliquando extitiſſe lapides confirmant, quos leges apud Capaccium.

Sunt qui novam hanc Urbem dicant, & vetus Oppidum Puteolos non hoc in colle poſitos fuiſſe; ſed aliquanto remotiore loco, ubi ingentes adhuc ædificiorum ruinæ ſuperſunt, ſed haud quaquam hanc recentem, ſed ipſam Urbem antiquam eſſe demonſtrant, non modo ſitu ejus præſente, quod propinqua littori, portuique ſit; ſed etiam reliquiis pontis ab hujus collis radicibus olim incipientis, & ex vetuſto templo Urbis medio à Calfurnio L. F. in in honorem Auguſti condito, Jovi conſecrato, quod Chriſti deindè fideles D. Proculo dicarunt, quam quam multo quondam ampliore, quam nunc ſit, minime negare poſſumus. Neptuni templi ruinæ adhuc Puteolis vigent, cujus Cicero meminit Acad. 4. Serapidis & Honoris religionem coluiſſe Puteolanos, iiſdem Aedem ſtatuiſſe lapis nobiliſſimus declarat, quem refert Capaccius. Oppidum à Romanis auctum, ornatum, multiſque locis reſtitutum, cum Imperii majeſtas eſſet declinata, Bar-

A barorum ſæpiùs in Italiam illuvione collapſum & ſolo æquatum eſt, reſtitutum deinde in eam, qua nunc extat formam à Neapolitanis Principibus, Regibuſque. Antiquarum verò rerum monumenta Puteolis, ut idem Capaccius narrat, eam habent admirationem, quam, quæ Romæ ſunt reliqua, quæ maximum animo & oculis afferunt ſtuporem. Hinc templa, portus, Academiæ, theatra, amphiteatra, ſtatuæ, inſcriptiones, thermæ, & alia memorabilia, quarum parva, quæ ſuperſunt veſtigia, animi Romani magnitudinem, Imperatorum in eis locis conſuetudines, maximam rerum memoriam præſeferunt. At verò quæ in iis locis, aut ignes, aut thermæ, aut montes objiciunt, omnem ſuperare admirationem facilè videntur. De hac Civitate, ejuſque origine, nomine, dignitate, rebuſque memorabilibus, religione, Viriſque illuſtribus ita commemoravit luculentiſſimo, eruditoque libro ſupra citatus Julius Cæſar Capaccius, ut nil prorſus deſiderati poſſe videatur. Cæterum Chriſtianitatis
B exordium, Puteolanorum delitias, præclaraque monumenta, viſum eſt mirum in modum cumulaſſe. Siquidem in primis Campaniæ Felicis Civitatibus una fuit, quæ Patrobo Pauli Apoſtoli diſcipulo prædicante, lucem Evangelii aſpexit, primuſque deinde ſatagente Apoſtolorum Principe Petro idem Patrobas Epiſcopus conſecratus, Puteolanam inſtituit Eccleſiam, illamque optimis legibus rexit. Templum Auguſto dicatum à Chriſtianis D. Proculo Martyri, Puteolanæ Eccleſiæ Diacono ſacrum, & major Baſilica conſtitutum eſt ſub Diocletiano. Proculi ibidem ſervatur corpus. Urbis Patronum Puteolani maximo cultu venerantur. Hunc antea cum Eutychete, & Acutio Cives tranſtulerant in Prætorium Faludii ad Trivium, quod S. Stephani conjungitur ædi, ubi martyrio ſunt coronati. D. Celſi, Petri Apoſtoli diſcipuli, in eodem templo Lipſana coluntur ex traditione. Volunt ibidem eſſe corpus S. Niceæ Proculi matris, de qua Petrus de Natalibus in Catalogo, tum etiam corpus Patrobæ.
C Arthemas nobili genere natus eſt Puteolis, martyrio coronatus 7. Kal. Febr. ſub perſecutione Decii: ibidem paſſi ſunt pro Chriſto Oneſimus, Eraſmus, cum ſociis. Illud quoque eorum decori acceſſit, quod haud procul Puteolis ad forum Vulcani Januarius glorioſiſſimus Neapolitanus Civis, Epiſcopus Beneventanus cum ſociis, capitis abſciſſione nobilem tulit palmam martyrii, cujus corpus in Metropolitana Eccleſia Neapoli venerantur. Aedes ibidem à Neapolitanis Puteolis eſt condita anno 1574 *a*. ubi ædicula prius erat, cum marmoreo Ja- *a* 1580.
nuarii capite (1). In ea commorantur Sacerdotes Capuccini. Neapolitani, ut ſui juris ædem eſſe ſignificarent, hoc in marmore ſcripſerunt.

Divo Januario
Diocletiani ſcelere obtruncato
Ne quod ſacri corporis ſanguine
madaerat ſolum ſine honore
diutius remaneret, Nea-
politana Civitas P.P.
Aere P. F.
MDLXXX.

D In altari hæc leguntur.

LOCUS DECOLLATIONIS S. JANUARII ET SOCIORUM EJUS.

Sed de Januario alibi redibit ſermo: ad majorem Baſilicam redeamus, quam diximus expurgato templo Calfurniano, in Cathedralem erectam, Divoque Proculo conſecratam fuiſſe, hanc vetuſtate propè deformatam, ac ruinoſam Mar-

(1) Totum id perfectum fuit directione viri patritii Jo. Pauli Sanfelicii, quem non minus regalis Normandorum Principum ſanguis, quàm peculiaris pietas, Matheſeos non mediocre ſtudium, omnes ferè liberales diſciplinæ, ac mira in publicis muniis obeundis neſſus verè conſpicuum ſua ætate reddiderunt.

Martiousde Leone & Cardenas digniſſimus Epiſcopus nobili architectonicæ artis ſchemmate nuper à fundamentis conſtruxit, Sanctique Proculi, & Januarii titulo inſignivit, ut inſcriptus lapis proloquitur.

D. O. M.

Retenta ad memoriam vetuſtatis
Externa duntaxat Templi Calphurniani facie
Explicatuque ad formam ſacræ Aedis
Inaugaratu olim Divo Proculo
Tutelari ara Templum hoc
A fundamentis excitavit, concinnavit, & conſecravit
D. Frat. Martinus de Leon, & Cardenas
Hiſpanus ex ſacra Eremitarum religione D. Auguſtini
Epiſcopus Puteolanus inter Papæ aſſiſtentes, & regius Conſiliarius cooptatus,
Anno ſalutis humani generis M. D. C. XXXIV.

Hæc in exteriori parte ſupra fores: alia verò de ejuſdem Eccleſiæ conſecratione in interiori parte legitur inſcriptio.

Anno Dom. M.D C.XXXIV.
die nun. menſis Aprilis
Ego D. Fr. Martinus de Leon, & Cardenas
Hiſpanus ex ſacro Eremitarum religione D. Auguſtini
Epiſcopus Puteolanus inter Papæ aſſiſtentes, & regius Conſiliarius cooptatus conſecravi Eccleſiam hanc,
Quam à fundamentis erexi, & altare majus in honorem
Sanctorum Martyrum Proculi Diac. & Januarii Epiſc. Tutelarium, & Reliquias Ss. Mm. Januarii, Feſti, Soſii, Deſiderij, Sociorum ejus, s. Celſi Epiſcopi Puteolani
Ss. Mm. Conſtantii, Maximi, Juventii, Paſtoris, Theophyli, Tertulliani, Vitelliani, & triginta militum
Mm. in eo incluſi: & ſingulis Chriſti fidelibus
Hodie unam annam, & in die Anniverſario
Conſecrationis ipſam viſitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta conceſſi.

In hac Baſilica tres dignitatum gradus ad majorem Dei cultum ſunt, Decanatus, Archidiaconatus, & Cantoratus, Canonicatus duodecim. Theologalis præbenda a: novem item Capellani Beneficiati, aliique Clerici cum Præfecto Sacrarii, Magiſter muſices, qui quotidie Divinum penſum peragunt. Seminarium Clericorum in ipſo Epiſcopali Palatio ibi inſtitutum eſt b, ubi Clerici aluntur. Nec deſunt in Civitate Xenodochia ad ſublevandam egenorum inopiam. Plures olim in ea Civitate erant Parochiales Eccleſiæ, hodie duæ tantùm numerantur. Cathedralis ipſa, altera in ſuburbiis propè mare in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum. Monialium Cœnobia duo, quibus adnumerari poſſunt ſex virorum Monaſteria, partim intra, partim extra Civitatem exædificata, Jeſu Mariæ ſcilicet, Ord. Prædicatorum, S. Catharinæ, Ord. Conventualium, S. Jacobi Carmelitarum, S. Franciſci Ord. Minorum, alterumque diſtrictioris obſervantiæ ejuſdem Ord. Monachorum Montis Virginis apud S. Andream, & Capuccinorum ad D. Iannarii, pluraque alia ibidem pia loca, & laicorum fraternitates viſuntur, quæ Puteolanorum Populorum pietatem videntur augere. Puteolanus Epiſcopus Neapolitano Archiepiſcopo ab immemorabili ſubeſt; haud amplæ Diœceſi jus dicit, in qua ad novem millia mortalium capita cenſentur, ſi ſex millia, quæ intra mœnia Puteolana, accenſeantur. Redditus Epiſcopatus tria millia ſcutatorum illarum partium dicuntur explere; in libris fiſci Apoſtolici ejus taxa florenos 133. non excedit. De dignitate & antiquitate Eccleſiæ Puteolanæ ſcripſit Opuſculum Sebaſtianus Monachus Olivetanus ad Ioannem Matthæum Caſtaldium Epiſcopum Puteolanum, quod non vidimus, nec typis editum eſt. Inſignis quidem Eccleſia eſt numeroſo jam Martyrum ſanguine decorata, Summorum Pontificum, Regumque variis muneribus, privilegiiſque fuit donata. Everſus enim Miſenatis, Cumaniſque Eccleſiis, quarum Clerus & Capitula in Averſanam Eccleſiam ſe tranſtulerunt, in qua tres hodie Primicerii numerantur, cenſus earum Neapolitanæ Eccleſiæ attributus; Eccleſiaſtica verò Eccleſiarum juriſdictio Puteolano Antiſtiti obvenit; non ſolum namque in illis jus ſuum tuetur, ſed in locis etiam Fori, Scriptæ, Subcavæ, & Planuræ, quæ in temporalibus Neapolitanæ Civitati ſubduntur, in ſpiritualibus Puteolanæ Eccleſiæ ſubjecta ſunt, hodieque ad portas Civitatis Neapolitanæ ſuam juriſdictionem extendit. Puteolanorum Præſulum ſeries ſequens eſt ex variis monumentis collecta.

1. PATROBAM unum ex ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis, imò & Pauli diſcipulum, cujus I.
meminit in Epiſtola ad Romanos, ſatagente Petro Apoſtolorum Principe Hieroſolymis poſt Judaicam perſecutionem, diſperſionemque Chriſti diſcipulorum per univerſas orbis terrarum partes, ordinatum Epiſcopum, Puteolis nutu divino appuliſſe, eaque in urbe, tunc florentiſſima, Evangelium diſſeminaſſe, ejuſdem primum Præſulem inſtitutum fuiſſe, vetus, conſtanſque traditio narrat. Porrò de eo pauca loquuntur monumenta, quæ, ut Baronius ſcribit, à primis Chriſti fidelibus geſta ſunt, ſcriptorum inopia, vel ſcripturarum naufragio remanſerunt ſilentio ſepulta. Igitur Patrobas primus Puteolanorum Epiſcopus aſſiduo labore, fideique fervoris prædicatione accenſus, fidem, ſedemque Epiſcopalem Puteolis conſtabilivit, cumque per annos multos moleſtias multas, & incommoda pro Chriſti nomine à Gentilibus fortiter pertuliſſet, infinitos propemodum ad Evangelii lucem adduxiſſet, ſanctè quievit in Domino 4. Novembris poſt annum 59. ſalutis, ut exiſtimare poſſumus; etenim cum Paulus Apoſtolus è Hieroſolymis Romam captivus duceretur è Rhegio ſolvens, Puteolos delatus, inventis ibi fratribus, ut Acta Apoſt. 28. teſtantur, apud eos dies ſeptem rogatus manſit; tunc temporis ajunt Patrobam illorum fratrum (hoc enim vocabulo Chriſtiani appellabantur) Epiſcopum fuiſſe. In Templo nunc maximo depicta hiſtoria eſt, ubi S. Paulus à Patroba Epiſcopo, aliiſque fratribus benignè inter amplexus cernitur receptus. Poſt hunc annum apparet Patrobam obiiſſe, quo verò anno præciſè, incertum. Patrobam meminit Hippolytus Martyr. lib. de Septuaginta Chriſti diſcipulis, ex quo Baronius in notis ad Martyrol. Rom. qui illum Puteolanorum Epiſcopum fuiſſe affirmat. Patrobæ Puteolani Epiſcopi item meminit Menologium Græcorum vetuſtiſſimum juſſu Baſilii Junioris Imp. Conſtantinopolitani ante annum ſalutis 977. in membranaceis pulcherrimis characteribus conſcriptum; extat in Bibliotheca Vatic. cujus verſio Petri Arcudii Corcyrenſis penes me erat, quam dono dedimus amico noſtro erudito viro Joan. Baptiſtæ Mari Canonico S. Angeli in foro Piſcium, ut ſuis notis ea aliquando in lu-

a Hac deficit, ſicut & Pœnitentialis.

b Adhuc in eo deſiderantur alumni.

cem proferat. de Patroba ita ſe habet, *Pridie nonas Novembris. Eodem die certamen Sanctorum Apoſtolorum de numero ſeptuaginta Patrobæ, Hermæ, Lini, Gaii, & Philologi. Patrobas, Hermas, Linus, Gajus, & Philologus ex ſeptuaginta diſcipulorum numero fuere. Patrobas, cujus mentionem in ſuis Epiſtolis Paulus Apoſtolus facit, Epiſcopus Puteolanorum multos ad Chriſti fidem traductos baptiſmate inſignivit; Hermas autem &c.* Chronicon Alexandrin. pag. 507. inter LXXII. Chriſti diſcipulos recenſet Patrobam, eidemque vigeſimum primum locum attribuit. Nicephorus Calliſtus in Hiſtoria, Gallelinus in Martyrologio, Molanus in additionibus ad Uſuardum, Ferrarius, aliique Patrobæ meminerunt, faciuntque Puteolanorum Epiſcopum. At Dorotheus in Synopſi, cujus fides à Baronio, Bellarminoque Cardd. tamquam fabulis plena improbatur, Patrobam Epiſcopum Neapolitanum fuiſſe ſcriptum reliquit, ex quo aliqui recentiores, qui de Epiſcopis Neapolitanis ſcripſerunt; ſed eorum opinio non cohæret cum tempore Aſprenis obitus. Is à D. Petro primus ordinatus Epiſcopus ad Cœlum evolavit anno Chriſti 70. quo anno S. Celſus Patrobæ ſucceſſor ab eodem Apoſtolorum Principe jam diu Puteolanæ Eccleſię conſtitutus Epiſcopus fuerat, ac felici greſſu illam regebat Eccleſiam: rametſi illud obſtare non poſſe, inquit Caracciolus c.8. Sacrorum monumentorum Neap. Eccl. lib. quod Patrobas Puteolanus Neapolitanus fuerit Epiſcopus, & ambas ſimul rexerit Eccleſias, cum plurima prorſus ſuppetant ſimillima antiquorum Pontificum exempla, qui multarum Civitatum Epiſcopi, in iis tamen omnibus ritè coluntur: ob id nimirum (ut ſæpè olim contigit) quod unus, idemque Epiſcopus, Apoſtolico more, complurium Civitatum, imò & provinciarum Eccleſias, primis illis Chriſti ſæculis, fundaverit, inſtituerit, rexerit; hic unus Martialis Chriſti diſcipulus non ſolum Lemovicenſis, ſed etiam ut Baronius ad 30. Junii, & Guillelmus Centen. P. adnotant, Pictavienſis, Engoliſmenſis, Burdegalenſis, Bituricenſis, Sanctonenſis, Viennenſis, Anicienſis, Rutenenſis, & Mimatenſis Eccleſiarum fuit Epiſcopus, atque in iis hoc etiam tempore ſolemni officio celebratur. Sic Maternus Petri diſcipulus, & Treviten ſium, & Tungrorum, & Colonienſium, & aliorum finitimorum populorum fuit ſimul Doctor, & præſul. Martyrol. Rom. 14. Septemb. Sic Syrus & Juventius, non Ticinenſem ſolummodò, ſed & Vicentinam, aliarumque Civitatum vicinarum fundarunt, atque inſtituerunt Eccleſias. Addo Romulum, qui Feſulanam, Florentinam, Volaterranam, Bergomatem, & Brixienſem conſtituit Eccleſias, & Proſdocimus Patavinam, Vicentinam, aliaſque fundavit Sedes: nec deſunt hujuſmodi exempla in ſacra Hiſtoria. Cæterum de Patroba, præter ſuſpectæ fidei Dorotheum, nullum habemus veterem auctorem, qui aſſerat illum Neapolitanum fuiſſe Antiſtitem (1). Penlorum illum aſtruit Petrus de Natalibus; ſed cum nulla ſit Civitas hoc nomine nuncupata, neſcio undè id hauſerit. Demochares lib. 2 de divino Miſſæ ſacrificio cap. 18. ait, S. Patrobam Neopotiolanum fuiſſe Epiſcopum inſtitutum, de quo aliqui Neapolitanum legerunt, melius pro Neopotiolano Puteolanum dixiſſet. Puteolani, Patrobæ corpus in eorum Cathedrali aſſervari affirmant, Baronius verò 4. Novemb. illud Romæ in Baſilica S. Mariæ Majoris conſervari ſcribit (2), ſed in Baſilica nulla mentio extat; imò in vetuſtis monumentis ejuſdem, nec verbum quidem de Patroba, fortaſſis pro Epaphra Coloſſenſi Epiſcopo, cujus ſacra lipſana ſub altari majori in ea Baſilica jacent, Patroba ſcripſit ad 4. Novemb

II. 2. S. CELSUS S. Patrobæ alumnus defuncto magiſtro ſucceſſit, ſecundus ab Apoſtolorum Principe Petro Puteolis ordinatus Epiſcopus circa annum Domini 60. Habet traditio, hunc fidei opus à B. Patroba Puteolis inceptum ſummo labore abſolviſſe, ac ſemel ab illo plantatam Chriſti fidem ſua prædicatione efficaci conſtabiliſſe, populumque ferè totum, eliminatis Idolis, ad veri Dei cultum traduxiſſe, & poſt multos exantlatos labores ad Cœlum evolaſſe circa annum Domini 80. die 5. Novemb. quo ipſo die auctoritate Pii, ac Sixti V. Summorum Pontificum celebratur feſtum, ac veluti Patronus veneratur, cujus ſacrum corpus in Eccleſia ab ipſo condita, ubi nunc Moniales S. Franciſci degunt, creditur aſſervari. Ejus meminit Ferrarius in Catalogo ad hunc diem, ubi habet extare in Puteolano Territorio Eccleſiam, quæ s. Petrilli de Quarto dicitur, quod in ea à s. Petro Celſus Epiſcopus conſecratus fuerit; ſed magis arridet opinio illa, qua cenſetur Romæ Celſum ab Apoſtolo conſecratum fuiſſe, poſt Patrobæ exceſſum, ac Puteolos miſſum, ubi & in pace quieviſſe.

3 JOANNES, quem ſanctitate clarum fuiſſe diptycæ Puteolanæ Eccleſiæ commemorant. Tempus, quo ille floruerit, neque acta recenſentur. III.

4 FLORENTIUS Epiſcopus ſuis exigentibus demeritis ab Epiſcopatu depoſitus poſt decimum quintum à ſua damnatione eam Eccleſiam invaſit, ut meminit Epiſtola Gratiani, & Valentin. Imper. ad Aquilinum Vicarium Ordinarium, apud Baronium tom. 4. ad ann. 381. num. 3. *Et Florentius*, inquit, *Puteolanus poſt damnationem, quam recto judicio convictus accepit, manſuetudinem noſtram inquietare conatus, dignum tulit in progreſſione reſponſum; poſt decimum quintum annum Eccleſiam, de qua extruſus fuerat, rurſus contaminare conatur, congreſſiones illicitas facere molitur, egentemque conſilii multitudinem perditi animi perſuaſione depravat, noſtrorum videlicet Judicum ſocordia fretus, qui privatæ gratiæ Imperialia præcepta condonant, & religionem, quam nos jure veneramur, quam fortaſſe ipſi negligunt, inquietare patienter accipiunt.* Hæc de Florentio, cætera deſiderantur. IV.

5 THEODORUM numerant diptycæ Puteolanæ inter ejus Urbis Epiſcopos, cum potius Miſenatem Epiſcopum plerique arbitrati ſunt. Sepulchralis tamen lapis Puteolis eſt ab indoctis viris, ut teſtatur Capaccius, ad forum appoſitus, ferè exeſus, ubi hæc Inſcriptio. V.

HIC REQUIESCIT S. THEODORUS
EPISCOPUS
QUI DEPOSITUS EST III. ID.
MAJAS CONS.
THEODOSII XV. ET VALEN-
TINIANI IIII.

6 JULIANUS Puteolanus Epiſcopus floruit Leonis I. Papæ temporibus, dignuſque habitus eſt ut ab eodem Legatus mitteretur ad Epheſinam Synodum, ut ex Martini Scoti Chronica narrat Baronius tom. 6. ad annum 449. num. 36. *Cum igitur*, ait *Sanctus Leo*, *nec reprimere Theodoſium ab cogendo concilio valuiſſet Epiſcoporum, neque ut in Italia ageretur, perſuadere potuiſſet; tamen ne fidei cauſa diſpendium aliquod pateretur, quam ſciret appeti ſtudiis ſummæ potentiæ fautorum Eutychetis eundem Imperatorem præcipitem abducentium, ſalubre illud in primis conſilium iniit, ut è Latere Legatos mitteret Epheſum ad Concilium, eiſdemque daret ad Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum Epiſtolam, qua non ipſe ſolum, ſed univerſa Synodus, quid de Verbi Incarnatione ſentiendum eſſet, eu ſententia Evangelicæ veritatis acciperet, ut ſic tanquã fixa anchora, fides Catholica haud abriperetur à furentibus factioſorum fluctibus, diſcordiæ ſpi-* VI.

(1) Vere Neapolitanus etiam Antiſtes fuit, ut in illa Eccleſia ſuperius dictum fuit; in rebus porrò antiquiſſimis præter Auctorum quamplurium ſuffragia, quæ hic brevitatis ſtudio non recenſeo, ſine indubiæ probationis, immo ipſius veritatis vice fungitur conſtantiſſima traditio.

(2) Hic error minimè imputandus eſt Baronio, qui dum de Patroba agit, de ejus corpore nil loquitur: nec, ut Ughellus ait, fortaſſe hallucinatus eſt, pro Epaphra Patrobam de..umendo: nam cum de Epaphra agit die 19. Julii, hujus, & non Patrobæ corpus in S. Mariæ majoris Baſilica conditum eſſe apertiſſime aſſerit. *Lucentius*.

ſpiritibus agitatis ; ſed inconcuſſa ſolida firmitate ſubſiſteret. Qui autem, in re tanta obrunda ſunt directi Legati, eorum hæc ſunt nomina; Julianus Epiſcopus Puteolanus, Renatus presbyt. Cardinalis tituli S. Clementis, atque Hilarius S. R. E. Diaconus Cardinalis. Hæc tantum de Juliano viro doctiſſimo, ac digniſſimo habemus, cætera ejus acta vetuſta voravit antiquitas.

VII. 7. STEPHANUS hujus Sedis Epiſcopus, cujus juſſu Petrus deſcripſit vitam S. Arthemę Martyris Puteolani, qui pro Chriſto palmam ſumpſit martyrii die 25. Januarii; cujus acta communicavit mecum Martinus de Leon digniſſimus olim Puteolanus Epiſcopus ex vetuſtiſsimo hœdino codice litteris Longobardicis exſcripta, quæ cum adhuc ineditæ ſint, hic curioſis exponimus.

Paſſio S. Arthemæ Puteolani Martyris.

Venerabili Patri, & Sanctæ Puteolanæ Eccleſię Inclyto Præſuli Domno Stephano. Petrus. Glorificando itaque, & venerando Reliquias Sanctorum Martyrum, quia Beati Arthemæ glorioſi Martyris ſacratiſſimum corpus in Diœceſi veſtri Epiſcopii requieſcit, præcipuiſque miraculis coruſcando, plebem fidelium mirabiliter invitare non deſinit, nec tamen ejus paſſio incompoſita edita relegi prævales, ſtudioſè ſuggerere curaſtis, ut ſicut Beatus Ambroſius S. Agnetis geſta, & Venerabilis Dominus Aupertus Sanctæ Fortunatæ paſſionem clarificare ſtuduerunt; ita & nos illorum ſtudium imitantes, illius paſſionem de inculto eloquio tranſferentes eccleſiaſtico dogmati tradere curaremus, quatenus ad honorem Domini, & ipſius præfati Martyris Arthemę gloriam ſacratiſſimã illius plebs amplius lætificetur, & tantò devotiſſimè ad ejus ſolemnia properet, quanto illum cognoverit glorioſum ac triumphale martyrium pro Chriſti amore mirabiliter ſuſcepiſſe. Qua propter egregie Paſtor ſecundum divinum edictum dicens melius eſt obedire, quam ſacrificare, ecce veſtræ Paternitati libentiſſimè parere curantes, & invictiſſimum illius agonem, & triumphale martyrium mirificè declaeare curavimus.

Ergo benigne Pater, quia claro dogmate fulges
Martyriam ſacrum, præfati Martyris almi
Sume ſagax placidè, grates referendo tonanti,
Atque ſacræ plebi ſtudioſè tradere cura,
Gaudeat ut ſemper de veſtro dogmate ſacro
Ac Domino Chriſto laudem decantet ovanter.

Paſſio S. Arthemæ.

Magnificentia Majeſtatis Domini Jeſu Chriſti *inter glorioſa, & admiranda magnalia, quæ mirabiliter operari dignata eſt, quatenus electos ſuos in amore ſanctæ ſuæ religionis optimè radicaret, ac tormentorum pœnas eos diſceret non timere, non ſolummodo viros integra ætate pollentes, ſed pueros, ac puellas in tenera ætate degentes per gratiam Sancti Spiritus ita confirmare dignatus eſt ad prudentiam reſponſionis, ad tolerantiam paſſionis, ut ante præſides, ac tyrannos intrepidi adſtarent, Sanctæque Trinitatis fidem devotiſſimè prædicarent. En quorum ſancta, & admiranda ſocietate exiſtens venerabilis, & ſacratiſſimus puer Dei Arthemas, dum adhuc indolis, hoc eſt juvenilis ætatis annos gereret, inclyta proſapia exortus, in civitate ſcilicet Puteolana, ſecundum nominis ſui præſagium; nam Arthemas Atticè, Latinè autem ars, ſive ratio interpretatur, in arte ſanctæ rationis per Dei gratiam mirificè exaltatus, & à parentibus Chriſtianis litterarum ſtudiis Chriſticola traditus fuiſſet, mirum in modum cœpit inter coætaneos, & condiſcipulos nectarea quadam & admirabili converſatione fulgere, adeo ut non illum tanquam collegam atque condiſcipulum, ſed ut dilectiſſimum complectatur germanum. Quid plura? dum Cathigeta illius ſecundum morem magiſterii per Iſagogam, ideſt introductionem ad ſæcularium litterarum dogmata illum introducere cœpiſſet, ille nihilominus divina gratia illuſtrante, præcedere illum in ſenſu, atque ſermonis acumine ſagaciſſimè cœpit, in quo inæſtimabili, ac ſtupendo ingenio valdè attonitus, idem præceptor ejus, non cœleſti, & divinæ gratiæ hoc tribuere ſtuduit, qui omnia quæcunque voluit, facit, ſed heu, proh dolor! ſimulachrorum, atque Idolorum virtutibus condonavit, proinde in eadem admiratione potius puerulos ejus diſcipulos illi ad docendum tradidit, videlicet, animadvertere cupiens, ſi tanta gratia continuata, aut fortuito & accidenti ſtudio in eo fulgeret.*

Tunc Deus Omnipotens totius lucis origo,
Lumine de cujus radiantur corda bonorum,
Non voluit tenebris retineri lumina tanta,
Sed clarè & dignè, qualis, quantuſque nigeret
Talia patrando monſtravit munere divo.

Igitur ut prædictum eſt, dum puer iſte Domini Arthemas dogmata litterarum condiſcipulis traderet, inter cætera eis Sanctæ Tetnitatis myſteria mirabiliter inſerebat, ſcilicet qualiter Dominus Chriſtus filius Dei omnipotentis pro mundi ſalute, ex ſacra Virgine naſci dignatus eſt, & per myſterium Sanctæ Crucis diabolicam deſtruxerit poteſtatem. De Sapientiæ autem ſtudio ſuadebat, dicens; Diſcite ò pueri doctrinam, diſcite ſancta, percipite auribus legem veræ Sapientię Dei omnipotentis, de qua Propheta canit, Initium Sapientiæ timor Domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio ejus manet in ſeculum ſæculi, ſi hoc ita eſt, & verè quia ita eſt, toto mentis amore ejus pręcepta ſequamur, ejus diſciplinam percipiamus, qui fecit Cęlum & Terram, Mare, atque Angelicam poteſtatem, qui corda omnium novit, & omnes ſapientes ſapienter ſua exuperat poteſtate.

Quiſquis in hoc fidit, ſapienti culmine pollet,
Terrenos ſapiens, ſapientes conteret omnes:
Hanc quoque Sophiam nemo contemnat amator
Qui poliram quærit, cum Chriſto vivere vitam.

Hæc & ſimilia dum puer Domini Arthemas condiſcipulis intimaret, illoſque ad amorem cœleſtis Sapientiæ accenderet, tandem & amici hoc explorantes, & cognoſcentes inflammari admodum, præceptori ejus nuntiaverunt, dicentes; O diſciplinæ pater, magnæque Sapientiæ indagator, ò ſacrorum numinum cultor, atque defenſor provide, ne forte pro doctrina prava diſcipulorum accreſcat magna injuria ſacrorum Deorum; Ecce enim Arthemas diſcipulus ille veſter, quem pueris ad docendum ſtudioſè poſuiſti, non illius ſapientiam, ſed iniquitatem, non Deorum religionem, ſed Chriſticolarum doctrinam miniſtrat. Credere non dubites; nam vera experta profamur; Vide ergo, ne per incuriam negligentiæ periclitetur puritas famoſę veſtrę ſagacitatis, dum pręſidi hujus provincię talia per te non fuerint nuntiata. Territus ad hęc illius Ethnicus Cathigeta advocans illum his verbis eum arguere cœpit. O Arthema ſtudioſe, fideliſque auditor, quę eſt iſta fama peſſima, quæ noſtras perculit aures, quæve doctrina vana noſtra præcordia ferit, noſtris ergo monitis prudenter aurem accommoda, ſcilicet, ut ſtudium inchoatę ſapientiæ niteat, & dignitas nobilitatis tuæ non obſtupeſcat: ſcimus equidem, te & nobilitate fulgere, & acumine prudentiæ optime pollere: ergo audita horrida, quæ de te audivimus, deleantur, & devotio noſtri præceptoris, quam in te habuimus, optime declaretur. Ad hæc B. Arthemas reſpondit. Scriptum eſt enim, ò ſagaciſſime Cathigeta priuſquam interroges, ne vituperes, & cum interrogaveris, corripe juſtè: Ergo ſecundum hanc ſententiam ſeriatim enucleare ſtude, quæ a nobis ineptè prolata eſſe dicuntur, & tunc demum, ſi ita eſt, aut profitendo approbamus, & retinemus ſi bona ſunt, aut negando repellimus, & refellere curamus, ſi mala eſſe videntur. Tunc præceptor incœpit infamiam ejus exponere dicens; Relatum ſiquidem nobis eſt, quod diſcipulis, quos tibi ad erudiendum doctrinæ dogmata tradidimus, non illis ſapientiam Deorum noſtrorum, quam totus mundus colit, & veneratur, ſed impiam

religionem Chriſticolarum ſtuduiſti propinare, quæ abominabilis eſſe videtur, vera ne ſunt hæc, an maledicorum compoſitione prolata? Beatus Arthemas dixit. Flagito, præceptor, quod nobis ediſſeras, quæ te ſcire non ambigimus, quatenus ad indagationem tuæ inquiſitionis recto tramite pervenire poſſimus; ſenſus eſt enim prior in homine, qui doctrinam percipit omnem, an philoſophia, & litterarum doctrina conclusus ad . . . . Deficit pagina in originalibus.

A

Nos enim talia in præſenti, quæ poſſumus miniſtrantes, in futuro enim Tartarus excipiat ille, ubi nulla requies, ſed ſemper fletus amarus.

Hæc ubi dicta dedit Præſes crudelis iniqua, conſentientibus cunctis, juſſit pueris, qui olim diſcipuli S. Martyris Arthemæ fuerant, quod cum gladiis, qui ab officio ſcribendi graffi nuncupantur, græco eloquio, illum crudeliter trucidarent. Hanc ergo ſententiam definitam cum martyr Domini agnoviſſet; quia non terrena, ſed cæleſtia exoptabat, oculis, ac manibus in cælum erectis hanc orationem fudit ad Dominum.

B

O Rex omnipotens, Sanctorum vita beata,
Qui pugnare jubes, & præſtas vincere ſemper,
Quique in te confidentibus gaudia largiris æterna.

Laudo & benedico nomen tuum; quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me, & tribuiſti mihi cum triumpho victoriæ conſummare, quod te donante inchoare potui: deprecor ergo ſupplex, quod mittas Angelum Sanctum, qui in pace tua ſuſcipiat ſpiritum meum, quia jam tempus inſtat ut veniam, & videam deſiderabilem tuam gloriam.

Hæc cum dixiſſet Martyr per cuncta beatus,
Mox perforatus gladiis ſanctum Domino reddidit ſpiritum; expleto namque glorioſo martyrio, ut oſtenderet Dominus angelica illi gaudia tribuiſſe, multoſq; per eum ad ſuam gratiam eſſe vocandos, videntibus cunctis à ſplendidiſſimis Sanctis Angelis anima illius ſuſcepta, ad Cælum cum gloria magna delata eſt. Hanc rem mirabilem, & inopinatam dum Ethnicus populus cerneret, plurimi ex divina gratia compuncti ad Sanctam Chriſtianam Religionem devota mente converſi ſunt laudantes, & benedicentes glorioſum, & admirabile nomen Domini Jeſu Chriſti. Igitur quia in tanto martyre magnam reverentiam, ſanctamque habebant devotionem, ejuſque ſe precibus gubernari cupiebant, nocturnis horis ſanctum illius corpuſculum colligentes in loco illo, qui ab accolis Campana dicitur, religioſè condere ſtuduerunt, qui diſtat à præfata urbe Puteolana, quaſi ſtadiis viginti quatuor, & à Civitate Parthenope miliariis novem. Ad cujus Sancti patrocinia plurimi convenientes, Sanctumque Martyrem Domini deprecantes, & variis periculis infirmitatis, beatiſſimam ſoſpitatem conſequi meruerunt. Paſſus eſt autem Beatiſſimus Martyr Domini Arthemas pro amore, & defenſione Sanctæ & Individuæ Trinitatis vigeſima quinta die menſ. Januarii. Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

C

Beatiſſimi Arthemæ hujus Martyris non meminit Martyr. Rom. non Ferrarius, nec aliquis alius, quod ſciverim. Codex, in quo ejus Acta exſcripta ſunt, extabat apud V. C. Bartholomæum Chioccarelium Neapolitanum Quo tempore autem Stephanus Epiſcopus vixerit, non conſtat.

D

VIII. 8 CLAUDIUS ſub Hilario Papa interfuit Romano Concilio anno 471 *a*.

465. IX. 9. AUCUPIUS, cujus mentio extat in Romano Concilio ſub Symmacho Papa celebrato anno 499. 501. *b* (,, *ſed & antea interfuerat Romano Concilio*
,, *à Gelaſio Pontifice celebrato an. 495.*)

X. 10. S ZOZIMUS, de quo in vetuſto Martyrologio Monialium Sancti Joannis de Capua.

XI. 11. GAUDIOSUS ſubſcripſit Synodo Conſtantinopolitanæ ſub Agathone Pontifice an. 680. Poſt hunc ſpatio quadringentorum annorum plurium deſiderantur Epiſcoporum nomina.

12. LEO Puteolanus Epiſcopus vixit circa ann. Dom. 1030. Hic dimiſſa Epiſcopali infula ad eremum confugit, de quo Sanctus Petrus Damianus Epiſtola 10. lib. 3. XII.

13. DONATUS in eadem Sede floruit anno 1119. Hic aliquot jura & Eccleſias ſui Epiſcopatus XIII. à Roberto Capuæ Principe recuperavit, qui pro ſua in Divum Proculum pietate, Donato Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum ea omnia reſtituit, quæ aliquando ad ejuſdem Divi tutelaris Cathedrali Eccleſia ablata fuerant, hac tamen conditione, ut tam ipſe Donatus, quam ſucceſſores ejus quolibet anno feria ſcilicet quarta in capite jejunii, & quinta Cœnæ Domini Eccleſiam S. Nicolai ad abſolutionem peragendam adire tenerentur, quemadmodum Puteolani Epiſcopi facere conſueverant. Quamobrem Robertus hujus confirmationis documentum ſcripſit, ſuoque ſigillo firmavit, quod modò ſubiiciemus ab exemplari Puteolanæ Eccleſiæ.

In nomine Salvatoris Dei Aeterni. Robertus Capuanus Princeps Donato Puteolano Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Principalis libertas Chriſti Eccleſiis, earumque Rectoribus ſuffragari, neceſſitatibus communicare, & ſuis rebus, & poſſeſſionibus ſubvenire debemus, ut eleemoſynis, & muneribus fidelium ditati, inſpectoribus earum poſſint abſque ſollicitudine, orationibus, & miniſteriis ſpiritualibus inſiſtere. Nos igitur Robertus Capuanorum Dei gratia Princeps hoc facere cupiens dignum duximus Eccleſiæ S. Proculi Puteolano Epiſcopo, venerabilique ejuſdem Eccleſiæ Præſuli Donato, ac ejus ſucceſſoribus conſenſu & precibus Raynaldi de Calvano fidelis noſtri, aſſenſu quoque & voluntate Domini Alexandri de Peroleo dilectiſſimi conſanguinei noſtri Eccleſiam S. Nicolai ſitam in Caſtro noſtro de Serra reddere & confirmare in perpetuum cum collis, hortis, & cum omni jure decimarum, aliiſque rationibus, & juſtitiis ejus, & cum omnibus Terris ſibi generaliter pertinentibus; hæc autem tenimenta ipſa Eccleſia S. Nicolai principaliter poſſidet ex parte quanti tenet quoddam territorium terræ, qualiter extenditur, & ſella ipſius Caſtri noſtri, quod dicitur Serra in parte occidentali per verticem, & ejus d. montis, & deſcendit per quandam viã propè quaſd. fabricas antiquas dirutas in partem Septemtrionalem verſus quartum, & qualiter venit ipſam viam revolvendo uſque ad piſcinalem ei pertinentem, qui & in parte Orientali propè terram Eccleſiæ s. Petri juris ipſius Epiſcopi, & uſque in viam publicam, quæ venit à Campana in quartum, & viam Silicem de Serra, & qualiter quoque aſcendit uſque in prædictum Caſtrum noſtrum, de alto verò latere ex parte Campanæ in parte Occidentali tenet præfata Eccleſia s. Nicolai. qualiter deſcendit ab ipſo Caſtro noſtro uſque ad piſcinalem antiquum, & uſq; in montem, qui dicitur Sertus in parte Occidentali, in parte verò Meridiana habet fines magnas duas petras ejuſdem terrarum Epiſcopatus, quæ extenduntur uſque ad verticem prædicti montis, & circa in parte Occidentis, & uſque ad Silicem in parte Orientis, & ſunt ipſæ duæ pezzæ terrarum per menſuram ſine Silva montis, modii terrarum centum & novem, tenet etiam dicta Eccleſia s. Nicolai aliud tenimentum ex parte Campanæ, quod Burſas vocatur uſque in planitiem Campanæ, ubi fines habent terras quorundam militum, & ſervientium noſtrorum ex parte meridiei, & qualiter revolvitur per planitiem ejuſdem montis, ubi ſunt domunculæ, & fabricæ antiquæ juxta prædictam viam de Serra, quæ deſcendit in quarto per ipſam Silicem ex parte Orientali ſub pede ejuſdem Montis Burii; habet quoque ipſa Eccleſia s. Nicolai quandam terram in loco, qui dicitur Corvara ſecus terram ipſius Epiſcopi undiq; terminata ex prædictis terris, & ex terra præfata per menſuram modii novem. Hanc quidem præfatam Eccleſiam de Serra s. Nicolai cum omnibus ſupradictis terris, & poſſeſſionibus, juriſdictionibus & cæt. ſponte reddimus, & confirmamus Puteolano Epiſcopatui, & ejus Venerabili Antiſtiti Donato, ſuiſq; ſucceſſoribus; &c. Verum quia

Pu-

Puteolanus Epiſcopus annuatim ex conſuetudine veniebat in quarta feria caput jejunii, & in quinta ante Paſcha, ſcilicet in Cœna Domini ad prædictam Eccleſiam S. Nicolai, volumus, petimus, atque ſtatuimus, quatenus venerabilis Epiſcopus, & ſucceſſores ejus amodò in antea debeant in ſingulis annis in prædictis duobus diebus, ad Eccleſiam S. Nicolai venire ad faciendam abſolutionem, ſicut ejus antecesſores facere conſueverunt. Quod ſi quis in futuro contra hanc noſtram redditionis, & confirmationis paginam venire, vel infringere tentaverit, excommunicationi jam dicti Epiſcopatus ſubjaceat, inſuper libram auri perſolvat, medietatem noſtro ſacro Palatio, & medietatem dicto Epiſcopo, ejuſq; præſidentibus Epiſcopis; hæc autem pagina firma, munita & inviolabilis maneat in perpetuum, & ut verius credatur, & cautius obſervetur, &c. manu propria ſubjacenti ſigno eam ſubſcripſimus, & noſtro ſigillo juſſimus ſignari in Anno Incarnationis Dominicæ 1119. Indict. 12. ſcripta à Roberto Eccleſiæ Averſanæ Archidiacono præcepto Domini Roberti Principis.

Anno deinde 1121. idem Donatus Epiſcopus à Jordano Capuæ Principe obtinuit, ut ſibi, ſucceſſoribuſque ſuis Eccleſia S. Angeli ſita in criſta montis ſuæ ditionis cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis ſibi & ſucceſſoribus ejus reſtitueretur; cujus reſtitutionis chartæ teſtes interfuerunt Octodonus Secundus Capuæ Archiepiſcopus, Robertus Averſanus, & Guillelmus Nolanus Epiſcopi cum Matthæo Abbate S. Laurentii de Averſa. Charta exſcripta eſt ab exemplari ejuſdem Tabularii Puteolanæ Eccleſiæ.

In nomine Domini Salvatoris Jordanus Capuanus Princeps Donato Epiſcopo Puteolano ſalutem. Jeſu Chriſti miſericordia præſtabilis, filiis Sanctæ & Catholicæ Eccleſiæ noſtris fidelibus.

Quoniam ob ſalutem animarum glorioſæ memor. ſcil. Roberti filii Principis avi, ac Jordani patris noſtri, nec non & Secundi Riccardi, quam etiam Roberti Principum introſcriptorum, & ob ſtatum noſtri Principatus, conſilio quoque & interventu Domini Octodonis Secundi Dei gratia Capuæ Archiepiſcopi, nec non Domini Roberti Averſani Epiſcopi, ac Domini Guglielmi Nolani Epiſcopi, & Domini Matthæi ſola Domini clementia Abb. S. Laurentii Averſani Monaſterii, in Eccleſia S. Proculi Puteolani Epiſcopatus, in qua Dominus Donatus Dei gratia Venerabilis Epiſcopus præeſſe dignoſcitur, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, reddimus, concedimus, & confirmamus, & inſuper quietè dimittimus Eccl. S. Angeli ſitam in criſta montis cum univerſis terris ſuis colendis, & cum paſcuis, & cum omnibus ejus viis in eis intrandi, & exeundi, ſicut prædicta Eccleſia nunc poſſidet, & dominatur excepta ſilva, de qua cum poteſtate habeat aſſiduè juxta rationem iſta Eccl. S. Proculi, & præfatus Dom. Donatus Ven. Epiſcopus, ſuique ſucceſſores accipiant de lignaminibus, & quodlibet ob remedium animarum prædictorum Principum & meæ ſuper Altare S. Proculi Martyris per librum obtulit, & ſicut præfatus Matthæus Abb. in prædicto Capitulo ejuſdem Monaſterii datum, & conceſſum habet per quoddam ſcriptum per eundem Matthæum Abb. & per plures alios confratres ejuſdem Monaſterii, probatum, & ſigillo prædicti Monaſterii ſigillatum, una cum omnibus inferioribus, & ſuperioribus ſuis, & cum omnibus ſuis pertinentiis; Nos prænominatus Secundus Jordanus Dei gratia Capuanorum Princeps in præfata Eccleſia S. Proculi Puteolani, in qua præfatus D. Donatus Venerabilis Epiſcopus præeſt, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, reddimus, & confirmamus, ac poſſeſſionem, & poteſtatem, ac dominationem prædictæ Eccleſiæ S. Proculi, & prænominati Domini Epiſcopi ſuiſque ſucceſſoribus faciendi ex inde legaliter quicquid eis placuerit, remota omni inquietudine, contrarietate, & moleſtia omnium Principum ſucceſſorum noſtrorum, & Viceprincipum, Comitum, vel Vicecomitum, Judicum, Sculdasiorum, Gaſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſonæ. Quod ſi quis hujus noſtræ conceſſionis, atque confirmationis paginæ corrector, aut violator extiterit, aut contra principale ſcriptum agere tentaverit, viginti libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem dictæ Eccleſiæ S. Proculi, & Domino Donato Venerabili Epiſcopo, ſuiſq; ſucceſſoribus, & medietatem noſtro ſacro Palatio, & ſoluta pœna librarum, hoc principale ſcriptum, qualiter continet, firmum, munitum, atque inviolabile permaneat in perpetuum, & ut hoc principale ſcriptum ab omnibus firmius conſideretur, & diligentius ſervetur, manu propria ſubſcribens illud corroboravimus, & noſtro ſigillo illud inſigniri juſſimus ex juſſione noſtræ præfatæ poteſtatis. Scripſi ego Philippus Palatinus Vice, in anno Dominicæ Incarnationis 1121. ſecundo anno principatus præfati D. Jordani glorioſi Principis. Datum in Capuano Palatio in menſe Martio, Indict. 14.

14 MAURI Puteolani Epiſcopi memoriam ad poſteros perennavit Ricchardi Capuani Principis privilegium, ſeu donatio, vel confirmatio decimarum Eccleſiæ Cathedralis anno. 1135. conceſſarum tam in auro, quam in argento, aliiſque omnibus, quæ ipſi Caſtro Puteolano ſolvebantur; hujuſmodi autem donationis tenor ita ſe habet ex eodem tabulario. XIV.

In nomine Domini Sanctiſſimi Jeſu Chriſti. Amen.

Notum ſit omnibus filiis Sanctæ & Catholicæ Eccleſiæ, quoniam nos Secundus Riccardus Capuanus Princeps proles bo. me. Dom. Jordani magnifici Principis ob ſalutem, & remedium animæ ejus, ac ob ſtatum noſtri Principatus in Eccleſia Dei, & Beati Proculi Levitæ & Martyris Chriſti conſtructa in Caſtro Puteolano, cui Dominus Maurus venerabilis Epiſcopus præeſt, damus, tradimus, concedimus, & confirmamus per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuam decimationem de auro, & argento, & aliis omnibus quę capiuntur pro noſtro jure à ſervientibus noſtris, in Caſtro noſtro Puteolano; excepto de venatione, ita ut ſi præfatus Dominus Maurus Epiſcopus & ſucceſſores ſui volunt habere hominem illorum in unoquoque decimo die cum ſerviente noſtro ad recipiendam decimationem ſuam, ſit ibi, & percipiat eam, ſin autem poteſtatem habeant recipiendi fiducia à ſerviente noſtro, ut juſtitiam ſuam non denegет, neq; defraudet eis, & in tempore glandium, & per unumquemque annum ipſe præfatus Venerabilis Epiſcopus Maurus, & ſucceſſores ejus poſt poteſtatem & licentiã habeant mittendi in noſtro boſco quatuor homines ad colligendum glandem octo dies, ad proprietatem dictę Eccleſiæ & memorati Epiſcopi, & ſucceſſorum ejus: hæc omnia ut ſupra præfati ſumus Nos præfatus Secundus Riccardus Capuanus Princeps in jam memoratæ Eccleſiæ Dei, & Beati Proculi Martyris Chriſti per hoc principale ſcriptum in perpetuum damus, concedimus, tradimus, & confirmamus ad poſſeſſionem & poteſtatem, & dominationem jam dictæ Eccleſiæ, & præfati Domini Epiſcopi Mauri, & omnium ſucceſſorum ejus, & faciendam exinde utilitatem præſcriptæ Eccleſiæ remota omni inquietudine, & contrarietate & moleſtia omnium Principum ſucceſſorum noſtrorum, vel Viceprincipum, Comitum, vel Vicecomitum, Judicum, Sculdasiorum, Gaſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium, & ſi quis, &c. Ex conceſſione præfatæ Sereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Rustacus Palatinus Judex in Anno Dominicæ Incarnationis 1135. Anno Principatus præfati Domini Secundi Ricciardi 20. &c.

15 JOANNES vivebat anno 1153. XV.

16 M. Puteolanus Epiſcopus interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Gregorii Neapolis Urbano III. ſedente anno 1187. & canonizationi S. Jo. Gualberti an. 1194. die 1. Octob. XVI.

17 RICCARDUS Puteolanus fuit Præſul anno 1237. XVII.

XVIII. 18. MATTHAEUS ſub Gregorio X. obiit circa an. Dom. 1274.

XIX. 19. ANGELUS ſucceſſit Matthæo 1275. cui Carolus I. Rex decimas attribuit auri unciarum duodecim, quas in timptoria Judaicæ Neap. annis ſingulis percipere ſolitus erat, nec non decimas in portu Bajarum, & Sulpharatiæ, &c. ut in regeſt. reg. Dat. Neap. 20. Decembris Indiſt. 4. ejus mentio in monumentis Carthuſiæ Capreorum ann. 1277. & 1279.

XX 20. FRANCISCUS ſucceſſor Angeli 1282.

XXI 21. ANGELUS II. anno 1284.

XXII. 22. JOANNES Britus conſecratur Neapoli Epiſc. Puteolanus die 14. Aprilis 1288. qua die ipſe cum pluribus aliis Regni Prælatis, & Domino Cancellario, cum Rege Carolo comedit.

XXIII. 23. FRANCISCUS II. cujus mentio an. 1304. quo è vivis ſublatus eſt.



XXIV 24. NICOLAUS Sconditus ſepultus in Choro Cathedralis Eccleſiæ anno 1308. habet ad tumulum hoc epitaphium.

. . . . . . , Jacet corpus Rev. Domini Domini Nicolai Scanditi Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſc. Puteolani, qui obiit A. D. MCCC. VIII. menſe Septembri.

25. JOANNES anno 1309.

XXV. XXVI 26. Fr. GUILLELMUS de Sallone Ord. Minorum Sanciæ Reginæ à ſacris confeſſionibus diù tenuit hanc Puteolanam Eccleſiam, ex qua translatus fuit ad Averſanum Epiſcopatum à Joanne XXII. anno ſal. 1324. Kal Junii ex regeſt. Vatic. ejuſdem Pontificis epiſt. 1547. ann. 8. de quo etiam Vvadingus Annal. Minor. („*Teſtis legitur in pa- „ ctionibus matrimonii inter Joannem filium Ka- „ roli II. regis Siciliæ Comitem Gravinæ, & Agne- „ tem filiam Archambaldi Comitis Petragnicenſis.* „ *Vide Baluzium in Vitis Papar. Aven.* tom. 2. „ p. 435.)

XXVII. 27. Fr. PAULINUS ex eodem Minorum ordine Guillelmo immediatè ſucceſſit eodem anno 1324. 12. Kal. Julii, ex eod. regeſt Vatic. reperitur hanc rexiſſe Eccleſiam ad annum uſque 1344. quo è vivis exemptus eſt.

XXVIII. 28. LANDULPHUS Neapolitanæ Eccleſiæ Cimiliarcha, defuncto Paulino ad hanc Sedem promotus eſt à Clemente VI. anno 1344. 3. Non. Julii ex regeſt. Vatic. epiſt. 58. fol. 37. anni 3 ejuſdem Pontificis. Ferunt Landulphum hunc fuiſſe ex vetuſta, ac nobiliſſima familia Capicia Latra, de qua legen-



B dus Burellus in notis ad Aelium Martheſium de nobilibus familiis Neapolitanis. * Nominatur Landulphus in Reg. Reginæ Joannæ anno 1322. fol. 25. his verbis. *Ven. in Chriſto pater Landulphus Latro Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſc. Puteolanus.* * Ex Arp. tom. 9.

29 ALOYSIUS anno 1377. memoratur in notis Puteolanis ad me miſſis, de quo tamen in regeſt. Vatic. nulla extat mentio. XXIX

30. FRANCISCUS reperitur hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1380. uſque ad annum 1390. An hic legitimus fuerit Epiſcopus (1), vel à Clemente VII. Pſeudopontifice intruſus, incompertum eſt; quandoquidē hoc infelici ſchiſmatis tēpore, duo, aliquādo etiam tres miſerè vexabant unam eandemq; Eccleſ. XXX.

31. PETRUS *a* 1387. in iiſdem notis tantùm reperitur inter Puteolanos Epiſcopos. Hic fuit intruſus à Clemente VII. Antipapa ex lib. obl. ſub eodem. *a* Omitt. tur intruſus. XXXI.

32. NICOLAUS ſedit anno 1389. de quo in lib. oblig. Præl. ſub Bonifacio IX. clara extat memoria.

C 33. FRANCISCUS Puteolanus Epiſcopus ſub Bonifacio IX. Luſitaniæ, & Algarbii Spoliorum Collector, & Apoſtolicus Nuncius fuit anno 1391. in iiſdem libris memoratur. XXXII.


34. PHILIPPUS electus à Bonifacio IX. recognovit die 18. Aprilis 1395. pro Franciſco prædeceſſore ſuo, & Nicolao antepædeceſſore, ut in iiſdem libris legitur. Hanc ſedem adminiſtravit annis tribus, translatuſque eſt ad Marſorum Epiſcopatum ab eodem anno 1398. 2 Non. Novemb. XXXIII.

35. LUDOVICUS promotus anno 1399. Deſiit anno 1401 ex eodem libro. XXXIV.

36. SIMEON Alopa Neapolitanus Malphitanus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus anno 1401. eodem anno defunctus. XXXV.

37. THOMAS Torellus Canonicus Neap. ſucceſſit Simeoni an. 1401. Kal. Julii. Sedit uſq. ad an. 1405. XXXVI.

D



38. THOMAS Brancaccius *b* Neapolitanus electus XXXVII. *b* De quo

(1) Dubitatur an hic fuerit in eo ſchiſmatis tempore intruſus, quandoquidem anno 1387. Nicolaus veri Pontificis cultor hac ſede fulgebat. Sed cum præſulante Franciſco Petrus auctoritate Pſeudo-Clementis VII. hujus Eccleſiæ Epiſcopus dictus fuerit, oportet Franciſcum legitimæ profeſſionis fuiſſe, à qua forſan defeciſſet cum adhuc eo ſuperſtite alter ſubrogatus legatur à juſto Romano Pontifice. *Lucentius.*

Ciaconius Oldoini t. 2. col. 805.

A electus Epiſcopos Puteolanus, antequam muous conſecrationis accepiſſet, translatus eſt ad Tricarìcenſem Eccleſiam anno 1405. deinde ob egregia merita, nataliumque præſtantiam ſub Joaune XXIII. evaſit Presbyter Cardinalis ad titulum SS. Joannis & Pauli.

XXXVIII. 39. LAURENTIUS de Gilotto, Trojanus, Epiſcopus Veſtanus, huc translatos anno 1405. 3. Kal. Octob. Præfuit laodabiliter ann. 29. Fato ceſſit aono 1434. Huic Joanna II. Regina decimas confirmavit, quas aoteceſſores ſui habuerant in Civitate Neapoli ſuper redditibus Gabellæ Timptoriæ anno 1421. pro quibus ſolvendis ſcripſit, deditque litteras hujus teooris.

Joanna II. Regina, &c.

Magaiſico Commiſſario Regai noſtri Siciliæ, ejuſque Gubernatoribus, & Præſidentibus Cameræ aoſtræ ſummariæ, Coaſiliariis ſecretis quoque & Principatibus Terræ Laboris, nec non emptoribus, & quibaſcunque Præceptoribus, Jurium, redditunm & prnveatuum gabellæ Timptoriæ Civitatis noſtræ Neapol gabellotis, ſeu Credenzeriis fidelibus aoſtris præſentibus, & faturis dilectis, gratiam & bonam voluntatem. Sigaiſicamus vobis, quod ſicut Nobis plenè conſtat, major Puteolana Eccleſia, & Puteolani Epiſcopi, qui præteritis temporibus dictæ Eccleſiæ præfuerunt ex conceſſione Catholicorum Principum Sicilię Regum B *Illuſtrium prædeceſſorum noſtrorum memorię recolendę conveaerunt annis ſingulis habere & percipere uncias duodecim de Carolenis argenti ponderis generalis pro decima ipſi majori Puteolanę Eccleſię debita ſuper redditibus, & proveatibus gabellæ Timptoriæ ipſius Civitatis noſtræ Neapolis, à certo ſimiliter tempore habuerunt percipere, & perceperunt ad litteras Illaſtris quondam Joannæ, olim Hieruſalem & Siciliæ Reginæ, dum dicti Regni noſtri Siciliæ adminiſtratione legitimè fungebatur ſuper juribus gabellæ prædictæ in excambium ipſi Eccleſiæ ſiagulis aanis debitæ, & percipi conſuetæ per Præſules dictę Eccleſiæ, qui per Epiſcopum fuerunt in ead. ſuper quibuſdā* C *arbuſtatis noſtris demaniis Curiæ noſtræ ſitis in pertinentiis noſtræ Puteolanæ conceſſis ab olim per dictam Reginam tunc viventem regali noſtro Hoſpitali S. Mariæ de Vipergalis, altam unciam unam, & tarenos ſeu in Caroleais prædictis, ad quam quantitatem dicta decima aſcendere ponebatur, quas quidem ambas decimas ad ſummam unciarum tredecim, & tarenos ſex aſcendere dicta major Eccleſia Puteolana, & ejus Præſules prædicti, & ſignanter R.P.L. præſens Puteolanus Epiſcopus, orator & fidelis noſter dilectus à certis præteritis retro temporibus ſuper juribus prædictis percipere, &c. Nos vero, &c. anno Domini 1421. primo die menſ. Junii 14. Indict. regnorum noſtrorum aano ſeptimo.*

XXXIX. 40. MATTHAEUS Cuſtias, ſeu Didicus, vel Dominicus Tropejenſis, eligitur Epiſcopus Puteolanus in demortui Laurentii locum ab Eugenio IV. die 5. Aprilis 1434. obiit oondum exacto anno à ſui præfectura.

XL. 41. Fr. LAURENTIUS de Neapoli, Ordinis D Minorom alumnus, ex electo Epiſcopo Ravellenſi evaſit Præſul Puteolanus 12 Kal. Martii an. 1435. Duodecim omninò annos cum laude prudentię hanc rexit Eccleſiam, deinde ad Tricaricenſem translatus eſt anno 1447. 3. Kal. Aprilis, ubi extrema clauſit. Errat Julius Cæſar Capaccius, ex quo Herrera io Alphabeto Auguſtioiano, cum aſſerit hunc fuiſſe ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, etenim Acta Conſiſtorialia Eugenii IV. illum aſſumptum ad Puteolanam Eccleſiam ex Ordine Fratrom Minorum rotundè tradunt. Vvaddingus tom. 5. Aonal. Minor. ex regeſt. Vatic. electionis diploma affert iis verbis exſcriptum.

Dilecto filio Laurentio de Neapoli electo Puteolano. Ritè ſiquidem Eccleſiarum utilitati, &c. Dudum ſiquidem bon. mem. Dominico Epiſcopo Puteolaao, regimini Puteolan. Eccleſiæ præſidente, Nos cupientes, &c. Poſtmodum verò prædicta Eccleſia per obi- A *tum ipſius Epiſcopi, qui extra Roman. &c. vacante, &c. Dudum à te Ordinis Fratrum Minorum. Datum, &c. Romæ apud S. Petrum anno, &c. Datum 12. Kal. Martii anno quarto.* De quo etiam idem eod. to. ad ann. 1447 dum ejus translationem ad Tricarienſem Eccleſiam recenſet.



42. LUDOVICUS de Conſtantio filios Alexaodri, magna generis claritate, audacia, ac genitoris potentia ſuffultus, Puteolani Epiſcopatus, indulgente Alphonſo Rege, ac ſuperſtite Laurentio Epiſcopo invaſit adminiſtratiooē, quam cum per anoos quinque tenoiſſet, à Nicolao V. Papa poſt translationem Laurentii ad Tricaricenſem, legitimus declaratus eſt Puteolanus Præſul pridie Kal. Julii anno 1447. cum prius, hoc eſt menſe elapſo Junii, omnium delictorum veniam ab eodem Pontifice liberaliter recepiſſet, ut in abſolutioois literis plenius continetur, quas hic exhibemus ab exemplari. XLI.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Ladovico Conſtantio Clerico Puteolano ſalutem C *& Apoſtolicam benedictionem.*

Solet Apoſtolicæ Sedis clementia recurrentibus ad eam cum humilitate filiis poſt exceſſum benignè conſulere, & dum id ſuppliciter poſtulaat, ſuæ benignitatis gremium aperire. Cum itaque ſicut pro parte tua nobis exhibita petitio continebat, tu olim dum Venerabilis Fr. noſter Laurentius Epiſcopus Tricaricenſis verus, & legitimus Puteolanus Epiſcopus tunc exiſteret, laicali potentia ſuffultus, & nulla conceſſione ſeu facultate canonica tibi deſuper ſuffragante de regimine, & adminiſtratione bonorum ad menſam Epiſcopalem Puteolorum ſpectantium per quinquennium, & ultra, citra tamen ſex annos te ingeſſeris, ac fructus, redditus, & proventus interim ex illis provenientes perceperis, & ad ſtatum tuum tunc tenendum converteris, licet de facto. Nos volentes, te aliàs apud nos de vita, & morum honeſtate, aliiſque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, favore proſequi gratioſo: de fratrum noſtrorum conſilio, auctori- D *tate Apoſtolica, omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam per te quomodolibet præmiſſorum contractam occaſione; Tenore præſentium penitus abolemus, nec non omnes & ſingulos fructus, redditus & proventus per te malè perceptos, prædicto tibi plenariè remittimus, & donamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abolitionis, remiſſionis, & donationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo pridie kal. Junii. Pontificatus noſtri anno primo.*

Cæterum Ludovicus Pontifex fuit non diu; eodem quippè anno, vel obiit, vel ad aliam dignitatem translatus eſt.


43. ANGELVS de Conſtantio, Puteolanus, XLII.

pa-

patriæ ſede potitus eſt eodem anno 1447. ſub ipſomet Pontifice Nicolao, ut Acta indicant Conſiſtorialia. A

XLIII 44. LAURENTIUS ſub Paulo II. vixit anoo 1465.

XLIV 45. THOMAS Carrafa Neapolitanus anno 1470. obiit 1473.



XLV. 46. PYRRHUS de Azzia, nobilis Capnanus, electus à Sixto IV. anoo 1473. 5. Kaleo. Octobris. Exceſſit anno 1493. fuitque vir egregiè doctus & probus.




XLVI 47. JACOBVS Urſinus Romanus, electus anno 1493. die 2. Decembris. Incertum an obierit ante conſecrationem, vel ceſſerit, aut ad aliam dignitatem fuerit translatus; tantum ejus electio habetur in Actis Conſiſtorialibus.

XLVII. 48. ANTONIVS Jaconia, Liccienſis, ab Alexandro VI. pronunciatus eſt Epiſcopus Puteolanus ex regio Capellano & Epiſcopo Uxeotinn die *a* 7. Martii 1494. vir omnium virtutum genere amiciſſimus, ſic & nepos ipſius Angelus Epiſcopus Caſtrenſis, hanc cum eximiè annis viginti rexiſſet Eccleſiam, fortis munus implevit anon ſal. 1515. *b* Corpus ejus cum honore condigno conditum eſt in Cathedrali cum hocce epitaphio. D

a Die 29. Martii.

b 1514.

Antonius Jaconia Liccienſis
Epiſc. Puteol. majorque reginalis
Capellanns LXX. annis cum
omni vitæ integritate vixit, ſuam
pontificiam dignitatem xx. ann.
officiosè geſſit, vitæ munere defunctus MDXIV. Chriſti. Anno
vero III. Sanctiſſ. Papæ Leonis
conditur: tamen hic ſibi tumulum
ubi ſuos inſignes virtutum titulos
etiam poſt funera ſervat. Omnes
hic in Chriſto legentes valete, &
pro eo ſemper Jeſum orate.



B 49. BERNARDVS Tarlatus *c* de Divitiis Card. Bibiena hanc habuit commendatam Eccleſiam die 19. Martii 1514. quam eodem aono die 6. Iulii cum regreſſu reſignavit, annuente Leone X. Pontifice. XLVIII.

50. SIMON de Vernaculis adlectus eſt Epiſcopus die 6. Julii 1514. Obiit 1537. XLIX

c De eo Ciacon. Oldoini t. 3. col 319.



C

51. CAROLVS Borromæus, Mediolanenſis, Comitis Ludovici, & Mariæ Blanchæ Longhignani filius, doctrina, vitæ munditia, ac rerum experientia clarus, Caroli V. Imp magnus Cubicularius & Conſiliarius ex Epiſcopo Uxentino translatus eſt ad Puteolanam hanc Eccleſiam die 6. Julii 1537. Floruit in hac dignitate plus minus annis tribus, mortuuſque eſt vir eximius anno 1540. cujus fauſtum nomen hæreditavit magnus ille ſanctus Carolus Card Borromæus Patriæ Archiepiſcopus. L.

52. BERNARDINVS Caſtellarius, aliàs *della Barba* Caſalenſis Epiſcopus, ex delectu & nominatione Philippi II. Hiſpaniarum Regis Puteolanam accepit Eccleſiam die 20. Auguſti 1540. quam cum rexiſſet ann 2. liberè eam dimiſit reverſus ad priorem Caſalenſem ſuam ſponſam, de quo ibi. LI.

D 53. JO. MATTHAEVS Caſtaldus, *d* Neapolitanus, germanus frater Joannis Baptiſtæ Marchionis Caſſani, Comitiſque Platinæ, militari ſcientia, rebus ſtrenuè geſtis ſupra fidem celebratiſſimi, ex Monacho Olivetanæ Congregationis in gratiam fratris à Philippo II. Rege poſtulatus evaſit Epiſcopus Puteolanus die 15. Februarii 1542. cum diſpenſatione ſuper defectu Natalium, quibus patiebatur. Eam Eccleſiam quatuor & quadraginta annos ſtrenuè, ac ſumma ſui nominis fama adminiſtravit. Neapoli nonagenario major mortalitatem explevit anno ſalutis 1585. *e* ſepultus in Aedibus Olivetanorum, ubi prius monaſticum ſumpſerat habitum. Hic Cathedrale templum igne, ac terræmotu penè collapſum reſtituit, ut docet inſcriptio ad parietes poſita, hiſceque verbis exarata in marmore. LII.

d De eo Labellotus in hiſt. Olivet. p. 195. Mandoſ.

e 1586.

Templum Jovi à Calphurnio F. prius,
deinde D. Proculo dedicatum, tum mirabi-

liter-

li terræmotu, ac memorabili incendio penè
collapſum Ann. D. MD. XXXXVIII.
Joannes Matthæus Caſtaldus Puteolanus
Antiſtes inſtauravit.

LIII. 54. LEONARDUS Vairus, *a* Beneveotanus, Canonicus Regularis Lateraoenſis doctrina & morum probitate inſignis, præficitur in locum prædefuncti Caſtaldi die 7. Jaouarii anno 1587. in ea Eccleſia adminiſtranda magnum eidem ornamentum fuit; iodefeſsè enim per aoos 16. in vinea Domini laboravit, ac ſanctè ut vixerat requievit in pace anno 1603. Jacet io Cathedrali; ad cujus excitaodam piam memoriam Martinus de Leon digniſſimus ſucceſſor hoc ei Cœnotaphlum poſuit.

a De eo videndus Nicodemus in Addit. ad Bibl. Neap. Toppii. p. 111. Manuſc.

D. O. M.

Leonardo Vairo
Lateranen. Eccleſiæ Romæ Vicario
Epiſc. Puteolano Benemerentiſſimo
Paſtoralis muneris laudibus inſi-
gniter ornato,
Peæclara, ſed ſeneſcente ad nos
delato, fama
Ne immortalitate dignis ſua deſit
vita cineribus,
Ne deſint exempla poſteris,
præmia virtuti
Hunc ei
Hunc futuris deinde Epiſcopis tumulum
D. Feanc. Martinus de Leon,
& Cardenas
Hiſpanus ex ſacra Eeemitarum
religione D. Auguſtini
Epiſcopus Puteolanus, inter Papæ
Aſſiſtentes
Regios Conſiliarios cooptatus
Anno ſalutis humani generis
MDCXXXIV.



LIV. 55. HIERONYMUS Bernardus de Quiros, Hiſpanus, Monachus Ciſtercieoſis Ordinis, magni & corioſi ingenii vir, antea Epiſcopus Stabienſis, ſeu Caſtri maris, ad hanc Puteolanam Eccleſiam translatus eſt die 3. *b* Auguſti 1604. Sedit incorropta ſama aonis undecim. Romæ morbo correptus exceſſit anno 16.5. corpus ejus poſt plurimos annos Puteolos relatum in Cathedrali reconditum eſt anno 1639.

b Die 18. Auguſti.

LV. 56. Fr. LAURENTIUS Mongiojus Galatioos, aliàs de S. Petro Ordiois Minorom diſtrictioris obſervantiæ, olim Epiſcopus Minervinus, inde Archiepiſcopus Laocianenſis, ad hanc Puteolanam Eccleſiam translatus die 27. Novembris 1617. Præfuit plus minus anois 13. & adverſantis fortunæ aliquando expertus aculeos, Romæque in Mole Adriana, quæ illi obiiciebaotor à multis, purgare coactus eſt. Obiit aono 1630.

A



LVI. 57. Fr. MARTINUS de Leon, & Cardenas
B Hiſpanos, io Bætica Provincia nobili genere natus, Ordiois Eremitarum S. Auguſtini inſignis Theologos, ex Epiſcopo Triventinoad Puteolanam Eccleſiam translatus die 7. Aprilis 1631. ſolemni ritu Puteolos ingreſſus die 28. Junii ejusdem anni. Hic innocentis vitæ, animique candoris fuiſſe narratur, taotæque liberalitatis in omoes, præcipuè io egeoos, & in Eccleſiam ſibi creditam ampliandam, exornandamque, ut in hoc genere mira de eo, nuoquam deſitura ſama traducenda ſit ad poſteros. Statim eoim ut ad clavum ſedere cœpiſſet, Cathedrale Templum vetuſtate fatiſcens à fundamentis nova & ampla molitione, coloratis, cælatiſque marmoribus inchoavit, perſecit, ſacravit, ac magoificentius exornavit, ſacra ve nobili & inſigni ſupellectiie adauxit, coodidit novum ſacrarium, io eoque ſuorum Anteceſſorum ſeriem, quam exquiſita indagatione expiſcatus eſt, pictura expreſſit. Epiſcopale Palatium, cenſuſque Epiſcopales menſæ auxit. Aream perangustam ad Tem-
C pli decorem ampliavit, ibique perennem aquarum footem adduxit, vias aperuit, totamque ferè civitatem polchriorem reddidit, unde civium amorem promeruit. Nec minoris curæ fuit Martino Eccleſiaſticus decor, quàm civitatis cultus; namque illuſtrata com civitate Diœceſi, Syoodoque celebrata, latiſqoe ſalutaribus legibus Clerum ad puriores mores, populom ad pietatem adeò brevi tempore optimè ioſtitutos haboit, ac ſi recens viderentur in fide eccleſiaſticiſque diſciplinis florere. Pauperibus, piiſque iocis tanquam indulgentiſſimus Pater, patrimooium, ſumptuſque eccleſiaſticos ſuos devexabat. Supra ſeptem & decem annos lo hac dignitate floruit, tantoque omnium amore, ot vocatus die 22. *c* Auguſti 1650. ad Panormitanam Eccleſiam omoibus mœrorem attulerit, quem deliniviſſe viſum eſt marmoreum digniſſimi Præſulis ſimulachrum ſuper colomnam poſitum in Foro, eximioque hoc elogio ad baſim ſculptum, quod hic libet exſcribere, cum io eo referantur res ab ipſo
D præclarè geſtæ, & grata Puteolanorum recenſeator memoria.

c Die 27. Auguſti.

Illuſtriſſimi, Extellentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini D. FR. MARTINI DE LEON, & CARDENAS *En Sacra Eremitarum Sancti Auguſtini familia, meritiſſimi Panoemitani Archiepiſcopi, Summi Pontificis Aſſiſteatis ia Regno Neapolitano ab arcanis* Conſiliis *Regis noſtri Catbolici, & ejuſdem denno in hoc Siciliæ Regno* LOCUMTENENTIS, ET GENERALIS CAPITANEI, *è pario marmore ſimulacbrum, quod fideliſſima* Civitas *Puteolana eidem* Extellentiſſimo *Domino Præſuli ſui munificentiſſimo, & Patri amantiſſimo media in Platea nuper erexit, ia cujus Baſi elogium hoc ad memoriam ſempiternam inſculpſit.*

D. O. M.

PUTEOLANI EPISCOPI.



PUTEOLI vetus Campaniæ Felicis olim fre- B quens, & celebris Civitas apud Sinum, qui Puteolanus dicitur inter Sinueſſam, & Neapolim, à quo in Occaſum æſtivum, ad VIII. M. P. recta via diſſidet, ſita eſt ſupra collem prope Linternum, Acheruntiamque paludem. De hujus Urbis origine, & nomine diverſi diverſa ſenſere. A Samiis conditam vult Euſebius eo tempore, quo Tarquinii à Bruto ſunt expulſi; A Cumanis alii exiſtimarunt ædificatam; alii novæ & fabulnſæ arridentes opinioni, à Diceo Neptuni, vel Herculis filio ſuum habuiſſe principium arbitrantur. Pauſanias bis ejus meminit, primum in Meſſeniis, deinde in Arcadicis, Tyrrhenorum oppidum appellat; ejus tamen conditoris mentionem nullam facit. Initio Dicearchiam dictam, nimirum ab adminiſtratione juſtitiæ, ſanctiſſimoque imperio. Plinius, Strabo, Silius, Appianus, & Philoſtratus auctores ſunt. Emporium Cumanorum Puteolos fuiſſe, poſteaque colonis Romanis admodum frequentes redditos, & nomen à puteorum multitudine accepiſse, vel ut aliis C placuit, à putore, quem hic paſſim aquæ calidæ vi ſulphuris emittunt; quapropter nonnullis etiam Phlegra vocatus ſit Cumanus ager Strabo memoriæ prodidit. A Livio Puteolorum mentio ſæpiſſimè fit, præſertim autem, ubi colonos eos deduxiſse Fabium Max. Urbemque muniviſſe, neque multò poſt Annio Conſule referente decretum à Senatu, colonos in quinque marinas, & inter eas Puteolos mitti narrat. Alibi etiam Annibalem ad Avernum prætextu ſacrificii profectum, ſed animo capiendi Puteolos. Alio denique Romanorum coloniam factam ſcribit. Recentiori ævo ab Auguſto fuiſse coloniam deductam vult Frontinus. Cicero oratione pro M. Cœlio municipium appellat, & quaſi puſillam Romam vocat epiſt. 2. lib. 5. ad Atticum, antiquam rempublicam, & Præfecturam aliquando extitiſse lapides confirmant, quos leges apud Capaccium.

Sunt qui novam hanc Urbem dicant, & vetus Oppidum Puteolos non hoc in colle poſitos fuiſse; D ſed aliquanto remotiore loco, ubi ingentes adhuc ædificiorum ruinæ ſuperſunt, ſed haud quaquam hanc recentem, ſed ipſam Urbem antiquam eſse demonſtrant, non modo ſitu ejus præſente, quod propinqua littori, portuique ſit; ſed etiam reliquiis pontis ab hujus collis radicibus olim incipientis, & ex vetuſto templo Urbis medio à Calſurnio L. F. in in honorem Auguſti condito, Jovi conſecrato, quod Chriſti deindè fideles D. Proculo dicarunt, quan quam multo quondam ampliore, quam nunc ſit, minime negare poſsumus. Neptuni templi ruinæ adhuc Puteolis vigent, cujus Cicero meminit Acad. 4. Serapidis & Honoris religionem coluiſse Puteolanos, iiſdem Aedem ſtatuiſse lapis nobiliſſimus declarat, quem refert Capaccius. Oppidum à Romanis auctum, ornatum, multiſque locis reſtitutum, cum Imperii majeſtas eſset declinata, Bar-

A barorum ſæpiùs in Italiam illuvione collapſum & ſolo æquatum eſt, reſtitutum deinde in eam, qua nunc extat formam à Neapolitanis Principibus, Regibuſque. Antiquarum verò rerum monumenta Puteolis, ut idem Capaccius narrat, eam habent admirationem, quam, quæ Romæ ſunt reliqua, quæ maximum animo & oculis afferunt ſtuporem. Hinc templa, portus, Academiæ, theatra, amphiteatra, ſtatuæ, inſcriptiones, thermæ, & alia memorabilia, quarum parva, quæ ſuperſunt veſtigia, animi Romani magnitudinem, Imperatorum in eis locis conſuetudines, maximam rerum memoriam præſeferunt. At verò quæ in iis locis, aut ignes, aut thermæ, aut montes obiiciunt, omnem ſuperare admirationem facilè videntur. De hac Civitate, ejuſque origine, nomine, dignitate, rebuſque memorabilibus, religione, Viriſque illuſtribus ita commemoravit luculentiſſimo, eruditoque libro ſupra citatus Julius Cæſar Capaccius, ut nil prorſus deſiderari poſse videatur. Cæterum Chriſtianitatis B exordium, Puteolanorum delitias, præclaraque monumenta, viſum eſt mirum in modum cumulaſſe. Siquidem in primis Campaniæ Felicis Civitatibus una fuit, quæ Patrobo Pauli Apoſtoli diſcipulo prædicante, lucem Evangelii aſpexit, primuſque deinde ſatagente Apoſtolorum Principe Petro idem Patrobas Epiſcopus conſecratus, Puteolanam inſtituit Eccleſiam, illamque optimis legibus rexit. Templum Auguſto dicatum à Chriſtianis D. Proculo Martyri, Puteolanæ Eccleſiæ Diacono ſacrum, & major Baſilica conſtitutum eſt ſub Diocletiano. Proculi ibidem ſervatur corpus. Urbis Patronum Puteolani maximo cultu venerantur. Hunc antea cum Eutychete, & Acutio Cives tranſtulerant in Prætorium Faludii ad Trivium, quod S. Stephani conjungitur ædi, ubi martyrio ſunt coronati. D. Celſi, Petri Apoſtoli diſcipuli, in eodem templo Lipſana colunt ex traditione. Volunt ibidem eſse corpus S. Niceæ Proculi matris, de qua Petrus de Natalibus in Catalogo, tum etiam corpus Patrobæ. C Arthemas nobili genere natus eſt Puteolis, martyrio coronatus 7. Kal. Febr. ſub perſecutione Decii: ibidem paſſi ſunt pro Chriſto Oneſimus, Eraſmus, cum ſociis. Illud quoque eorum decori acceſſit, quod haud procul Puteolis ad forum Vulcani Januarius glorioſiſſimus Neapolitanus Civis, Epiſcopus Beneventanus cum ſociis, capitis abſciſsione nobilem tulit palmam martyrii, cujus corpus in Metropolitana Eccleſia Neapoli venerantur. Aedes ibidem à Neapolitanis Puteolis eſt condita anno 1574 a. ubi ædicula prius erat, cum marmoreo Januarii capite (1). In ea commorantur Sacerdotes Capuccini. Neapolitani, ut ſui juris ædem eſse ſignificarent, hoc in marmore ſcripſerunt. a 1580.

Divo Januario
Diocletiani ſcelere obtruncato
Ne quod ſacri corporis ſanguine
maduerat ſolum ſine honore
D *diutius remaneret, Neapolitana Civitas P.P.*
Aere P. F.
MDLXXX.

In altari hæc leguntur.

LOCUS DECOLLATIONIS S. JANUARII ET SOCIORUM EJUS.

Sed de Januario alibi redibit ſermo: ad majorem Baſilicam redeamus, quam diximus expurgato templo Calſurniano, in Cathedralem erectam, Divoque Proculo conſecraram fuiſse, hanc vetuſtate propè deformatam, ac ruinoſam Mar-

(1) Totum id perfectum fuit directione viri patritii Jo. Pauli ſanfelicii, quem non minus regiis Normandorum Principum ſanguis, quam peculiaris pietas, Matheſeos non mediocris ſtudium, omnes ferè liberales diſciplinæ, ac mira in publicis muniis obeundis navitas verè conſpicuum ſua ætate reddiderunt.

Martinus de Leone & Cardenas digniſſimus Epiſcopus nobili architectonicæ artis ſchemmate nuper à fundamentis conſtruxit, Sanctique Proculi, & Januarii titulo inſignivit, ut inſcriptus lapis proloquitur.

D. O. M.

Retenta ad memoriam vetuſtatis
Externa duntaxat Templi Calphurniani facie
Explicataque ad formam ſacræ Aedis
Inaugurata olim Divo Proculo
Tutelari ara Templum hoc
A fundamentis excitavit, concinnavit, & conſecravit
D. Frat. Martinus de Leon, & Cardenas
Hiſpanus ex ſacra Eremitarum religione D. Auguſtini
Epiſcopus Puteolanus inter Papæ aſſiſtentes, & regius Conſiliarius cooptatus.
Anno ſalutis humani generis
M. D. C. XXXIV.

Hæc in exteriori parte ſupra fores: alia verò de ejuſdem Eccleſiæ conſecratione in interiori parte legitur inſcriptio.

Anno Dom. M. D C. XXXIV.
die unn. menſis Aprilis
Ego D. Fr. Martinus de Leon, & Cardenas
Hiſpanus ex ſacro Eremitarum religione D. Auguſtini
Epiſcopus Puteolanus inter Papæ aſſiſtentes, & regius
Conſiliarius cooptatus conſecravi
Eccleſiam hanc,
Quam à fundamentis erexi, & altare majus in honorem
Sanctorum Martyrum Proculi
Diat. & Januarii Epiſc.
Tutelarium, & Reliquias Ss.
Mm. Januarii, Feſti, Soſii,
Deſiderij, Sociorum ejus, s. Celſi
Epiſcopi Puteolani
Ss. Mm. Conſtantii, Maximi,
Juventii, Paſtoris,
Theophyti, Tertulliani, Vitelliani, & triginta militum
Mm. in eo incluſi: & ſingulis
Chriſti fidelibus
Hodie unum annum, & in die
Anniverſario
Conſecrationis ipſam viſitantibus quadraginta dies de
vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta conceſſi.

In hac Baſilica tres dignitatum gradus ad majorem Dei cultum ſunt, Decanatus, Archidiaconatus, & Cantoratus, Canonicatus duodecim. Theologalis præbenda *a*: novem item Capellani Beneficiati, aliique Clerici cum Præfecto Sacrarii, Magiſter muſices, qui quotidie Divinum penſum peragunt. Seminarium Clericorum in ipſo Epiſcopali Palatio ibi inſtitutum eſt *b*, ubi Clerici aluntur. Nec deſunt in Civitate Xenodochia ad ſublevandam egenorum inopiam. Plures olim in ea Civitate erant Parochiales Eccleſiæ, hodie duæ tantùm numerantur. Cathedralis ipſa, altera in ſuburbiis propè mare in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum. Monialium Cœnobia duo, quibus adnumerari poſſunt ſex virorum Monaſteria, partim intra, partim extra Civitatem exædificata, Jeſu Mariæ ſcilicet, Ord. Prædicatorum, S. Catharinæ, Ord. Conventualium, S. Jacobi Carmelitarum, S. Franciſci Ord. Minorum, alterumque diſtrictioris obſervantiæ ejuſdem Ord. Monachorum Montis Virginis apud S. Andream, & Capuccinorum ad D. Januarii, pluraque alia ibidem pia loca, & laicorum fraternitates viſuntur, quæ Puteolanorum Populorum pietatem videntur augere. Puteolanus Epiſcopus Neapolitano Archiepiſcopo ab immemorabili ſubeſt; haud ampliæ Diœceſi jus dicit, in qua ad novem millia mortalium capita cenſentur, ſi ſex millia, quæ intra mœnia Puteolana, accenſeantur. Redditus Epiſcopatus tria millia ſcutatorum illarum partium dicuntur explere; in libris fiſci Apoſtolici ejus taxa florenos 133. non excedit. De dignitate & antiquitate Eccleſiæ Puteolanæ ſcripſit Opuſculum Sebaſtianus Monachus Olivetanus ad Ioannem Matthæum Caſtaldium Epiſcopum Puteolanum, quod non vidimus, nec typis editum eſt. Inſignis quidem Eccleſia eſt numeroſo jam Martyrum ſanguine decorata, Summorum Pontificum, Regumque variis muneribus, privilegiiſque fuit donata. Everſus enim Miſenatis, Cumanisque Eccleſiis, quarum Clerus & Capitula in Averſanam Eccleſiam ſe tranſtulerunt, in qua tres hodie Primicerii numerantur, cenſus earum Neapolitanæ Eccleſiæ attributus; Eccleſiaſtica verò Eccleſiarum juriſdictio Puteolano Antiſtiti obvenit; non ſolum namque in illis jus ſuum tuetur, ſed in locis etiam Fori, Scriptæ, Subcavæ, & Planuræ, quæ in temporalibus Neapolitanæ Civitati ſubduntur, in ſpiritualibus Puteolanæ Eccleſiæ ſubjecta ſunt, hodieque ad portas Civitatis Neapolitanæ ſuam juriſdictionem extendit. Puteolanorum Præſulum ſeries ſequens eſt ex variis monumentis collecta.

a Nunc deficit, ſicut & Pœnitentialis.

b Adhuc in eo deſiderantur alumni.

I. 1. PATROBAM unum ex ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis, imò & Pauli diſcipulum, cujus meminit in Epiſtola ad Romanos, satagente Petro Apoſtolorum Principe Hieroſolymis poſt Judaicam perſecutionem, diſperſionemque Chriſti diſcipulorum per univerſas orbis terrarum partes, ordinatum Epiſcopum, Puteolis nutu divino appuliſſe, eaque in urbe, tunc florentiſſima, Evangelium diſſeminaſſe, ejuſdem primum Præſulem inſtitutum fuiſſe, vetus, conſtanſque traditio narrat. Porrò de eo pauca loquuntur monumenta, quæ, ut Baronius ſcribit, à primis Chriſti fidelibus geſta ſunt, ſcriptorum inopia, vel ſcripturarum naufragio remanſerunt ſilentio ſepulta. Igitur Patrobas primus Puteolanorum Epiſcopus aſſiduo labore, fideique fervoris prædicatione accenſus, fidem, ſedemque Epiſcopalem Puteolis conſtabilivit, cumque per annos multos moleſtias multas, & incommoda pro Chriſti nomine à Gentilibus fortiter pertuliſſet, infinitos propemodum ad Evangelii lucem adduxiſſet, ſanctè quievit in Domino 4. Novembris poſt annum 59. ſalutis, ut exiſtimare poſſumus; etenim cum Paulus Apoſtolus è Hieroſolymis Romam captivus duceretur è Rhegio ſolvens, Puteolos delatus, inventis ibi fratribus, ut Acta Apoſt. 28. teſtantur, apud eos dies ſeptem rogatus manſit; tunc temporis ajunt Patrobam illorum fratrum (hoc enim vocabulo Chriſtiani appellabantur) Epiſcopum fuiſſe. In Templo nunc maximo depicta hiſtoria eſt, ubi S. Paulus à Patroba Epiſcopo, aliiſque fratribus benignè inter amplexus cernitur receptus. Poſt hunc annum apparet Patrobam obiiſſe, quo verò anno præciſè, incertum. Patrobam meminit Hippolytus Martyr. lib. de Septuaginta Chriſti diſcipulis, ex quo Baronius in notis ad Martyrol. Rom. qui illum Puteolanorum Epiſcopum fuiſſe affirmat. Patrobæ Puteolani Epiſcopi item meminit Menologium Græcorum vetuſtiſſimum juſſu Baſilii Junioris Imp. Conſtantinopolitani ante annum ſalutis 977. in membranaceis pulcherrimis characteribus conſcriptum; extat in Bibliotheca Vatic. cujus verſio Petri Arcudii Corcyrenſis penes me erat, quam dono dedimus amico noſtro erudito viro Joan. Baptiſtæ Maſi Canonico S. Angeli in foro Piſcium, ut ſuis notis ea aliquando in lu-

cem proſerat. de Patroba ita ſe habet, *Pridie nonas Novembris. Eodem die certamen Sanctorum Apoſtolorum de numero ſeptuaginta Patrobæ, Hermæ, Liai, Gaii, & Philologi. Patrobas, Hermas, Linus, Gajus, & Philologus ex ſeptuaginta diſcipulorum numero fuere. Patrobas, cujus mentionem in ſuis Epiſtolis Paulus Apoſtolus facit, Epiſcopus Puteolanorum multos ad Chriſti fidem traductos baptiſmate inſignivit; Hermas autem &c.* Chronicon Alexandrin. pag. 507. inter LXXII. Chriſti diſcipulos receoſet Patrobam, eidemque vigeſimum primum locum attribuit. Nicephorus Calliſtus in Hiſtoria, Gallelinus in Martyrologio, Molanus io additionibus ad Uſuardum, Ferrarius, aliique Patrobæ meminerunt, faciuntque Puteolanorum Epiſcopum. At Dorotheus in Synopſi, cujus fides à Baronio, Bellarminoque Cardd. tamquam fabulis plena improbatur, Patrobam Epiſcopum Neapolitanum fuiſſe ſcriptum reliquit, ex quo aliqui recentiores, qui de Epiſcopis Neapolitanis ſcripſerunt; ſed eorum opinio non cohæret cum tempore Aſprenis obitus. Is à D. Petro primus ordinatus Epiſcopus ad Cœlum evolavit anno Chriſti 70. quo anno S. Celſus Patrobæ ſucceſſor ab eodem Apoſtolorum Principe jam diu Puteolanæ Eccleſię conſtitutus Epiſcopus fuerat, ac felici greſſu illam regebat Eccleſiam: tametſi illud obſtare non poſſe, inquit Caracciolus c. 8. Sacrorum monumentorum Neap. Eccl. lib. quod Patrobas Puteolanus Neapolitanus fuerit Epiſcopus, & ambas ſimul rexerit Eccleſias, cum plurima prorſus ſuppetant ſimillima antiquorum Pontificum exempla, qui multarum Civitatum Epiſcopi, in iis tamen omnibus ritè coluntur: ob id nimirum (ut ſæpè olim contigit) quod unus, idemque Epiſcopus, Apoſtolico more, compluriurm Civitatum, imò & provinciarum Eccleſias, primis illis Chriſti ſæculis, fundaverit, inſtituerit, rexerit; hic unus Martialis Chriſti diſcipulus non ſolum Lemovicenſis, ſed etiam ut Baronius ad 30. Junii, & Guillelmus Centen. P. adnotant, Pictavienſis, Engoliſmenſis, Burdegalenſis, Biturieenſis, Sanctooenſis, Vienneoſis, Anicienſis, Rutenenſis, & Mimatenſis Eccleſiarum fuit Epiſcopus, atque in iis hoc etiam tempore ſolemni officio celebratur. Sic Maternus Petri diſcipulus, & Trevirenſium, & Tungrorum, & Colonienſium, & aliorum finitimorum populorum fuit ſimul Doctor, & præſul. Martyrol. Rom. 14. Septemb. Sic Syrus & Juveotius, non Ticinenſem ſolummodò, ſed & Vicentinam, aliarumque Civitatum vicinarum fundarunt, atque inſtituerunt Eccleſias. Addo Romulum, qui Feſulanam, Floreotinam, Volaterranam, Bergomatem, & Brixienſem conſtituit Eccleſias, & Proſdocimus Patavinam, Vicentinam, aliaique fundavit Sedes: nec deſunt hujuſmodi exempla in ſacra Hiſtoria. Cæterum de Patroba, præter ſuſpectæ fidei Dorotheum, nullum habemus veterem auctorem, qui aſſerat illum Neapolitanum fuiſſe Antiſtitem (1). Penlorum illum aſtruit Petrus de Natalibus; ſed cum nulla ſit Civitas hoc nomine nuncupata, neſcio undè id hauſerit. Demochares lib. 2 de divino Miſſæ ſacrificio cap. 18. ait, S. Patrobam Neopotiolanum fuiſſe Epiſcopum inſtitutum, de quod aliqui Neapolitanum legerunt, melius pro Neopotiolano Puteolanum dixiſſet. Puteolani, Patrobæ corpus in eorum Cathedrali aſſervari affirmant, Baronius verò 4. Novemb. illud Romæ in Baſilica S. Mariæ Majoris conſervari ſcribit (2), ſed in Baſilica nulla mentio extat; imò in vetuſtis monumentis ejuſdem, nec verbum quidem de Patroba, fortaſſis pro Epaphra Colloſſenſi Epiſcopo, cujus ſacra lipſana ſub altari majori in ea Baſilica jacent, Patroba ſcripſit ad 4. Novemb

II. 2. S. CELSUS S. Patrobæ alumnus defuncto magiſtro ſucceſſit, ſecundus ab Apoſtolorum Principe Petro Puteolis ordinatus Epiſcopus circa annum Domini 60. Habet traditio, hunc fidei opus à B. Patroba Puteolis inceptum ſummo labore abſolviſſe, ac ſemel ab illo plantatam Chriſti fidem ſua prædicatione efficaci conſtabiliſſe, populumque ferè totum, eliminatis Idolis, ad veri Dei cultum traduxiſſe, & poſt multos exantlatos labores ad Cœlum evolaſſe circa annum Domini 80. die 5. Novemb. quo ipſo die auctoritate Pii, ac Sixti V. Summorum Pontificum celebratur feſtum, ac veluti Patronus veneratur, cujus ſacrum corpus in Eccleſia ab ipſo condita, ubi nunc Moniales S. Franciſci degunt, creditur aſſervari. Ejus meminit Ferrarius in Catalogo ad hunc diem, ubi habet extare in Puteolano Territorio Eccleſiam, quæ s. Petrilli de Quarto dicitur, quod in ea à s. Petro Celſus Epiſcopus conſecratus fuerit; ſed magis arridet opinio illa, qua cenſetur Romæ Celſum ab Apoſtolo conſecratum fuiſſe, poſt Patrobæ exceſſum, ac Puteolos miſſum, ubi & in pace quieviſſe.

3 JOANNES, quem ſanctitate clarum fuiſſe diptycæ Puteolanæ Eccleſiæ commemorant. Tempus, quo ille floruerit, neque acta recenſentur. III.

4 FLORENTIUS Epiſcopus ſuis exigentibus demeritis ab Epiſcopatu depoſitus poſt decimum quintum à ſua damnatiooe eam Eccleſiam invaſit, ut meminit Epiſtola Gratiani, & Valentin. Imper. ad Aquilinum Vicarium Ordinarium, apud Baronium tom. 4. ad ann. 381. num. 3. *Et Florentius*, inquit, *Puteolanus poſt damnationem, quam recto judicio convictus accepit, manſuetudinem noſtram inquietare conatus, dignum tulit in progreſſione reſponſum; poſt decimum quintum annum Eccleſiam, de qua extruſus fuerat, rurſus contaminare conatur, congreſſiones illicitas facere molitur, egentemque conſilii multitudinem perditi animi perſuaſione depravat, noſtrorum videlicet Judicum ſocordia fretus, qui privatæ gratiæ Imperialia præcepta condonant, & religionem, quam nos jure veneramur, quam fortaſſe ipſi negligunt, inquietare patienter accipiunt.* Hæc de Florentio, cætera deſiderantur. IV.

5 THEODORUM numerant diptycæ Puteolanæ inter ejus Urbis Epiſcopos, cum potius Miſenatem Epiſcopum plerique arbitrati ſunt. Sepulchralis tamen lapis Puteolis eſt ab indoctis viris, ut teſtatur Capaccius, ad forum appoſitus, ferè exeſus, ubi hæc inſcriptio. V.

HIC REQUIESCIT S. THEODORUS
EPISCOPUS
QUI DEPOSITUS EST III. ID.
MAJAS CONS.
THEODOSII XV. ET VALEN-
TINIANI IIII.

6 JULIANUS Puteolanus Epiſcopus floruit Leonis I. Papæ temporibus, adeouſque habitus eſt ut ab eodem Legatus mitteretur ad Epheſinam Synodum, ut ex Martini Scoti Chronica narrat Baronius tom. 6. ad annum 449. num. 36. *Cum igitur*, ait *Sanctus Leo, nec reprimere Theodoſium ab cogendo concilio valuiſſet Epiſcoporum, neque ut in Italia ageretur, perſuadere potuiſſet; tamen ne fidei cauſa diſpendium aliquod pateretur, quam ſciret appeti ſtudiis ſummæ potentiæ fautorum Eutychetis eundem Imperatorem præcipitem abducentium, ſalubre illud in primis conſilium iniit, ut è Latere Legatos mitteret Epheſum ad Concilium, eiſdemque daret ad Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum Epiſtolam, qua non ipſe ſolum, ſed univerſa Synodus, quid de Verbi Incarnatione ſentiendum eſſet, ex ſententia Evangelicæ veritatis acciperet, ut ſic tanquā fixa anchora, fides Catholica haud abriperetur à furentibus factioſorum fluctibus, diſcordiæ ſpi-* VI.

(1) Vere Neapolitanus etiam Antiſtes fuit, ut in illa Eccleſia ſuperius dictum fuit; in rebus porrò antiquiſſimis praeter Auctorum quamplurima ſuffragia, quæ hic brevitatis ſtudio non recenſeo, inſtar indubiæ probationis, imo ipſius veritatis vice fungitur conſtantiſſima traditio.

(2) Hic error minimè imputandus eſt Baronio, qui dum de Patroba agit, de ejus corpore nil loquitur: nec, ut Ughellus ait, fortaſſe hallucinatus eſt, pro Epaphra Patrobam determinando: nam cum de Epaphra agit die 19. Julii, hujus, & non Patrobæ corpus in S. Mariæ majoris Baſilica conditum eſſe apertiſſime aſſerit. *Lucentius*.

ſpiritibus agitatis; ſed inconcuſſa ſolida firmitate ſubſiſtere. Qui autem, in re tanta obeunda ſunt directi Legati, eorum hæc ſunt nomina; Julianus Epiſcopus Puteolanus, Renatus presbyt. Cardinalis tituli S. Clementis, atque Hilarius S. R. E. Diaconus Cardinalis. Hæc tantum de Juliano viro doctiſſimo, ac digniſſimo habemus, cætera ejus acta vetuſta voravit antiquitas.

VII. 7. STEPHANUS hujus Sedis Epiſcopus, cujus ſuaſu Petrus deſcripſit vitam S. Arthemę Martyris Puteolani, qui pro Chriſto palmam ſumpſit martyrii die 25. Januarii; cujus acta communicavit mecum Martinus de Leon digniſſimus olim Puteolanus Epiſcopus ex vetuſtiſſimo hœdino codice litteris Longobardicis exſcripta, quæ cum adhuc inedita ſint, hic curioſis exponimus.

Paſſio S. Arthemæ Puteolani Martyris.

Venerabili Patri, & Sanctæ Puteolanæ Eccleſię Inclyto Præſuli Domno Stephano. Petrus. Glorificando itaque, & venerando Reliquias Sanctorum Martyrum, quia Beati Arthemæ glorioſi Martyris ſacratiſſimum corpus in Diœceſi veſtri Epiſcopii requieſcit, præcipuiſque miraculis coruſcando, plebem fidelium mirabiliter invitare non deſinit, nec tamen ejus paſſio incompoſita edita relegi prævalet, ſtudioſè ſuggerere curaſtis, ut ſicut Beatus Ambroſius S. Agnetis geſta, & Venerabilis Dominus Aupertus Sanctæ Fortunatæ paſſionem clarificare ſtuduerunt; ita & nos illorum ſtudium imitantes, illius paſſionem de inculto elegio transferentes eccleſiaſtico dogmati tradere curaremus, quatenus ad honorem Domini, & ipſius præfati Martyris Arthemę gloriam ſacratiſſimā illius plebs amplius lætificetur, & tantò devotiſſimè ad ejus ſollemnia properet, quanto illum cognoverit glorioſum ac triumphale martyrium pro Chriſti amore mirabiliter ſuſcepiſſe. Qua propter egregie Paſtor ſecundum divinum edictum dicens melius eſt obedire, quam ſacrificare, ecce veſtræ Paternitati libentiſſimè parere curantes, & invictiſſimum illius agonem, & triumphale martyrium mirificè declarare curavimus.

Ergo benigne Pater, quia claro dogmate fulges
Marterium ſacrum, præfati Martyris almi
Sume ſagax placidè, grates referendo tonanti,
Atque ſacæ plebi ſtudioſè tradere cura,
Gaudeat ut ſemper de veſtro dogmate ſacro
Ac Domino Chriſto laudem decantet ovanter.

Paſſio S. Arthemæ.

Magnificentia Majeſtatis Domini Jeſu Chriſti inter glorioſa, & admiranda magnalia, quæ mirabiliter operari dignata eſt, quatenus electos ſuos in amore ſanctæ ſuæ religionis optimè radicaret, ac tormentorum pœnas eos diſceret non timere, non ſolummodo viros integra ætate pollentes, ſed pueros, ac puellas in tenera ætate degentes per gratiam Sancti Spiritus ita confirmare dignatus eſt ad prudentiam reſponſionis, ad tolerantiam paſſionis, ut ante præſides, ac tyrannos intrepidi adſtarent, Sanctæque Trinitatis fidem devotiſſime prædicarent. En quorum ſancta, & admiranda ſocietate enitens venerabilis, & ſacratiſſimus puer Dei Arthemas, dum adhuc indolis, hoc eſt juvenilis ætatis annos gereret, inclyta proſapia exortus, ex civitate ſcilicet Puteolana, ſecundum nominis ſui præſagium; nam Arthemas Atticè, Latinè autem ars, ſive ratio interpretatur, in arte ſanctæ rationis per Dei gratiam mirificè exaltatus, & à parentibus Chriſtianis litterarum ſtudiis Chriſticola traditus fuiſſet, mirum in modum cœpit inter coætaneos, & condiſcipulos nectarea quadam & admirabili converſatione fulgere, adeo ut non illum tanquam collegam atque condiſcipulum, ſed ut dilectiſſimum complecteretur germanum. Quid plura? dum Cathigeta illius ſecundum morem magiſterii per iſagogam, id eſt introductionem ad ſæcularium litterarum dogmata illum introducere cœpiſſet, ille nihilominus divina gratia illuſtrante, præcedere illum in ſenſu, atque ſermonis acumine ſagaciſſimè cœpit, ex quo inæſtimabili, ac ſtupendo ingenio valde attonitus, idem præceptor ejus, non cœleſti, & divinæ gratiæ hoc tribuere ſtuduit, qui omnia quæcunque voluit, facit, ſed heu, proh dolor! ſimulachrorum, atque Idolorum virtutibus condonavit, proinde in eadem admiratione potius pueruIos ejus diſcipulos illi ad docendum tradidit, videlicet, animadvertere cupiens, ſi tanta gratia continuata, aut fortuito & accidenti ſtudio in eo fulgeret,

Tunc Deus Omnipotens totius lucis origo,
Lumine de cujus radiantur corda bonorum,
Non voluit tenebris retineri lumina tanta,
Sed clarè & dignè, qualis, quantuſque vigeret
Talia patendo monſtravit munere divo.

Igitur ut prædictum eſt, dum puer iſte Domini Arthemas dogmata litterarum condiſcipulis traderet, inter cætera eis Sanctæ Trinitatis myſteria mirabiliter inſerebat, ſcilicet qualiter Dominus Chriſtus filius Dei omnipotentis pro mundi ſalute, ex ſacra Virgine naſci dignatus eſt, & per myſterium Sanctæ Crucis diabolicam deſtruxerit poteſtatem. De Sapientia autem ſtudioſè ſuadebat, dicens; Diſcite ò pueri doctrinam, diſcite ſancta, percipite auribus legem veræ Sapientię Dei omnipotentis, de qua Propheta canit, Initium Sapientiæ timor Domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio ejus manet in ſęculum ſæculi, ſi hoc ita eſt, & verè quia ita eſt, toto mentis amore ejus pręcepta ſequamur, ejus diſciplinam percipiamus, qui fecit Cęlum & Terram, Mare, atque Angelicam poteſtatem, qui corda omnium novit, & omnes ſapientes ſapienter ſua exuperat poteſtate.

Quiſquis in hoc fidei, ſapienti culmine pollet,
Terrenos ſapiens, ſapientes conteret omnes:
Hanc quoque Sophiam nemo contemnat amator
Qui poſcam quærit, cum Chriſto vivere vitam.

Hæc & ſimilia dum puer Domini Arthemas condiſcipulis intimaret, illoſque ad amorem cœleſtis Sapientiæ accenderet, tandem & amici hoc explorantes, & cognoſcentes inflammari admodum, præceptori ejus nunciaverunt, dicentes; O diſciplinæ pater, magnæque Sapientiæ indagator, ò ſacrorum numinum cultor, atque defenſor provide, ne forte pro doctrina prava diſcipulorum accreſcat magna injuria ſacrorum Deorum; Ecce enim Arthemas diſcipulus ille veſter, quem pueris ad docendum ſtudioſè poſuiſti, non illius ſapientiam, ſed iniquitatem, non Deorum religionem, ſed Chriſticolarum doctrinam miniſtrat. Credere non dubites; nam vera experta profamur; Vide ergo, ne per incuriam negligentiæ periclitetur puritas famoſę veſtrę ſagacitatis, dum præſidi hujus provincię talia per te non fuerint nunciata. Territus ad hæc illius Ethnicus Cathigeta advocans illum his verbis eum arguere cœpit. O Arthema ſtudioſe, fideliſque auditor, quę eſt iſta fama peſſima, quæ noſtras percuſſit aures, quæve doctrina vana noſtra præcordia farſit, noſtris ergo monitis prudenter aurem accommoda, ſcilicet, ut ſtudium inchoatę ſapientiæ niteat, & dignitas nobilitatis tuæ non obſtupeſcat: ſcimus equidem, te & nobilitate fulgere, & acumine prudentiæ optimè pollere: ergo audita horrida, quæ de te audivimus, deleantur, & devotio noſtri præceptoris, quam in te habuimus, optimè declaretur. Ad hæc B. Arthemas reſpondit. Scriptum eſt enim, ò ſagaciſſime Cathigeta priuſquam interroges, ne vituperes, & cum interrogaveris, corripe juſtè: Ergo ſecundum hanc ſententiam ſeriatim enucleare ſtude, quæ à nobis ineptè prolata eſſe dicuntur, & tunc demum, ſi ita eſt, aut profitendo approbamus, & retinemus ſi bona ſunt, aut negando repellimus, & refellere curamus, ſi mala eſſe videntur. Tunc præceptor incœpit infamata ejus exponere dicens; Relatum ſiquidem nobis eſt, quod diſcipulis, quos tibi ad erudiendum doctrinæ dogmata tradidimus, non illis ſapientiam Deorum noſtrorum, quam totus mundus colit, & veneratur, ſed impiam

religionem Chriſticolarum ſtuduiſti propinare, quæ abominabilis eſſe videtur, vera ne ſunt hæc, an maledicorum compoſitione prolata? Beatus Arthemas dixit. Flagito, præceptor, quod nobis ediſſeras, quæ te ſcire non ambigimus, quatenus ad indagationem tuæ inquiſitionis recto tramite pervenire poſſimus; ſenſus eſt enim prior in homine, qui doctrinam percipit omnem, an philoſophia, & litterarum doctrina conclnſus ad . . . . Deficit pagina in originalibus.

Nos enim talia in præſenti, quæ poſſumus miniſtrantes, in ſumo enim Tartarus excipiat ille, ubi nulla requies, ſed ſemper fletus amaros.

Hæc ubi dicta dedit Præſes crudelis iniqua, conſentientibus cunctis, juſſit pueros, qui olim diſcipuli S. Martyris Arthemæ fuerant, quod eum gladiis, qui ab officio ſcribendi graffii nuncupantur, græco eloquio, illum crudeliter trucidarent. Hanc ergo ſententiam definitam cum martyr Domini agnoviſſet; quia non terrena, ſed cæleſtia exoptabat, oculis, ac manibus in cælum erectis hanc orationem fudit ad Dominum.

O Rex omnipotens, Sanctorum vita beata,
Qui pugnare jubes, & præſtas vincere ſemper,
Quique in te confidentibus gaudia largiris æterna.

Laudo & benedico nomen tuum; quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me, & tribuiſti mihi cum triumpho victoriam conſummare, quod te donante inchoare potui: deprecor ergo ſupplex, quod mittas Angelum Sanctum, qui in pace tua ſuſcipiat ſpiritum meum, quia jam tempus inſtat ut veniam, & videam deſiderabilem tuam gloriam.

Hæc cum dixiſſet Martyr per cuncta beatus,

Mox perforatus gladiis ſanctum Domino reddidit ſpiritum; expleto namque glorioſo martyrio, ut oſtenderet Dominus angelica illi gaudia tribuiſſe, multoſq; per eum ad ſuam gratiam eſſe vocandos, videntibus cunctis à ſplendidiſſimis Sanctis Angelis anima illius ſuſcepta, ad Cælum cum gloria magna delata eſt. Hanc rem mirabilem, & inopinatam dum Ethnicus populus cerneret, plurimi ex divina gratia compuncti ad Sanctam Chriſtianam Religionem devota mente converſi ſunt laudantes, & benedicentes glorioſum, & admirabile nomen Domini Jeſu Chriſti. Igitur quia in tanto martyre magnam reverentiam, ſanctamque habebant devotionem, ejuſque ſe precibus gubernari cupiebant, nocturnis horis ſanctum illius corpuſculum colligentes in loco illo, qui ab accolis Campana dicitur, religioſè condere ſtuduerunt, qui diſtat à præfata urbe Puteolana, quaſi ſtadiis viginti quatuor, & à Civitate Parthenope miliariis novem. Ad cujus Sancti patrocinia plurimi convenientes, Sanctumque Martyrem Domini deprecantes, & variis periculis infirmitatis, beatiſſimam ſoſpitatem conſequi meruerunt. Paſſus eſt autem Beatiſſimus Martyr Domini Arthemas pro amore, & defenſione Sanctæ & Individuæ Trinitatis vigeſima quinta die menſ. Januarii. Regnante Domino *noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat* Deus *per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.*

Beatiſſimi Arthemæ hujus Martyrii non meminit Martyr. Rom. non Ferrarius, nec aliquis alius, quod ſciverim. Codex, in quo ejus Acta exſcripta ſunt, extabat apud V. C. Bartholomæum Chioccarellum Neapolitanum Quo tempore autem Stephanus Epiſcopus vixerit, non conſtat.

VIII. 8 CLAUDIUS ſub Hilario Papa interfuit Romano Concilio anno 471 *a*.

IX. 9. AUCUPIUS, cujus mentio extat in Romano Concilio ſub Symmacho Papa celebrato anno 501. *b* (,, *ſed & antea interfuerat Romano Concilio* ,, *à Gelaſio Pontifice celebrato an. 495.*)

X. 10. S ZOZIMUS, de quo in vetuſto Martyrologio Monialium Sancti Joannis de Capua.

XI. 11. GAUDIOSUS ſubſcripſit Synodo Conſtantinopolitanæ ſub Agathone Pontifice an. 680. Poſt hunc ſpatio quadringentorum annorum plurium deſiderantur Epiſcoporum nomina.

12. LEO Puteolanus Epiſcopus vixit circa ann. Dom. 1030. Hic dimiſſa Epiſcopali infula ad eremum confugit, de quo Sanctus Petrus Damianus Epiſtola 10. lib. 3. XII.

13. DONATVS In eadem Sede floruit anno 1119. Hic aliquot jura & Eccleſias ſui Epiſcopatus à Roberto Capuæ Principe recuperavit, qui pro ſua in Divum Proculum pietate, Donato Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum ea omnia reſtituit, quæ aliquando ad ejuſdem Divi tutelaris Cathedrali Eccleſia ablata fuerant, hac tamen conditione, ut tam ipſe Donatus, quam ſucceſſores ejus quolibet anno feria ſcilicet quarta in capite jejunii, & quinta Cœnæ Domini Eccleſiam S. Nicolai ad abſolutionem peragendam adire tenerentur, quemadmodum Puteolani Epiſcopi facere conſueverant. Quamobrem Robertus hujus confirmationis documentum ſcripſit, ſuoque ſigillo firmavit, quod modò ſubiiciemus ab exemplari Puteolanæ Eccleſiæ. XIII.

In nomine Salvatoris Dei Aeterni, Robertus Capuanus Princeps Donato Puteolano Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Principalis libertas Chriſti Eccleſiis, earumque Rectoribus ſuffragari, neceſſitatibus communicare, & ſuis rebus, & poſſeſſionibus ſubvenire debemus, ut eleemoſynis, & muneribus fidelium ditati, inſpectoribus earum poſſint abſque ſollicitudine, orationibus, & miniſteriis ſpiritualibus inſiſtere. Nos igitur Robertus Capuanorum Dei gratia Princeps hoc facere cupiens dignum duximus Eccleſiæ S. Proculi Puteolano Epiſcopo, venerabilique ejuſdem Eccleſiæ Præſuli Donato, ac ejus ſucceſſoribus conſenſu & precibus Raynaldi de Calvano fidelis noſtri, aſſenſu quoque & voluntate Domini Alexandri de Peroleo dilectiſſimi conſanguinei noſtri Eccleſiam S. Nicolai ſitam in Caſtro noſtro de Serra reddere & confirmare in perpetuum cum collis, hortis, & cum omni jure decimarum, aliiſque rationibus, & juſtitiis ejus, & cum omnibus Terris ſibi generaliter pertinentibus; hæc autem tenimenta ipſa Eccleſia S. Nicolai principaliter poſſidet ex parte quarti tenet quoddam territorium terræ, qualiter extenditur, & ſella ipſius Caſtri noſtri, quod dicitur Serra in parte occidentali per verticem, & ejuſd. montis, & deſcendit per quandam viā propè quaſd. fabricas antiquas dirutas in partem Septemtrionalem verſus quartum, & qualiter venit ipſam viam revolvendo uſque ad piſcinalem ei pertinentem, qui & in parte Orientali propè terram Eccleſię s. Petri juris ipſius Epiſcopi, & uſque in viam publicam, quæ venit à Campana in quartum, & viam Silicem de Serra, & qualiter quoque aſcendit uſque in prędictum Caſtrum noſtrum, de alio verò latere in parte Campanæ in parte Occidentali tenet præfata Eccleſia s. Nicolai, qualiter deſcendit ab ipſo Caſtro noſtro uſque ad piſcinalem antiquum, & uſq; in montem, qui dicitur Serrus in parte Occidentali, in parte verò Meridiana habet fines magnas duas petras ejuſdem terrarum Epiſcopatus, quæ extenduntur uſque ad verticem prædicti montis, & circa in parte Occidentis, & uſque ad Silicem in parte Orientis, & ſunt ipſæ duæ pezzæ terrarum per menſuram ſine Silva montis, modii terrarum centum & novem, tenet etiam dicta Eccleſia s. Nicolai aliud tenimentum in parte Campanæ, quod Burſas vocatur uſque in planitiem Campanæ, ubi fines habent terras quorundam militum, & ſervientium noſtrorum ex parte meridiei, & qualiter revolvitur per planitiem ejuſdem montis, ubi ſunt domunculæ, & fabricæ antiquæ juxta prædictam viam de Serra, quæ deſcendit in quarto per ipſam Silicem in parte Orientali ſub pede ejuſdem Montis Burii; habet quoque ipſa Eccleſia s. Nicolai quandam terram in loco, qui dicitur Cervara ſecus terram ipſius Epiſcopi undiq; terminata ex prędictis terris, & ex terra præfata per menſuram modii novem. Hanc quidem præfatam Eccleſiam de Serra s. Nicolai cum omnibus ſupradictis terris, & poſſeſſionibus, juriſdictionibus & cæt. ſponte reddimus, & confirmamus Puteolano Epiſcopatui, & ejus Venerabili Antiſtiti Donato, ſuiſq; ſucceſſoribus; &c. Verum quia

Pu-

Puteolanus Epiſcopus annuatim ex conſuetudine veniebat in quarta feria caput jejunii, & in quinta ante Paſcha, ſcilicet in Cœna Domini ad prædictam Eccleſiam S. Nicolai, volumus, petimus, atque ſtatuimus, quatenus venerabilis Epiſcopus, & ſucceſſores ejus amodò in antea debeant in ſingulis annis in prædictis duobus diebus, ad Eccleſiam S. Nicolai venire ad faciendam abſolutionem, ſicut ejus anteceſſores facere conſueverunt. Quod ſi quis in futuro contra hanc noſtram redditionis, & confirmationis paginam venire, vel infringere tentaverit, excommunicationi jam dicti Epiſcopatus ſubjaceat, inſuper libram auri perſolvat, medietatem noſtro ſacro Palatio, & medietatem dicto Epiſcopo, ejuſq; præſidentibus Epiſcopis; hæc autem pagina firma, munita & inviolabilis maneat in perpetuum, & ut verius credatur, & cautius obſervetur, &c. manu propria ſubjacenti ſigno eam ſubſcripſimus, & noſtro ſigillo juſſimus ſignari in Anno Incarnationis Dominicæ 1119. Indict. 12. ſcripta à Roberto Eccleſiæ Averſanæ Archidiacono præcepto Domini Roberti Principis.

Anno deinde 1121. idem Donatus Epiſcopus à Jordano Capuæ Principe obtinuit, ut ſibi, ſucceſſoribuſque ſuis Eccleſia S. Angeli ſita in criſta montis ſuæ ditionis cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis ſibi & ſucceſſoribus ejus reſtitueretur; cujus reſtitutionis chartæ teſtes interfuerunt Octodonus Secundus Capuæ Archiepiſcopus, Robertus Averſanus, & Guilleimus Nolanus Epiſcopi cum Matthæo Abbate S. Laurentii de Averſa. Charta exſcripta eſt ab exemplari ejuſdem Tabularii Puteolanæ Eccleſiæ.

In nomine Domini Salvatoris Jordanus Capuanus Princeps Donato Epiſcopo Puteolano ſalutem. Jeſu Chriſti miſericordia præſtabilis, filiis Sanctæ & Catholicæ Eccleſiæ noſtris fidelibus.

Quoniam ob ſalutem animarum glorioſæ memor. ſcil. Roberti filii Principis avi, ac Jordani patris noſtri, nec non & Secundi Riccardi, quam etiam Roberti Principum introſcriptorum, & ob ſtatum noſtri Principatus, conſilio quoque & interventu Domini Octodonis Secundi Dei gratia Capuæ Archiepiſcopi, nec non Domini Roberti Averſani Epiſcopi, ac Domini Guglielmi Nolani Epiſcopi, & Domini Matthæi ſola Domini clementia Abb. S. Laurentii Averſani Monaſterii, in Eccleſia S. Proculi Puteolani Epiſcopatus, in qua Dominus Donatus Dei gratia Venerabilis Epiſcopus præeſſe dignoſcitur, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, reddimus, concedimus, & confirmamus, & inſuper quietè dimittimus Eccl. S. Angeli ſitam in criſta montis cum univerſis terris ſuis colendis, & cum paſcuis, & cum omnibus ejus viis in eis intrandi, & exeundi, ſicut prædicta Eccleſia nunc poſſidet, & dominatur excepta ſilva, de qua cum poteſtate habeat aſſiduè juxta rationem iſta Eccl. S. Proculi, & præfatus Dom. Donatus Ven. Epiſcopus, ſuique ſucceſſores accipiant de lignaminibus, & quodlibet ob remedium animarum prædictorum Principum & nſæ ſuper Altare S. Proculi Martyris per librum obtulit, & ſicut præfatus Matthæus Abb. in prædicto Capitulo ejuſdem Monaſterii datum, & conceſſum habet per quoddam ſcriptum per eundem Matthæum Abb. & per plures alios confratres ejuſdem Monaſterii, probatum, & ſigillo prædicti Monaſterii ſigillatum, una cum omnibus inferioribus, & ſuperioribus ſuis, & cum omnibus ſuis pertinentiis; Nos prænominatus Secundus Jordanus Dei gratia Capuanorum Princeps in præfata Eccleſia S. Proculi Puteolani, in qua præfatus D. Donatus Venerabilis Epiſcopus præeſt, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, reddimus, & confirmamus, ac poſſeſſionem, & poteſtatem, ac dominationem prædictæ Eccleſiæ S. Proculi, & prænominati Domini Epiſcopi ſuiſque ſucceſſoribus faciendi ex indè legaliter quicquid eis placuerit, remota omni inquietudine, contrarietate, & moleſtia omnium Principum ſucceſſorum noſtrorum, & Viceprincipum, Comitum, vel Vicecomitum, Judicum, Sculdariorum, Gaſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſonæ. Quod ſi quis hujus noſtræ conceſſionis, atque confirmationis paginæ correptor, aut violator extiterit, aut contra principale ſcriptum agere tentaverit, viginti libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem dictæ Eccleſiæ S. Proculi, & Domino Donato Venerabili Epiſcopo, ſuiſq; ſucceſſoribus, & medietatem noſtro ſacro Palatio, & ſoluta pœna librarum, hoc principale ſcriptum, qualiter continet, firmum, munitum, atque inviolabile permaneat in perpetuum, & ut hoc principale ſcriptum ab omnibus firmius conſideretur, & diligentius ſervetur, manu propria ſubſcribens illud corroboravimus, & noſtro ſigillo illud inſigniri juſſimus ex ſucceſſione noſtræ præfatæ poteſtatis. Scripſi ego Philippus Palatinus Vice, in anno Dominicæ Incarnationis 1121. ſecundo anno principatus præfati D. Jordani glorioſi Principis. Datum in Capuano Palatio in menſe Martio, Indict. 14.

14 MAURI Puteolani Epiſcopi memoriam ad poſteros perennavit Ricchardi Capuani Principis privilegium, ſeu donatio, vel confirmatio decimarum Eccleſiæ Cathedralis ann. 1135. conceſſarum tam in auro, quam in argento, aliiſque omnibus, quæ ipſi Caſtro Puteolano ſolvebantur; hujuſmodi autem donationis tenor ita ſe habet ex eodem tabulario. XIV.

In nomine Domini Sanctiſſimi Jeſu Chriſti. Amen.

Notum ſit omnibus filiis Sanctæ & Catholicæ Eccleſiæ, quoniam nos Secundus Riccardus Capuanus Princeps proles bo. me. Dom. Jordani magnifici Principis ob ſalutem, & remedium animæ ejus, ac ob ſtatum noſtri Principatus in Eccleſia Dei, & Beati Proculi Levitæ & Martyris Chriſti conſtructa in Caſtro Puteolano, cui Dominus Maurus venerabilis Epiſcopus præeſt, damus, tradimus, concedimus, & confirmamus per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuam decimationem de auro, & argento, & aliis omnibus quæ capiuntur pro noſtro jure a ſervientibus noſtris, in Caſtro noſtro Puteolano; excepto de venatione, ita ut ſi præfatus Dominus Maurus Epiſcopus & ſucceſſores ſui volunt habere hominem illorum in unoquoque decimo die cum ſerviente noſtro ad recipiendam decimationem ſuam, ſit ibi, & percipiat eam, ſin autem poteſtatem habeant recipiendi fiducias à ſerviente noſtro, ut juſtitiam ſuam non deneget, neq; defraudet eis, & in tempore glandium, & per unumquemque annum ipſe præfatus Venerabilis Epiſcopus Maurus, & ſucceſſores ejus poſt poteſtatem & licentiā habeant mittendi in noſtro boſco quatuor homines ad colligendum glandem octo dies, ad proprietatem dictæ Eccleſiæ & memorati Epiſcopi, & ſucceſſorum ejus: hæc omnia ut ſupra præfati ſumus Nos præfatus Secundus Riccardus Capuanus Princeps in jam memoratæ Eccleſiæ Dei, & Beati Proculi Martyris Chriſti per hoc principale ſcriptum in perpetuum damus, concedimus, tradimus, & confirmamus ad poſſeſſionem & poteſtatem, & dominationem jam dictæ Eccleſiæ, & præfati Domini Epiſcopi Mauri, & omnium ſucceſſorum ejus, & faciendam exinde utilitatem præſcriptæ Eccleſiæ remota omni inquietudine, & contrarietate & moleſtia omnium Principum ſucceſſorum noſtrorum, vel Viceprincipum, Comitum, vel Vicecomitum, Judicum, Sculdariorum, Gaſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium, & ſi quis, &c. Ex conceſſione præfatæ Sereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Ririacus Palatinus Judex in Anno Dominicæ Incarnationis 1135. Anno Principatus præfati Domini Secundi Ricciardi 20. &c.

15 JOANNES vivebat anno 1153. XV.

16 M. Puteolanus Epiſcopus interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Gregorii Neapolis Urbano III. ſedente anno 1187. & canonizationi S. Jo. Gualberti an. 1194. die 1. Octob. XVI.

17 RICCARDUS Puteolanus fuit Præſul anno 1237. XVII.

XVIII. 18. MATTHAEUS ſub Gregorio X. obiit circa an. Dom. 1274. A

XIX. 19. ANGELUS ſucceſſit Matthæo 1275. cui Carolus I. Rex decimas attribuit auri unciarum duodecim, quas in timptoria Judaicæ Neap. annis ſingulis percipere ſolitus erat, nec non decimas in portu Bajarum, & Sulpharatiæ, &c. ut in regeſt. reg. Dat. Neap. 20. Decembris Indict. 4. ejus mentio in monumentis Carthuſiæ Capreorum ann. 1277. & 1279.

XX 20. FRANCISCUS ſucceſſor Angeli 1282.

XXI 21. ANGELUS II. anno 1284.

XXII. 22. JOANNES Britus conſecratur Neapoli Epiſc. Puteolanus die 14. Aprilis 1288. qua die ipſe cum pluribus aliis Regni Prælatis, & Domino Cancellario, cum Rege Carolo comedit.

XXIII. 23. FRANCISCUS II. cujus mentio an. 1304. quo è vivis ſublatus eſt.



XXIV 24. NICOLAUS Scondítos ſepultus in Choro Cathedralis Eccleſiæ anno 1308. habet ad tumulum hoc epitaphium.

. . . . . . , Jacet corpus Rev. Domini Domini Nicolai Sconditi Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſc. Puteolani, qui obiit A. D. MCCC. *VIII. menſe Septembri.*

XXV. 25. JOANNES anno 1309.

XXVI 26. Fr. GUILLELMUS de Sallone Ord. Minorum Sanciæ Reginæ à ſacris confeſſionibus diu tenuit hanc Puteolanam Eccleſiam, ex qua tranſlatus fuit ad Averſanum Epiſcopatum à Joanne XXII. anno ſal. 1324. Kal Junii ex regeſt. Vatic. ejuſdem Pontificis epiſt. 1547. ann. 8. de quo etiam Vvadingus Annal. Minor. („*Teſtis legitur in pactionibus matrimonii inter Joannem filium Caroli II. regis Siciliæ Comitem Gravinæ, & Agnetem filiam Archambaldi Comitis Petragnicenſis.*
„ *Vide Baluzium in Vitis Papar. Aven.* tom. 2.
„ p. 435)

XXVII. 27. Fr. PAULINUS ex eodem Minorum ordine Guillelmo immediatè ſucceſſit eodem anno 1324. 12 Kal Julii, ex eod. regeſt Vatic. reperitur hanc rexiſſe Eccleſiam ad annum uſque 1344. quo è vivis exemptus eſt.

XXVIII. 28. LANDULPHUS Neapolitanæ Eccleſiæ Cimiliarcha, defuncto Paulino ad hanc Sedem promotus eſt à Clemente VI. anno 1344. 3. Non. Julii ex regeſt. Vatic. epiſt. 58. fol. 37. anni 3 ejuſdem Pontificis. Ferunt Landulphum hunc fuiſſe ex vetuſta, ac nobiliſſima familia Capicia Latra, de qua legen-



B dus Borellus in notis ad Aelium Marthefium de nobilibus familiis Neapolitanis. * Nominatur Landulphus in Reg. Reginæ Joannæ anno 1322. fol. 25. his verbis. *Ven. in Chriſto pater Landulphus Latro Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſc. Puteolanus.* * Ex App. tom. 9.

29 ALOYSIUS anno 1377. memoratur in notis Puteolanis ad me miſſis, de quo tamen in regeſt. Vatic. nulla extat mentio. XXIX

30. FRANCISCUS reperitur hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1380. uſque ad annum 1390. An hic legitimus fuerit Epiſcopus (1), vel à Clemente VII. Pſeudopontifice intruſus, incompertum eſt; quandoquidē hoc infelici ſchiſmatis tēpore, duo, aliquādo etiam tres miſerè vexabant unam eandemq; Eccleſ. XXX.

31. PETRUS *a* 1387. in iiſdem notis tantùm reperitur inter Puteolanos Epiſcopos. Hic fuit intruſus à Clemente VII. Antipapa ex lib. obl. ſub eodem. *a* Omittitur intruſus. XXXI.

32. NICOLAUS ſedit anno 1389. de quo in lib. oblig. Præl. ſub Bonifacio IX. clara extat memoria.

33. FRANCISCUS Puteolanus Epiſcopus ſub Bonifacio IX. Loſitaniæ, & Algarbii Spoliorum Collector, & Apoſtolicus Nuncius fuit anno 1391. in iiſdem libris memoratur. C XXXII.


34. PHILIPPUS electus à Bonifacio IX. recognovit die 18. Aprilis 1395. pro Franciſco prædeceſſore ſuo, & Nicolao anteprædeceſſore, ut in iiſdem libris legitur. Hanc ſedem adminiſtravit annis tribus, tranſlatuſque eſt ad Marſorum Epiſcopatum ab eodem anno 1398. 2 Non. Novemb. XXXIII.

35. LUDOVICUS promotus anno 1399. Deſiit anno 1401 ex eodem libro. XXXIV.

36. SIMEON Alopa Neapolitanus Malphitanus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus anno 1401. eodem anno defunctus. XXXV.

37. THOMAS Torellus Canonicus Neap. ſucceſſit Simeoni an. 1401. Kal. Julii. Sedit uſq. ad an. 1405. XXXVI.

D



38. THOMAS Brancaccius *b* Neapolitanus ele- XXXVII. *b* De quo

(1) Dubitatur an hic fuerit in eo ſchiſmatis tempore intruſus, quandoquidem anno 1383. Nicolaus veri Pontificis cultor hac ſede fulgebat. Sed cum præſulante Franciſco Petrus auctoritate Pſeudo-Clementis VII. hujus Eccleſiæ Epiſcopus dictus fuerit, oportet Franciſcum legitimæ profeſſionis fuiſſe, à qua forſan defeciſſet cum adhuc eo ſuperſtite alter ſubrogatus legatur à juſto Romano Pontifice. *Lucentius.*

Ciaconius Oldoini t. 2. col. 803. electus Epiſcopus Puteolanus, antequam munus conſecrationis accepiſſet, translatus eſt ad Tricaricenſem Eccleſiam anno 1405. deinde ob egregia merita, natalīumque præſtantiam ſub Joanne XXIII. evaſit Presbyter Cardinalis ad titulum SS. Joannis & Pauli.

XXXVIII. 39. LAURENTIUS de Gilotto, Trojanus, Epiſcopus Veſtanus, huc translatus anno 1405. 3. Kal. Octob. Præfuit laudabiliter ann. 29. Fato ceſſit anno 1434. Huic Joanna II. Regina decimas confirmavit, quas anteceſſores ſui habuerunt in Civitate Neapoli ſuper redditibus Gabellæ Timptoriæ anno 1421. pro quibus ſolvendis ſcripſit, deditque litteras hujus tenoris.

Joanna II. Regina, &c.

Magnifico Commiſſario Regni noſtri Siciliæ, ejuſque Gubernatoribus, & Præſidentibus Cameræ noſtræ ſummariæ, Conſiliariis ſecretis quoque & Principatibus Terræ Laboris, nec non emptoribus, & quibuſcunque Præceptoribus, Jurium, reddituum & proventuum gabellæ Timptoriæ Civitatis noſtræ Neapol gabellotis, ſeu Credenzeriis fidelibus noſtris præſentibus, & futuris dilectis, gratiam & bonam voluntatem. Significamus vobis, quod ſicut Nobis plenè conſtat, major Puteolana Eccleſia, & Puteolani Epiſcopi, qui præteritis temporibus dictæ Eccleſiæ præfuerunt ex conceſſione Catholicorum Principum Siciliæ Regum Illuſtrium prædeceſſorum noſtrorum memoriæ recolendæ convenerunt annis ſingulis habere & percipere uncias duodecim de Carolenis argenti ponderis generalis pro decima ipſi majori Puteolanæ Eccleſiæ debita ſuper redditibus, & proventibus gabellæ Timptoriæ ipſius Civitatis noſtræ Neapolis, à certo ſimiliter tempore habuerunt percipere, & perceperunt ad literas Illuſtris quondam Joannæ, olim Hieruſalem & Siciliæ Reginæ, dum dicti Regni noſtri Siciliæ adminiſtratione legitimè fungebatur ſuper juribus gabellæ prædictæ in excambium ipſi Eccleſiæ ſingulis annis debitæ, & percipi conſuetæ per Præſules dictæ Eccleſiæ, qui per Epiſcopum fuerunt in ead. ſuper quibuſdam arbuſtatis noſtris demaniis Curiæ noſtræ ſitis in pertinentiis noſtræ Puteolanæ conceſſit ab olim per dictam Reginam tunc viventem regali noſtro Hoſpitali S. Mariæ de Vipergulis, aliam unciam unam, & tarenos ſex in Carolenis prædictis, ad quam quantitatem dicta decima aſcendere ponebatur, quas quidem ambas decimas ad ſummam unciarum tredecim, & turenos ſex aſcendere dicta major Eccleſia Puteolana, & ejus Præſules prædicti, & ſignanter R. P. L. præſens Puteolanus Epiſcopus, orator & fidelis noſter dilectus à certis præteritis retro temporibus ſuper juribus prædictis percipere, &c. Nos vero, &c. anno Domini 1421. primo die menſ. Junii 14. Indict. regnorum noſtrorum anno ſeptimo.

XXXIX. 40. MATTHAEUS Cuſtias, ſeu Didicus, vel Dominicus Tropejenſis, eligitur Epiſcopus Puteolanus in demortui Laurentii locum ab Eugenio IV. die 5. Aprilis 1434. obiit nondum exacto anno à ſui præfectura.

XL 41. Fr. LAURENTIUS de Neapoli, Ordinis Minorum alumnus, ex electo Epiſcopo Ravellenſi evaſit Præſul Puteolanus 12. Kal. Martii an. 1435. Duodecim omninò annos cum laude prudentiæ hanc rexit Eccleſiam, deinde ad Tricaricenſem translatus eſt anno 1447. 3. Kal. Aprilis, ubi extrema clauſit. Errat Julius Cæſar Capaccius, ex quo Herrera in Alphabeto Auguſtiniano, cum aſſerit hunc fuiſſe ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, etenim Acta Conſiſtorialia Eugenii IV. illum aſſumptum ad Puteolanam Eccleſiam ex Ordine Fratrum Minorum rotundè tradunt. Wvaddingus tom. 5. Annal. Minor. ex regeſt. Vatic. electionis diploma affert his verbis exſcriptum.

Dilecto filio Laurentio de Neapoli electo Puteolano. Ritè ſiquidem Eccleſiarum utilitati, &c. Dudum ſiquidem bon. mem. Dominico Epiſcopo Puteolano, regimini Puteolan. Eccleſiæ præſidente, Nos cupientes, &c. Poſtmodum verò prædicta Eccleſia per obi-

A *tum ipſius Epiſcopi, qui extra Roman. &c. vacante, &c. Dudum à te Ordinis Fratrum Minorum. Datum, &c. Romæ apud S. Petrum anno, &c. Datum 12. Kal. Martii anno quarto.* De quo etiam idem eod. to. ad ann. 1447 dum ejus translationem ad Tricarienſem Eccleſiam recenſet.

B



XLI. 42. LUDOVICUS de Conſtantio filius Alexandri, magnæ generis claritate, audacia, ac genitoris potentia ſuffultus, Puteolani Epiſcopatus, indulgente Alphonſo Rege, ac ſuperſtite Laurentio Epiſcopo invaſit adminiſtrationem, quam cum per annos quinque tenuiſſet, à Nicolao V. Papa poſt translationem Laurentii ad Tricaricenſem, legitimus declaratus eſt Puteolanus Præſul pridie Kal. Julii anno 1447. cum prius, hoc eſt menſe elapſo Junii, omnium delictorum veniam ab eodem Pontifice liberaliter recepiſſet, ut in abſolutionis literis plenius continetur, quas hic exhibemus ab exemplari.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Ludovico Conſtantio Clerico Puteolano ſalutem
C *& Apoſtolicam benedictionem.*

Solet Apoſtolicæ Sedis clementia recurrentibus ad eam cum humilitate filiis poſt exceſſum benignè conſulere, & dum id ſuppliciter poſtulant, ſuæ benignitatis gremium aperire. Cum itaque ſicut pro parte tua nobis exhibita petitio continebat, tu olim dum Venerabilis Fr. noſter Laurentius Epiſcopus Tricaricenſis verus, & legitimus Puteolanus Epiſcopus tunc exiſteret, laicali potentia ſuffultus, & nulla conceſſione ſeu facultate canonica tibi deſuper ſuffragante de regimine, & adminiſtratione bonorum ad menſam Epiſcopalem Puteolorum ſpectantium per quinquennium, & ultra, citra tamen ſex annos te ingeſſeris, ac fructus, redditus, & proventus interim ex illis provenientes perceperis, & ad ſtatum tuum tunc tenendum converteris, licet de facto. Nos volentes, te aliàs apud nos de vita, & morum honeſtate, aliiſque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, favore proſequi gratioſo:
D *de fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam per te quomodolibet præmiſſorum contractam occaſione; Tenore præſentium penitus abolemus, nec non omnes & ſingulos fructus, redditus & proventus per te malè perceptos, prædicto tibi plenariè remittimus, & donamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abolitionis, remiſſionis, & donationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo pridie kal. Junii. Pontificatus noſtri anno primo.*

Cæterum Ludovicus Pontifex fuit non diu; eodem quippè anno, vel obiit, vel ad aliam dignitatem translatus eſt.


XLII. 43. ANGELUS de Conſtantio, Puteolanus,

pa-

patriæ ſede potitus eſt eodem anno 1447. ſub ipſomet Pontifice Nicolao, ut Acta indicant Conſiſtorialia. A

XLIII 44. LAURENTIUS ſub Paulo II. vixit anno 1465.

XLIV 45. THOMAS Carrafa Neapolitanus anno 1470. obiit 1473.



XLV. 46. PYRRHUS de Azzia, nobilis Capuanus, electus à Sixto IV. anno 1473. 5. Kalen. Octobris. Exceſſit anno 1493. fuitque vir egregiè doctus & probus.




XLVI 47. JACOBVS Urſinus Romanus, electus anno 1493. die 2. Decembris. Incertum an obierit ante conſecrationem, vel ceſſerit, aut ad aliam dignitatem fuerit translatus; tantum ejus electio habetur in Actis Conſiſtorialibus.

XL VII. 48. ANTONIVS Jaconia, Licclenſis, ab Alexandro VI. pronunciatus eſt Epiſcopus Puteolanus ex regio Capellano & Epiſcopo Uxentino die *a* 7. Martii 1494. vir omnium virtutum genere amiciſſimus, ſic & nepos ipſius Angelus Epiſcopus Caſtrenſis, hanc cum eximiè annis viginti rexiſſet Eccleſiam, fortis munus implevit anno ſal. 1515. *b* Corpus ejus cum honore condigno conditum eſt in Cathedrali cum hocce epitaphio.

a Die 19. Martii.

b 1514.

Antonius Jaconia Liccienſis Epiſc. Puteol. majorque reginalis Capellanus LXX. annis cum omni vitæ integritate vixit, ſuam pontificiam dignitatem xx. ann. officiosè geſſit, vitæ munere defunctus MDXIV. Chriſti. Anno vero III. Sanctiſſ. Papæ Leonis conditur: tamen hic ſibi tumulum ubi ſuos inſignes virtutum titulos etiam poſt funera ſervat. Omnes hic in Chriſto legentes valete, & pro eo ſemper Jeſum orate.



B 49. BERNARDVS Tarlatus *c* de Divitiis Card. Bibiena hanc habuit commendatam Eccleſiam die 19. Martii 1514. quam eodem anno die 6. Julii cum regreſſu reſignavit, annuente Leone X. Pontifice. XL VIII.

50. SIMON de Vernaculis adlectus eſt Epiſcopus die 6. Julii 1514. Obiit 1537. XLIX

c De eo Ciacon. Oldoini t. 3. col. 319.



C

51. CAROLVS Borromæus, Mediolanenſis, Comitis Ludovici, & Mariæ Blanchæ Longhignani filius, doctrina, vitæ munditia, ac rerum experientia clarus, Caroli V. Imp magnus Cubicularius & Conſiliarius ex Epiſcopo Uxentino translatus eſt ad Puteolanam hanc Eccleſiam die 6. Julii 1537. Floruit in hac dignitate plus minus annis tribus, mortuuſque eſt vir eximius anno 1540. cujus fauſtum nomen hæreditavit magnus ille ſanctus Carolus Card Borromæus Patriæ Archiepiſcopus. L.

52. BERNARDINVS Caſtellarius, aliàs *della Barba* Caſalenſis Epiſcopus, ex delectu & nominatione Philippi II. Hiſpaniarum Regis Puteolanam accepit Eccleſiam die 20. Auguſti 1540. quam cum rexiſſet ann 2. liberè eam dimiſit reverſus ad priorem Caſalenſem ſuam ſponſam, de quo ibi. LI.

D 53. JO. MATTHAEVS Caſtaldus, *d* Neapolitanus, germanus frater Joannis Baptiſtæ Marchionis Caſſani, Comitiſque Platinæ, militari ſcientia, rebus ſtrenuè geſtis ſupra fidem celebratiſſimi, ex Monacho Olivetanæ Congregationis in gratiam fratris à Philippo II. Rege poſtulatus evaſit Epiſcopus Puteolanus die 15. Februarii 1542. cum diſpenſatione ſuper defectu Natalium, quibus patiebatur. Eam Eccleſiam quatuor & quadraginta annos ſtrenuè, ac ſumma ſui nominis fama adminiſtravit. Neapoli nonagenario major mortalitatem explevit anno ſalutis 1585. *e* ſepultus in Aedibus Olivetanorum, ubi prius monaſticum ſumpſerat habitum. Hic Cathedrale templum igne, ac terræmotu penè collapſum reſtituit, ut docet inſcriptio ad parietes poſita, hiſceque verbis exarata in marmore. LII.

d De eo Lancellottus in hiſt. Olivet. p. 195. Mandoſ.

e 1586.

Templum Jovi à Calphurnio F. prius, deinde D. Proculo dedicatum, tam mirabi-

liter-

li terræmotu, ac memorabili incendio penè collapſam Ann. D. MD. XXXXVIII.
Joannes Matthæus Caſtaldus Puteolanus Antiſtes inſtauravit.

LIII. 54. LEONARDUS Vairus, *a* Beneventanus, Canonicus Regularis Lateranenſis doctrina & morum probitate inſignis, præficitur in locum prædefuncti Caſtaldi die 7. Januarii anno 1587. In ea Eccleſia adminiſtranda magnum eidem ornamentum fuit; indeſeſſè enim per annos 16. in vinea Domini laboravit, ac ſanctè ut vixerat requievit in pace anno 1603. Jacet in Cathedrali; ad cujus excitandam piam memoriam Martinus de Leon digniſſimus ſucceſſor hoc ei Cœnotaphium poſuit.

a De eo videndus Nicodemus in Addit. ad Bibl. Neap. Toppii. p. 151. Manuſcr.

D. O. M.

Leonardo Vairo
Lateranen. Eccleſiæ Romæ Vicario
Epiſc. Puteolano Benemerentiſſimo
Paſtoralis muneris laudibus inſignitér ornato,
Præclara, ſed ſeneſcente ad nos delato, famu
Ne immortalitate dignis ſua deſit vita cineribus,
Ne deſint exempla poſteris, præmia virtuti
Hunc ei
Hunc futuris deinde Epiſcopis tumulum
D. Franc. Martinus de Leon, & Cardenas
Hiſpanus ex ſacra Eremitarum religione D. Auguſtini
Epiſcopus Puteolanus, inter Papæ Aſſiſtentes
Regios Conſiliarios cooptatus
Anno ſalutis humani generis
MDCXXXIV.



LIV. 55. HIERONYMUS Bernardus de Quiros, Hiſpanus, Monachus Ciſtercienſis Ordinis, magni & curioſi ingenii vir, antea Epiſcopus Stabienſis, ſeu Caſtri maris, ad hanc Puteolanam Eccleſiam translatus eſt die 3. *b* Auguſti 1604. Sedit incorrupta fama annis undecim. Romæ morbo correptus exceſſit anno 16.5. corpus ejus poſt plurimos annos Puteolos relatum in Cathedrali reconditum eſt anno 1639.

b Die 28. Auguſti.

LV. 56. Fr. LAURENTIUS Monglojus Galatinus, alias de S. Petro Ordinis Minorum diſtrictioris obſervantiæ, olim Epiſcopus Minervinus, inde Archiepiſcopus Lancianenſis, ad hanc Puteolanam Eccleſiam translatus die 27. Novembris 1617. Præfuit plus minus annis 13. & adverſantis fortunæ aliquando expertus aculeos, Romæque in Mole Adriana, quæ illi obiiciebantur à multis, purgare coactus eſt. Obiit anno 1630.

A



B

57. Fr. MARTINUS de Leon, & Cardenas Hiſpanus, in Bætica Provincia nobili genere natus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini inſignis Theologus, ex Epiſcopo Triventino ad Puteolanam Eccleſiam translatus die 7. Aprilis 1631. ſolemni ritu Puteolos ingreſſus die 28. Junii ejuſdem anni. Hic innocentis vitæ, animique candoris fuiſſe narratur, tantæque liberalitatis in omnes, præcipuè in egenos, & in Eccleſiam ſibi creditam ampliandam, exornandamque, ut in hoc genere mira de eo, nunquam deſitura fama traducenda ſit ad poſteros. Statim enim ut ad clavum ſedere cœpiſſet, Cathedrale Templum vetuſtate fatiſcens à fundamentis nova & ampla molitione, coloratis, cælatiſque marmoribus inchoavit, perfecit, ſacravit, ac magnificentius exornavit, ſacraque nobili & inſigni ſupellectile adauxit, condidit novum ſacrarium, in eoque ſuorum Anteceſſorum ſeriem, quam exquiſita indagatione expiſcatus eſt, pictura expreſſit. Epiſcopale Palatium, cenſuſque Epiſcopales menſæ auxit. Aream perangustam ad Templi decorem ampliavit, ibique perennem aquarum fontem adduxit, vias aperuit, totamque ferè civitatem pulchriorem reddidit, unde civium amorem promeruit. Nec minoris curæ fuit Martino Eccleſiaſticus decor, quàm civitatis cultus; namque illuſtrata cum civitate Diœceſi, Synodoque celebrata, latiſque ſalutaribus legibus Clerum ad puriores mores, populum ad pietatem adeò brevi tempore optimè inſtitutos habuit, ac ſi recens viderentur in fide eccleſiaſticiſque diſciplinis florere. Pauperibus, piiſque locis tanquam indulgentiſſimus Pater, patrimonium, ſumptuſque eccleſiaſticos ſuos devexabat. Supra ſeptem & decem annos in hac dignitate floruit, tantoque omnium amore, ut vocatus die 22. *c* Auguſti 1650. ad Panormitanam Eccleſiam omnibus mœrorem attulerit, quem deliniviſſe viſum eſt marmoreum digniſſimi Præſulis ſimulachrum ſuper columnam poſitum in Foro, eximioque hoc elogio ad baſim ſculptum, quod hic libet exſcribere, cum in eo referantur res ab ipſo præclarè geſtæ, & grata Puteolanorum recenſeatur memoria. LVI.

c Die 17. Auguſti.

C

D

Illuſtriſſimi, Excellentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini D. FR. MARTINI DE LEON, & CARDENAS *Ex Sacra Eremitarum Sancti Auguſtini familia, meritiſſimi Panormitani Archiepiſcopi, Summi Pontificis Aſſiſtentis in Regno Neapolitano ab arcanis Conſiliis Regis noſtri Catholici, & ejuſdem denuo in hoc Siciliæ Regno* LOCUMTENENTIS, ET GENERALIS CAPITANEI, *è pario marmore ſimulachrum, quod fideliſſima Civitas Puteolana eidem Excellentiſſimo Domino Præſuli ſui munificentiſſimo, & Patri amantiſſimo media in Platea nuper erexit, in cujus Baſi elogium hoc ad memoriam ſempiternam inſculpſit.*

D. O. M.

D. O. M.

Ne mirere hoſpes
Auguſtum hoc è ſpirante marmore
ſimulacbrum:
Aureum meretur, aureis hic moribus Heros,
Qui verè auream Puteolis revexit ætatem,
Si tamen Orbi clarus, ignotus tibi,
Sacrorum cernis decus Antiſtitum,
Inclytam regnatricis Hiſpaniæ prolem,
Philippi IV. à latere Status Conſiliarium
Summi Pontificis Epiſcopum Aſſiſtentem,
Catanenſis primum, tum Zamorenſis,
Mox Eccleſiæ Panormitanæ
Deſignatum Antiſtitem,
Demum
MARTINUM cernis
DE LEON, ET CARDENAS,
Virum ſuo ſat nomine glorioſum,
Tantaque inſignem authoritate,
Ut in hoc Orbis angulo poſitus
Suo obſecundantem nutui
Totum propè ſtenerit Orbem.
Hactenus extera commendavi;
Verum ad inſitas æſtimandas animi dotes
Sat pro virtutum compendio una ſit charitas.
Qua
Totum tuendo gregi præſulatum devovit.
Et ſanè amantiſſimum Præſulem
Præeſſe puduiſſet, niſi omnibus profuiſſet.
Hinc voluit egenis adeò eſſe conſultum,
Ut redditus ſubſtantia largitioni deeſſet,
Verè MARTINUS in pauperum ſubſidia
Non dimidiata, ſed tota clamyde ſpoliatus.
Hinc tale in eo perfugium miſeri habuere,
Quo non modò en periculorum anguſtiis,
E carceribus, laqueis, e Turcarum barbarie,
Sed vel è mortis faucibus exilirent innocui.
Præterea quatenus in Civitate ornandu?
Quantus fuit in Civium commodis
procurandis?
Sub cujus quidem ſingulariſſimo patrocinio
Militiæ gradus, magiſtratus honores,
Epiſcopales quoque infulas Cives obtinuere.
Porrò quam glorioſe deſudavit in publicis?
Quot Regios Civitati favores conciliavit?
Quanta eam tributi parte exoneravit?
Quam ſtrenuè præſidia militum probibuit,
Ne foret ſumptu exhauſta Civitas publico?
Cariſſimus quidem patriæ parens
Studioſè fovebat, ac ſi generaſſet filios;
At nova exornatæ jam urbis facies?
At ipſa incolarum frequentia major?
Quid ædificii, quid nobilium fontium.
Et utilitas publica, & hilaritas?
Quid additus platearum ornatus?
Quid urbs tota
E ruinis emerſa ſpecioſior?
Nonne MARTINUM inſtauratorem
ſuum agnoſcit?
Proh Deum!
Parietes ipſi, ipſius tecta urbis
Secundum eum fundatorem,
PATROBAM alterum,
Si loqui poſſent, viva voce conſalutarent.
Aſt una pro cunctis, velut tacita loquitur,
Operoſa Cathedralis Templi ſtructura,
Quæ bis à fundamentis erecta
Cum ſolum Calpurnianam faciem
Ad illuſtrem antiquitatis pompam retineat:
Magnificentia operis,
Amplitudine molis,
Ornatuque aucta pretioſo,
Velut aurea domus
In auguſtiſſima quam cernis forma collucet.
Sed fuerit ingens Puteolorum felicitas
Ad illuſtrandam opportunius urbem
MARTINUM Præſulem è Cælo ſortiri;

A *Longe major fuit gloria*
Sub Martino Præſule triumphaſſe.
Cætera ergo decora ſileat Puteolana Civitas,
Sileat clara vetuſtæ originis incunabula:
Non autem quod Apoſtolica hic Eccleſia
Totius Italia prima
A D. Patroba ex LXXII. Chriſti diſcipulis
fundata,
Pauli eloquio, Petri præſentia confirmata.
Ingentique fuerit Martyrum cruore dotata?
Sed ſileat, quod olim nobilis Dicæarchia,
Et merito parva Roma à Cicerone dicta,
Quod regnatricis juſtitiæ principatus,
Lectiſſimaque fuerit Imperatorum ſedes.
Sileat cuncta, id unum jactet illuſtrius.
Quod mirum, DUCE MARTINO,
Conſtantiſſima erga REGEM noſtrum
HISPANUM fide
Popularium ſeditioſum motibus immota
Reſtitit, pugnandoque reſtituit rem,
B *Erexitque pro trophæo titulum*
Quo & à Neapolitanis tunc Proregibus,
ET A SERENISSIMO D.D. JOANNE
AUSTRIACO
Tam claris vocibus, quam patentibus litteris
Fuit Puteolana civitas ſalutata
Corona univerſæ fidelitatis.
Diſcant tamen poſteri quo meriti jure;
Tanti quippe momenti fuiſſet
Puteolorum gentem invictam non habuiſſe
Ac portu Bajani; arciſque præſidio caruiſſe
Ac intercluſa penitus fuiſſe commercia,
Prohibitoſque vectigalium commeatus,
Quibus Neapolitanæ arces hinc alebantur.
Et unica ſpes victoriæ ſic fovebatur.
Jure igitur optimo Puteolana civitas
Sollicitè clavum moderante MARTINO,
Non modo ſeditionum fluctibus incolumis,
Sed tenax fluctuantis Regni anchora fuit.
At quo animi ardore,
C *Qua fide pugnatum?*
Certè tot magnanimos vidiſſet Leones
A LEONE Duce inflammatos ad prælium,
Spirare minas, laceſſere hoſtem,
Malle mortuos ſervare mordicus fidem,
Quam vivere perpetua ignominia famoſos:
Ipſis in puerorum vultibus acer furor,
Bellicus in mulierum animis vigor
Bellica inſtrumenta glorioſe tractantium.
Unaque fuit, & nobilium & vulgarium
Civium
Generoſa in armis fidelibus conſpiratio,
Quod uno omnes fidelitatis amore flagrabant,
Unaque AUSTRIACI NOMINIS gloria
ferebantur.
At quam certam non auſpicarentur
victoriam,
Si meliori fato,
MARTINUM habebant pro Marte
propitium?
D *Et quibus unquam poterat nutare tumultibus*
Urbs invicta
CARDINE fundata tam firmo? Uni
Qui hæc præſtitit
Præſuli meritiſſimo,
In difficillimis rebus moderatori fauſtiſſimo,
Verè patriæ parenti amantiſſimo,
Una omnium gratiſſimorum civium
voluntate
Ut expreſſum marmore,
Sic inſculptum cordibus
Simulacbrum hoc
Puteolana Civitas erexit
Sui Præſulatus Anno an. Domini
M.DC.L.

Cæterum Martinus hoc anno 1655. menſe Novembr. Panormi in ſenectute bona, omniumque bonorum luctu quievit in pace, relinquens poſteris

gra-

gratam ſui memoriam in gratia & beoedictione, cadaver depoſitum in Metropolitana. Diù antea ſepulchrum ex pario marmore ſibi paraverat in Cathedrali Puteolana, cum inſcriptione, quam hic exhibemus.

D. O. M.

Ne imparatum mors inopina
raperet
Vitam meditatione venit mortis.
Mortem ſpe hebetavit immorta-
lis vitæ.
Fatique nec negligens, nec metuens,
Se tumulo pridem,
Sibi tumulum nuper paravit.
D. Frater Martinus de Leon, &
Cardenas
Hiſpanus, ex Sacra Eremitarum
religione D. Auguſtini,
Epiſcopus Puteolanus, inter
Papæ Aſſiſtentes,
Et Regios Conſiliarios cooptatus.
Anno ſalutis humanæ
MDCXXXIV.

(„ *Pro Eccleſia, ac domo, quam Neapolitana ſemper piiſſima civitas in honorem ſui inclyti Tutelaris D. Januarii Carmelitis Excalceatis D. Tereſiæ fundare decreverat, ut reapſe perfecit, in Herculano vico ad radices Veſuvii, ut ſuam præpotens martyr ab illius montis incendio patriam perpetuo ſervaret incolumen, primum Martinus lapidem magna quidem ſolemnitate jecit hac Epigraphe inſcriptum.*

„ D. O. M. B. M. & S. Jaouario Liberatori
Urbano Papa VIII. Philippo IV. Rege
Franciſco Card. Boncompagno
Archiepiſcopo Neap.
Emanuele Zunica Com. Montier. Prorege
Fr. Paulo Simone Præpoſito Generali Ordinis
Carmelitarum Diſcalceatorum
ex pietate fideliſsimæ Civitatis Neapolitanæ
Fr. Martinus de Leone de Cardines Epiſcop.
Puteol. P. MDCXXXII.)

LVII 58. Fr. JOANNES Baptiſta Campagna, Ord. Minorum Diſtrictioris Obſervantiæ, olim emeritus Generalis, in Hiſpania tunc Epiſcopus Dertuſenſis, poſt Martinum tranſlatus eſt ad hanc Puteolanam Eccleſiam die 22 a. Septembris 1653.

a Die 6. Octobris.

A D D I T I O.

(„ *Cum adhuc autem Matriti degeret, Margarita Auſtriaca Maximiliani II. Imperatoris filia, & Philippi IV. Hiſpaniarum Regis amita, quæ ſtrictius Clariſſarum amplexa inſtitutum Margarita à Cruce appellari voluit, ad ſe accerſito ſignificavit ſibi magno gaudio fore, ſi ipſe qua pietate, & doctrina pollebat, ſe totum defenſioni opinionis immaculatæ Conceptionis daret, ac tractatum pro ultima hujuſmodi opinionis deciſione componeret; quod ut ipſe prompte, ac feliciter executus fuit, eo tractatu adeo piiſſima Herois delectata eſt, ut illius præſertim intuitu ipſum deinceps Epiſcopum multis gratiis proſecuta fuerit, ac Majeſtatis Catholicæ Commiſſarium in ejuſdem immaculatæ Conceptionis cauſa apud Apoſtolicam ſedem conſtitui procuraverit. Decem annos Puteolanam Eccleſiam rexerat Jo. Baptiſta, cum ad ſuperos fuit evocatus.*

„ BENEDICTUS *Sanchez, Epiſcopus Monopolitanus, huc tranſlatus 24. Martii 1664. Decennium in hac ſede complevit, ſuique deſiderium fecit.* LVIII

„ CAROLUS *de Palma, Clericus Regularis Theatinus, & inſignis Theologus, qui in erudiendis aliis, plurimiſque apud ſuos Regulares in muneribus verſatus, jam ſenio gravis ad hanc ſedem ſubvectus eſt 27. Maii 1675. Præfuit bona cum ſui nominis fama uſque ad an. 1682. quo extrema clauſit.* LIX.

„ DIDACUS *Ybanez de la Madrid Buſtamante, Triventinus Epiſcopus, ad Eccleſiam Puteolanam tranſlatus eſt die 2. Octobris 1684. & deinde ad Eccleſiam Septen. die 9 Junii 1687.* LX

„ DOMINICUS *Maria Marcheſius, Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum, Provincialis, munere per plures annos, aliiſque Religionis ſuæ officiis ſtrenuè functus, Puteolano Ovili Rege Catholico poſtulante præfectus eſt 31. Maii 1688. Deceſſit Neapoli 1692.* LXI.

„ JOSEPH *Sanz de Villarugut, Cajetanus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſitum fecit id petente Catholico Rege 2. Januarii 1693. ex qua iterum tranſlatus fuit ad Cephaludenſem 18. Junii 1696.* LXII

„ CAROLUS *Cuzzolinus ex Epiſcopo Oritano Puteolanus dictus eſt 25. Februarii 1697. Anno ſequenti obiit Neapoli menſe Auguſto.* LXIII.

„ *Fr.* JOSEPH *Falces, Burgenſis, Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, S. Theologiæ Lector jubilatus, obitis permultis ordinis ſui muneribus, hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam 11. Aprilis 1699 Vix autem exacto triennio fato raptus eſt menſe Novembri 1703.* LXIV

„ MICHAEL *Petirro, Thermularum Epiſcopus, Puteolana juſſus eſt ſedere in Cathedra 13. Decemb. 1705. Defunctus eſt menſe Junio 1709.* LXV.

„ PETRUS *Cavalcante, nobilis Cuſentinus, Clericus Regularis Theatinus, S. Theologiæ Lector, ac divini verbi egregius præco, cum Cuſentinas, Surrentinas, & Barchinonenſes Congregationis ſuæ ædes rexiſſet, atque in Hiſpania extitiſſet Viſitator, creatus eſt Puteolanus Epiſcopus 22. Maii 1713.*) LXVI

CAPUANA METROPOLIS,

Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi.

- Atinen. ſuppreſſus.
- Æſernien.
- Cajacen.
- Caluen.
- Carilonen.
- Caſertanen.
- Sueſſanen.
- Theanen.
- Venoſrinen.



ANTIQUA Capua, Italicarum olim Urbium pulcherrima, ac præſtantiſſima, feliciſſimo in agro, ipſoque Italiæ meditullio poſita erat ad radices Tifati Montis à Vulturno fluvio tribus M. P. diſſitas, ita ut non modò ex ſitus opportunitate, ſoli ubertate, amœnitateque Felicis Campaniæ caput, & Metropolis, ſed omnibus gentibus, bellorum præcipuè diuturnitate. & Romani Imperii æmulatione fuerit admirabilis. Difficile eſt valde tempus adamuſsim inveſtigare, quo Capua ſuum exordium & nomen deſumpſiſſe videatur, quod ipſum haud mirum debet videri, cum aliæ vetuſtæ Civitates ſuam ipſarum origionem referre ſolebant in multorum rationes. Cato & Sempronius ab Oſcis conditam volunt. Halicarnaſſæus ab Ænea, cæteriſq; Trojanis ædificatam, & à Capy appellatam. Iſidorus Silvio Capy Albanorum Regi tribuit. Livius à Capy Samnitum Duce dictam exiſtimat, vel à Falcone, ſub cujus augurio à Tuſcis condita eſt, qui priſca Tuſcorum lingua Capys dicebatur, ut ait Servius. Virgilius à Capy Æneæ commilitone, qui eam condidit, dictam mavult lib. 10. *Capys huic nomen Campanæ dicitur urbis*. Cujus ſententiæ ſubſcribunt Lucanus, Silius, & Svetonius in Cæſare Dictatore, Urbis hujus originem, & nomenclaturam ad Capym conditorem referens, in cujus ſepulchro æneam tabulam inventam tradit, quæ Cæſari necem denunciabat. Strabo inde dictam exiſtimat, quod eſſet duodecim Campaniæ urbium caput, hoc eſt quod ipſa duodecim reliquis undecim præeſſet. Plinius lib. 3. cap. 5. Capua inquit, ab undecimo Campo dicta, qua ratione Maro Campanam urbem vocat, & Tullius, Liviuſque frequenter ejus cives, & incolas Campanos nominare videntur à Camporum uberrimorum cultu. Eam eo-

A dem teſte Strabone primi Opici, & Auſones tenuere, dein Oſci Tuſcorum gens, à quibus Oſca dicta. Hos ejecere Cumani, poſteaque iiſdem pulſis, Etruſci eam ampliatam caput undecim urbium aliarum inſtituere, Vulturnumque Etruſcorum dixere à vicino Vulturno flumine, ut Livius teſtatur. Itaque ex iis omnibus mihi arridet illorum ſententia, qui Etruſcos Capuæ conditores fuiſſe affirmant, & à Campeſtri agro, vel à campo, Campanam, ſive Capuam appellatam volunt. Sed utut res ſit, conſtat antiquiſsimam civitatem fuiſſe Capuam, opibus, ſuperbia, armiſque potentem, ita ut auſa ſit Romanæ gloriæ aliquando invidere, tametſi quandoque Campani, ejuſque cives à Samnitibus magnis cladibus affecti ſe ſe Populo Romano dederint, nec multò poſt cum defeciſſent, agri parte mulctati ſunt; magnis deinde ſeditionibus conflictati Præfectos accepere, & leges à Lucio Furio Prætore. Capuam M. Cicero luxus infamia notans luxuriæ & ſuperbiæ domicilium eſſe ait in O- B ratione de lege Agraria contra Rullum, & in oratione poſt reditum in Senatu teſtatur Campanos ſemper ſuperbos fuiſſe bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbiſque ſalubritate, & pulchritudine. Ex eadem copia, & rerum omnium affluentia natam arrogantiam, quæ alterum urbi Romæ Conſulem è Capua poſtulavit, eamque luxuriem natam, quæ ipſum Annibalem armis invictum voluptate vicit, & enervavit. Potentem itaq; vicinamque nec non inimicam ſemper, atque æmulam Romani Imperii, non minus quàm ipſa Carthago, ferocemque præſentis Annibalis amicitia, atque ſocietate, Romani maximis copiis circumvallatam, & obſeſſam fame demum ſubjugarunt, Senatuque ſecuri percuſſo civibus, reliquaque multitudine ſub haſta vendicatis, urbem, atque agrum omnem publicarunt. Nec in poſterum civitatis ullum corpus, non concilium publicum, non magiſtratus, aut Senatum urbi permiſere, vel ulla inſignia reip. ſed ædificia ſedes aratorum eſſe juſſerunt, utiq; duntaxat urbs C à libertinis & iuſtitoribus, vilique operaria plebe,

ſrequentaretur, permiſſum fuit. In hunc itaque modum Capua afflicta jacuit ultra annos centum triginta, atque ager Campanus Populi Romani publicus fuit, uſque ad C. Cæſaris Conſulatum, qui lege Julia contra Senatus, optimatumque ſententiam latam militibus eum viritim diviſit, Capuamque muro ductam, ut fragmenta Julii Frontini apud Honuphrium Panvinum demonſtrant, primus Coloniam fecit, Juliamque Felicem appellavit. *Specioſam per id tempus*, ait Vellejus lib. 2. *adjectum ſupplementum Campanæ Coloniæ*. Ex eo quidem tempore reſurgens auſpiciis Imperatorum, floruit ſub Populi Romani poteſtate, donec à Genſerico Vvandalorum Rege capta, ſubverſaque eſt anno 455. ab Oſtrogothis dein occupata, atque bis pulſis à Narſete reſtaurata, iterumque à Saracenis vaſtata, tandem à Longobardis ſub 30. Ducibus delata anno 840. & in Monte Trifico, ab eo loco duobus millibus paſſuum, in quo ſita erat, à Landulpho ſeniore ſtirpe Longobardo, veteriſque Capuæ Gaſtaldo, & Comite ſub nomine Sicopolis ædificata, nec multò poſt, ob multa commorantium facinora igni tradita eſt, quam, ut ab ea calamitate liberarent Lando Comes, Landulphus Epiſcopus, cæterique fratres Landulphi filii, ut Erchempertus ſcribit, novam Capuam, quæ hac tempeſtate extat, anno 856. condiderunt, ad Caſulini pontem, ulterioremque Vulturni ripam, alteroque lapide ab antiquæ ruinis, quæ ingentes cernuntur, juxta Beatæ Mariæ Gratiarum ædem; humanæ quidem inſtabilitatis certiſſimi teſtes, ex quibus potentiam, ac ſuperbiam veteris Capuæ colligere poſſumus. Locus, ubi vetus civitas erat, dein magna ex parte dictus eſt S. Mariæ ab ea Eccleſia antiquiſſima ibi conſtructa, & regio Surici dicebatur; ex quo cognomen Eccleſiæ S. Mariæ Suricorum. Sub Longobardis dominata, adeo Capua nova potentia crevit, ut ejus Comites, Beneventanum aliquando occupaverint Principatum: hi Capuam tenuerunt ad annum uſque 1058. quo expulſo Landulpho Pandolphi filio, Richardus Normannus Averſæ Comes Principatum obtinuit, inſequutoque anno à Nicolao II. in celebri Synodo Melphitana confirmationem accepit. Anno 1172. in quo Capuanorum Principum Normannorum defecit ſucceſſio Svevi Normannis ſucceſſarunt, his Galli Andegavenſes, iſtis Aragonei, donec qua fato, qua belli fortuna Capuanorum Principatus cum toto Neapolitano Regno ad Hiſpaniarum Reges pervenit, ſub quorum æquiſſimo imperio feliciſſimè conquieſcit. Porrò Capuæ Comitum, Principumque ſeriem enarrarunt ea antiquis Erchempertus, Anonymus Caſinenſis, aliique, è quorum penu Antonius Caracciolus, Michael Monachus, ac noviſſimè exquiſita eruditione, ac diligentia Camillus Peregrinus in Principum Longobardorum Hiſtoria: ille idem, qui de laudibus cum veteris, tum novæ Capuæ, earundemque origine, ſitu, dignitate, rebuſque præclare geſtis ſcripſit in Apparatu ad Antiquitates Capuanas. De laudibus cum veteris, tum novæ Capuæ multi multa ſcripſere, quos longum eſſet enumerarare; ſummatim tamen illos recenſuit idem Peregrinus epiſtola ad lectorem p. 1. lib. 2. Julius Cæſar Capaccius ejuſdem originem, fortunas, ac laudes perſtrinxit in ſua Neapol. Hiſt. Michael Monachus res ſacras commemoravit. Peperit in omni memoria hæc civitas viros illuſtres, & fortes & ſanctitate conſpicuos, emicuit inter fortes Hector Ferramuſca, qui corporis, animique robur in Gallico conflictu Ludovico XII. & Ferdinando Catholico imperantibus, acerrimè cum duodecim commilitonibus, totidemque hoſtium heroibus pro Rege, pro Regno, prove Italica inclyta natione oſtentavit. Cæterum ut Capua ſub vana gentilitate potens, famoſa, & illuſtris fuit, ſic non minus glorioſa fuiſſe memoratur, cum Chriſti fidem ſuſcepiſſet; quando autem, aut à quibus illam primum ſuſceperit, facilè fuerit inveſtigare, nec me fallet opinio, ſi dixero, vel ab eo ipſo Apoſtolorum Principe Petro, vel à Priſco ejus alumno illuc miſſo ordinatoque Epiſcopo pri-

A mum diſſeminatam fuiſſe, atque ſub Rufo S. Apollinaris diſcipulo, Priſcique ſucceſſore altas egiſſe radices, & Chriſtianæ pietatis extendiſſe confinia, pro qua non dubitavit palmam ſubire martyrii. Semel plantatam fidem in perſecutionum rabie, ſuo labore, ſuo ſanguine conſtabilierunt Marcellus, Caſtus, Aemilius, Saturninus, Caſſius, quorum meminit Martyrol. Roman. prid. Non. Octob. Priſcus alter ab eo, qui primus Capuæ fuit Epiſcopus, Quintus, Arcontius, & Donatus, quorum memoria 5. Septemb. in Martyr. Rufus, & Carpophorus ſub Diocletiano, & Maximiano paſſi. Quartus, & Quintus, quorum Natalitia habentur Romæ in via Lavicana ad centum aulas. Eorum corpora tranſlata fuiſſe Capuam affirmat Mart. 6. Idus Majas. Beda 6. Kal. Decembr. celebrat Capuæ Nicanorem, Caſſianum, & Feliciſſimum. Idemque Non. Novem. meminit Quarti Presb. Capuani, qui Juliani, & Cæſarii Mart. corpora, quæ Tarracinæ ad mare pervenerant, vehiculo impoſita, in ſuam

B domum pertulit. Antoninus adoleſcens inclytus martyr, cujus dies feſtus 3. Septemb. celebratur. Eurus, Quartus, & Pardus 5. Novemb. Apulejus, & Rogatus cum ſociis qui fortè Romæ paſſi ſunt, quorum Natalis dies 5. Novemb. Ex Capuana Eccleſia multi Sancti, præclarique Præſules prodiere, è quibus ſanè eluxit Germanus ille Sanctiſſimus, cujus animam Sanctus Pater Benedictus in ſphæra ignea ab Angelis in Cœlum deferri conſpexit, de quibus infra in Catalogo. Joannes Caſinenſis Capuæ ædificati Monaſterii Abbas, & Paulus Monachus ſanctitate illuſtres Capuani fuere, ut Leo Oſtienſis, Petruſque Diac. ſcribunt, & Capuanus fuit Raymundus Ordin. Præd. Generalis Magiſter, S. Catharinæ Senenſis Confeſſor, ſanctimonia clarus. Jam inde Capua à primis Chriſtianæ fidei temporibus Epiſcopalem dignitatem obtinuit, primuſque illius Antiſtes fuit S. Priſcus, quem Petrus Apoſtolorum Princeps an-

C no ſalut. 46. jam ordinatum Epiſcopum illuc dicitur deſtinaſſe, qui ibi Epiſcopatus thronum fundavit parvo ibidem in honorem Petri ædificato templo, quod interim voluit eſſe pro Cathedrali. Priſci ſucceſſores per multa ſæcula ab ipſis nempè Eccleſiæ Incunabulis uni Apoſtolicæ Sedi proximæ obſequium præſtolabantur, donec anno 968. *a* à Joanne XIII. Pontifice Capuana Baſilica in Campania Felici prima Metropolis effecta eſt, & Joannes Landulphi Capuæ Principis frater ex Epiſcopo primus Archiepiſcopus evaſit, attributis eidem Atinenſi, Æſernenſi, Aquinenſi, Cajetano, Fundano, Cajacenſi, Carinolenſi, Calvenſi, Caſertano, Sorano, Sueſſano, Theanenſi, Venafrano Suffraganeis Epiſcopis. Ex iis Aquinenſis, Fundanus, Cajetanus, Soranus ab Capuana ſubjectione immunes facti, unam immediatè Apoſtolicam Sedem agnoſcunt. Atinenſis verò Epiſcopalis dignitas Innocentii III. temporibus ſuppreſſa eſt, in eaque Eccleſiæ dignitate Præpoſitus ſucceſſit Sanctæ Sedi immediatè ſubjectus. Capuana Eccleſia, ejuſque Archipræſules à Capua-

D nis Principibus, Summiſque Pontificibus, privilegiis innumeris inſignitos fuiſſe narrant, quorum tamen monumenta perplura periere, nec quicquam aliud, quam quod dictum, allatumque ſit in Archiepiſcoporum ſerie, inſigne reperitur; eoque cenſu ditati ſunt Archiepiſcopi, qui ſatis ſit ad quam maximam dignitatem alendam, cum annuus proventus ad ſummam ſcutorum decem millium pertingat, taxantur verò in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos bis mille. Metropolitana Baſilica novæ Capuæ ea nobilis Architecturæ præceptis mirificè exornata exurgit Ss. Stephano Prothomartyri, & D. Agathæ V. & Mart. tutelaribus conſecrata, ac pretioſiſſimis reliquiis adornata ſuperbit; in ea enim ex vetuſta memoria requieſcere narrant S. Priſci corpus, ubi & Brachium S. Stephani, Maxcella Sanctæ Agathæ, Coſtula S. Laurentii, aliaque Sanctorum lipſana ab Eccleſiæ Theſaurario ſumma veneratione aſſervantur. Inſigni-

a An. 965. vel 966. Vide Pagium ad an. 965. n. 1.

tur Baſilica hæc nobili Clero, & numeroſo, in quo Decanatus, Archidiaconatus cum duobus Primiceriis dignitate præeminent. Canonici quadraginta ſunt cum ipſis dignitatibus, quorum primus in ordine Sacerdotali Archiepiſcopus eſt, qui cum aliis fructus ſuos lucratur, dum divinis aſſiſtit officiis. Presbyteri Manſionarii duodecim, ſeptem Clerici, aliique quotidie divinum penſum abſolvunt. Seminarium, in quo ſumptibus Archiepiſcopi decem & octo pueri inſtituuntur, extat ſatis commodum. Eſt in Civitate inſignis alia Eccleſia Collegiata D. Annunciatæ cum duodecim Presbyteris, quorum caput eſt Sacriſta. Parochiales Eccleſiæ decem *a* & ſeptem. Monaſteria virorum decem. *b* Sanctimonialium tria Cœnobia Ord. S. Benedicti, unum S. Claræ, alterum Mulierum pœnitentium, laicorum Confraternitates 14. Hoſpitalia. & Mons Pietatis, & nobilis Prioratus & dives Militum S. Joannis Hieroſolymitanorum. In hac urbe, quæ ædificiis ſplendida, incolarum nobilitate, & virorum frequentia nobilis eſt, & Regni clavis, fidelium animæ recenſentur 5200. *c* Archiepiſcopus ampla hoc tempore diœceſi gaudet, fœtaque populo: etenim ad 18400. alit mortalium, ubi triginta ſeptem inter oppida, & pagos habet cum ſuis Parochialibus Eccleſiis ac Rectoribus ad animarum curam peragendam; in iis duæ ſunt Collegiatæ Eccleſiæ cum ſuis Canonicis, & Archipresbyteris, quorum unus eſt ipſe Archiepiſcopus in oppido Sanctæ Mariæ Majoris, ubi nobile Palatium pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus æſtivo tempore habitandum excitavit Camillus Meltius digniſſimus Archipræſul. Sparſa plura Cœnobia, ac pia loca, & Oratoria in Diœceſi viſuntur, quæ pietatem Capuanorum præſeferunt. Hujus Civitatis modo dabimus Antiſtitum ſeriem, quam magna ex parte è Sanctuario eruditiſſimi Michaelis Monachi concinnavimus, & ut cumulatior, atq; abſolutior, & ſine errore hęc noſtra lucē aſpiceret, aliorū ſcriptis, ac Romanis monumētis uſi ſumus.

a 16.
b novem.
c 9. mil. [illegible]

I. 1. S. PRISCUS, unus ex antiquis Septuaginta duobus Chriſti diſcipulis, meritò primus Capuæ Epiſcopus cenſendus eſt, quando in eam urbem Epiſcopalem Sedem ab Apoſtolorum Principe Petro, cum quo Anthiochia Romam venerat, receptam primus invexit, noſtræ ſalutis anno 44. *d* ardore fidei ſuccenſus, non modò Capuæ, ſed etiam finitimis populis Evangelii lucem aperuit, exemplis, adhortatione, miriſque divina virtute patratis miraculis, quibus gregem ſibi commiſſum ſolidavit in fide, & ab Idolorum Sacerdotibus apud Provinciæ Præſidem accuſatus, fuſtibus cæſus, pugionibus confoſſus apud viam Aquariam, non longè à Capua, Martyrii palmam accepit, Kalen. Septembris. Corpus eo in loco ſepultum poſt quadringentos annos a B. Matrona divina revelatione inventum, ibidem extructa ejus nomini Eccleſia, honorificè ſub Altari reconditum eſt, quod deinceps anno Chriſti milleſimo in Cathedrale novæ Capuæ tranſtulerunt. Meminit Priſci Martyrol. Rom 1. Septemb. Baronius in not. & to. 1. Annal. Ado, Uſuardus, Galeſinus, & Petrus Natalis lib. 8.. . 17. de Priſco hæc ſcribit: *Priſcus diſcipulus fuit unus ex antiquis diſcipulis Chriſti, licèt inter nomina ſeptuaginta duorum diſcipulorum, qui à Dorotheo Abbate conſcripti ſunt, non reperiatur. Hic enim ille Pater familias fuiſſe aſſeritur, in cujus domo Chriſtus Paſcha ſibi parari fecit, & in ejus cœnaculo cum diſcipulis diſcubuit, & eorum pedes lavit, ut Damaſus ait. Hic poſt Aſcenſionem Domini veniens Romam cum Apoſtolo Petro, in partibus Campaniæ Evangelium prædicavit. Qui & apud Capuam in via Aquaria depoſitus eſt Kalend. Septemb. ut dicit Ado.* Acta Priſci leguntur in Breviario Capuano: quoniam verò duo Sancti Capuæ Epiſcopi eodem nomine Priſci ſunt appellati, error inde irrepſit, ut utriuſque vitæ, geſtaque confunderentur, ſed Michael Monachus ex multorum annorum ſpatio, quod inter primum, & ſecundum Priſcum intercurrit, errorem diſcuſſit in ſuo Sanctuario, ubi aſſerit Priſcum genere fuiſſe Hebræum, quod non placet Antonio Caracciolo de ſacris monum. Neapol.

d 46.

II. 2. S. SINOTUS Epiſcopus Capuæ, & Martyr, de quo Muſivum Eccleſiæ S. Priſci in via Aquaria. Ita Michael Monachus, qui addit, *In Eccleſia S. Priſci Sanctus Sinotus adhuc ignotus, procedit in lucem. Is è vultu ſenili, totque Epiſcoporum ſocietate, agnoſcitur Epiſcopus, & loco ſibi ante Rufum attributo, agnoſcitur ſecundus Epiſcopus Capuæ: & è corona, quam extollit, agnoſcitur Martyr.* De Sinoto nulla in Martyrologiis, nec diptycis antiquis Capuanæ Eccleſiæ habetur mentio; prodidit ex veteri muſivo Eccleſiæ S. Priſci, de qua, deque Sanctis, qui habent imaginem in eadem hæc ſcribit idem auctor p. 1. Sanctuarii.

In Eccleſia S. Priſci Capuanæ Diœceſis extat pars antiquæ Baſilicæ, quam Sancta Matrona in honorem S. Priſci conſtruxerat: Eſt opus rotundum, teſtudinatum, Tribuna vetus appellatur. Habet illa tribuna hemicyclum in fronte (ſeu dicamus abſidem) in quo ſexdecim ex opere teſſellato ſunt Sanctorum imagines. In medio hemicyclo à dextris aſpicitur S. Petrus, & à ſiniſtris S. Priſcus: poſt S. Petrum, s. Laurentius, S. Paulus, s. Cyprianus, s. Fuſus, s. Timotheus, & s. Agnes: poſt s. Priſcum, s. Lupulus, s. Sinotus, s. Rufus, s. Marcellus, s. Auguſtinus, & s. Felicitas; Spatium ſubtus brachia Sanctorum Petri, & Priſci, duas habet imagines, breviores tamen, cum inſcriptione Sanctus QUARTUS & QUINTUS.

Planè s. Agnes, & s. Felicitas altera contra alteram recto ſunt vultu, & coronam habent in manibus: Sancti autem pallio ſuperinduti, obliquo vultu, & quaſi in Cœlum erecto, utraque manu coronas extollunt. Terni conſpiciuntur, ſuntque conjuncti Petrus, Laurentius, & Paulus: conjuncti quoque Cyprianus, Suſius, & Timotheus: & ab altero latere conjuncti Priſcus, Lupulus, & Sinotus, & poſt eos, Rufus, Marcellus, & Auguſtinus. Cum quatuordecim ſint Sanctorum imagines, octo ſenibus, duæ juvenibus, duæ viris, & reliquæ duæ adoleſcentulis aſſimilantur. Senes repræſentantur Petrus, Paulus, Cyprianus, Timotheus, Priſcus, Sinotus, Rufus, & Auguſtinus: juvenes Laurentius, atque Suſius, viri Lupulus, & Marcellus: adoleſcentuli Quartus, & Quintus.

Opus antiquum & pium quanta ſit antiquitatis, pietatiſque cauſa, veneratione dignum, oſtendit bonmem. Dominus meus Archiepiſcopus Coſta. Ille zelo pietatis, & antiquitatū eruditione nulli ſecundus, cum aliquando comperiſſet iconem ſanctiſſimi Roſarii ante hemicyclum erectam, graviter indignatus, objurgans Eccleſiæ Rectorem, & cives, mox, nulla interpoſita mora, iconem inde amoveri, & alibi collocari præcepit.

Porrò imagines ſenum, eſſe imagines Epiſcoporum per ſe patet. Quis enim de Petri, vel Pauli, vel Cypriani, vel Timothei dubitabit Epiſcopatu? & qui de Epiſcopatu Priſci, & Rufi certiſſimi ſumus, ſcimus Epiſcopatum Auguſtini notatum in tabulis Beneventanis Cum ergo Ss. Priſcus, Rufus, & Auguſtinus fuerint Epiſcopi Capuani, s. Sinotus & ipſe credendus eſt fuiſſe Capuanus Epiſcopus. Habitu, vultu, geſtu, illis omninò ſimilis exprimitur, & dignitate ſimilis non aſſeretur? Jam certa aſſertione dicatur Sinotus Martyr, & Epiſcopus, & tanquam Priſci ſucceſſor, & Rufi deceſſor ſecundus in Epiſcoporum ſerie collocetur.

Illæ autem imagines juvenum Laurentii, & Suſii, quorumnam cenſeri poterunt, niſi Laurentii Romani Diaconi celeberrimi Martyris, & Soſii Diaconi Miſenatis in noſtra Campania Martyris quoque notiſſimi? & hinc conſequitur, ut imagines illæ duæ virorum, Lupuli & Marcelli, presbyterorum eſſe cenſeantur, & eo magis, quia Marcellum Natalis, & Galeſinus presbyterum apertè commemorant. Et quamquam ad cognoſcendum Marcelli presbyteratum tenuis videtur lux illa, quæ à noſtra pictura, & tenuis, quæ ab Auctoribus illis elucet; tamen hæ luces, conjunctæ ſimul, altera ab altera non parum accipit incrementi; & Marcellum fuiſſe presbyt. non obſcurè cognoſcimus. Quod ſi Marcellus presbyter fuit, cur non presbyter Lupulus etiam ipſe? Qui ſunt imagine

ſimi-

ſimiles, ſimili dicantur honore præditi, & Lapulus loco antecedens Marcello presbytero, dignitate dicatur ſaltem æqualis. De imaginibus vero adoleſcentulorum Quarti, & Quinti, quid reſtat dicendum, niſi eſſe illas imagines Acolythorum?

Et nunc intelligere poſſumus, non pro libito, ſed magno ſtudio has imagines ſic eſſe efformatas, & collocatas: Nam quod aliæ ſenes, aliæ viros, aliæ juvenes, aliæ adoleſcentulos repræſentent: quodve juvenes & viri poſſenum latera medii collocentur, hoc ad varietatem & pulchritudinem operis teſſellati præcipuè facit: Et quod hi Sancti præ cæteris ſint efformati, factum eſt, ut ab uno latere collocarentur, qui Capuæ omnium primi fidei teſtimonium ſanguine fuſo perhibuerunt; & ab altero, qui in tribus partibus orbis inſigniores habebantur. Ex Europa eligitur Petrus, & Paulus totius Eccleſiæ culmina, & Romanæ urbis lumina, quibus additur Laurentius, & ipſe Romanæ Eccleſiæ maximum lumen. Ex Africa ſumitur Cyprianus Africanorum celeberrimus, Epiſcopus, Doctor, & Martyr. Ex Aſia Timotheus ſanctæ Scripturæ teſtimonio celebratus & Epiſcopus Epheſiorum: adjungitur Soſius Miſenas, ut qui erat in noſtra Campania maximi nominis martyr. Hic Soſius, ut in Muſivo, ita apud Adonem Saſſius dicitur in Martyrol. 19. Octobris. Itaque ex hac pictura habemus extra Roman. Martyrol. Sanctorum nomina Sinoti, Lupuli, Auguſtini & Felicitatis. Hactenus ille.

III. 3. S. RUFUS (1) à B. Apollinare ex Patritio, & Conſule Ravennatenſis militiæ Dux Capuam miſſus circa ann. Dom. 80. ſecundus à B. Priſco Capuanam Eccleſiam rexit, ſuoque ſanguine illuſtravit. Hic à S. Apollinare ſtupendo miraculo ad fidem converſus eſt. Etenim cum S. Apollinarem Ravenna eiicere cogitaret, filia, quam unicè diligebat, ægrotare cœpit: ad quam ſanandam cum S. Epiſcopus accerſitus fuiſſet, non modò curata non eſt, ſed Deo volente moritur, quo majoris miraculi daretur occaſio. Sanctus itaque Apollinaris cum ſupplices Deo preces effudiſſet, defunctam Rufi filiam ad vitam revocavit. Quo miraculo, ille cum tota familia, in qua utriuſque ſexus 400. erant, ad fidem perductus ab Apollinare baptizatur. Poſtea verò cum ſe totum Chriſtianæ ſervituti dediſſet, factus eſt Capuanus Epiſcopus: ubi cum ejus urbis cives ad Chriſtum converteret, à Meſſalino Præſide tentus, ob Chriſtianæ fidei confeſſionem martyr occubuit 6. Kal. Sept. circa ſalut. ann. 80. ut Monachus ſcribit, de quo Martyrol. Roman. Beda, Uſuardus, Ado, ac cæteri recentiores. Agitur de eo in actis S. Apollinaris, quæ recitat Surius tom. 4. 23. Julii, unde & cæteri acceperunt, ut Petrus in Catal. lib. 9. c. 119. Hieron. Rub. Hiſt. Raven. lib. 1. Fuſius idem Monachus in Sanctuario Capuano 1. part. qui duos fuiſſe Rufos, & diverſos animadvertit, alterum, S. Petri Apoſtoli comitem Thebarum Epiſcopum, cujus meminit S. Paulus Apoſtolus ad Romanos dum ait, *Salutate Rufum electum in Domino, & matrem ejus matrem meam*, alterum noſtrum hunc Rufum S. Apollinaris diſcipulum; quem credit à S. Petro ordinatum fuiſſe Capuæ Epiſcopum.

IV. 4. S. AUGUSTINUS Epiſcopus Capuæ, ut refert Monachus, cum S. Felicitate matre ſua Capuæ martyrium conſummavit; quemadmodum coronæ, quas imagines habent in manibus, ſanctos Martyrio coronatos oſtendunt, ita m. s. Martyrol. S. Auguſtinum fuiſſe Epiſcopum docent, Molanus ad Uſuardum ex quodam m. s. 17. Kal. Decem. *In Capua S. Auguſtini.* in alio Kalen. *S. Auguſtini Epiſcopi & Confeſſoris.* in Martyrol. m. s. Monaſterii S. Joannis, & S. Mariæ Monialium 17. Kal. Decem. *Capuæ Natale S. Auguſtini & Felicitatis.* In Martyrol. m. s. Monaſterii S. Petri apud Beneventum 17. Kal. Decem. *Natale S. Auguſt. Capuani Epiſc. & S. Felicitatis matris ejus.* Et in Martyrol. S. Sophiæ ejuſdem civitatis. *Natale S. Auguſtini Capuani Epiſcopi, & S. Felicitatis matris ejus, quorum corpora hic habentur.* Beneventum corpora tranſlata fuiſſe credam ab Arichio Principe: ille namque Princeps, ut habet Chronic. Caſin. ſancta corpora ex diverſis Italiæ partibus per tempora diverſa adeptus, eodem, ideſt, ad Eccleſiam S. Sophiæ, nihilominus attulit, & per diverſa altaria in circuitu majoris altaris ſatis reverenter locavit. In Martyrologio conſervato olim per P. Caracciolum, quod videtur eſſe Mediolanenſis Eccleſiæ, 15. Kal. Novemb. *Capuæ SS. Auguſtini & Felicitatis.* Iis conjecturis Monachus aſſeruit in ſuo Capuano Sanctuario, S. Auguſtinum fuiſſe Capuæ Epiſcopum, tametſi Card. Bellarminus in ſuo prædeceſſorum Catalogo, quod exactiſſimè compilavit, non repoſuerit.

V. 5. S. ARISTÆUS Epiſcopus, & Martyr inter Capuanos Antiſtites recenſetur à Monacho, à Card. Bellarmino prætermittitur. Martyr. Rom. 3. Septemb. *Capuæ SS. Martyrum Ariſtæi Epiſcopi, & Antonini pueri.* Horum acta ab Uſuardo, Beda, & aliis celebrata, bellorum clade excidiſſe ſcribit Baron. in notis ad Martyrol. eadem die, licet in Breviario Capuano de Antonino tantum agatur. Quo tempore ſederit Ariſtæus ignoratur; fortaſſe hic ille Ariſtæus eſt qui Sinveſſanæ Synodo interfuit anno 303. & primæ ſeſſioni ſubſcripſit. Poſt hunc, idem Monachus Sanctos Quartum, & Quintum Martyres, *a* quorum dies feſtus in Mart. Rom. 10. Maii celebratur, Capuanos Epiſcopos fuiſſe refert ex antiquo Breviario; ſed cum Baron. in notis, Romam corpora SS. Quarti & Quinti tranſlata aſſerat, nihilque de Epiſcopali dignitate habeat, videtur aſſerendum non Epiſcopos, ſed Martyres fuiſſe, dum & Card. Bellarminus eos à ſuo Catalogo expunxerit. Alii plures abſque dubio fuerunt Epiſcopi Capuani ad Magni Conſtantini uſque converſionē, ſed illorum nomina & acta incognita ſunt.

a Or. his Acta SS. Maii tom. 2. p. 155.

VI. 6. PROTERIUS Epiſcopus Capuæ interfuit Romano Concilio ſub Melchiade Papa in cauſa Cæciliani anno 313. cujus meminit Optatus lib. 1. (*Concilio item Arelatenſi an.* 314.)

VII. 7. PROTUS, ſucceſſor Proterii, interfuit, & ſubſcripſit I. Concilio Arelatenſi tempore S. Sylveſtri Papæ anno 314. Baronius de Proterio, & Proto anno 313. & 314. admonet Protum & reliquos, qui ſecundo Arelatenſi ſubſcripti reperiuntur, eſſe illos eoſdem Epiſcopos, qui interfuerunt Concilio Romano ſub Melchiade, & nequaquam ſubſcripſiſſe Arelatenſi II. ſcilicet anno 326. ſed primo celebrato anno primo Sylveſtri, ſcilicet anno 314. & errore ſubſcriptiones primi Arelatenſis ad ſecundum fuiſſe tranſlatas, ideoque mendosè loco Proti legi Proterium. Profectò [niſi ſit mendum in impreſſione] qui legit Baron. ann. 313. num. 25. & anno 314. nu. 51. comperit illum confusè loqui, & nos nihil urget, ut Proterium & Protum confleмus in unum, quia licet ſubſcriptionum tranſlatio ex errore contigerit; tamen intra unius anni ſpatium, Protus Proterio ſuccedere potuit, & intereſſe primo Arelatenſi anno 314. ſicut ipſe Proterius anno ſuperiori 313. Rom. interfuerat Concil. Et quid mirum ſi intra ejuſdem anni ſpatium S. Melchiades obiit, & S. Sylveſter Arelatēſe primū approbaverit?

Hujus fortè Epiſcopi temporibus, poſt annum ſcilicet 324. quo Conſtantinus Imp. luſtrali aqua regeneratus eſt à S. Sylveſtro Papa, condita eſt in urbe Capua ab eodem Conſtantino Baſilica in honorem Apoſtolorum, quam Conſtantinianam dixere, de qua ſic loquitur Anaſtaſius Bibliothecarius in Sylveſtro; *Eodem tempore fecit beatiſſimus Conſtantinus Auguſtus intra urbem Capuam Baſilicam Apoſtolorum, quam cognominavit Conſtantinianam, ubi poſuit dona hæc. Patenas argenteas duas penſantes ſingulas 20. Scyphos argenteos tres, penſantes ſing. libras*

(1) Rufus iſte Capuanus Antiſtes alter omnino eſt à Rufo Patritio Ravennate, qui, ut docet Agnellus in Epiſc. Raven. obiit in patria, ſimul cum filia à D. Apollinare vitæ reſtituta in eodem conditus ſepulchro. Rufus Capuæ Epiſcopus forte ille ipſe, quem Baronius inter 70. Chriſti diſcipulos ab Epiphanio numeratum obſervat, quemque ad an. 44. inter ſocios recenſet Petri venientis Romam, & tunc eumdem jam Capuæ factum Epiſcopum dicit, licet Apollinaris ejuſdem itineris ſocius à Petro nondum Ravennam Epiſcopus miſſus fuiſſet. Vide celeberrimum Bacchinium in obſervationibus ad Agnelli Ravennatis librum Pontificalem p. 12. § 4.

libras octo; Calices miniſteriales 15. penſantes ſing. libras decem. Candelabra aurea in pedibus denis, penſantia ſingula lib. 180. Pharanthara ex argento triginta, & donum quod obtulit poſſeſſionem in territorio Menterno, Maſſam Statilianam præſtantem ſolidos trecentos & quindecim. Poſſeſſionem in territorio Cagetano præſtantem ſolidos octuagintaquinque. Poſſeſſionem Paternum in territorio Sueſſano præſtantem ſolidos centum quinquaginta. Poſſeſſionem ad Centum in territorio Capuano præſtantem ſolidos ſenaginta. Poſſeſſionem in eodem territorio Sueſſano Guarnicam præſtantem ſolidos quadraginta. Hactenus Anaſtaſius. Meminit hujus Baſilicæ Anonymus Salernitanus in Hiſt. Principum Longobardorum, quam nuper publici juris fecit accuratiſſimè una cum notis eruditus Camillus Peregrinus in hæc verba. *Enodare autem fidelibus volo, qualiter omnipotens Deus antequam Arichis ad dignitatem perveniret principalem, ei oſtendit, qualiter honorem, vigoremque ei redderet, nam quadam die dum cum ipſo Principe Luitprando in Eccleſia B. Protomartyris Stephani, quæ ſita eſt in veterrima urbe Capuæ ab Imperatore Helenæ filio Conſtantino, eamque in honorem omnium Apoſtolorum dedicari decrevit, licet poſteà à Beatiſſimo Germano ejuſdem Epiſcopo urbis collatur (aliàs collatat) ab Imperatore reliquias B. Protomartyris Stephani, nec non & B. Agathæ virginis, proinde eam in honorem Protomartyris Stephani vocari juſſit, ut diximus, dum in eadem Eccleſia Longobardorum, ſicuti mos eſt, cum pugionibus accincti altari ſecus introiſſent, & unuſquiſque dum deſinenter oraret, ſic ille adoleſcens Arichis, Miſerere mei Deus, labiis impreſſis canere cœpit, dum veniſſet ubi dicitur, ſpiritu principali confirma me. Illicò ſpatha illius contremuit, ac ſi quilibet illam concuteret: ille verò oratione completa, cum pavore ſeriatim ſuis collactaneis enodavit. Unus ex eis, qui erat ſapientior cæteris, talem ſermonem erupit. De hac inſtabili vita minimè et, quantum mihi videtur, proceſſurus antequam ad dignitatem principalem Dominus te perducat. Quod poſtea, annuente Deo, ad tutelam Longobardorum probavit eventus. Dum Dux nomine Luitprandus fuiſſet extinctus, unà omnes Arichiſium Principem acclamabant: quapropter ad principalem dignitatem honorificè illum aſciverunt: nam non ut aſſolent plurimi, per pecuniam, & per pollicitationes opprimere in mirum honorem, ſed cuncti uno agmine ecati, licet non à ſe, ſed ab alio, qui dixit Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio illorum. Illum Principem ſublimarunt.* Ad hæc, quæ de Baſilica Conſtantiniana ſcripſit Anonymus addidit notas utiliſſimas ad veritatem enodandam idem Pellegrinus, quæ hic non pigebit ipſiſſimis referre verbis. *Anonymus noſter hoc poſtremo numero* videtur affirmare Conſtantinum Magnum dicare voluiſſe omnibus Apoſtolis Baſilicam à ſe Capuæ conſtructam, ſed propoſitum non perfeciſſe ſuum: illam verò S. Germanum ejuſdem Urbis Epiſcopum reliquiis confecraſſe S. Protomartyris Stephani; collatis ſibi ab eodemmet Imperatore. Quas aſſertiones à comperta horum geſtorum veritate valde alienas breviſſimis notatiunculis refellere viſum eſt; ſciatque Lector, Anonymi narrationem in ſcriptis Popp. Codd. haberi, qualem repræſentavi, etſi aliter ab aliis ed ta fuerint. *In honorem omnium Apoſtolorum.* Communis hac etiam ætate ea eſt opinio: ſed magis placet (do verba Anaſtaſii Bibliot. in Sylveſtro primo) Conſtantinum feciſſe intra Urbem Capuam Baſilicam Apoſtolorum, hoc eſt Apoſtolis Petro & Paulo illam extruxiſſe, quibus ſingulis Romæ ampliſſima exædificaverat idem Imperator templa. Sanè indefinito Apoſtolorum nomine, non omnes ſemper venire convenit duodecim Chriſti Salvatoris Principes miniſtros. Exemplum ſuccurrit apud Ennodium Dictione a. aliis oratione 6. quæ recitata eſt, ut titulus antiquus manifeſtat. *In dedicatione Baſilicæ Apoſtolorum ubi Templum fuit Idolorum.* De cujus ſanctificatione Auctor ſic habet. *Chriſtus ingreſſus eſt, reſpicitemus, quibus fultus auxiliis Venerunt cum eo Cœlorum radii, Apoſtolorum diademata Petrus & Paulus, qui,* &c. En Baſilica Apoſtolorum conſecrata non omnium eſt adventu, ſed Petri & Pauli duntaxat.

Dedicari decrevit. Ex te nunc mens fuit Conſtantino eam dicare Apoſtolis, qui eam non complevit. At Eccleſiam Imperator à ſe denominavit *Conſtantinianam*, multiplicique ſupellectile ad uſus ſacros, ac *maſſis & poſſeſſionibus*, hoc eſt fundis largè donavit, ſi prædicto ait fides Anaſtaſio. Quid igitur dicatio mox non eſt ſecuta: quam differre nefas erat, more nedum Ethnicorum, quem obſervo apud Plinium lib. 4. epiſt. 1. ſed Chriſtianorum ſi ritè verba S. Paulini Nolani capio. *Propterea*, ait ille, epiſt. 12. *& horum verſiculos adiiciendos putavi, quos illis in hoc oppido dedicandæ Baſilicæ parvimus; nam adhuc in opere eſt; ſed propitio Deo, dedicationi propinqua, perfectionem operis, & dedicationem una conjunxit vir Sanctus. Collatur ab Imperatore reliquias*; ſic unus papyraceus Codex notæ melioris. Alter, *collatus ab Imperatore reliquias.*, Selige quam vis lectionem, dicet ab Imperatore, quas prædixerat, donatas reliquias S. Germano. Item quàm fœdum, nec unum erratum, Sanctus ille Epiſcopus D. Benedicto notus, & coævus, duobus integris ſæculis poſterior fuit Mag. Conſtantino; quo vivente diſpertitæ reliquiæ S. Protomartyris in Italia nullæ: immò nullibi, corpore nondum revelato. Accepit, eſto, Germanus, illas ab Imperatore, ſed Juſtino Seniore, ad quem miſſus fuit Princeps claræ legationis à Romano Pontifice Hormiſda, tumqua S. Protomartyris nomen, clareſcentibus ſignis ex uno ejus paſſionis lapide apud Anconitanos excuſſo, religioſiſſimæ apud Italos venerationis erat; quam reliquiarum donationem cum Anonymus noſter ex minus proba vulgi relationa accepiſſet, vel mente ſua ſomniaſſet, nil cuſavit, ſive alianam, ſive ſuam deſipientiam ad lydium authenticorum Scriptorum lapidem probare, qua negligentia plurieseum laboraſſe ſatis, ſuperque conſtat. Sed eſto volverit illa, non à Conſtantino; ſed ab innominato ibi Imperatore; S. Germanum reliquiis donatum, ejus tamen dicto aſſentiar, ne ego, Eccleſiamque à magno illo conſtructam, ac largè donatam indedicatam remanſiſſe cradam ad S. Epiſcopi tempora, hoc eſt ad integros annos biſcentum? Certè mens Anonymi, niſi illa prior, haud alia ab hac fuit.

Proinde eam ad honorem Protomartyris Stephani vocari juſſit. Idem juſſit Conſtantinus, de quo diaarat. *Dedicari decrevit.* Sed his non amplius ſiſto. Verba illa obſervo. *Proinde eam &c.* quæ indicant mihi priſcum ſacrum morem dicandi Eccleſias adhibitis eorundem Sanctorum reliquiis, quorum nominibus appellandæ fuiſſent, iiſdemque curatis ab eodem auctore conſtructionis, qui cætera quoque omnia ſolemnitatem condecentia ſuppeditabat, de quibus alibi eſt mihi dictum. Idque inſtitutum, ut reor, ſive Anonymum noſtrum, ſive enarratæ fabulæ impoſtorem in opinionem induxit, ut alteruter putaverit, Conſtantinianam Capuæ Eccleſiam non aſſecutam decretum nomen Apoſtolorum, quoniam ſcilicet Apoſtolorum omnium reliquias crediderit haud præſto fuiſſe Conſtantino, qui earum vice tradiderit alias *S. Protomartyris Stephani, & proinde eam in illius honorem vocari juſſit.* At Apoſtolorum indefinito nomine jam dictum eſt, ſolos quandoque venire Apoſtolorum Principes, quorum ſacris certè Conſtantiniana illa ſub ipſo Conſtantino aſt dedicata. Anonymi igitur aſſertiones allegentur, qui anilibus fabellis fidem incautus præſtans, veritus quoque non eſt aſſerere deſumptum fuiſſe vaticinium de Principatu Arichis, ex verbis Pſalmi 50. peſſime interpretatis, tum quoad Pſaltæ mentem, tum quoad dignitatem Dynaſtarum Beneventanæ Provinciæ, qui tunc titulo Principatus uti cœperat, cum Luitprandus imperabat. Veruntamen, ſi me audis, Con-

ſtuntiuianu Capuæ Eccleſia nulla fuit alia, niſi quam modò dicunt, *Divi Petri ad corpus*, in locis ſitam vetuſtæ Capuæ. Hæc ille.

VIII. 8. VINCENTIUS Epiſcopus Capuæ tempore S. Athanaſij inſignis habetur, interfuit Concilio Sardicenſi anno 347. & ab ipſo Anaſtaſio in Apologia ad Conſtantium Epiſcopus Campaniæ nominatur, & in Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes dicitur Epiſcopus Capuæ Metropolis Campaniæ. Hic anno 325. erat Presbyter Romanus, & à S. Sylveſtro legatus interfuit Niceno Concilio. Sed anno 346. cum eſſet Epiſcopus Capuæ à Julio Papa legatus eſt Mediolanum ad Conſtantem Imperatorem acturus de Concilii Sardicenſis Indictione, cui deinde anno ſequenti interfuit, non tamen legati munere fungebatur. Ab hoc ipſo Concilio cum Euphrata Epiſcopo Agrippinę legatus eſt Antiochiam ad Conſtantium Imperatorem anno 348. Poſtmodum anno 353. à *Liberio* Papa miſſus ad Conſtantium Arelate commorantem acturus de Synodo Aquilejæ cogenda: at ibi Imperatoris importunitate victus, S. Athanaſii damnationi ſubſcripſit. Hunc tanti viri caſum deplorat Liberius ſcribens ad Epiſcopos Oſiam Cordubenſem, & Euſebium Vercellenſem. At cum ipſe quoque Liberius in eundem errorem lapſus eſſet, ad Vincentium ſcripſit, ut cum ipſo literis pacem iniret anno 357. Verum etſi Vincentius cum Arrianis communicavit contra Athanaſium ſubſcribendo; tamen à recta fide non diſceſſit; imò contra Arrianos conſtantiſſimè ſe geſſit in Concilio Ariminenſi. Extat pro Vincentio teſtimonium Damaſi Papæ. Ita Bellarminus anno 359. num. 35.

IX. 9. MEMOR, ſeu MEMORIUS Capuanum evaſit ad Sedem ante annum ſalutis 400. S. Auguſtini temporibus, ut Baronius, & Bellarminus apertiſſimè docent: ad eum etenim extat Epiſtola ejuſdem Auguſtini 131. ejuſdemque meminit idem Sanctus Doctor lib. 5 adverſus Julianum Memoris prędicti filium, cap. 4. & S. Paulinus Nolanus Epiſcopus, Epithalamio in eundem Julianum, dum Capuanam moderaretur Eccleſiam, Concilium Capuanum eu Occidentalibus Epiſcopis Siricii Papæ auctoritate celebratum eſt in cauſa Antiochenæ diſſenſionis, & Bonoſi cujuſdam Macedonii in Macedonia Epiſcopi hæretici negantis illibatam Dei Genitricis Virginitatem poſt partum, cauſa in judicium deducta, cujus cognitionem Anyſio Theſſalonicenſi cum Epiſcopis ſibi ſubjectis Patres delegarunt, qui Bonoſum cum ſuis ſequacibus condemnavit, quoſque ille ordinaverat communione Catholica privavit. Adhuc in eadem Capuenſi Synodo conſtitutum fuit, ne fierent rebaptizationes, reordinationes, & Epiſcoporum translationes, ut Baronius ſcribit ad annum 389. ex D. Ambroſii epiſt. 1. lib. 14. quæ eſt 78. qui Concilio interfuerat Annus verò, quo celebratum eſt Capuenſe Concilium, incertus; Baronius de eo loquitur anno 389. probabile tamen videtur celebratum ſub eodem Siricio anno 392. ut Monachus notat. Mortem obiit Memor ante annum Domini 415. quem beatæ memoriæ vocat Auguſtinus in eodem lib. 4. contra Julianum filium. *Ego certè beatæ memoriæ Memoris patris tui non immemor, qui mecum non parvam inierat amicitiam colloquio literarum, teque ipſam mihi chariſſimum fecerat*, quibus verbis probum, ac literatum virum fuiſſe oportet. Et licet in breviuſcula Auguſtini Epiſtola, cujus loci fuerit Memor Epiſcopus non appareat, tamen Baronius, Bellarminus, aliique conjectant, Capuanum fuiſſe Epiſcopum, quorum auctoritate in Catalogo inter Capuanos Præſules meritò fuit adſcriptus. Memoris germanum fratrem fuiſſe Aemilium Beneventanum Epiſcopum arbitrati ſunt ex epithalamio Paulini ad Julianum, Marius Vipera in Catal. Beneventanorum Epiſc. & Monachus in Sanctuario, quod omnino non placet Camillo Pellegrino in Apparatu ad Capuanas antiquitates.

X. (Acta ss.) („ SYMMACHUS, *Epiſcopus Capua-*

A „ *nus, interfuit morienti Sancto Paulino.*)

XI. (Juli t. 4. p. 100.) 10. JULIANUS, Memoris ſuperioris ex legitimo thoro filius, liberalibus, humanioribuſque diſciplinis verſatus, adhuc juvenis ex Diacono, patri ſucceſſit in nobili Capuana Eccleſia, ut Gennadius tradit, confirmatque Baronius; ſed Epiſcopus factus circa annum Dom. 418. faſtu tumidus, literarum ſæcularium inflatus ſuperbia, ac juvenili temeritate impulſus Pelagianam amplexus eſt hæreſim, ejuſque propagator, erumpens in maledictis in Sanctum Auguſtinum ipſius amantiſſimum quatuor libros virulentos evomuit, & duas epiſtolas ſcripſit, alteram ad Romanos, alteram ad Orientales; quare à Zozimo Papa damnatus eſt anno 418. & ſequenti, mortuo Zozimo, abortoque ſchiſmate, majores infelix ſumpſit vires, & tunc inter ipſum, & S. Auguſtinum ſcriptis agitata diſputatio eſt. Ab Epiſcopatu dejectus Conſtantinopolim anno 430. fugit, ut Theodoſium Imperatorem interpellaret. Ibi ſe Neſtorio conjunxit, quem anno
B 431. ſequutus eſt Epheſim ad Conciliabulum. Anno 439. Romam rediit, ut à Sixto III. in communionem reciperetur, repulſus tamen fuit; cujus damnatio à Cœleſtino quoque Papa approbata jam antea fuerat: à Leone tandem Sixti ſucceſſore contuſus fuit anno 444. de quo fusè Baronius; & Gennadius addit, ad aliam artem eſſe converſum, nimirum ut hypocriſi deciperet, quos non vuluit doctrina ſeducere. Hic Julianus, ait, eleemoſynis tempore famis, & anguſtiæ indigentibus, omnibus ſuis præerogatis, multos miſerationis ſpecie, nobilium præcipuè, & religioſorum illiciens, hæreſi ſua ſauciavit. Cæterum cum Julianus à Proſpero Aquitano dicatur Campanus Epiſcopus, ab aliquibus Eclanus, vel Heclanenſis, Atelanus, ſeu Atellaneuſis, & Celenenſis, ſuſpicati ſunt nonnulli, inter quos eruditus Camillus Pellegrinus in apparatu ad Capuanas antiquitates diſcurſu 1. Julianum hunc infauſtæ memoriæ virum, non Capuanæ Eccleſiæ Præſulem, ſed vel Eclanenſis *a*. ſive Heclanenſis tunc Campa-
C niæ Civitatis fuiſſe Epiſcopum, unde Campanum dicere, ideſt in Campania. Michael verò Monachus validis rationibus, doctiſsimorumque Baronii, Bellarmini, aliorumque eruditorum virorum, cenſuit Julianum ab Epiſcopatu dejectum Capuano, ſe appellare cœpiſſe à locis, in quibus vel ut civis, vel ut erro, & profugus verſabatur; quærebat miſer locum, ubi contra ſuæ damnationis ſententiam Epiſcopus haberetur, miſer in pertinacia ſtatit, donec Leo Papa, S. Proſpero adjuvante, omnes conatus damnati viri omninò fregit anno 444. Ex his apparet, nullum eſſe efficax argumentum, ait idem Monachus, ut cogamur Julianum à ſerie Capuanorum Epiſcoporum expungere.

a Eclanenſem fuiſſe ſentit etiam Card. de Noriſ. in hiſt. Pelag. p. 58.

11. S. PAMPHILUS Capuæ Epiſcopus, de quo Martyr. Rom die 7. Septembris. Ignoratur tamen quo anno vixerit, quove tempore ſederit. XII.

12. S. PRISCUS Junior Africanus Epiſcopus in Wandalica perſecutione, ex Africa, ad Campaniæ littora Deo diſponente pervenit, Capuæ con- XIII.
D ſedit, ejuſdemque datus eſt Epiſcopus circa annum Domini 443. ubi plenè obiit, ejuſque feſtum celebratur prima Septembris, cujus acta recenſet Monachus ex Rom. Martyrol. & veteri Capuano Breviario una cum notis, quæ hic verbatim licet recitare. *Kalendis Septembris Capuæ, item alterius Priſci Epiſcopi, qui unus fuit ex illis Sacerdotibus, qui in perſecutione Vvandalorum ob fidem Catholicam variè afflicti, & vetuſtæ navi impoſiti, ex Africa ad Campaniæ littora pervenerant, & Chriſtianam diſciplinam in iis locis diſperſi, diverſiſque Eccleſiis præfecti mirificè propagarant. Fuerunt autem ejus ſocii Caſtrenſis, Tammarus, Roſius, Heraclius, Secundinus, Adjutor, Marcus, Auguſtus, Elpidius, Canion, & Vindonius.* Breviarium Capuanum. *Temporibus quidem Valentiniani, & Valentis Auguſtorum in partibus Orientis Apollinaris Laodicenſis Epiſcopus, à fide Catholica, pro cujus amore multa compoſuerat opuſcula, devians, hæreſim condidit, quæ he-*

ſtenus nomine ipſius nuncupatur . Atque eodem tempore Valens Auguſtus à Leontio Arrianorum Epiſcopo baptizatus , Chriſtianam perſecutionem miſit : quique in quarto Imperii ſui anno ipſe Valens Auguſtus talem dedit legem , ut etiam Monachi compulſi arma bellica tractantes , ſæculo iſti magis , quàm Deo militarent : Nolentes verò fuſtibus , & tormentis necarentur . Unde factum eſt , ut Miniſtri eam execrabilis juſſionis , Africam attingentes , dum quadam in Civitate multos Sanctos , juſſa Principis contemnentes , diverſis intrrimereat pœnis , & viderent ſe nihil proficere , ejectis de carcere , qui tenebantur , applicatoque uno ex eis , qui Priſcus dicebatur , ornato moribus , patientia , & Epiſcopatus honore dixerunt : Quare juſſis Principum non obeditis , ut arma tractetis bellica , & effugiatis tormenta , quæ vobis præparantur ? Beatus Priſcus reſpondit : Tormenta veſtra non pertimeſcimus , quoniam Deum habemus in cœlis , cujus arma induti , reſiſtimus Diabolo , & Principi veſtro . Tunc videntes maligni miniſtri conſtantiam ejus , inito conſilio , ut ſuo placerent Principi , navem juſſerunt vetuſtiſſimam præparari , ut illic beatiſſimus Priſcus , cum aliis , qui remanſerant , ſanctis , impoſiti , alto pelago pertuſa navi maritimis feris traderentur in paſtum : Expletis verò juſſionibus impiorum , gubernante Deo , qui Sanctos ſuos non derelinquens , in æternum conſervat , illæſi , atque pſallentes in Campano littore pervenerunt . In qua Provincia , ſinguli , Angelo præeunte duce , per diverſa loca ſunt conceſſi cuſtodes , Beatus autem Priſcus Epiſcopus Capuæ eſt donatus à Domino .

Temporibus quidem Valentiniani . *Ex Martyrologio ſatis conſtat expulſionem S. Priſci , aliorumque Sanctorum ex Africa contigiſſe tempore Vvandalicæ perſequutionis , ideoque cum Baronio , quod dicitur hic de temporibus Valentiniani , & Valentis omninò corrigendum eſt , ut not in vita Sancti Caſtrenſis ſupra notavimus .*

Apollinaris *civis Laodicenus , non Epiſcopus , quantenus ex Annal. Bar. colligi poteſt ; tamen Breviario noſtro conſentit Sigeb. in Chron an. 383. & Ado an. 364 qui Laodiceæ , ſeu Laudicenum Epiſcopum nominant. Bellarminus quoque de Script. Eccleſiaſt. nominat ipſum Epiſcopum . Hic eximius Doctor , ingenio vero mirabili , non ſacris tantum , ſed poeticis etiam facultatibus eruditus , Juliano Apoſtata Imperante , & deinceps magna cum laude in Eccleſia verſabatur . Hunc S. Hieronymus Antiochiæ docentem colebat , audiebatque . At miſer , ſuo fretus ingenio , lapſus in falſa dogmata , à Sanctis omnibus impugnatus eſt , & à Damaſo Papa in Romano Concilio damnatus : tandem imperante Theodoſio , infelix hæreſiarcha migravit è vita . Baron. tom. 4 ann. 371. & ann. 373.*

Valens Auguſtus . *Mortuo Joviniano Imperatore Valentinianus an. 364. I. Kal. Martii creatus eſt Imperator , qui mox Kal. Aprilis Valentem fratrem Imperii collegam aſſumpſit , eoq ; relicto in Oriente , ipſe in Occidentem ſe ſe contulit . A principio ambo Catholici , qui fuerant catholicæ fidei Confeſſores , quando , ne Juliano Apoſtatæ ſacrificanti obtemperarent , baltea depoſuerant . At Valens anno imperii 3. pugnaturus contra Gothos , Thraciam populantes , ſancto baptiſmate pro divina ſibi concilianda gratia initiari volens , uxoris Arianæ lenocinio delinitus , ab Eudoxio Conſtantinopolis Epiſcopo Ariano ſe ſe baptizari permiſit . Hinc Orientalis Eccleſia Arianorum procellis exagitari cœpit : Verùm anno 375. ideſt duodecimo Imperii ſui , defuncto Imperatore Catholico , quem verebatur , Fr. Valentiniano , effrænata libertatis audacia legem tulit , ut Monachi militarent : nec perſecutio quievit , donec anno 378. ideſt imperii decimo quinto , in prælio ſagitta percuſſus , agreſtem ingreſſus caſam , ibi , ipſa minorum caſa ab inimicis incenſa vivus exarſit : Hæc Baron. to. 4. in prænotatis annis .*

Sanctis aliis . *Quam magna fuerit multitudo Chriſtianorum , qui in navim illam impulſi , vel ſponte ſunt ingreſſi , ſatis claret ex vita S. Caſtrenſis , ex qua nec obſcurè colligimus Sanctos duodecim , & ibi , & hic in Martyrologio nominatos fuiſſe Epiſcopos & Paſtores plebium , earumque duces in adeundo perſecutorum tribunalia , & ſubeundo pro fidei confeſſione tormenta .*

Oppida . *Quibus oppidis , ſeu Civitatibus hi ſocii S. Priſci præfecti fuerint (uno excepto Caſtrenſe , qui in agro conſtitit Sueſſano) certò non conſtat . Creditur autem Secundinus præfuiſſe Trojæ , quæ dicebatur Ecana : Marcus Bovini , Adjutor Cavæ , Tammarus Beneventi , Canio Acheruntiæ , Elpidius Atellis : de Auguſto , Vindonio , Roſio , Heraclio , lux nulla . Sed obſtant Acta S. Caſtrenſis , in quibus habetur Sanctos impetraſſe à Domino , ut ipſorum omnium corpora intra unius patriæ fines ſepelirentur . Quare intra fines Campaniæ , ideſt Terræ laboris conſtiterunt omnes : & S. Tammarus dicitur obiiſſe in loco nunc Averſanæ Diœceſis , qui vocatur Vicus de Pantano , olim ut legi in Inſtrumento S. Joannis ann. 946. Vicus à S. Tammaro , & ibi oſtenditur ejuſdem Sancti Sepulchrum .*

Sed planè quanquam hi Sancti Confeſſores diverſis Oppidis ſunt attributi Cuſtodes ; tamen in Capuana Diœceſi ferè omnium viget memoria . Caſtrenſis habet Eccleſiam Parochialem in Caſtro Maris Vulturni , habuit alteram inter Marcianiſium , & Magdalunum ; imò & aliam , quæ extabat ann. 1125. in loco , alla fontanella *propè Rivum de Calvo , & quarta extabat ann. 1173. in territorio Cancelli . Secundinus habet etiam hodie plures Eccleſias Parochiales , unum in pago ejuſdem nominis , alteram in pago Bellonæ , tertiam in Sabiano , & olim aliam in territorio Caſtelli ad mare . Tammarus cum Eccleſia pagum nuncupationis ejuſdem in via nova Neapolitana , Auguſtus habet Eccleſiam dirutam non longè à pago S. Priſci : Fuit olim ibi pagus & parochia ; Non multis abhinc menſibus fuit indè amotus lapis qui formam fontis baptiſmalis habebat , ſed inter portandum cum perveniſſent boves ad trivium paululum longè ab Eccleſia , quaſi nolentes egredi fines ipſius Eccleſiæ , conſtiterunt , & dum acti , ulterius progredi noluerint , fractus eſt , & operi deſtinato deſervire non potuit , nunc eſt beneficium ſimplex opulentum . Elpidius habet ſuam Eccleſiam in pago Caſapulli . Adjutor habuit ſuam in territorio Cancelli ex ſæpè citato diplomate Alphani Archiepiſcopi ann. 1173. & alteram circa Capuam , de qua mentio eſt in quodam inſtrumento S. Angeli ad formam , quod ego legi . Vindonius eſt , meo judicio , qui Mendonius legitur , habebat Eccleſiã foris Capuam , ubi dicebant ,* alla Murata , *& extabat anno 1240. ut legi in Inſtrumento Monaſterii Monialium S. Joannis . Roſii , & Eraclii fuiſſe Eccleſias in Diœc. Sueſſana , apparet in Bulla Confirmationis Benedicti Epiſcopi Sueſſani , data ab Atenulfo Archiepiſcopo anno 1032. menſe Martio die 19. Indict. 15. De Marco & Canione memoratam Eccleſiam inveni nullam : habuiſſe tamen à Capuanis parem venerationis cultum arbitrari poſſumus , & debemus . Horum feſta notantur , Secundinus Epiſcopus Trojæ , die undecimo Februarii ; in quodam manuſcripto Kalendario noſtri Theſauri , vigeſimo ſeptimo Maii : at in Eccleſiis noſtræ diœceſis agitur octavo Decembris . Marcus Bovini , die 14. Junii ut refert Ferrarius : at in Kalendario Mſ. Longobardo notatur Marcus Confeſſor die 13. in meo Martyrologio m. s. habeo nonis Octobris civitate Ecanæ S. Marci Epiſcopi & Confeſſoris , hoc ideo noto , ut Lector , ſi quid certius ſibi occurret de Marco & aliis S. Priſci ſociis , adnotare valeat . Adjutor Cavæ die 16. Decembris . Elpidius ab Atellanis Maii 24. at in citato m. s. Kalendario Theſauri notatur die Maii 26. & hoc ipſo die agitur feſtum in Eccleſia Caſapulli . Tammarus Beneventi Octobris 15. at in Breviario noſtro notatur Januarii 16. & hoc ipſo die agitur feſtum in Eccleſia propria . Canius Acherontiæ Maii 25. Roſius , ut habet Kalen. m. s. ſervatum à Patre Caracciolo , ejuſdem Maii 16. De Auguſto , Vindonio , & Eraclio mihi lux nulla . Legi fragmentum Actorum S. Elpidii Epiſcopi Atellani , & tempora in illis adnotata , Elpidio S. Priſci Socio non conveniunt : dicitur enim vixiſſe Atellis Baſſo , & Philippo Conſſ. ideſt anno 408. at Priſcus & ſocii , ut in Caſtrenſi notavimus , huc advenit perſecutionis Vvandalicæ anno 4. ideſt anno 442. vel 443. illa enim perſecutio*

cœpit ab anno 439. & permanſit uſque ad annum 534. quare vel duo diverſi fuerant Elpidii, vel ſi unus tantum cenſendus videtur, corrigenda eſt in Actis illa obſignatio temporum, & ſine multo ſcrupulo, cum in Actis Sanctorum, quæ ſincera in aliis ſunt, circa tempora ſæpè ſæpius error deprehendatur, at plane in hiſce Actis S. Priſci, & Sociorum qui expulſi fuerunt ex Africa, ut ſupra narratum eſt. Legi Acta S. Canionis breviter à Ferrario comprehenſa, & Socio Priſci Canioni non conveniunt; ille enim dicitur ab Angelo in Italiam ex Africa miraculosè translatus: at noſter navi vectus advenit: ſed quia habeo in Mſ. paſſionem Sancti Canionis, & dicitur ibi, paſſus & mortuus fuiſſe Carthagine, facilè adduci poſſum, ut arbitrer corrigenda eſſe Acta relata à Ferrario, & quod ibi dicitur de voce Angeli, & de Angelo transferente Canionem, intelligendum ſit de Canione noſtro, qui, Angelo præeunte duce (ut dicit Breviar.) ad locum ſibi deſtinatum acceſſit. Hæc dicta volo ſalva fide cujuſvis, qui certiora poterit afferre. Hactenus Monachus.

XIV. 13. TIBURTIUS interſuit Concilio Romano, eidemque ſubſcripſit anno 461 *a*.

a 465.

XV. 14. CONSTANTINUS *b* proximè invenitur Capuanæ Eccleſiæ Epiſcopus anno 483 qui Concilio primo Romano ſub Symmacho Papa celebrato Interſuit anno 499. Hic à Felicis Papæ III. temporibus hanc Eccleſiam rexit, ut ex Felicis Epiſtola Synodica tom. 1. Concil.

b Al. Conſtantius;

XVI. 15. ALEXANDER paulò poſt Conſtantinum Eccleſiam Capuanam gubernaſſe videtur anno 510. cum ei S. Germanus ſucceſiſſe legatur in veteri Capuano Breviario.

XVII. 16. S. GERMANUS rerum piè, divinè, mirificeque geſtarum claritate inſignis in Alexandri locum cunctis Clero & Populo ſuffragantibus evaſit Capuanus Epiſcopus, quem non modò integritas vitæ, doctrinaque commendaverat; ſed & ipſius in pauperes exaggerata pietas, quaſi priſcorum illorum Sanctorum Patrum videretur æmulatura virtutes, ejuſdem in Paſtorem à Cœlio Hormiſda Papa anno 516. confirmationem effecerunt ſanctiorem. Hic Capuæ nobilibus parentibus Amantio, & Juliana natus, in juventute liberalibus literis, piiſque operibus egregiè imbutus præcipuam pauperum curam geſſit. Etenim defuncto patre, matri perſuaſit, ut devendito patrimonio, illud in uſum pauperum erogaret. Cumque Angelicam vitam ageret, diſponente Deo, invitus tamen ex humilitate cordis, Capuæ ordinatus eſt Epiſcopus, & ab eodem deinde Hormiſda Conſtantinopolim legatus mittitur anno Chriſti 519 *c*. Inde legatione bene perfunctus, Capuam reverſus anno 520. qui Eccleſiæ ſuæ non immemor, pro ea ditanda reliquias SS. Stephani Prothomartyris, & Agathæ virginis (ut ſcribit Herempertus) ab Imperatore conceſſas Capuam detulit, & ad conſueta pietatis opera, curamque pauperum rediit. Hiſtoriam legationis ab Hormiſda Papa miſſæ, Paulus Diaconus in Juſtino paucis comprehendit; fuſius Baronius tom. 7. ubi refert plures epiſtolas, ſeu relationes S. Germani, & collegarum ad eundem Hormiſdam ſcriptas. Ceterum cum aliquando medicorum conſilio ad Thermas Angulanas valetudinis cauſa profectus eſſet, ibi Paſchaſii Romanæ Eccleſiæ Diaconi animam invenit, qui ſe ibi à Deo relegatum dixit, quod Laurentium Papam Schiſmaticum adverſùs Symmachum verum, legitimumque ignorantiæ errore ſeductus ſecutus fuiſſet, rogavitque Germanum, ut pro ſe Deo ſacrificium offerret, quo facto ſi ad Thermas rediens ſe non inveniſſet, ſacrificii virtute liberatum ſciret, quod planè ita evenit. Præfuit ſummo animarum emolumento annis plurimis, ac conſummato feliciter vitæ curſu, ad regna migravit æterna 30. Octobris circa ſalutis 541. cujus animam in hora obitus ejus ab Angelis in Cœlum ferri S. Benedictus aſpexit. Corpus ejus in Capua veteri datum eſt ſepulturæ; civibus inde tranſmigrantibus translatum eſt ad Capuam novam, quod verò anno Domini 872. divinis coruſcationibus refulgens, Ludovicus II. Imperator Lotharii filius, Caroli Magni pronepos in Franciam ad Regni monumentum tranſvexit, ut Leo Oſtienſis ſuo in Chron. Caſſin. teſtatur. Acta ejuſdem recitat Monachus 1. p. Sanctuarii ex codice Mſ. Monaſterii S. Joannis: de eo Ado, & alii recentiores. Pluribus S. Gregorius lib. 2. Dialog. c. 31. & lib. 4. c. 40. Jo. Epiſcopus Conſtantinop. in libello fidei Catholicæ ad Hormiſdam; de eodem habetur mentio in Actis S. Placidi à Gordiano conſcriptis; & in Actis S. Remigii apud Surium die 13. Januarii, cum quo S. Germanus fuit familiaritate conjunctus, eidemque literas ſuas direxit. Baronius in notis ad Martyrol. Rom. & in Annal. qui ad annum 497. ſcribit ab Anaſtaſio Papa miſſum eſſe Germanum cum Creſconio Epiſcopo Tudertino ad Anaſtaſium Imperatorem, ut ad meliorem frugem revocaretur. Sed cum anno 499. ſub Symmacho Conſtantius Capuanus Epiſcopus Romano Concilio ſubſcripſerit, & in Actis ejuſdem Sancti habeatur Germanus ſucceſſiſſe Alexandro, aſſerendum videtur Epiſcopi Tudertini collegam fuiſſe alterum Germanum à noſtro diverſum, quemadmodum corpus S. Germani, quod in veteri inſcriptione aſſervari dicitur in Eccleſia S. Sixti Placentiæ alterius Germani eſſe oportet, dum in Galliam translatum fuiſſe Leo Oſtienſis teſtatur, & cum inſcriptio illa Placentina loquatur de Germano Epiſcopo anonymæ Sedis, diverſum erit à corpore Capuani noſtri Germani.

c Cum antea interfuiſſet Rom. Concil. an. 518.

XVIII. 17. S. VICTOR *d*, Sancto Germano rebus humanis exempto, Epiſcopali throno nobilitatus eſt anno ſal. 541. ineunte Februario menſe. Sedit ſanctiſſimè annos tredecim, & dies triginta octo. Obiit verò anno 554. ineunte Aprili die ſecunda. Memoratur in Martyrol. Rom. die 17. Octob. quem ſanctiſſimum, & doctiſſimum virum appellat Beda de ratione temporum cap. 49. Confutavit namque Paſchalem Cyclum Victorii, ſeu Victorini Aquitani, ut idem Beda teſtatur. Ejus Cyclus receptus & comprobatus fuit in IV. Synodo Aurelianenſi can. 1. & 2. Extat ejuſdem Victoris præfatio in concordantiam Evangeliorum Ammonii Alexandrini. Illius quoque Ado meminit in Chronicis ad ann. ſal. 527. Marianus Scotus anno 560. Trithemius vixiſſe ſcribit anno 580. Sigibertus de vir. illuſt. c. 20. ſcripſiſſe jubente Honorio Papa teſtatur. Qui omnes errare coniiciuntur ex vetuſto Epitaphio, quod extare dicit Monachus in ædibus q. Joannis Hieronymi de Capua propè ſedile de Antimario dictum, cujus in pavimento ſtratus lapis illud intra ſculptam coronam ſculptum habet Epitaphium.

d De hoc Conſule Labbeum tom. 2. de Script. Eccleſ. p. 481. Manſoſ.

Victor Epiſc ſedit ann. XIII. dies xxxviii.
Depoſitus ſub die iii. Non. April. Ann. XIII.
P. C. Baſilii V. C. Indictione ſecunda.

Profectò annus decimuſtertius poſt Conſulatum Baſilii eſt annus Chriſti 554. currens cum Indictione ſecunda: ergo qui ineunte Aprili obiit, poſtquam ſedit tredecim annos, & dies triginta octo, aſſumptus jam erat ad Cathedram anno 541. menſe Februario, & idcircò arguuntur erroris, qui Victoris tempora ad annum 560 & 580. producunt. Qui verò collocant ad ann. 527. intelligendi ſunt, ut ſignificent ab illo tempore Victoris nomen utpotè ſanctiſſimi & eruditiſſimi viri celebratum eſſe, licet ipſe nondum Epiſcopus eſſet. Sed dicet aliquis: Epitaphium & Rom. Martyrologium non conveniunt: in uno depoſito notatur ad 4. Non. Aprilis, in altero 16. Kal Novembris feſtum commemoratur. Leviſſima dubitatio, quia in Martyrol. hujuſmodi diverſitates paſſim occurrunt, neque temerè: in inſtituendis enim Sanctorum feſtis præter obitum, & depoſitionem conſiderari ſolent inventio, translatio, reconditio, memoria alicujus vel ſuſcepti tormenti, vel patrati miraculi; item converſio, ordinatio, canonizatio. Baron. to 9 an. 804. n. 11. & id genus alia. Quare deeſſe non potuit aliqua juſta ratio, ut S. Victoris feſtum inſtitueretur die 17. Octobris, licet de-

po-

poſitus eſſet Aprilia die ſecunda. Ad hæc addit idem Monachos in epitaphium Victoris; *Non prætermittam in Epitaphio S. Victoris numerari annos, & dies ſupra triginta, id quod antiquo mori non conſonat. In antiquis enim epitaphiis & anni, & menſes, & dies diſtinctè notantur, quando dies menſes duos excedunt, quòd ſi non niſi unum, licere tunc, vel tacito menſe, dies triginta annumerare, vel extremo menſe, qui ſupererant, dies annotare.* Affert duas inſcriptiones ex Capaccio, nos multas alias obſervavimus in lib. Epigrammatum urbis, inter eas, unam quæ extabat in domo Pomponii Læti viri doctiſſimi. *D. M. Secundo Filio Parentes benemerenti fecerunt. Vixit ann. I. dies XLVII.* Cæterum ſacra Victoris lipſana una cum aliis Sanctorum reliquiis inventa fuiſſe ſub altari majori Eccleſiæ Cœnobii Montis Virginis anno 1480. die 27. Julii ſcribit Vincentius Veran in Hiſt. ejuſdem Monaſterii, ubi annuo coluntur officio; tametſi in Capuano Breviario nulla de Victore habeatur memoria.

XIX. 18. S. RUFINUS Epiſcopus Capuanus magnæ ſanctitatis vir ante S. Decoroſi Epiſcopi tempora vixit, ut mihi conjectura eſt ſæculo quingenteſimo. Quo autem præciſo tempore creatus ſit Epiſcopus, & quandiù ſedem tenuerit, non poteſt ſignatè definiri. Potuit eſſe ut poſt S. Victorem Capuanam Sedem regendam cepiſſet, vel paulò poſt: cujus corpus ab ipſo S. Decoroſo, Sergio Pontifice Maximo in Sede S. Petri Apoſtoli inventum in Eccleſia SS. Stephani, & Agathæ ſolemni pompa translatum eſt circa annum Dom. 870. cujus tranſlationis Hiſtoriam, & miracula patrata habemus in veteri Breviario Capuano, quæ hic referre non pigebit. *Ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ad ædificationem veſtram, dilectiſſimi fratres, miraculum, quod Dominus per Beatum Ruſinum Confeſſorem ſuum operari dignatus eſt in hodierna ejus tanta ſolemnitate, brevi narratione qualiter geſtum ſit, intimare curamus: Inter hæc, ſi quis ejus vitam, qualis fuerit, noſcere cupit, hujus opuſculi fida narratio ei præbebit indicium.* Lect. 2. *Temporibus Juſtiniani minoris Imperatoris, filii Conſtantini ſub Sergio Papa, atque Grimoaldo Duce Longobardorum erat quidam religioſus valde nomine Decoroſus, in Sede Capuanæ Eccleſiæ Epiſcopus. Hujus ſiquidem tempore, cum religioſè à Longobardorum gente Cœmeteria Sanctorum excolerentur; contigit, ut in Martyrologio ſeriatim nomina Sanctorum exquirerent. Et inventa ſunt hoc modo duorum Sanctorum nomina ſcripta. Octavo Kalend. Septembris natales S. Ruſini Confeſſoris, & uno intermiſſo die, quod eſt ſexto Kal. Septemb. Natales S. Ruſi Martyris.* Lect. 3. *Hujus verò S. Ruſini prædictus dies cum omnibus notus fuiſſet; locus tamen, ubi ſacrum corpus ejus requieſceret, ignorabatur. Cœpit tandem Epiſcopus ſuo cum Clero à ſenibus annorum locum inquirere: quo invento, in monumento ſcilicet juxta Baſilicam B. Petri Apoſtoli, coadunata Epiſcopus undique plebe, cum hymno & laudibus illo è loco reliquias auferens, magna cum lætitia in Eccleſia Sanctorum Martyrum Stephani & Agathæ condidit.* Lect. 4. *Sacro denique opere peracto, cum ob honorem & reverentiam tanti corporis Eccleſia ipſa ab omnibus frequentiſſimè excoleretur, contigit eodem anno, ut cujuſdam nobilis Audoaldi filius, qui adhuc in tenera lactabatur infantia, febre valida penè moreretur intantum ut membra omnia ſuo ab officio penitus defeciſſe viderentur, quem cum parentes illius in ſupremo exitu jam proximum intelligerent, mox, ut credo, divina inſpiratione admoniti, ad prædictam Eccleſiam adduxerunt.* Lect. 5. *Cumque ante fores Eccleſiæ ululantes ad funus ejus perſtreperent, venerabilis Epiſcopus inſolito tantorum lamentantium clamore exterritus, continuò cœptas deſerens preces, exivit ad illos, & cur tantos fletus haberent, modeſtè inquirere cœpit. Qui dixerunt ei Domine Epiſcope, ecce infantulus iſte moritur nobis. His dictis, mater pueri valdè ejulans, ſe ad genua Epiſcopi, quaſi alienata mente proripuit dicens Domine, indica nobis locum, ubi B. Rufus quieſcit.* Lect. 6. *Attonitus autem Epiſcopus, & illius intelligens imi cordis dolorem, totus infremuit, & tanto dolori compatiens, ait illi. Non eſt hic, ò mulier, corpus illius, quem quæris, ſed B. Ruſini Confeſſoris. Verùm quia ipſum nominare voluiſti ad auxilium tuum, veni nunc, & toto niſu illius implorare miſericordiam ad tumulum ejus ne deſinas. Epiſcopus autem quamvis intercidiſſe ad horam orationem videretur; tamen omninò, quam tenuit, non deſerens, ingeminavit potius pro ſe, & infantulo orationem conſtanter ad Dominum.* Lect. 7 *Tunc mater pueri ante ſacrum tumulum S. Ruſini poſuit filii ſui corpus, quod exanimi ſimile jacebat, cum lacrymis dicens. O Beatiſſime Ruſine Confeſſor Domini digne ſentiam in puero iſto miſericordiam tuam, quam ſitienter evenire peto. Et hæc dicens, ſola cum puero ſuperſtite remanſit; Deinde Epiſcopus clauſit regiolas, quæ erant ante altare: & exiens ſedebat ante fores Eccleſiæ, expectans divinam miſericordiam in puero ſuperventuram.* Lect. 8. *Pietas autem Domini ſtatim in puero ſubſequuta eſt: Nam media vix aberat hora, & ecce occurrens mater infantis, quæ in parte ſteterat orans, cum cordis lætitia, ad regiolas, quas Epiſcopus clauſerat, vidit infantem alacrem, huc illucque circa altare deambulantem, quem apprehendit cum gaudio, Deo, & Sancto Ruſino gratias agens, & exivit ad Epiſcopum, in ulnis filium bajulans lætum, & ſanum, quaſi nunquam malo alicui deditus eſſet.* Lect. 9. *Ad hanc famam fit concurſus populi ad tumulum B. Confeſſoris Ruſini, & ingenti cum gemitu vota perſolvunt, luminaria, ſeu quæque poterant, ſuppliciter certatim offerre curabant: ſuum ad adjutorium illum implorantes, larga ejus beneficia percipiebant, quæ uſque hodie dare non ceſſat, ſi non deſit fides poſcentium: præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria in ſæcula, ſæculorum, Amen.* Ex iis patet, Ruſinum vixiſſe longè poſt S. Germani obitum, cum ejus corpus è Cœmeterio Baſilicæ S. Petri, ad Eccleſiam Sanctorum Stephani, & Agathæ tranſlatum fuiſſe à Decoroſo: Eccleſia namque Ss. Stephani & Agathæ illa eadem fuit, quam Conſtantinus Magnus in veteri Capua ad honorem Sanctorum Apoſtolorum ædificavit, quam deinceps S. Germanus Epiſcopus ob illatas reliquias Sanctorum Stephani, & Agathæ Virginis in honorem eorundem vocatam voluit, ut Herempertus ſcribit de Arechi adoleſcente, deinde Principe Longobardorum loquens, *Quadam*, inquit, *quippe die, dum cum ſuo Principe* (Luitprando) *in B. Protomartyris Stephani, quæ conſtructa eſt in veterrima urbe Capuæ ab Imperatore, Helenæ filio, Conſtantino, atque in honorem omnium Apoſtolorum dedicata, licet poſtea à Beatiſſimo Germano ejuſdem urbis Epiſcopo, ob collatas ab Imperatore reliquias Beati Protomartyris Stephani, nec non & B. Agathæ Virginis, proinde in honorem Protomartyris Stephani vocata eſt; dum ut diximus, in eandem Eccleſiam Longobardorum more accincti pugionibus altrinſecus introiſſent, &c.* De Ruffino igitur in Martyrolog. Rom. 26. Auguſti; & hic dies natalis non eſt, ſed tranſlationis eſſe videtur.

19. PROBINUM Capuanum ſuſcepiſſe Epiſcopatum anno 570. die Novemb. decimo ſexto, obiiſſe verò anno 572. die Auguſti vigeſimo, cum ſediſſet ann. 1. menſ. 9. dies 4. docet Epitaphium in tabula marmorea ſcriptum, & inventum an. 1630. in Parochiali Eccleſia Sancti Nazarii; dum revolveretur tabula illa, apparuit inciſa corona magna & Epitaphium hocce. X

† Vir Beatiſſi-
mus. Probinus Epiſc.
Sedit ann. I. menſ. VIII.
Dies IV. Depoſitus ſub die
XIII. Kal. Sep. Tempore S. Imp. D. N.
Juſtino anno VII. P. C. ejuſ-
dem Anno V. Indictio-
ne Quinta.

Po-

Poſitum eſt hoc Epitaphium anno 572. Juſtinus, qui nominatur, eſt Juſtinus Junior, cui annus Domini 572. erat annus Imperii ſeptimus, conſonat Indictio quinta. Conſignatio autem anni quinti, poſt conſulatum ejuſdem Juſtini conſentit illis, qui ſecundo Juſtini conſulatu ſignant annum 567. vide Baron. tom. 8. dictis annis.

XXI 20. FESTUS vixit temporibus Gregorii Magni, apud quem conqueſtus eſt, ſe à ſuis clericis, civibuſque contemni; pro quo extat ejuſdem Gregorii Epiſtola ad Petrum Campaniæ Subdiaconum. Cauſam verò contemptus, de quo conquerebatur, fuiſſe ſuam ipſius avaritiam colligi poteſt ex alia epiſt. 126. lib. 4. Romæ obiit Feſtus juxta Baronii computationem anno Dom. 595. ex epiſt. 12. lib. 4. Indict. 13. ad Gaudentium Nolanum Epiſcopum, cui Capuanæ Eccleſiæ viſitationem commiſit, præcepitque Capuano Clero Neapoli degenti, ut illum veneraretur. Habebat tunc Capuanus Epiſcopus Neapoli Eccleſiam ſibi ſubditam, quam Presbyterium nominat Gregorius eadem epiſt. 26. lib. 4. B Presbyterium verò dicitur ille locus, in quo Sacerdotes, & reliqui Clerici conſiſtunt quando Miſſa celebratur, qui ſolet etiam dici Sacrarium, & Sancta Sanctorum locus, nempè in capite Eccleſiæ, ſub abſide, cancellis ſeptus; ita docet Canon Clementis Papæ apud Gratian. de conſecrat. diſt. 2. cap. 30. & Canoniſtæ de vita & honeſt. clericorum cap. 1. Presbyterium quoque ipſa dicitur Congregatio Sacerdotum. Hinc Cornelius Papa ad Cyprianum; *Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium, & planè Papam*. Contrahere presbyterium nihil aliud eſt, ut Baron. notat to. 2. anno 254. quàm congregare Eccleſiam, & ut hodie dicimus, conſiſtorium facere. Porrò in aliquibus Codicibus Epiſtolarum S. Gregorii legitur Sixtus; mendoſe tamen, & illi ipſi codices habent Feſtum in epiſt. 20. hoc verò mendum in cauſa fuit, ut quidam in Catalogo Epiſcoporum Capuæ Feſtum, & Sixtum inter ſe diſtinctos numerarint.

XXII. C 21. BASILIUM Capuani Cleri ſuffragia evexerunt ad Sedem, Gregorio Magno Summo Pontifice aſſentiente, ante annum ſalutis 600. Suffecerunt Feſto, cujus idem meminit Gregorius in epiſtola ad Joannem Syracuſanum Epiſcopum. Idem Gregorius eodem anno cum accepiſſet Baſilium in Sicilia apud ſæcularem Præfectum diutius agentem, non tulit, ſed inde pelli, & ad Eccleſiam ſuam redire compelli debere ſcripſit ad Romanum Defenſorem in hæc verba. *Gregorius Romano Defenſori. Perlatum ad nos, reverentiſſimum fratrem noſtrum Baſilium Epiſcopum, velut unum de laicis in cauſis ſæcularibus occupari, & Prætoria inutiliter obſervare, quæ res, quoniam & ipſum vilem reddit, & reverentiam Sacerdotalem annihilavit, ſtatim ut experientia tua hoc præceptum ſuſceperit, eum ita ad revertendum diſtricta executione compellat, quatenus ei illic ita inſiſtente, quinque diebus ſub qualibet excuſatione immorari non liceat, ne ſi quolibet modo eum ibidem moram habere permiſeris, eum ipſo apud nos graviter incipias eſſe culpabilis.* D Addit Baronius: *Hæc volumus totidem verbis Gregorii reddidiſſe, ad declarandum, quàm execrabile ab eodem Sanctiſſimo Pontifice haberetur, ut Epiſcopus apud Sæculares Principes moraretur.* At verò paruiſſe Baſilium ex eo conſtat, quòd anno ſequenti 601. tertio Nonas Octobris Romæ cum ipſo Gregorio in Concilio fuerit, ut legitur lib. 9. c. 22. de quo item lib. 11. epiſt. 4. Indict. 6. anno 603. nulla deinceps de eo habetur mentio.

XXIII. 22. GAUDIOSUS Capuæ Epiſcopus fuit. Hic in Concilio Romæ ſub Martino Papa celebrato anno 664. *a* inter alios Epiſcopos numeratus eſt. Hunc Beati titulo condecorat Monachus.

a 649.

XXIV 23. S. DECOROSUS, *b* ſuffragante clero, populo acclamante, Capuanorum Paſtor electus eſt defuncto Gaudioſo. Sub Agathone Papa anno 680. Romano Concilio inter Patres haudquaquam poſtremus aſſedit, & ſubſcripſit. Diu Capuanam rexit Eccleſiam, & ſub Sergio I. Papa, vel paulo poſt, dum dominico die ſermonem ad populum habet, Syncope correptus, ac inter Clericorum brachia ad Altare majus perductus, his verbis, *Magnus Dominus & laudabilis nimis, cujus magnitudinis non eſt finis* pronunciatis, animam Deo reddidit 15. Februarii, quo die feſtum ejus agitur in Capuana Eccleſia. Ejus meminit Martyrol. Rom. hoc die. Acta recitat Breviar. Capuan. ex quo Ferrarius & Monachus.

b De eo Acta SS. Febr. tom. 3. p. 841.

24. S. VITELIANUS Capuanus Epiſcopus floruit Sanctitate juxta veriores conjecturas circa annum ſalutis 700. Hic Capuæ natus ab infantia piis egregiiſque moribus exornatus, invitus ad Epiſcopalem Sedem trahitur. Is caſtitate eximia, in pauperes pietate præditus, in humilitate vitam ad ſenectutem illibatam traduxit; cujus ſanctitati Dæmon invidens, quoſdam, qui Epiſcopalem dignitatem affectabant, induxit, ut muliebres veſtes B clam in illius cubiculum inijcerent, quibus S. Epiſcopus ad matutinas horas de more ſurgens, loco ſuarum indutus, ludibrio habitus eſt, cum maligni exclamarent. En & qui aliis humilitatem, & caſtitatem deprædicat, haud contentus cum mulieribus converſari, etiam illarum indumenta geſtare non veretur. Quo audito, Vitelianus ingemuit, dicens; *Audite filii, verum dicitis, quia peccator ſum, multaque mala Deo meo egi, unde & illud ſuper me induiſtis, hoc autem ab aliis pati debui, non à vobis, qui filii, & hæredes eſtis Eccleſiæ*; & reſpiciens in cœlum dixit; *Tu Deus, qui cœlum, terramque tua gubernas dextera, qui ſcrutaris renes & corda, & ſcis omnia antequam fiant, deſtrue falſiloquium iſtud*; & vale dicens abiit. At proditores comprehenſum, & in corio conſutum, illum projecerunt in mare, qui tandem incolumis ad Romanum portum delatus eſt. Jam tum adeo ſterilis Capuanus ager factus eſt, ut nec ſegetem, nec herbam procrearet. Quapropter Dei judicio id factum non verentes, ad Sanctum Epiſcopum profecti; ad ejus pedes provoluti, veniam conſequuti ſunt, Capuamque deducentes, cum primùm ad urbem acceſſiſſet, C ingenti pluvia, qua diutius caruere, tota regio madruit. Revelato eo loco, ubi vitæ finem eſſet expleturus, in montem, qui à vulgo Virgilii dicitur, profectus, conſtructo templo B. Virgini Mariæ 17. Kal. Auguſti requievit in pace, ibique conditus multis claruit miraculis, demoniacis, cæcis, & aliis infirmis ad ejus tumulum liberatis, donec circa ann. 914 ob Sarracenorum adventum Eccleſia everſa eſt. Corpus ejus poſtea inventum à Calliſto II Catanzarum in Calabria translatum anno 1121. Hæc ex Breviario Capuano. Pauloq; Regio referunt Capaccius, Ferrarius, de quo Martyr. Rom. hac die, Monachus in Sanctuario p. 1. & in Catal. XXV.

25. AUTCHAR eximiis elogiis celebrandus Capuanæ Eccleſiæ Epiſcopus, præteritis ſæculis incelebratus, ac penè ignotus ex vetari epitaphio apud Eccleſiam S. Mariæ Majoris nuper invento D ſuæ redditus eſt Eccleſiæ, & inter reliquos egregios Capuanos Epiſcopos in ſerie adſcriptus. Inventum epitaphium erat Longobardo charactere, & achroſticis verſibus in lapide ſcriptum, & uſui ambonis adaptatus. Sed amoto choro deſtructoque ambone, lapis in medio ſectus novo operi applicatus. Epitaphium ne tanti adiuventi Præſulis memoria periret, exſcripſit quidam venerandæ antiquitatis amator; ex eo deinde Michael Monachus in recognitione ſui Sanctuarii emiſit in lucem, mendoſè tamen, cum pro Autchar, ſcripſit Amandum, hallucinatus à decimo quarto verſu, ubi hæc, *Præſul Amande*, melius *Amate*, quod, proprium Epiſcopi nomen eſſe ſcribit. Lapſus haud eſſet vir alioquin eruditiſſimus, ſi cujuſque hæxametri verſus primas literas obſervaviſſet, quibus rotundè legitur *Autchar Epiſcopus*, & verſu 23 *Cernis adhuc caſtris Autchar patrone retentus*, quod depravate exſcripſit idem Monachus; *Carnis adhuc*

clau-

clauſtis aut chare patrone retentus, ut me monuit eruditus Camillus Peregrinus, apud quem hujus epigrammatis ab originali exſcripti extat exemplar ita conſcriptum.

Antiſtes populi multa virtute potentis
Laudandus cunctis hac tumulatur humo:
Utilitate placens, affabilis, aptus, & almus
Inſtantis vitæ tempus in omne fuit.
Terrenas neglectus opes ſapienter egenis
Diſtribuens, ſervat has meliore ſolo.
Conſultus reſponſa dedit capienda, quibuſque
Quæ facienda forent non reticenda ſibi.
Hunc Capuana tulit, quæris, ſi Terra patronum
Clarus utroque manens quippe parente pater?
A puero ſacris elementis doctus habetur
Diſcutit ad plenam myſtica dicta Patrum.
Reſpuit in mundo mundani ſtulta metalli,
Diſcipulos imitans Chriſticolaſque pios.
Sub quam magnas ſuſtollit ad æthera luctas
Turba quibus cunctis almus, & altus amor?
Præſul amande Dei regno ſignate ſuperno,
Multa tua domus facta labore vigent.
Ipſe piis manibus præbens alimenta miniſtras,
Cum quibus es dignus munera digna frui.
Semper in antiquis Patribus mirandus haberis
Quorum dulce melos pagina ſcripta canit.
Cernis adhuc Caſtis Autchar patrone retentus
Tranſcendens mundum mente tacere Deum.
Ornaſti Eccleſias quiſquis cognoſcere mavult,
Reſtaurans plures ordine quamque ſuo.
Porta tibi Domino Chriſto venerande rogatu
Panduntur Stephani Martyris arcta poli.
Vixiſti cujus ſemper nutritus in aula,
Cujus, & taſtinctu pontificalis honos.
Septem huic Eccleſiæ conceditur eſſe ſub annis
Totis imparibus menſibus æque ſacer.

Ex hoc Epigrammate colligitur, qua virtute, qua pietate Autchar in Eccleſia floruerit Capuana; qua verò ætate mortalitatem expleverit, ignorum eſt; tamen pro comperto habemus ex eodem illum ſediſſe Longobardorum temporibus, fortaſſe & ipſe Longobardus genere, annis ſeptem, totidemque imparibus menſibus, ideſt ſeptem annis integris & completis, & undecim menſibus, quia menſes pares, ſeu impares ſunt, primus, tertius, quintus, ſeptimus, nonus, & undecimus, qui ergo vivit totis, ideſt, omnibus menſibus imparibus vivit undecim menſibus, ſi tamen dictio illa, in verſu *Totis*, refertur ad illam, menſibus. Ex hoc etiam Epigrammate habemus Autchar ſepultum fuiſſe in Eccleſia S. Stephani Capuæ veteris, deſtructaque una cum Civitate Eccleſia illa, atque ſepulchro, translatus eſt aliò lapis, nempè in Eccleſiam S. Mariæ Majoris Capuæ novæ, & deinceps ad opus ambonis coaptatus, ut paſſim aliis occurrere ſolet. Nuper in S. Stephano Capuæ veteris inventa ſunt oſſa cum Cruce pectorali, & annulo, quis ſcit, an illa, exuviæ fuerint Autcharis Epiſcopi ibi defuncti, cujus epitaphium, ut retulimus, tranſlatum fuerit ad S. Mariæ Majoris templum?

XXVII. 26. N. Epiſcopus Capuanus, nomen ignoratur, apud quem anno 740. hoſpitatus S. Willibaldus proficiſcens Caſinum ex Caniſio to. 4. variar. lect.

XXVIII. 27. THEODORUS interfuit Romano Concilio ſub Zaccharia Papa anno 743. Hac tempeſtate, ac fortaſſis Theodoro Capuanam Eccleſiam adminiſtrante, cœptum eſt ædificari in Territorio Aliphano Sacrarum Virginum Aſceterium Ord. S. Benedicti, quod Cinglenſe nuncuparunt, quod inde Capuam translatum hactenus extat ſub nomine S. Mariæ. Initium certum ſumpſit circa annum Domini 750. ut Leo Oſtienſis ſcribit lib. 1. cap. 6. cujus verba libet hic referre. *Temporibus Giſulphi Junioris Beneventani Ducis, ſcilicet circa annum Domini 750. quidam Sculdais Beneventanus, Saracenus nomine, in loco, qui Cingla vocatur, territorio Aliphano, Eccleſiam in honorem S. Caſſiani à fundamentis conſtruxit, eamque ex permiſſione præfati Ducis, cum omnibus, quæ ibi acquirere potuit, ſimul etiam cum omni ex integro, ſubſtantia & hæreditate ſua præter ſervos & ancillas, quos omnes libertate donavit, quoniam filiam non habebat, in Monaſterio Sancti Benedicti obtulit. Qui locus cum cunctis venerabilis Perſonatis, valdè utilis viſus fuiſſet, cum conſenſu & maximo adjutorio ejuſdem glorioſi Ducis Giſulphi, & Scaunipergæ uxoris ejus, conſtruxit ibidem Monaſterium Puellarum Dei ad honorem B. Dei Genitricis, & ſemper Virginis Mariæ. Conceſſa inſuper ibi à prædicto Duce Eccleſia Sanctæ Crucis cum omnibus territoriis & pertinentiis ejus, quam Giſelpertus Præpoſitus Caſinenſis, à quodam Abbate, Deuſdedit nomine emerat cum conſilio, & adjutorio ejuſdem Ducis, nec non & aliis Eccleſiis & Curtibus non paucis in circuitu, juxta quod munimina ejuſdem Monaſterii continet. Quod videlicet S. Dei Genitricis Monaſterium annuente præfato Abbate, idem Dux Giſulphus tunc confirmavit tribus ancillis Dei, ideſt Gauſam Abbatiſſæ, Pancritadæ, & Garipergæ, quæ poſtpoſitis parentibus, & univerſis opibus ſuis peregrinari pro Deo in partibus iſtis elegerant. Eo utique tenore, ut quandiù quælibet earum adviveret, loci illius regimen ſine alicujus contradictione teneret: poſt illarum verò exceſſum, & poteſtas & ordinatio ejuſdem loci ad Monaſterii Sancti Benedicti Caſinenſis ditionem rediret.* Et eodem lib. 1. cap. 50. proſequitur Oſtienſis. *Temporibus Martini Papæ circa annum Domini 943. cum Cinglenſis Eccleſia à Saracenis devaſtata fuiſſet. Joannes ejuſdem Cellæ Præpoſitus quicquid ſupellectilis, vel theſauri quoquomodo ſurripere potuit, aſſumens, cum conſenſu Abbatis Caſinenſis Capuam pergit, atque ibi Monaſterium conſtruere cœpit. Quo etiam tempore venerabilis Papa Martinus eandem Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Capua cum omnibus poſſeſſionibus ſuis Caſinenſi Cœnobio per privilegium ex integro confirmavit.* Et lib. 2. cap. 2. narrat. *Poſt annũ 952. temporibus Landolphi & Pandolphi filii ejus, cognomento Capite ferreo, Principibus Capuæ, Aligernus Abbas Caſinenſis, ad Principes jam dictos accedens rogavit, ut darent Cellæ Cinglenſi locum foris portas Sancti Angeli ad Monaſterium conſtruendum ancillis Dei; quia Monaſterium quod intus erat, nimium ſtrictum, & incompoſitum habebatur ancillis Dei, ibi manentibus. Illi verò concedentes ſtatuerunt locum foris murum Civitatis, ubi Caſtrum & Monaſterium conſtrueretur: eique conceſſerunt foris murum, qualiter vadit uſque in flumen.* Hæc ibi.

28. RODELPERTUS, ſeu Radelpertus Capuæ Epiſcopus claruit circa ann. Dom. 830. Prædeceſſor fuit S. Paulini, cujus Epitaphium legitur in Cathedrali Eccleſia Calinenſis. Michael Monachus in 1 part. Sanctuarii Capuani, & Camillus Peregrinus in Apparatu ad Capuanas antiquitates, diſcurſu a qui de eo ſcripſerunt, haud unam tulere ſententiam. Monachus vult Rodelpertum Capuanæ Eccleſiæ fuiſſe Epiſcopum; Peregrinus more ſuo eruditiſſimè contendit, vel Carinolenſem, vel alterius Eccleſiæ, non Capuanæ extitiſſe Paſtorem; nos autem ea de re Monacho libenter ſubſcripſimus, qui de Rodelperto hæc ſcripſit ad Paulini notas. Sed quoniam de Rodelperto mentio habetur in vita S. Paulini, opportunum eſt, ut quoddam, quod ipſius eſſe credimus Epitaphium referatur. XXIX

Reſplendens nitida germen de prole parentum
Hac clauſum alven mole nitendo micat,
Altipontes cujus Judex cum venerit Orbis,
Flos hinc perpetuus ſurget ad aſtra volans.
Digna nter dignis rutilans, qui moribus olim
Obtinuit dignum Pontificale decus.
Iſtius hic ſedis retinens & jura potenter,
Eccleſiam hanc compſit cultibus ipſe novis.

Per-

Perſpicuo argenti nam ſacrum altare metallo,
Rufini eximii ſtruxit in omne decus.
Extulit altiſſuam præcelſo culmine turrim
Quæ reſonent boris ſigna ſonora ſacris.
Reddidit & pulchram templis, ac mœnibus arcem
Quæ ſita Vulturni amnis ad ora manet.
Templi hujus pariter ſacro ſub culmine, Sancti
Caſteenſis ſtuduit condere membra ſacra.
Erexit nec non præſens quod cernitur altare
Illius ad nomen, atque dicavit ovans:
Percipere & hujus meritis, precibuſq; per ævum
Vt gaudens poſſet præmia celſa poli.
Inde etiam ſupplex ejus ſociavit ad aram
Quem cernis tumulum, lector amande ſuum.
Si noſſe ſatagis cujus hic membra quieſcant,
Grammatis indicio ſigna priora lege.

His adde, Carinolenſis Epiſcopatus ſuom ſumpſit exordium anno 1087. cum S. Bernardus tunc Fori-Claudii Epiſcopus Sedem Epiſcopalem, cum Cathedrali Carioulam proximam, nuperamque civitatem tranſtulit, quod valdè diſtat à Radelperti temporibus, qui Paulino præceſſit, & Altare S. Rufini exornavit argento.

XXX. 29. S. PAULINUS, natione Britaoous, poſt exceſſum Radelperti à Clero, populoque fideli acclamatus eſt Capuanus Epiſcopus, ſedente Leone IV, circa ann. Dom. 843. ab eodem Pontifice conſecratus. Hic jam à puero glorioſiſſimæ virtutis Caſtitatis amator, liberales artes, quibus indutus erat pauperibus adoleſcentibus impartiens, omnia proſequutus, quæ Dei timentem virum decet, divino auxilio meruit coronari. Studia ſiquidem ſcholaſtica cum deſeruiſſet, è Britanniæ natali ſolo diſcedens, patrimonio pauperibus erogato, Hieruſalem petiit, æternæ Hieruſalem imaginem non oblitus. Inde cum orbem terrarum peragraſſet, Capuam divino afflante numine flectit iter. Obierat in ea civitate Radelpertus Antiſtes, & Paulini ſermonibus cum quotidie recrearentur Capuani, & eloquentioribus ejuſdem actionum linguis edocerentur, Cleri conſenſu Epiſcopum ſibi electum Romano Pontifici ſacrandum obtulere. Et quamvis eam dignitatem renuiſſet, à divina tamen voluntate non recedens, à Capuanis maxima cum reverentia receptus eſt. Octo annos & tres menſes præfuit, quos ſchiſmaticorum perſecutione habuit infeſtos veneno, comitate, tolerantia, alimonias ſumma cum charitate præbere ſtuduit, atque ita ut matronæ cum tribus filiis obviam ierit, mulam, in qua equitabat, dono dedit. Deceſſit Confeſſor Beatiſſimus die 10. Octob. ejus ſacrum corpus in Cathedrali conditum jacet, de quo Martyrol. Rom. Capaccius, Ferrarius, aliique, Monachus verò Acta ejuſdem ex veteri Breviario Capuano conſcripſit, ac notis illuſtravit. Quo tempore Paulinus Eccleſiæ Capuanæ præfuerit, ex Erchemperti Chronic. conſtat. Habet ille, S. Paulinum obiiſſe tempore quo Lando Comes Capuanus habitabat Sycopoli, id eſt in Palumbaria apud Trifiſcum. Lando autem comitatum accepit anno 843. vel 46. itaq; ante hunc annum non obiit S. Paulinus. Quia verò ſedit Capuæ an. 8. menſ. 3. oportet ipſum conſecratum fuiſſe circa ann. 843. à Gregorio IV. Papa, qui ſedit ab anno 828. ad annum 844. Obiiſſe verò circiter annum 851. Capuanis ſumma veneratione fuiſſe ſemper ſubdit Monachus. Capella Theſauri, cujus ſub altari corpus ejus conditum eſt, ab ejus nomine titulum accepit. *Recordamur*, inquit, *Theſaurario curante, campanas per octo dies ante feſtum Veſperi conſonare, & in feſti pervigilio lucernas in ſummo Campanili ardentes lucere; ſcimus, parentes pro impetranda ſalute ſuis ægris, & deſperatis infantibus, ante Altare S. Paulini orare ſolitos, & oratione, vel etiam miſſa aliquando peracta, infantem per altare, quod concavum & à lateribus apertum eſt, manu ſacerdotis duci conſueviſſe. Nunc (heu quàm facilè juxta proverbium) ſanctorum veterum obliviſcimur.* Hæc ille. Cæterùm vult idem Monachus, Paulinum fuiſſe ultimum Epiſcopum Capuæ veteris.

XXXI. 30. LANDULPHUS, Landulphi Senioris Capuæ Comitis poſtremus filius, Landonis Comitis fratris favore, teſte Erchemperto, ordinatus eſt Epiſcopus Capuæ veteris poſt deceſſum Paulini ſanctitate clari circa annum Dom. 851. *Hoc*, inquit, *tempore* (ſcilicet defuncto Patre Landulpho) *Paulinus Deo dignus & carus vir Capuæ Præſul ab hac carnea ſubtractus eſt fæce, atque Landone ſupradicto viro viriliter decertante, Landulphum fratrem ſuum Epiſcopum ordinavit; ſed incongruam viciſſitudinem filiis ejus poſt patris intulit obitum, quos velut atrociſſimos hoſtes vario ac perpetuo mulctavit exilio.* Cujus futura dira opera præmonſtrantur ſymbolica matris ejus viſione apud eundem Erchempertum. *Subtracto verò ex hac luce Landulpho Capuano Comite, ut poſt regnum eorum, quatuor reliquit liberes; Landonem videlicet jam factum virum, Pandonem, Landonulphum, & Landulphum futurum Pontificem: viros ſingularis prudentiæ. Ex quibus Lando Capuam, Pando Metropolis Suram, Landonulphus Theanum regebat; Landulphus verò adhuc teneræ indolis Palatinis exercebatur obſequiis. Hic autem noviſſimus, & poſtremus in patulo claruit. Cùm adhuc viſceribus geſtaretur genitricis, eadem mater, cum ſe quodam die ſopori juxta viri dorſum dediſſet, facem igneam peperiſſe videbatur ibi; quæ fax cum in humi ſolum cecidiſſet, in maximum ignis globum aucta eſt, viſaq; eſt totius Beneventi confinium concremare, ſicque cum ſomno pariter & viſio elapſa eſt. Quæ nimiam perterrita, mox proprio conjugi meſta curavit judicare. Cujus viſionis finem genitor ut audivit, infauſtis ſyllabarum dictionibus, futura ejus dira opera complexus eſt dicens:*

Heu me dulcis amans, quæ nos tunc fata ſequentur,
Augurium ſuum monſtrat tua viſio dira.
Hac tuus hic ortus, tegitur qui clauſus in alvo,
Diliget haud allum, ſpernet qui ſanguine clares,
Poſtremo cives vipereo devoratore,
Ac velut ignis edax cunctorum pectora aduret.

Quod ille in extaſi mentis licèt prædixerit, nos quoque propriis intuiti ſumus obtutibus, qui innumerabiles inſontes hominis illius fato conſpicimus, per ignem gladiis corruiſſe. Ignis itaque ille ipſum humani generis ſanguinem, qui poſtea eo operante fundendus erat, ſub quadam imaginis ſpecie portendebat; quod ne cui incredibile hoc, aut imaginariè fortè confictum videatur, tot mihi teſtes ſunt, quot penè homines verſantur in urbe: hujus etiam actio finiſque exitus in ſequenti propalabitur. Igitur Landulphus homo verſutus, elatus, petulans, & irreligioſus, ſic eum vocat idem Erchempertus, Epiſcopatum aſſequutus cum cremata eſſet civitas Capuana ab igne, cum fratribus ſuis novam conſtruxit urbem Capuam, quæ nunc extat ad Pontem Caſilini anno 856. ubi Cathedralem Eccleſiam ædificavit, ut videre eſt in convexo pariete Chori, muſivo opere depicto. In eadem nova urbe Comes evaſit anno 862. ex ea enim nepotem Landonem, Landonis fratris filium, quem ab illo commendatum ſuſceperat, poſt ejus obitum ejecit, conſentiente ſibi germano Pandone, belloque inſequutus eſt, peremptoque in dimicatione Pandone, ejuſque filiis Capua decedentibus, factus 6. Comes, urbem adminiſtravit, tenuitque comitatum per annos 12. & menſ. 9. Interruptis etenim vicibus bis Capuæ præfuit Comes ante adventum Ludovici Imper. Lotharii filii ann. 3. menſ. 9. ab anno ſcilicet 862. uſque ad annum 866. ac poſt deceſſum ejuſdem Imperatoris ab anno 871. uſque ad annum 879. ut ex Erchemperto, more ſuo eruditiſſimè in notis ad eundem, & Chronologia Comitum Capuæ inſinuat Camillus Peregrinus. Sub hoc temporis ſpatio ejus calliditas fruſtrator, Ludovicus enim Imp. qui Capuam obſedit, & obtinuit, ſuiſque Judicibus, ſive Primatibus ſingulis ferè menſibus regendam, atque in prædam tradidit, ſed Landulphus nil animo de-

ſtitutus, in amicitiam Imperatoris ſe inſinuavit, à quo auxilia in Sarracenos petiit & obtinuit, eoſque bello delevit; *Hoc enim* (verba ſunt Erchemperti) *ſolummodò memorabile bonum geſſit à die ortus ſui;* Tertio conſtituitur ejus in regno, ac temporis opportunitate uſus, ſe Primatem fieri, & Capuanam Eccleſiam ſuper omnes Ciſtyberinas exaltari metropolitana dignitate, Gauſeriumque Salernitanum Principem dejici ſtuduit, ſed nil aſſequutus eſt; mortuo enim Ludovico Imperat. & à ſuis nepotibus bello fatigatus, rerum viciſſitudini deſerviit, ejuſdemque Principis in eos advocavit auxilia, quibus mox concordavit. Obiit tandem penè impœnitens, & irreligioſus anno 879. 4. Idus Martii, ut Erchempertus ſcribit. *His quoque diebus jam factus Præſul percuſſus interiit: qua die ſuæ correctionis ab omnibus Presbyteris S. Benedicti cavallos expectabat, ut in barathrum non ſine equis eueret.* Superiùs ejuſdem Landulphi vitia, geſtave brevi in hæc verba conſcripſerat. *Fuit autem Landulphus, ut pollicitus fueram, ex natura prudens, ſed ex conſuetudine callidus, lubricus nimium & petulans, ambitioſior omni homine, & elatus ſupra quàm credi poteſt: Monachorum quoque infeſtor & prædo. De quibus in Tribunali tumidus ſedens ſolitus erat dicere circunſtantibus. Quotiens Monachum viſu cerno, ſemper mihi futura dies auſpicia triſtia ſubminiſtrat. Juſto valdè Dei judicio, ut ab eis incommoda toleraret, quos velut nefandiſſimos hoſtes exercebat, & perſequebatur, à quibus etiam in futuro torquendus erat. Principis quoque ſui deriſor, & perjurus, nepotumque ſuorum peroſor, quippè qui neminem dilexit, præter ſuæ carnis incentiva: pacem nunquam, nec in die obitus ſui, amplexatus eſt, ſic ubi fœdera facta ſenſit, totus ſe ſtrenuè injiciens, zizaniorum ſemina ſevit. Quod ſi cui incredibile videtur, animadvertat, quot vicibus Guaiferium fefellit, cui Prætor juravit, ipſumque ipſe Principem conſtituit. Multa enim libentiùs cupiebat captivari animas hominum innocentium, quàm vel parem eum habere, non dico ſeniorem, contra Apoſtoli præceptum agens, qui ait, ſubditi eſtote omni ditioni propter Deum, ſive regi, tanquam præcellenti, ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis. Et alibi. Non eſt poteſtas, niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt, itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. His igitur poſtpoſitis Eccleſiaſtica dogmata, juraque epiſcopalia contempſit; ſemiviros ſolummodò dilexit, eoſque cunctis prætulit, implevitque nihilominus propheſiam Iſaiæ: Effeminati dominabuntur eis. Hujus ergo facta viri minutatim explicare ſi voluero, facilius, ut reor, tempus abſumetur, quàm fandi ſermo terminetur; Tamen ſi quis medullitùs noſſe deſiderat, verſus à memet conſtructos requirat. Ante diem verò exitus ſui Capuam trium fratrum ſuorum filiis ita diviſit, ut omni tempore inter eos gladius rixæ nunquam cominodò abeſſet; & fateor, ſi quis corde non percipit, oculis videat:* Hæc ille. De quo in Hiſtoria ignoti Caſinenſis legitur. *Landolfus autem extitit ſuis civibus non ſolum Epiſcopus, ſed Comes & Judex, non ſolum Præſul, verùm etiam Gaſtaldius, neque tantum Pontifex, quin & veluti miles ſuper cunctos præerat.* Laudatur tamen à Joanne VIII. Papa, & magnæ auctoritatis fuiſſe cognoſcitur in ejuſdem ad ipſum ſcripta Epiſtola de expulſione Sarracenorum agente, quarum primam num 9. illarum libet hic exſcribere. Scripta eſt Epiſtola menſe Septembri, vel Octobri, inchoata jam indictione decima anno 876. Ita ſe habet. *Joannes Epiſcopus, Landulfo Epiſcopo Capuano. Sancta Romana Eccleſia, cujus Deo auctore, præſidemus regimini cunctis ab exordio ſibi fideliter ſervientibus, dignam in præſenti, & in futuro ſæculo ſolita eſt bonæ retributionis, reliquiſq; fidelibus ſuis utroq; modo ob veſtræ fidelitatis devotionem, quam illic poſiti plenè cognovimus per omnia, maternis viſceribus favebit in proximo. Siquidem noſſe volumus ſuæ religionis intentionem, quoniam Domino cooperante, Leone venerabili Epi-*

A *ſcopo nepote noſtro, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ eximio Apocriſario, aliiſque noſtris legatis, quos nuper direxeramus, à cariſſimo filio noſtro Carolo Auguſto reverſis, vobis ut poſt à ſecreto conſiliariis noſtris, ratum ducimus animi ejus, Deo inſpirante, circa Eccleſiarum, præſertim Romanæ, quæ caput eſt omnium, exultationem affectum patefacere: omne ſanè jus poteſtatis antiquitus attributum, capitulariter renovans in Conventu Epiſcoporum, ac optimatum inviolabiliter conceſſit habendum. Inter quæ de terræ veſtræ pacto, prout Chriſto Duce voluiſſemus ſtatuere, noſtro juri, poteſtatique commiſit, quatenus id, quod Pontificali ore nudis verbis diximus, operum oſtendamus patratione, & ut pro animæ veſtræ exhilaratione patrum .... ſtylus ſcribentis loquatur. Parate hoſpitium, qui cum novo hoſpitum agmine Dei gratia in veſtras partes ſumus venturi. Frœnum correctionis infidelibus, quantum valetis, imponite, fidelibus quoq; futuræ in proximum ſpei ſublevationem promittite. Domini Dei noſtri ſine intermiſſione*
B *hortor miſericordiam deprecemini, noſtramque adventum ſpectare veraciter.* Sediſſe in Capuana Sede Landulphum an. 22. ſcribit Monachus, ſed juxta certiorem calculum ſedit ille an. 28. in veteri, novaq; Capua; Cujus Præſulatus tempore, anno ſcilicet 969 reliquiæ S. Vincentii Martyris ex Hiſpania per duos Monachos Capuam tranſlatæ ſunt, teſte Baronio. Meminit Landulphi Anonymus Salernitanus part. 2. & Oſtienſis in Chronica.

31. LANDULPHUS II. Landonis Segnis ſeptimi Capuæ Comitis filius, demortuo Landulpho propatruo, admodum *a* adoleſcens in Capuanæ Eccleſiæ Sacerdotio canonicè ſucceſſit an. 879. à Joanne VIII. Papa confirmatus. Poſt duos menſes ab electione cum adhuc ex negligentia patris haud conſecrationis munus accepiſſet à Patruele Pandulpho Comite ex Epiſcopio expulſus in veteri Capua ad Sancti Stephani ſe recepit. Extat de hac re epiſtola ejuſdem Joannis Papæ 208. *Landulpho, &c.* Tunc ſuggerente Diabolo factum eſt ſchiſ- XXXII. *a Ut ex Jo. Epiſtola ex presbytero factus Epiſcopus eligitur.*
C ma, & diviſio Eccleſiæ & Epiſcopatus Capuani; Pandenulphus enim, ut Erchempertus tradit, odii & invidiæ in patruelem Landulphum electum, Landenulphum fratrem ſuum laicum inordinatè tondens Romam direxit, eumque à Joanne Papa multa prece depoſcens Epiſcopum fecit. Qua de re non parva inter parentes utrorumque Epiſcoporum diſcordia nata eſt, ita ut odium fieret, plurimo valens tempore. Denique Joannes Papa tali comperto flagitio, advenit Capuam, ut diſcordes ad concordiam revocaret, diviſione facta, utrunq; conſtituit, id eſt in Civitate Capuæ novæ Landenulphum Epiſcopum, Landulphum verò Epiſcopum Sanctæ Mariæ cognomento Suricorum conſecravit in Eccleſia Sancti Petri veteris, & facta pace inter eos, ſed paulum perdurante Romam reverſus eſt ad Sedem propriam: iterumque facta eſt inter eos diviſio, & Landulphus adeptum totum Epiſcopatum, fructus attributos Landenulpho uſurpare ſtuduit, qua de cauſa ſcripſit ad ipſum idem Joannes
D Papa epiſt. 248.

Reverendiſſimo & Sanctiſſimo Landulpho Epiſcopo Suricorum. Vera relatione comperimus, quod quicquid tempore conſecrationis tuæ in noſtro conſpectu de frugibus illius Eccleſiæ congrua deliberatione fuerat inter te, & Landenulphum Capuanum Epiſcopum diſtutum, tu, ingenti uſus temeritate violaveris: & quod nos juxta temporis qualitatem moderari decreveramus, tu adimplere neglexeris. Quo audito valdè noſter animus eſt commotus, quod tam audacter noſtra præcepta parvipenderis, & terminos paternos exceſſeris. Quapropter hujus noſtri Pontificii auctoritate, ab hujuſmodi te factione compeſcere volentes, præcipimus, & modis omnibus tibi injungimus, ut omni obſtinatione depoſita, quicquid nos illic poſiti inter te, & eundem Epiſcopum, vel illius fratrem Pandenulphum fidelem noſtrum de diviſione, vel frugibus illius Eccleſiæ deliberavimus, ſine mora adimplere procures. Hoc ſciens, quia

ſtati-

ſi aliter agere præſumpſeris, ſicut invaſorem rerum ſacrarum, et canonicis jaculis feriemus. Quod ſi aliquam querimoniam, aut juſtam excuſationem te habere confidis; tunc cum eodem Epiſcopo cauſam dicturus, jubemus, ut noſtram petas præſentiam; Nam nos præſenti Legato noſtro Vualperto Reverendiſſimo Epiſcopo dilecto Conſiliario noſtro præcipimus, ut ſi noſtra ſalubria monita adimplere contempſeris, ex noſtra auctoritate, te excommunicare procuret, quatenus ſicut prædiximus, Romam in noſtra præſentia, &c. Data 15. Kal. Auguſt. Indict. 13. anno 880. Ad hanc Epiſtolam notas adjecit Monachus, quas hic lubet exſcribere, cum maxime juvent ad Landulphi acta, cæteraque intelligenda.

Landulphus, (inquit) *qui dicitur Epiſcopus Suricorum et ſi egreſſus à Capua nova in Eccleſia S. Stephani Capuæ veteris habitabat, tamen quando à Papa Joanne conſecratus eſt Epiſcopus, non fuit conſecratus in illa Eccleſia S. Stephani, ſed in Eccleſia S. Petri, ut habet Erchempertus, cui conſentit Chronicum Caſinenſe. Cur ergo dictus eſt Epiſcopus Suricorum? Profecto hoc nomen Suricorum hac etiam ætate perſeverat in Eccleſia S. Mariæ Majoris Capuanæ Diœc. illa enim Eccleſia vulgari noſtro ſermone dicitur* Sancta Maria delli Surici, *ſeu,* delli Sulici; *imò cum Anonymus auctor manuſcripti Caſinenſis dicat, S. Mariam cognomento Suricorum, dictio illa cognomento videtur ſignificare vocabulum Suricorum fuiſſe proprium illius Eccleſiæ, & proinde qui hic dicitur Epiſcopus Suricorum, erat Epiſcopus reſidens in Eccleſia S. Mariæ Majoris. Concedendum igitur eſt (nec erit inter Auctores citatos ulla diverſitas) Landulphum, qui conſecratus eſt Epiſc. in S. Petro, paulò poſt ſuam conſecrationem, quando vidit Eccleſ. S. Petri à Saracenis combuſtam ad S. Mariam cognomento Suricorum Epiſcopium tranſtuliſſe. Sed qua de cauſa Eccleſia S. Mariæ hujuſmodi cognomentum ſortita fuit? Ego, omiſſo quod dicitur de leproſo filio Imperatoris ſanato Soricum linguis, opinor, extante Capua veteri tempore Barbarorum vicum appellatum Suricum ab aliquo viro, cui nomen erat Surus; ſicut in hac nova Capua fuit vicus Ojaldiſcus ab Ojaldiſcis & poſteris Ojaldi. Paſſim ubique in urbibus eſt invenire hujuſmodi vicorum nuncupatione. Hæc opinio, ſeu conjectura, quia nititur iis, quæ communiter evenire ſolent, mihi ſemper arriſit, quod enim dicitur de leproſo mundato ſoricum linguis, ut diximus in S. Symmacho, nullam prorſus habet probabilitatem, neque fidem antiqua tabella ſibi conciliare poteſt ex eo, quod muſivum illius Eccleſiæ habet ſorices; vix namq; eſt unus, & alter ſorex: qui cum non niſi magna oculorum adhibita diligentia cerni queant, neque ſint propè, aut verſus Imaginem B. Virginis, ſed longè, aliòve ſpectantes manifeſtum eſt ad ornatum poſitos eſſe, ſicut ad ornatum columbæ, oleæ, palmæ, flores, & id genus alia ibidem poſita ſunt, & ornatus cauſa: duos quoque ſorices propè vas florum in muſivo Cathedralis intueri licet. Ipſe vero Landenulphus non diu Epiſcopatum tenuit; nam Landulphus reddens ipſi vicem, ipſum expulit. Et quamquam manuſcriptum Caſinenſe citatum habet Landenulphum poſt quatuor annos à Landulpho expulſum; tamen quia extat epiſt. Joannis VIII. n. 289. quæ ad ſummum ſcripta fuit exſpirante indictione decima quinta, id eſt an. 882. menſe Auguſto, ſeu Septembri, oportet illum vix attigiſſe quartum annum. Quomodo autem facta ſit expulſio Landulphi, ſcribit Herempertus fol. 64. verba ſunt. Hoc facto, non multò poſt prædictus Præſul (Atanaſius Neapolitanus) unà cum filiis Landonis & filiis Landenolphi (conſanguineis Landulphi Epiſcopi, quibus ſpreto Pandenulpho ſociatus erat) ſuper Capuam advenit, dictamque Urbem obſidens affligebat. Qua neceſſitate compulſus Pandenolphus Radelgiſum Principem, cognatumq; ſuum in auxilium incitavit: is autem ſegnitie depoſita, mox Ajonem germanum ſuum advocans in Comitatu ſuo, Capuam expugnans (hoſtes nempe obſidentes eam) audacter ingreſſus eſt. Poſt hæc Ayo cum Beneventanis & Capuanis egrediens cum filiis Landenolphi Amalphitanos habentibus certamen iniit, & aliquandiu certatum eſt juxta portam urbis. Cumq; neutra pars alteri cederet, utræque acies ad ſua reverſæ ſunt. Redeunte itaque Radelgiſo ad propria, Athanaſius ad ſolita converſus arma, ſimulavit univerſos fratrueles pacifici, cohortatuſq; eſt eos, ut dato ſacramento ad alterutrum, omnes ingrederentur urbem, quaſi communiter habitaturi. Et Pandenolfus ab eodem Præſule juramentum accepit, ne ullas contra eum moliretur inſidias. Tunc omnes fratres in unum adunati, Capuam adierunt, dato prius Amphiteatro (dictum eo tempore Berelais, hodie Berlaſcium) eidem Athanaſio, & ille Guaiferio ad cohabitandum tradidit, ad perpetuum Capuanorum jurgium. Cum verò adeſſent univerſi, ut diximus, omnes juraverunt, ut pacifici, & ſine ulla moleſtia dicti viri intrarent ad commorandum. Pandenolfus autem recepit eos ovans, cum clericis veſte amictus candida. Illi autem mox ingreſſi initio apprehenderunt Pandonolfum, & Landenolfum fratrem ejus, quem ſupra deſcripſimus Epiſcopum cum omnibus conſentaneis, ſequacibus & fautoribus eorum, & hi omnes miſſi ſunt Neap. & uxores, filii, & filiæ miſſi ſunt illuc. Hactenus Herempertus. Pandenulphum, hic eſt Pandenulphus ille, qui in m. s. Caſinenſi dicitur Comes Capuæ poſt obitum Landulphi Comitis & Epiſc. Ad hunc Pandenulphum eſt epiſtola Joannis Papę VIII. qua ſignificatur Pontificem ipſum ſcripſiſſe Guaiferio Principi Salernitano, ut ab impugnandis Capuanis deſiſteret. Volo hic obiter adnotatum, Pandenulphum in epiſt. Joann. Papæ dici glorioſum Caſtaldum, quo etiam titulo in Epiſt. 289. appellatur Lando, qui Capuæ præerat. Ex Chron. Caſin. manifeſtè colligitur, titulum Caſtaldi fuiſſe minorem titulo Comitis: At ſi minor titulus, non minor poteſtas, ubi Caſtaldus dominabatur ipſe minor quidem, ſi regebat ipſe civitatem, cui Princeps, vel Comes dominabatur, Obſervavi Comitatum, & Caſtaldatum fuiſſe Longobardis à principio munera temporanea, ſed poſtmodum tranſiſſe titulos in hæreditatem.*

Indict. 13. *Is erat annus Domini* 880. *Hic eundem admoneo, eundem ipſum, qui dicitur Epiſcopus Suricorum, appellatur quoque Epiſcopum Berolaſis: extat enim Joannis Papæ VIII. epiſtola 170. ſcripta quidem an. 881. cum hujuſmodi præfixo titulo. Omnibus Epiſcopis Cajetam, Neapolim, Capuam, Berolaſim, & Amalphim, Beneventum & Salernum incolentibus. Eſt Berolaſis locus in Capua veteri ad Sanctum Stephanum, vulgari nuncupatione dictus etiam hodie* li Vorlaſci. *Anonymo Caſinenſi Berelais, Heremperto Berelaſis, Latinè loquentibus Amphitheatrum. Neque mirum, ſi Epiſcopus in Capua veteri conſtitutus, Suricorum, vel Berolaſis appellabatur, cum illis in vicis Capuæ veteris eſſent inſigniores Eccleſiæ. Landulphus Epiſcopus Suricorum, expulſo Landenulpho, à quo ipſe fuerat expulſus, integrum Epiſcopatum obtinuit. Ita ſupracitatum m. s. Caſinenſe: cui favet Titulus Epiſtolæ 289. in epiſtolis Papæ Joannis VIII. eſt ejuſmodi; Leoni Epiſcopo Thianenſi, Item Landulpho Epiſcopo, & Landoni Caſtaldio patri ejus. Agitur in illa epiſtola de negotio hominis Capuani. M. M.* Hactenus ille.

Agit de hoc ſchiſmate & Epiſcopatu æqua ſorte diviſo Erchempertus, Leo Oſtienſis lib. 5. cap. 43. Joannis Papæ Epiſtolæ, ex his Baronius ad annum 879. Porrò de eodem Landulpho refert idem Erchempertus illum ab Atenulpho patruo. qui Capuam urbem ſuæ ſubjecerat poteſtati, captum, & cuſtodiæ traditum fuiſſe circa annum Dom. 888. Quid deinceps factum de ipſo ſit, cum nulla alia de illo apud ejus ævi ſcriptores reperiatur mentio, prorſus ignoratur; potuit ille paulò poſt obiiſſe. Landulphi neptis fuit Gemma nata ex conſobrino Landulpho Beneventano Principe. Ea Gemma Athanaſii Epiſcopi Neapolitani filia, quæ uxor fuit Caroli Comitis Burgi-novi de Ficeclo in Etruria, ex veteri monumento Abbatiæ S. Salvatoris Ficeclenſis 3. Januar. an. 986. quam fundavit idem Carolus Comes. Gemma verò cum filio Lothario Comite eandem pluribus ditavit bonis. Hujus Gēmę non memi-

nere, qui de Capuanis, Beneventaniſque Principibus ſcripſerunt.

XXXIII. 32. LANDENULPHUS filius Pandonis, frater germanus Pandenulphi Comitis Capuæ, Landulphi primi Epiſcopi pronepos, Landulphi II. patruelis eodem anno 879. in ſchiſmate Neophytus, & conjugatus ordinatus eſt Epiſcopus Capuæ novę, ut ſupra in Landulpho ex Erchemperto ſcripſimus. Leo Oſtien. lib. 5. cap. 43. eadem fere commemorat de ejectione Landulphi, electione Landenulphi, eorumdemque ordinatione, ac diviſione Capuani Epiſcopatus, quæ omnia reſpondent iis, quæ ab Erchemperto, & in Epiſtolis Joannis VIII. recitantur. *His diebus*, inquit Oſtienſis, *expulſo Landulpho Epiſcopo Canonicè electo, Landenulphum quendam de ſuis nobilibus, conjugatum atq; Neophytum ſibi in Epiſcopum elegerunt, multiſque precibus jam dictum Papam fefellerunt, ut eis ille conſecraretur Epiſcopus. Quocirca Bertharius venerabilis Abbas Caſinenſis, & Leo Theanenſis Epiſc. Romam profecti Summum Pont. orabant, ne injuſtæ poſtulationis precibus ullis annueret, ex qua gravis populo ruina immineret, & multa effuſio ſanguinis conſequeretur. Atque ut apertius ſcias Apoſtolice* (inquit Abbas) *ſi id fieri permittas: magnum profectò ignem, qui te quoque corripiat, ſuccendes. Tunc ille primò tanti viri conſtantia territus; poſtmodum iniquitate prævalente Neophytum, hoc eſt, laicum hominem, ut petebatur, conſecrari permiſit. Hanc civilis diſcordię Sarraceni opportunitatem nacti, rurſus univerſa diripiunt, iterum cuncta populantur. Cujus rei gratia Apoſtolicus eſt Capuam venire coactus. Videns ipſi contigiſſe, quod noſter illi prædixerat Abbas: indoluit animo, ac pœnitentia ductus, Landulphum quem ſupra depulſum memoravimus, in Eccleſia B. Petri Apoſtoli Capuæ veteris ordinavit Epiſcopum. Landenulphum verò Capuanę Eccleſię præeſſe conſtituit, cunctumque Epiſcopatum mandavit inter utrumque æqua ſorte diſtribui*. Hæc Leo. His reſpondent ejuſdem Joannis Papæ epiſtolæ dum eodem tempore Landulphum, & Laodenulphum Capuanos oſtendunt Epiſcopos. Porrò Landenulphus paulò poſt ab Epiſc. Landulpho Capua expulſus, & fraude captus, Neapolim eod. Pandulpho fratre relegatus eſt; totum amiſit Epiſcopatum, adeo ut de illo nulla alia reperiatur mentio, neſciturque an idem ſit ille Landulphus Capuanus Epiſcopus, de quo Formoſus Papa in Epiſtola ad Stilianum pro Eccleſia Conſtantinopolitana, retinueritque iterum Epiſcopatum, ſive nudum nomen ſervaverit: legationem obiverit nomine ejuſdem Formoſi ad Conſtantinopolitanos ann. ſal. 891. de quo Baronius tom. 10.

XXIV. 33. OTHO hujus Eccleſiæ Præſul fuit; tempus verò quo ille ſederit, vel quando obierit, ignoratur; creditur tamen hanc illa rexiſſe Eccleſiam poſt Landulphum ſecundum, ut ex epigrammate in muſivo exarato in Cathedrali, quam conſecravit, legitur.

Condidit hanc aulam Laudulfus, & Otho beavit,
Mœnia, res, morem, vitreum dedit Ugo decorem.

De eodem Othone extat aliud epigramma in parva porta Aquilonari.

Hæc plus Antiſtes cleri lux Otho patravit
Eccleſiæque pater res, mores amplificavit.

XXV. 34. VGO ſucceſſor Othonis muſivum ornamentum addidit Cathedrali Eccleſiæ, ut ex eodem Epigrammate notatur in Othone.

XXVI. 35. PETRUS electus memoratur in regiſtro Petri Diaconi apud Caſinum, legitur ibi, Petrum electum Capuæ anno 928. obtinuiſſe à Landulpho, & Atenulpho Principibus confirmationem Abbatiæ cuidam Abbati Joanni ut tradit Monachus in recognitione.

XXXVII. 36. SICO floruit tempore Marini Papæ II. anno 943. Hujus meminit Chron. Caſin. lib. 1. c. 60. agitur ibi de contentione Siconis Epiſcopi Capuani cum Caſinenſibus de Eccleſia S. Angeli, quæ tunc ad Arcum Dianæ appellabatur, templum enim ejuſdem Dianæ inibi fuit, nunc verò ad Formam dicitur; contentionem dirimit Marinus Papa, mandavitq; Eccleſiam cuſtodiæ & poteſtati Monaſterii S. Benedicti, quod tunc Capua erat perpetuo permanere.

37. ADELBERTUS egregius Capuanę Eccleſiæ Epiſcopus anno Dom. 949. defuncto Majelporto Caſinenſi Abbate, cum conveniſſet in Capitulo Monaſterii Capuani cum Alderico Epiſcopo, Leone S. Vincentii ad Vulturnum Abbate, nec non cum aliis nobiliſſimis judicibus ejuſdem Civitatis 8. Kal. Novemb. Caſinenſis Abbas Aligerius ab univerſis Monachis ejuſdem Monaſterii, Adelberto, iiſque omnibus annuentibus cum gaudio & lætitia electus eſt. Sic Oſtienſis lib. 1. cap. 56. & hæc tantum de Adelberto ad poſteros pervenit memoria. XXXVIII.

38. SYMMACHUS a Epiſcopus Capuanus, quem ſanctitatis titulo notat vetus m. s. Kalendarium Capuani, Theſaurarii 11. Kal. Novemb. Hic ferè à fundamentis excitavit Eccleſiam S. Mariæ Majoris, & in ea poſt obitum repoſitus, & anniverſario feſto recolitur: cujus nomen in abſide per girum exaratum legitur in muſivo SANCTA MARIA, SYMMACHUS EPISCOPUS.

a Hic referendus ad primam temp. Vide Acta Junii t. 4. p. 209.

At verò quonam tempore Symmachus vixerit, nihil certi afferri poſſe exiſtimat Michael Monachus. *Ego igitur*, ait, *mihi videor arbitrari poſſe Sanctum Symmachum vixiſſe poſt ann. 900. & fortaſſe circa annum* 950. De Eccleſia S. Mariæ Majoris plura affert idem Monachus, quam antiquiſſimam fuiſſe probat, nec à Symmacho exædificatam, ut aliqui ſcribunt, ſed amplificatam. Idemq; admonet hoc nomen Sanctus Symmachus vulgo proferri *Sancto Simmio*, ut agnoſcamus non tantùm in Eccleſia S. Mariæ Majoris, ſed etiam intra Capuam novam S. Symmachi memoriam eſſe cultam. Erat hic parvulum Oratorium dictum de Sancto Simio ſuperioribus annis, neſcio cur profanatum; ipſa tamen ædicula adhuc integra perſeverat, & eſt illa, quam propè ab aquæductu primus fons emanat. Capuani itaque Cives Epiſcopo Capuano in Eccleſia S. Mariæ Majoris depoſito memoriam intra mœnia Civitatis conſecraverunt. Hujus quoque, nec alterius Symmachi credam fuiſſe Eccleſiam Sancti Symmachi in Diœceſi Calvenſi, Capuano Archiepiſcopo ſubditam, ut legimus in Bulla Alexandri Papæ anno 1173. & Theſauro unitam, ut in Inſtrumento Theſauri anno 1445. nec non Eccleſiam in loco, qui propè villam Curtium corruptè dicebatur S. Simbrio anno 1344. hæc ille de Symmachi veneratione apud Capuanos. Cæterum in recognitione Sanctuarii p. 39. n. 45. addit de Symmacho. *Si quis unquam, vel certa ratione motus, vel probabili ductus conjectura putaverit S. Symmachi nomen inter Epiſcopos veteris Capuæ numerandum, ego jam nunc libenter adhæreo. Et is cogitet rogo, num S. Symmachus videri poſſit eſſe ille Symmachus, qui S. Paulino Epiſcopo Nolæ morienti legitur adfuiſſe*. Hac tempeſtate vetuſtum Benedictinorum Cœnobium Capuæ S. Joannis Baptiſtæ conſtructum eſt an. 967. de quo Monachus in Sanctuario. *Landulphus Gaſtaldus Capuæ poſt uxoris Aloaræ, filiorumq; Landolfi, & Adenolfi mortem, morti & ipſe proximus teſtamentum condidit, ſcriptiſque in eo legatis, Tumellæ libertæ ſuæ, & Offæ naturali filiæ ſuæ, & Atæ filiæ legitimæ, & naturali nuptæ jam Vxori filii Sadelfridi Judicis Heredes inſtituit duos, qui ſibi ſupererant filios, Landonem Diaconum, & Paldolfum; expreſſè cavit, ut ſi fortè inſtituti hæredes abſque legitimis liberis deceſſiſſent, Abbas Monaſterii S. Benedicti in monte Caſino, in illa ipſa domo, in qua teſtator ipſe tunc reſidebat Monaſterium ſub vocabulo S. Joannis Baptiſtæ conſtrueret, cui ſua teſtator omnia bona, quæ & Capuæ, extraque, & ubique erant, eſſent addicta: Monaſterium verò cum bonis in Caſinenſis Abbatis dominio, & poteſtate permaneret. Caſus evenit: Landulphus, &*

de-

deinde inſtituti hæredes filii liberis non ſuperſtitibus obierunt. Quare Aligernus Abbas Caſinenſis Monaſterium Puellarum S. Joannis Baptiſtæ nuncupatum erexit, Sichelgardam in eo Abbatiſſam ordinavit, & anno vigeſimo quarto Principatus Domini Paldolfi Capoſcerei menſe Martio 10. Indict. qui erat annus Chriſti 967. omnia quæ fuerant Landolfi Caſtaldi bona, S. Joannis Monaſterium recuperavit.

CAPUANI

ARCHIEPISCOPI.

XX XIX. 1. JOANNES Landulphi filius, Pandulphi cognomento Caputſerri germanus frater, poſtremus fuit Capuæ Epiſcopus, ejuſdemque Eccleſiæ primus Archiepiſcopus. Joannes enim XIII. Pontifex à Romanis pulſus, & in exilium actus Capuam cum veniſſet, & à Pandulpho Principe liberaliſſimè fuiſſet exceptus, ejuſdemque Pontifex precibus excitatus, tanquam relaturus haud impares gratias Archiepiſcopatus dignitate illam ornavit anno ſalutis 968. cui tradidit cum multis aliis civitatibus Epiſcopatum Atinenſem, ut ſcribit Chron. ejuſdem Eccleſiæ. Hæc primum in toto Neapolitano Regno inſtituta dignitas ceſſit in Joannem ab eodem Joanne conſecratum, ut Leo Oſtien. lib. 2. Chron. Caſin. cap. 9. Jo. Monachus, Chron. S. Vincentii de Vulturno lib. 2. Romualdus Salernitanus in Chron. Atinenſis Eccleſiæ monumenta & Baronius tom. 10. Annal. Eccl. ad ann. 968. qui ſuperaddit primam omnium (quod invenerim) Eccleſiam Capuanam ea Archiepiſcopatus dignitate in Regno Neapolitano fuiſſe illuſtratam. Deceſſit poſtea Joannes ex hac mortali vita anno 974. cum præfuiſſet annis plus minus ſex, ſumma, ut creditur cum laude prudentiæ.

XL 2. LEO Venerabilis Monachus Caſinenſis eligitur ſecundus Capuanæ Eccleſię Archiepiſcopus anno 974. ſedit annis quatuor cum dimidio. Obiit verò anno 978. ejus obitus dies memoratur 7. Id. Aug. in veteri Emortuali Caſinenſi, de quo Oſtien. in Chron. lib. 2. cap. 9.

XLI. 3. GERBERTUS Caſinenſis Monachus Leoni ſuffectus eſt anno 978. quo anno in Epiſcopum Cajacenſem ordinavit Sanctum Stephanum. Non diù Pontifex fuit, cum anno 980. exceſſiſſet è vivis 12. Kal. Febr. eo ipſo tempore, quo S. Nilus Capuam venerat, mortuuſque eſt eodem tempore Pandulphus Capoſerreus Capuæ Princeps, ut in actis ejuſdem Sancti Nili habetur. De Gerberto idem Leo Oſtien. in Chron. loco ſupra relato in Leone.

XLII. 4. ADENULPHUS Capuanam Eccleſiam cępit regere poſt Gerbertum anno 981. cujus meminit diploma, quo Monaſterium S. Laurentii Averſæ ab Archiepiſcopali juriſdictione exemit, propterea quod Aloara, & Landenulphus ejus filius Principes illud ædificaverant. Diplomatis initium. *In nomine Domini Dei Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti Anno ab Incarnatione Domini 986. & quarto anno Landenolphi excellentiſſimi Principis menſe Aprili, 14. Indict. nec non & quinta anno Domini Adenolphi egregii Archipræſulis, qui Deo favente Sanctæ Capuanæ Sedis Archipræſul conſecratus eſt, &c.* De quo Capacc. in Catal. Huic Monaſterio præfuit aliquando S. Aldemanus Capuanus Monachus Caſinenſis, cujus corpus jacet in Cœnobio à ſe conſtructo prope Teate in Marrucinis, cujus vitam ſcripſit Petrus Diacon. Caſin. quæ refertur à Monacho in ſuo Capuano Sanctuario.

XLIII 5. AJO ſuffectus eſt Adenulpho circa an. Dom. 990. Hic cum Landenulphi Principis propemodum pater eſſet, ejuſdem necem miſerabili mœrore pro-

A priis uſurpavit oculis, eoque apud S. Marcellum à Capuanis extincto, ſuæ conſuluit ſaluti, aufugitque ad Divi Benedicti cœnobium, ubi non multo poſt veneno à Capuanis propinato interiit, ſepultuſque eſt ante regiam ſecretarii ejuſdem Eccleſiæ. Contigit mors Landulphi ann. ſal. 993. quinta feria in albis Paſchæ Domini, hoc eſt 12. Kal. Maii, ut in atiquo Emortuali. Meminit ejuſdem Oſtien. lib. 2. c. ... & Auctuarium ad Chron. Comitum Capuæ in hæc verba. *Concilium fecerunt Capuani, qualiter interficerent Landenolphum Principem filium Pandolphi cnimis Principis, quod & fecerunt. Nam dum procederent ad S. Marcellum, peractis miſſarum ſolemniis à Præſule ejuſdem civitatis Ajo nomine, egreſſus prædictus Princeps foras Eccleſiam, inſurrexerunt in eum (proh dolor) cum gladiis & fuſtibus, & interfecerunt eum, atque exutum veſtibus nudum in platea eum reliquerunt. Quem rapientes Monachi ex Monaſterio S. Benedicti, in eodem Monaſterio ante ſecretarium eum ſepelierunt. Archiepiſcopus verò ſu-*

B *pradictus fugit in jam dicto Monaſteriolo, quem etiam poſtea ibidem jam dicti Capuanites veneno peremerunt, ſepultuſque eſt ante regiam ſecretarii. Sed Omnipotens Deus illis, qui hunc innocentem peremerant Principem, oſtendere eſt dignatus, quia in ſuo eum regno recepit. Nam quadam die claudus quidam ad ejus ſepulchrum veniens, obnixè Chriſtum rogare cępit, atque in interceſſione Domini Landenulphi Principis, cujus corpus illic requieſcebat, qui etiam ſine cauſa à ſuis occiſus fuerat, ut ei priſtinam ſanitatem reddere dignaretur. Mira res! ſtatim ſuper eodem ſepulchro ſoporatus, totam quietavit noctem: Manè autem facto ita ſanus ſurrexit, ac ſi nullam debilitatem membrorum unquam habuiſſet.* Hæc ille. In ſerie verò Comitum Capuæ cum Auctuario, quam publici juris fecit Peregrinus hæc eadem commemorantur; additur tamen de reddita ſanitate claudo, *per interceſſionem Dom. Landonolphi Principis* & martyris, deeſt ex vulgi ſermone; nam *martyrium* ait D. Auguſt. ep. 61. *non facit pœna, ſed*

C *cauſa*. De iis verò, quæ deinceps evenerunt Capuanis in vindictam Landenulphi ſcribit Oſtien. eodem capite, ſed alio ordine hæc evenere quàm tradat Oſtienſis, ut refert ſeries Comitum Capuæ apud eundem Peregrinum. Cæterùm in Principatu Capuano Landenulpho ſucceſſit Laydolphus frater ejus Comes Theani, qui necem fratris vindicavit. Princeps fuit Capuæ Landenulphus cum matre Aloara ab anno 982. ad annum uſque 993. quo à ſuis occiſus fuit, elapſis menſibus quatuor à matris obitu, quæ obiit 2. Non. Decembris ann. 992. fuitque filia Petri Comitis, & uxor Pandulphi primi, cognomento Caputſerri, de qua Oſtien. lib. 2. c. 10.

6. HYBALDUS ſucceſſiſſe creditur Ajo eodem XLIV
ann. 993. ejus mentio habetur in Chron. S. Vincentii de Vulturno, vixit enim temporibus Roſridi ejuſdem Monaſterii Abbatis, qui obiit anno 998. („ *quo anno Concilio Romano interfuit, in cujus Patrum Catalogo Giſlebardus, & in aliquibus codicibus Giſebardus nuncupatur.*)

D 7. PANDULFUS, cujus Præſulatus tempore XLV.
Sanctus Stephanus Cajacenſis Epiſcopus anno D. 1007. ſtetit Synodo Capuæ celebratæ ab eodem Archipræſule, ut in Stephano infra videbimus. Fato ceſſit Pandulphus ſequenti anno 10. Kal. Martii ex monumentis Eccleſiæ Cajacenſis, & veteri Kalendario S. Joannis Capuæ.

8. ADENULPHUS, vel Athenulphus hujus XLVI
nominis ſecundus ſtatim Pandulpho ſucceſſit. Vir fuit ſanè doctus, & eloquens, ſive ſoluta oratione, ſive luderet carmine. Sacrum S. Martyris Marci Epiſcopi Atinenſis officium verſibus Leoninis complexus eſt, inventionem quoque ejuſdem hexametris & pentametris, vitamque ejuſdem ad Clerum Atinenſem conſcripſit; quæ m. s. extant apud me: quorum initium. *Aeterni Regis diſciplinam ſequentibus univerſis in Chriſto in S. Dei Genitricis Eccleſia vitam angelicam exercentibus, Adenulphus Capuanæ Sedis Archiepiſcopus, calculum candidum à*

A *Jeſu Chriſto Domino feliciter promoveri in unitate fidei mirabiliter congregari*. 1013. Adenulphus Vicarius Papæ erat in Capuana provincia, & anno 1032. in Sueſſana Eccleſia Benedictum Epiſcopum conſecravit anno 25. ſui Præſulatus. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, trigeſimo ſecundo anno Principatus Domini Paldolfi, & vigeſimo octavo Principatus Domini Paldolfi ejus filii, glorioſis principibus, & primo anno Principatus Domini Laudolfi. . . . ac nepos ſuperius dicti Domini Paldolfi magni, & excellentiſſimi Principis menſe Martio quintadecima indictione. Adenulphus divina favente gratia humilis Archipræſul, Clero, & Ordini, & Plebi civitatis Sueſſanæ Eccleſiæ, &c.* Integrum diploma dabimus infra io Sueſſanorum Epiſcoporum ſerie; ex eo annus primus Adenulphi Præſulatus deducitur 1008. Tradit Oſtien. lib. 2. c. 62. Adenulphum injectum in carcerem fuiſſe à Pandulpho cognomento Malo, indè à Coorado Cæſare liberatum, ſuæ reſtitutum ſedi anno 1038. quo, in die Pentecoſtes idem Conradus Capuæ coronatus eſt Rex, vel anno ſuperiori, ut habet Anonymus Caſinenſis: tunc peſſimus
B Pandolfus in Sanctum Archipræſulem patrati criminis pœnas luit, cum à Conrado, è Principatu deturbatus Conſtantinopolim à Græco Auguſto ad dignitatem, Principatumq; recuperandum ſuppetias petiturus aufugiſſet, quas Conradus Guaimario Salernitano Principi dono dederat. Verùm ab Imperatore relegatus io partibus illis manſit uſque ad obitum ejuſdem Michaelis Imp. anno 1041. poſt quem annum Paldolfus in armis fuit uſq; ad annum 1047. quo Guaimario renunciante, cum filio Landulpho amiſſum recuperavit Principatum, ac tandem miſerè obiit anno 1050. Hujus impietate nil famoſius in Oſtienſi legitur. At in tumulo ejus, quod extat Capuæ in Eccleſia S. Benedicti, non fuit lautior eo. Sic lego.

C
Terrigenum primis pomo vetito male pactis,
Heu mortis jaculo ſternitur omnis homo.
Quo foſſus telo tumulo tumulatur in iſto
Princeps Pandulphus Principe patre ſatus.
A magnis proavis ceu Lucifer orbe refulſit,
Vt ſol à propriis viribus enituit.
Namque Dei regnum ſtatuit ſibi quærere primùm,
Indè ſtudens mundo non fuit abſque Deo.
Nullus mortalis fuit hoc præſtantior armis,
Conſilio melior non erat alter eo.
Fractus perverſis, exaltatuſque ſecundis
Non fuit; ejus enim ſpes erat in Domino.
In verbo ſtabilis, verus & fidus amicis,
Et ſibi ſubjecto blandus erat populo.
Alloquio facilis concivibus, & peregrinis,
Largior in dando non fuit ullus eo.
Semper & elatos preſſit, domuitque ſuperbos,
Aſt humiles coluit, fovit amore Dei.
Exilium paſſus fuit hic vir tam venerandus,
Sed Deus ipſe ſuo reſtituit ſolio.
Ante bonus fuerat, melior tunc eſſe ſtudebat,
Cum mortis jaculo tollitur è medio.
D *Dena dies . . . . ſine menſis duodeni*
Vitæ præſentis terminus huic hominis.
Plus unum bis ſex vixit quinquennia, menſes,
Septem necne decem ſolibus atque novem.
Vt merearis idem dici, Lector, tibi tandem,
Dic flexis genibus, huic miſerere Deus.

Pandolphus iſte Capuæ Princeps hujus nominis fuit quartus, filius Pandolphi 2. Principis Beneventi, natus 6. Non. Julii an. 988. obiit menſe 12. hoc eſt Februarii. Cæterùm Adenulphus Archipræſul in Atinenſi Eccleſia ſuffraganea Leonem conſecravit Epiſcopum anno 1044. Adhuc in vivis erat Adenulphus anno 1056. ut idem Leo teſtatur in ſuo diplomate donationis factæ Clericis Atinenſis Eccleſiæ, cujus initium *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ann. ab Incarnatione ejus milleſimo quinquageſimo ſexto menſe Julio, Ind. 8. reſidente in urbe*

A *Roma ſummo & univerſali Pontifice Domino Papa Victore, & imperante Domino Conrado piiſſimo Imperatore, & Capuanam Eccleſiam gubernante Domino Adenulfo Archiepiſcopo, Nos Leo divina gratia diſpenſante Eccleſiæ Atinenſis Epiſcopus, &c.* Integrum diploma leges in Atinenſi Chronica ad calcem primi a noſtri tomi excuſum. De Adenulfo nullam ulteriùs mentionem, nec annum habemus neque diem, quibus ex hac mortali vita exceſſerit digniſſimus Archipræſul, ante tamen ann. 1059. oportet obiiſſe poſt ann. 50. ſui Præſulatus.

a Nos illud in tomi decimi rejecimus.

9. NICEPHORUS Capuanus Archiepiſcopus poſt Adenulphum collocatur à Monacho; annus quo vixerit ignoratur; dies tamen obitus ejus 14. Septemb. recenſetur in Kalendario Monialium S. Mariæ. Cæterum ſi Nicephorus ſucceſſit Adenulpho, illum ad eam dignitatem vocatum fuiſſe poſt annum 1056. exceſſiſſe verò ante annum 1059. omnino fatendum eſt. Nec diu Pontifex fuit ſi Adenulpho ſucceſſit, quod quidem non ſatis conſtat. XLVII.

B 10. HILDEBRANDUS, quem aliqui Vldericum appellant, interfuit Concilio Romano à Nicolao II. coacto anno 1059. & Synodo Romæ celebratæ ſub Alexandro II. anno 1063. in qua convictus, quod contra privilegium ejuſdem Pontificis Caſinenſibus datum murmuraſſet, veniam rogavit, ac liberaliter impetravit, de quo Oſtien. lib. 3. c. 24. ex quo Baronius tom. 11. anno 1065. commutationem fecit de Eccleſia S. Joannis Adrepaldi, ubi Richardus Princeps Monaſterium conſtruxit, cui datus eſt Abbas nomine Capuanus: idem deinde Princeps Monaſterium donavit, ac ſubdidit Caſinenſi Cœnobio, ac Deſiderio Abbati; hinc factum fuit, ut monaſterio S. Angeli, non Abbates, ſed Præpoſiti a Caſinenſi Abbate præficerentur, de qua Eccleſia & commutatione vetus documentum ejuſdem Monaſterii. *Frater Azo Monachus Caſinenſis, & præpoſitus Monaſterii S. Angeli in formis propè Capuam, & Conventus ejuſdem Monaſterii ſalutem* XLVIII.
C *in Domino. Invenimus Eccl. S. Angeli Ojadoſcos de Capua immediatè ad nos & ad noſtrum Monaſterium pertinere. Et quod Princeps Richardus Capuanorum Princeps, datu Venerabili patri Domino Hildebrando Archiepiſcopo Capuano Eccleſia S. Joannis Adpaldi, quæ nunc dicitur Nobilium, accepit dictam Eccleſiam in commutationem ab eodem Domino Archiepiſcopo, cujus oblationem conceſſerunt, & confirmaverunt Jordanus, & ſecundus Richardus, necnon & ceteri Principes Capuani, & Sanctiſſimus Papa Gregorius*. Chronicon verò Caſinen. lib. 3. cap. 37. ſic commemorat. *Richardus Princeps per præceptum obtulit Beato Benedicto Eccleſiam S. Angeli, quæ nuncupatur ad formas, de qua ſuperius, tempore ſcilicet Balduini Abbatis, qualiter à Martino Papa conceſſa ſit, pleniùs ſcripſimus. Sed quia Capuanus Archiepiſcopus illam eo tempore retinebat, præfatus Princeps cupiens ibidem facere Monaſterium, ante ſeptem circiter annos cum eo concambium fecit, data pro ipſa alia Eccleſia, vocabulo S. Joannis de Landepaldi, quæ tunc temporis palatio pertinebat, cum or-*
D *namentis, & libris non paucis, & univerſis rebus, ac pertinentiis ejus, receptis ab eodem Archiepiſcopo, Eccl. S. Angeli cum tribus aliis Eccleſiis jam vetuſtate conſumptis, ideſt Sancti Salvatoris, S. Joannis, & S. Hilarii, & cum omnibus ad eaſdem Eccl. pertinentibus, ſexaginta auri librarum pœna appoſita, ſi aliquando Archiepiſcopus, vel alius ſucceſſorum id removere voluiſſet. Quo facto conceſſit in eodem loco Eccleſiam S. Angeli de faldiſcos intra Capuam cum omnibus pertinentiis ſuis; nec non & quicquid palatio pertinebat in toto Sarzano cum univerſis ibi habitantibus Villanis, & omnia, quæ ibi pertinerent Gregorio Comiti Palatii, & Petro filio Doſerii in loco S. Eraſmi. Cum omnibus itaque his, & cum univerſis pertinentiis ſimul, & cum chartula commutationis, quam à prædicto Archiepiſcopo exinde receperat in hoc Caſinenſi Cœnobio prædictam Eccleſiam obtulit. Et quoniam locus idem valdè amœnus, & ſatis aptus Monaſterio erat, rogavit humiliter Deſi-*

de-

derium, ut pro amore ſuo ſpecialiter indè ſtuderet, quod & fecit de Monaſterio Albonetæ integram omnium mobilium medietatem, etiam ejuſdem loci Monachorum illuc tranſmitteat: cœpitque Deſiderius illud ædificare ex integro, tam ſpecioſè, quemadmodum hodie cernitur: ubi etiam intra breve tempus quadraginta, & eò amplius Monachos regulariter victuros coagregavit. Hæc Chronic. Ea Eccleſia Sancti Angeli ad formam conſtat ibidem fuiſſe ante annum 943. quando, vel à quo ædificata fuerit, ignoratur. Fortaſſe eam condiderunt Longobardi Michaeli Archangelo addictiſſimi poſt ejuſdem Archangeli in Monte Gargano apparitionem. Idem Hildebrandus Alexandrum II. Capuæ hoſpitio excepit anno 1068. Conſecrationi Caſinenſis Eccleſiæ ab eodem Pontifice celebratæ anno 1072. non abfuit, ſubſcripſitque diplomati. Mortuus eſt paulò poſt, annus tamen ignoratur, non dies, quæ in Kalendario S. Mariæ 4. Nonas Maji notatur. Ad hunc Gregorii VII. extant aliquot epiſtolæ in tertio volumine epiſt. decretalium.

XLIX 11 HERVEUS Gregorii VII. Papæ temporibus, imò in ipſo Pontificatus initio declaratus eſt Archiepiſcopus Capuanus anno 1073. quo Capuam eundem Pontificem venientem lætus excepit, Gregorius verò à Richardo Principe Capuano fidelitatis juramentum exegit, apud quem Clerici Capuanæ Eccleſiæ cum Caſinenſibus Monachis de Eccleſia S. Angeli ad formam decertarunt: hujus controverſiæ meminit Oſtienſis lib. 3. cap. 42. quæ tandem ad favorem Caſinenſium, judice ipſo Herveo ceſſit. In majori Capuana Eccleſia hoc reliquum eſt hujus Præſulis monumentum.

Auxit opes, mores, clerum quoque, res & honores.
Præſulis Hervei lux fulgida luce diei.

Ad hunc Hervaum extat Epiſtola ejuſdem Gregorii num. 25. lib. 9. ſcripta anno 1082. Ad hæc addit Monachus in recognitione Iſernienſis Eccleſiæ; adhuc ſervatur diploma, per quod Herveus jure ſuo metropolitico aſſenſum præbuit, ut Comes illa in civitate puellare Cœnobium in Iſernienſi tamen juriſdictione permanſurum extruere poſſet. Diploma datum eſt anno 1080. ſubſcripſit etiam Sichenolfus Archidiaconus anno 1087. Victor III. electioni pridem a Cardinalibus factæ Capuæ coacto concilio conſenſum præbuit, & Pontificatum iniit.

L. 12 ROBERTUS poſt Herveum in Sede Capuana jus diu dixit, cujus mentio habetur anno 1088. in monumentis ejuſdem Eccleſiæ.

LI. 13 SENNES Capuanæ Eccleſiæ eligitur Archipræſul an. 1097. quo anno Urbanus II. aliquandiù moratus eſt Capuæ, & favorabile Caſinenſibus diploma dedit. Vir fuit Sennes omni laude digniſſimus, niſi aliquandò illum cæca deturpaſſet ambitio; etenim cum Bruno Signinus Epiſcopus in gratiam Caſinenſium Monachorum Eccleſiam S. Nicolai, quæ erat Capella S. Angeli ad formam, dedicaſſet anno 1099. poſtridie Sennes armata Capuanorum manu Eccleſiam violandam, altare deſtruendum, & Sanctorum reliquias ad ſe afferendas curavit; quare in Romana Synodo coram Paſchale II. anno 1102 celebrata, accuſatus, & convictus ſacrilegii ſententiam ſubiit, ac cum clero, populoque Capuano ſatisfacere coactus fuit; id humiliter egit: rem geſtam narrat Petrus Diac. lib 4. c. 28. Poſt hæc Sennes Vaſtallenſi Concilio interfuit anno 1106. Caſertanæ Eccleſiæ Diœceſim diſtinxit, ut in ejus gratioſo diplomate, infra recitando continetur. Scriptum eſt diploma anno 1113. in quo ſe attitulavit Legatum Apoſtolicæ Sedis, ac in Principatu Capuano Papæ Vicarium. Præſens fuit conſecrationi Gelaſii II. Papæ apud Cajetam anno 1118. quo mortali huic vitæ vale dixit 13. Kal. Decemb. cum ſediſſet ann. 22. quem juſta Dei vindicta detruſum fuiſſe illum in purgatorias, ulciſceſque flammas, precibuſque, ac ſacrificiis Joannis de Ravenna, & Joannis de S. Angelo Caſinenſium Monachorum abſolutum narrat auctor vitæ ejuſdem Joannis de Ravenna in hæc verba. *Tempore præfati Abbatis (Gerardi) dum Sennes Capuanæ Eccleſiæ Præſul defunctus eſſet, ipſe Archiepiſcopus per viſum Abbati apparuit, cui Abbas ait: Num Sennes ille Capuanæ Sedis Epiſcopus tues, qui nuper defunctus eſt? Cui ille. Ego ille ſum. Abbas inquit, quomodo tibi nunc eſt? Ille verò, diu (inquit) eſt, cum ignis cruciatibus torqueor: ſed ſi Joanni de Ravenna, & Joanni de S. Angelo, quorum preces & ſuffragia, ſicut incenſum in conſpectu Dei redolent, præceperis, ut pro me Redemptoris omnium hoſtiam ſalutarem offerant, his ſtatim eripiar cruciatibus. Quod cum illis Abbas juſſiſſet, ac in ara vivificam hoſtiam obtuliſſent, iterum apparens, gratias pro tanto ſibi munere impenſo retulit, quibus dictis illicò evanuit*. Eo Archipræſule Capuæ celebrata eſt ſynodus à Gelaſio II. anno 1118. cujus acta temporis injuria perierunt.

14 OTHO hujus nominis ſecundus, qui & Octodonus dicitur, ſucceſſit Senneti anno 1119. vel fine anni præcedentis: hujus meminit Chronic. Caſin. lib. 4. cap. 69. Teſtis fuit donationi Jordani Capuani Principis factæ Eccleſiæ Puteolanæ anno 1121. Hic teſte Falcone, Beneventum, præſente Honorio II. Papa in Capuana Metropoli Robertum de Surrento Principem Capuanum inunxit anno 1127. ſuperiori verò anno ſubſcripſerat diplomati ejuſdem Honorii Rogerio Piſano Archiepiſcopo; ejuſque ſucceſſoribus conceſſo: de quo deinceps nulla alia mentio habetur. Creditur obiiſſe anno 1128. LII.

15 PHILIPPUS delectus eſt Archiepiſcopus in Othonis locum anno 1128. qui cum Rogerio Beneventano, Joanne Salernitano Archiepiſcopis, aliiſque Prælatis, ac proceribus Rogerii Regis coronationi adfuit, quæ celebrata Panormi eſt anno 1129. de qua Fazellus Dec. 2. lib. 6. Hunc quidam modernus Cremonenſis ſcriptor vult fuiſſe patria Cremonenſem ex familia Ciria. LIII

16 HUGO Archipræſul erat anno 1130. Is cum aliis Epiſcopis in ſchiſmate contra legitimum Pontificem Innocentium II. Anacleto Antipapæ adhæſit. Simoniaci criminis deinde damnatus juſtiſſimâ depoſitionis tulit ſententiam ann. 1135. Meminit facti Alexander Abbas Celeſinus lib. 3. rerum geſtarum Rogerii Siciliæ Regis. Impetraverat Hugo reſcriptum ab Anacleto, quo Monaſterium Sancti Joannis, Caſinenſi Cœnobio obnoxium, ſuæ ipſius ſubjiciebatur poteſtati; ſed reclamante Abbatiſſa, Anacletus videns ſe ab Ugone deceptum, altero cuſo reſcripto primum revocavit. Cæterum Hugo, veluti de eodem Monaſterio S. Joannis bene meritus, nomen meruit in Kalendario mortuorum die 18. Februarii, qua ſcilicet die migravit è vita. LIV.

17 GUILLELMUS *a*, nobilis Ravennas, vir in divinis humaniſque rebus ſcientia clarus, Rogerio Regi in paucis charus, à Capuanis laicis, clericiſque in admoti Hugonis locum Abbate Celeſino teſte in Capuana Sede, eodem Rege mandante anno 1135. intruditur, ſolemnique pompa cum Anfuſo Principe Rogerii filio Capuam ingreſſus eſt, qui cum ab Innocentio illegitimus deinde Archipræſul declaratus eſſet, ab eodem demum Salernitano Archiepiſcopatu ornatus eſt an. 1138. de quo ibi.

a Omittendus hic, utpote intruſus.

18 GAUFRIDUS *Le* Roux, Gallus, Dolenſis Epiſcopus, poſtquam Piſano interfuit Concilio ab Innocentio II. anno 1138. translatus eſt ad Capuanam Eccleſiam, de quo Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana in ſerie Dolenſium Epiſcoporum, ex Joan. Chenu, in Chronologia Epiſcoporum Galliæ. LV.

19 ALPHANUM poſt Gaufridum iſtius Eccleſiæ publicis tabulis adſcriptum Capuanum Archiepiſcopum an. 1163. eamque Eccleſiam ad ann. 1183. quo fato conceſſit, adminiſtraſſe aſſerunt: cujus certiſſima apud nos emanavit memoria, non modò ob Romualdi Salernitani teſtimonium, qui LVI.

ſcri-

ſcribit In Chronica illum cum viginti quatuor triremibus adduxiſse Neapolim filiam Henrici Anglorum Regis, ut nuberet Regi Gulielmo, & ſubſcriptionem ejuſdem Alphani Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. celebrati anno 1179. cui interfuit cum aliquibus exteris ſuffraganeis Epiſcopis apud Joan. Picardum in notis ad Guillelmum Neubrigenſem, verum etiam ob certiſſimum Alexandri III. ad ipſum datum privilegium anno 1173. cujus exemplar hic lubet exſcribere ex Michaele Monacho una cum ejuſdem ad eundem notis, ſcituque digniſſimis.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Alfano Capuano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Cum ex injuncto nobis à Deo apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus ex ſuperni diſpoſitione arbitrii præeminemus, ſingulorum paci, & tranquillitati debeamus intendere, præſertim pro illorum quiete oportet nos eſſe ſollicitos, qui paſtorali dignitate ſunt præditi, & ad officium Pontificale promoti; niſi enim nos eorum utilitatibus intendentes ipſorum dignitates & jura inquantū Deo permittente poſſumus, integras conſervemus, & auctoritate Apoſtolica eos ab iniquorum hominum incurſibus defendamus, de illorum ſalute non verè poterunt eſſe ſolliciti, niſi qui ſibi ad regendum Domino ſunt diſponente commiſſi. Hujus itaque rei conſideratione venerabilis in Chriſto frater Archiepiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, cui Domino auctore præeſſe demonſtraris, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes; ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, C *& illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Epiſcopatum Aquinatem: Epiſcopatum Venafranum, & Iſernien. Epiſcopatum Theanen. Sueſſan. Calinenſem, Epiſcopatum Calven. Epiſcopatum Cajacen. Epiſcopatum Caſertanum. In Capua Abbatiam S. Mariæ Majoris, Eccleſiam Domini Salvatoris, Eccleſiam s. Joannis ad Curtim. Eccleſiam s. Michaelis, Eccleſiam s. Mariæ de Arcu, Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum, Eccleſiam s. Jacobi in Caſtello. In Diœceſi Eccleſiæ Theanen. Eccleſiam s. Eraſmi, Eccleſiam s. Mariæ, Eccleſiam s. Helenę, & Eccleſiam s. Nicolai, quę ſunt in territorio Scaepati. In loco Baulani Eccleſiam s. Heliæ, & Eccleſiam s. Martini. In Fontana de Corregiis Eccleſiam s. Mariæ. In Diœceſi Eccleſiæ Sueſſanæ Eccleſiam s. Luciæ de loco Sorbelli. In Diœceſi Eccleſiæ Calinen. In Rocca Montis Draconis Eccleſiam s. Rufini, & Eccleſiam s. Pancratii. In Diœceſi Eccleſiæ Calven. Eccleſiam s. Andreæ ad Cementa, Eccleſiam s. Germani ad palera, Eccleſiam s. Tammari de monte, Eccleſiam s. Pau-* D *li de Formello, Eccleſiam s. Petri de Borlerano, Eccleſiam s. Symmachi, & Eccleſiam s. Eraſmi de Moſtardino. Eccleſiam omnium Sanctorum de loco Sanguinarii: Ad Sclavos Eccleſiam s. Michaelis, Eccleſiam s. Petri, Eccleſiam s. Mariæ, Eccleſiam s. Nazarii, Eccleſiam s. Angeli de Jano, Eccleſiam s. Mariæ. In loco Camillani Eccleſiam s. Angeli, Eccleſiam s. Mariæ, & Eccleſiam s. Nicolai. In Diœceſi Eccleſiæ Cajacen. Eccleſiam s. Angeli de Melanito, & Eccleſiam s. Petri* à li Bagnatori. *In Diœceſi Eccleſiæ Caſertan. Eccleſiam s. Viti de Hercole, Eccleſiam s. Nazarii in Campo Pazan. Eccleſiam s. Petri ad Goffolli, Eccleſiam s. Secundini. & Eccleſiam s. Felicis. In Territorio Mucrone Eccleſiam s. Mariæ, Eccleſiam s. Felicis, Eccleſiam s. Petri, & Eccleſiam s. Stephani. Juxta ipſam Diœceſim Eccleſiam s. Euſemiæ, Eccleſiam s. Joannis ad Gajanum, Eccleſiam s. Mariæ ad Lupinum, Eccleſiam s. Felicis, Eccleſiam s. Priſci. In loco Caſapuli Eccleſiam s. Nico-*A *lai, Eccleſiam s. Arpii, Eccleſiam s. Petri de Sarzano. In loco Marzaniſi Eccleſiam s. Angeli, & Eccleſiam s. Martini. In loco Campureipi Eccleſiam s. Cæſarii, Eccleſiam s. Procapii, Eccleſiam s. Veneræ. In loco Atrolæ Eccleſiam s. Julianæ, Eccleſiam s. Nicolai ad Romulas. In Territorio Caſtelli Mare Eccleſiam s. Adjutoris, Eccleſiam s. Marcelli, & Eccleſiam s. Blaſii, Eccleſiam s. Stephani, & aliam Eccleſiam s. Blaſii, Eccleſiam s. Joannis, Eccleſiam s. Nicolai, Eccleſiam s. Severinæ, Eccleſiam s. Ceueis. In loco Cancelli Eccleſiam s. Angeli, & Eccleſiam omnium Sanctorum, Eccleſiam s. Joannis, & Eccleſiam s. Apollinaris de Patrazzano, Eccleſiam s. Georgii, Eccleſiam s. Joannis de Tuere, Eccleſiam s. Viti, Eccleſiam s. Petri, Eccleſiam s. Nicolai, Eccleſiam s. Martini, Eccleſiam s. Caſtrenſis, Eccleſiam s. Martini de Roſella, Eccleſiam s. Flaviani, Eccleſiam s. Barbaræ, Eccleſiam s. Julianæ, Eccleſiam s. Andreæ. In loco Arnonæ Eccleſiam s. Mariæ, & Eccleſiam s. Blaſii, & Eccleſiam s. Paulini, Eccleſiam s. Eraſmi de Cazoli. In loco Grazzaniſi Ec-* B *cleſiam s. Joannis, Eccleſiam s. Mariæ, & Eccleſiam s. Maximilianæ, & Eccleſiam s. Nicolai. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum* C *bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.
Ego Ubaldus Oſtien. Epiſc.
Ego Bernardus Portuen. & S. Rufinæ Epiſc.
Ego Gualterius Albanen. Epiſc.
Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ.
Ego Guglielmus Presb. Cardin. tit. S. Petri ad Vincula.
Ego Boſo Presb. Card. S. Pudent. tit. Paſtoris.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Damaſo.
Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Marci.
Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Cæciliæ.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Suſannæ.
Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. Sancti Criſogoni.
Ego Odo Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
D *Ego Cynthius Diaconus Card. S. Adriani.*
Ego Ugo Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.
Ego Vitellius Diac. Card. Ss. Sergii, & Bacchi.
Ego Ugo Diac. Card. S. Angeli.
Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Datum Anagniæ per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi, & Notarii, Kalendis Martii, Indictione ſeptima, Incarnationis Dominicæ Anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatus verò Domini Alexandri Papę III. Anno quintodecimo.

Hocce privilegio, ait Monachus, *Alexander confirmat Archiepiſcopo Capuano jus Metropoliticum. Novem Eccleſię ſuffraganeę recenſentur; ſed abſque dubio Joannes XIII. plures adſcripſerat. Eccleſia Atinenſis olim Epiſcopalis erat Capuanę Eccleſię Suffraganea, & Atenulphus Capuanus Epiſcopus*

Leo-

Leonem Atinenſem Epiſcopum conſecravit, ut ſupra retulimus. Eccleſiam quoque Soranam fuiſſe Capuanæ obnoxiam indicat bulla S. Stephani Cajacenſis Epiſcopi, illi namque bullæ ſubſcribunt duo Epiſcopi, duo Presbyteri, Diaconi duo, & duo Subdiaconi: fuiſſe illos Epiſcopos comprovinciales, Sacrorum Canonum diſt. 64. præcepta nobis confirmant; ſubſcriptiones verò, ut ſuo loco notabimus, ſunt Epiſcopi Calvenſis, & Sorani. Abbatia S. Mariæ Majoris intra Capuam profectò non eſt alia Eccleſia, nec alia Abbatia, quam Monaſterium S. Mariæ Monialium. Eccleſia illa S. Maria Major nuncupabatur, cum cæteris Eccleſiis ejuſdem nominis antecelleret. De illa oportuit ſpecialem haberi mentionem in hoc diplomate, quia Abbatiſſa & Moniales prætendebant Eccleſiæ, & Monaſterii libertatem, nec Archiepiſcopo obedire volebant: anno 1171. cauſa cognita idem Alexander pro Capuano Archiepiſcopo ſententiam tulit, eique Monaſterium ſubjecit; ideo de Abbatia illa meminiſſe oportuit. Pari quoque ratione de quibuſdam aliis Eccleſiis mentio facta eſt, quæ propter juſpatronatus, exemptionem ab Archiepiſcopi juriſdictione percipere poterant. Eccleſia S. Salvatoris, S. Joannis, S. Michaelis, quæ dicebatur ad Curtim, Principum Capella, & quidem inſignes: ideo hic ſpeciatim nominatæ fuerunt. Non poſſumus conjectare, imò certè definire, quæ intra Epiſcopium ſupra portam, licet ex magna parte collapſæ conſpiciuntur; in novem ex illis ſunt imagines Epiſcoporum, in duabus imagines Caſtrorum & in una Sanctimonialis. Illis aliæ alternis vicibus tabulæ cum quibuſdam veluti gentilitiorum ſtemmatum picturis intercedunt; habent ſeptem Epiſcopi, & duo Caſtra non deleta, nec amotas inſcriptiones, ſub pedibus primi legitur Calvenſis Epiſcopus, *ſecundi* Caſertanus, *tertii* Cajacenſis, *quarti* Theanenſis, *quinti* Benſtun, *octavi* Sueſſanus, *ſub noni* Calinus Epiſcopus. *In una Caſtro*, Caſtrum Morzanisil, quod eſt de Demanio Eccleſiæ Capuanæ: *in altero* Caſtrum Maris de Vulturno, quod eſt Demanium Eccleſiæ Capuanæ. *Quando igitur Alexander Papa III hoc diplomate confirmavit Archiepiſcopo jus ſupra novem in ipſo diplomate nominatos Epiſcopos, & ſupra inſigne Monaſterium S. Mariæ, tunc ad futuram rei memoriam oportet hujuſmodi tabulas fuiſſe pictas, & quæ perierunt, tres inſcriptiones abſque ullo dubio erant una Aquinenſis Epiſcopi, altera Iſernienſis Epiſcopi, tertia Abbatiſſæ S. Mariæ. Olim illæ tabulæ extabant in gyro ſupra Chorum antiquum exiſtentem in medio templo; ſed Patriarcha Antiochenus Jordanus Caytanus Archiepiſcopus extructo novo Choro illas ſupra portas collocavit.* Hæc ille. Cæterum Alphanus ille eſt Archiepiſcopus Capuanus, ad quem, & Petrum Caſinenſem Abbatem Alexander idem tertius ſcripſit epiſtolam, Dat. Venetiis 6. Kal. Auguſti, commemorans quæ pro Eccleſiæ pace cum Federico Imper. egiſſet, quam recitat Baronius ad annum 1177.

LVII 20 MATTHÆUS Alphano ſucceſſit an. 1183. qui diplomati ab Henrico VI. Imp. cujus erat familiaris intimus, Eccleſiæ Panormitanæ anno 1195. Id. Januarii, Dat. Panormi conceſſo calculum ſuum & nomen adjecit, apud Rocchum Pyrrhum. Eidem & Bartholomæo Panormitano, ac Guilielmo Regienſi Archiepiſcopis cauſam delegavit, quæ Roſanenſem inter & Montisregalenſem Archiepiſcopos æſtuabat ex epiſtola ejuſdem Pontificis, quæ habetur in regiſtro Innocentii III. extant Epiſtolæ aliæ Innocentii Decretales ad eundem Matthæum, quibus familiarem fuiſſe Federici Siciliæ Regis dignoſcitur. Hic enim non modò vita integer, verùm multis præclarè, & cum ſumma prudentia in Regno Siciliæ geſtis, famam, exiſtimationemque apud omnes tum ſummam apud Henricum VI. ejuſque uxorem Conſtantiam Impp. tum apud Innocentium eundem tertium gratiam collegit, ut ab ipſo poſt Conſtantiæ obitum unus inter multos præclariſſimos Præſules, ad Regni Siciliæ moderamina Federico tum puero, delectus fuerit, eodem in munere Panormi defunctus eſt circa an. Dom. 1203. ibidemque ſepultus, quo defuncto, Innocentius ad Capitulum Capuanum de ſucceſſore eligendo inſignem epiſtolam ſcripſit, cujus pars habetur in corpore Juris Canonici, & integram exſcribo ex Monacho.

Cum inter univerſas Metropoles, Capuana ſit Apoſtolicæ Sedi vicinior; ad proviſionem ipſius ſpecialius aſpiramus, talem ipſi perſonam præfigi cupientes, quæ ſicut alios Metropolitanos loci vicinitate, ſic & devotionis affectu præcellat; per quam, & ipſa Metropolis tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus optatum ſuſcipiat incrementum. Intelleximus autem per dilectos filios L. & P. Canonicos veſtros, & literas, quas ad Sedem Apoſtolicam detulerunt, quod ad Decanum, & alios Canonicos veſtros Panormi manentes, cum ex eorum parte vobis fuiſſet per literas intimatum, ut familiæ Capuanæ damna penſantes, ſic tractaretis ſuper electione ſubſtituendi paſtoris, quod nullum deberetis in eorum abſentia nominare, quendam ſocium veſtrum cum literis deſtinaſtis, duodecim dierum terminum aſſignantes, infra quem, poſt receptionem literarum veſtrarum, iter arriperent redeundi: quamvis Eccleſiaſtica conſuetudo non exigat, ut ad electionem paſtoris Canonici tam remoti vocentur, & illi præcipuè, qui longè antequam Metropolitani veſtri obitum præſentialiter cognoverunt, quorum aliqui poſt ejus deceſſum, ad Capuanam Eccleſiam ſunt reverſi. Quia verò mora longior in electionibus eſt valde ſuſpecta, imò ſæpe damnoſa, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus invocata Spiritus ſancti gratia, perſonam idoneam per electionem canonicam concorditer aſſumatis, ad regimen Eccleſiæ Capuanæ: conſequenter ad noſtram præſentiam nuncios idoneos tranſmiſſuri, per quos à nobis vice regia poſtuletis aſſenſum, & Apoſtolicæ confirmationis gratiam requiratis, attentiùs proviſuri, ut eo diſcretionis, charitatis ſtudio procedatis, quod nec in electione vitium, nec in electo defectus valeat inveniri. Alioquin, & factum electionis revocaremus in irritum, & perſonas eligentium puniremus.

Ad hoc diploma notas adjecit idem Monachus. *Canoniſtæ in cap. cum inter univerſas de elect. quærunt, cur in electione Archiepiſcopi Capuani peteretur regius aſſenſus? profectò regius aſſenſus in electionibus Prælatorum Regni Siciliæ petebatur, idque non ratione Jurispatronatus, nec feudi, aut conſuetudinis, ſed ex ſpeciali privilegio ipſiuſmet Innocentii III. conceſſo Conſtantiæ Reginæ Siciliæ, ejuſque filio Federico. Accipe verba ex epiſtola Innocentii ad illos. Nec novum*, inquit, *nec injuſtum extitit, ſi Regno Siciliæ gratiam faciamus ſpecialem.* Et infra, *Sede vacante, Capitulum ſignificabit vobis & veſtris hæredibus obitum deceſſoris, deinde convenientes in unum, invocata Spiritus ſancti gratia, ſecundum Deum eligerint canonicè perſonam idoneam, cui requiſitum à vobis præbere debeatis aſſenſum, & electionem factam non different publicare, electionem verò factam, & publicatam denunciabunt vobis, & veſtrum requirent aſſenſum: antequam aſſenſus regius requiratur, non inthronizetur electus, nec decantetur laudis ſolemnitas, quæ inthronizationi videtur annexa: nec antequam auctoritate Pontificali fuerit confirmatus, adminiſtrationi ſe ullatenus immiſcebit; ſic enim honori veſtro volumus condeſcendere, ut libertatem canonicam obſervemus, nullo prorſus obſtante reſcripto, quod à Sede Apoſtolica fuerit impetratum. Rogamus, &c. Cur aſſenſus petendus erat ab Innocentio Papa vice regia? Profectò cum Imperatrix Conſtantia defuncta jam eſſet, ex illius teſtamento Innocentius III factus eſt Federici tutor, ſeu Balius, & ideo vice regia fungebatur. Hinc ergo habemus Matthæum Archiepiſcopum poſt Conſtantiam deceſſiſſe, nempè poſt annum 1199.* (ſubſcripſerat anno 5. Auguſti diplomati Henrici VI. ſub datum in Siciliæ Inſula, cujus meminit Crantius in Saxonia) *perveniſſe ad ann. 1202. comperimus ex inſtrumentis.*

21 RAYNALDUS, Petri Celani Comitis filius, ac Innocentii III. nobilis alumnus, Subdiaconus & Capellanus poſt obitum Matthæi canonica Ca- LVIII

pi-

clauſtis aut chare patrone vetatus, ut me monuit eruditus Camillus Peregrinus, apud quem hujus epigrammatis ab originali exſcripti extat exemplar ita conſcriptum.

Antiſtes populi multa virtute potentis
Laudandus cunctis hac tumulatur humo:
Utilitati placens, affabilis, aptus, & almus
Inſtantis vitæ tempus in omne fuit.
Terrenas neglectus opes ſapienter egenis
Diſtribuens, ſervat has meliore ſolo.
Conſultus reſponſa dedit capienda, quibuſque
Quæ facienda forent non reticenda ſibi.
Hanc Capuana tulit, quæris, ſi Terra patronum
Clarus utroque manens quippe parente pater?
A puero ſacris elementis doctus habetur
Diſcatit ad plenum myſtica dicta Patrum.
Reſpuit in mundo mundani ſtulta metalli,
Diſcipulos imitans Chriſticolaſque pios.
B *Eu quam magnos ſuſtollit ad æthera luctus*
Turba quibus cunctis almus, & altus amor?
Præſul amande Dei regno ſignate ſuperno,
Multa tuæ domui facta labore vigent.
Ipſe piis manibus præbens alimenta miniſtras,
Cum quibus es dignus munera digna frui.
Semper in antiquis Patribus mirandus haberis
Quorum dulce melos pagina ſcripta canit.
Cernis adhuc Caſtris Autchar patrone retentus
Transcendens mundum mente tuere Deum.
Ornaſti Eccleſias quiſquis cognoſcere mavult,
Reſtaurans plures ordine quamque ſuo.
Porta tibi Domino Chriſto venerande rogatu
Pandatur Stephani Martyris arcta poli.
Vixiſti cujus ſemper nutritus in aula,
Cujus, & inſtinctu pontificalis honos.
Septem huic Eccleſiæ conceditur eſſe ſub annis
Totis imparibus menſibus æque ſacer.

C Ex hoc Epigrammate colligitur, qua virtute, qua pietate Autchar in Eccleſia floruerit Capuana; qua verò ætate mortalitatem expleverit, ignotum eſt; tamen pro comperto habemus ex eodem illum ſediſſe Longobardorum temporibus, fortaſſe & ipſe Longobardus genere, annis ſeptem, totidemque imparibus menſibus, ideſt ſeptem annis integris & completis, & undecim menſibus, quia menſes pares, ſeu impares ſunt, primus, tertius, quintus, ſeptimus, nonus, & undecimus, qui ergo vivit totis, ideſt, omnibus menſibus imparibus vivit undecim menſibus, ſi tamen dictio illa, in verſu *Totis*, referatur ad illam, menſibus. Ex hoc etiam Epigrammate habemus Autchar ſepultum fuiſſe in Eccleſia S. Stephani Capuæ veteris, deſtructaque una cum Civitate Eccleſia illa, atque ſepulchro, translatus eſt aliò lapis, nempè in Eccleſiam S. Mariæ Majoris Capuæ novæ, & deinceps ad opus ambonis coaptatus, ut paſſim aliis occurrere ſolet. Nuper in S. Stephano Capuæ veteris inventa ſunt oſſa cum Cruce pectorali, & annulo, quis D ſcit, an illa, exuviæ fuerint Autcharis Epiſcopi ibi defuncti, cujus epitaphium, ut retulimus, translatum fuerit ad S. Mariæ Majoris templum?

XXVII. 26. N. Epiſcopus Capuanus, nomen ignoratur, apud quem anno 740. hoſpitatus S. Willibaldus proficiſcens Caſinum ex Caniſio to. 4. variar. lect.

XXVIII. 27. THEODORUS interfuit Romano Concilio ſub Zaccharia Papa anno 743. Hac tempeſtate, ac fortaſſis Theodoro Capuanam Eccleſiam adminiſtrante, cœptum eſt ædificari in Territorio Aliphano Sacrarum Virginum Aſceterium Ord. S. Benedicti, quod Cinglenſe nuncuparunt, quod inde Capuam translatum hactenus extat ſub nomine S. Mariæ. Initium certum ſumpſit circa annum Domini 750. ut Leo Oſtienſis ſcribit lib. 1. cap. 6. cujus verba libet hic referre. *Temporibus Giſulphi Junioris Beneventani Ducis, ſcilicet circa annum Domini 750. quidam Sculdais Beneventanus, Sa-*

A *racenus nomine, in loco, qui Cingla vocatur, territorio Aliphano, Eccleſiam in honorem S. Caſſiani à fundamentis conſtruxit, eamque ex permiſſione præfati Ducis, cum omnibus, quæ ibi acquirere potuit, ſimul etiam cum omni ex integro, ſubſtantia & hæreditate ſua præter ſervos & ancillas, quos omnes libertate donavit, quoniam filium non habebat, in Monaſterio Sancti Benedicti obtulit. Qui locus cum ocalis venerabilis Perſonæ, valdè utilis viſus fuiſſet, cum conſenſu & maximo adjutorio ejuſdem glorioſi Ducis Giſulphi, & Scaunipergæ uxoris ejus, conſtruxit ibidem Monaſterium Puellarum Dei ad honorem B. Dei Genitricis, & ſemper Virginis Mariæ. Conceſſa inſuper ibi à prædicto Duce Eccleſia Sanctæ Crucis cum omnibus territoriis & pertinentiis ejus, quam Giſelpertus Præpoſitus Caſinenſis, à quodam Abbate, Deuſdedit nomine emerat cum conſilio, & adjutorio ejuſdem Ducis, nec non & aliis Eccleſiis & Curtibus non paucis in circuitu, juxta quod munimina ejuſdem Monaſterii continet. Quod videlicet* B *S. Dei Genitricis Monaſterium annuente præfato Abbate, idem Dux Giſulphus tunc confirmavit tribus ancillis Dei, ideſt Gauſam Abbatiſſæ, Pancritadæ, & Garipergæ, quæ poſtpoſitis parentibus, & univerſis opibus ſuis peregrinari pro Deo in partibus iſtis elegerant. Eo utique tenore, ut quandiù quælibet earum adviveret, loci illius regimen ſine alicujus contradictione teneret: poſt illarum verò exceſſum, & poteſtas & ordinatio ejuſdem loci ad Monaſterii Sancti Benedicti Caſinenſis ditionem redirent.* Et eodem lib. 1. cap. 50. proſequitur Oſtienſis. *Temporibus Martini Papæ circa annum Domini 943. cum Cinglenſis Eccleſia à Saracenis devaſtata fuiſſet, Joannes ejuſdem Cellæ Præpoſitus quicquid ſupellectilis, vel theſauri quoquomodo ſurripere potuit, aſſumens, cum conſenſu Abbatis Caſinenſis Capuam pergit, atque ibi Monaſterium conſtruere cœpit. Quo etiam tempore venerabilis Papa Martinus eandem Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Capua cum omnibus poſ-* C *ſeſſionibus ſuis Caſinenſi Cœnobio per privilegium ex integro confirmavit.* Et lib. 2. cap. 2. narrat. *Poſt annos 952. temporibus Landolphi & Pandolphi filii ejus, cognomento Capite ferreo, Principibus Capuæ, Aligernus Abbas Caſinenſis, ad Principes jam dictos accedens rogavit, ut darent Cellæ Cinglenſi locum foris portas Sancti Angeli ad Monaſterium conſtruendum ancillis Dei; quia Monaſterium quod intus erat, nimium ſtrictum, & incompoſitum habebatur ancillis Dei, ibi manentibus. Illi verò concedentes ſtatuerunt locum foris murum Civitatis, ubi Caſtrum & Monaſterium conſtruerentur: cuique conceſſerunt foris muram, qualiter vadit uſque in flumen.* Hæc ibi.

28. RODELPERTUS, ſeu Radelpertus Capuæ Epiſcopus claruit circa ann. Dom. 830. Prædeceſſor fuit S. Paulini, cujus Epitaphium legitur in Cathedrali Eccleſia Caſinenſis. Michael Monachus in 1 part. Sanctuarii Capuani, & Camillus Peregrinus in Apparatu ad Capuanas antiquitates, diſcurſu a qui de eo ſcripſerunt, haud unam tulere ſententiam. Monachus vult Rodelpertum Capua- D næ Eccleſiæ fuiſſe Epiſcopum; Peregrinus more ſuo eruditiſſimè contendit, vel Carinolenſem, vel alterius Eccleſiæ, non Capuanæ extitiſſe Paſtorem; nos autem ea de re Monacho libenter ſubſcripſimus, qui de Rodelperto hæc ſcripſit ad Paulini notas. Sed quoniam de Rodelperto mentio habetur in vita S. Paulini, opportunum eſt, ut quoddam, quod ipſius eſſe credimus Epitaphium referatur. XXIX

Reſplendens nitida gemma de prole parentum
Hac clauſum nivea mole nitendo micat,
Altipontes cujus Judex cum venerit Orbis,
Flos hinc perpetuus ſurget ad aſtra volans.
Dignanter dignis rutilans, qui moribus olim
Obtinuit dignum Pontificale decus.
Iſtius hic ſedis retinens & jura potenter,
Eccleſiam hanc compſit cultibus ipſe novis.

Per-

Perſpicuo argenti namſacrum altare metallo
Rufini eximii ſtruxit in omne decus.
Extulit altiſuam præcelſo culmine turrim
Quæ reſonent horis ſigna ſonora ſacris.
Reddidit & pulchrum templis, ac mœnibus arcem
Quæ ſita Vulturni omnis ad ora manet.
Templi hujus pariter ſacro ſub culmine, Sancti
Caſtrenſis ſtuduit condere membra ſacra.
Erexit nec non præſens quod cernitur altare
Illius ad nomen, atque dicavit ovans:
Percipere & hujus meritis, precibuſq; per ævum
Ut gaudens poſſet præmia celſa poli.
Inde etiam ſupplex ejus ſociavit ad aram
Quem cernis tumulum, lector amande ſuum.
Si noſſe ſatagis cujus hic membra quieſcant,
Grammatis indicio ſigna priora lege.

His adde, Carinolenſis Epiſcopatus ſuum ſumpſit exordium anno 1087. cum S. Bernardus tunc Fori-Claudii Epiſcopus Sedem Epiſcopalem, cum Cathedrali Carinulam proximam, nuperamque civitatem tranſtulit, quod valdè diſtat à Radelperti temporibus, qui Paulino præceſſit, & Altare S. Rufini exornavit argento.

XXX. 29. S. PAULINUS, natione Britannus, poſt exceſſum Radelperti à Clero, populoque fideli acclamatus eſt Capuanus Epiſcopus, ſedente Leone IV. circa ann. Dom. 843. ab eodem Pontifice conſecratus. Hic jam à puero glorioſiſſimæ virtutis Caſtitatis amator, liberales artes, quibus indutus erat pauperibus adoleſcentibus impartiens, omnia proſequutus, quæ Dei timentem virum decet, divino auxilio meruit coronari. Studia ſiquidem ſcholaſtica cum deſeruiſſet, è Britanniæ natali ſolo diſcedens, patrimonio pauperibus erogato, Hieruſalem petiit, æternæ Hieruſalem imaginem non oblitus. Inde cum orbem terrarum peragraſſet, Capuam divino afflante numine flectit iter. Obierat in ea civitate Radelpertus Antiſtes, & Paulini ſermonibus cum quotidie recrearentur Capuani, & eloquentioribus ejuſdem actionum linguis edocerentur, Cleri conſenſu Epiſcopum ſibi electum Romano Pontifici ſacrandum obtulere. Et quamvis eam dignitatem renuiſſet, à divina tamen voluntate non recedens, à Capuanis maxima cum reverentia receptus eſt. Octo annos & tres menſes præfuit, quos ſchiſmaticorum perſecutione habuit infeſtos veneno, comitate, tolerantia, alimonias ſumma cum charitate præbere ſtuduit, atque ita ut matronæ cum tribus filiis obviam ierit, mulam, in qua equitabat, dono dedit. Deceſſit Confeſſor Beatiſſimus die 10. Octob. ejus ſacrum corpus in Cathedrali conditum jacet, de quo Martyrol. Rom. Capaccius, Ferrarius, aliique. Monachus verò Acta ejuſdem ex veteri Breviario Capuano conſcripſit, ac notis illuſtravit. Quo tempore Paulinus Eccleſiæ Capuanæ præfuerit, ex Erchemperti Chronic. conſtat. Habet ille, S. Paulinum obiiſſe tempore quo Lando Comes Capuanus habitabat Sycopoli, ideſt in Palumbaria apud Trifiſcum. Lando autem comitatum accepit anno 845. vel 46. itaq; ante hunc annum non obiit S. Paulinus. Quia verò ſedit Capuæ an. 8. menſ. 3. oportet ipſum conſecratum fuiſſe circa ann. 843. à Gregorio IV. Papa, qui ſedit ab anno 828. ad annum 844. Obiiſſe verò circiter annum 851. Capuanis ſumma veneratione fuiſſe ſemper ſubdit Monachus. Capella Theſauri, cujus ſub altari corpus ejus conditum eſt, ab ejus nomine titulum accepit. *Recordamur*, inquit, *Theſaurario curante, campanas per octo dies ante feſtum Veſperi conſonare, & in feſti pervigilio lucernas in ſummo Campanili ardentes lucere; ſcimus, parentes pro impetranda ſalute ſuis ægris, & deſperatis infantibus, ante Altare S. Paulini orare ſolitos, & oratione, vel etiam miſſa aliquando peracta, infantem per altare, quod concavum & à lateribus apertum eſt, manu ſacerdotis duci conſueviſſe. Nunc (heu quàm facilè juxta proverbium) ſanctorum veterum obliviſcimur.* Hæc ille. Cæterùm vult idem Monachus, Paulinum fuiſſe ultimum Epiſcopum Capuæ veteris.

30. LANDULPHUS, Landulphi Senioris Capuæ Comitis poſtremus filius, Landonis Comitis fratris favore, teſte Erchemperto, ordinatus eſt Epiſcopus Capuæ veteris poſt deceſſum Paulini ſanctitate clari circa annum Dom. 851. *Hoc*, inquit, *tempore* (ſcilicet defuncto Patre Landulpho) *Paulinus Deo dignus & carus vir Capuæ Præſul ab hac carnea ſubtractus eſt face, atque Landone ſupradicto viro viriliter decertante, Landulphum fratrem ſuum Epiſcopum ordinavit; ſed incongruam viciſſitudinem filiis ejus poſt patris intulit obitum, quos velut diriſſimos hoſtes vario ac perpetuo mulctavit exilio.* XXXI Cujus futura dira opera præmonſtrantur ſymbolica matris ejus viſione apud eundem Erchempertum. *Subtracto verò ex hac luce Landulpho Capuano Comite, ut poſt tergum cedeam, quatuor reliquit liberos; Landonem videlicet jam factum virum, Pandonem, Landonulphum, & Landulphum futurum Pontificem: viros ſingularis prudentiæ. Ex quibus Lando Capuam, Pando Metropolis Suram, Landonulphus Theanum regebat; Landulphus verò adhuc teneræ indolis Palatinis exercebatur obſequiis. Hic autem noviſſimus, & poſtremus in patulo claruit. Cùm adhuc viſceribus geſtaretur genitricis, eadem mater, cum ſe quodam die ſopori juxta viri dorſum dediſſet, facem igneam peperiſſe videbatur ibi; quæ fax cum in humi ſolum cecidiſſet, in maximum ignis globum aucta eſt, viſaq; eſt totius Beneventi confinium concremare, ſicque cum ſomno pariter & viſio elapſa eſt. Quæ nimiam perterrita, mox proprio conjugi meſta curavit judicare. Cujus viſionis finem genitor ut audivit, infauſtis ſyllabarum dictionibus, futura ejus dira opera complexus eſt dicens:*

Heu me dulcis amans, quæ nos tunc fata ſequentur,
Augurium ſuum monſtrat tua viſio dira.
Hactenus hic ortus, tegitur qui clauſus in alvo,
Diliget haud ullam, ſpernet qui ſanguine claros,
Poſtremo cives viperino devoratore,
Ac velut ignis edax cunctorum pectora aduret.

Quod ille in extaſi mentis licèt prædixerit, nos quoque propriis intuiti ſumus obtutibus, qui innumerabiles inſontes hominis illius facto conſpicimus, per ignem gladiis corruiſſe. Ignis itaque ille ipſum humani generis ſanguinem, qui poſtea eo operante fundendus erat, ſub quadam imaginis ſpecie portendebat; quod ne cui incredibile hoc, aut imaginariè fortè confictum videatur, tot mihi teſtes ſunt, quot penè homines verſantur in urbe: hujus etiam actio finiſque exitus in ſequenti propalabitur. Igitur Landulphus homo verſutus, elatus, petulans, & irreligioſus, ſic eum vocat idem Erchempertus, Epiſcopatum aſſequutus cum cremata eſſet civitas Capuana ab igne, cum fratribus ſuis novam conſtruxit urbem Capuam, quæ nunc extat ad Pontem Caſilini anno 856. ubi Cathedralem Eccleſiam ædificavit, ut videre eſt in convexo pariete Chori, muſivo opere depicto. In eadem nova urbe Comes evaſit anno 862. ex ea enim nepotem Landonem, Landonis fratris filium, quem ab illo commendatum ſuſceperat, poſt ejus obitum ejecit, conſentiente ſibi germano Pandone, belloque inſequutus eſt, peremptoque in dimicatione Pandone, ejuſque filiis Capua decedentibus, factus 6. Comes, urbem adminiſtravit, tenuitque comitatum per annos 12. & menſ. 9. Interruptis etenim vicibus bis Capuæ præfuit Comes ante adventum Ludovici Imper. Lotharii filii ann. 3. menſ. 9. ab anno ſcilicet 862. uſque ad annum 866. ac poſt deceſſum ejuſdem Imperatoris ab anno 871. uſque ad annum 879. ut ex Erchemperto, more ſuo eruditiſſimè in notis ad eundem, & Chronologia Comitum Capuæ inſinuat Camillus Peregrinus. Sub hoc temporis ſpatio ejus calliditas fruſtratur, Ludovicus enim Imp. qui Capuam obſedit, & obtinuit, ſuiſque Judicibus, ſive Primatibus ſingulis ferè menſibus regendam, atque in prædam tradidit, ſed Landulphus nil animo de-

ſtitutus, in amicitiam Imperatoris ſe inſinuavit, à quo auxilia in Sarracenos petiit & obtinuit, eoſque bello delevit; *Hoc enim* (verba ſunt Erchemperti) *ſolummodò memorabile bonum geſſit à die ortus ſui*; Tertio conſtituitur ejus in regno, ac temporis opportunitate uſus, ſe Primatem fieri, & Capuanam Eccleſiam ſuper omnes Ciſtyberinas exaltari metropolitana dignitate, Gauferiumque Salernitanum Principem dejici ſtuduit, ſed nil aſſequutus eſt; mortuo enim Ludovico Imperat. & à ſuis nepotibus bello fatigatus, rerum viciſſitudini deſervit, ejuſdemque Principis in eos advocavit auxilia, quibus mox concordavit. Obiit tandem penè impœnitens, & irreligioſus anno 879. 4. Idus Martii, ut Erchempertus ſcribit. *His quoque diebus jam factus Præſul percuſſus interiit: qua die ſuæ correctionis ab omnibus Presbyteris S. Benedicti cavallos expectabat, ut in barathrum non ſine equis rueret.* Superius ejuſdem Landulphi vitia, geſtave brevi in hæc verba conſcripſerat. *Fuit autem Landulphus, ut pollicitus fueram, ex natura prudens, ſed ex conſuetudine callidus, lubricus nimiùm & petulans, ambitioſior omni homine, & elatus ſupra quàm credi poteſt: Monachorum quoque infeſtor & prædo. De quibus in Tribunali tumidus ſedens ſolitus erat dicere circumſtantibus. Quotiens Monachum viſu cerno, ſemper mihi futura dies auſpicia triſtia subminiſtrat. Juſto valdè Dei judicio, ut ab eis incommoda toleraret, quos velut nefandiſſimos hoſtes exercebat, & perſequebatur, à quibus etiam in futuro torquendus erat. Principis quoque fuit deriſor, & perjurus, nepotumque ſuorum peſeſor, quippè qui neminem dilexit, præter ſuæ carnis incentiva: pacem nunquam, nec in die obitus ſui, amplexatus eſt, ſic ubi fœdera facta ſenſit, totus ſe ſtrenuè injiciens, zizaniorum ſemina ſevit. Quod ſi cui incredibile videtur, animadvertat, quot vicibus Guaiferium fefellit, cui Prætor juravit, ipſumque ipſe Principem conſtituit. Multa enim libentiùs cupiebat captivari animas hominum innocentiam, quàm vel parem eam habere, non dico ſeniorem, contra Apoſtoli præceptum agens, qui ait, ſubditi eſtote omni ditioni propter Deum, ſive regi, tanquam præcellenti, ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis. Et alibi. Non eſt poteſtas, niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt, itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. His igitur poſtpoſitis Eccleſiaſtica dogmata, juraque epiſcopalia contempſit; ſemiviros ſolummodò dilexit, eoſque cunctis prætulit, implevitque nihilominus prophetiam Iſaiæ: Effeminati dominabuntur eis. Hujus ergo facta viri minutatim explicare ſi voluero, faciliùs, ut reor, tempus abſumetur, quàm fandi ſermo terminetur; Tamen ſi quis medullitùs noſſe deſiderat, verſus à memet conſtractos requirat. Ante diem verò exitus ſui Capuam trium fratrum ſuorum filiis ita diviſit, ut omni tempore inter eos gladius rixæ nunquam omnimodò abeſſet; & fateor, ſi quis corde non percipit, oculis videat:* Hæc ille. De quo in Hiſtoria ignoti Caſinenſis legitur. *Landolfus autem extitit ſuis civibus non ſolum Epiſcopus, ſed Comes & Judex, non ſolum Præſul, verùm etiam Gaſtaldius, neque tantum Pontifex, quin & veluti miles ſuper cunctos præerat.* Laudatur tamen à Joanne VIII. Papa, & magnæ auctoritatis fuiſſe cognoſcitur in ejuſdem ad ipſum ſcripta Epiſtola de expulſione Sarracenorum agente, quarum primam num. 9. illarum libet hic exſcribere. Scripta eſt Epiſtola menſe Septembri, vel Octobri, inchoata jam indictione decima anno 876. ita ſe habet. *Joannes Epiſcopus, Landulfo Epiſcopo Capuano. Sancta Romana Eccleſia, cujus Deo auctore, præſidemus regimini cunctis ab exordio ſibi fideliter ſervientibus, dignam in præſenti, & in futuro ſæculo ſolita eſt bonæ retributionis, reliquiſq; fidelibus ſuis utroq; modo ob veſtræ fidelitatis devotionem, quam illic poſiti plenè cognovimus per omnia, maternis viſceribus favebit in proxima. Siquidem noſſe volumus ſuæ religionis intentionem, quoniam Domino cooperante, Leone venerabili Epiſcopo nepote noſtro, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ eximio Apocriſario, aliiſque noſtris legatis, quos nuper direxeramus, à cariſſimo filio noſtro Carolo Auguſto reverſis, vobis ut potè à ſecreto conſiliariis noſtris, votum ducimus animi ejus, Deo inſpirante, circa Eccleſiarum, præſertim Romanæ, quæ caput eſt omnium, exultationem affectum patefacere: omne ſanè jus poteſtatis antiquitas attributum, capitulariter renovans in Conventu Epiſcoporum, ac optimatum inviolabiliter conceſſit habendum. Inter quæ de terræ veſtræ pacto, prout Chriſto Duce voluiſſemus ſtatuere, noſtro juri, poteſtatique commiſit, quatenus id, quod Pontificali ore nudis verbis diximus, operum oſtendamus patratione, & ut pro animæ veſtræ exhilaratione patram .... ſtylus ſcribentis loquatur. Parate hoſpitium, qui cum novo hoſpitum agmine Dei gratia in veſtras partes ſumus venturi. Frenum correctionis infidelibus, quantum valetis, imponite, fidelibus quoq; futuræ in proximum ſpei ſublevationem promittite. Domini Dei noſtri ſine intermiſſione hortor miſericordiam deprecemini, noſtrumque adventum ſpectare veraciter.* Sediſſe in Capuana Sede Landulphum an. 22. ſcribit Monachus, ſed juxta certiorem calculum ſedit ille an. 28. in veteri, novaq; Capua; Cujus Præſulatus tempore, anno ſcilicet 969. reliquiæ S. Vincentii Martyris ex Hiſpania per duos Monachos Capuam tranſlatæ ſunt, teſte Baronio. Meminit Landulphi Anonymus Salernitanus part. 2. & Oſtienſis in Chronica.

31. LANDULPHUS II. Landonis Segnis ſeptimi Capuæ Comitis filius, demortuo Landulpho patruo, admodum adoleſcens in Capuanæ Eccleſiæ Sacerdotio canonicè ſucceſſit an. 879. à Joanne VIII. Papa confirmatus. Poſt duos menſes ab electione cum adhuc ex negligentia patris haud conſecrationis munus accepiſſet à Patruele Pandulpho Comite ex Epiſcopio exſpulſus in veteri Capua ad Sancti Stephani ſe recepit. Extat de hac re epiſtola ejuſdem Joannis Papæ 208. *Landulpho, &c.* Tunc ſuggerente Diabolo factum eſt ſchiſma, & diviſio Eccleſiæ & Epiſcopatus Capuani; Pandenulphus enim, ut Erchempertus tradit, odii & invidiæ in patruelem Landulphum electum, Landenulphum fratrem ſuum laicum inordinatè tondens Romam direxit, eumque à Joanne Papa multa prece depoſcens Epiſcopum fecit. Qua de re non parva inter parentes utrorumque Epiſcoporum diſcordia nata eſt, ita ut odium fieret, plurimo valens tempore. Denique Joannes Papa tali comperto flagitio, advenit Capuam, ut diſcordes ad concordiam revocaret, diviſione facta, utrunq; conſtituit, id eſt in Civitate Capuæ novæ Landenulphum Epiſcopum, Landulphum verò Epiſcopum Sanctæ Mariæ cognomento Suricorum conſecravit in Eccleſia Sancti Petri veteris, & facta pace inter eos, ſed paulum perdurante Romam reverſus eſt ad Sedem propriam: iterumque facta eſt inter eos diviſio, & Landulphus adeptum totum Epiſcopatum, fructus attributos Landenulpho uſurpare ſtuduit, qua de cauſa ſcripſit ad ipſum idem Joannes Papa epiſt. 248. XXXII. aut ex Jo. Epiſtola ex presbytero factus Epiſcopus aſſeritur.

Reverendiſſimo & Sanctiſſimo Landulpho Epiſcopo Suricorum. Vera relatione comperimus, quod quicquid tempore conſecrationis tuæ in noſtro conſpectu de frugibus illius Eccleſiæ congrua deliberatione fuerat inter te, & Landenulphum Capuanum Epiſcopum diffinitum, tu, ingenti uſus temeritate violaveris: & quod nos juxta temporis qualitatem moderari decreveramus, tu adimplere neglexeris. Quo audito valde noſter animus eſt commotus, quod tam audacter noſtra præcepta parvipenderis, & terminos paternos exceſſeris. Quapropter hujus noſtri Pontificii auctoritate, ab hujuſmodi te factione compeſcere volentes, præcipimus, & modis omnibus tibi injungimus, ut omni obſtinatione depoſita, quicquid nos illic poſiti inter te, & eundem Epiſcopum, vel illius fratrem Pandenulphum fidelem noſtrum de diviſione, vel frugibus illius Eccleſiæ deliberavimus, ſine mora adimplere procures. Hoc ſciens, quia

ſiali-

A *ſi aliter agere præſumpſeris, ſicut invaſorem rerum ſacrarum, te canonicis jaculis feriemus. Quod ſi aliquam querimoniam, aut juſtam excuſationem te habere confidis; tunc cum eodem Epiſcopo cauſam dicturus, jubemus, ut noſtram petas præſentiam; Non nos præſenti Legato noſtro Vualperto Reverendiſſimo Epiſcopo dilecto Conſiliario noſtro præcipimus, ut ſi noſtra ſalubria monita adimplere contempſeris, ex noſtra auctoritate, te excommunicare procuret, quatenus ſicut prædiximus, Romam in noſtra præſentia, &c. Data 15. Kal. Auguſt. Indict. 13. anno* 880. Ad hanc Epiſtolam notas adjecit Monachus, quas hic lubet exſcribere, cum maxime juvent ad Landulphi acta, cæteraque intelligenda.

Landulphus, (inquit) *qui dicitur Epiſcopus Suricorum etſi egreſſus à Capua nova in Eccleſia S. Stephani Capuæ veteris habitabat, tamen quando à Papa Joanne conſecratus eſt Epiſcopus, non fuit conſecratus in illa Eccleſia S. Stephani, ſed in Eccleſia S. Petri, ut habet Erchempertus, cui conſentit Chronicum Caſinenſe.* B *Cur ergo dictus eſt Epiſcopus Suricorum? Profecto hoc nomen Suricorum hac etiam ætate perſeverat in Eccleſia S. Mariæ Majoris Capuanæ Diœc. illa enim Eccleſia vulgari noſtro ſermone dicitur* Sancta Maria delli Surici, *ſeu*, delli Sulici; *imò cum Anonymus auctor manuſcripti Caſinenſis dicat, S. Mariam cognomento Suricorum, dictio illa cognomento videtur ſignificare vocabulum Suricorum fuiſſe proprium illius Eccleſiæ, & proinde qui hic dicitur Epiſcopus Suricorum, erat Epiſcopus reſidens in Eccleſia S. Mariæ Majoris. Credendum igitur eſt (nec erit inter Auctores citatos ulla diverſitas) Landulphum, qui conſecratus eſt Epiſc. in S. Petro, paulò poſt ſuam conſecrationem, quando vidit Eccleſ. S. Petri à Saracenis exuſtam ad S. Mariam cognomento Suricorum Epiſcopium tranſtuliſſe. Sed qua de cauſa Eccleſia S. Mariæ hujuſmodi cognomentum ſortita fuit? Ego, omiſſo quod dicitur de lepreſo filio Imperatoris ſanato Soricum linguis, opinor, extante Capua veteri tempore Barbarorum vicum appellatum Suricum ab ali-* C *quo viro, cui nomen erat Surus; ſicut in hac nova Capua fuit vicus Ojaldiſcus ab Ojaldiſcis & poſteris Ojaldi. Paſſim ubique in urbibus eſt invenire hujuſmodi vicorum nuncupatione. Hæc opinio, ſeu conjectura, quia nititur iis, quæ communiter evenire ſolent, mihi ſemper arriſit, quod enim dicitur de leproſo mundato ſoricum linguis, ut diximus in S. Symmacho, nullam prorſus habet probabilitatem, neque fidem antiqua tabella ſibi conciliare poteſt ex eo, quod muſivum illius Eccleſiæ habet ſorices; vix namq; eſt unus, & alter ſorex: qui cum non niſi magna oculorum adhibita diligentia cerni queant, neque ſint propè, aut verſus Imaginem B. Virginis, ſed longè, aliove ſpectantes manifeſtum eſt ad ornatum poſitos eſſe, ſicut ad ornatum columbæ, oleæ, palmæ, flores, & id genus alia ibidem poſita ſunt, & ornatus cauſa: duos quoque ſorices propè vas florum in muſivo Cathedralis intueri licet. Ipſe vero Landenulphus non diu Epiſcopatum tenuit; nam Landulphus reddens ipſi vicem; ipſum expulit. Et quamquam manuſcriptum* D *Caſinenſe citatum habet Landenulphum poſt quatuor annos à Landulpho expulſum; tamen quia extat epiſt. Joannis VIII. n. 289. quæ ad ſummum ſcripta fuit exſpirante indictione decima quinta, id eſt an. 882. menſe Auguſto, ſeu Septembri, oportet illum vix attigiſſe quartum annum. Quomodo autem facta ſit expulſio Landulphi, ſcribit Herempertus fol. 64. verba ſunt. Hoc facto, non multò poſt prædictus Præſul (Athanaſius Neapolitanus) unà cum filiis Landonis & filiis Landenolphi (conſanguineis Landulphi Epiſcopi, quibus ſpreto Pandenulpho ſociatus erat) ſuper Capuam advenit, dictamque Vrbem obſidens affligebat. Qua neceſſitate compulſus Pandenolphus Radelgiſum Principem, cognatumq; ſuum in auxilium incitavit: is autem ſegnitie depoſita, mox Ayonem germanum ſuum advocans in Comitatu ſuo, Capuam expugnans (hoſtes nempe obſidentes eam) audacter ingreſſus eſt. Poſt hæc Ayo cum Beneventanis & Capuanis egrediens cum filiis Landenolphi Amalphita-*

A *nos habentibus certamen iniit, & aliquandiù certatum eſt junta portam urbis. Cumq; neutra pars alteri cederet, utræque acies ad ſua reverſæ ſunt. Redeunte itaque Radelgiſo ad propria, Athanaſius ad ſolita converſus arma, ſimulavit univerſos fratruoles paciſci, cohortatuſq; eſt eos, ut dato ſacramento ad alterutrum, omnes ingrederentur urbem, quaſi communiter habitaturi. Et Pandenolfus ab eodem Præſule juramentum accepit, ne ullas contra eum moliretur inſidias. Tunc omnes fratres in unum adunati, Capuam adierunt, dato prius Amphiteatro (dictum eo tempore Berelais, hodie Botilaſcium) eidem Athanaſio, & ille Guaiferrio ad cohabitandum tradidit, ad perpetuum Capuanorum jurgium. Cum verò adeſſent univerſi, ut diximus, omnes juraverunt, ut pacifici, & ſine ulla moleſtia dicti viri intrarent ad commorandum. Pandenolfus autem recepit eos ovans, cum clericis veſte amictus candida. Illi autem mox ingreſſi initio apprehenderunt Pandenolfum, & Landenolfum fratrem ejus, quem ſupra deſcripſimus Epiſco-* B *pum cum omnibus conſentaneis, ſequacibus & fautoribus eorum, & hi omnes miſſi ſunt Neap. & uxores, filii, & filiæ miſſi ſunt illuc. Hactenus Herempertus. Pandenulphum, hic eſt Pandenulphus ille, qui in m. s. Caſinenſi dicitur Comes Capuæ poſt obitum Landulphi Comitis & Epiſc. Ad hunc Pandenulphum eſt epiſtola Joannis Papę VIII. qua ſignificatur Pontificem ipſum ſcripſiſſe Guaiferio Principi Salernitano, ut ab impugnandis Capuanis deſiſteret. Volo hic obiter adnotatum, Pandenulphum in epiſt. Joann. Papæ dici glorioſum Caſtaldum, quo etiam titulo in Epiſt. 289. appellatur Lando, qui Capuæ præerat. Ex Chron. Caſin. manifeſtè colligitur, titulum Caſtaldi fuiſſe minorem titulo Comitis: At ſi minor titulus, non minor poteſtas, ubi Caſtaldus dominabatur ipſe minor quidem, ſi regebat ipſe civitatem, cui Princeps, vel Comes dominabatur, Obſervavi Comitatum, & Caſtaldatum fuiſſe Longobardis à principio munera temporanea, ſed poſtmodum tranſiiſſe titulos in hæreditatem.*

Indict. 13. *Is erat annus Domini* 880. *Hic tandem* C *admoneo, eundem ipſum, qui dicitur Epiſcopus Suricorum, appellatur quoque Epiſcopum Berolaſis: extat enim Joannis Papæ VIII. epiſtola 170. ſcripta quidem an. 881. cum hujuſmodi præfixo titulo. Omnibus Epiſcopis Cajetam, Neapolim, Capuam, Berolaſim, & Amalphim, Beneventum & Salernum incolentibus. Eſt Berolaſis locus in Capua veteri ad Sanctum Stephanum, vulgari nuncupatione dictus etiam hodie* li Vorlaſci. *Anonymo Caſinenſi Berelais, Heremperto Berelaſis, Latinè loquentibus Amphitheatrum. Neque mirum, ſi Epiſcopus in Capua veteri conſtitutus, Suricorum, vel Berelaſis appellabatur, cum illis in vicis Capuæ veteris eſſent inſigniores Eccleſiæ. Landulphus Epiſcopus Suricorum, expulſo Landenulpho, à quo ipſe fuerat expulſus, integrum Epiſcopatum obtinuit. Ita ſupracitatum m. s. Caſinenſe: cui favet Titulus Epiſtolæ 289. in epiſtolis Papæ Joannis VIII. eſt ejuſmodi; Leoni Epiſcopo Thianenſi, Item Landulpho Epiſcopo, & Landoni Caſtaldiu patri ejus. Agitur in illa epiſtola de negotio* D *hominis Capuani. M. M.* Hactenus ille.

Agit de hoc ſchiſmate & Epiſcopatu æqua ſorte diviſo Erchempertus, Leo Oſtienſis lib. 5. cap. 43. Joannis Papæ Epiſtolæ, ex his Baronius ad annum 879. Poreò de eodem Landulpho refert idem Erchempertus illum ab Atenulpho patruo. qui Capuam urbem ſuæ ſubjecerat poteſtati, captum, & cuſtodiæ traditum fuiſſe circa annum Dom. 888. Quid deinceps factum de ipſo ſit, cum nulla alia de illo apud ejus ævi ſcriptores reperiatur mentio, prorſus ignoratur; potuit ille paulò poſt obiiſſe. Landulphi neptis fuit Gemma nata ex conſobrino Landulpho Beneventano Principe. Ea Gemma Athanaſii Epiſcopi Neapolitani filia, quæ uxor fuit Caroli Comitis Burgi-novi de Ficeclo in Etruria, ex veteri monumento Abbatiæ S. Salvatoris Ficeclenſis 3. Januar. an. 986. quam fundavit idem Carolus Comes. Gemma verò cum filio Lothario Comite eandem pluribus ditavit bonis. Hujus Gēmę non memi-

nere, qui de Capuanis, Beneventaniſque Principibus ſcripſerunt.

XXXIII. 32. **LANDENULPHUS** filius Pandonis, frater germanus Pandenulphi Comitis Capuæ, Landulphi primi Epiſcopi pronepos, Landulphi II. patruelis eodem anno 879. in ſchiſmate Neophytus, & conjugatus ordinatus eſt Epiſcopus Capuæ novę, ut ſupra in Landulpho ex Erchemperto ſcripſimus. Leo Oſtien. lib. 5. cap. 43. eadem fere commemorat de ejectione Landulphi, electione Landenulphi, eorumdemque ordinatione, ac diviſione Capuani Epiſcopatus, quæ omnia reſpondent iis, quæ ab Erchemperto, & in Epiſtolis Joannis VIII. recitantur. *His diebus*, inquit Oſtienſis, *expulſo Landulpho Epiſcopo Canonicè electo, Landenulphum quendam de ſuis nobilibus, conjugatum atq; Neophytum ſibi in Epiſcopum elegerunt, multiſque precibus jam dictum Papam fefellerunt, ut eis ille conſecraretur Epiſcopus. Quocirca Berthariuș venerabilis Abbas Caſinenſis, & Leo Theanenſis Epiſc. Romam profecti Summum Pont. orabant, ne injuſtæ poſtulationis precibus ullis annueret, ex qua gravis populo ruina immineret, & multa effuſio ſanguinis conſequeretur. Atque ne apertius ſcias Apoſtolice* (inquit Abbas) *ſi id fieri permittis: magnum profectò ignem, qui te quoque corripiat, ſuccendes. Tunc ille primò tanti viri conſtantia territus; poſtmodum iniquitate prævalente Neophytum, hoc eſt, laicum hominem, ut petebatur, conſecrari permiſit. Hanc civilis diſcordię Sarraceni opportunitatem nacti, rurſus univerſa diripiunt, iterum cuncta populantur. Cujus rei gratia Apoſtolicus eſt Capuam venire coactus. Videns ipſi contigiſſe, quod noſter illi prædixerat Abbas: indoluit animo, ac pœnitentia ductus, Landulphum quem ſupra depulſum memoravimus, in Eccleſia B. Petri Apoſtoli Capuæ veteris ordinavit Epiſcopum. Landenulphum verò Capuanę Eccleſię præeſſe conſtituit, cunctumque Epiſcopatum mandavit inter utrumque æqua ſorte diſtribui*. Hæc Leo. His reſpondent ejuſdem Joannis Papæ epiſtolæ dum eodem tempore Landulphum, & Landenulphum Capuanos oſtendunt Epiſcopos. Porrò Landenulphus pauló poſt ab Epiſc. Landulpho Capua expulſus, & fraude captus, Neapolim eod. Pandulpho fratre relegatus eſt; totum amiſit Epiſcopatum, adeo ut de illo nulla alia reperiatur mentio, neſciturque an idem ſit ille Landulphus Capuanus Epiſcopus, de quo Furmoſus Papa in Epiſtola ad Stilianum pro Eccleſia Conſtantinopolitana, retinueritque iterum Epiſcopatum, ſive nudum nomen ſervaverit: legationem obiverit nomine ejuſdem Formoſi ad Conſtantinopolitanos ann. ſal. 891. de quo Baronius tom. 10.

XXXIV. 33. **OTHO** hujus Eccleſiæ Præſul fuit; tempus verò quo ille ſederit, vel quando obierit, ignoratur; creditur tamen hanc ille rexiſſe Eccleſiam poſt Landulphum ſecundum, ut ex epigrammate in muſivo exarato in Cathedrali, quam conſecravit, legitur.

Condidit hanc aulam Landulfus, & Otho beavit,
Mœnia, res, morem, vitreum dedit Ugo decorem.

De eodem Othone extat aliud epigramma in parva porta Aquilonari.

Hæc plus Antiſtes cleri lux Otho patravit
Eccleſiæque pater res, mores amplificavit.

XXXV. 34. **VGO** ſucceſſor Othonis muſivum ornamentum addidit Cathedrali Eccleſiæ, ut ex eodem Epigrammate notatur in Othone.

XXXVI. 35. **PETRUS** electus memoratur in regiſtro Petri Diaconi apud Caſinum, legitur ibi, Petrum electum Capuæ anno 928. obtinuiſſe à Landulpho, & Atenulpho Principibus confirmationem Abbatiæ cuidam Abbati Joanni ut tradit Monachus in recognitione.

XXXVII. 36. **SICO** floruit tempore Marini Papæ II. anno 943. Hujus meminit Chron. Caſin. lib. 1. c. 60. agitur A ibi de contentione Siconis Epiſcopi Capuani cum Caſinenſibus de Eccleſia S. Angeli, quæ tunc ad Arcum Dianæ appellabatur, templum enim ejuſdem Dianæ inibi fuit, nunc verò ad Formam dicitur; contentionem dirimit Marinus Papa, mandavitq; Eccleſiam cuſtodiæ & poteſtati Monaſterii S. Benedicti, quod tunc Capua erat perpetuo permanere.

37. **ADELBERTUS** egregius Capuanę Eccleſiæ Epiſcopus anno Dom. 949. defuncto Majelporto Caſinenſi Abbate, cum conveniſſet in Capitulo Monaſterii Capuani cum Alderico Epiſcopo, Leone S. Vincentii ad Vulturnum Abbate, nec non cum aliis nobiliſſimis judicibus ejuſdem Civitatis 8. Kal. Novemb. Caſinenſis Abbas Aligerius ab univerſis, Monachis ejuſdem Monaſterii, Adelberto, iiſque omnibus annuentibus cum gaudio & lætitia electus eſt. Sic Oſtienſis lib. 1. cap. 56. & hæc tantum de Adelberto ad poſteros pervenit memoria. XXXVIII.

38. **SYMMACHUS** a Epiſcopus Capuanus, B quem ſanctitatis titulo notat vetus m. ſ. Kalendarium Capuani, Theſaurarii 11. Kal. Novemb. Hic ferè à fundamentis excitavit Eccleſiam S. Mariæ Majoris, & in ea poſt obitum repoſitus, & anniverſario feſto recolitur: cujus nomen in abſide per girum exaratum legitur in muſivo SANCTA MARIA, SYMMACHUS EPISCOPUS.

a Hic referendus ad prima temp. Vide Acta Junii t. 4. p. 209.

At verò quonam tempore Symmachus vixerit, nihil certi afferri poſſe exiſtimat Michael Monachus. *Ego igitur*, ait, *mihi videor arbitrari poſſe Sanctum Symmachum vixiſſe poſt ann. 900. & fortaſſe circa annum* 950. De Eccleſia S. Mariæ Majoris plura affert idem Monachus, quam antiquiſſimam fuiſſe probat, nec à Symmacho exædificatam, ut aliqui ſcribunt, ſed amplificatam. Idemq; admonet hoc nomen Sanctus Symmachus vulgo proferri *Sancto Simmio*, ut agnoſcamus non tantùm in Eccleſia S. Mariæ Majoris, ſed etiam intra Capuam novam S. Symmachi memoriam eſſe cultam. Erat hic parvulum Oratorium dictum de Sancto Simio ſuperioribus C annis, neſcio cur profanatum; ipſa tamen ædicula adhuc integra perſeverat, & eſt illa, quam propè ab aquæductu primus fons emanat. Capuani itaque Cives Epiſcopo Capuano in Eccleſia S. Mariæ Majoris depoſito memoriam intra mœnia Civitatis conſecraverunt. Hujus quoque, nec alterius Symmachi credam fuiſſe Eccleſiam Sancti Symmachi in Diœceſi Calvenſi, Capuano Archiepiſcopo ſubditam, ut legimus in Bulla Alexandri Papæ anno 1173. & Theſauro unitam, ut in Inſtrumento Theſauri anno 1445. nec non Eccleſiam in loco, qui propè villam Curtium corruptè dicebatur S. Simbrio anno 1344. hæc ille de Symmachi veneratione apud Capuanos. Cæterum in recognitione Sanctuarii p. 39. n. 41. addit de Symmacho. *Si quis unquam, vel certa ratione motus, vel probabili ductus conjectura putaverit S. Symmachi nomen inter Epiſcopos veteris Capuæ numerandum, ego jam nunc libenter adhæreo. Et is cogitet rogo, num S. Symmachus videri poſſit eſſe ille Symmachus, qui S. Paulino Epiſcopo* D *Nolæ morienti legitur adfuiſſe*. Hac tempeſtate vetuſtum Benedictinorum Cœnobium Capuæ S. Joannis Baptiſtæ conſtructum eſt an. 967. de quo Monachus in Sanctuario. *Landulphus Caſtaldus Capuæ poſt uxoris Aloaræ, filiorumq; Landolfi, & Adenolfi mortem, morti & ipſe proximus teſtamentum condidit, ſcriptiſque in eo legatis, Tumellæ libertæ ſuæ, & Offæ naturali filiæ ſuæ, & Atæ filiæ legitimæ, & naturali nuptæ jam Uxori filii Sadelfridi Judicis Heredes inſtituit duos, qui ſibi ſupererant filios, Landonem Diaconum, & Paldolfum; expreſsè cavit, ut ſi fortè inſtituti hæredes abſque legitimis liberis deceſſiſſent, Abbas Monaſterii S. Benedicti in monte Caſino, in illa ipſa domo, in qua teſtator ipſe tunc reſidebat Monaſterium ſub vocabulo S. Joannis Baptiſtæ conſtrueret, cui ſua teſtator omnia bona, quæ & Capuæ, extraque, & ubique erant, eſſent addicta: Monaſterium verò cum bonis in Caſinenſis Abbatis dominio, & poteſtate permaneret. Caſus evenit: Landulphus, &*

de-

deinde inſtituti hæredes filis liberis non ſuperſtitibus obierunt. Quare Aligernus Abbas Caſinenſis Monaſterium Puellarum S. Joannis Baptiſtæ nuncupatum erexit, Sichelgardam in eo Abbatiſſam ordinavit, & anno vigeſimo quarto Principatus Domini Puldolfi Capoferrei menſe Martio 10. Indict. qui erat annus Chriſti 967. omnia quæ fuerant Landolfi Caſtaldi bona, S. Joannis Monaſterium recuperavit.

CAPUANI
ARCHIEPISCOPI.

XX XIX. 1. JOANNES Landulphi filius, Pandulphi cognomento Caputferri germanus frater, poſtremus fuit Capuæ Epiſcopus, ejuſdemque Eccleſiæ primus Archiepiſcopus. Joannes enim XIII. Pontifex à Romanis pulſus, & in exilium actus Capuam cum veniſſet, & à Pandulpho Principe liberaliſſimè fuiſſet exceptus, ejuſdemque Pontifex precibus excitatus, tanquam relaturus haud impares gratias Archiepiſcopatus dignitate illam ornavit anno ſalutis 968. cui tradidit eum multis aliis civitatibus Epiſcopatum Atinenſem, ut ſcribit Chron. ejuſdem Eccleſiæ. Hæc primum in toto Neapolitano Regno inſtituta dignitas ceſſit in Joannem ab eodem Joanne conſecratum, ut Leo Oſtien. lib. 2. Chron. Caſin. cap. 9. Jo. Monachus, Chron. S. Vincentii de Vulturno lib. 2. Romualdus Salernitanus in Chron. Atinenſis Eccleſiæ monumenta & Baronius tom. 10. Annal. Eccl. ad ann. 968. qui ſuperaddit primam omnium (quod invenerim) Eccleſiam Capuanam ea Archiepiſcopatus dignitate in Regno Neapolitano fuiſſe illuſtratam. Deceſſit poſtea Joannes ex hac mortali vita anno 974. cum præfuiſſet annis plus minus ſex, ſumma, ut creditur cum laude prudentiæ.

XL 2. LEO Venerabilis Monachus Caſinenſis eligitur ſecundus Capuanæ Eccleſię Archiepiſcopus anno 974. ſedit annis quatuor cum dimidio. Obiit verò anno 978. ejus obitus dies memoratur 7. Id. Aug. in veteri Emortuali Caſinenſi, de quo Oſtien. in Chron. lib. 2. cap. 9.

XLI. 3. GERBERTUS Caſinenſis Monachus Leoni ſuffectus eſt anno 978. quo anno in Epiſcopum Cajacenſem ordinavit Sanctum Stephanum. Non diù Pontifex fuit, cum anno 980. exceſſiſſet è vivis 12. Kal. Febr. eo ipſo tempore, quo S. Nilus Capuam venerat, mortuuſque eſt eodem tempore Pandulphus Capoferreus Capuæ Princeps, ut in actis ejuſdem Sancti Nili habetur. De Gerberto idem Leo Oſtien. in Chron. loco ſupra relato in Leone.

XLII. 4. ADENULPHUS Capuanam Eccleſiam cępit regere poſt Gerbertum anno 981. cujus meminit diploma, quo Monaſterium S. Laurentii Averſæ ab Archiepiſcopali juriſdictione exemit, propterea quod Aloara, & Landenulphus ejus filius Principes illud ædificaverant. Diplomatis initium. *In nomine Domini Dei Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti Anno ab Incarnatione Domini 986. & quarto anno Landenolphi excellentiſſimi Principis menſe Aprili, 14. Indict. nec non & quinto anno Domini Adenolphi egregii Archipræſulis, qui Deo favente Sanctæ Capuanæ Sedis Archipræſul conſecratus eſt, &c.* De quo Capacc. in Catal. Huic Monaſterio præfuit aliquando S. Aldemannus Capuanus Monachus Caſinenſis, cujus corpus jacet in Cœnobio à ſe conſtructo prope Teate in Marrucinis, cujus vitam ſcripſit Petrus Diacon. Caſin. quæ refertur à Monacho in ſuo Capuano Sanctuario.

XLIII 5. AJO ſuffectus eſt Adenulpho circa an. Dom. 990. Hic cum Landenulphi Principis propemodum pater eſſet, ejuſdem necem miſerabili mœrore pro-

A priis uſurpavit oculis, eoque apud S. Marcellum à Capuanis extincto, ſuæ conſuluit ſaluti, aufugitque ad Divi Benedicti cœnobium, ubi non multo poſt veneno à Capuanis propinato interiit, ſepultuſque eſt ante regiam ſecretarii ejuſdem Eccleſiæ. Contigit mors Landulphi ann. ſal. 993. quinta feria in albis Paſchæ Domini, hoc eſt 12. Kal. Maii, ut in atiquo Emortuali. Meminit ejuſdem Oſtien. lib. 2. c. . . . & Auctuarium ad Chron. Comitum Capuæ in hæc verba. *Concilium fecerunt Capuani, qualiter interficerent Landenolphum Principem filium Pandolphi animi Principis, quod & fecerunt. Nam dum procederent ad S. Marcellum, peractis miſſarum ſolemniis à Præſule ejuſdem civitatis Ajo nomine, egreſſus prædictus Princeps foras Eccleſiam, inſurrexerunt in eum (proh dolor) cum gladiis & fuſtibus, & interfecerunt eum, atque exutum veſtibus nudum in platea eum reliquerunt. Quem rapientes Monachi ex Monaſterio S. Benedicti, in eodem Monaſterio ante ſecretarium eum ſepelierunt. Archiepiſcopus verò ſu-*

B *pradictus fugit in jam dicto Monaſteriolo, quem etiam poſtea ibidem jam dicti Capuanites veneno peremerunt, ſepultuſque eſt ante regium ſecretarii. Sed Omnipotens Deus illis, qui hunc innocentem peremerant Principem, oſtendere eſt dignatus, quia in ſuo eum regno recepit. Nam quadam die claudus quidam ad ejus ſepulchrum veniens, obnixè Chriſtum rogare cepit, atque in interceſſione Domini Landenulphi Principis, cujus corpus illic requieſcebat, qui etiam ſine cauſa à ſuis occiſus fuerat, ut ei priſtinam ſanitatem reddere dignaretur. Mira res! ſtatim ſuper eodem ſepulchro ſoporatus, totam quietavit noctem: Manè autem facto ita ſanus ſurrexit, ac ſi nullam debilitatem membrorum unquam habuiſſet.* Hæc ille. In ſerie verò Comitum Capuæ cum Auctuario, quam publici juris fecit Peregrinus hæc eadem commemorantur; additur tamen de reddita ſanitate claudo, *per interceſſionem Dom. Landonolphi Principis* & martyris, deeſt ex vulgi ſermone; nam *martyrium* ait D. Auguſt. ep. 61. *non facit pœna, ſed*

C *cauſa*. De iis verò, quæ deinceps evenerunt Capuanis in vindictam Laodenulphi ſcribit Oſtien. eodem capite, ſed alio ordine hæc evenere quàm tradat Oſtienſis, ut refert ſeris Comitum Capuæ apud eundem Peregrinum. Cæterùm in Principatu Capuano Landenulpho ſucceſſit Laydolphus frater ejus Comes Theani, qui necem fratris vindicavit. Princeps fuit Capuæ Landenulphus cum matre Aloara ab anno 982. ad annum uſque 993. quo à ſuis occiſus fuit, elapſis menſibus quatuor à matris obitu, quæ obiit 2. Non. Decembris ann. 992. fuitque filia Petri Comitis, & uxor Pandulphi primi, cognomento Caputferri, de qua Oſtien. lib. 2. c. 10.

6. HYBALDUS ſucceſſiſſe creditur Ajo eodem ann. 993. ejus mentio habetur in Chron. S. Vincentii de Vulturno, vixit enim temporibus Rofridi ejuſdem Monaſterii Abbatis, qui obiit anno 998. („ *quo anno Concilio Romano interfuit, in cujus Pa-* „ *trum Catalogo Giſlebardus, & ex aliquibus codici-* „ *bus Giſebardus nuncupatur.*) XLIV

D 7. PANDULFUS, cujus Præſulatus tempore Sanctus Stephanus Cajacenſis Epiſcopus anno D. 1007. ſtetit Synodo Capuæ celebratæ ab eodem Archipræſule, ut in Stephano infra videbimus. Fato ceſſit Pandulphus ſequenti anno 10. Kal. Martii ex monumentis Eccleſiæ Cajacenſis, & veteri Kalendario S. Joannis Capuæ. XLV.

8. ADENULPHUS, vel Athenulphus hujus nominis ſecundus ſtatim Pandulpho ſucceſſit. Vir fuit ſanè doctus, & eloquens, ſive ſoluta oratione, ſive luderet carmine. Sacrum S. Martyris Marci Epiſcopi Atinenſis officium verſibus Leoninis complexus eſt, inventionem quoque ejuſdem hexametris & pentametris, vitamque ejuſdem ad Clerum Atinenſem conſcripſit; quæ m. s. extant apud me: quorum initium. *Aeterni Regis diſciplinam ſequentibus univerſis in Chriſto in S. Dei Genitricis Eccleſia vitam angelicam exercentibus, Adenulphus Capuanæ Sedis Archiepiſcopus, calculum candidum à* XLVI

Jeſu Chriſto Domino feliciter promoveri in anitate fidei mirabiliter congregari. 1013. Adenulphus Vicarius Papæ erat in Capuana provincia, & anno 1032. in Sueſſana Eccleſia Benedictum Epiſcopum conſecravit anno 25. ſui Præſulatus. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, trigeſimo ſecundo anno Principatus Domini Paldolfi, & vigeſimo octavo Principatus Domini Paldolfi ejus filii, glorioſis principibus, & primo anno Principatus Domini Landolfi.... ac nepos ſuperius dicti Domini Paldolfi magni, & excellentiſſimi Principis menſe Martio quintadecima indictione. Adenulphus divina favente gratia humilis Archipræſul, Clero, & Ordini, & Plebi civitatis Sueſſanæ Eccleſiæ*, &c. Integrum diploma dabimus infra in Sveſſanorum Epiſcoporum ſerie; ex eo annus primus Adenulphi Præſulatus deducitur 1008. Tradit Oſtien. lib. 2. c. 62. Adenulphum injectum in carcerem fuiſſe à Pandulpho cognomento Malo, indè à Conrado Cæſare liberatum, ſuæ reſtitutum ſedi anno 1038. quo, in die Pentecoſtes idem Conradus Capuæ coronatus eſt Rex, vel anno ſuperiori, ut habet Anonymus Caſinenſis: tunc peſſimus Pandolfus in Sanctum Archipræſulem patrati criminis pœnas luit, cum à Conrado, è Principatu deturbatus Conſtantinopolim à Græco Auguſto ad dignitatem, Principatumq; recuperandum ſuppetias petiturus aufugiſſet, quas Conradus Guaimario Salernitano Principi dono dederat. Verùm ab Imperatore relegatus in partibus illis manſit uſque ad obitum ejuſdem Michaelis Imp. anno 1041. poſt quem annum Paldolfus in armis fuit uſq; ad annum 1047. quo Guaimario renunciante, cum filio Landulpho amiſſum recuperavit Principatum, ac tandem miſerè obiit anno 1050. Hujus impietate nil famoſius in Oſtienſi legitur. At in tumulo ejus, quod extat Capuæ in Eccleſia S. Benedicti, non fuit ſanctior eo. Sic lego.

Terrigenum primis pomo vetito male pactis,
Heu mortis jaculo ſternitur omnis homo.
Quo foſſus telo tumulo tumulatur in iſto
Princeps Pandulphus Principe patre ſatus.
A magnis proavis ceu Lucifer orbe refulſit,
Ut ſol à propriis viribus enituit.
Namque Dei regnum ſtatuit ſibi quærere primùm,
Indè ſtudens mundo non fuit abſque Deo.
Nullus mortalis fuit hoc præſtantior armis,
Conſilio melior non erat alter eo.
Fractus perverſis, exaltatuſque ſecundis
Non fuit; ejus enim ſpes erat in Domino.
In verbo ſtabilis, verax & fidus amicis,
Et ſibi ſubjecto blandus erat populo.
Alloquio facilis concivibus, & peregrinis,
Largior in dando non fuit ullus eo.
Semper & elatos preſſit, domuitque ſuperbos,
Aſt humiles coluit, fovit amore Dei.
Exilium paſſus fuit hic vir tam venerandus,
Sed Deus ipſe ſuo reſtituit ſolio.
Ante bonus fuerat, melior tunc eſſe ſtudebat,
Cum mortis jaculo tollitur è medio.
Dena dies.... fine menſis duodeni
Vitæ præſentis terminus huic homini.
Plus unum bis ſex vixit quinquennia, menſes,
Septem necne decem ſolibus atque novem.
Ut merearis idem dici, Lector, tibi tandem,
Dic flexis genibus, huic miſerere Deus.

Pandolphus iſte Capuæ Princeps hujus nominis fuit quartus, filius Pandolphi 2. Principis Beneventi, natus 6. Non. Julii an. 988. obiit menſe 12. hoc eſt Februarii. Cæterùm Adenulphus Archipræſul in Atinenſi Eccleſia ſuffraganea Leonem conſecravit Epiſcopum anno 1044. Adhuc in vivis erat Adenulphus anno 1056. ut idem Leo teſtatur in ſuo diplomate donationis factæ Clericis Atinenſis Eccleſiæ, cujus initium *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ann. ab Incarnatione ejus milleſimo quinquageſimo ſexto menſe Julio, Ind. 8. reſidente in urbe*

A *Roma ſummo & univerſali Pontifice Domino Papa Victore, & imperante Domino Conrado piiſſimo Imperatore, & Capuanam Eccleſiam gubernante Domino Adenulfo Archiepiſcopo, Nos Leo divina gratia diſpenſante Eccleſiæ Atinenſis Epiſcopus*, &c. Integrum diploma leges in Atinenſi Chronica ad calcem primi a noſtri tomi excuſum. De Adenulfo nullam ulteriùs mentionem, nec annum habemus neque diem, quibus ea hac mortali vita exceſſerit digniſſimus Archipræſul, ante tamen ann. 1059. oportet obiiſſe poſt ann. 50. ſui Præſulatus.

a Nos illud in tomi decimi rejecimus.

9. NICEPHORUS Capuanus Archiepiſcopus poſt Adenulphum collocatur à Monacho; annus quo vixerit ignoratur; dies tamen obitus ejus 14. Septemb. recenſetur in Kalendario Monialium S. Mariæ. Cæterum ſi Nicephorus ſucceſſit Adenulpho, illum ad eam dignitatem vocatum fuiſſe poſt annum 1056. exceſſiſſe verò ante annum 1059. omnino fatendum eſt. Nec diu Pontifex fuit ſi Adenulpho ſucceſſit, quod quidem non ſatis conſtat. XLVII.

B 10. HILDEBRANDUS, quem aliqui Ulderinum appellant, interfuit Concilio Romano à Nicolao II. coacto anno 1059. & Synodo Romæ celebratæ ſub Alexandro II. anno 1063. in qua conviſtus, quod contra privilegium ejuſdem Pontificis Caſinenſibus datum murmuraſſet, veniam rogavit, ac liberaliter impetravit, de quo Oſtien. lib. 3. c. 24. ex quo Baronius tom. 11. anno 1063. commutationem fecit de Eccleſia S. Joannis Adrepaldi, ubi Richardus Princeps Monaſterium conſtruxit, cui datus eſt Abbas nomine Capuanus: idem deinde Princeps Monaſterium donavit, ac ſubdidit Caſinenſi Cœnobio, ac Deſiderio Abbati; hinc factum fuit, ut monaſterio S. Angeli, non Abbates, ſed Præpoſiti a Caſinenſi Abbate præficerentur, de qua Eccleſia & commutatione vetus documentum ejuſdem Monaſterii. *Frater Azo Monachus Caſinenſis, & præpoſitus Monaſterii S. Angeli in formis propè Capuam, & Conventus ejuſdem Monaſterii ſalutem* XLVIII.
C *in Domino. Invenimus Eccl. S. Angeli Ojadojcos de Capua immediatè ad nos & ad noſtrum Monaſterium pertinere. Et quod Princeps Richardus Capuanorum Princeps, data Venerabili patri Domino Hildebrando Archiepiſcopo Capuano Eccleſia S. Joannis Adpaldi, quæ nunc dicitur Nobilium, accepit dictam Eccleſiam in commutationem ab eodem Domino Archiepiſcopo, cujus oblationem conceſſerunt, & confirmaverunt Jordanus, & ſecundus Richardus, necnon & cæteri Principes Capuani, & Sanctiſſimus Papa Gregorius*. Chronicon verò Caſinen. lib. 3. cap. 37. ſic commemorat. *Richardus Princeps per præceptum obtulit Beato Benedicto Eccleſiam S. Angeli, quæ nuncupatur ad formas, de qua ſuperius, tempore ſcilicet Balduini Abbatis, qualiter à Marino Papa conceſſa ſit, plenius ſcripſimus. Sed quia Capuanus Archiepiſcopus illam eo tempore retinebat, præfatus Princeps cupiens ibidem facere Monaſterium, ante ſeptem circiter annos cum eo concambium fecit, data pro ipſa alia Eccleſia, vocabulo S. Joannis de Landepaldi, quæ tunc temporis palatio pertinebat, cum or-*
D *namentis, & libris non paucis, & univerſis rebus, ac pertinentiis ejus, receptis ab eodem Archiepiſcopo, Eccl. S. Angeli cum tribus aliis Eccleſiis jam vetuſtate conſumptis, id eſt Sancti Salvatoris, S. Joannis, & S. Hilarii, & cum omnibus ad eaſdem Eccl. pertinentibus, ſexaginta auri librarum pœna appoſita, ſi aliquando Archiepiſcopus, vel alius ſucceſſorum id removere voluiſſet. Quo facto conceſſit in eodem loco Eccleſiam S. Angeli de fuldiſcos intra Capuam cum omnibus pertinentiis ſuis; nec non & quicquid palatio pertinebat in toto Sarzano cum univerſis ibi habitantibus Villanis, & omnia, quæ ibi pertinuerant Gregorio Comiti Palatii, & Petro filio Deſerii in loco S. Eraſmi. Cum omnibus itaque his, & cum univerſis pertinentiis ſimul, & cum chartula commutationis, quam à prædicto Archiepiſcopo exinde receperat in hoc Caſinenſi Cœnobio prædictam Eccleſiam obtulit. Et quoniam locus idem valdè amœnus, & ſatis aptus Monaſterio erat, rogavit humiliter Deſi-*

de-

derium, ut pro amore ſuo ſpecialiter indè ſtuderet, quod & fecit de Monaſterio Albonetæ integram omnium mobilium medietatem, etiam ejuſdem loci Monachorum illuc tranſmittens: cœpitque Deſiderius illud ædificare ex integro, tam ſpecioſè, quemadmodum hodie cernitur: ubi etiam intra breve tempus quadraginta, & eò amplius Monachos regulariter victuros congregavit. Hæc Chronic. Ea Eccleſia Sancti Angeli ad formam conſtat ibidem fuiſſe ante annum 943. quando, vel à quo ædificata fuerit, ignoratur. Fortaſſe eam condiderunt Longobardi Michaeli Archangelo addictiſſimi poſt ejuſdem Archangeli in Monte Gargano apparitionem. Idem Hildebrandus Alexandrum II. Capuæ hoſpitio excepit anno 1068. Conſecrationi Caſinenſis Eccleſiæ ab eodem Pontifice celebratæ anno 1072. non abfuit, ſubſcripſitque diplomati. Mortuus eſt paulò poſt, annus tamen ignoratur, non dies, quæ in Kalendario S. Mariæ 4. Nonas Maji notatur. Ad hunc Gregorii VII. extant aliquot epiſtolæ in tertio volumine epiſt. decretalium.

XLIX 11 HERVEUS Gregorii VII. Papæ temporibus, imò in ipſo Pontificatus initio declaratus eſt Archiepiſcopus Capuanus anno 1073. quo Capuam eundem Pontificem venientem lætus excepit, Gregorius verò à Richardo Principe Capuano fidelitatis juramentum exegit, apud quem Clerici Capuanæ Eccleſiæ cum Caſinenſibus Monachis de Eccleſia S. Angeli ad formam decertarunt: hujus controverſiæ meminit Oſtienſis lib. 3. cap. 42. quæ tandem ad favorem Caſinenſium, judice ipſo Herveo ceſſit. In majori Capuana Eccleſia hoc reliquum eſt hujus Præſulis monumentum.

Auxit opes, mores, clerum quoque, res & honores.
Præſulis Hervei lux fulgida luce diei.

Ad hunc Herveum extat Epiſtola ejuſdem Gregorii num. 25. lib. 9. ſcripta anno 1082. Ad hæc addit Monachus in recognitione Iſernienſis Eccleſiæ; adhuc ſervatur diploma, per quod Herveus jure ſuo metropolitico aſſenſum præbuit, ut Comes illæ in civitate puellare Cœnobium in Iſernienſi tamen juriſdictione permanſurum extruere poſſet. Diploma datum eſt anno 1080. ſubſcripſit etiam Sichenolfus Archidiaconus anno 1087. Victur III. electioni pridem a Cardinalibus factæ Capuæ coacto concilio conſenſum præbuit, & Pontificatum iniit.

L. 12 ROBERTUS poſt Herveum in Sede Capuana jus divinum dixit, cujus mentio habetur anno 1088. in monumentis ejuſdem Eccleſiæ.

LI. 13 SENNES Capuanæ Eccleſiæ eligitur Archipræſul an. 1097. quo anno Urbanus II. aliquandiù moratus eſt Capuæ, & favorabile Caſinenſibus diploma dedit. Vir fuit Sennes omni laude digniſſimus, niſi aliquandò illum cæca deturpaſſet ambitio; etenim cum Bruno Signinus Epiſcopus in gratiam Caſinenſium Monachorum Eccleſiam S. Nicolai, quæ erat Capella S. Angeli ad formam, dedicaſſet anno 1099. poſtridie Sennes armata Capuanorum manu Eccleſiam violandam, altare deſtruendum, & Sanctorum reliquias ad ſe afferendas curavit; quare in Romana Synodo coram Paſchale II. anno 1102. celebrata, accuſatus, & convictus ſacrilegii ſententiam ſubiit, ac cum clero, populoque Capuano ſatisfacere coactus fuit; id humiliter egit: rem geſtam narrat Petrus Diac. lib 4. c. 28. Poſt hæc Sennes Vaſtallenſi Concilio interfuit anno 1106. Caſertanæ Eccleſiæ Diœceſim diſtinxit, ut in ejus gratioſo diplomate, infra recitando continetur. Scriptum eſt diploma anno 1113. in quo ſe attitulavit Legatum Apoſtolicæ Sedis, ac in Principatu Capuano Papæ Vicarium. Præſens fuit conſecrationi Gelaſii II. Papæ apud Cajetam anno 1118. quo mortali huic vitæ valedixit 13. Kal. Decemb. cum ſediſſet ann. 22. quem juſta Dei vindicta detruſum fuiſſe illum in purgatorias, ultriceſque flammas, precibuſque, ac ſacrificiis

A Joannis de Ravenna, & Joannis de S. Angelo Caſinenſium Monachorum abſolutum narrat auctor vitæ ejuſdem Joannis de Ravenna in hæc verba. *Tempore præfati Abbatis (Gerardi) dum Sennes Capuanæ Eccleſiæ Præſul defunctus eſſet, ipſe Archiepiſcopus per viſum Abbati apparuit, cui Abbas ait: Num Sennes ille Capuanæ Sedis Epiſcopus tu es, qui nuper defunctus eſt? Cui ille. Ego ille ſum. Abbas inquit, quomodo tibi nunc eſt? Illo verò, diù (inquit) eſt, cum ignis cruciatibus torqueor: ſed ſi Joanni de Ravenna, & Joanni de S. Angelo, quorum preces & ſuffragia, ſicut incenſum in conſpectu Dei redolent, præceperis, ut pro me Redemptoris omnium hoſtiam ſalutarem offerant, his ſtatim eripiar cruciatibus. Quod cum illis Abbas juſſiſſet, ac in ara vivificam hoſtiam obtuliſſent, iterum apparens, gratias pro tanto ſibi munere impenſo retulit, quibus dictis illicò evanuit.* Eo Archipræſule Capuæ celebrata eſt ſynodus à Gelaſio II. anno 1118. cujus acta temporis injuria perierunt.

B LII. 14 OTHO hujus nominis ſecundus, qui & Octodonus dicitur, ſucceſſit Senneti anno 1119. vel fine anni præcedentis: hujus meminit Chronic. Caſin. lib. 4. cap. 69. Teſtis fuit donationi Jordani Capuani Principis factæ Eccleſiæ Puteolanæ anno 1121. Hic teſte Falcone, Beneventum, præſente Honorio II. Papa in Capuana Metropoli Robertum de Surrento Principem Capuanum inunxit anno 1127. ſuperiori verò anno ſubſcripſerat diplomati ejuſdem Honorii Rogerio Piſano Archiepiſcopo; ejuſque ſucceſſoribus conceſſo: de quo deinceps nulla alia mentio habetur. Creditur obiiſſe anno 1128.

LIII 15 PHILIPPUS delectus eſt Archiepiſcopus in Othonis locum anno 1128. qui cum Rogerio Beneventano, Joanne Salernitano Archiepiſcopis, aliiſque Prælatis, ac proceribus Rogerii Regis coronationi adfuit, quæ celebrata Panormi eſt anno 1129. de qua Fazellus Dec. 2. lib. 6. Hunc quidam modernus Cremonenſis ſcriptor vult fuiſſe patria Cremonenſem ex familia Ciria.

C LIV. 16 HUGO Archipræſul erat anno 1130. Is cum aliis Epiſcopis in ſchiſmate contra legitimum Pontificem Innocentium II. Anacleto Antipapæ adhæſit. Simoniaci criminis deinde damnatus juſtiſſimā depoſitionis tulit ſententiam ann. 1135. Meminit facti Alexander Abbas Celeſinus lib. 3. rerum geſtarum Rogerii Siciliæ Regis. Impetraverat Hugo reſcriptum ab Anacleto, quo Monaſterium Sancti Joannis, Caſinenſi Cœnobio obnoxium, ſuæ ipſius ſubjiciebatur poteſtati; ſed reclamante Abbatiſſa, Anacletus videns ſe ab Ugone deceptum, altero caſſo reſcripto primum revocavit. Cæterum Hugo, veluti de eodem Monaſterio S. Joannis bene meritus, nomen meruit in Kalendario mortuorum die 18. Februarii, qua ſcilicet die migravit è vita.

17 GUILLELMUS a, nobilis Ravennas, vir in divinis humaniſque rebus ſcientia clarus, Rogerio Regi in paucis charus, à Capuanis laicis, cleriſque in admoti Hugonis locum Abbate Celeſino teſte in Capuana Sede, eodem Rege mandante anno (a Omittendus hic, utpote intruſus.)
D 1135. intruditur, ſolemnique pompa cum Anfuſo Principe Rogerii filio Capuam ingreſſus eſt, qui cum ab Innocentio illegitimus deinde Archipræſul declaratus eſſet, ab eodem demum Salernitano Archiepiſcopatu ornatus eſt an. 1138 de quo ibi.

LV. 18 GAUFRIDUS Le Roux, Gallus, Dolenſis Epiſcopus, poſtquam Piſano interfuit Concilio ab Innocentio II. anno 1138. tranſlatus eſt ad Capuanam Eccleſiam, de quo Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana in ſerie Dolenſium Epiſcoporum, ex Joan. Chenu, in Chronologia Epiſcoporum Galliæ.

LVI. 19 ALPHANUM poſt Gaufridum iſtius Eccleſiæ publicis tabulis adſcriptum Capuanum Archiepiſcopum an. 1163. eamque Eccleſiam ad ann. 1183. quo fato conceſſit, adminiſtraſſe aſſerunt: cujus certiſſima apud nos emanavit memoria, non modò ob Romualdi Salernitani teſtimonium, qui

ſcri-

ſcribit in Chronica illum cum viginti quatuor triremibus adduxiſse Neapolim filium Henrici Anglorum Regis, ut nuberet Regi Gullielmo, & ſubſcriptionem ejuſdem Alphani Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. celebrati anno 1179: cui interfuit cum aliquibus exteris ſuffraganeis Epiſcopis apud Joan. Picardum in notis ad Guillelmum Neubrigenſem, verum etiam ob certiſſimum Alexandri III. ad ipſum datum privilegium anno 1173. cujus exemplar hic lubet exſcribere ex Michaele Monacho una cum ejuſdem ad eundem notis, ſcituque digniſſimis.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Alfano Capuano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Cum ex injuncto nobis à Deo apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus ex ſuperni diſpoſitione arbitrii præeminemus, ſingulorum paci, & tranquillitati debeamus intendere, præſertim pro illorum quiete oportet nos eſſe ſollicitos, qui paſtorali dignitate ſunt præditi, & ad officium Pontificale promoti; niſi enim nos eorum utilitatibus intendentes ipſorum dignitates & jura in quantum Deo permittente poſſumus, integras conſervemus, & auctoritate Apoſtolica eos ab iniquorum hominum incurſibus defendamus, de illorum ſalute non verè poterunt eſſe ſolliciti, niſi qui ſibi ad regendum Domino ſunt diſponente commiſſi. Hujus itaque rei conſideratione venerabilis in Chriſto frater Archiepiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, cui Domino auctore præeſſe demonſtraris, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes; ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Epiſcopatum Aquinatem: Epiſcopatum Venafranum, & Iſernien. Epiſcopatum Theanen. Sueſſan. Calinenſem, Epiſcopatum Calven. Epiſcopatum Cajacen. Epiſcopatum Caſertanum. In Capua Abbatiam S. Mariæ Majoris, Eccleſiam Domini Salvatoris, Eccleſiam s. Joannis ad Curtim, Eccleſiam s. Michaelis, Eccleſiam s. Mariæ de Aceu, Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum, Eccleſiam s. Jacobi in Caſtello. In Diœceſi Eccleſiæ Theanen. Eccleſiam s. Eraſmi, Eccleſiam s. Mariæ, Eccleſiam s. Helenæ, & Eccleſiam s. Nicolai, quę ſunt in territorio Scarpati. In loco Baulani Eccleſiam s. Heliæ, & Eccleſiam s. Martini. In Fontana de Corregiis Eccleſiam s. Mariæ. In Diœceſi Eccleſiæ Sueſſanæ Eccleſiam s. Luciæ de loco Sorbelli. In Diœceſi Eccleſiæ Calinen. In Rocca Montis Deaconis Eccleſiam s. Rufini, & Eccleſiam s. Pancratii. In Diœceſi Eccleſiæ Calven. Eccleſiam s. Andreæ ad Cementa, Eccleſiam s. Germani ad palera, Eccleſiam s. Tammari de monte, Eccleſiam s. Pauli de Formello, Eccleſiam s. Petri de Borlerano, Eccleſiam s. Symmachi, & Eccleſiam s. Eraſmi de Moſtardino, Eccleſiam omnium Sanctorum de loco Sanguinarii: Ad Sclavos Eccleſiam s. Michaelis, Eccleſiam s. Petri, Eccleſiam s. Mariæ, Eccleſiam s. Nazarii, Eccleſiam s. Angeli de Jano, Eccleſiam s. Mariæ. In loco Camillani Eccleſiam s. Angeli, Eccleſiam s. Mariæ, & Eccleſiam s. Nicolai In Diœceſi Eccleſiæ Cajacen Eccleſiam s. Angeli de Melanito, & Eccleſiam s. Petri à li Bagnatori. In Diœceſi Eccleſiæ Caſertan. Eccleſiam s. Viti de Hercole, Eccleſiam s. Nazarii in Campo Puzan. Eccleſiam s. Petri ad Goffolli, Eccleſiam s. Secundini, & Eccleſiam s. Felicis. In Territorio Murrone Eccleſiam s. Mariæ, Eccleſiam s. Felicis, Eccleſiam s. Petri, & Eccleſiam s. Stephani. Juxta ipſam Diœceſim Eccleſiam s. Euſemiæ, Eccleſiam s. Joannis ad Gajanum, Eccleſiam s. Mariæ ad Lupinum, Eccleſiam s. Felicis, Eccleſiam s. Priſci. In loco Caſapuli Eccleſiam s. Nicolai, Eccleſiam s. Arpii, Eccleſiam s. Petri de Sarzano. In loco Marzaniſi Eccleſiam s. Angeli, & Eccleſiam s. Martini. In loco Campureipi Eccleſiam s. Cæſarii, Eccleſiam s. Procapii, Eccleſiam s. Veneræ. In loco Airolæ Eccleſiam s. Julianæ, Eccleſiam s. Nicolai ad Ronulas. In Territorio Caſtelli Mare Eccleſiam s. Adjutoris, Eccleſiam s. Marcelli, & Eccleſiam s. Blaſii, Eccleſiam s. Stephani, & aliam Eccleſiam s. Blaſii, Eccleſiam s. Joannis, Eccleſiam s. Nicolai, Eccleſiam s. Severinæ, Eccleſiam s. Crucis. In loco Cancelli Eccleſiam s. Angeli, & Eccleſiam omnium Sanctorum, Eccleſiam s. Joannis, & Eccleſiam s. Apollinaris de Patrazzano, Eccleſiam s. Georgii, Eccleſiam s. Joannis de Turre, Eccleſiam s. Viti, Eccleſiam s. Petri, Eccleſiam s. Nicolai, Eccleſiam s. Martini, Eccleſiam s. Caſtrenſis, Eccleſiam s. Martini de Roſella, Eccleſiam s. Plaviani, Eccleſiam s. Barbaræ, Eccleſiam s. Julianæ, Eccleſiam s. Andreæ. In loco Arnonæ Eccleſiam s. Mariæ, & Eccleſiam s. Blaſii, & Eccleſiam s. Paulini, Eccleſiam s. Eraſmi de Cazoli. In loco Grazzaniſi Eccleſiam s. Joannis, Eccleſiam s. Mariæ, & Eccleſiam s. Maximilianæ, & Eccleſiam s. Nicolai. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego *Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.*
Ego *Ubaldus Oſtien. Epiſc.*
Ego *Bernardus Portuen. & S. Rufinæ Epiſc.*
Ego *Gualterius Albanen. Epiſc.*
Ego *Joannes Presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ.*
Ego *Guglielmus Presb. Cardin. tit. S. Petri ad Vincula.*
Ego *Boſo Presb. Card. S. Pudent. tit. Paſtoris.*
Ego *Petrus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Damaſo.*
Ego *Joannes Presb. Card. tit. S. Marci.*
Ego *Manfredus Presb. Card. tit. S. Cæciliæ.*
Ego *Petrus Presb. Card. tit. S. Suſannæ.*
Ego *Petrus Presbyter Cardinalis tit. Sancti Celſogoni.*
Ego *Odo Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.*
Ego *Cynthius Diaconus Card. S. Adriani.*
Ego *Ugo Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.*
Ego *Vitellius Diac. Card. Ss. Sergii, & Bacchi.*
Ego *Ugo Diac. Card. S. Angeli.*
Ego *Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.*

Datum Anagniæ per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi, & Notarii, Kalendis Martii, Indictione ſeptima, Incarnationis Dominicæ Anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatus verò Domini Alexandri Papę III. Anno quintodecimo.

Hocce privilegio, ait Monachus, *Alexander confirmat Archiepiſcopo Capuano jus Metropoliticum. Novem Eccleſię ſuffraganeę recenſentur; ſed abſque dubio Joannes XIII. plures adſcripſerat. Eccleſia Atinenſis olim Epiſcopalis erat Capuanę Eccleſię Suffraganea, & Atenulphus Capuanus Epiſcopus*

Leo-

Leonem Atinenſem Epiſcopum conſecravit, ut ſupra retulimus. Eccleſiam quoque Soranam fuiſſe Capuanæ obnoxiam indicat bulla s. Stephani Cajacenſis Epiſcopi, illi namque bullę ſubſcribunt duo Epiſcopi, duo Presbyteri, Diaconi duo, & duo Subdiaconi: fuiſſe illos Epiſcopos comprovinciales, Sacrorum Canonum diſt. 64. præcepta nobis confirmant; ſubſcriptiones verò, ut ſuo loco notabimus, ſunt Epiſcopi Calvenſis, & Sorani. Abbatia S. Mariæ Majoris intra Capuam profectò non eſt alia Eccleſia, nec alia Abbatia, quam Monaſterium S. Mariæ Monialium. Eccleſia illa S. Maria Major nuncupabatur, cum cæteris Eccleſiis ejuſdem nominis antecelleret. De illa oportuit ſpecialem haberi mentionem in hoc diplomate, quia Abbatiſſa & Moniales prætendebant Eccleſiæ, & Monaſterii libertatem, nec Archiepiſcopo obedire volebant: anno 1171. cauſa cognita idem Alexander pro Capuano Archiepiſcopo ſententiam tulit, eique Monaſterium ſubjecit; ideo de Abbatia illa meminiſſe oportuit. Pari quoque ratione de quibuſdam aliis Eccleſiis mentio facta eſt, quæ propter juſpatronatus, exemptionem ab Archiepiſcopi juriſdictione percipere poterant. Eccleſia S. Salvatoris, S. Joannis, S. Michaelis, quæ dicebatur ad Curtim, Principum Capella, & quidem inſignes: ideo hic ſpectatim nominatæ fuerunt. Non poſſumus conjectare, imò certè definire, quæ intra Epiſcopium ſupra portam, licet ex magna parte collapſę conſpiciuntur; in novem ex illis ſunt imagines Epiſcoporum, in duabus imagines Caſtrorum & in una Sanctimonialis. Illis aliæ alternis vicibus tabulę cum quibuſdam veluti gentilitiorum ſtemmatum picturis intercedunt; habent ſeptem Epiſcopi, & duo Caſtra non deleta, nec amotas inſcriptiones, ſub pedibus primi legitur Calvenſis Epiſcopus, *ſecundi* Caſertanus, *tertii* Cajacenſis, *quarti* Theanenſis, *quinti* Beuſtan, *octavi* Sueſſanus, *ſub noni* Calinus Epiſcopus. *In uno Caſtro,* Caſtrum Murzaniſil, quod eſt de Demorin Eccleſiæ Capuanæ: *in altero* Caſtrum Maris de Vulturno, quod eſt Demanium Eccleſiæ Capuanæ. *Quandoigitur Alexander Papa III. hoc diplomate confirmavit Archiepiſcopo jus ſupra novem in ipſo diplomate nominatos Epiſcopos, & ſupra inſigne Monaſterium S. Mariæ, tunc ad futuram rei memoriam oportet hujuſmodi tabulas fuiſſe pictas, & quæ perierunt, tres inſcriptiones abſque ullo dubio erant una Aquinenſis Epiſcopi, altera Iſernienſis Epiſcopi, tertia Abbatiſſæ S. Marię. Olim illæ tabulæ extabant in gyro ſupra Chorum antiquum exiſtentem in medio templo; ſed Patriarcha Antiochenus Jordanus Caetanus Archiepiſcopus extructo novo Choro illas ſupra portas collocavit.* Hæc ille. Cæterum Alphanus ille eſt Archiepiſcopus Capuanus, ad quem, & Petrum Caſinenſem Abbatem Alexander idem tertius ſcripſit epiſtolam, Dat. Venetiis 6. Kal. Auguſti, commemorans quæ pro Eccleſiæ pace cum Federico Imper. egiſſet, quam recitat Baronius ad annum 1177.

LVII 20 MATTHÆUS Alphano ſucceſſit an. 1183. qui diplomati ab Henrico VI. Imp. cujus erat familiaris intimus, Eccleſiæ Panormitanæ anno 1195. Id. Januarii, Dat. Panormi conceſſo calculum ſuum & nomen adjecit, apud Rocchum Pyrrhum. Eidem & Bartholomæo Panormitano, ac Guilelmo Regienſi Archiepiſcopis cauſam delegavit, quæ Roſanenſem inter & Montisregalenſem Archiepiſcopos æſtuabat ex epiſtola ejuſdem Pontificis, quæ habetur in regiſtro Innocentii III. extant Epiſtolæ aliæ Innocentii Decretales ad eundem Matthæum, quibus familiarem fuiſſe Federici Siciliæ Regis dignoſcitur. Hic enim non modò vita integer, verùm multis præclarè, & cum ſumma prudentia in Regno Siciliæ geſtis, famam, exiſtimationemque apud omnes tum ſummam apud Henricum VI. ejuſque uxorem Conſtantiam Impp. tum apud Innocentium eundem tertium gratiam collegit, ut ab ipſo poſt Conſtantiæ obitum unus inter multos præclariſſimos Præſules, ad Regni Siciliæ moderamina Federico tum puero, delectus fuerit, eodem in munere Panormi defunctus eſt circa an. Dom. 1203. ibidemque ſepultus, quo defuncto, In- A nocentius ad Capitulum Capuanum de ſucceſſore eligendo inſignem epiſtolam ſcripſit, cujus pars habetur in corpore Juris Canonici, & integram exſcribo ex Monacho.

Cum inter univerſas Metropoles, Capuana ſit Apoſtolicæ Sedi vicinior; ad proviſionem ipſius ſpecialius aſpiramus, talem ipſi perſonam præfigi cupientes, quæ ſicut alios Metropolitanos loci vicinitate, ſic & devotionis affectu præcellat; per quam, & ipſa Metropolis tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus optatum ſuſcipiat incrementum. Intelleximus autem per dilectos filios L. & P. Canonicos veſtros, & literas, quas ad Sedem Apoſtolicam detulerunt, quod ad Decanum, & alios Canonicos veſtros Panormi manentes, cum ex eorum parte vobis fuiſſet per literas intimatum, ut familiæ Capuanæ damna penſantes, ſic tractaretis ſuper electione ſubſtituendi paſtoris, quod nullum deberetis in eorum abſentia nominare, quendam ſocium veſtrum cum literis deſtinaſtis, duodecim dierum terminum aſſignantes, infra quem, B *poſt receptionem literarum veſtrarum, iter arriperent redeundi: quamvis Eccleſiaſtica conſuetudo non exigat, ut ad electionem paſtoris Canonici tam remoti vocentur, & illi præcipuè, qui longè antequam Metropolitani veſtri obitum præſentialiter cognoverunt, quorum aliqui poſt ejus deceſſum, ad Capuanam Eccleſiam ſunt reverſi. Quia verò mora longior in electionibus eſt valde ſuſpecta, imò ſæpe damnoſa, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus invocata Spiritus ſancti gratia, perſonam idoneam per electionem canonicam concorditer aſſumatis, ad regimen Eccleſiæ Capuanæ: conſequenter ad noſtram præſentiam nuncios idoneos tranſmiſſuri, per quos à nobis vice regia poſtuletis aſſenſum, & Apoſtolicæ confirmationis gratiam requiratis, attentiùs proviſuri, ut eo diſcretionis, charitatis ſtudio procedatis, quod nec in electione vitium, nec in electo defectus valeat inveniri. Alioquin, & factum electionis revocaremus in irritum, & perſonas eligentium puniremus.*

C Ad hoc diploma notas adjecit idem Monachus. *Canoniſtæ in cap. cum inter univerſas de elect. quærunt, cur in electione Archiepiſcopi Capuani peteretur regius aſſenſus? profectò regius aſſenſus in electionibus Prælatorum Regni Siciliæ petebatur, idque non ratione Juriſpatronatus, nec feudi, aut conſuetudinis, ſed ex ſpeciali privilegio ipſiuſmet Innocentii III. conceſſo Conſtantiæ Reginæ Siciliæ, ejuſque filio Federico. Accipe verba ex epiſtola Innocentii ad illos. Nec novum,* inquit, *nec injuſtum extitit, ſi Regno Siciliæ gratiam faciamus ſpecialem.* Et infra, *Sede vacante, Capitulum ſignificabit vobis & veſtris hæredibus obitum deceſſoris, deinde convenientes in unum, invocata Spiritus ſancti gratia, ſecundum Deum elegerint canonicè perſonam idoneam, cui requiſitum à vobis præbere debeatis aſſenſum, & electionem factam non different publicare, electionem verò factam, & publicatam denunciabunt vobis, & veſtrum requirent aſſenſum: antequam aſſenſus regius requiratur, non inthronizetur electus, nec decantetur laudis ſo-* D *lemnitas, quæ inthronizationi videtur annexa: nec antequam auctoritate Pontificali fuerit confirmatus, adminiſtrationi ſe ullatenus immiſcebit; ſic enim honori veſtro volumus condeſcendere, ut libertatem canonicam obſervemus, nullo prorſus obſtante reſcripto, quod à Sede Apoſtolica fuerit impetratum. Rogamus, &c. Cur aſſenſus petendus erat ab Innocentio Papa vice regia? Profectò cum Imperatrix Conſtantia defuncta jam eſſet, ex illius teſtamento Innocentius III factus eſt Federici tutor, ſeu Balius, & ideo vice regia fungebatur. Hinc ergo habemus Matthæum Archiepiſcopum poſt Conſtantiam deceſſiſſe, nempè poſt annum 1199.* (ſubſcripſerat anno 5. Auguſti diplomati Henrici VI. ſub datum in Sicilia Inſula, cujus meminit Crantius in Saxonia) *perveniſſe ad an. 1202. comperimus ex inſtrumentis.*

21 RAYNALDUS, Petri Celani Comitis filius, ac Innocentii III. nobilis alumnus, Subdiaconus & Capellanus poſt obitum Matthæi canonica Ca- LVIII

pi-

pituli electione deligitur Capuanus Archiepiſcopus anno 1204. de cujus electione habemus partem Epiſtolæ Innocentii in corpore Juris, & integram damus ſequentibus verbis conceptam.

Archidiacono, & Capitulo Capuanis.

Cum olim nobis de obitu bonæ memoriæ Archiepiſcopi Capuani tam per veſtras literas, quàm nuncios conſtitiſſet, volentes, prout officii noſtri ſollicitudo depoſcit, in paſtorem provideri celerius Eccleſiæ viduatæ, vobis dedimus in mandatis, ut electionem canonicam de perſona idonea faceretis, per quam in ſpiritualibus, & temporalibus Capuana Eccleſia poſſet congruè gubernari. Vos autem mandatum noſtrum ſuſcipientes humiliter & devotè ſtatuto die in Metropol. Eccleſia conveniſtis, & cum ad tractandum de facienda electione in Capitulo ſederitis, tu fili Archidiacone hymnum ad invocandam Spiritus ſancti gratiam incœpiſſes, dilectus filius Archidiaconus Theat. Canonicus Capuanus ſilentium indicens, ſic ait: Dominus Papa, ut faceremus canonicam electionē præcepit, & ego ne fiat, niſi canonica, interdico, & ad ipſum vocem appellationis emitto. Cumque à quibuſdam veſtrum quæſitum fuiſſet ab Archidiacono memorato, quid intelligeret per Canonicam electionem, reſpondit, ut ſecundum decreta Canonica nullus in Epiſcopum de aliena eligeretur Eccleſia, dum in propria poſſet idoneus inveniri: & ſic aliquantulo facto tumultu, cum tu fili Archidiacone hymnum iterum incœpiſſes, ipſe Archidiac. Theatinus cum quibuſdam complicibus ſuis choro exivit, & cœpit in quodam angulo Eccleſiæ commorari, & vos hymnum in choro ſolemniter complevistis. Sed cum poſt invocatam Spiritus Sancti gratiam foret de electione tractandum, unum Presbyterum & unum Diaconum, & alium Acolythum, vicem gerentem Subdiaconi, qui etiam eſt Cancellarius Eccleſiæ Capuanæ, ut vota ſingulorum ſeriatim perquirerent, elegiſtis, qui univerſorum perquirentes diligentiùs voluntates, vos omnes, qui ad eligendum in Capitulo remanſiſtis, invenerunt in electione concordes: dilectum filium Subdiac. & Capell. noſtrum, filium dilecti filii nobilis Comitis Celanen. unanimiter nominantes. Demum verò prædictum Archid. & qui cum eo exierant, per quoſdam de veſtris admonere curaſtis, ut ad electionem accederent faciendam, ſed cum ipſi venire penitus recuſarent, & diceret idem Archid. quod non ei feceratis tantum honoris, & gratiæ, quod vobiſcum vellet in electione facienda perſiſtere, vos publicata electione veſtra, cantaſtis Te Deum laudamus, & pulſari feciſtis cum ſolemnitate campanas, ut quod per vos factum fuerat, innoteſceret Civitati, ad quarum ſonitum cū univerſus populus ad Eccleſiam perveniſſent, & audiſſent, qualiter à vobis electio fuerat celebrata, factum veſtrum communiter approbarunt, & quidam eorum, ut Archidiac. & alios, qui ab electione diſcordabant, ad concordiam revocarent, multipliciter inſtiterunt. Verùm ipſe Archidiaconus, ut proponitur, ſe tunc ipſi electioni minimè conſentire, ſed in noſtra præſentia ſuum aſſenſum ipſi velle præſtare reſpondit, quod etiam, ſicut dicitur, ſæpè, ac ſæpius in multorum præſentia replicavit. Tu verò fili Archidiacone cum multis de Canonicis Capuanis decretum electionis afferens eligentium ſubſcriptionibus roboratum, ad noſtram præſentiam acceſſiſtis, & cum apud nos fuiſſetis aliquando commorati, tres Canonici Capuani pro parte adverſa, poſt aliquot dies noſtro ſe conſpectui præſentarunt. Vobis igitur, & ipſis in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, utrique partium præcepimus dicere veritatem, & quantum quidem erat in narratione facti uſque ad exitum Archidiaconi prædicti de choro neutra partium diſcordabat. Dicebant tamen clerici antedicti, quod multi qui exierant cum Archid. minis & terroribus fuerant inducti electioni à vobis poſtmodum factæ conſentire. Cumq; tam à vobis, quàm clericis illis quæſiverimus diligenter, quot erant Clerici Capuani, qui electioni debuerant intereſſe, inventi non fuiſtis in reſponſione

A *diſcordes, ſed tam vos, quàm ipſi certum ſuper hoc numerum deſignaſtis, & cum quæreremus ſollicitè quot exierant cum Archid. Theatino, tùm appellationem appoſuit, interpoſitæ appellationi faventes, licet in hoc à vobis præfati tres clerici diſcordarent, quod ſcilicet 12. vel 13. ad plus de Canonicis ab electione facta proponerent diſſentire, & vos, eos eſſe 5. & aut 6. ſolummodò diceretis, ſecundum tamen expreſſum à vobis & ipſis Canonicorum numerum tres partes, & amplius erant in electione concordes: ſi etiam prædictorum clericorum aſſertio vera eſſet, quod ſcilicet 13. Canonici diſſentirent. Quamquam autem ut prædiximus diligenter inquiſivimus publicè veritatem, ne tamen aliqua videremur omittere, de quibus fides nobis erat plenior exhibenda, per quoſdam de fratribus noſtris ſigillatim vos, & ipſos Clericos examinari præcepimus, ut quiſque veſtrum coram ipſis plenius, & ſecuriùs exponeret veritatem: qui non aliud, quàm ante propoſitum fuerat, invenerunt. Interrogati verò clerici antedicti, qui quoſdam Canonicorum dixerant mi-*
B *nis, & terroribus ad conſentiendum inductos, ſi viderunt aliquibus quamlibet coactionem inferri, taliter reſponderunt, quod poſt factam electionem audiverunt quoſdam de Canonicis aliis comminantes, & dicentes, de civitate trecenti vocentur armati, & tunc apparebit, quis electioni noſtræ noluerit conſentire: ſed licet hoc dictum fuerit, non videtur tamen propter hoc cum armis aliquem venientem, vel ipſis coactionem aliquam intuliſſe. Cum autem ex utriuſq; partis aſſertione conſtaret interpoſitam fuiſſe appellationem canonicam, quando ne fieret electio, niſi canonica, ſecundum mandati noſtri tenorem; ad noſtram fuit audientiam appellatum, videri poterat, quod poſt eam medio tempore nihil debuerit innovari; unde talis electio judicanda erat irrita, & inanis, ut potè poſt appellationem canonicè interpoſitam attentata; ſed è contra cum appellatum fuiſſet, non ut nulla fieret, ſed ut canonica, ſi factum electionis fuit canonicè ſubſecutum, non utique contra formam appellationis hujuſmodi, ſed magis ſecundum eam videbatur eſſe pro-*
C *ceſſum, & ideo licet poſt appellationem, non tamen contra fuit eadem electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda. Nam cum duæ partes & amplius electioni conſenſerint, & conſentiant, licet cautum reperiatur in canone, ut tunc ex altera eligatur Eccleſia, cum nullus in propria fuerit repertus idoneus; quia tamen hoc in favorem introductum eſt clericorum, & cuique licet renunciare juri, quod pro ſe noſcitur introductum, vos, qui duæ partes eratis, & amplius, cum quod duæ partes Capituli faciunt, totum facere doceatur, in hac parte juri, quod pro vobis facere videbatur, renunciare potuiſtis, & electionem de perſona alterius Eccleſiæ celebrare, præſertim cum illud decretum locum videatur habere, quando clericis renitentibus, & invitis: alicujus violentia poteſtatis extraneus ingeritur ex adverſo, propter quod ſequitur in decreto, ut ſit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægravari, & quos ingeri ſibi viderint ex adverſo, non timeant refutare. Præterea, cum Sedes Apoſtolica caput omnium Eccleſiarum exiſtat, & Ro-*
D *manus Pontifex Judex ſit ordinarius ſingulorū, quando de ipſa quis aſſumitur in Prælatum alterius, ei poſſe objici non videtur propter capitis privilegium, quod obtinet plenitudinem quod de alia Eccleſia eligatur, cum à capite membra reputari non debeant aliena. Item cum poſt appellationem emiſſam, non ut fieret electio, quia talis appellatio nulla foret, ſed ut fieret canonica, d. Archid. Theat. cum ſuis fautoribus chorum exiſſet, & vos illos ut intereſſent electioni faciendæ vobiſcum curaſſetis ſollicitè revocare, quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos ſe feciſſe videntur: propter quod electioni à vobis concorditer celebratæ de jure non poſſe contradicere videbantur: præſertim cum idem Archid. poſtea requiſitus reſponderit, quod in præſentia noſtra vellet ſuum ei præbere conſenſum; & ideo cum ſecundum ſtatuta Lat. Concilii app. remota ſemper id debeat prævalere, quod à pluribus, & ſanioribus fuerit ordinatum, niſi fortè à paucioribus, & inferioribus*

ali-

aliquid rationabile objectum fuerit & oſtenſum, à vobis celebrata electio, tanquam à majori & ſaniori parte, non obſtante contradictione, vel appellatione paucorum debebat, & poterat rationabiliter confirmari, cum id, quod objectum extitit, & oſtenſum, rationibus præmiſſis appareat rationabile non fuiſſe. His taliter allegatis, quamquam contra perſonam illius, quem elegiſtis, nihil unquam dictum fuerit, vel objectum; quia tamen verbum Apoſtoli dicentis; Nemini citò manum imponas, debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa perſonam inquirenda fuerant, duximus ex officio noſtro, ſicut decuit, procedendum. Et quidem cum tria ſint in perſona electi præcipuè exquirenda, videlicet ætas legitima, morum honeſtas, & literatura ſufficiens, licet de honeſtate morum, tanquam ei, qui nobiſcum eſt aliquandiù laudabiliter converſatus, poſſimus ipſi laudabile teſtimonium perhibere; Illius quoque literaturæ, licet non eminentis, tamen convenientis extiſtat, ut pro defectu ſcientiæ (ſicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius cognoverant) ab electione non deberet excludi; B *de legitima tamen ætate plenè ſcire non potuimus veritatem, de qua nec vos, ut accepimus, aliquid cogitaſtis; cum à multis ejus ætatis extiſteret, curaverimus indagare, à nemine unquam audivimus, quod annum ætatis trigeſimum attigiſſet. Cum autem ſecundum prædicti Statuta Concilii, nullus debeat in Epiſcopum eligi, qui trigeſimum ætatis non egerit annum, licet ſenectus venerabilis ſit, non diuturna, nec annorum numero computata, ſed cani hominis ſint ſenſus ejus, & ætas ſenectutis vita immaculata; quia tamē poſt illa tria, quæ Salomon aſſerit difficilia, quartum quaſi reputet impoſſibile, viam videlicet viri in adoleſcentia ſua, tanquam inveſtigari non poſſit, Nos Eccleſiæ pariter, & perſonæ provideri volentes, & tam rationes, quàm canones obſervare, habito ſuper hoc cum fratribus noſtris diligenti tractatu, quia propoſitum veſtrum providum intelleximus, & ideo propter urgentem neceſſitatem, & evidentem utilitatem Eccleſiæ Capuanæ, quam in hac parte potius approbamus, volumus ipſum firmiter perdurare, præfatum Subdiaconum noſtrum, de communi fratrum noſtrorum conſilio vobis in procuratorem concedimus, liberam adminiſtrationem etiam tam in ſpiritualibus,* C *quàm in temporalibus committentes. Quapropter diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus eum ſuſcipientes, humiliter & devotè, ipſi curetis plenariè de ſpiritualibus, & temporalibus reſpondere, ut & ipſi profectum, & honorem Eccleſiæ Capuanæ valeat ſtudioſius procurare, & dilectionem, quam vos ad eum habere proponitis, in exhibitione operis experiri. Speramus enim in Domino, quod ſicut ei dedimus in mandatis, taliter in commiſſa ſibi procuratione proficiet, quod ſibi ſalutem, vobis utilitatem, & nobis comparabit honorem. Datum Lateran. &c.* Raynaldus ob defectum ætatis datus eſt Eccleſiæ procurator. Fuit ergo electus & confirmatus ab Innocentio, non conſecratus; ideo in documento anni 1204. & in alio anno 1205. dicitur electus, ejuſdemque inſpicitur ſubſcriptio literis rubeis exarata, & ſignum in hunc modum in circulo † *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* D In medio. *Sanctus Stephanus*, *Rainaldus Capuanus electus.* Anno verò 1210. jam cōſecratus ſubſcribitur, diciturque Archiepiſcopus. Interfuit Raynaldus tranſlationi S. Andreæ a Petro Capuano Card. Amalphi celebratæ an. 1206. & Apoſtoli digitum obtinuit, quem in Theſauro Capuano repoſuit. Raynaldus memoratur anno 1. Honorii III. in reg. Vat. ep. 97. Dat. 15. Kal. Maji Paulò poſt oportet obiiſſe, tametſi ſunt qui illum referant ad ann. 1221. confundentes illū cū alio ejuſdē nominis ſucceſſore.

LIX. 20 RAYNALDUS II. Capuæ Archiepiſcopus reperitur in quodam Inſtrumento Theſauri, qui cum enuncietur ſecundus, oportet ipſum Raynaldo Comitis Celani filio ſucceſſiſſe, ad quem extat Epiſtola Honorii in reg. Vat. n. 518. fol. 105. anni 5. qui fuit Chriſti 1221. Hic mortem obiit an. 1222. ut Richardus de S. Germano ſcriptum reliquit in Chron. narrans Comitem Averſanum adiiſſe Celanum ad Comitem Celanenſem oppugnandum, iviſſeq; cum eo Abb. Caſinenſem, & Raynaldum Capuanū Archiepiſc. in itinere ſubita & improviſa morte interiiſſa.

23 JACOBUS, Pactenſis in Sicilia Epiſcopus ab Honorio poſt diutinam trium annorum vacationem ad Capuanam Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1225. 7. Kal. Octob. ut liquet in epiſtola ejuſdem Pontificis ad Federicum Imp. quam integram retulimus tom. 1. in Averſanis Epiſcopis ex reg. Vatic. num. 55. fol. 87. ann. 10. Pontificatus Honorii, de qua tranſlatione cum aliis facta loquitur idem Richardus ad eundem annum. *Eodem menſe*, inquit, ſcilicet Septemb. *quinque vacantibus in regno Eccleſiis, Dominus Papa Honorius præfecit motu propriæ voluntatis, inſcio, & irrequiſito Imperatore, videlicet quendam Caſſinenſem Monachum Joannem, cognomento de S. Liberatore, Eccleſiæ S. Vincentii de Vulturno, Conſanæ priorem quendam S. Mariæ Novæ de urbe, Salernitanæ Famaguſtanum quondam Epiſcopum, Averſanæ Cantorem Amalphitanum, & Capuanæ Pavenſem (melius Pactenſem) Epiſc. quos tanquam in ſuum præjudicium promotos, recipi Imperator in ipſis Eccleſiis non permiſit.* An Jacobus iſte à Federico Eccleſiæ Capuanæ redditus ſit, vel idem ſit cum ſequenti, prorſus ignoro; tamen ſi conjecturari fas eſt, mihi videtur idem omnino eſſe cum ſequenti. LX

24 JACOBUS, ſive idem fuerit cum ſuperiori (1), ſive alius, Capuanus fuit Archiepiſcopus, quem conſecratum & Pallio donatum Gregorius IX. Papa commendavit populo & clero Capuano per Epiſtolam datam 6. Kal. Aprilis anno ſui Pontif. primo, ſalutis vero 1227. Extat Epiſt. hæc in Regeſto Vaticano ejuſdem Gregor. num. 5. fol. 1. De Jacobo iſto Monachus in Catalogo hæc habet. *Fuit filius Danielis Amalphitani, & fratrem habuit Joannem, ut patet ex inſtrumento 1241. Fuit Federici familiariſſimus, & aliis magiſtratibus imperabat, ut Capaccius notat. Cum inveniatur Archiepiſcopus ab an. 1228. ipſe dicendus eſt eſſe Archiepiſcopus ille Capuæ, qui anno 1229. ut habet Bzovius, fuit in Palæſtina cum Federico Imper. Sub hoc Archiepiſcopo an. 1241. Eccleſia Capuana ſolvit Collectam Imperialem. Habemus*, inquit Monachus, *Inſtrumentum cum appenſa bulla plumbea, in qua ex una parte ſunt imagines Sanctorum Stephani à ſtatiſtris, & Agathæ à dexteris, & ex altera imago & nomen ipſius Archiepiſcopi. Cæterùm Pater Jacobi Daniel, non patria, ſed cognomine Amalphitanus mihi videtur, ut illa ætate vicus quidam Amalphitanus Capuæ nominabatur; at eſto, fuerit Daniel Amalphitanus patria; mihi certum eſt, Jacobum ipſum fuiſſe civem Capuanum: certum eſt inquam ex Epiſtola Petri de Vinea, in qua Jacobus appellatur compatriota, & concivis Petri, Petri inquam de Vinea, quem eſſe Civē Capuanum Scriptores communiter habeat, & monumenta Capuana demonſtrant. Mutuas inter Petrum & Jacobum datas epiſtolas mſ. habemus in Theſauro.* Hæc ille. Ad hunc Jacobum ſcripſit Gregorius IX. anno 1. Pontificatus ex reg. Vatic. ep. 5. idem Gregorius ad Capitulum Capuanum dedit aliam epiſt. 13. Kalend. Februar. ann. Pontificatus, quæ num. eſt 414. fol. 251. ubi memoratur Alphanus bon. mem. Capuanus Archiepiſcopus, quo Præſule Capuam venit S. Franciſcus, cui Eccleſiam S. Petri Capuanum Capitulum tradidit ad Cœnobium ædificandum, quod poſtea S. Franciſci nomine fecerunt. Obiit Jacobus poſt annum 1240. quo defuncto, auctoritate Federici II. Imp in Capuana Eccleſia ſe intruſerunt Gualterius, Fridericus & Corradus, qui cum illegitimi fuerint Archiepiſcopi, ob hac ferie exulare coegimus. Addam de Gualterio ex nobili, LXI

pe

(1) Dubitatur hic in Ughello, an Jacobus iſte alius ſit, vel idem cum ſuperiori ab Imperatore Federico ſive redditus *Eccleſiæ*. Nobis, ſi conjectare licet, alter eſt ab eo. Hic enim Jacobus, ut aſſeritur à Capaccio in Ughello allegato, fuit Imperatoris familiariſſimus, & ejus nomine plurimis magiſtratibus imperabat, & cum ipſo in Palæſtinam abiit, ut habet Bzovius. Cur igitur quem arctiſſimo amoris fœdere ſibi junctum habebat, ab hujus Eccleſiæ regimine reſpuere debuiſſet Imperator? Ulterius ne dum pallio donatus, ſed conſecratus dicitur à Gregorio IX. quod de altero Jacobo nequit profari cum Pactenſis Epiſcopus inauguratus eſſet, & in ſui tranſlatione Pallio tantum decorandus eſſet. *Lucentius.*

perantiquaque familiæ de Ocre nato. Hic à Federico anno 1249. appellatur Capuanus electus, ſuuſque Capellanus, ac fidelis, atque in ejus gratiam Eccleſiæ Capuanæ reſtitui mandat bona omnia, quæ Petrus de Vinea, ejuſque conſanguinei & affines à Capuanis Præſulibus obtinuerant, & Imperialis Curia, propter eorum rebellionem, proſcripſerat. Qua verò Gualterius nobilitate prædiţus, ac rerum agendarum experientia probatus fuerit, inde conjicere licet, quod in Regno Neapolitano, è ſeptem ſupremis magiſtratibus ſextum obtinuerit, quem magni Cancellarii dicunt, ut teſtatur faſciculus ſextus fol.5. in veteri tabulario Neapolitano; ubi etiam Rege Conradodeferente auctus dicitur Baronia Ocrenſi, quæ præter id nominis oppidum Foſſam, & Roccam de Cambio complectebatur. Ejus porrò parens fuit Comes Berardus de Ocra Albæ Comes, qui à Marſorum Comitibus genus repetebat.



LXII 25. M. MARINUS Neapolitanus è vetuſta, nobiliſſimaque Filamarina familia, Patre Thoma, Matre Caieta gente Ebula pari nobilitate natus in Arce Goilelmæ Aquinatis Diœceſis. Adoleſcens majorum virtutum æmulator, Divi Thomæ Aquinatis diſcipulus, & legum Doctor eximius, ac divinarum, humanarumque literarum peritiſſimus evaſit ſub Gregorio IX. Curiæ ſe ſubmiſit, cognitaque ejus cum nobilitate generis ſpectata virtute, ab Innocentio IV. Gregorii ſucceſſore Apoſtolicus Capellanus, ac Sacri Palatii Auditor, Theſaurarius & Canonicus Salesborienſis in Anglia, mox ob eximiam eruditionem S. R. E. Vicecancellarius, ac denique vir ſuaviſſimis moribus poſt longum Capuanæ Eccleſiæ interregnum, deturbato Pſeudoarchiepiſcopo à Federico II. olim in eam Cathedram intruſo ab eodem Innocentio anno 1252. renunciatus eſt Capuanus Archiepiſcopus. Jacobo prædefuncto legitimè ſucceſſit Idibus Januarii, ut ex epiſtolis ejuſdem Innocentii tum ad ipſum, cum ad Capuanum Capitulum ſcriptis libet aſſerere, quæ hic exhibentur è Vatic. regeſt. à nobis exſcriptæ nu. 88. & 89. fol. 123. Pontif. 9.

Magiſtro Marino Capuano electo.

Clara probitatis tuæ merita, tuaque laudabilis apud Apoſtolicam Sedem converſatio, & longa, placidaque familiaritas, ex quibus te nobis & fratribus noſtris exhibuiſti gratum multipliciter, & acceptum inſtanter expoſcunt, ut perſonam tuam, ſcientia utique ac moribus præditam, & præcipuis attollamus favoribus, & gratiis potioribus honoremus. Decet namque, ut quia circa nos & Romanam Eccleſiam ſtudioſis claruiſti ſervitiis, ſic ſpecialibus efferre beneficiis ſtudeamus, ut ex hoc appareat evidenter, quod tuæ nequaquam eſſe poſſumus immemores bonitatis, ſed intendimus firmiter inter cæteros Ec-

A *cleſiarum Prælatos te ſemper in noſtris gerere viſceribus prædilectum. Hinc eſt quod cum Eccleſiæ Capuanæ diutiùs Præſulis deſtitutæ ſolatio, quæ inter alias Regni Siciliæ dignitate, ac nobilitate refulget, te tunc prædictæ Eccleſiæ Romanæ Vicecancell. de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, habito fratrum noſtrorum conſilio, in Archiepiſcopum præfecimus & Paſtorem; quia eò amplioris gratiæ præferendus es munere, quò celſiori virtute laudabiliter inveniris. Nos volentes ob id perſonam tuam ſingulari quaſi honorificentia honorare, omnia beneficia & præbendas, ac centum marcarum argenti de Theſaurariæ Sareſburien. nec non & alios totidem marcarum redditus de Eccleſiæ Dolinen. Diœceſ. Elien. proventibus tibi debitos, donec in beneficiis uſque ad certam marcarum argenti ſummam in Regno Angliæ tibi proviſum extiterit, prout in ordinationibus ſuper iis factis, & auctoritate Apoſtolica confirmatis plenius continetur, quæ ante hujuſmodi tuam promotionem habebas tibi auctoritate Apoſtolica plenariè reſervamus, ita quod*
B *ea omnia ſimul cum Eccleſia Capuana liberè licenter retineas, ipſorumque fructus, redditus & proventus, nec non & omnia quæ tibi eorum ratione antea competebant, integrè percipias, ſicut prius. Non obſtantibus Conſtitution. Concilii generalis, & quibuſcumque conſuetudinibus, vel ſtatutis contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, ſeu qualibet alia firmitate roboratis, & indulgentia Sedis Apoſtolicæ, quæ forte Anglicis, vel aliis eſt conceſſum, ut ſi quis Italicus, vel Sedis ejuſdem officialis promoveatur ad aliquam Prælaturam, beneficia ipſius prius ab ipſo in Terris illorum habita liberè aliis tanquam vacantia per eos, ad quos beneficiorum ipſorum ſpectat donatio conferantur, & quibuslibet aliis Apoſtolicis indulgentiis quibuſcumque perſonis, vel locis generaliter, vel ſpecialiter conceſſis, per quas hujuſmodi noſtra gratia, vel reſervatio poſſet quomodolibet impediri, etiamſi de ipſis, & earum tenore de verbo ad verbum, vel de ipſarum, ſeu locorum aliquorum nominibus plenam & expreſſam fieri oporteat in præſentibus*
C *mentionem, & ut liberum atque plenum abſque ullo obſtaculo de hac noſtra reſervatione conſequaris effectum, decernimus penitus irritum & inane quicquid contra eam ſuper præmiſſis beneficiis, præbendis, fructibus, proventibus ac redditibus ducentarum marcarum per quoſcumque fuerit attentatum. Nulli ergo, &c. noſtræ reſervationis, & conſtitutionis, &c. Dat. Peruſii Idibus Jann. Anno 9.*

Capitulo Eccleſiæ Capuanæ.

Debitum officii noſtri requirit, ut inter ſollicitudines alias, quibus aſſiduè premimur, ſpecialiter circa Eccleſias ſolertiam adhibentes, ipſorum utilitatibus intendamus, in eamaximè ut inducatis, ne longæ vacationis diſpendia patiantur, de talium celeriter noſtræ diligentiæ ſtudio provideatur ſubſtitutione paſtorum, per quos ſpiritualiter, & temporaliter continuum ſuſcipiat auctore Domino incrementum, & illis præcipuè, quæ Romanæ noſcuntur Eccleſiæ nul-
D *lo medio ſubjacere, cum quanto ſpecialius ſubſunt ei, tanto de ipſis teneamur ſollicitiùs cogitare. Sanè circa ſtatum Eccleſiæ Capuanæ diligenti conſideratione penſantes inter cætera, quibus à ſuorum oppreſſione gravaminum relevari eadem creditur, id occurrit præcipuum ſenſibus noſtris ad ipſius & filiorum ſuorum opportunum ſolamen, quod provideretur tam nobili ſponſæ, tamque famoſæ inter alias Regni Siciliæ Eccleſias, honorabili quoque, ſed viduatæ diutius de conſpicuo utique ſponſo, & multa providentia circumſpecto, per cujus prudentem induſtriam, & prudentiam eligentem utiliter ſuis incommodis, defectibuſque conſuli plenè poſſet, quibus collapſa dignoſcitur, & tempore jam longo depreſſa. Verùm quia poſt diutinæ meditationis examen in dilecto filio magiſtro Marino tunc Eccleſiæ Romanæ Vicecancellario invenimus evidenter, quod de ipſius perſona utilis ac ſufficiens eidē Eccleſiæ proviſio fieret, nos publicæ & propriæ utilitatis bonum in Epiſcopo ejuſdem Eccl. Capuanæ*

pro-

profectibus poſtponentes, probitatis ipſius, converſationis quoque laudabilis apud Sedem Apoſtolicam, & longæ placidæque familiaritatis gratioſis interpellantibus meritis, ex quibus ſe nobis idem, & fratribus noſtris gratum præbuit multipliciter & acceptum, A *præelegimus ipſum de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, habito ipſorum fratrum noſtrorum conſilio diligenti, præficiendum duximus in veſtrum, ac prædictæ Eccleſiæ Archiepiſcopum, & Paſtorem, utpote virum morum honeſtate præclarum, eminenti ſcientia præditum, & conſilii circumſpectione maturum. Attendentes in hoc potiſſimè ipſius emolumentum Eccleſiæ ſpeciale cum nobis, & ejuſdem Sedis obſequiis hominem ſic neceſſarium, quamquam invitè, ſubtrahendum duxerimus, & utilitatibus dictæ Eccleſiæ concedendum in hoc tantùm noſtris circa eum ſatisfieri videtur affectibus, quod ſic ipſum cujus eidem Sedi præſentia plurimùm opportuna dignoſcitur à nobis emittimus, quod cum nobis in Capuana Eccleſia reſervamus, & ſalutis conſilia, & auxilia opportuni regiminis, honoris quoque vobis & ipſi Eccleſiæ auctore* B *Deo felicia provenient incrementa. Quocirca univerſitatem veſtram rogandam duximus attentius, & monendam præcipiendo mandantes, quatenus ipſum tanquam patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum devotè ſuſcipientes, obedientiam, & reverentiam debitam impendatis, ipſius monitis & mandatis ſalubribus humiliter intendendo. Alioquin ſententiam, quam idem rite tulerit, & c. uſque obſervari. Datum Peruſii Idibus Januarii Anno 4.*

Itaque Marinus Archiepiſcopus electus toto ferè vitæ ſuæ ſpatio ſumma ingenuitate, ſummoque labore Sanctæ Sedi, decemque Pontificibus Maximis inſervivit, ut monumenta ab ipſo relicta teſtantur, quæ tribus magnis voluminibus diſtincta ſub nomine M. Marini de Ebulo m.s. in Bibliotheca Vaticana aſſervantur, unde poſteri in dictandis Apoſtolicis literis formulam & modum tanquam è lucidiſſimo fonte hauſerunt. Nec defuit Marino fortitudo in adverſis, & in proſperis ſumma animi demiſſio. A Federico II. Imp. Eccleſiæ infenſiſſimo hoſte, C tanquam unus ex præcipuis Pontificiæ majeſtatis defenſor, Imperialis aulæ reus factus à toto Regno proſcriptus eſt; eo defuncto ſub Conrado, & Manfredo Regibus, tunc electus Capuanus Archiepiſcopus, ab iiſdem eo ſacerdotio ſpoliatus, in Gualterium, inde Conradum intruſos, ita ſe invictum oſtendit, ut iis debellatis Capuanam Eccleſiam diu in ſervitute poſitam, liberam fecerit, eamque, Apoſtolicis impeditus negociis nondum conſecratus in Alexandri IV. manibus liberè reſignavit, ad quam dignitatem, nec Alexander, neque ejus ſucceſſor Urbanus IV. ob tanti viri reverentiam neminem aſſumpſerunt; ejus cum laude meminit Urbanus ipſe, dum Jacobo Philamarino Marini germano fratri, & Marocłæ (hæc fuit ex familia Caracciola) ejus uxori in quarto affinitatis gradu conjunctis indulſiſſet in hæc verba ex regeſt. Vatic. Urbani ep. 18. anni primi.

Jacobo Filomarini Civi Neapolitano & Marectæ uxori ejus. D

Licet in quarto affinitatis gradu conjugalis copula ſit ſacris Canonibus interdicta; conſuevit tamen ſuper hoc Sedes Apoſtolica diſpenſare cum illis, qui per ſuam & ſuorum devotionem diſpenſationis gratiam promerentur. Cum igitur q. Alonra uxore tua fili Jacobe, tibi filia Marocta quarto conſanguinitatis gradu attinente viam univerſæ carnis ingreſſa invicem matrimonialiter, ſicut aſſeritis duxeritis contrahendum, & plures filios ſuſceperitis ex eodem, ac ex divortio, ſi, quod abſit, inter vos celebrare contingeret, non leve poſſet ſcandalum ſuſcitare. Nos veſtræ devotionis obtentu ac conſideratione dilecti fil. M. electi Capuani fratris tui, fili Jacobe, ſuper hoc vos gratioſè proſequi, & favorabiliter intendentes vobiſcum quod hujuſmodi affinitatis impedimento nequaquam obſtante in ſic contracto matrimonio licitè remanere poſſitis, auctoritate Apoſtolica diſpenſamus, prolem ex ipſo matrimonio ſuſceptam fore legitimam decernentes. Nulli ergo noſtræ diſpenſationis, & c. Datum Viterbii 15. Kalend. Decemb. anno primo.

Interea defuncto Urbano Clemens IV. in Sede Petri ſucceſſit, à quo Marinus invitus trahitur iterum ad Capuanam Eccleſiam gubernandam anno 1266. eidemque præficitur 5. Kal. Junii anno Pontif. II. ex regeſt. Vatic. epiſt. 82. fol. 81. Viterbii ab eodem Pontifice munus conſecrationis accepit, & in Curia ad munera Vicecancellarii obeunda retinetur. Tandem cum diu & inceſſanter Gregorii X. aures pulſaſſet, obtenta venia ad deſideratam ſibi concreditam Eccleſiam deſideratus pervenit, in qua deinceps per novem & decem annos in ordinando Clero, Diœceſi viſitanda, ſynodis celebrandis, & populo piis operibus inſtruendo indeſeſſè, reliquum vitæ conſumpſit, ac plenus meritis octuagenario major Chriſtiano cœlo eripitur 6. Id. Martii anno ſal. 1285. humatus pergrandi, ac marmoreo tumulo in Cathedrali, nulla tamen tanti Præſulis proloquente inſcriptione: ejus tumeo honorariam memoriam paucis abhinc annis Neap. in ſacra æde Archiepiſcopali renovavit Aſcanius Card. Philamarinus Archiepiſcopus Neapolitanus; inſcriptio marmorea ſic proſtat legentibus.

Marinus Thomæ Philamarini
& Cajetæ Ebulæ filius
S. Thomæ Aquinatis diſcipulus:
Omni doctrina & virtute
ornatiſſimus,
Qui cum decem Pontificibus Maximis
Probatam fidelemque
Romæ impendiſſet operam,
Vicecancellarius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Canonicus Salisberienſis,
& Capuanus Archiepiſcopus
creatus eſt.
In ſua Eccleſia contra Federicum Imperatorem fortiter à ſe defenſa,
Ac per XXXX. annos ſanctè adminiſtrata obiit, & ſepultus eſt.
Anno ætatis ſuæ LXXX.
Chriſti nati M. CC. LXXXV.
Aſcanius Philamarinus
S. R. E. Cardinalis
Archiepiſcopus Neapolitanus,
ut tam præclara gentilis ſui
De re Chriſtiana, æquè, & litteraria
meritiſſimi
memoria extendatur
poſuit
Anno Domini MDCXXXXIII.

In hoc elogio aliqua videntur corrigenda, ubi habet, *in ſua Eccleſia contra Federicum Imperatorem fortiter à ſe defenſa*, melius dixiſſet, contra Federici Imperatoris filios: nam Federicus obierat anno 1250. Marinus Capuanus Archiepiſcopus adlectus eſt an. 1252. mortalitatem explevit ann. 1285. per annos tantùm triginta tres ſanctè Capuanam Eccleſiam adminiſtravit; non annos XL. ut in elogio legitur. Cur autem Marinus in ſuo Formulario de Ebulo cognominatur? cum ille idem ſit Marinus Filamarinus Archiepiſcopus Capuanus? ex veriſimili conjectura mihi videtur in memoriam materni generis nobiliſſimi de Ebulo cognominari voluiſſe, namque natus dicitur gente Ebula in Arce Guillelmæ, non de Ebulo in brevi ejus elogio, quod hic libet exſcribere ex Formulario ejuſdem à regeſt. Vat. Innocentii IV. anno Pontif. 12. fol. 183 à tergo. *Marinus natione Italus, patria Arcis Guillelmæ Aquinatæ Diœceſis in Campania natus gente Ebula, divini humaniq; juris inſtructiſſimus fuit. Nicolao germano fratri egregio legum conſulto doctrinæ laudibus non inferior. Romam venit, & inter Pontificios Capellanos, quos Rotæ Auditores vocant, litibus judicādis op-*

tatur. Sub Innocentio IV. is non ſolum divinarum legumſcientia pollens, verum in dictandis, ſcribendiſque Epiſtolis clara doctrina excelluit, ob id ab eodem Innocentio S. R. E. Vicecancellarius electus eſt. Formulariumſcripſit in ſeptemlib. diſtinctum; alia ſui ingenii monumenta reliquit. Ab eodem Pontifice Canonicus & Theſaurarius Saviſberienſis in Anglia, mox Capuanus Archiepiſcopus electus. Verum Marinus manus conſecrationis non ſuſcepit ad Alexandri IV. tempora, & eam Eccleſiam ſponte dimiſit, de qua Eccleſia non fuit de Paſtore proviſum neque ab ipſomet Alexandro IV. neque ab Urbano IV. virtuti, & ſanctitati eximii hujus viri illam reſervantibus. Tandem à Clemente IV. ad eandem Eccleſiam gubernandam Marinus trahitur invitus Viterbii ann. 2. ex reg. Apoſt. & conſecratur. Obiit octuagenario major, anno Honorii IV. ſecundo, qui illi ſubrogavit Cynthium de Pinea nomine, Romanum ex electo Tripolitane, ſub Dat. Kal. Junii ann. 2. Claram quoque de Marino hoc Capuano Archiepiſcopo habemus memoriam in proceſſu Canonizationis Sancti Thomæ Aquinatis temporibus Joannis XXII. ab Archiepiſcopo Neapolitano, & Epiſcopo Viterbienſi conſarcinato, in quo rotundè habetur Marinus ex gente Filamarina fuiſſe. Verba ſunt iſta: *Eadem die Martis, ultima Julii 1319. Nobilis vir Nicolaus de Filomarino teſtis citatus, & juratus in forma ſupradicta inquiſitione dicere veritatem; & primò interrogatus de vita & converſatione prædicti fratris Thomæ, dixit ſe audiviſſe, quod fuerat ſanctæ vitæ, & converſationis honeſtæ, homo magnæ caſtitatis, humilitatis, & ſobrietatis, & excellentiſſimæ ſanctitatis. Interrogatus à quibus prædicta audierat dici, dixit, quod à Domino Marino patre ſuo, & à Domino Marino patruo quondam Archiepiſcopo Capuano, qui dictum fratrem Thomam cognoverat & viderat, & diù converſatus fuerat cum eo, & quem habuerat in maxima devotione & reverentia; adeo quod quando prædictus patruus nominabat dictum fratrem Thomam propter ſanctam vitam ipſius ſemper quaſi lacbrymabatur, &c.* Proceſſum ex authentico exemplari nos ipſi legimus, & hæc exſcripſimus indulgente bon. mem. Conſtantino Abb. Cajetano, apud quem extabat. Igitur ex iis omnibus certiſſimis monumentis relatis fatendum eſt Marinum ex gente Filomarina fuiſſe, & quanquam ego non modicam operam, diligentiamque adhibuerim, nunquam reperire potui Marinum, quem de Filamarinis vocant, diverſum fuiſſe ab illo Marino, cui cognomen de Ebulo fecerunt: cum unus idemque fuerit Marinus, qui ab Innocentio IV. ad Capuanam Eccleſiam adminiſtrandam admotus. Nec prætereundum, quod Marino tunc electo Capuano Alexander Papa IV. anno 1254. Eccleſiam Capuanam ſolemni ritu conſecravit, ut ex diplomate dato Anagniæ patet an. Pontiſ. primo, Chriſti 1255.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Marino electo, & Capitulo Capuano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Conſecrationes altarium, in quibus Chriſtus immortaliter vivens ad noſtrorū abolendam criminum corruptelam in miniſterio immolatur Altaris, Chriſtianus populus cum puritate animi venerari tenetur dedicando membra ſua Domino ſervitute juſtitiæ in ſanctificatione quæ prius iniquitati, & immunditiæ ſerviebant, ut ſic, quæ per Chriſti miniſtros in Eccleſiis viſibiliter exhibentur, myſticè in templo fideles animæ divinitùs peragant. Cupientes itaque quod Eccleſia veſtra, quæ per nos ad honorem Dei & Beati Stephani Protomartyris extitit dedicata; feſtivitatum diebus à fidelibus frequentetur, & frequentantes pro tali ſolemnitate, quam peragunt, ſpirituali munere gratulentur de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad Eccleſiam veſtram in duabus feſtivitatibus Protomartyris memorati Sancti in Revelationis, & Natalis ejuſdem, ac in die anniverſario dedicationis ipſius Eccleſiæ, & uſque ad octavum diem earundem feſtivitatum, & dedicationis cauſa devotionis acceſſerint annuatim unum annum, & duas quadragenas de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum Anagniæ Id. Septemb. Pontiſ. noſtri anno primo.



26. CYNTHIUS de Pinea, nobilis Romanus ex electo Tripolitano Epiſcopo ab Honorio IV. ſublectus eſt Archiepiſcopus Capuanus 5. Kal. Junii, ſalutis anno 1286. ex epiſt. Vatic. reg. num. 5. fol. 133. anno Pont. 2. Quatuor omninò annis optimè ſedit, mortuuſque eſt ſub Nicolao IV. anno 1290. LXIII.

27. SALIMBENE, Canonicus Pariſienſis, defuncto Cynthio per Berardum Prænestinum, & Gerardum Sabinenſem Epiſcopos Cardinales Apoſtolicæ Sedis in Neapolitano Regno Legatos, quibus Capuanum Capitulum ad futurum Archipræſulem denominandum poteſtatem dederat, deſignatus eſt Archiepiſcopus Capuanus, & à Nicolao IV. confirmatus anno 1291. 4. Id. Feb. ex reg. Vatic. epiſt. 735. fol. 148. an. 3. munus conſecrationis ab eodem Urbeveteri recepit. Eidem ab eodem Nicolao omnes donationes factæ olim à Federico II. Imp. Eccleſiæ Capuanæ fuerunt affirmatæ an. 4. Pontiſ. ep. 21. fol. 44. in Vatic. regeſt. Quo Præſule Cœleſtinus V. Capuam venit, & Indulgentiam elargitus eſt fidelibus viſitantibus Eccleſiam Cathedralem Sancti Stephani. LXIV

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & optatam benedictionem.

Splendor paternæ gloriæ, quæ ſua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium de clementiſſima ipſius Majeſtate ſperantibus, tunc præcipuè benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Rogamus itaque univerſitatem veſtram, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Eccleſiam S. Stephani Capuani petituri à Domino veniam delictorum, in humilitate ſpiritus accedatis. Nos autem, ut Chriſti fideles ſint ad merita promptiores, ſicut fiduciam habentes conſequendi munera gratioſa Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè penitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſtivitatibus ejuſdem Martyris, & in anniverſario die Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ venerabiliter viſitaverint, unum annum & quadraginta dies, illis verò, qui in feſto Omnium Sanctorum devotè illuc acceſſerint, annuatim tres annos, & tres quadragenas de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Capuæ 3. Non. Novemb. Pont. noſtri Anno primo.

Mortem obiit Salimbene anno 1295.



LXV. 28. PETRUS Gerra a, Ferentinas, vir illuſtris, Archiepiſcopus Montis regalis in Sicilia, à Bonifacio VIII. an. 1296. 8 Id. Janua. ad Capuanam Eccleſiam translatus, inde ad Patriarchatum Aquilejenſem evectus ab eodem Pontifice anno 1299. Quem Præſulem mirum in modum res ab ipſo præclarè geſtę illuſtriorem fecerunt. Soranus antea fuerat Epiſcopus, mox Reatinus, inde Montis regalis, Capuanus, & Aquilejenſis Patriarcha, in Gallia, Hiſpania aliiſque Chriſtiani Orbis partibus legationes obivit feliciſſimè: quinque ſupra triginta annos, has quinque, diverſis temporibus feliciomine rexit Eccleſias, ut alibi diximus.

a De eo fuse Michael del Giudice in descript. Montis regalis Monast.

LXVI 29. LEONARDUS Patraſſus b de Guercino Bonifacii VIII avunculus, Epiſcopus Alatrinus, mox [„ Æſiaus poſtea] Averſanus, à Bonifacio translatus eſt ad Capuanam Eccleſiam 8. Kalen. Aug. 1299. pauloque poſt factus eſt Epiſcopus Cardinalis Albanus. De quo v. de 1. tom. in Epiſcopis Albanen. Alatrinis & Averſanis

b De eo Ciaconius Oldoinus t. 2. col. 331.

LX VII. 30. ALBERTUS, antea Epiſcopus Tarracinenſis, factus eſt Capuanus Archiepiſcopus per translationem Leonardi ad Albanenſem 3. Non. Junii 1300. ex reg. Vatic. ep. 187. fol 310. an. 6. Bonifacii: obiit Albertus eodem anno.



LX VIII. 31. JOANNEM è familia Capuana ejuſdem Civitatis, olim Conſerienſis in Hybernia Epiſcopum, tunc Archiepiſcopum Beneventanum, in demortui Alberti locum Bonifacius VIII. ad hanc Capuanam Eccleſiam tranſtulit 4. Non. Januar. an. 6. ſui Pontificatus, qui fuit Chriſti 1300. (1) cujus translationis diploma. Datum Laterani eſt in reg. Vatic. num. 361. fol. 558. cui pallium traditum fuit à Matthæo S. Mariæ in Porticu, Franciſco S. Mariæ in Coſmedio, & Petro S. Mariæ novæ Diac. Card. Sedit ano. 4. mortuuſque eſt ann. 1304 Hic ille eſt Joannes, qui Beneventanæ ſuæ primæ Eccleſiæ multa bona mobilia auro, & argento contexta ad divinum cultum ſpectantia ſecum aſportaverat, remiſit, alia-

A que dono tranſmiſit anno 1301. quorum meminit literæ ejuſdem Joannis ad Adenulphum ejus in Beneventana Eccleſia ſucceſſorem, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, quas recitat Monachus, & ita ſe habent.

In Chriſto Patri amico cariſſimo, Domino Adenulpho Archiepiſcopo, & diſcretis viris Capitulo Benevent.

Joannes miſeratione Divina Capuanus Archiepiſcopus, ſalutem & plenum ſinceritatis affectum.

*Ecce remittimus vobis bona infraſcripta per diſcretam virum Abbatem Franciſcum Theſaurarium Eccleſiæ veſtræ Beneventan. inter quæ ſunt quædam noſtra ſpecialia, quæ vobis concedimus, videlicet mitram unam cum ſmaltis auro & argento, lapidibus & perulis ornatam, cum Mitrali, in quo ponitur ipſa Mitra, cum una corrigia de ſeta rubea adbata de argento, & unam aliam Mitram albam ſim-*B *plicem. Item vas unum quod dicitur Tabernaculum, de argento cum ſua caſcia. Item Boſſidam unam de Ebore. Item planetam unam viridis coloris cum friſis de auro: Item pluviale unum cellatum cum magno friſo. Item tunicellam unam viridis coloris. Item Dalmaticam unam rubeam. Item tobaleam unam ad ſetam & auram pro Altari majori ad opera penſole. Item tobaleam unam de ſeta liſtatam de auro datam in recompenſatricem cujuſdam alterius tobaleæ. Item petteaem unum de ebure: Item calicem unum cum patena de argento deauratam. Item crocbiam unam cum baculo de ebure. Item tria pallia de ſeta. Item quinque tobaleas cum ſeta pro Altari. Item planetam unam de ſeta, Camiſam unum, ſtolam unam, manipulum unum, & amictum unum. Item tobaleam unam viridis coloris ad tenendum ſuper patenam. Item corporale unum cum caſa ad aurum, & Imagines: Item campanellam unam. Item annulum unum Pontificalem de auro, magnum. Item quendam alium* C *annulum de auro. Item Antiphonarium unum de die. Item ſcrinia duo coloris viridis pro Capella. Item tres acus de argento cum lapidibus pro pallio. Item par unum arethecarum de ſeta alba, cum ſmaltis impennatis, quod donavimus ipſi Eccleſiæ Beneventanæ. Item Friſum unum de auro, quod etiam nos donavimus prædictæ veſtræ Eccleſiæ Beneventanæ, & vobis ſemper in omnibus amicabiliter complacere. Valete.*

Datum Capuæ die quartodecimo menſis Martii.

Cauſa cur Joannes ſecum bona illa mobilia Benevento Capuam adduxerat, deindè Capua Beneventum remiſerit, illa conſeoda eſt, cum ab illa Eccleſia translatus ad Capuanam acceſſiſſet, pretioſa illa cum cæteris ejus mobilibus caſu invecta ſunt, quę deindè remiſſa ſunt. Joanni poteſtatem fecit Bonifacius, ut Bzovius ſcribit ad annum 1301. introducendi Mariam Siciliæ Reginam in Monaſterium Monialium S. Petri Ord. Prædicat. Neapoli, quique deſignatus decimarum collector, ad judicium vocatus eſt à Benedicto XI. anno 1304. ubi obiit.

D 32. ANDREAS Pandones, Adenulphi filius, nepos Bartholomæi de Capua, nobilis genere, ſed virtutibus, probitateque vitæ nobilior, cum diu fuiſſet Brundusinus Archiepiſcopus, ad patriæ ſedem translatus eſt Nonis Junii 1304. à Benedicto XI. rejectis Bartholomæo Decano Capuano, & Guillelmo Ebroydi Regis Siciliæ Cancellario in contentione electis poſt Joannis obitum, ut narrant epiſtolæ ejuſdem Benedicti in reg. Vatic num. 275. an. 1. Andreæ pallium tribuit Clemens V. anno Pontiſ. 2. Salutis 1306. 18. Kal. Septemb. Præfuit annis 7. Exceſſit verò 4. Id. Septemb. anno 1311. LXIX

(1) Hoc minime poteſt ſubſiſtere. Cum enim ex ipſo Ughello Albertus ſucceſſerit Leonardo inde amoto per aſſumptionem cum Cardinalatus honore ad Epiſcopatum Albanenſem 3. Non. Junii 1300. & ipſe Leonardus Albanenſem obtinuerit die 2. Martii ejuſdem anni, Joannes igitur præceſſiſſet Leonardi abſolutionem ab hujus Eccleſiæ vinculo, nedum ipſum Albertum, ſi ad hanc acceſſiſſet Eccleſiam in ipſo exordio anni 1300. Repone igitur pro an. 1300. an. 1301. & pro anno ſexto Bonifacii ſeptimum. *Lucentius*.



LXX 33. INGIRANNUS Stella, ex Provincia Provinciæ nobilis Gallus, Canonicus Siſtaricenſis, Regius Capellanus & Conſiliarius, ſucceſſit Andreæ juſſu Clementis V. 13. Kal. Aug. anno à Chriſto nato 1312. jam antea à Capitulo una cum Franciſco Carazolo Eccleſiæ Pariſienſis Cancellario, & Bartholomæo Brunduſino Archiepiſcopo in diſſenſione poſtulatus, quibus duobus rejectis, Stellæ Clemens Capuanum Sacerdotium contulit, ex Vatic. reg. ep. 499 fol. 104 an. 7. Clementis. Fuit Ingirannus omnium ſcientiarum genere optimè eruditus, ac ſingulari prudentia præditus, ſummaque familiaritate Roberto Regi conjunctiſſimus conſiliarius, & quæſtor, ut Capaccius ſcribit, deinde auctus Archiepiſcopali dignitate, magnus Regni Cancellarius creatus eſt anno 1320 cujus magiſtratus auctoritate Neapolitano Gymnaſio præfuit, ejuſque dignitati ut conſuleret, denuo ex ſtudiis recedentes ſcholares novo examine probandos ſtatuit. Interfuit cum Priſciano fratre Claſsi, qua Calabriæ Dux Roberti filius Siciliam invaſit anno 1325. Quo tempore affines quoque divitiis, ac dignitatibus claruere, inter quos Petrus Stella Regis Cubicularius, & Vicarius Magiſter Rationalis, & Quæſtor, tum etiam conſiliarius, Comeſtabilis, & Canonicus Cameracenſis. Interfuit canonizationi S. Thomæ Aquinatis Avenione celebratæ à Joanne XXII. anno 1323. & quarto loco oravit præſente Roberto Rege. At qualis, Ingiranno Archiepiſcopo, Cathedralis Eccleſiæ ſtatus eſſet, indicant ſtatuta ab illo, & Capitulo edita anno 1315. quæ hic ex Monacho exſcribimus.


In primis ſtatuerant communi voto, & conſenſu, de bonis communibus ipſius Congregationis Capituli, in quibuſcunque conſiſtant, triginta præbendas, ſingulas per ſe diviſas viginti integras, Presbyteris decem, & Diaconibus decem: viginti dimidias in Subdiaconatus officio conſtitutis: qui numeras etiam in portionibus de bonis quotidianarum diſtributionum in ipſa Eccleſia obſervatae. Item ordinaverunt, & conſtituerunt, quod ſi aliqua de prædictis præbendis pro tempore vacare contigerit, ſi eſt præbenda, aſſequatur ipſam antiquior Canonicus, qui in Sacerdotali, vel Diaconali ordine fuit primitùs inſtitutus in Canonicum, & cui locus, & ſtallum in Capitulo fuerit aſſignatus, qui dari Sacerdotibus, vel Diaconibus hactenus conſuevit: ſi verò dimidia fuerit præbenda vacans, aſſequatur ipſam antiquior Canonicus, qui in ordine Subdiaconali fuerit primitùs in Canonicum inſtitutus, & cui locus, & ſtallum in Capitulo fuerit aſſignatus, qui Subdiaconibus dari, & aſſignari conſuevit. Si verò nullus Canonicus in ordinibus ipſis eſſet expectans, præbenda ipſa integra, vel dimidia vacans teneatur in communi, donec aliquis ex ipſis Canonicis mandato Archiepiſcopi ordinetur, &c. Item quod ſi aliqua præbenda integra, vel dimidia ibidem vacaverit, poſſit antiquior canonicus in receptionis tempore, non ætatis, præbendam in ordine ſuo vacantem infra decem dies optare: qui ſi optaverit, præ-

A *bendam ejus optantis aſſequatur primo expectans, & ſi non eſſet expectans, aſſequatur ille, quem D. Archiepiſcopus duxerit in Canonicum, & ad talem ordinem promovendum. Item, quod dignitates habentes in ipſa Eccleſia præter illa annexa, quæ habent, habeant præbendam ſecundum ordinem, quem requirunt ipſæ dignitates; includantur tamen infra numerum triginta præbendarum dictarum. Item quod de ipſis præbendis triginta, præbenda una prædicto Domino Archiepiſcopo ratione Theſaurariæ penitus reſervetur. Item quod remaneant in communi tot poſſeſſiones, vel redditus, quot valeant per annum uncias triginta pro communi menſa, & de ipſis poſſit provideri Canonicis non ordinatis, Acolythis & ſervientibus Eccleſiæ ſecundum conſuetum, &c.*

Hæc ex uno Inſtrumento Theſauri; plura enim ſunt, in quorum altero ſunt hujuſmodi litteræ.

Noverint univerſi, præſentes litteras inſpecturi, quod nos Ingerannus, miſeratione divina, Capuanus Archiepiſcopus, attendentes grata obſequiorum
B *merita à Dopno Guillelmo de Carpinono noſtræ Capuanæ Eccleſiæ Canonico nobis hactenus collatorum, teſtamentum per eum conditum, ſeu ultimam voluntatem auctoritate literarum bon. mem. quondam Domini Andreæ Archiepiſcopi Capuani prædeceſſoris noſtri ſibi proindè conceſſarum tenore præſentium acceptamus, ratificamus, ac noſtrum ad id præſtantes aſſenſum ratum & firmum habentes quicquid prædictus D. Guillelmus in ſua dudum legavit ſeu diſpoſuit voluntate. Concedentes etiam eidem Dopno Guillelmo plenam & liberam poteſtatem, quod in prædicto ſuo teſtamento, ſeu ultima voluntate poſſit addere, & minuere ſeu mutare pro ſuæ arbitrio voluntatis. Juribus tamen dictæ noſtræ Eccleſiæ, ac cujuslibet alterius ſemper ſalvis. In cujus rei teſtimonium præſentes literas meo ſigillo pendenti munitas ſibi exindè duximus concedendas. Data Neapoli anno Domini milleſimo trecenteſimo quintodecimo, die tertiodecimo Junii tertiædecimæ Indictionis.*

Exceſsiſſe videtur Ingirannus circa finem anni
C 1333. condito ante teſtamento ad favorem Scholarium ſtudii Neapolitani.



D

34. RICHARDUS cognomento de Rogerio, Civis, & Archidiaconus Salernitanus, diſſidente Capitulo Capuano, quod poſt Ingiranni obitum Benedictum Archidiaconum Capuanum, Guizardum Abbatem Cavenſem, ac Nicolaum de Ebulo Canonicum Capuanum elegerat, tribus his reprobatis evaſit Archiepiſcopus Capuanus ex delectu Joannis XXII. anno Salutis 1334. 12. Kal. Martii anno Pontif. 18. ex reg. Vatic. Vir ſanè pius, & doctus interfuit coronationi Joannæ Reginæ anno 1344. Deceſſit verò poſtquam decem & ſex omninò annos in adminiſtratione expleſſet 1350. quem aliquando Rizardum, & Aliardum nominatum inveni. LXXI

35. Fr. VASINUS Rolandus ex Ordine Minorum olim Epiſcopus Gardienſis *a*, inde Eugubinus, ad hanc Capuanam Eccleſiam translatus per LXXII.

a Gratie hic dicitur Gardien. Epiſc. Vaſinus.

obi-

obitum Richardi à Clemente VI. anno 1350. 18 Kal. Julii anno Pontif. 9. ut in reg. Vatic. epiſt. 5. Fuit Reginæ Joannæ primæ perfamiliaris & charus, Campaniæ & Maritimæ Rector. Obiit anno 1351.



LXXIII. 36. JOANNEM fortaſſis de Porta, Salernitanum, olim Archiepiſcopum Corſienſem, indè Brundiſinum & Oritanum, ad hanc Capuanam Eccleſiam tranſtulit Innocentius VI. anno 1352. ex epiſt. 72. ſol. 23. reg. Vatic. Hunc idem Innocentius legavit in Aquitaniam ad pacem inter Reges Galliarum, & Anglorum ineundam 1355. eodemque munere functus pro Ludovico & Joanna Regibus ad eundem Innocentium. Rexit hanc Eccleſiam annis quinque; obiit anno 1357 eoque defuncto datus eſt Capuani Archiepiſcopatus adminiſtrator

LXXIV. ALBERTUS Albertinus Avellinenſis Epiſcopus ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum.

LXXV. 37. REGINALDUS, ſive Raynaldus Canonicus, & Cantor Antiſiodorenſis Eccleſiæ in Gallia, ab Innocentio VI. Capuanus Archiepiſcopus deſignatus eſt 5. Id. Maii anno 1358. ex ep. 34. ſol. 33. Pont. 6. reg. Vat. Hic cum in vetuſtis codicibus Capuanæ Eccleſiæ reperiſſet Cancellariæ officium inter alias Cathedralis dignitates fuiſſe, Cancellario certam quandam terram attribuit, decrevitque ut ille ex numero Diaconorum eſſet. Sedit ad annum uſque 1364.



LXXVI. 38. STEPHANUS Sulmonenſis ex nobili gente de Sanitate, cum eſſet vir doctus, moribusque præclarus, ex Aptenſis Eccleſiæ in Gallia Præpoſito, & Canonico ad Capuanum Archiepiſcopatum anno 1364. 13. Kal. Junii ab Urbano V. delectus eſt. Hic Archipræſul Beatiſſimæ Virginis Mariæ devotiſſimus fuit, quamobrem in Eccleſia S. Mariæ Majoris aliqua nobilia ornamenta, præcipuè Crucem argenteam dono dedit, in qua hæc inciſa carmina leguntur, ubi & inſignia ſuæ familiæ de Sanitate ſpectantur, duo ſcilicet tignia argentea in area ſcuti cærulea.

A *Stephanus Eccleſia Capuæ Prælatus honora,*
Ut fieret fecit. Lector, Crux cerne decora.
Hunc genuit Sulmo, genitus quo providus Actor
Extitit & noſtri Maſius per ſingula factor:
Tunc anni Domini currebant mille trecenti,
Et decies ſeptem fuimus quo morte redempti.

Anno 1375. Stephani Præſulatus ſecundo Clerus tam urbanus, quàm totius Capuanæ Diœceſis ex ejuſdem voluntate novæ Decimarum taxæ Cameræ Apoſtolicæ debitæ libenter aſſenſum præbuit; nec minorem promptitudinis copiam in Sancta Sedem Stephanus effudit; has nunc antiquas taxas vocant, nec ab re viſum eſt ex Monacho iterum hic exſcribere, cum in ea Eccleſiæ, Monaſteria, ſimpliciaque beneficia Capuanæ tum civitatis, tum Diœceſis recenſeantur.

In nomine Chriſti Amen. Anno Incarnationis ejus
B *milleſimo treceenteſimo ſeptuageſimo quinto, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini noſtri Gregorii divina providentia Papa XI. anno 5. die 17. menſis Decembris 14. Indict.*

Ego Chriſtophorus Merulus Canonicus Capuanus publicus Apoſtolica auctoritate Notarius præſenti ſcripto publico notum facio atque teſtor, quod in mei qui ſupra Notarii, & teſtium ſubſcriptorum præſentia prædicto die congregatis Canonicis, & Clericis majoris Eccleſiæ Capuanæ in choro ipſius Eccleſiæ Capuanæ, ubi plusquam duæ partes exiſtebant, nec non Archipresbyteris, Sacerdotibus & Clericis ipſius Civitatis Capuæ, & ejus Diœceſis pro majori, & ſaniori parte in eodem choro ſimiliter congregatis ad quaternam pulſationem Campanæ, ut moris eorum eſt, de mandato Reverendi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Stephani Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Capuani Archiepiſcopi pro tractandis eorum utilitatibus, & commoditatibus ibique coram
C *Canonicis de capitulo ejuſdem majoris Eccleſiæ Capuanæ prædictis, ac Archipresbyteris, ſacerdotibus, & clericis ipſius civitatis, & ejus Diœceſis jam dictis, congregatis in choro ejuſdem majoris Eccleſiæ Capuanæ præfatus Dominus Archiepiſcopus expoſuit viva voce, quod olim ex poteſtate ſibi tradita per Canonicos de Capitulo ipſius majoris Eccleſiæ Capuanæ, prædictum, ac totum clerum ipſius civitatis & ejus Diœceſis, ut ſupra, ſuper taxatione, & renovatione taxationis decimæ facienda per eum, ſeu alium, vel alios deputandos in taxatione ipſa ſecundum facultates fructuum, beneficiorum ipſorum certos deputavit taxatores, proviſores & appretiatores quoadam Abbatem Lillum de Angelo, & Dominum Dominicum de Elaſio clericos ipſius majoris Eccleſiæ Capuanæ ſuper facultatibus, fructibus, juribus, redditibus & proventibus tam menſæ ſuæ Archiepiſcopatus, ac dicti Capituli ejuſdem majoris Eccleſiæ Capuanæ, quàm aliarum Eccleſiarum, & beneficiorum ipſius civitatis, & ejus Diœceſis, ut habita informatione per*
D *eos de annuis valoribus, tum dictæ menſæ ſuæ, ac dicti Capituli, ac aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum civitatis, & ejus Diœceſis ſummam decimæ quæ debetur Apoſt. Cameræ pro modo facultatum uniuſcujuſq; taxarent inter ipſum Dominũ Archiepiſcopum pro menſa ſua Archiepiſcopatus prædicta & præfatum Capitulum, ac alios beneficiatos & Monaſteria cum eodem Domino Archiepiſcopo in decimis papalibus, & aliis oneribus concurrere debentia, ipſius civitatis, & ejus Diœceſis. Expoſuit etiam præfatus Dominus Archiepiſcopus ibidem, quod dicti deputati per eum proviſores, appretiatores, & taxatores procedentes ad inquiſitionem omnium facultatum, tam dictæ menſæ ſuæ Archiepiſcopatus, ac dicti Capituli ejuſdem Eccleſiæ Capuanæ, ac aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum ipſius civitatis, & ejus Diœceſis adhibita per eos informatione diligenti de annuis valoribus ac facultatibus tam dictæ menſæ ſuæ Archiepiſcopatus ipſius Eccle-*

A *ſiæ Capuanæ, ac dicti Capituli, quam aliarum Ec-
cleſiarum, & beneficiorum, ac Monaſteriorum ipſius
civitatis, & ejus Diœceſis, dictam ſummam aſcen-
dentem ad decimam, quæ debetur Apoſtolicæ Came-
ræ per ipſum Dominum Archiepiſcopum, ac dictum
Capitulum, ac alios beneficiatos, pro Eccleſiis & bene-
ficiis ipſius civitatis & ejus Diœceſis, prout taxari,
& contribui debuit in decima ipſa ſecundum faculta-
tes eorum taxaverunt, & fecerunt particulariter &
diſtinctè prout infra deſcribitur: ipſamque taxam fa-
ctam per deputatos eoſdem, præfatus Dom. Archiepi-
ſcopus publicè legi fecit, ac inſpici, videri & diſcuti
inter Canonicos de Capitulo prædictos, & alios Ar-
chipresbyteros, ſacerdotes, & clericos memoratos,
ipſaq; taxatione inter eos viſa & diſcuſſa, ac diligen-
ter examinata, tanquam idonea, æqua & juſta fuit
ab omnibus ſupradictis generaliter approbata ipſam-
que taxationem factam, ut prælegitur infraſcriptam,
prout in ſolutione prædictæ unius integræ decimæ, ac
aliis oneribus quoquomodo eis incumbentibus unani-
B miter & concorditer deliberaverunt & decreverunt
inviolabiliter obſervari, & ſecundum taxationem in-
fraſcriptam præfata pro infraſcriptis Eccleſiis, & be-
neficiis, ac Monaſteriis, tam in decima prædicta, quam
in aliis oneribus quibuſcunq; pro tempore eis incum-
bentibus quoquomodo concurrere, & contribuere ac
ſolvere ſingulis vicibus tam per ipſum Dominum Ar-
chiepiſcopum pro menſa ſua Archiepiſcopatus, & di-
ctum Capitulum, quàm alios beneficiatos quoſcunque
infraſcriptarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & be-
neficiorum firmiter debeant: Eccleſiæ verò & benefi-
cia, ac Monaſteria cum taxationibus, quæ aſcendunt
ad ſummam prædictam unius integræ decimæ, hæc
eſſe noſcuntur. In primis Dominus Archiepiſcopus
Capuanus pro menſa ſua Archiepiſcopatus in una in-
tegra decima taxatur in unciis triginta: Capitulum
majoris Eccleſiæ Capuanæ taxatur in unciis quinde-
cim. Item Capitulum Civitatis Capuæ extra cho-
rum Eccleſiæ Capuanæ taxatur in unciis ſex. Item
C Archipresbyteratus Terræ Lanei cum Sacerdotibus &
Diaconis ſuis in unciis duabus. Item Archipresbyte-
ratus Terræ Canciæ cum ſacerdotibus, & Diaconis ſuis
in uncia una, & tarenis quindecim. Item Archipres-
byteratus terræ Capuanæ, cum ſacerdotibus, & Dia-
conis ſuis in tarenis duodecim Item Archipresbytera-
tus Caſtri Muroni cum ſacerdotibus, & Diaconis ſuis in
tarenis octo. Item Monaſterium S. Angeli in formis
propè Capuam in unciis ſex. Item Monaſterium S. Be-
nedicti in Capua in unciis quinque. Monaſterium S.
Mariæ Monialium in Capua in unciis ſex. Monaſte-
rium S. Joannis Monialium in Capua in unciis qua-
tuor. Monaſterium S. Mariæ de Magellis in Capua in
uncia una, & tarenis quindecim. Monaſterium S.
Vincentii in Capua in uncia una, & tarenis quinde-
cim. Monaſterium S. Laurentii in Capua in tarenis
ſeptem & granis decem. Monaſterium Trinitatis Ca-
venſis in Capua in tarenis ſeptem & granis decem.
Hoſpitale S. Lazari in Capua in tarenis decem. Re-
ctoria S. Andreæ de Portu Flaviano in tarenis quin-
decim. R. S. Salvatoris minoris in tarenis quatuor.
D R. S. Martini ad Judaicam in tarenis tribus. R. S.
Marcelli Minoris in tarenis quatuor. R. E. S. Mariæ
de Porta in tarenis duobus. R. E. S. Mariæ in Abba-
tia in tareno uno, & granis decem. R. E. S. Andreæ
de Maximiliana in granis decem. R. E. S. Leucii in
uncia una, & tarenis ſex. R. E. Omnium Sanctorum
in tarenis novem. R E S. Pauli propè flumen in tare-
no uno, & granis decem. R. S. Laurentii ad Crucem
in tarenis decem R. E. S. Petri ad Ciguaniſcos in ta-
renis ſex. R. E S. Andreæ de Polita in tarenis tribus.
R. E. S. Jo. ad Curtim in tarenis duodecim. R E. S. Sal-
vatoris majoris in uncia una R. E. S. Bartholomæi de
Arcu Loiſii in tarenis quatuor, & granis decem. R.
Medietatis E. S. Mariæ de Petris erectis in tareno uno
& granis decem. R. E. S. Coſmæ de Porta nova in tare-
nis quatuor, & granis decem. R. E. S. Joannis ad Tur-
ripaldi in tareno uno & granis decem. R. E. S. Pam-
phili in tarenis duobus. R. E. S. Leonardi in tareno uno
& granis decem. R. E. Sanctorum Apoſtolorum in tare-
nis quatuor. R. E. S. Angeli Adildiſcor in tarenis qua-
tuor, & granis decem. R. E. S. Marcelli majoris in un-
cia una, & tarenis ſex. R. E. S. Scolaſticæ in granis duo-
decim R E. SS. Philippi & Jacobi in tarenis duobus.
R. E. S. Bartholomæi ad Monterone in tarenis duobus.
R E. S. Rufi in tarenis quinque. R. E. S. Nazarii in ta-
renis novem & granis decem R. E. S. Michaelis ad
Curtim in tarenis novem & granis decem. R. E. S. E-
raſmi ad Judices in granis quindecim. R. E. S. Germa-
ni in tarenis quindecim. R E S. Nicolai ad Judaicam
in tareno uno & granis decem. R. E. S. Benedicti Piz-
zuli in tarenis tribus, & granis decem. R Capellæ S.
Pauli in Archiepiſcopali conſtructæ in tarenis novem.
R:E.S. Auguſtini de Capua veteri in tarenis viginti-
duobus & granis decem. In Terra Lanei, videlicet,
R. E. S. Priſci in tarenis quatuor. R. E S. Elpidii in
tarenis tribus. R. E. S. Auguſtini in tarenis quatuor. R.
E. S. Michaelis de Villa Curtim in tarenis tribus. R.
E. S. Joannis de Villa Campuli in tareno uno, & granis
decem. R. E. S. Martini de Villa Maceratæ in tarenis
ſeptem, & granis decem. R. E. S Marcelli de Villa Mu-
ſicili in tareno una, & granis 10 ½. R. E. S. Marci de d.
Villa. Muſicili in tareno 1. & granis 10. R. E. S. Eraſ-
mi de Turri in tareno uno, & granis decem. R. E. S.
Petri de Villa Portici in tarenis quatuor. R. E. S. Ma-
riæ de Villa Coſalvæ in tarenis quatuor. R. E Sancto-
rum Angeli & Martini de Villa Martianiſi in tarenis
quatuor & granis decem. R. E. S. Procopii de Villa
Campi cipri in tareno uno & granis decem R. E. S. Ju-
lianæ de Villa Atrolæ in tarenis duobus. R. E. S Nico-
colai de Villa prædicta Atrolę in tareno uno & granis
decem. R. E. S. Giorgi de Villa Cuzzoli in tareno uno, &
granis decem. R. E. S. Marci de Villa Vicus gaudii in
tareno, & granis decem. R. E. S. Mariæ de villa Julla-
nelli in tareno uno, & granis decem. R. E S. Joannis
de Villa Picugnani in tarenis quatuor. R. E. S. Anelli
de Villa S. Anelli in tareno uno. R. E. S. Lucię de Villa s.
Lucię in tarenis tribus. R E. S. Tammari de Villa S.
Tammari in tarenis tribus R E S. Marię de Villa Ur-
ticella in tar. ſex. R E S. Andreę de Campo s. Andreæ
in tar. duobus & granis decem. R. E. S. Viti de Villa
Hercule in tar. quatuor. R E S. Marię de Villa Caſacel-
lulę in tareno uno & granis decem. R. E S. Stephani de
Capua veteri in uncia una, & tar. ſex. R R. Eccleſia-
rum Ruralium Terræ Lanei. videlicet. R. E. S. Jo. de Ba-
nira in granis duodecim. R E S. Marię à Quaranta in
tareno, uno, & granis decem. R. E. S. Stephani ad
Siſſanra in granis decem. R. E. S. Quirici de . . . . .
in tareno uno. R. E. S. Nicolai de Villa Caſapulli in
granis quindecim R. E S. Nicolai in Julanello in tare-
no uno, & granis decem. R. E. S. Petri Appumarum in
tareno uno, & granis decem. R. E. S Joannis ad tu-
mulum in granis ſex. R E. S. Salvatoris propè Villam
Vicus gaudii in granis duodecim. R E. S. Euphemiæ
de Caſanova in granis quindecim R. E. S. Felicis de
Villa s. Priſci in granis duodecim. R. E. S. Martini de
Aqua ſparta in tarenis ſex Beneficia dependentia, vi-
delicet beneficium s. Pauli in hoſpitio Archiepiſcopali
in tareno uno, & granis quinque. R. E. S. Salvatoris
ſitum in Villa Urticella in tareno uno. Beneficium a-
liud S. Salvatoris ſitum in Villa Cavæ in tareno uno.
Aliud beneficium s. Salvatoris in grana decem. Be-
neficium s. Leucii ſitum propè s. Mariam Majorem in
tarenis tribus. Beneficium s. Andreę de Portu Flavia-
no ſitum propè Villam Ricali in tareno uno. Aliud be-
neficium s. Andreæ ſitum propè s. Nicolaum de Strada
in granis decem. Aliud beneficium, quod dicitur Ter-
ra de petramala in tarenis tribus. Beneficium s. Bar-
tholomęi de Arcu Loiſii ſitum propè Refronſula in gra-
nis decem. Item terra Cazię videlicet, R. E. S. Mariæ
de Caſtromaris in granis quinque. R E. S. Caſtrenſis,
& S. Martini de . . . . in tarenis tribus. R. E. S. Bar-
baræ de Villa Caſtelluti in tarenis duobus & granis
decem. R. E. S. Julianæ de dicta Villa in tarenis tribus
& granis decem. R. E. S. Martini de Villa Roſellæ in
tarenis quatuor, & granis decem R. E. S. Stephani de
Villa Caſanovæ in tarenis tribus. R. E. S. Joannis
ad Turrim in tarenis quatuor. R. E. S. Laurentii de
Villa Garzani in tar. uno & granis decem. R. E. S. Cru-*

cis

eis de dicta Villa Garzaai in tarenis ſex. R.E.s.Giorgi de dicta Villa in tarenis duobus. R.E.Omniam Sanctoram de Villa Cancelli in tarenis tribus, R.E.Sancti Martini de Villa Britii in tarenis teibas. R.E S. Maeiæ de Villa Marannii in tarenis tribus. R.E.S.Mariæ de Villa Arnani in tarenis decem. R. E. S. Andeeæ de d Villa tareno ano & granis decem. R.E. S. Ecaſmi de Villa Captoli in taenis tribus. R E.S.Maximilianæ de Villa Geazaniſſi in tarenis daodecim R. E.S.Mariæ de Foſſa in tarenis octo R.E.S. Ecaſmi de dicta Villa in tarenis tribas. R.E.S. Nicolai de dicta Villa in tarenis duodecim. R.E.S. Petri de Villa Antim..ni in tarenis daobas. R.E.S. Mariæ de Villa longi in tarenouno, & granis decem. R E.S.Nicandri de d.Villa in tarenis duobus. R. E.S. Apollinaris de Terea Cantiæ in tarenis viginti daobus & granis decem. R.E.S Joannis ad Petrazzanum in tarenis qaatuor. R. F.:. Paris de Villa Acceſtarolo in taeeno ano, & geanis decem. B.neficiam Campi S.Stephani in tarenis ſex. In terra Capuana videlicet S.Joannis de Villa Pantuliani in tarenis qaatuor, & granis decem. R. E.S.Secundias de Villa S. Secundini in tarenis daobus & granis octo R. E. S. Mariæ ad Rotam de Villa Laborani in tareais duobus, & granis decem. R.E.S. Nicolai de Villa Camiliani in tareno ano. R.E.S.Mariæ de Villa Teuni in tarenis duobus R E.S.Secundini de Villa B.llonæ in tarenis daobus, & granis decem. R.E S.Viti ad Parmentaram in tarenis duobus. R.E.S.Clementis de Villa S.Clementis in tareno ano, & granis ſexdecim. R. ..s Germani de Pizzone in granis duodecim R .S.Lacrentii de Villa S. Laurentii in granis decem. R.E.S.Mariæ de Villa Vitalatii, & S Silveſtri ia Capaa in tarenis tribus. Nomina Eccleſiarum Campeſtrium, videlicet. R.E. S.Petri ad Raitum in granis decem. & octo. R. E. S. Mariæ de Campoliſio in granis decem & octo. R.E.S.Joannis ad Paldiſcos ia tareno uno & granis decem. R.E. S.Mariæ de Preta mala ia granis daodecim. R.E.S. Simeonis à Bozzolam in tareno ano, & granis decem. R. E. S.Laurentii ad olumaram in tareno uno, & geanis ſexdecim R E S.Angeli de Glutta in tarenis tribus. R.E.S.Felicis ad paludem in taenis teibut. R. E. S. Petri ad venulam in tareno uno. R E.S.Petri & .... in tarenis daobus & geanis quataor. R.E.S. Nazarii ad Rumagnanum in tarenoano, & granis quatuor. Beneficium de petris latis in tarenis ſex. R.E.S.Giorgii de Vitalatio in tareno ano. & geanis decem. R.E.S. Positi propè Campuliſium in.... Caſtei Murconi, videlicet, R.E.S. Mariæ in Valle Murroni in tarenis quataor, & geanis decem. R.E.S.Lucæ in tareno uno, & granis decem. R.E.S.Petri in tarenis tribas. R.E. S.Felicis in granis ſendecim. Quibus omnibus ſic peractis, tam Dominus Archiepiſcopas, quàm alii Canonici de Capitulo ipſius Eccleſiæ Capuanæ, & alii Presbyteri, & Clerici ſupradicti me prædictum Chriſtophorum Merulum Canonicum Capnanum publicam Apoſtolica auctoritate Notarium eequiſiverunt, & cogaverunt atteniè meum ſuper hoc officiam .... . .omnibus pro futuri temporis memoriam, & omnium qaorum intereſt, & poterit intereſſe certitudinem & cautelam facere debere publicum Inſtramentum, quorum eequiſitiones & preces ego prædictus Chriſtophorus atporè admittens, ut juſtas, de præmiſſis omnibus, præſens ſcriptum publicum conficeee curavi preſentibas Notario Jacobo de Cancello & Notario Maſſutio Notarii Annielis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, et rogatis.

Stephanus autem poſtquam per ſex, & decem annos boni Paſtoris functus fuiſſet officio, mortuus eſt anno 1380.5. Id. Julii Indict.3. Hic nepos fuit illius Franciſci de Sanitate Militis, ac Regii Conſiliarii viri longè clariſſimi, qui apud Neapolitanos Reges præcipua auctoritate floruit, Sulmonæ in patria defunctus anno 1363. in Cathedrali humatus, pulcherrimum marmoreum tumulum meruit hiſce carminibus exornatum. Fama eſt à patribus ad poſteros traducta, ea carmina à Franciſco Petrarcha ſcripta, tumulo veteris amici exarata fuiſſe.

Hæc Pyramis elarum Patrem, & decus Vrbis
Feanciſcum ſculpto marmore ſtructa tenet.
Regias hic miles, Regum Conſultas & ingens
Juridicus cunctis ſacta benigna feeens.
Templorum cultor reverens, inopumque Pateonus
Extitit, undè ſacrum creditur eſſe Polum.
O. A. D. M. CCCLXIII. die XIII. menſis Septembeis, primæ Indict.

Franciſci filii fuerunt Butius Joannæ Reginæ Camberlanus, & Aprutinæ Provinciæ Regius depoſitarius, & Theobaldus vir clariſſimus: Germani fratres ejuſdem Franciſci Paulus, Sanitas, & Raynaidus, cui Carolus III. Rex ob præclara ejus merita inter cætera dono dedit in feudum partem Terrarum Pacentri, & Rocchetæ Aprutinæ Provinciæ Citra cum hominibus Vaſſallis, &c. ut in Regio privilegin dat. Neap. annn 1382. 19. Julii. Ab iia clariſſimis viris proſeminata eſt gens illa de Sanitate, quæ hactenus Su monæ inter nobiles, claraſque familias recenſetur. Cæterum defuncto Stephano Urbanus VI. Pontifex Vicarium Capuanæ Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus benè inſtituit fratrem Gregorium Provincialem Ord. Minorum in Aprutina Provincia, ut ex balla Dat. Romæ 3. Kal. Aug. an. 3. apud Vvaddingum tom. 4. Annal. Minorum.



39. **ALOYSIUS** della Ratta nobiliſſima gente Catalana natus, Antonii III. Caſertæ Comitis filius, vel, ut alii ſcribunt, germanus frater, ob eximias animi dotes ſublectus eſt Capuanus Archiepiſcopus anno 1380. nec ad annum Præſul fuit, quem invida mors à mortalibus abſtulit anno 1381. LXXVII.



40. **ATHANASIUS**, quem alii Anaſtaſium vocant, Guindacius Neapolitanus Capuanam Sedem obtinuit ab Urbano VI. ann. 1382. Contra ipſum LXXVIII.

lego in lib. obligationum a Clemente VII Pſeudo-Pontifice Joannem quendam in hac Eccleſia intruſum, qui promiſit ſolitum ſubſidium ſacro Collegio anno 1385. die 23 Junii. Athanaſio vero facultatem teſtandi elargitus eſt Bonifacius IX. anno 1391. vixit tamen uſque ad ann. 1406. Quo Præſule, addit more ſuo Monachus, *Imago illa Sanctiſſimæ Virginis, quæ hodie*, la Madonna della Roſa *dicitur, intra majorem Eccleſiam cœpit in magna veneratione eſſe occaſione cujuſdam miraculi, quod ex actis reddo. Quidam maledictus filius, minister Satan, divinam non metuens ultionem, dum amiſſa pecunia ludo taxillorum . . . . ductus taxillos ad pectus imaginis . . . . Mariæ, depictæ in arcu portæ introitus, quo itur per dictam Eccleſiam ad cortilium ejuſdem Eccleſiæ, & confeſtim ipſis taxillis non viſis, tunc temporis cecidit ab inde ſcintilla ignis ad formam unius denarii, & dum unus cum aliis multis aſtantibus in ſtupore dati ſurgerent ut viderent quidnam eſſet, dexteram ſuam retraxit eò quòd arderet ad modum ſulphorelli, & accepto per ipſum vimine graminis, & cum ipſo vimen dictam ſcintillam revolvit, & ipſam vimen aliquantulum cœpit ardere, & confeſtim evanuit ab eorum oculis dicta ſcintilla.* Athanaſio Capuanum Sacerdotium tenente in Conventu Norimbergenſi in Germania obiit 1399. B. Raymondus Ord. Præd. Generalis, S. Catherinæ Senenſis olim à ſacris confeſſionibus, & B. Ludovicus Capuanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini floruit doctrina, & ſanctitate.



LXX IX. 41. PHILIPPUS de Barilis maxime nobilis Neapoli, Tropejenſis Canonicus, Capuanus electus eſt Archiepiſcopus ab Innocentio VII. anno 1406. 11. Kal. Martii, qui probè hominem longa experientia noverat, quippè qui ſub Bonifacio IX. variis fuerat pro Romana Sede functus muneribus in Neapolitano Regno. Interfuit Concilio Conſtantienſi ſub Joanne XXIII. & Martino V. celebrato. Ad decorem Capuanæ Eccleſiæ multa præclara opera geſſit, Archiepiſcopale Palatium vetuſtate, & bellorum injuria penè collapſum reſtituit, diſciplinam eccleſiaſticam propemodum delapſam reſtituendam conditis ſaluberrimis legibus ſtuduit quàm qui maximè. Aliquando vero Eccleſiæ ſuæ deſolationem immaniſſimam propriis uſurpavit oculis, pro qua, prove conſervanda Reginæ Joannæ fide in carcerem truſus, penè ultimum ſenſit periculum. Senio tandem & laboribus feſſus eximius Præſul an. 1435. mortem obiit. Hujus etiam Philippi temporibus Eccleſiam iſtam multos habuiſſe vaſſallos conſtat ex regio Archivio ann. 1314. Scilicet in Marzianiſio Campociplo, Ayrola, Trentula, Ercula, S. Maria Majore, S. Caſtreoſe, Villa nova, de Terra lanei: in Graizaniſio, Caizolii, Amone, Caſtelluccio, Roſela, Caſtro à mare, s. Blaſio, & s. Clemente, Caſanova, S. Joanne de Torri, s. Stephani Carazanæ, Cancello, Grazano de Terra Caoitæ, & in Patoliano, Bucia, Muſtardino, Barleano, Pizone, de Territorio Calvi

A in Sorbello, de territorio Sueſſano in Scarpato S. Helena in Territorio Trani, in Siliano Alfredi de territorio Caſertano, &c. Sed qualis fuerit poſt obitum Stephani Eccleſiæ Capuanæ miſerabilis ſtatus, licet agnoſcere ex monumento cuſo anno 1435. die 21 Decemb. quod aſſervatur in Theſauro Capuanæ Eccleſiæ in hæc verba.

Propter varias, multiplicesque, & diverſas novitates, & guerras exortas, & factas hucuſque & de præſenti etiam vigentes in Provincia Terræ laboris, & præfata civitas Capuæ, & ejus pertinentiis & diſtrictu, aliiſque civitatibus, Terris, Caſtris, & locis convicinis poſt mortem recolendæ mem. Sereniſſimæ Dominæ Dominæ Joannæ II. Dei gratia Hungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ Reginæ, &c. Status ipſorum Canonicorum, & Capituli, & aliorum hominum, & perſonarum, ac civium & habitantium dictæ civitatis Capuæ, & locorum prædictorum, in tantum fuit, & eſt collapſus etiam & depreſſus ex juribus, fructi-
B *bus, terraticis, ex taleis, penſionibus, redditibus, & proventibus ipſius majoris Eccleſię per eos ex hujuſmodi novitatibus, & guerris, ac pravis temporibus minimè habitis, nec perceptis, & qui, & quæ haberi, & percipi non poſſunt, quod ipſi Canonici eorum facultatibus, rebus, & bonis diminuti, & exhauſti, ad tantam ſunt penuriam & egeſtatem deducti, quod non valentes amplius exinde, ſicut decet, eorum vitam ducere, & alimenta ſuſcipere, cogantur quodammodo mendicare, & ipſam Eccleſiam derelinquere, & à divinis laudibus, & officiis ceſſare, nec in eadem Eccleſia, divina amplius celebrare: &, quod deterius, his non obſtantibus, non multis jam decurſis diebus dum præfata civitas Capuana per hoſtes, inimicos, & æmulos, ac rebelles majeſtatis prædicti noſtri Regis Alphonſi, & præfatę civitatis Capuæ, contra ipſam civitatem Capuæ cum eorum gentibus armigeris, equitibus, & peditibus in copioſo numero hoſtiliter caſtrametantes circumcirca detineretur obſeſſa, ut ipſa civitas in ſuo honorifico ſtatu ſub debita fidelitate prę-*
C *fati Domini Regis illibatè & incoacuſsè conſervaretur pro defenſione, tuitione, & manutentione ſtatus dicti Domini Regis, & ipſius civitatis, & pro ſolutione, & ſatisfactione ſtipendiorum armigerarum gentium, equitum, & peditum, pro defenſione & conſervatione dictæ Civitatis in eadem civitate perſiſtentium ex urgenti neceſſitate per Excellentem, & Magnificum Dominum Donnum Joannem de Vigintimiliis Militem Comitem Geracii, Regni Siciliæ ultra Farum Ammiratum, & citra Regnum Gubernatorem, ac præfatæ civitatis Capuæ, ſuiſque diſtrictus Vicegerentem, nec non & cives electos, & deputatos ad regimen, & gubernationem dictæ civitatis deliberatum fuit capere & apprehendere omnia & ſingula vaſa argentea, aurea, jocalia, & pretioſa ornamenta tam ipſius majoris Eccleſię, quàm aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum ejuſdem civitatis Capuę & illas, & illa convertere pro hujuſmodi conſervatione, & defenſione civitatis; & perquiſitis ſcriptis, & adnotatis vaſis aureis, argenteis, jocalibus*
D *& pretioſis ejuſdem Eccleſię ex cauſa prædicta: per-fati Canonici videntes dictam Eccleſiam Paſtore & defenſore deſtitutam, & quod ablatio, & abſtractio dictorum vaſorum, jocalium, & ornamentorum de dicta Eccleſia, & ejus Theſauro redundare non eam in non modicum detrimentum, & damnum Eccleſiæ memoratę, ſed ipſorum Canonicorum vilipenſionem, & animarum jacturam, & intendentes indemnitati dictę Eccleſię providere, à pręfato Domino Vicegerente & Gubernatore, ac electis obtinuerunt pro ipſis vaſis jocalibus & pretioſis dictę majoris Eccleſiæ ſolvere uncias quadragintaunam, & tarenos viginti de carlenis manualiter, & ipſa vaſa, jocalia & pretioſa in ipſa Eccleſia, & Theſauro ipſius remanerent, pro quibus quidem unciis quadragintauna, & tarenis viginti habendis & ſolvendis prędicti Canonici, & Capitulum non habentes pecuniam prę manibus & videntes ſe deſtitutos juribus, & fructibus eorum prędictis, & ad egeſtatem deductos ut ſupra, di-*

ver-

verſis hominibus, & perſonis illas eis gratiosè mutuantibus, de ipſis uncis quadeagintauna, & tarenis viginti ſe debitores conſtituerunt, & pro eorum cautela de diverſis bonis & rebus ejuſdem Eccleſiæ de reſtituendis, incertis terminis inter eos præfixis pignorationem, ac etiam venditionem fecerunt cum diverſis pactis, & promiſſionibus inter eos habitis, & ipſam pecuniam ſic mutuò conſecutam, & habitam pro prædictis vaſis jocalibus, & pretioſis præfato Domino Gubernatori, Vicegerenti, & Electis proce & cauſa prædicta ſolverant, & tradiderunt. Et quia de hujuſmodi pecunia ab eis mutuata à diverſis eorum creditoribus multipliciter moleſtantur & impetuntur, & niſi per eos pecunia mutuò recepta abſque tarditate, & ulterioris temporis prorogatione reſtituatur, præfata Eccleſia, ipſique Canonici, & Capitulum, damnum, & non modicum detrimentum reportarent; ſuper quibus pro eorum, & ipſius Eccleſiæ indemnitate, nec minus, ut expetentia, & egeſtate prædictis non cogantur ipſam Eccleſiam derelinquere, & à divinis in illa ceſſare, & ne ipſa Eccleſia de devotione ad ignominiam deducatur, cum matura conſilii inter eos habiti deliberatione, præfati Canonici & Capitulum propoſuerunt de bonis & rebus dictæ Congregationis ipſius Eccleſiæ, quæ ad præſens habet, tenet, & poſſidet, pro ſubventione & alimentis ipſorum, & eorum vita ducenda, ac pro ſatisfactione & extenuatione aliqualis partis dictæ pecuniæ per eos mutuo receptæ, ut ſupra locare, concedere, &c.

LXX X. 42. NICOLAUM de Acciapacio, a nobilem Surrentinum, Petri Ladislai Regis Camberlani & Conſil. & Mariæ Capeceæ filium, Epiſcopum Tropejenſem, Eugenius IV. ad Capuanam transtulit Eccleſiam die 24. Decem. 1436. mox in Concilio Florentino, ubi interfuit an. 1439. Presbyterum Cardinalem tit. S. Marcelli creavit. Hunc Alphonſo Neapolis Regi gravem fuiſſe inimicum ſcribit Capaccius. Renato enim Andegavenſi adhæſerat contra Alphonſum. Is Florentiæ cum eſſet, & Neapolim Franciſcus Sfortia adventaret, & ideo aliqui dicerent, jam Alfonſo Regi cum Renato negocium fore, reſpondit, immo me hercule, intelliget nunc Sfortia cum alio ſibi, quam cum Philippo Maria rem gerendam. Rex, cum hæc quidam ei retuliſſet ſi mei omnes, inquit, ita de me ſentiant, ut inimicus hic ſentit & prædicat, bello me certè nequaquam laceſſerent. Perduellis itaque habitus à Rege, ejecto Renato, Nicolaus Capuæ Archiepiſcopatus, alioſque eccleſiaſticos redditus quos in Regno obtinebat, amiſit; ſed omnia idem poſtea Rex ei reſtituit, ut ex veteribus ſcriptis, quæ in Divi Laurentii Averſæ aſſervantur, refert idem Capaccius. Hic etiam, ut ſcribit Aeneas Sylvius de morte Eugenii IV. & Nicolai V. creatione, ab eodem Eugenio pulſus, Roma actus in exilium eſt, eumque Eugenius, tametſi cum morte luctaretur, & à Cardinalibus obſecratus, revocare noluit; ſed Eugenii ſequuta jam morte Romam venit, magnoque populi & Cleri favore exceptus exequiis interfuit, & pro illo preces fudit; creationi interfuit Nicolai V. ſub quo obiit Romæ anno 1447. 3. Non. Aprilis. In Kalendario Capuano notatur obitus ejus dies 4. Nonas Aprilis, aliis Nonis Aprilis, ſepultus ad S. Petrum.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 1.

LXX XI. 43. JORDANUS, Chriſtophori Fundorum Comitis ex præclaro Cajetanorum ſtemmate, matre Joanuella de Furno natus, eligitur Capuanorum Archiepiſcopus à Nicolao V. anno 1447. ultima Maii menſe Junio conſecratur. Erat Alphonſo Regi propter acumen ingenii, ſummamque prudentiam cum humanitate conjunctam chariſſimus. Jam pridem nobilioribus diſciplinis fuerat imbutus, quippe qui inſigni laurea donatus, ſui ſæculi doctis hominibus, lepidiſque Poetis videbatur præſtare, cujus honorificam mentionem habet Campanus in epigrammate ad ipſum ſcripto. Nec minori virtute bellicis etiam ſpiritibus à natura præditus Alphonſo Ferdinandoque filio Regibus operam ſuam præſtitit in acquiſitione Neapolitani Regni

A contra Renatum Andegavenſem, quibus ſummo uſui fuit. A Ferdinando ſpeciali, ac honorifico privilegio in Regiam Aragoneam gentem adoptatus inter intimos conſiliarios aſcitus eſt, cum quo egit, ut cum Caſtrum maris, Vulturni arcem, agros, juriſdictiones Capuanis vendiderit, efficeret quoque, ut cenſus ipſi ſolverentur, qui antea à Sueſſæ Duce ſoluti fuerant. Arcem expugnatam abſtulerat Duci Ferdinandus, retinebatque ea ratione, qua ad Eccleſiam Capuanam ſpectaret. In ejuſdem Ferdinandi gratiam Innocentius VIII. in demortui Laurentii Zanæ locum. Patriarcham Antiochenum creavit anno 1485. Hic ut erat vir ad omnia natus conjunctam habuit cum magnificentia in Deum, Divoſque pietatem, & amorem in ſponſam ſuam Capuanam Eccleſiam, quam magnifica planè ſtructura exornatam penè à fundamentis reſtituit, conſtructoque ſacello ſpectabili elegantia ſub nomine Divæ Luciæ, quam tutelarem proprio ſtudio colebat, plurima Eccleſiæ Capuanæ contulit, ut gentilitia declarant inſignia, quibus vel frequentius in ea viſuntur. Theſaurum, ut vocant, in ſacello Divi Paulini à fundamentis extruxit, ſacram ſupellectilem plurimum auxit, Breviarium ad officium ritè celebrandum, deletis erroribus, ſublataque lectionum varietate opus ad priſtinam conſuetudinem antiquum atque optimum ritum Capuanæ Diœceſis ſummo labore, ac diligentia redegit, typiſque mandari curavit anno 1489. Neapoli tandem digniſſimus Præſul, cum ob Regni negocia verſaretur, Pontificatus ſui 50. Chriſti verò 1496. die 13. Octobris adiit ſolem occaſum neſcientem. Oſſa ejus Capuam allata ſunt, & in ſacello D. Luciæ in Cathedrali honorificè tumulata in ſepulchro, quod eodem anno ſibi paraverat cum inſcriptione.

D. OP. M. S.

Jor. Gay. Aragonius Ponti.
Cap. Patriar. Antiochenus
Pietatis & induſtriæ cultor
Humanam fragilitatem, exiguum
vitæ curriculum, incerti obitus
incertam diem conſiderans, H.S.
Sibi vivens, paravitque
Ann. Salut. noſtr.
MCCCCLXXXXVI.

Sunt eo in ſacello Cajetanæ domus inſignia, quibus in eodem ſcuto ſpectatur Aragoniæ Regum ſtemma: talia quoque viſuntur in picto pavimento Theſauri, necnon in ſedibus chori. Porro Ferdinandi Regis privilegium viſum eſt hic referre, cujus tenor talis eſt.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, &c. Rev. in Chriſto Patri Jordano Gaytano Antiochen. Patriarchæ, & Archiepiſcopo Capuano Conſiliario fideli noſtro dilecto gratiam & bonam voluntatem.

Conſueverunt majores noſtri ſapientiſſimi Viri benemeritos homines, ac virtutibus claros honoribus proſequi, & titulis honeſtare, ut & ornamentum virtutibus adderent, & alios tali quoque exemplo invitarent ad gloriam: hinc extiterunt decreta illa in erigendis ſtatuis, in ſcribendis titulis, ut non ſolum præſentes, verum etiam poſteri magnorum virorum egregia facinora cognita haberent, qualia exempla ſecuti ſunt Reges ac Principes inclyti viros inſigni virtute præditos variis honeſtamentis & honoribus libenter ſunt proſequuti: cenſentes ad ſe ipſos potiſſimum hoc pertinere; etenim nobilitare virtutem, illuſtrare ingenia, honeſtare illos, in quibus animi magnitudo eluceat, videtur proprium eſſe Regum, & alii quidem Reges in aliis honeſtandis hominibus ob alias atque alias cauſas diverſis ornamentorum generibus ſunt uſi. Nos autem cum multa jure eſſe proſpeximus


di-

digna, quæ honorari à nobis debeant, cum plurimas profectè virtutes in te ſitas eſſe intellexerimus, ac multa, magnaque vigere merita, jure ipſo commoti, atque adducti ſumus, ut teipſum, egregioſque virtutes tuas, & honoribus exornemus, & titulis illuſtremus. Et quamquam ad ampliora, inſignioraque in te ipſum conferenda voluntas noſtra intendat, te tamen in præſentia eundem Rever. Jordanum, quem affinitatis vinculo neptis noſtræ ex Illuſtriſſimo & cariſſimo primogenito, & Vicario Generali Aifonſo de Aragonia antea devinximus ad majorem amoris noſtri declarationem, licet ipſe per te ſis ſatis nobilis, & illuſtris, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, proprioque animi noſtri motu, meritis quidem tuis hoc expoſcentibus in familiam noſtram & in domum de Aragonia aſciſcimus, aſcribimus, & annumeramus Volentes quod de cætero, & in futurum ſis & appelleris de domo & proſapia de Aragonia, atque in omnibus actibus, titulis, negociis, & gerendis, atque agendis rebus inſcribaris, & appelleris, de Aragonia, & de eadem noſtra domo & familia ſit & appelletur tuum cognomen. Præterea ad te magis, magiſque illuſtrandam etiam ſerie cum præſenti plenam atque amplam tibi conferimus poteſtatem arma noſtra deferendi & faciendi. quibus quidem armis donamus & inſignimus utendis & deferendis faciendis quemadmodum inferius figurantur. Tu igitur quod virtutes exigunt tuæ id effice, & præſta ut honori, ac decori, ſis armis, & cognomini noſtro, quod te præſtituram virtus nobis tua videtur omnino permittere. In quorum fidem præſentes magno pendenti noſtro ſigillo juſſimus communiri. Datum in Caſtello noſtro novo Civitatis Neapolis per magnificum I. V. D Conſiliarium noſtrum dilectum Andream Mariconda Locumtenentem Illuſtris viri Honorati de Aragonia Gayetani Trajecti, Fundorumque Comitis Regni hujus Logothetæ, & Protonotarii Collateralis Conſiliarii noſtri dilectiſſimi die 16. Auguſti M. CCCCLXXXXI. Regnorum noſtrorum anno trigeſimo quarto. Rex Ferd.

LXX XII. *a De eo Ciacconius Oldoini t. 3. col. 186.* 44 JOANNES Borgia, *a* Hiſpanus, Alexandri VI nepos, Presbyter Cardinalis, Montiſque Regalis Archiepiſcopus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſcopus Caurienſis, Ferrarienſis, Capuanam etiam ſuſcepit regendam anno 1496. quam duobus tantùm annis adminiſtravit, eamque reſignavit die 15. Octob. 1498 Mortuus eſt Romæ 1503. ſepultus eſt apud S. Petrum. Quo Præſule ex Actis Regiæ Cancellariæ conſtat Federicum ſolemni ritu Capuæ *in Cathedrali coronatum fuiſſe in Regem 4. Idus Auguſti an. 1497. per manus Apoſtolici Legati Cæſaris Card. Borgia 4. Id. Auguſti ann. 1497. Ind. 15. præſentibus Archiepiſcopo Coſentino Pontificis tunc Alexandri VI. à ſecretis, & quamplurimis Prelatis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, atque nonnullis Oratoribus, videlicet Oratore Regis Romanorum, Regis Hiſpaniæ, Venetiarum, ac Ducis Mediolani, Proſpero Columna Duce Trajecti, Fabritio Columna Duce Tagliacozzi, Alfonſo de Aragonia de Piccolominers Duce Amalfiæ, Ferdinando Franciſco Guevara Marchione Piſcariæ, Trojano Carazulo Duce Melfiæ, Alberico Carrafa Duce Ariani, Andrea de Altavilla Duce Termularum, Franciſco de Urſinis Duce Gravinæ, Petracono Carazulo Comite Pulicini, Joanne Toma Carrafa Comite Matalani, Trojano de Cabanellis Comite Montellæ, Beliſario de Aquaviva Comite Neritoni, Marco Antonio Carazulo Comite Neocaſtri, Joanne Carrafa Comite Policaſtri, Vite Piſanello Regio Secretario, Antonio Griſono Regio Camerario, Roberto Bonifacio milite, & aliis Domicellis, Baronibus, &c.*

LXX XIII. *b De eo Ciacon. Oldoini t. 3. col. 186.* 45. JOANNES Lopez, *b* Valentinus Hiſpanus, Cardinalis Presb. tit. S. Mariæ Tranſtyberim, Epiſcopus Peruſinus, per ceſſionem Borgiæ evaſit Archiepiſcopus Capuanus die 15. Octobris 1498. Romæ defunctus eſt 8. Id. Auguſti 1501. ſepultus eſt ad Sancti Petri ad Vincula.

LXX XIV. *c De eo Ciaconius* 46. JOANNES Baptiſta Ferrarius, *c* Mutinenſis, tit. S. Griſogoni Presbyt. Cardinalis, Mutinenſis Epiſcopus, auctus eſt Archiepiſcopatu Capuano ab Alexandro VI. anno 1501. 8. Id. Aug. *Oldoini t. 3. col. 199.* Romæ veneno ſublatus eſt 6. Kal. Aug. 1502. Variantis fortunæ haud ignobile fuit exemplum, de quo vide, quæ de ipſo ſcripſimus tom. 2. In Epiſcopis Mutinenſibus.



47. HIPPOLYTUS Eſtenſis, *d* Diaconus Card. Ferrarienſis Epiſcopus, perpetuus factus Capuanæ Eccleſiæ adminiſtrator die 20. Julii 1502. Strigonienſis, Mediolanenſis, Agrienſiſque Præſul fuit, Ferrariæ deceſſit an. 1520. Plura de eo in Archiepiſcopis Mediolanenſibus, & Ferrarienſibus Epiſcopis diximus, vide ibi tom. 2. & 5. LXX XV. *d De hoc pariter Ciaconius t. 3. col. 196.*



48. Fr. NICOLAUS *e* Schomberg *f* Svevus Germanus Ordinis Prædicatorum à Leone X. decloratus eſt Capuanus Archiepiſcopus die 12. Septembris 1520. Hic filius fuit Theodorici nubilis Miſnenſis. Adoleſcens devotionis gratia Romam petiit, ſolutiſque votis, patriam cum repeteret, Florentiæ ex divina inſpiratione Divi Dominici anno 1497. in Cœnobio Sancti Marci ſub diſciplina Hieronymi Savonarolæ profeſſus eſt. Liberales artes aggreſſus. Philoſophus & inſignis Theologus evaſit. Creſcentibus ſimul cum doctrina virtutibus, Doctor & ſui Monaſterii Prior electus eſt, eoque in munere cum magnum nomen ſibi feciſſet, à Joanne Cloret ſui Ord. Generale, Socius, Terræ Sanctæ Provincialis adlectus, mox Generalis Procurator factus, ſub Julio II. magno fuit in pretio. Sub Leone X. charus habitus varios pro Romana Eccleſia exantlavit labores, à quo renunciatus eſt Capuanus Archiepiſcopus. Clementis VII. tum in proſperis, tum in adverſis intimus, fiduſque fuit conſiliarius, a quo ad Franciſcum Galliæ Regem pro pace cum Cæſare ineunda in Galliam miſſus, juſſu Regis Avenione detentus, inde ad Cameracenſem Conventum liberè adire permiſſus, ſua dexteritate, pax tandem inter Regem, Cæſaremque firmata fuit. Ad Curiam reverſus tantæ erat expectationis, ut defuncto Clemente (quod, & in Adriani VI. comitiis acciderat) ne dum Cardinalis, parum abfuit quin & Summus Eccleſiæ Ponti- LXX XVI. *e De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 169. f De hoc agit Pallavicinus in hiſt. Concil. Trident.*

A ſex renunciaretur, quem ſtatim Paulus III. ad purpuram evexit anno 1535. Capuanus Cardinalis vulgo appellatus eſt. Sequenti anno Capuanæ Eccleſiæ nupcium remiſit. Duobus tantum annis deinde vixit, mortalitatem explevit Romæ in Cœnobio S. Mariæ ad Minarvam 5. Id. Sepremb. 1537. ante ſores Eccleſiæ humili loco tumulatus, in marmore adhuc legitur inſcriptio,

Hoc vili, quem à tergo lector habes tumulo conditus eſt is, in quo mira rerum peritia, Catholica Doctrina, atque religio fuit, Nicolaus Sebomberg Natione Suevus Ord. Præd. Cardinalis Capuanus à Paulo Tertio Pont. Max. creatus. Quem nobilem genere ipſa nobiliorem dedit virtus, qui tanto majori laude poſt mortem efferendus eſt, quanto ipſe moriturus eam fugere curavit,

B Ibidem in pavimento.

Nicolaus à Schomberg Theodorici filius ex Suevis Smiſnenſibus oriundus S. R. E. tit. S. Sixti Præsbyter Cardinalis cognomento Capuanus, Sac. Ord. Præd. vixit ann. LXV. D. XXIX.
Obiit Anno Chriſti
MDXXXVII. V. Id. Sepemb.

Plura ſcripſit vir iſte doctiſſimus, Epiſtolæ multæ & Orationes leguntur; præcipuè de Chriſti pugna cum diabolo in deſertu.



LXX XVII. 49. THOMAS Caracciolus Piſquitius ex præcipua nobilitate Neapolitana, antea Triventinus Epiſcopus, ad hanc Capuanam Eccleſiam translatus eſt cedente Scomberg Card. die 28. [a] Aprilis 1536. In regia Aula hic fuit major Capellanus, cui contigit luſtrali aqua Carolum V. Imper. Neapoli in majori Eccleſia aſpergere. („ *Neapoli quoque „ pro Eccleſia noſocomii S. Jacobi nationis Hiſpanicæ die 11. Junii 1640. maxima ſolemnitate, ac „ præſentia tunc regias vices gerentis Petri de Toleto Marchionis Villæfrancæ; ac omni ferè Magiſtratu, & nobilitate Neapolitana primum lapidem „ jecit.*) Deceſſit anno 1546. („ *Neapoli, & terræ mandatus fuit in D. Catherinæ ad Formellum.*)

a Die 14. April. ex Actis.

LXX XVIII. 50. NICOLAUS Cayetanus, [b] Camilli IV. Sermonetæ Ducis, & Flaminiæ Sabellæ filius, Pauli III. affinis ab ipſo ex Prothonotario Apoſtolico creatus Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, anno ætatis ſuæ 21. Chriſti vero 1538. Capuanæ Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator declaratus eſt anno 1546. Eam tribus annis rexit, quam deinde ad favorem Fabii Arcellæ cum regreſſu reſignavit; eoque prædefuncto anno 1560. iterum regendam ſuſcepit, iterumque poſt annos quindecim eo munere ſe exolvit anno 1572. Abſens ferè totum tempus Capuanam Eccleſiam aliquando inviſit, in qua poſt celebratam Provincialem Synodum Clericorum Seminarium inſtituit ex præſcripto Tridentini Concilii. Sub Julio III. Senas ad bellum ſedandum, quod inter Carolum V. & Gallorum Regem agebatur, Legatus Apoſtolicus miſſus eſt. Romæ obiit anno 1585. Kalend. Maii; ejus cadaver Lauretum delatum in marmoreo monumento, imaginibus ejus virtutes exprimantibus, & ſua ipſius effigia exornatum, quod ſibi vivens poſuerat, conditum eſt, ubi hoc legitur elogium.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 6..

D. O. M.

Nicolaus Caetanus Card. Sermoneta gentilis Bonifacii VIII. cum & ſub idem tempus, quo ille Pontif. iniit ſanctam hanc domum hic tandem divinitùs conſediſſet, & multa ſe à D. O. M. beneficia B. Virginis Deiparæ precibus obtinuiſſe meminiſſet, ſperans ejuſdem opem morienti non defuturam, monumentum hoc marmoreum vivens, & incolumis ſibi faciendum curavit, atque in eo, ubi mortalitatem exuiſſet corpus ſuum recondi voluit Annum agens LIV. Ann. Dom. MDLXXX. Obiit annos natus LIX. menſ. II. Dies VII.
MDLXXXV. Kal. Maii.

In pavimento autem, in marmore, quo corpus contegitur.

C NICOLAUS GAETANUS TIT. S. EUSTACHII S. R. E. PRESB. CARD. SERMONETA.

[„ *FABIUS Arcella, nobilis Neapolitanus, Cameræ primum Apoſtolicæ Clericus, deinde Epiſcopus Biſinianenſis electus 24. Januarii 1530. quo in munere dum verſaretur factus eſt Adminiſtrator ad ſex menſes Policaſtrenſis 26. Februarii 1537. quam tamen adminiſtrationem retinuit uſque ad an. 1542. 15. Febr. ceſſitque Cardinali de Gambara. „ Deinde Cardinalis Cajetanus Capuanæ adminiſtrator adminiſtrationem commutavit cum Fabio Arcella, ipſeque effectus eſt Biſinianenſis, & Fabius Capuanæ præpoſitus fuit, reſervato tamen more regreſſus, ut moris erat tunc temporis, Cardinali Cajetano, ut in actis Conſiſt. à me perlectis de an. 1549. 18. Januarii.* Lucentius.] LXX XIX.

D



51. CÆSAR Coſta, Maceratenſis, eruditin- XC.

A tione, legumque peritia vir longè clariſſimus, in Jure civili Romæ in ſapientiæ Archigymnaſio publicè interpretando per aliquot annos docuit, viroſque clariſſimus habuit auditores, inter quos Cæſarem Baronium Card. ut ipſe teſtatur in Annal. Eccleſ. tom. 10. Romæ tribus Pontificibus Pio IV. Pio V. & Greg. XIII. in emendatione ſexti Decretalium Gratiani magno uſui fuit, & adjumento, Gregorius à nemine exoratus Capuanorum Archiepiſcopum renunciavit Cæſarem, tunc Referendarium Apoſtolicum anno 1572. die 19. Novemb. qui inauguratus, creditæ ſibi Eccleſiæ corporalem iuiit poſſeſſionem Dominica Palmarum anni 1573. auguſtali propemodum pompa à Capuanis exceptus conceptam de ſe ab omnibus expectationem nunquam fefellit; ſiquidem tanto pietatis ardore, tantave prudentia, morumque candore & exemplo, aſſiduoque labore hanc Eccleſiam per annos triginta adminiſtravit, ut nunquam ejus ſuavis memoria, & immortalis fama interitura videantur; etenim omnem B Diœceſim ſuam ſæpè inviſit, Synodum celebravit, tulitque leges eccleſiaſticas, quibus Clerum, populumque traduxit ad priſcos mores. Seminarium ab Card. Cajetano inchoatum abſolvit, alumnis vivendi normam conſcripſit ſaluberrimam, qua deinde multi Eccleſiarum Prælati uſi ſunt in inſtruendis clericorum ſeminariis. In Cathedrali ſacellum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacrum conſtruxit. Pœnitentiariam præbendatam conſtituit, in pauperes liberaliſſimus diſpertiit quotidie penè quæ poſſidebat. In pago S. Mariæ Majoris Gerontocomium, hoc eſt hoſpitale ſenum exædificavit. Sixtus V. in rebus agendis Cæſaris prudentiam admiratus, illum Nuncium Apoſtolicum ad Rempublicam Venetam declaravit, & cum feliciter per triennium ei ceſſiſſet legatio, Romam reverſus, honorificè, & cum laudatione exceptus eſt; ſed mortuo Sixto, Capuam rediit, gratulantibus reditum Capuanis populis, qui fore ſperabant ſub proprio Paſtore, præſentique omnia eis tranquilla eventura. C Juſſu Clementis VIII. in ſeptimum proximè edendum Decretalium non parum laboravit, ſuaſque addidit gloſſulas, & notas: Scripſit Jurium Ambiguitates, antiquam Capuam, veramque Theatri formam in Archiepiſcopali Palatio delineavit. Suorum Anteceſſorum concinnavit brevem ſeriem, & quædam alia monumenta reliquit, cujus etiam doctrina uſus fuerat S. Carolus Borromeus, tum Romæ in negociis ſub Pio IV. tum Mediolani in Synodo celebranda, cui Carolus gratitudinis ergo, cum ſe cunctis eccleſiaſticis Sacerdotiis abdicaſſet, celebrem Abbatiam S. Vincentii de Vulturno in Cæſarem tranſtulit; in qua aliquando reſidens, inter alia boni regiminis opera Seminarium inſtituit, clericoſque in eccleſiaſticis, cæteriſque virtutibus erudiri curavit. Præſul ſanè omnibus charus, omnique honore digniſſimus jam pene capularis ſenex Neapoli die 12. Februarii 1602. è vivis exceſſit, Capuam corpus relatum, ut juſſerat, in Cathedrali collachrymantibus cunctis honorificè conditum D fuit: Robertus Card. Bellarminus ſucceſſor epitaphium poſuit, hæc illi poſt mortem acceſſit gloria, ut à laudatiſſimo laudaretur viro.

Cæſari Coſta Cap. Præſuli
cujus ſpectata virtus in regenda
Eccleſia ann. ferè xxx. mœrore
funeris, ac omnium civium la-
chrymis indicata eſt. Robertus
Tit. S. Mariæ in via Presbyt.
Card. ejus ſucceſſor hoc ſep. poſ.
an. MDCIII. Obiit Prid. Id.
Feb. MDCII. Ætatis ſuæ Ann.
LXXII.



52. **ROBERTUS** Card. Bellarminus a, ex Societate Jeſu vir doctiſſimus & religioſiſſimus, virtutum meritis toto Orbe Chriſtiano conſpicuus, à Clemente VIII. exoptatus votis, collaudatus ſuffragiis, exceptus plauſu, illud Sacro collegio, ut Baronius ſcribit, conclamante, dignus digno Capuanæ Eccleſiæ adlectus eſt Archiepiſcopus anno 1602. b Capuam primum ſolemni ritu ingreſſus eſt die 4. Maii. Incredibili ardore gregem ſibi commiſſum aggreſſus eſt inſtituere miro charitatis, pietatiſque exemplo; tres annos in ea geſſit Pontificatum. Præſul ſanè dignus, qui cum illis primis Eccleſiæ Epiſcopis conferri poſſit; publicè enim per ſe ſibi creditas oves, ſive in ſuggeſtu, ſive privatim Chriſtiana doctrina imbibebat; rigidus Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſervator, Clerum induit moribus, Deo dicatis miniſtris eximiis, ad quem ſcripſit de reformatione, & modo pſallendi. Diœceſanam Synodum ſingulis annis, Provincialem ſemel celebravit, ſaluberrimaſque in iis condidit conſtitutiones; nullam Eccleſiam ſuæ Diœceſis inviſitatam, & indonatam aliquo munere prætermiſit, verbo & exemplo illuſtravit, cenſum eccleſiaſticum devexavit, ut pauperes aleret, quos ut chariſſimos filios adamabat, plureſque quotannis in matrimonium honeſtas collocabat puellas, piis locis, infirmis, ac peregrinis neceſſaria effundebat, illud in ore habens, bona eccleſiaſtica, proprium pauperum patrimonium eſſe. Monaſterium S. Joannis Monialium, quod ſua munificentia piiſque civibus ſingolare incrementum accepit, reformavit, conſcripto libello ad ipſas Moniales de vita communi, & paupertate ſervanda. Archiepiſcopale adauxit Palatium; & omnia, ut commodè in illo ſucceſſores ſui commorari poſſent. Cathedralem munificentia planè regia exornavit, ſacrave ſupellectile auxit ad decorem, in eaque omni culto ornatum ſacellum Sanctiſſimi Sacramenti jam à prædeceſſore inchoatum abſolvit. Litium & munerum oſor fuit, nihil tandem omiſit, quod optimum videretur decere Paſtorem. Cæterum in ipſo pietatis, ac benè regendæ Eccleſiæ ardore defuncto Clemente VIII. ad nova Comitia agenda revocatur ad Aulam, collachrymantibus cunctis Capua diſceſſit. Paulus V. Leoni XI. paucis diebus ſubrogatus, cum regreſſum ad Eccleſiam ſuam cogitaret, à Pontifice non eſt permiſſus, qui cum videret Eccleſiæ ſuæ per graviſſima Reipublicæ chriſtianæ negocia non ſibi licere adeſſe, illam liberè in manibus Pauli ceſſit c. Romæ vixit deindè uſque ad Gregorii XV. Pontificatum, tanta ſiquidem animi moderatione, vitæque integritate, adeoque ſanctimoniæ proſpera fama, ut tanquam viri ſanctiſſimi, poſt ejus obitum, corpus venerarentur mortales. Incidit ejus mors in an. 1621. die 17. Septemb. Pars mortalis in Farneſiano templo Societatis Jeſu communi Patrum oſſuario humata, poſt annum, in vacuum S.

XCI.

a Bellarmini vitam ſcripſit Daniel Bartolus pluries editam. Mondiſ. Vide Ciaconium Oldoini t. 4. col. 321. b Die 25. Februarii.

c An. 1605.

Igna-

Ignatii tumulum tranſlata eſt. Odoardus Card. Farneſius nobili monumento, & epitaphio amici Card. memoriam non perituram honoravit.

Roberto Card. Bellarmino
Politiano è Societ. Jeſu
Marcelli II. P. M.
Sororis filio
Odoardus Card. Farneſius
ſui erga virum, quem patris
loco ſemper coluit amoris
nunquam perituri monumentum Poſ.
Obdormivit in Domino
Anno ſal. MDCXXI.
Aet. An. ſuæ LXXIX.

Tarquinius Gallutius funerali oratione Bellarminum laudavit, Scotus, Sanderus, Capaccius, aliique elogiis celebrarunt. Jacobus Fuligatus ejus ſcripſit vitam: noviſſimè Euſebius Sarrinus Florentinus Ord. Ciſtercienſis Abbas vir doctiſſimus, eruditusque meus aliquando præceptor humaniſſimus, qui nuper non ſine literarum jactura diem clauſit ſuum, in elogiorum libro nondum cuſo, hoc elogio, quod hic non pigebit exſcribere, Bellarmini memoriam concinnavit.

Quonam elogio immenſa tuæ gloriæ ſpatia Roberte Bellarmine percurram? Non eſt, cur ego te laudem à patria, genere, ac dignitate, cum hæc excolendo animo inteatus, qui eſſet immortali fama, cœloque dignus, non plurimi feceris, vitæque continentiſſimæ, ac doctrinæ nobilitate illaſtraveris. Ingenium mite, tractabileque, moreſque faciles, quos Politianum patrium ſolum nobilium ingeniorum urbs feraciſſima ſuo benigno ſidere contuliſſe videtur. Experti tu primis ſunt vitæ in tyrocinio, Florentia in explicandis humanioribus litteris, Patavium, ubi Theologicis ſtudiis operam navaſti, Lovanienſes, qui te latine concionantem. Romanam poſtea repetiſti cælum, ut primaria degens in Urbe, Orbi ſpectabilis eſſes. Ubique reliquiſti ſigna virtutis. In ſcriptis Sapientiam, in Præfecturis dexteritatem, in rebus fidei conſultor electus matura conſilia, in emaculandis cum ceteris Patribus Bibliorum libris accuratam operam prætuliſti. Noverunt Clemens VIII. Pontifex, atque Henricus Cajetanus Cardinalis, quanta doctrinæ maturitate præſtares. Hic Sixti V. Legatus ſecum te perduxit in Galliam, ut tuæ ſapientiæ præſidio regni turbines compeſceret. Ille Ferrariam profecturus inter aſſeclas honorarii itineris eſſe voluit, & ex omnibus literatis te unum ſibi aſſidentem Theologum elegit, ac poſtmodum ſacram induere purpuram dirie, ac minis coegit, tum poſtea ad honoris cumulū Capuanam Eccleſiam magno populi commodo tibi contulit. In eo faſtigio eundem vitæ modum, quem in Societate ſtudioſè didiceras, retinuiſti, ut planè doceres humilitatem, patrimonium, cultumque moderatum, munimentum, non detrimentum dignitatum cenſeri. Claritudo quoque majorum tibi non defuit, quandoquidem Jacobo Britanniæ Regi tuos ſpernenti Natales, tanquam ſi eſſes obſcura ſtirpe natus, reſcribere potuiſti, te Marcellum II. Pontificem virum, ipſis concedentibus adverſariis, ſanctum ac doctum ex materno genere habuiſſe avunculum. Procul tamen eras ab hoc humano pulvere. Demus te divitem avorum non eſſe, nullaque majorum ſtare in atriis ſtemmata, ſatis eſſet ad veram nobilitatem oſtendendam tui ipſius imago, quam multiplici eruditione, ſolidæque doctrinæ copia pari pietate refertam ad vivum expreſſiſti in monumentis exprompti ingenii; maximè verò in libris, qui controverſias de rebus fidei complectuntur. Ibi hæreticæ locuſtæ mendacio, atque impudentia loricatæ ex noſo è concupiſcentiæ puteo egreſſæ profligantur. Ibi præfocas Calvinianos Antheos: ibi tandem Gordium hæreſeos nodum non Macedonis enſe, ſed gladio verbi Dei animosè dirimis. Is ergo es magne Bellarmine, cujus audito nomine ſanctimoniæ, eruditionis, ac ſapientiæ perfectio audientis animo concipiatur.

Hercule majorem te Bellarmine putabo,
Hydra ſua dextra naviter ita cadit.
Hæc renovat caput Alcidæ mucrone petita,
Vulnere deque ſuo toxica dira vomit.
Tu gladio verbi jugulas horrentia monſtra
Hæreſis, unde caput multiplicare nequit.

53. ANTONIUS Cajetanus a, Honorati VI. Ducis Sermonetæ, & Agneſinæ Columnæ filius, Nicolai Card. Superioris nepos, frater germanus Bonifacii Card. Epiſcopi Caſſanenſis, & ferè alter doctrina, eruditione, & zelo, ad hanc Cathedram aſſumptus fuit à Paulo V. anno 1605. die ultima Auguſti. Præfuit laudatiſſimè annis 17. ferè ſemper abſens, vel in Germania ad Cæſarem, vel in Hiſpania ad Catholicum Regem Apoſtolicæ Sedis Nuncius, quibus in muneribus prudentia, ac dexteritate celebratur. Electus Cardinalis à Gregorio XV. Presbyter tit. S. Pudentianæ 1621. Capuanam Eccleſiam in Aloyſium nepotem transfundendam curavit. Romæ obiit die 17. Martii 1624. ſepultus in ſuo titulo in Sacello ſuæ familiæ pulcherrimo. XCII

a Laudatur à Bentivolo in memoriis l. 1. Mandeſ. Sed de eo ſuſius Ciaconius Oldoini t. 4. col. 439.

54. ALOYSIUS Cajetanus b filius Philippi VIII. Sermonetæ Ducis ex Camilla Cajetana, progenitorum merito, propriaque virtute clariſſimus, ex patrui voluntate factus eſt coadjutor cum ſpe futuræ ſucceſſionis in hanc ſedem die 14. Novemb. 1622. cui ſucceſſit 1624. mox Patriarcha Alexandrinus c evaſit, pauloque poſt ab Urbano VIII. creatus eſt Presbyter Cardinalis tit. S. Pudentianæ anno 1626. eximiæ virtutis, ac pietatis Præſul laudatiſſimè præfuit Capuanæ Eccleſiæ annis octo. Romæ mortuus eſt ſub eodem Pontif. ſepultus in ſuo titulo S. Pudentianæ apud Patruum Prædeceſſorem. XCIII

b De quo citatus Ciaconius t. 4. col. 519

c Antiochenus, ut advertit Oldoinus in Ciaconium.



55. HIEROMYMUS Conſtantius Neapolitanus generis nobilitate, & Epiſcopatu Triventino clarus, huc tranſlatus eſt ab Urbano VIII an. 1630. perſonalem poſſeſſionem adipiſcitur ſolemni ritu die Aſcenſionis Dominicæ 12. Maji. Sedit annis tribus, Neapoli exceſſit die 13. Septembris 1633. Capuam relatus in Cathedrali, tumuloque Cæſaris Coſtæ prædeceſſoris conditur. XCIV.




56. HIERONYMUS de Franchis, Neapoli- XCV

tanus Patritius, Epiſcopus Neritonenſis, Hieronymo Conſtantio ſubrogatur *a* ab eodem Urbano, anno 1635. poſſeſſionem adeptus per Procuratorem ipſa die Epiphaniæ Neapoli mortalitatem explevit, Capuam haud ingreſſus die 30. ejuſdem menſis Januarii in Eccleſia S. Dominici, ac Sacello familiæ ſuæ humatus, ubi ſequens ſpectatur elogium in marmore exaratum ejuſdem ad vivum proferens virtutes, & dignitates.

a Die 4. Decemb. 1634.

Hieronymus
Epiſc. Neriton. Archiep. Capuan.
Vincentii de Franchis filius,
Honores quos fugit impenſius,
Hoc habuit obvios cumulatius.
Gemina uno tempore oblata Thiara,
Puteolana
A potentiſſ. Rege Hiſp. Philippo III.
Neritonenſe à Sanctiſſ. Pont. Romano
Paulo V. remiſſaque illa
Hac, quam rejicere nequivit, admiſſa,
Vita inſigniter innocua, nec avara, & vigili,
Paſcendo, tutando intentus Gregi,
Ad Archiepiſcopatum evehitur
Capuanum,
Menſuramque tanti muneris abunde
explevit, Menſuram ætatis parcè.
Vita functus ann. ſal. MDCXXXV.
Auguſtiore dignus urna,
Sed hanc
Suæ, fratriſque memor modeſtiæ
Thomas de Franchis Regius Conſiliarius ac Præſes regiæ Cameræ
P.



XCVI 57. CAMILLUS Meltius *b*, Patritius Mediolanenſis, [„ *Jo: Antonii, & Liviæ Littæ filius,*] omnibus diſciplinis, Chriſtianiſque virtutibus eximiè excultus, in Romana Curia diù cum laude verſatus, Dei beneficio ab Urbano VIII. ex Auditore Cameræ Apoſtolicæ Vicario Capuanæ Eccleſiæ datus eſt Archiepiſcopus die 18. Februarii 1636. poſſeſſionem iniit per Procuratorem Marium Veſpaſianum ſexta Maji. Urbem ingreſſus ſolemni pompa 22. Aprilis cum pietate haud vulgari laude cœpit eam adminiſtrare; Clerum ſanctiſſimis legibus inſtitutum habuit; Eccleſiaſticum Jus incontaminatum ſervavit, in pauperes liberalis fuit, excuſſitque manus ſuas ab omni munere, Diœceſim pervigili diligentia inviſit, Archiepiſcopale Palatium mirificè reſtituit. At non attinet modò dicere, ne viventis modeſtiam oneremus, quanto pietatis affectu, zelo, humanitateque ubique & ſemper illam gubernarit, ſive præſens, ſive abſens ad Ferdinandum II. Magnum Etruriæ Ducem, mox ad Cæſarem in Germaniam Apoſtolicæ Sedis Nuncius, ubi per annos multos in arduis negociis pertractandis fidem ſuam, & dexteritatem præbuit. Paucis tamen illis annis, quibus datus eſt Capuæ adeſſe, qua virtute, quo zelo, quove pietatis ardore, probitatiſque exemplis Capuano gregi præfuerit, Capuanorum teſtantur deſiderium, & lachrymæ, quæ nuper, cum Sanctiſſ. D. N. Alexander VII. Pont. Max. illum ad Aulam revocaverit, ut Epiſcoporum, ac Regularium Congregationi a ſecretis eſſet, abſentiæ haud ſatis videntur poſſe lenire dolorem. Demum hoc ipſo anno 1657. die 9. Aprilis ab eodem Sanctiſſimo Domino S. R. E. Presbyter Cardinalis creatus eſt. Vivat laudatiſſimus Præſul, diuque vivat, Eccleſiæ Catholicæ decus, & ornamentum futurus.

b De eo Ciaconius Oldoinus t. 4. col. 4 & F.

A D D I T I O.

(„ *Non diu tamen vixit in nova dignitate; nam*
„ *comparato jam itinere Capuam verſus, ut dilectum*
„ *gregem præſens paſceret, Romæ inter vivos eſſe*
„ *deſiit die 21. Januarii an. ſalutis 1659. ætatis 69.*
„ *purpuræ biennio non completo. Jacet in Quirinali in D. Andreæ Societatis Jeſu in pernobili ſepul-*
„ *chro ſub hac epigraphe.*

D. O. M.

„ Camillo Meltio Mediolanenſi S. R. E.
„ tit. S. Marcelli Presbytero Cardinali, Ca-
„ puæ Archiepiſcopo, qui olim ad Ferdi-
„ nandum III. Cæſarem Nuncius Pontifi-
„ cius, & Sacræ Congregationis Epiſcopis,
„ & Regularibus præfectæ à ſecretis, pru-
„ dentia, doctrina, juſtitia, pietate exi-
„ mius per omnes honorum, ac virtutum
„ gradus ad Purpuram evectus, cum eum
„ vivere maximè Reipublicæ intereſſet,
„ extinctus eſt XII. Kal. Febr. anno repar.
„ ſal. MDCLIX. Ætatis ſuæ LXIX. Jo.
„ Antonius Meltius Archiepiſcopus De-
„ ceſſori, & Patruo
„ M. P.

„ JOANNES ANTONIUS *Meltius, Utriuſ-* XCVII.
„ *que Signaturæ Prælatus Referendarius, poſt*
„ *diutinum interregnum, Cardinali Camillo pa-*
„ *truo ſuo ſuffectus eſt 14. Martii 1661. cum antea Fer-*
„ *rariæ Vicelegatus extitiſſet, aliaque munera egre-*
„ *giè Sedis Apoſtolicæ nomine peregiſſet. Hic Ca-*
„ *milli Cardinalis virtutum æmulus, vitæ inte-*
„ *gritate, & proſpera fama gregem ſuum rexit,*
„ *multo ære profuſo in ædificiis conſtruendis, ſub-*
„ *levandiſque egenis, & Eccleſiarum ornatu au-*
„ *gendo. Epiſcopalem domum, quam ejus patruus*
„ *inſtaurare cœperat, ipſe perfecit, ut ex ſequenti*
„ *inſcriptione, quæ illic legitur.*


„ Siſte Hoſpes,
„ Ædes ingreſſus, Authorum memoriam
„ renova,
„ Camillus Meltius Capuæ Archiepiſcopus,
„ Apoſtolicus apud Cæſarem Nuncius,
„ Congregat. Epiſcop. & Regular. à ſecretis,
„ mox S. R. E presbyter Cardinalis,
„ Has à primo lapide extruxit, ſed mors vetuit
„ abſolvere.
„ Joannes Antonius Meltius
„ ex fratre nepos,
„ Loco patrui Capuæ datus Antiſtes
„ Eaſdem ampliori forma, & ſcalis
„ marmoreis exornatas
„ Perfecit
„ Anno ſalut. MDCLXII. ſuſcepti
„ Archiepiſcopatus primo.

„ *Mortalitatem explevit die 6. Auguſti 1686.*

„ GASPAR *de Cavaleriis, nobilis Romanus,* XCVIII.
„ *qui juvenilem ætatem cum occupaſſet in ſolidio-*
„ *ribus quibuſque diſciplinis adipiſcendis, lauream*
„ *tum Pontificii, tum Cæſarei juris conſecutus,*
„ *inter Prælatos Romanæ Curiæ cooptatus fuit,*
„ *variiſque adhibitus contentioſi fori tribunalibus*

inge-

„ ingenii acumine, & animi candore adeò viguit,
„ ut in ferendis ſententiis expeditus, & æquè juſtus
„ ſemper viſus fuerit, vecordibus, & imperitis, qui
„ in dicundo jure ſe eorum eiſiſtebant, ſummè infen-
„ ſus. Dum eſſet Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Car-
„ dinalis Diaconus s. Angeli in foro piſcium creatus
„ eſt ab Innocentio XI. die 2. Septemb. 1686. & Ca-
„ puanæ Eccleſiæ Præpoſitus 7. Julii 1687. Omnes
„ Capuanorum ordines egregiæ virtutis, & veræ
„ nobilitatis cultores cum pompa ſolemni excepe-
„ runt. At dum omnibus ſummè charus in compo-
„ nendis rebus Eccleſiaſticis prudentia, & zelo ju-
„ ſtitiæ verſatur, morte adveniente Innocentii XI.
„ ad Vaticana comitia vocatur. In his ſuo ſuffragio
„ juvit Alexandri VIII. electionem, deinde in urbe
„ dum detineretur gravioribus præpeditus Eccleſiæ
„ negotiis, & graviori excruciatus podagræ morbo,
„ ſuos Capuanos iterum inviſere cupiens, iis boniſ-
„ que omnibus ſui deſiderium fecit die 17. Aug. 1690.



XCIX. „ JACOBUS tituli Ss. Petri, & Marcellini Presbyt.
„ Cardinalis Cantelmus poſſeſſionem iniit hujus Ec-
„ cleſiæ die 8. Octobris 1690. Brevi menſium ſpatio,
„ quo ipſam rexit, quippè creatus fuit Archiepiſ-
„ copus Neapolitanus die 4. Auguſti 1691. illuſtria
„ dedit omnibus, & ſui Eccleſiaſtici zeli, & Pieta-
„ tis exempla Ut Sacri ritus adamuſſim obſervaren-
„ tur, è Neapoli excivit unum è celebrioribus Sacra-
„ rum Cæremoniarum Magiſtris, qui Capuanos ſuos
„ omninò illis imbuerent. Ordinandos omnes, imò &
„ ipſos Presbyteros Neapolim amandabat, ut Con-
„ gregatio Miſſionariorum Sacerdotum, quæ Vincen-
„ tio de Paulis inſtitutore gaudet, illos examinaret.
„ Qualibet feria VI. cum ſuis Canonicis, & aliis Sa-
„ cerdotibus, qui in ſuo principe templo convenire
„ poterant, poſt meditationem Paſſionis Domini No-
„ ſtri Jeſu Chriſti proprios humeros flagellis acriter
„ cædebat, quandoque uſq; ad ſanguinis effuſionem.
„ Quæ majora, imò maxima ob ſuæ ſponſæ decus, &
„ animarum lucrum erat perpetraturus, Neapoli-
„ tana dicat Eccleſia, in cujus Præſulum ſerie mul-
„ ta de illo, cùm non omnia potuimus, ſed ſemper in-
„ frà meritum tanti Principis diximus.

C. „ JOSEPH de Bononia Patritius item Neapolita-
„ nus patrem habuit Cæſarem, Matrem Claudiam
„ Carrafam, Germanum fratrem magnum illum Ser-
„ vum Dei Carolum, qui cùm eſſet ſodalitio inſcriptus
„ Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium
„ ſuæ Patriæ, imò tunc illud Primicerii munere pro-
„ curaret, mundo, ejuſque pompis libellum repudii
„ dans, altari ſe conſecravit, ſeque Sampſoni Carne-
„ vali Apoſtolicarum miſſionum in Aede Principe In-
„ ſtitutori Socium dedit, cujus inhærens veſtigiis
„ peſte graſſante eo morbo correptis inſerviens victi-
„ ma cecidit Sanctæ Charitatis Anno 1656. Tantum
„ igitur germanum Joſeph incitans, ut ſe animarum
„ saluti litaret, cùm eſſet U. S. Refer. & unus è 12. Vo-
„ cantibus, S. Congregationis Conſultationum, va-
„ riaque munera cum maxima ſui laude, & univerſa
„ Eccleſiæ bono exercuiſſet, quæ ſibi ad purpuram
„ ſternebant iter, Beneventanas Infulas à Clemen-
„ te X. oblatas accepit, quas poſteà in manus Innocē-
„ tii XI. reſignavit, & anno 1692. Archiepiſcopus Ca-
„ puanus electus fuit, cujus Eccleſię poſſeſſionem iniit
„ die 25. Martii ejuſdem anni, dumque ſuæ Eccleſiæ
„ bono ſemper ſibi par totus incumberet, anno Dom.
„ 1695. die 28. Aug. vitæ ſuæ curſum conſummavit.

„ CAROLUS Loffredus è Cardìti Principibus ab CI.
„ ipſa adoleſcentia Clericorum Regularium Theati-
„ norum Ordini nomen dedit. Philoſophiam, ac Theo-
„ logiam ex Cathedra perdocuit Neapoli, & Romæ,
„ ubi S. Officii Qualificator, & Sacrorum Rituum Con-
„ gregationis Conſultor, & anno 1669. Epiſcopus
„ Melphitenſis, & 1690. Archiepiſcopus Barienſis,
„ & demum Capuanus renunciatus fuit, cujus Eccle-
„ ſiæ, per Procuratorem, poſſeſſionem cepit die 20.
„ Martii 1698. die verò 25. ejuſdem menſis ſollemnem
„ fecit ingreſſum. Præſul moribus integerrimis obiit
„ anno 1701. menſe Januario.

„ NICOLAUS Caracciolus Rubeus è Villæ Prin- CII
„ cipibus, primùm U. S. Referendarius deindè Nun-
„ tius, & Legatus à latere ad R. Celſitudinem ma-
„ gni Ducis Hetruriæ, Archiepiſcopus Theſſaloni-
„ cenſis, die 23. Aprilis huic Eccleſiæ præficitur an.
„ 1703. cujus iniit poſſeſſionem die 13. Maji ejuſdem
„ anni. Munere poſtmodum Viceſgerentis in Urbe
„ cum facultatibus Vicarii Generalis ejuſdem Urbis
„ laudabiliter geſto, à regnante feliciter Clemente
„ XI. die 16. Decemb. 1715. S. R. E. ſub titulo Ss. Sylve-
„ ſtri, & Martini in montibus Presbyter Cardinalis
„ in Conſiſtorio ſecreto, ac Provicarius Urbis renun-
„ ciatus, cui tandem ultimo muneri cedens ad ſuam
„ ſponſam, à qua ſummoperè expetebatur, redit, ut
„ ſua præſentia Clerum ſuo nitori reſtitueret, oveſq;
„ ſuas ad ſalutis paſcua majori, qua poſſet, facilitate
„ perduceret. Aedem Principem argenteis ſupelle-
„ ctilibus, ſacriſque Lipſanis ab Urbe delatis jam
„ ditavit. Ignota prius, quin diù abſcondita, corpora
„ Ss. Priſci primi Capuani Epiſcopi, Quarti, & Quin-
„ ti Clericorum, Rufi Diaconi, & Carponii Martyrum
„ nuper inventa thecis argenteis incluſa in theſauro
„ repoſuit Eccleſiæ, cujus antiquam ſtructuram re-
„ centiori, & elegantiori jam nobilitat, adeò ut hoc
„ tempore vices obtineat Cathedralis Eccleſia Pa-
„ trum Societatis Jeſu. Ridcat votis Eminen. Prin-
„ cipis Cœlum, diuturnamq; concedat, pro Capuanæ,
„ pro Univerſæ Eccleſiæ bono, quam benè meretur
„ ætatem. }

ÆSERNIENSES.
ſeu Iſernienſes
EPISCOPI.



ÆSERNIA a, una ex ſeptem Samnii civita- *a Vulto Sefino circuitus ferè unius milliarii.*
tibus antiquiſſima, haud longè à Vulturno
flu. 10 medio inter Bojanum & Venafrum ſita, à
Capuana Metropoli M. P. . . diſtans, quam
priſci Eſerniam dixere. Vetus, magiſque cre-
dita opinio apud cives illius auctores facit anti-
quos Aborigines, quos Samnites exinde exege-
runt; hos autem cum fregiſſent Romani, illuc
primum Coloniam deduxerunt anno ab Urbe con-
dita CCCC. LXXXVII. ante Chriſtum natum

CCLXV. Vellejoteſte, *At initio primi belli Punici, Firmum, & Caſtrum colon. occupata; & poſt annum Aeſernia*. Secundo ibidem deducta iterum Colonia eſt Auguſti temporibus, ut ſcribit Frontinus: *Aeſernia Colonia deducta lege Julia, iter populo debetur pedum 10. ager ejus limitibus Auguſteis eſt aſſignatus*. Nerone vero imperarore, tertiò deducta Colonia Aeſerniæ legitur apud Frontinum & Pauvinium *Eſern oppidum muro ductum juſſu Neronis deductum. Iter populo debetur ped. 50. in centuriis & Auguſteis terminis eſt aſſignatus*. Illius meminit Livius pluribus in locis, Strabo, Tullius, Ptolumæus, Plinius, Silvius, Dion, Diodotus, Pomponius Mela, Antoninus Pius, Appianus, Eutropius, Oroſius, Oſtienſis, Paulus Diac. aliique antiquorum Scriptorum. Antiquitatis eam commendant vetuſti lapides, aquæducti, Inſcriptiones, & numiſmata, quæ paſſim inveniuntur. Poſt Romani Imperii declinationem quinquies à Longobardis Sarraceniſque miſerabile tulit excidium, ter a terræmotu quaſſata, adeo, ut Leo Oſtienſis narret, funditus everſam fuiſſe; *Cum annus ab Incarnatione Domini 847. volveretur, tam ingens terræmotus per univerſam Benevent. fuit regionē, ut Iſernia ferè tota à fundamentis corrueret, multuſq; ibi populus, & ipſe cum eis eorum Pontifex interiret. Apud Monaſterium quoque S. Vincentii terræmotus plurimas domos evertit*. Quod etiam ſcribit Chronicon ejuſdem Monaſterii S. Vincentii, Sigonius, Frizia, Baronius, & Boſius, & cum eis Admiratus. Eodem deinceps in loco civium pietas & amor reędificavit. Hodie ſub regia poteſtate haud ſatis ampla eſt, cum ad quatuor millia paulo plus mortalium alere dicatur. Cœlo benigno, ſoloque fœcundo gaudet, cujus fertilitas quæcunque ad vitę uſum facere videntur, uberrimè producit, & vinum à Plinio laudatiſſimum. Dedit Aeſernia Claudiam Marcellam Romanæ Reipublicæ conſularem familiam. C. Claudius Marcellus Aeſerninus primus eam in Urbem traduxit, & Aeſerninus fuit Cirus Morillus celebris Orator, Senecæ Magiſter. Nobilis eſt Cœleſtini V. Pontif. Max. & Andreæ Juris interpretis celeberrimi, genitrix; alios produxit in omni genere viros clariſſimos, quorum meminit Vincentius Ciarlantes Aeſerninus Archipresbyter in Hiſtoria Samnii, ubi ſparſim de Aeſernia plura recenſuit; Inter cætera verò ſcribit ex patrū traditione Aeſerniam Chriſti fide fuiſſe illuminatam ex prędicatione Plotini Apoſtoli Petri diſcipuli, qui in Samnio Evangelium diſſeminavit, quique Beneventi fundavit Eccleſiam. Alii verò volunt Sanctos Nicandrum & Marcianum Martyres illic eiſtcumadvenientibuſq; civitatibus Chriſtiana ſacra enunciaviſſe, vel confirmaviſſe Imp. Diocletiano, ſub quo nobilem tulerunt palmam martyrii, jugulataque gentilitate, ſe Chriſti nomen mirum in modum extuliſſe ſub Sylveſtri Papæ Pontificatu, propriumque habuiſſe Paſtorem, cujus memoria non extat; ni fortè divinare vellemus, hunc primum fuiſſe S. Benedictum, qui priſcis temporibus, tamen incertis, Aeſernienſi prętuit Eccleſiæ, à quo noſtrum exordiemur Catalogum, cujus Eccleſia Archiepiſcopi Capuani ſuffraganea facta fuit circa annum 968. *a* cum eſſet tunc unita cum Venafrana, Bojanaque Eccleſiis. Cathedralis Aeſernienſis elegantis architecturæ eſt, Sanctoq; Petro Apoſtolorum Principi conſecrata: exornatur autem duabus dignitatibus, („ *Archipresbytero, & Primicerio*) & decem *b* Canonici ibi ſunt, cum alio promiſcuo clero, qui ibidem divinum opus perurgent. („ *Caret Canonicorum cœtus præbendis* „ *Theologali, & Pœnitentiaria. Penes Capitulum* „ *eſt cura animarum, quæ exercetur per Archipresbyterum, ſeu Canonicum ab Epiſcopo approbatum.*) Multorum Sanctorum reliquiis dives eſt. Intra civitatis mœnia duo Sanctimonialium Cœnobia extant, & quinque Mendicantium; Xenodochia tria, & aliquot laicorum Fraternitates. [„ *Deſiderantur adhuc Mons Pietatis, & Seminarium.*] Diœceſis ſatis ampla eſt, continetque tredecim oppida, aliaque loca, cum ſuis Parochiis & Eccleſiis; in ea ad fontes Vulturni fluminis miſerabilis vetuſtate tamen, divitiis, ac ſanctitate famoſiſſima olim Abbatia ſita eſt S. Vincentii Ordin. Benedictini. Epiſcopatus cenſus omnis mille ſcutatorum excedit, taxaturque in libris Camerę Apoſtolicæ ad flor. 30. Series Præſulum, qui in hac Cathedra floruerunt ſequens eſt, quam ex variis auctoribus, monumentiſque non parvo noſtro labore ita digeſſimus.

a 965. ſed 966.

b Duodecim.

I. 1. S. BENEDICTUS *c*. Tempus quo floruit, patria & acta ignorantur, cujus corpus ſub ara majore Cathedralis Eccleſiæ conditum religiosè colitur; feſtus dies Aeſerniæ celebratur 4. Maji. Ejus meminit Ferrarius in Catal. Ss. Pauluſque Regius, qui narrat Cathedralem Eccleſiam quaſi repentino vehementique terræmotu concuſſam contremuiſſe, cum Epiſcopus quidam Aeſernienſis circa Sancti Benedicti corpus effodi juſſiſſet.

c De quo Acta SS. Maji tom. 1. p. 495.

2. LAURENTIUS Aeſernienſis Epiſcopus vixit temporibus Innocentii Primi Papę circa annum Domini 402. ut ex Epiſt. 12. (1) Innocentii tom. 1. ep. Pont.

3. EUTODIUS (2) Aeſernienſis Epiſcopus reperitur ſubſcriptus Romanæ Synodo ſub Hilario I. Papa anno 465.

4. MARIUS Epiſcopus Samnii (3), quem volunt fuiſſe Aeſerninum Præſulem, interſuit Romanæ Synodo primæ ſub Symmacho Papa anno 499.

5. INNOCENTIUS Mario ſubrogatus eſt. (4) Hic ſecundæ, tertiæ, quartæ, & quintæ Romanis Synodis ſub eodem Symmacho præſens fuit. Poſt hunc Aeſernienſium Pręſulum nomina per centum annos deſævientibus in Apuliam Samniumque barbaris interciderunt.

II. 6. SEBASTIANUS ann. 595. ad quem ſcripſit Gregorius Papa. Hunc Sigonius lib. 1. de Regno Italiæ Serinienſem Epiſcopum vocat, non Aeſernienſem, aut Iſernienſem, ut notat Vincentius Ciarlantes lib. 3. cap. 12. Poſt hunc etiam ſexaginta poſt centum annorum ſpatio, Epiſcoporum qui ſucceſſerunt nomina deſiderantur; habemus tamen illis temporibus ſuos Eccleſiam hanc habuiſſe Paſtores, etenim anno 639. cujuſdam Aeſernienſis Epiſcopi, ſuppreſſo nomine, fit mentio in vetuſtiſſimo Joannis IV. Papæ diplomate, quo confirmatur jus Eccleſiæ S. Mariæ Landinulfo Comiti Aeſernienſi, Landulfi filio ejuſdem Eccleſiæ conditori. Hoc diploma in arboris cortice perplexis barbariſque characteribus ſcriptum dono dedit Paulo V. Pont. Max. Joannes Baptiſta de Puteo Bergomenſis. Paulus in ſanctiori Vaticani Archivio recondidit, ubi mihi legere, & exemplare licuit benignitate viri eruditiſſimi Alemani ejuſdem Præfecti, quod mutilum, ac decurtatum ſicuti jacet, hic exhibemus.

III. *Joannes Papa hiſce ſuis litteris plumbatis confirmat Landinolfo Comiti Aeſernienſi jus in plebem S. Mariæ ejuſdem civitatis. Landulfus namque cognomento Græcus, & Gemma illius uxor Comites Iſerniæ intra eandem civitatem, ac juxta Fontem Sancti Joannis Baptiſtæ, nutu Dei & gratia Auctis ædificavit Eccleſiam vocabulo S. Mariam, eamque in plebem erectam dotavit ſuis propriis bonis, quæ* po-


(1) Quidquid ſit de hac Epiſtola, ipſius utique inſcriptio eſt ad Laurentium Senienſem Epiſcopum. Eſt Senia urbs Liburniæ, ſeu Croatiæ ſub Archiepiſcopo Spalatino, cui nihil cum hac Æſernia, quare Laurentius iſte non hujus, ſed illi meo judicio tribuendus eſt ſedi. *Laurentius*.

(2) Eutodium hunc reperiri ſubſcriptum ſynodo Hilarii Papæ an. 465. inquit Ughellus; ſed ea perlecta Patrum Catalogo hic Eutodius Æſernienſis incaſſum quæritur. Adfuit ibidem Eubodius Tifernenſis, à quo in ipſo Ughello Tifernenſium ſeries inchoatur: fortaſſis aliquibus ex codicibus deceptus legerat pro Tifernienſi Iſernienſis. Hic vero Eutodius hoc tantum teſtimonio ſi fulcitur, ex hac ſerie noſtro judicio delendus eſt. *Laurentius*.

(3) Et hic Tiferninus, ut in citata ſynodo legitur, non Iſerninus fuit Epiſcopus, & ab ipſo Ughello inter Tiphernates proximè poſt Eubodium recenſetur. *Laurentius*.

(4) Hic pariter ex Synodis Romanis tertia, quarta, & quinta ſub Symmacho aſſeritur Tiferninus, ſeu Tifernenſis, & Tifernas Epiſcopus, inter quos adnumeratus jam fuerat à noſtro Ughello. Neſcio, cujuſnam ingenium ei dictaverit iſtum inter Æſernienſes ſuiſſe. *Laurentius*.

poſtea cum diminutionis opprobrium paſſa eſſet, à Laudenulfo Landolfi filio Tſergæ etiam Comite fuit reſtaurata, quapropter Joannes Papa decrevit, ut idem Comes cum ſuis . . . . . dominium in eandem Eccleſiam haberet, ibique ad regendum ſervitores poteſtatem exerceret, ſecundum Deum, & Eccleſiaſticam ordinationem, ut ſervitium Dei augeatur & creſcat. Decrevit etiam, ut Epiſcopus Tſergæ nihilominus de rebus & ornamentis ipſius præfatæ Eccleſiæ S. Marię imminuere præſumat, vel inde accipere audeat. Si, quod non optamus, in alicujus malæ opinionis piaculo ſervitores ipſius Eccleſiæ deprehenſi fuerint ab Epiſcopo ipſius civitatis, regulariter inſtituimus corrigendos. Quod ſi quiſpiam contra hæc tentare præſumpſerit, auctoritate Apoſtolica decernimus primum quidem, ut ſui ordinis gradu privetur, atque vota majoris ultionis mulctetur, partem cum Juda traditore habeat . . . . & participatione Corporis & Sanguinis D.N.J.C. privetur . . . & charta hæc noſtræ diffinitionis firma permaneat . . . ſcriptum per manum . . . Notarii . . . . in menſe Octob. Indict. 13. Bene valete.



Chordula alligata hujus originalis diplomati, ut vidimus, ſerica eſt auri. & rubri coloris. Cæterum cum in hoc diplomate mentio habeatur Aricis Beneventi Ducis, qui eam civitatem rexit ab anno Domini 598. ad annum 648. revera Joannes hic Papa qui has litteras dedit, alius eſſe non potuit, quam is, qui quartus nomine dictus, & natione Dalmata, ſedit in Petri Cathedra annum unum, ac menſes ferè decem; creatus enim fuit anno ſalutis 638. menſe Decemb. obiitque anno 640. 4. Id. Octob. In ea namque Arichis Ducis annorum computatione nullus alius Romanus Pontifex, qui Joannis nomine vocaretur, vixit: datum eſt diploma anno Chriſti 639. in quem ritè incidit Indictio 13. & annus illius Pontificatus ſecundus. Cæterum iis obſcuris temporibus, quibus Aeſernienſium Præſulum nomina interciderunt, tres nobiliſſimi fratres Beneventani Paldonus, Tatonus & Taſonus an. 703. ſpreto mundo Monachi S. Benedicti effecti ſunt in Farſenſi cœnobio, & adhortante Thoma Abbate viro ſanctiſſimo ad fontes Vulturni fluminis in Samnio, octo tantum milliaribus ab Aeſernia prope ædiculam D. Vincentio Martyri invictiſſimo ſacrum Monaſterium exædificarunt, cui à Divo tutelari S. Vincentii de Vulturno nomen fecerunt, cujus poſtea unus poſt alterum Abbates dicti ſunt, pieque, ac ſanctiſſime ibidem in Domino quievere. Floruit Abbatia hęc ſanctitate, divitiis, privilegiis ſpecioſiſſimis à Regibus, Imperatoribus, Pontificibus, principibuſque viris liberaliter eidem elargitis, ubi aliquando quingenti Monachi à Carolo Magno Imperat. ſunt recenſiti. Poſt commendata deinde ſecularibus Clericis Abbatia hæc ſuum decorem veterem amiſit, ut vix veſtigia appareant, ſolaque ſedeat, nec habeat conſolatorem, qui ſaltem divinum opus poſſit urgere. Horum Sanctorum Acta, Cœnobii ædificatio, innumera privilegia, donationeſque ac Abbatum ſeries, deſcribuntur in vetuſtiſſimo pergameno m. s. codice litteris Longobardis ſcripto. Nos hic ex autographo ipſo eorumdem Sanctorum vitam, Cœnobii fundationem, Abbatumque Catalogum libenter dabimus, cum hoc ſæculo monumentorum jejuna ſit Aeſernienſis Eccleſia.

Prologus Domni Authperti Venerabilis Abbatis,

A *in vita, vel obitu Sanctorum Patrum Paldonis, Tatonis, & Taſonis S. Vincentii Abbatum.*

Humani generis primus parens ad imaginem Dei factus in paradiſo voluptatis poſitus, ut vitæ præcepta ſervaret ab ipſa vita, quæ Deus eſt, fuit admonitus, & ne hanc pro minimo duceret, mortem eſt ei comminatus. Sed hæc ille contemnens ſponte deſeruit Creatorem, & ſecutus eſt peremptorem. Deus verò, qui mentiri, ut eſt veritas, non novit, morti qua minatus eum addicit. Dixerat enim illi, atque ejus uxori. In quacunque die comedetis de ligno ſcientiæ boni & mali, morte moriemini. Quæ videlicet ſententia non ſolùm corporis, ſed & animæ mortem oſtendit. Sed quia benigniſſimus Deus ſerpentis ſuaſionibus miſerabiliter vidit hominem deceptum, fragilioriſque eſſe materiæ figmentum, noluit hunc eſſe in æternum damnatum. Hinc enim actum eſt, ut unigenitus Dei filius carnem ſumens moreretur pro nobis, ne mors animæ ultra regnaret in nobis, ut
B *quod in Adam perdideramus, in Chriſto reciperemus. Hinc enim ſcriptum eſt. Cum venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Sed qua caritatis ardore id fecerit pro nobis, nullus verbis explicat ex nobis, ait enim ipſe Dei filius. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. Hinc iterum Paulus dicit, qui dilexit me, & tradidit ſe ipſum pro me, de quo rurſus ait. Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis. In qua ſcilicet humanitatis forma converſatus inter homines per omnia, ut homo, excepto peccato, iter eis oſtendit, quo ad derelicta gaudia repedare poſſint. Si autem quod ſit hoc iter inquirimus, Dominum in Evangelio dicentem attendamus, ait enim, Ego ſum via, & ne-*
C *mo venit ad patrem, niſi per me. Ecce audivimus iter, per quod patriam repetamus, videamus nunc quibus modis ad ambulandum greſſus dirigamus. Qui (inquit Joannes) dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare. Libet autem intueri, quæ ſint hæc Chriſti veſtigia, qui greſſus, quibus in carne ambulavit pro nobis, ut cætera taceam, quæ evangelica plenitudine narrantur de baptiſmo ad tentationem, ac jejunium, de jejunio, ad prædicationem, de prædicatione ad opprobria, de opprobriis ad flagella, de flagellis ad ſputa, de ſputis ad crucem, de cruce ad ſepulturam pervenit. Iſti enim ſunt greſſus Dei in terra, de quibus Pſalmiſta ait. Viſi ſunt greſſus tui Deus, ingreſſus Dei mei Regis. Hos imitandos eſſe denuncians Petrus ait fidelibus. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. His ſe paſſionibus ſequi ipſa via inſinuat dicens. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie & ſequatur me, & Paulus ait, Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cru-*
D *ce Domini Noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Ii greſſus autem & anguſtam ingrediuntur viam, quæ ducit ad vitam. Ii ambulant ſuper aſpidem & baſiliſcum, & conculcant leonem & draconem, in his ambulaverunt Apoſtoli, hos Martyres & Confeſſores ſunt ſubſecuti. Hos per greſſus perfecti inceſſerunt Monachi, quibus ſpecialiter à Domino dicitur; Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Sed quia nos in illorum tempus devenimus, de quo Dominus in Evangelio ait Diſcipulis ſuis, quia abundabit iniquitas, refrigeſcet caritas multorum, ac, ſecundum Apocalypſis ſententiam, nequaquam ferventes, ſed quod gemendum eſt, tepidos aſpicimus Monachos. Ad incitandos animos eorum, tres nuper ad Chriſtum converſos evangelica perfectione probatos auditorum animis ingerimus, Paldonem ſcilicet, Taſonem, atque Tatonem, Sanctorum Patrum ſudoribus ac*

laboribus coæquandos, ut qui deſidioſi, ac languidi antiquos Patres noſtros nos imitari non poſſe cauſamur, horum nuper converſorum vitam recolentes erubeſcamus. Hos ergo non temeritatis auſu impulſus, ſed Abbatis mei monita ſequutus, eaque modo ſtylo proſequor, de quibus adhuc teſtes exiſtunt, qui ſe hæc ab his audiſſe confirmant.

Tres igitur ex nobili genere orti jure conſanguinitatis propinqui Paldo, Taſo & Tato fuerunt viri Beneventani, ex quibus ſuperior Paldo ex uno, Taſo verò & Tato ex altero fratre ſunt procreati. Ii Evangelica voce exciti, divinoque amore inflammati una eis ſententia, unum conſilium fuit, unumque extitit votum, patriæ ſolum, divitias, parentiſque relinquere, & nudos nudum Chriſtum ſequi, nudi cum nudo adverſario pugnare: Galliarumque provinciam pro voto expetere, atque inibi corpore, non mente diſti diverſa Monaſteria inquirere, lenique jugo Chriſti colla mentis ſubmittere. Hoc autem idcirco ſtudioſè facere prævidebant, ut propter Chriſtum ne uno, qui ſupereſſe poterat aſpectu viſionis corporaliter fruerentur. Quid plura? ut animo, & mente conceperant iter præparant, nec moram faciunt, nec dilationem portendunt, ſed carnalium parentum nexus pertimeſcentes, qui ſemper impedimentum ſunt ad Chriſtum converſis, eorum oculos pia ſimulatione deludunt, ita tamen, ut mendacii crimen nequaquam incurrant; dicunt enim ſe Romam pergere velle, Apoſtolorum Principis Petri ſe ſuffragiis commendare, ejuſque deſiderata limina oſculari, quod & fecerunt, ſicuti autem nobiles decet, oneratis animalibus ſtipendiis præparatis ad ſedendum equis famulorum fulti obſequiis ſibi, ſolique Deo, quid agere vellent, greſſus ad ambulandum movent.

Stirps veneranda ſatis nimium præcelſa parente
Primus à principio luxit ut orbe dies.
Germine purpureo dives hoc tulit urbs Beneventus
Jure ſalutiferos traxit ab urbe viros.
Scandere regna petens ſublimia corde ſereno
Dignè ſacra ferunt ſigna pro lege Dei.
Terrea cuncta terit, gazas ut ſtercora ſprevit
Laudes magnifico gaude referre Deo.
Cui ſalus & virtus
Rex bonus invictus.

At verò ubi proprios fines ſunt egreſſi, Marſorumque Provinciam ingreſſi deſcenderunt equis, admonuerunt pueros, ut cum equis, & his quæ allata fuerant ad propria remearent. Et hoc propterea, quoniam ſibi tale votum extitiſſe dicebant, ut ii tres tantum ſuis pedibus Romam pergere deberent. Quibus flentibus, ac lugentibus jure poteſtatis imperant, ut recedant. Illis autem abſcedentibus, dum præfati famuli Chriſti ſcandunt iter, obviam habent pauperes vilibus, ac ſciſſis indumentis adopertos. Jam ii paupertatis amore inflammati ajunt inter ſe. Ne ſit in nobis, quod mundus honoret, ne quod latro diſſipiat, his nos veſtibus exuamus, pauperibus tribuamus, illorumque nos viliſſimis ac ſordidis induamus. Hinc perpendant, qui nomen Monachi prætendunt, quanti reatus criminis ſit ſub Chriſto paupere argentes indumentis comptos & non moribus incedere; ecce etenim ii, per quos hoc Monaſterium initium ſumpſit talibus induti amictis initium ſuæ converſionis dederunt.

Mundus ad imarnit miſeros ad tartara ducit,
Mutemus veſtes, noſtras Deus inſtrue mentes;
Ne ſit quod fortis, fur, latro, tollere poſſint.

Et ut ad propoſitum revertar, cœpto itinere dum pergunt ad Monaſterium glorioſæ Dei Genitricis Mariæ quod eſt in Sabinis, perveniunt in quo vir vitæ venerabilis Thomas Pater præerat, de quo à pluribus audivi, quia olim in partibus Orientis conſtitutus, ſicut ipſe narravit tandiu ad Redemptoris ſepulchrum orationi vacavit, quoad uſque impetraret quod precibus poſtulabat. Denique, ut aſſerunt, nocte quadam

A *dam precibus fatigato, ſoporeq; depreſſo adſtitit ei quidam geſtans in manu miræ pulchritudinis panem, cui & dixit, accipe hunc panem, & abſcede. Scito autem te minus ex eodem nunquam habiturum. Tantæ etenim deinceps, ut ajunt qui eum viderunt compunctionis vir fuit, ut pene de Deo ſine lacrymis nil poſſet loqui. Is dum præfatos Dei famulos hoſpitio ſuſcepiſſet, ut Monachorum, ac bonorum mos eſt Chriſtianorum cum fratribus, ut ei ſolitum fuit ſecundùm Domini præceptum eorum pedes abluere pergit. Ii autem qui advenerant, delicata, ac candida membra vilibus, ac ſordidis veſtimentis tegebant, elegantem ac compoſitum vultus aſpectum prætendebant. Quamobrem nec eorum ſecretum abſcondi potuit oculis viri Dei. Peracto itaque caritatis officio, noctiſque curſu tranſacto cum aurora daret initium diei ſeorſim eos blanda loquutione inquiſivit, qui eſſent, unde, cur advenerint, ne fortè aliquod præjudicium ſuſtinerent, ne peccati crimine peracto fugerent, promittens ſe eis in quo valeret adjutorium miniſtrare: tantum ut*
B *profiterentur, cur eis ita placuerit tantam ſimulationem arripere. Ad hæc illi obſtupefacti videntes conſilium ſuum ſeniori celare non poſſe, conſilio accepto narrant cuncta per ordinem, qui fuerint, unde, cur advenerint, quæ geſſerint, quorum filii, quibus nominibus vocarentur, qualiterve Romam pergere vellent, indeque Galliarum regiones expetere multis eum adjurationibus conſtringentes, ne eorum propoſita ipſe fieret impedimento. Ad hæc ingemiſcens venerabilis Senex ait, nequaquam ò filii in hoc tam laudabili propoſito vos impedire cupio, ſed magis adjuvare, nec vos interim relinquam, aliquantiſper vobiſcum pergam itineris veſtri uſque ad Apoſtolorum limina me habebitis comitem. Propterea autem vir Deo plenus itineris illorum particeps fieri geſtiebat, ut eos, ſicuti, & fecit ſuis ſalutaribus conſiliis ab illius itineris longitudine revocaret. Quod Dei providentia factum fuiſſe nullus ignorat, qui hoc Monaſterium cernit.*

C
Hos ſpecie, forma, cognoſcit munere dogma,
Conſilio refovet, levat obſequio Pater almus,
Ne paveant, faveant, facilis pateat labor altus.

Pergunt interea ſimul ut ſenis fuit voluntas, multiſq; lacrymis profuſis devotionem ſuam Apoſtolorum commiſerunt ſuffragiis. Oratione verò completa cœpit eos reverendæ memoriæ jam dictus Pater verbis ſuaſoriis admonere, ut ſecum, ad Monaſterium revertentur, & aliquandiù apud eum remorati propoſitum inſtitutionis ſuæ videndo & operando addiſcerent, & tum demum quo eos Dominus vellet vocare properarent, & ut verbis illius utar, Audite, inquit, ò filii conſilium meum, ad Monaſterium, cui deſervio revertimini mecum, & propter ardorem veſtri deſiderii quanquam extra uſum Monaſterii intrinſecus vos recipiam, ut ſimul cum fratribus edatis, ſimul dormiatis, ſimul orationi vacetis, ſimulq; ad opus manuum exeatis, ut his exercitiis probati ſciatis, quibus modis propoſitum Monachi adimplere valeatis. Hæc &
D *his ſimilia eo dicente præbuerunt aſſenſum, pariterq; cum eo ad Monaſterium ſunt regreſſi, in quo paucis diebus remorati ad plenum inſtructi ſunt.*

Te ſimul ecce petunt Petri dum limina quærunt,
Roma beata nimis fratriſque, ſenexque fidelis,
Quos trahit ipſa ferens fidei per litora navis.

Accidit autem, ut dum pater duorum fratrum Tatonis ſcilicet, atque Taſonis cum cæteris parentibus huc illucque eos quærerent rapidiſſimo curſu Romam venirent, quoſdam ſtudioſè quærerent, ac nequaquam inibi invenirent, audiunt à dicentibus Sabinis; eos eſſe in Monaſterio glorioſæ Dei Genitricis Mariæ. Tunc illi majoris amoris ſtimulis agitati ſpatium itineris illius quaſi tranſvolantes ad prædictum Monaſterium pervenerunt: à prædicto Monaſterii Patre petierunt, ut aſpectibus illorum præſentarentur. Venerabilis autem Senex, ut erat ſuadibilis

elo-

eloquio admonuit, ut exirent, illis autem renitentibus compulit eos, ut ſibi imperanti obedirent. Vt verò egreſſi ſunt, parenteſque eos viderunt, vehementer flere cęperunt, elevataque voce ad eos dixerunt. Cur nos peccatores tanquam mortuos reliquiſtis? ut quid curam animarum noſtrarum deſeruiſtis? nullus ne vobis ineſt pietatis affectus, nulla conſanguinitatis compaſſio? obſecramus, inquiunt, obſecramus, & per Deum conditorem cęli & terræ deprecamur, ne nos deſeratis, quia ad Chriſtum converti, & ſæculum funditus relinquere ſumus parati, ſin autem conteſtamur Cælum & terram, ſanguinem noſtrum de manu veſtra à Deo fore quærendum. Ad quorum verba lacrymaſque atque ſingultus dum illi pietate nequaquam moverentur, ſeque, ut Deo promiſerant, Gallias petere dicerent; propterea ut apertè nunc cognoſcimus fertur ſenex ad eos voce dixiſſe. Confidite, inquit, filii, confidite, & de Dei miſericordia præſumite; quia ſi modò meis monitis aurem obedientiæ accommodaveritis, multi per veſtræ actionis exemplum cæleſte ingredientur regnum. Audite, inquit, filii hominum, audite conſilium patris veſtri, & horum preces ſpernere nolite, oſtendam vobis, ſi vultis à Deo vobis locum præparatum; ſpero enim in Domino, quoniam illuc adimplebit Deus deſiderium veſtrum, ibique facietis Deo fructum acceptum. Indicium autem loci percipite, & ad eum quantò citius properate.

Non Pater hos monitis gemitu movere parentes,
Sed patriam gentem, contemnere rite fatentes,
Mollia ſpernentes, pro Chriſto dura ferentes.

Eſt autem dilectiſſimi locus, ad quem vos, ire deſidero in Samnii partibus ſuper Ripam Vulturni fluminis, ubi initium ſumit à mille ferè paſſibus, in quo videlicet loco ſitum eſt Oratorium Martyris Chriſti Vincentii nomine dedicatum. En utraque verò parte fluminis ſilva denſiſſima, quæ habitationem tantum præſtat ferarum, latibulaque latronum. Omnipotens autem Dominus, cui vos famulatum exhibere deſideratis, & vos in eodem loco illæſos ſervabit, & cunctis iter agentibus à timore latronum pacatum, atque ſecurum conſtituet, nec non & ceraſis, dumis, ac ſeutibus, lignis fructiferis abundare faciet. Ite, ait filii, & in eodem loco, ſine metu cujuſcunque permanete.

Nos pater ire monet, loca monſtrat pervia nullis,
Arboribus multis, quæ comant flumina pulchris,
Montibus & ventis, nivibus ſunt frigida mæſtis.

His igitur, & hujuſcemodi verbis à rigore obſtinationis emolliti, tanquam Chriſtum in ſeniore loquentem attendentes, Apoſtolique dictum recordantes; Nolite quærere, quæ veſtra ſunt ſinguli, ſed quæ alterius ab his, quæ cœperant, revocant animos, atque ab eodem benedictione percepta iter arripiunt, & ad hunc, quem incolimus perveniunt locum, nihil ſecum in alimoniis corporis prætee viaticum in ſportella ferentes, jam tunc non immemores illius præcepti dicentis, nolite ſolliciti eſſe quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite ſolliciti eſſe in craſtinum, ſed ille qui propter miſeriam inopum & gemitum pauperum ut pius pater exurgit, qui talia agentibus repromittit dicens; Quærite primum regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis, hanc eorum fidem aſpiciens citò ſtipem largiendo adfuit.

Tres iter aſſumunt nihil hue niſi corpora ducunt,
Eſt regimen victus tegmen, miſeratio Chriſtus,
Lex quoque ſacra Dei lux noctis ſive dies.

Nam cum ad hunc, in quo reſidemus, ut dictum eſt, perveniunt locum, quia cuncta, quæ ad uſus corporis ſunt neceſſaria deerant, ad illum protinus mentem erexerunt, in quo, & per quem omnia vivunt. Ingrediuntur denique Oratorium, peragunt in Dei laudibus officium, atque ſupreveniente nocte quieti membra deponunt. Sed cur dico, quieti, cum terra tenus tantum artus locantes ad morem Patriarchæ Jacob lapides capitibus ſuppoſuerunt? dico tamen, quietem eſſe in quo caro tabeſcit, ſpiritus pingueſcit. Et ecce facto parvo intervallo, venit ad eos quidam homo ignotus nocturno ſilentio, regiamq; Oratorii pulſans ait, Quiſnam hoc in loco quieſcit, ad cujus vocem exiliens tacitus venit ad eum venerabilis Taſo, cui ille, Audivi, inquit, à dicentibus, quoniam hic peregrini adeſſent, & propterea à paſtoribus meis veniens detuli modium farinæ, ac vini, ſi habes, ubi hoc, quod attuli, recondas. Tunc ille, quædam vaſcula reperiens, tanquam à Deo ſibi oblata ſuſcepit, quæ offerebantur, quo abſcedente nullus deinceps compertus fuit, quiſnam ille fuiſſet, qui hoc munus gratanter obtuliſſet. His igitur indiciis claret, à quanta perfectione cœperint ii, per quos hunc locum ad tantæ magnitudinis excellentiam perducere dignatus eſt Omnipotens Deus.

Angelus acceſſit, dixitque, quis hic requieſcit?
Exilit inde Taſo tacita pede, pectore grato,
Munera cui præſtans vinum ſimilam redit extra.

In hac denique Chriſti paupertate ſollicitè perſiſtentes, eorum vita, quam Deus ad exemplum plurimorum oſtendere diſpoſuit, longè, lateque perſonuit, atque lucerna ſuper candelabrum poſita diutius latere non potuit, & cum multi eorum vitam imitari cupiunt, multitudo fraternitatis ad eos concurrere cœpit.

Longè per centum ſociis moderare talentum
Famina ſacra ferunt palmam bellique tulerunt,
Et capiunt multos valido de gurgite ductos.

Primus itaque præfuit ſacro gregi Paldo Dei famulus, qui erat animo mitiſſimus, quique per omnia hoc in ſuis actibus oſtendebat, quod ſuis ſubjectis voce prædicabat. Ita amator Chriſti paupertatis, nec ſicuti carnales æſtuans divitiis terrenis. Hic nempè fertur ad confirmandas animas fratrum, ut in paupertate, quam cęperant perdurarent, dixiſſe. Credite mihi fratres, quia Monachus ille, qui in hoc Monaſterio perſiſtens uſque in finem permanſerit, anima ejus æterna ſupplicia nequaquam ſuſtinebit, ſed vitam æternam poſſidebit, & hoc ſanctæ congregationis Monaſterium uſque ad finem ſæculi ad ſervandas animas permanebit. Quod quidam ignorantes, qua intentione hæc proſecutus fuerit falſa ſeipſos ſecuritate decipiunt, quamvis malè viventes, & contra regulam Patrum facientes hoc in Monaſterio ſi permanſerint, ſalvos eſſe in futurum non poſſe, cum conſtet omnibus, quia quicunque in perpetratione criminis hoc in loco permanſerint, & ante extremi obitus diem ſe minimè correxerint, ad vitam nequaquam poſſe tranſire. Dicendum autem illis eſt; nequaquam virum Dei contra divina eloquia ſententiam protuliſſe, ſed in illis hanc ſententiam permanere dixiſſe, qui ipſorum ſobriam, & caſtam vitam, ac laudabilem paupertatem vellent imitari.

Culmine præclaro renitens diademate ſacro
Primus præficitur Paldo reverendus, & Abbas
Innumeras animas Chriſto ſuper æthera mandat.

Interea turba fratrum ſuccreſcente, cęperunt contra votum habere, per quod poſſent eiſdem, quos regebant, ſubvenire, dumque prædicti venerabilis Patris Thomæ immemores dicti, multos per eos in hoc loco eſſe ſalvandos, amicam paupertatem ſollicitè requirentes abjicere conantur ea, quæ poſſidere videbantur, ſed reſiſtente eis divino judicio, turba

fra-

fratrum, ſtuduerunt magis ſecundum Apoſtolum non ſua ſinguli, ſed quæ alterius ſunt quærere, & illud, omnibus omnia factus ſum, ut omnes ſalvos facerem. Multa ſiquidem tunc inter eos fuiſſe caritas, multa concordia unitatis, multa compaſſio fraternitatis refertur; & quidem narrantur de eis quædam digna miraculis, ſed noſtrum ad hoc tantum fuit ſtudium incitatum, ut quibus modis ſæculum, ac diabolum vicerint apicibus proſequamur. Neque enim majus eſſe poteſt miraculum, quàm quod tota mente mundum reliquerunt, & quia multi videntur miraculorum eſſe participes, ſed nullatenus nomina habent ſcripta in cælis, nequaquam hoc in tempore virtutes in Eccleſia, ſed perfectam vitam requirimus. Unde Dominus diſcipulos de ſubjectione dæmonum gaudentes deterret dicens; Nolite gaudere in hoc quia dæmonia vobis ſubiiciuntur: in quo verò deberent lætari ſubdendo manifeſtat dicens: Gaudete autem quod nomina veſtra ſcripta ſunt in Cælis: magna ſiquidem virtus, magnumque & admirabile extitit ſignum, ſuæ converſationis exemplo tam innumeros de terris elevaſſe ad Cælos, de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de exilio reduniſſe ad patriam. Et ut cœpta proſequar ſæpe dictus venerabilis Paldo Evangelicę perfectionis vir per omnia conſummatus humanis rebus excedens præſentis vitæ finem fecit V. Id. Octob. Ind. III anno Incarnationis Dominicæ 720. reſidente in Sede Apoſtolica venerandæ mem. Gregorio II. cilc ſuſceperat Sacri Cœnobii regimina ab Incarnatione Domini anno 707. ſub Sancto Papa Siſinnio.

En Paradiſe tuos vernantes collige flores,
Denis ſeptenis annis moderatus habenis
Eſt Paldo felix, quando tua gaudia cepit.

Cui ſuccedit in ſancto regimine Taſo minor quidem annis, ſed ardentior in ſancto propoſito omnibus illis. Quia verò nonnunquam is qui præeſt, ſi conſiderare negligat, & contueri infirmorum imbecillitates, eoſque non ut prævaluerint, ſed ut rigor diſtrictionis ejus dictaverit, voluerit arctius adſtringere, nequaquam eos quò cupit perducere valet. Quia huic nimius zeli fervor potuit dominari, ſimile quiddam ei accidiſſe cognoſcitur; nam cum hunc arduo itinere incedentem, nequaquam ſequi valerent, penitus deſerentes abjecerunt, fratremque ejus majorem natu loco ejus conſtituerunt. Unde factum eſt ut ab utriſq; partibus ad Pontificem Romanum relatio mitteretur. Quod cum Gregorius Papa ſecundus audiſſet, factum improbat, hos contra canones feciſſe notat, manuſque ſuas in Chriſtum Domini extendiſſe denunciat, quibus & pęnitentiam indicens, hujus facti efficaciam ademit, quam ſcilicet indictam ſibi pęnitentiam vix cum magno difficultatis conamine, obſiſtente aeris ardore perficere valuerunt.

Poſt ſequitur ſocius rexit eus moderamina Taſo,
Qui minor eſt annis validus ſapientia quamvis,
Hic alacer, fortis, fervens quoque robore cordis.

Sed ut oſtenderet Omnipotens Deus, quanti reatus crimen admiſiſſent ii, qui paſtorem à Deo ſibi præelectum abjeciſſent, nequaquam hac pœnitentia placatus, mox ſine mora judicium exercuit ultionis. Nam ita cœperunt ſinguli humanis rebus decedere, ut duorum aut trium corporum fieret una memoria receptaculum. Eaque hac graſſata fuit ſententia quoad uſque penè nullus eorum in corpore remaneret, qui hujus nævi fuerant conſilio maculati. Sed nec ipſe diu moratus, eoſdem eſt moriendo ſecutus. Idcircò autem hujus facti adverſitatem huic operi annectimus, ut à tali deinceps ſeditione, & paſtor, & grex alieni exiſtant. Quia etſi nequaquam eos per hoc factum utpotè incipientes pęnitere damnandos affirmare audemus, cum ſcilicet paſtor zeli fervore, & grex puſillanimitate erraverit, tantum incertum eſt, utrum eos hæc judicii ſententia ad plenum hujus reatus crimine mundaverit, an etiam purgatorii poſt mortem ſupplicio ignis fuerint abſoluti. Obiit autem Taſo prędictus poſtea III. Id. Januarii, Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo vigeſimo nono, Indictione undecima.

Fratri Prælatus pœnam Taſo ſentque reatus
Annis poſt octo migrans, cui ceſſerat ordo
Quem ſequitur fratrum numerus ſub peſte necatus.

Succedunt præterea poſt hujus diſcriminis luem, ut aſſolet, læta quædam atque jucunda, cum ſuperſtes Tato loco paternitatis ſuccedit. Hic denique virtutum omnium mater plenus extitit charitate, in animabus colligendis ſtudioſiſſimus, zelo Dei ferventiſſimus, pietate uberrimus, diſcretione cautiſſimus, quique veluti mater ſuper filios ſic ſemper ſollicitus fuit ſuper ſubjectos, ſemetipſum in laboribus duriſſimè exercens, gregi ut pater parcens, intermittens, mitior exiſtens, inter elatos, zelum diſtrictionis exercens. Fertur etiam ex quo ad Monachi habitum venit, nequaquam balneis uſum fuiſſe, nunquam caput laviſſe, nunquam novaculam ſuper caput, aut barbam duxiſſe, & quod his difficilius eſt, diebus opere manuum inſudans, noctibus vigiliis perpetuis vacans, loricæ onus ad carnem geſtans, quouſque virtus corporis prævaleret non depoſuiſſe. Cum verò defeſſis, ac fatigatis jam membris, hanc ferre non poſſet, circulum ſibi ex eadem occultè fieri præcepit, quem & uſque ad diem obitus ſui geſtavit.

Hunc aſſerunt lectiſternia refugiſſe. Fertur etiam & hebdomadam jejunio peregiſſe; his enim, ac cæteris virtutibus repletus ad finem uſque perdurans conſummatus obiit in pace 3. Id. Decembris, Ind. vero 6 felici gaudio lætus anno Incarn. Dominicæ ſeptuageſimo trigeſimo nono.

Hic prius abjectus fit poſtea Paſtor honeſtus
Undenis actis poſtquam Taſo præfuit annis
Ad finem durans explevit tempora longa
Qui fuerat magnus ſtudiis, opibus quoque largus.

Hæc de his dixiſſe ſufficiant, quorum nos exempla, ac facta præclara de ſæculi turbine ad hanc quietem perduxit; ſed horum aſpicientes fervorem cogit nos gemitus aliquid dicere de noſtræ converſationis tempore; & quanquam meipſum primo ferire loquendo pertimeſcam, tamen ea, in quibus jaceo, & mihi ſimiles jacere cognoſco enarrare vitia, ſublato pudore non erubeſcam. Fortaſſis enim per hanc humilitatis confeſſionem, & mihi à Deo venia dabitur, & illis ſalubris correctio miniſtrabitur. Sed undè exordiar, unde loquendo initium ſumam? omni enim ex parte ſanctum à nobis propoſitum violatur, & penè nihil nobis ſupereſt, niſi quod Sanctus Pater prædixit Benedictus, per tonſuram & habitum nos Deo mentiri videmur, penè omnes ad ſuperbiam prompti, ad contentionem, ad ſcandalum, ad detractionem, ad mendacium, ad maledicendum, ad accuſationis læſionem, ad contumaciam, ad iram, ad amaritudinem, & deſpectionem, ad contradictionem, ad ſuſurrationem, ad murmurium, ad gulam, atque ad ornatum veſtium ſumus illecti, & ut breviter cuncta perſtringamus, ea, per quæ Sancti cœleſtia conſecuti ſunt regna, ideſt tribulationes, perſecutiones, adverſitates, anguſtias, paſſiones, contumelias, humilitatem, ſubjectionē, paupertatem odio habentes, quæ noſtra ſunt, non quæ alterius quærentes, falſos honores appetentes, ac per hoc invicem invidentes, invicem mordentes quicquid ad præſens delectat, quicquid dulcedinis tota mente requirimus, neſcio per quod aliud iter, fallente nos viſu interiore, à Sanctorum calle deviantes ad vitã nos poſſe pervenire confidimus. Ait enim Dominus: Arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui intrant per eam. Apoſtolus verò dicit, per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei, & iterum: Si non compatimur, nec conregnabimus, & nemo coronabitur, niſi qui legitimè certaverit. Eja Monachi noſtri, quid ad hæc dicturi ſumus? aut, quod enim nefas eſt, ſcripturam mendacem, aut noſmetipſos mendaces veraciter appellabimus? Sine via

enim

enim tendentibus labor eſt itineris, non profectus aut fortè decepti dicere poterimus, at ſecundum miſeriam noſtram loquar, Dominum dixiſſe: Beati, qui induti ſunt cappa? vel qui uſque in horam nonam jejunant? nequaquam: dixit autem de his, qui falſam religionem prætendunt: Veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces; de illis autem, qui beati futuri ſunt, ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum; beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur; beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur; beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum. Intendamus qui hæc abhorremus, quibus modis in ſcriptura deteſtantur ea, quæ nunc ſequi videmus; ſcriptum namque eſt: Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam; &, Qui detrahit fratri, eradicabitur; &, neque maledici regnum Dei poſſidebunt; &, perdes eos, qui loquuntur mendacium; &, cecidit accuſator fratrum noſtrorum; &, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio; &, væ qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt; Tot enim mortibus digni ſumus, quot his malis exemplis ſcandalizamus. Sed nos, ò dilectiſſimi fratres, Superiorum pauperum, quorum mentionem feci, exempla attendamus, ne in vacuum currere videamur omni niſu, omni conamine, omni vietate deſudemus, at ab his, quæ dixi, præcipitiis educti per iter Sanctorum incedere valeamus; ſi enim unum in nobis bonum perfectè adeſſet, tot enumerata mala nequaquam ineſſent. Et quod eſt hoc bonum, niſi mandatum novum? Mandatum novum, inquit Dominus, do vobis, ut diligatis invicem, & in hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem, qui enim diligit, ait Apoſtolus, legem implevit, & plenitudo legis eſt dilectio, Ego autem dico, quia qui fratrem diligit, nequaquam detrahit, ſed corrigit, qui verò detrahit, non diligit, qui autem non diligit, docente Joanne, manet in morte; ſi, inquam, radix hujus dilectionis eſſet in nobis, omnia virtutum poma matureſcerent, quia verò deeſt, in flore vaneſcunt; ſed quia inducias ad corrigendum hujus temporis à pio Redemptore accepimus, agamus, ut in melius proficiamus; non enim ſufficit patrias, divitias, parenteſque reliquiſſe, niſi nos metipſos mortificemus. Diem ergo mortis quotidie attendamus, & in æternum non peccabimus, Paſſiones Domini inſpiciamus, & de præſentibus injuriis non dolebimus, ſicque hujus exilii iter pergamus, ut egredientes de corpore angelum lucis inveniamus, per quem defenſi ab Accuſatore illuc perveniamus, ubi Deum cuncti cum Angelis ſine fine laudemus, ubi jam nullus erit metus mortis: nullus mœror, nullus dolor, nulla amaritudo, nulla tenebrarum caligo, ſed dies æterna, dies beata, in qua qui inventi fuerint, luce ſolis non egebunt, qui ab ipſo Agno illuminati, ſicut Sol, in Regno Patris fulgebunt, ubi ſemper beati, ſemper gaudentes, ſemper lætantes, ſemperque erunt cum Chriſto ſine fine regnantes, ubi charitas in ſingulis regnabit, & Deus omnium in omnibus erit, qui in Trinitate perfecta vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Catalogus Abbatum Cœnobii S. Vincentii de Vulturno ex eodem Chronico exſcriptus.

1. S. Paldo primus Abbas S. Vincentii ad frontes Vulturni, poſt diutinam hujus vitæ decertationem confirmatis operibus ſanctis in requiem Chriſti aſſumptus obiit 5. Id. Octob. anno Incarnationis Dominicę 720. poſtquam in loco ſacri regiminis decem & ſeptem compleverat annos, ab ædificatione verò hujus ſacri Monaſterii Chriſti Martyris Vincentii jam agebatur annus trigeſimus quintus.

2. S. Tato hujus loci 2. Abbas miles Chriſti poſt S. Paldonem ſuſcepit regimina ſacra, qui quidem minor annis; ſed in ſancto propoſito ardentior extitit cunctis. Hic, præceptum obtinuit à Domino Arechis Longobardorum gentis celeberrimo Principe, confirmationis de terris & montibus juxta Monaſterium poſitis, & poſt peractis in ſancto regimine annis octo, defunctus ſæculo migravit ad Chriſtum 3. Id. Januarii, Anno Dominicæ Incarnationis 728. Ind. 11.

3. S. Taſo, ſuccedit paſtor, & pater, & poſtquam S. Congregationis gregem undecim rexiſſet annis felici exceſſu fratrum veſtigia ſequens migravit ad Chriſtum 3. Id Decembris, Ind. 6. anno Dominicæ Incarnat. 729.

4. Ato 4. Abbas iſte conſtruxit in eodem Monaſterio Eccleſiam S. Petri Apoſtoli, & præceptum accepit à Giſulpho Duce Minore de Eccleſia S. Mariæ in loco Saro; conſummatis verò in ſancto regimine annis 21. obiit 4 Kal. Januarii, Ind. 13. anno Dominicæ Incarnat. 760.

5. Heremperius præfuit ſacro Cœnobio ann. 3. menſ. 2. diebus 26. obiit 11. Kal. Aprilis, anno Dom. 763. Ind. 1.

6. Joannes ſucceſſit. Hic præceptum accepit à Giſulpho Duce Minore. Deſiit verò à regimine 15. Kal. Aug. expletis ann. 14. menſ. 3. dieb. 25.

7. S. Apertus Gallus 7. Abbas, expleto in ſancto regimine ann. 1. menſ. 2. & diebus 25 juſti operis palmam ſuſcipiens feliciter migravit ad Chriſtum anno Incarn. Domin. 718. Ind. 1. in Beati Petri Eccleſia digno ſepulchro locatus. Vita, & geſta ejus edita ſunt ex Chron. excerpt. in tom. 3. Francorum Scriptorum.

8. Hainard Abbas præfuit ann. 3. menſ. 10. obiit 4. Non. Novemb. ann. ab Incarnat. Dom. 780. Ind. 3.

9. Poto Abbas præfuit ann. 2. menſ. 5. dieb. 16. obiit 10. Kal. Maji ab Incarnat. Domini 783. Ind. 6.

10. Paulus Abbas, qui conſummatis in ſua ſede ann. 9. menſ. 5. dieb. 20. migravit ad Chriſtum 16. Kal. Aprilis die Dominica, Anno Incarnat. Domini 790. Ind. 15. ſepultus in pace.

11. Joſue venerabilis Abbas poſtquam ann. 24. menſ. 6. dieb. 16. Sanctæ Congregationis præfuit gregi, ſumptus in gloria migravit à ſæculo, 4. Non. Maii anno Incarn. Domin. 818. Ind. 11. ultra humanum modum ſecundum merita ſua, cujus Sanctum Corpus ante eandem Eccleſiam in dexteram partem ſepultum eſt in pace.

12. Epiphanius Abbas præfuit an. 17. menſ. 11. dies 8. Hic fuit de S. Martino in monte Marſico.

13. Jacobus peractis in hujus Monaſterii regimine annis 9. obiit prid. Id. Januarii anno Incarn. Domin. 833. Ind. 1.

14. Teuto, iſte conſtruxit Eccleſiam S. Euphemiæ in Fundiliano, & multas utilitates, & poſſeſſiones acquiſivit: obtinuit quoque à Ludovico Imperatore confirmationem præceptorum aliorum Regum, & Ducum; expletis verò in hujus regimine Monaſterii ann. 3. menſ. 7. obiit in pace 10. Kal. Septembris anno Incarn. Dom. 856. Ind. 5.

15. Joannes Abbas ſedit ann. 7. menſ. 4. obiit 5. Id. Octobris anno 863. Ind. 12.

16. Anteſuſus completis in ſacro regimine ann. 9. obiit 18. Kal. Maii anno Dominicæ Incarn. 872. Ind. 6.

17. Majo Abbas ſedit ann. 8. ſub ejus regimine hoc ſacrum Cœnobium à nefandiſſima gente Agarenorum comprehenſum, deprædatum, & incenſum fuit, & prædictus Abbas Majo cum nongentis fratribus pariter decollati ſunt anno 880. Extat horum nongentorum Monachorum decollatorum Hiſtoria à Joanne Abbate conſcripta in eadem Chron. lib. 3. quam hic exſcribere viſum eſt, cum pulchra ſatis ſit, & digna ut lucem aſpiciat.

Hiſtoria Decollatorum Nongentorum Monachorum hujus Monaſterii.

PROOEMIUM.

Anno Incarnat. Dominicæ octingenteſimo octuageſimo

ſimo ſecundo, Indictione quintadecima, reſidente in Sede Apoſtolica centeſimo octavo ab Apoſtolorum Principe Petro, Papa Joanne, apud Conſtantinopolim imperante Baſilio, quadrageſimo ſeptimo poſt Conſtantinum, Italiæ verò Ludovico filio Lotharii Regni jura tuente, Monaſterium pretioſi Martyris Chriſti Vincentii, & Beatiſſimi Confeſſoris Benedicti apud Caſinum, in quibus plurimorum Fratrum Sancta Congregatio cum Venerandis Patribus Majone, & Bertbario in Omnipotentis Dei ſervitio permanebat, ab Agarenis deprædata, & ignibus combuſta ſunt, & paucis vix evadentibus plurima turba fratrum cum prædictis Patribus gladiis necati ſunt. Quod qualiter actum ſit, operæ pretium enarrare, exiſtimantes non ab re eſſe arbitramur, ſi aliquantulum excedentes à ſuperioribus exordium ſumamus, ideſt ex quo Reges Francorum ſumpſerunt imperium Romanorum, & tam veridicas ſequentes lineas hiſtoriographorum, quam ex relatione Patrum Religioſorum, quæ didicimus adiicientes, poſteris noſtris pietatis exemplo Sanctorum Patrum noſtrorum pro Chriſto occiſorum memoriam relinquamus. Re enim vera pro Chriſto occiſi occubuerunt, qui longo vitæ ſuæ tempore ſub inſtituto Sanctæ legis unanimes converſantes, Chriſti gratia ad hoc pertingere meruerunt, ut Chriſto miniſtrantes, ipſum ſequerentur, uſque ad opus magnæ charitatis, ac roſeo cruore ſuæ paſſionis ſeptemplici Spiritus Sancti munere decorati, perpetui triumphi caperent diadema beatum. Ergo quia non immerito illos loci hujus ſemper inſpectores, ac bonorum jugiter ſuffragatores ſpecialius eſſe confidimus, oportet ut annis ſingulis eorum memoria ab omnibus digniſſimè celebretur, quatenus tam eorum, quàm & omnium Sanctorum meritis, & precibus, de mundi periculis, ac inimicorum inſidiis eripi mereamur, & peccatorum noſtrorum veniam conſequamur.

Longobardorum itaque gens cum Italiæ fines invaſiſſet utpote aliis gentibus viribus fortiores, & Reges eorum poſt Julii forum Ticini ſibi Regni ſedem ſtatuiſſent, erant ex his Duces jam in Benevento, quàm & in Spoleti civitatibus. Denique Conſtans Imperator cupiens à Longobardis Italiam eripere, cum multis diebus Beneventum cum valida exercitus ſui multitudine obſediſſet: & verens Grimoaldi Regis adventum, accepta Romualdi ſorore ab obſidione diſceſſiſſet, idem Grimoaldus Rex poſt Beneventanorum ereptionem, Ticinum repedare volens, & Raſemundum, qui dudum Capuæ Comes fuerat, data ei in matrimonio alia ſorore Romualdi, filiam videlicet ſuam, apud Spoletum Ducem effecit, Giſulpho exim Foro-Julianorum Duce à Cacano Rege Avarorum, qui & Hunni dicti ſunt, in bello perempto, frater ipſius Graſulphus conſtituitur, quo defuncto, ei in Ducatu Ago ſucceſſit, & hoc mortuo Lupus Dux efficitur, qui plurimas donationes contulit Monaſteriis ſervorum Dei, ſed præcipuè Monaſterio Beatiſſimi Vincentii. Hic cum in prælio Avarorum diu decertando occubuiſſet, Guettari vir benignus, Ducatum ſuſcepit. Iſto quoque mortuo Elauder Dux factus eſt. Poſt quem Radoald ſuccedit. Grimoaldus verò Rex ſupradicti Lupi Ducis filiam Theodoradam nomine poſt mortem patris ſuo filio Romuald Beneventanorum Duci in matrimonium tradidit. Ex qua tres filios Grimoaldum, Giſulfum, & Aricbis genuit. Denique Romuald multitudine ſui exercitus congregata Tarantum, & Brundiſium expugnavit, omnemque circa latiſſimam regionem ſuo dominio ſubjugavit. Tunc quoque ejus conjux Theodorada extra muros Beneventanæ Civitatis Baſilicam in honorem Beati Petri Apoſtoli conſtruxit, & multarum ancillarum Dei Cœnobium ſtatuit, Eccleſiam quoque in honorem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in loco ſano pari tempore obtulit. Cujus oblatio poſt à Giſulfo ejus filio Duce per præceptum confirmata eſt.

Poſt idem tempus Bulgarum Dux, Alzeco nomine, cum magno exercitu ad Grimoaldum Regem venit, ei ſe ſerviturum, & in ejus patria habitaturum promittens, quem ille ad Romualdum dirigens, ut ei cum ſuo populo loca ad habitandum concederet, præcepit, quos Romuald excipiens, ſpacioſa loca ad habitandum tribuit, quę uſque ad illud tempus deſerta erant, ſcilicet Sepinum, Bovianum, & Iſerniam, & alias cum ſuis territoriis civitates, inſuper Alzeconem, mutato nomine de Duce Caſtaldeum vocitari præcepit, qui multis temporibus in his locis habitantes, quamquam Latinè loquerentur, linguæ tamen propriæ uſum non amiſerunt. Rodoald igitur Foro-Julianorum Duce defuncto Ferdulfus ſuccedit, quem Corvolus ſequitur, & poſt hunc Pemmo Ducatum promeruit. Hoc tempore Giſulfus Dux Beneventanorum, Soram, Arpinum, Romanorum Civitates, & Arcipari oppida cepit, & uſque in locum, qui Borrea dicitur caſtrametatus, totam Campaniam devaſtavit. Hic multa bona Monaſteriis ſervorum Dei contulit, ſed præcipue Beatiſſimi Vincentii, & Sanctiſſimi Benedicti. Spoletinorum quoque Duce, Traſemundo mortuo, Faroaldus ejus filius ſuccedit, qui multa Monaſteriis ſervorum Dei dona conceſſit, ſed præcipuè Monaſterio Farfenſi, ſed hic à filio ſuo Traſemundo captus & clericus factus eſt, ejuſque locum idem Traſemundus invaſit. Et iſte cum adverſus Luidprandum Regem rebellaſſet, expulſus Hildericus Ducatum Spoletinorum accepit. Poſtque iterum Traſemundus Spoletum rediens, Hildricum extinxit, & Ducatum recepit. At vero Luidprandus Rex Spoletum veniens, Transemundum Ducatu expulit, eumque clericum faciens in loco ipſius Agiprandum ſuum nepotem conſtituit. Pemmonem quoque Foro-Julianorum Ducem Ducatu expoliavit, quoniam Patriarcham validiſſimis tribulationibus afflixit, filium verò ipſius Rachis pro eo in Ducatu ſubſtituit.

Igitur Longobardorum gentis Regibus decedentibus, vel ſuccedentibus, viceſimus nonus tunc extitit Aſtulphus, admodum crudelior omnibus. Hic etenim multas, & graviſſimas perſecutiones populo excitavit Romano. Pro qua perſecutione Stephanus II. Papa Apoſtolicæ Sedis aſcitos venerabiles viros, videlicet Atonem Abbatem Monaſterii Beatiſſimi Vincentii, & Optatum Monaſterii Sanctiſſimi Benedicti in Caſino poſiti ad eundem Regem Aſtulfum deſtinavit obſecrando, ut à cœpta perſecutione ceſſaret; Ita enim validiſſimè inſiſtebat, ut Urbem Romam niteretur invadere obſeſſione circundatam, & ex omni populo per unumquemque ſingulos aureos expetebat. Sed cum perveniſſent ad eum Nuncii, & ea, quæ in mandatis acceperant, detuliſſent, honorifice quidem ſuſcepti ſunt, ſed nihil ab eo de petitis negotiis pro Pontificis parte obtinere potuerunt; quinimò per aliud iter ad propria remiſſi ſunt Monaſteria. Is autem Papa & miſſos Pipini Regis Francorum, & Legatos Imperiales miſit ad eundem Regem pro ablatis urbibus, & dum nihil proficeret, cum eiſdem Francorum miſſis per Papiam ad Gallias profectus eſt, & in S. Dionyſii Monaſterio Pipinum cum duobus filiis ſuis Carolo, & Carlo Magno Reges inunxit, Pipinus autem cum exercitu ſuper Papiam advenit, & obſedit, ac Sacramentis à Longobardis acceptis pro reddendis urbibus ablatis Galliam repedavit. Poſt hæc Aſtulfus Sacramento diſrupto, nihil de rebus ſtatutis adimplere voluit, ſed omnes urbes Ravennatium & Pentapoleos à dominio Reipublicæ auferens, etiam urbem Romam ſecundò undique circundans fortiter obſedit. Tunc marino itinere nunciatum eſt Pipino Regi Francorum, qui ſine mora veniens Ticinum obſedit, donec daret idem Aſtulfus miſſos ſuos cum miſſis Pipini, qui redderent univerſas urbes B. Petri Vicario, quod & factum eſt. Pipinus verò via qua venerat rediit. Aſtulfus autem poſt hæc in venatione ſagitta percuſſus mortuus eſt. Poſt quem Deſiderius cum filio Adelgiſo regnavit annis decem & octo, menſibus duobus, & diebus decem; hic, licet bello fuerit auſterus, tamen plurimis locis Eccleſias conſtruxit, ornavit, atque ditavit rebus & poſſeſſionibus multis. Denique ex juſſione Principis Apoſtolorum Petri Monaſterium ædificavit in honorem nominis ipſius in Valle Tritana juxta Siler fluvium, cui dotem, & poſſeſſionem tribuit quicquid continetur in conjunctione duo-

rum fluminum, quicquid etiam continetur per Alpes, & colles, qui habentur inter Tritenſem & Pinnenſem diviſionem uſque ad montem Sigilla, & à Boreali parte; à meridiana verò, & auſtrali parte quicquid habetur inter Jurianenſem Comitatum, & fluvium Calidum, atque ad conjunctionem fluminis Piſcariæ, & quomodo decurrit ipſa Piſcaria uſque ad prædictos fines, hæc omnia, ſcilicet Monaſterium cum prænominatis finibus, ipſe Rex cum ſua Regina Anſa nomine, donavit, conceſſit, ac confirmavit in venerabili Monaſterio pretioſi Martyris Vincentii, ubi tunc Sanctus Pater Taſo regimine paterno ſanctæ Congregationi præerat. Tamen quia, ſicut præmiſſum eſt, prædictus Rex bello auſteus erat, & populo Romano diverſas perſecutiones inferebat, urbes quoque ablatas reddere nolebat, vel quia filios Caroli fratris Magni Caroli cum fratre illorum ad ſe fugientes ſuſceperat, ſuper Papiam Carolus Rex advenit tempore Adriani Papæ, menſe Junio, quam undique diſtrictius obſidens coarctabat cum Francis, Alemannis, Burgundionibus, Saxonibus, aliarumque gentium multitudine nobilium Longobardorum, Prædictum verò Regem, & ejus conjugem in Franciam poſtmodum aſportavit, cujus filiam idem Carolus ſibi in conjugium ſociavit, & veniens Romam reddidit omnia, quæ pater ejus Pipinus dederat B. Petro Civitates, & territoria per deſignata confinia, ſcilicet à Lunis cum Inſula Corſica, indè in Surianum, indè in montem Bardonem, indè in Vercetum, indè in Parmam, indè in Regiam, indè in Mantuam, & montem Silicis, univerſum Exarchatum Ravennæ cum Provinciis Venetiarum, & Hyſtriæ adjuncto Ducatu Beneventano, & Spoletino. In quo videlicet Ducatu Spoletinorum poſt Agiprandus Dux fuerat conſtitutus Hildeprandus vir omninò Catholicus, qui multa dona Monaſteriis Servorum Dei contulit, ſed præcipuè Monaſterio Beatiſſimi Vincentii.

Igitur capta Papia, & ſubjugata ſibi Italia Rex Carolus coronam Romani Imperii accipiens, filios ſuos Pipinum, & Ludovicum Reges conſtituit, cum quibus Beneventum crebrius adiit capeſſendam. Quo tempore Arichis gener jam fati Deſiderii Regis Beneventi Dux erat, qui civium ſaluti conſulens, datis duobus liberis, vice pignoris cum illis pactus eſt: cum quibus coronam auream, & maximam theſaurorum partem tribuit, quibus præcedentibus prædictus Arichis illorum metus occaſione, juxta Beneventi mœnia civitatem novam conſtruxit, ſed & urbem munitiſſimam antiquitus conditam Salernum reſtauravit. Templum etiam opulentiſſimum Domino infra Beneventi mœnia condidit, quod Sanctam Sapientiam nominavit, & Monaſterium puellare ſtatuens, ſub jure Beatiſſimi tradidit Benedicti. Pari quoque modo in Territorio Aliphano Eccleſiam Domini Salvatoris conſtruxit, & Monaſterium Sanctimonialium inſtituens, ditioni ſubdidit pretioſi Martyris Vincentii, ubi etiam alias multas hæreditates, & poſſeſſiones contulit, tam in planis, quàm in montanis.

Hoc tempore Imperator Carolus ſuo Imperiali præcepto confirmavit in eodem venerabili Monaſterio Beatiſſimi Vincentii quæcunque Aiſtulfus, & Deſiderius Reges Longobardorum, Giſulfus, Lupus, Hildeprandus, vel reliqui Duces contulerant: prædictum verò Monaſterium cum ſuis omnibus pertinentiis ſub ſuæ tuitionis Mumburdum decrevit omni tempore permanere, adiiciens illis plurima dona, & hæreditates.

Defuncto dehinc Arichis apud Beneventum, Beneventanorum precibus, Grimoaldus à Carolo receptus evocatur, & paternum ipſe ſuſcepit Ducatum. Iſte multa dona Eccleſiis & Monaſteriis Servorum Dei contulit, ſed præcipue Beatiſſimi Vincentii. Grimoaldo verò mortuo alter Grimoaldus enadelfus ei ſuccedit, & hoc decedente Sico ſubrogatus. Per idem tempus Carolus Imperator regni jura feliciter moderatus per annos quadraginta novem, Ludovico filio Cæſare conſtituto, humanis rebus exemptus eſt. Beneventi verò Sico defuncto, Sicardus ejus filius ſuccedit, hic multa dona Monaſteriis Servorum Dei contulit, ſed præcipue Beatiſſimi Vincentii. His diebus Monaſteria S. Martini, & S. Crucis in monte Marſico à Beneventanis commutata ſunt in Monaſterio Beatiſſimi Vincentii, pro quibus Eccleſias SS. Lupuli, & Zoſimi: Caſtrum quoque, quod dicitur Cerbinaria in Caudetanis acceperunt.

Decedente ergo ab hac luce Sicardo, Radelgiſus ſubſtituitur, & iſto obeunte, Radelgarius præficitur.

Inter hæc mortuo Ludovico Auguſto, qui Almus dictus eſt, Lotharius ejus filius Regni hæres effectus eſt. Lothario quoque mortuo, primogenitus ejus filius Ludovicus nomine regnavit in Italia. Per idem tempus Agareni Barim Civitatem incolentes, qui pridem à Pandone ejuſdem Civitatis Caſtaldeo ibidem invitati fuerant, bellum agente contra Sigenolfum Principem Salerni, cœperunt devaſtantes, ſtrepitus deprædari, totam Apuliam, Calabriamque, ac pedetentim Salernum, Beneventum quoque depopulari initiarunt. Tunc lamentabili ſupplicatione ſuggeſtum eſt piiſſimo Auguſto Ludovico per Baſſacium Abbatem Sanctiſſimi Benedicti, & Jacobum Abbatem Beatiſſimi Vincentii, ut præparare quantocius dignaretur, & ſuo adventu populum Chriſtianum miſericorditer liberare. Motus itaque Imperator clementiſſimus tam iſtorum precibus, quam & aliorum querimoniis, maximeque Capuanorum, ſine mora cum incredibili multitudine Barim perrexit. Sed præ omnibus obliti Capuani ſuæ ſponſionis, quod per venerabiles viros Jacobum & Baſſacium Abbates SS. Vincentii, & Benedicti, Imperatori, dixerunt in urbibus ſe recondentes, Landulſum tantum Antiſtitem ſua vice illuc deſtinarunt. Videns autem ſupradictus Cæſar illorum fallaciam, & ſe nihil proficere, abſque emolumento recedens abiit, conceſſo Principatu Salernitano Ademario illuſtri viro & forti, Sigenolfum filium exulem fecit. Quarto igitur Principatus ſui anno Radelgarius obiit Beneventi, cui ſucceſſit germanus ejus nomine Adelgis, omni bonitate deformis. Sed quod pejus eſt, provincia in multis diviſa, ad exitium magis, quam ad ſalutem de die in diem à malis dominatoribus ducebatur. Inter hæc Saugdan nequiſſimus, ac ſceleratiſſimus Rex Iſmaelitarum totam terram Beneventanam igne, gladiis, & captivitate crudeliter devaſtabat, ita ut non remaneret in ea habitus. Quamobrem & Gallorum exercitus crebrius adveniens ob eorum effreeitatem comprimendam, ſed nihil proficiens, via qua venerat, repedabat, unde factum eſt, ut Adelgis Beneventi Princeps data penſione & obſidibus pacem cum eo firmaret. Quo tempore Magelpotus Teleſinus, & Vaudelpertus Bovianenſis Caſtaldei multa cum prece conduxerunt Laudpertum Ducem Spoletinorum, & Gerardum Comitem Marſorum, obviantes eidem Saugdan, cum de Capuæ depopulatione reverteretur in arvium tellure irruerunt ſuper eum, ſed exurgens Saugdan ſuper Beneventanos & Francos fortiter ſe injecit, ac diſrumpens cunctis plurimos interfecit, nonnullos cepit, & crudeliter extinxit. Gerardus verò Comes, & Magelpotus, & Vaudelpertus in eadem acie occubuerunt. Qua de re audaciam ex illa die potiorem ſumens, Beneventi confinia funditus delevit, ita ut nullus locus præter urbes præcipuas, ejus feritatem evaderet; quibus diebus Teleſiam, Aliphas, Sepinum, Bovianum, & Iſerniam, Caſtrum quoque Bonaſeanum cepit, funditusque delevit.

Monaſterium verò pretioſi Martyris Vincentii, quod quidem à piiſſimo Auguſto Ludovico filio videlicet Auguſti Caroli, miro amore, præcipuo labore, pulchroque decore, cum ſanctiſſimo, Deoque digniſſimo ejuſdem Abbate Joſue, maximis ædificiis renovatum, præcipuis quoque tunc Italiæ Monaſteriis præcellebat ab eodem nequiſſimo Saugdan omninò deprædatum eſt, & pro ædificiis non combuſtis, tria millia aureorum accepit, totidem à Beati Benedicti Vicario acceptis. Invitatus dehinc Ludovicus Cæſar in commune à Beneventanis, & Capuanis, cunctiſque Comarchianis, ad tuitionem prædictæ Patriæ, Be-

ne-

neventi fines per Soram ingreditur, ac prius ad Monaſterium Beati Benedicti applicuit, quò ad eum legati de diverſis urbibus venerunt, inter quos etiam Landulfus Capuanus adfuit cum ſuis. Is igitur ad ſolitas vergens fallacias, Capuanos, quos Cæſari præſentaverat, fugere compulit, ipſe ſolus cum eo remanens, quaſi nihil culpabile cum eo egiſſet. Sed Auguſtus hæc pro nihilo ducens, adiit Capuam, obſeſſamq; tribus menſibus funditus delevit. Cives autem cum nullum ab eo placitum habere potuiſſent, Landeberto Comiti illius ſe tradiderunt, putantes ſe rectiùs facere, peſſimè corruerunt. Vndè poſtea pro nihilo ducti, omni ferè menſe diverſis Judicibus dabantur in prædam. Hoc jam peracto à Guaiferio ſine omni ſponſione prius Salerni & ſic demum ab Aldegiſo Beneventi exceptus eſt. Sequenti autem anno multis fultus auxiliatoribus Barim perrexit, atq; cum ſæpe dicto Saugdane Auguſtalis exercitus pugnam commiſit, à quibus exſuperatus aufugit, amiſſa non modica parte ſui exercitus. Dehinc omnia eorum ſata circunquaque comburens, Materem adiit, quam ſine mora cepit. Tunc venit Venuſiam, caſtrametatuſque in ea cœpit renovare, & inde Barim hinc inde graviter expugnans demolitus eſt, poſitoq; præſidio pugnatorum in Canuſia, viciſſim eos cornibus ventilabat, quo tempore perculſi multi ad Auguſtalem confugientes clementiam dari ſibi petebant dextras, quibus ſolitam miſericordiam non negavit. Poſt hæc iterum itum eſt Orietanam urbem, ſicq; reverſus eſt Beneventum, atque annuente ſibi dextera ſuperna cum jam ad extremitatem maximam pervenirent Saraceni, miſſo exercitu Barim cepit, capto in ea Saugdane effero rege, cum aliis ejus ſatellitibus, deinde Tarantum obſidere juſſit, quibus ita patratis, cœperunt Galli inſtinctu Diaboli diverſis modis Beneventanos perſequi, ac crudeliter venare, qua de re Adelgiſus Princeps adverſus Ludovicum Auguſtum erectus, cum ſuis infra Beneventi mœnia ſecurè quieſcentem, aſtu doloſo ſanctiſſimum Beneventanæ Provinciæ ſalvatorem comprehendit, & cuſtodiis mancipavit, bonaq; ejus diripuit, cunctoſq; etiam viros exercitales ſpolians, fugere compulit, & de exuviis eorum onuſtatus eſt. Conſiſtente verò Auguſto in cuſtodiam, excitavit Deus ſpiritum Iſmaelitarum, eoſq; ab Africana regione protinus evexit, ut ulciſcerentur opprobrium Auguſti. Abſolutus autem, jubente Deo, Cæſar magnificus, ſtatim Saraceni Salernum applicuerunt quaſi triginta millia, quam graviter obſidentes, forinſecus ſtirpitus deleverunt, occiſis in ea innumerabilibus colonis, & depopulati ſunt ex parte Neapolim, Beneventum, & Capuam, quo tempore ambo Lamberti Comites Auguſti furorem metuentes, Beneventum receſſerunt, & ab Adelgiſo honorificè ſuſcepti ſunt. Quorum auxilio fretus, ſuper Saracenorum Scaram irruit, & viriliter ſtravit, occiſis ex eis penè tribus millibus viris, quibus etiam diebus Capuani mille ex eis peremerunt. Cumque hac obſidione propè terminaretur annus, miſſo exercitu, jam dictus Auguſtus peremit ex prophanis Capuæ novem millia viros. Poſt hæc per ſemetipſum dignatus eſt advenire Capuam. Cujus adventu cognito, Saraceni Salernum relinquentes, Calabriam adeunt, eamq; inter ſe diviſam reperientes, funditus depopularunt. Ludovicus autem Imperator volens Beneventum acquirere, ſed non valens ad propria receſſit, conjugem ſuam & filiam Capuæ relinquens. Dehinc Auguſta Ravennam pergens, prole Capuæ dimiſſa, non poſt multum divæ memoriæ Ludovicus diem clauſit extremum Cujus mortis indicio ſtella ſicut facula ardere viſa eſt poſt ſeptemtrionē ſeptimo die Junii menſis, & tunc idem Imperator defunctus eſt tertiodecimo die menſis Auguſti. Receptis deinde viribus Sarraceni in Tarantum, quos penè captos reliquerat Auguſtus, cœperunt Barim, & Canuenſe Territorium deprædare. Quibus occurrit Adelgis in finibus Apuliæ, ſed nil prævalens, invitus & intriumphator abſceſſit. Quo tempore Athmanus, qui à Saugdan exul fuerat, ab Africa cum Aanoſo veniens Tarantum intravit, & Rex effectus eſt, egreſſuſque Beneventum graviter deprædavit, tantamque vi-

A ctoriam adeptus eſt, ut Saugdan poteſtate ab Adelgiſo recolligeret; nam Annoſum, & Abdelbach antè apocriſarios miſerat. Hoc audientes, qui Bari reſidebant, Gregorium Bajolum Imperialem Græcorum, qui tunc in Ydrunto degebat, cum multis exercitibus ob Sarracenorum metum Barim introduxerunt, qui ſtatim apprehenſum Caſtaldeum, illiuſque Primiores Conſtantinopolim miſit, quibus jureſurando fidem dederat.

Interea ipſi Græci crebrius legatos cum ſchedis Benevento, Salerno, & Capuæ dirigebant, ut ab his auxiliarentur contra Saracenos: Sed ij uno conſilio eorum ſpernebant deprecationes. Tunc Salerno, Neapoli & Cajeta pacem habentibus cum Saracenis Navalibus, Romam gravis coanguſtabat depopulatio. Sed cum Carolus filius Julittæ Romæ ſceptrum inſigne ſuſcepiſſet, Laudbertum Ducem, & Guidonem germanum illius Joanni Papæ in adjutorium dedit; cum quibus Neapolim & Capuam profectus eſt. Sergius verò magiſter militum conſilio Adelgiſi, & Lan-

B berti deceptus, noluit ſe alienare ab inimicis, qui ſtatim anathematizatus eſt. Undè contigit, ut apprehenſos viginti quinque Neapolites milites decollari faceret, quo etiam anathemate mulctatus eſt Sergius idem, & non poſt multum à germano proprio captus miſſus eſt Romam, ibique ſuffoſſis oculis, miſerabiliter vitam finivit. Ipſe autem frater ejus Athanaſius in loco illius ſeipſum Principem conſtituit.

Adelgis verò dum Caſtrum Tullentenſe in obſidione caperet, ad propriam remeans urbem à generis, nepotibus, & amicis in via non longè ab urbe interfectus eſt anno Principatus ſui mediante vigeſimo quinto; & in loco ejus Gayderis filius Radelgarii conſtitutus eſt.

Per idem tempus Athanaſius Præſul Neapoli militum magiſter præerat. Hic cum Saracenis pacem iniens, ac illos prius intra portus æquoreos & urbis murum collocans, omnem terram Beneventanam, ſimulque Romanam, nec non & partem Spoleti diruentes, cunctaque Monaſteria & Eccleſias, urbes, & oppida, viros, montes & colles, inſulaſque deprædarunt.

C Tunc heu, proh dolor, prophana gens in ultionem prædictorum divino judicio debacchans ſanctuaria divinis cultibus conſecrata ſine aliquo metu conculcantes pro nihilo ducebant: omnis ætas, omnis ſexus, ſine aliqua miſeratione continuò necabatur. Nec erat qui poſſet eripere pereuntes, vel aliquod præbere ſolamen; quoniam ſicut ſcriptum eſt, gladius vindex Domini manducabat carnes; qualis tunc miſeria, & tribulatio Chriſtianorum populos obtinuerat, quis conſiderare valeat? Videres urbes deſertas, Eccleſias ſubverſas, omnemque terram Chriſtianorum ſanguine conſperſam, nec erat fugæ latibulum; quoniam montes, & colles ſimile vaſtabat excidium.

Putabant homines jam tunc mundi finem appropinquaſſe, niſi quod ſigna quædam ex Evangelio prædicta adhuc minimè videbant, tamen mundi finis in his jam decurrebat. Etenim ea ſcribimus, quæ in antiquis invenimus voluminibus, & veterum probata narratio tradidit ſeniorum. Cum nefanda gens Agarenorum cæteras terrarum partes deprædantes, incen-

D dentes, ac ſubvertentes conſumerentur, tandem prophana turba impiorum, cujus manus ſunt contra omnes, necdum humano ſanguine ſatiata, omnibus beſtiis atrociores, ad pretioſi Martyris Vincentii ſacrum Cœnobium furibunda procedit. Moris tunc erat Monachorum utriuſque Cœnobii Beatiſſimi Vincentii, & Sanctiſſimi Benedicti charitatis gratia ſe invicem ſedulò viſitare. Cum igitur die quadam ad prædictum Cœnobium fratres quidam Monaſterii Caſinenſis de more abiiſſent, & de ſuo ad invicem ordine loquerentur, repentè illuc Saugdan ſæviſſimus cum ſuis ſatellitibus ſupervenit. Cujus Monachi rumore comperto, qui advenerant, ad Caſtellum ipſius Monaſterii proximum, maturato curſu, nimis licet pavidi, incolumes tamen aufugerunt. Quod ubi Dei ſervis auditum eſt in Monaſterio, illicò omnem Eccleſiæ theſaurum abſconderunt; ipſi verò, non timore territi, ſed conſtantes, atque intrepidi invicem ſe cohortantes, paucis tantùm relictis ſenioribus ætate & vita venerabi-

libus

libus ad Eccleſiæ munimina reliqui omnes cum ſubjectis ſibi famulis obviam procedunt venientibus ethnicis. In locum igitur juxta Pontem, qui marmoreus dicitur pariter convenerunt, captantes iter quo ad Monaſterium pervenirent.

Illis ergo ex una parte, & iſtis ex altera conſiſtentibus, validior pugna inter utroſque cœpit, dum adverſi hoſtes invalidi redderentur: etenim non erat illis leve tranſitum habere per iſtos, lapidibus quippe, vel quibuslibet armis ad manum inventis pellebant procul tyrannos.

Condenſa ſilva, & arctæ rupes noſtrorum ſublevare lacertos,
Non gelidus ſanguis oppletos ſtrinxerat thoros,
Nam valida pugna diem abbreviant ultra
Quàm iis neceſſe vel illis fuerat ferre.
Vibrantur enſes, jaciuntur ſpicula vectes,
Et duris dumis hærebant ſpolia furis.

Quid diu moror referre crimina dira, plebeja manus quæ geſſit fronte iniquum? Quidam enim ex ſervis ſacri Monaſterii videntes ſe immenſo certamine fatigari, & quia divina gratia protegente nulla dabatur hoſtibus facultas tranſeundi, magiſque tyrannorum acies acrius proſternebatur, dominos ſuos deſerentes, clam ſe ſubduxerunt, illiſque in acie derelictis, Saracenorum Regem adierunt, & libertatem cum vita ab eo poſtulantes majoris lucri, victoriæque potioris eventum ſe ferre poſſe dixerunt. Mox ille gaviſus, ſervorum animos donis aureis, & mortiferis ſuaſionibus oblectans incitat explere promiſſa. Sponſione ergo accepta, & inito fœdere, mali malorum duces effecti, Dominis illorum neſcientibus, verſo itinere pars maxima pugnatorum ſubito ex adverſo ſuper ſacrum Monaſterium irruerunt, quod undique circundantes, ignibus combuſſerunt, ſanctos etiam ſeniores, quos ibidem invenerunt, gladiis necaverunt. Extat igitur Sanctorum ſanguis Monachorum pro Chriſto effuſus, evidentia indicia; hodieque demonſtrans illiſis, vel aſperſis ejuſdem Eccleſiæ parietum, ac pavimentorum ſaxis ac lapidibus. Nec mora poſt hęc flammarum globis alta aſtrorum ſydera rutilantibus, qui bello affuſi prolixo diei ſpatio legitimo certamine deſudaverant, ut conſpexerunt, agnoſcunt ſe proditos fore, moxque iſtorum acie hinc redeuntium à tergo aperiuntur, quibus verſa facie dum reſiſtere vellent, inter medias acies fuerunt ſimul admixti, graviſque contra iſtos pugnæ jactura decurrit. At ubi concito gradu illis inſequentibus & iſtis contraire nitentibus telluris locum aliquanto ſpatio planitiem obtendunt, quem ex detruncatis ibi corporibus hactenus incolæ vocant, omnium tela contra ipſos vertuntur, & concurrentibus cunctis jam feſſis artubus non amplius reſiſtere poſſunt; ruunt inter carnificum ictus, & quamvis ex ethnicis plurimi ſint proſtrati, tamen ex iſtis pauci ſuperſtites remanſerunt: ſed melius fuit occiſis gladio quàm in captivitate ductis. Denique peracta cæde, cum in unum conveniſſent, ſervorum indicio fodientes hinc, atque illinc, univerſum Eccleſiæ theſaurum repererunt, quem illorum pavore ſervi Dei jampridem abſcondorant, & illud ſibi in prædam dividentes cuncta vaſtaverunt, plurima fregerunt, frumenta, & legumina in fluvium, qui ſecus effluit diſperſerunt. Et cum jam quaſi poſt laborem, & triumphum exultantes diſcumberēt, bibebat ille nefandiſſimus Saugdan in ſacris calicibus, & cum thuribulis aureis ſibi thurificari jubebat. Facta eſt hæc cædes beatorum pro Chriſto Monachorum decimo die menſis Octobris, feria tertia, qua ſecunda lux Lucinæ rotam ducebat. Ab ædificatione verò ipſius Monaſterii jam iverat annus centeſimus quintus.

Tibia nunc dicat, mea luctu chorda reciſa,
Qui ſubitò miſeris funera tanta tulit?
Et populus varios clamores reddat ab alto
Quos faciat caſus poſſe referre ſuos.
Huc pariter muſæ gemitu redeant reſolutæ
Dulce quod eſt nimium ducitur exitium.
Carminibus planctum propriis conjungere tantis,
Ut ſimul aſtra ſonent, cantica triſtia dent.
Cum domus iſta perit, multos hac peſte peremit,
Ethnica jam venit, querula turba fremit;
Fert Monachis bellum, tulit unde reflexa flagellum.
Et dedit arma ſuper, fœmineamque fidem,
Ruſtica ſervorum facit hoc manus impia donum,
Percutit ipſa ſuos hac nece ſic dominos.
Caſtra petunt fortes, concurrunt ocyus hoſtes,
Corruit alta domus, mœnia cuncta ruunt.
Non ætas, tempus, juvenis, puer, atque ſenectus
Excipitur cujus vivere ſit placitum.
Funditur hic ſanguis, jaciuntur corpora campis,
Spiritus & Cœlo dant modò jure Deo.
Fit rebus finis, non bellis, armaque juris
Sanguine reſperſis ſigna fuiſſe Dei,
Et procul Æmathios oſtendunt florida campos,
Ceſpis purpureum continet ipſa decus.

Omnibus ergo conſumptis, prædictos aliquantos fratres, qui remanſerant, vinculorum nexibus adſtrictos, nudos totius corporis indumentis, ſui itineris ſub cuſtodia prævenire loca fecerunt. O quàm crudele ſpectaculum dies illa præſtiterat iſtis! cum extremo agmine inter confertiſſimos milites obviam quiſque detruncat, cum nobilis tellus felici cruore reſudat, quos uno in loco ſic coaſtat eſſe necatos, nempè non diſſimiles fore ab illa beata Thebæorum legione, cum proteſtamento Dei, & inſtituta ſancta legis divinæ gratiæ ſorte illis annumerati in ſupernis additi ſunt. Quorum ſacra turba Monachorum, ut in veteribus libris invenimus, & ſæpè à noſtris audivimus Senioribus, nongentorum extitit numerus Deo devotorum, quos nimirum ex diverſis ſibi ſubjectis Monaſteriis, vel cellis in eodem loco congregatos fuiſſe non ambigimus, ſed quoniam rurſus in aliquibus libris ſcriptum reperi, quingentorum tantum fuiſſe numerum decollatorum, illi ſoli & numerum committimus, & nomina, qui illis dedit cum triumpho Martyrii capere victoriam. Horum Beatorum corpora poſt à quibuſdam collecta, aliiſque conjuncta, qui in eadem Eccleſia occubuerant, digniſſimè ibidem reconditi venerantur. Simul quoque cum eis paſſus venerandus Abbas recubat Majo.

Quanta putas Angelorum millia tunc adveniſſe, qui beatorum animas ad cœleſtia regna transferrent? Et ſi ſinguli ſingulorum cuſtodes à Deo deputati animarum eas perferre ſatagebant ad ſublime æterni Regis Palatium: tamen plures additi non ſolum Angelorum, ſed & pretioſorum Martyrum ſpiritus obviam facti cum ſtolis albis & palmis victricibus cœleſtis Regis præconia reſonantes ſupernis miſceat laudes trophæis: rutilans cum iſtis celſis comptus ſerta topaziis beatus Martyr inclytus Archilevita procedit Vincentius. De illis verò quid dicendum, qui ſpectaculum facti mundo, Angelis & hominibus, contumelias mortis nudi propter nomen Domini portantes, quantò acriora tyrannorum ſupplicia pia longanimitate ferebant, tanto à ſummo Deo bonis ſperabant remuneranda perpetuis.

Præterea impiorum turba ſacrilega poſtquam conſummato ſacri Monaſterii excidio, veſaniam ſuæ crudelitatis exſatiarunt, viciniam deſolatæ telluris linquentes, Marſorum Provinciam ocyus petierunt, cunctis mœſticordis luctum, mugitumque diræ calamitatis, & miſeriæ prolixis clamoribus imponentes. Ipſius deindè provinciæ quæcunque invenerunt, conſumnantes, Monaſterium S. Dei Genitricis Mariæ in loco Apinianici, quod vir Catholicus, atque clariſſimus Hildeprandus Dux ditatum magnis rebus, & poſſeſſionibus prędicto Monaſterio Chriſti Martyris Vincentii contulerat, omninò deprædarunt, igneque combuſtum occiſis ibi quampluribus fratribus, cunctis lamentabile reliquerunt. In quibus omnibus ipſos, quos ſecum captivos ducebant, fratres iniquis ſemper vexabant cruciatibus. Tunc atrox calamitas pectora mœrore pulſabat, & longos gemitus prolixa ſuſpiria dabant; non tegmen illis, neque victus, caro læſa dolet,

cor nimis afflictum, fuerunt hoſtes, tremunt mentes, gemunt fortes, quærunt fortes, longas illis præbent mortes.

Permanſit autem deſolatio hujus Monaſterii pretioſi Martyris Vincentii uſque in annos triginta tres, in quibus nullius hominis habitatio, ſed tantum beſtiarum poſſeſſio fuit, & quæ quondam fuerat excellentior multis, tunc facta eſt humilior cunctis, atque ex eo nec Monachos congregatos, nec Abbatem hic habere potuiſſe uſque ad ſupradictum tempus annorum 33. quo numero humani generis Redemptor in mundo cum hominibus converſari dignatus eſt uſque ad Paſſionem ſacratiſſimæ Crucis, &c.

Poſt hæc Valeriæ Provinciam, & Romanos fines acriter devaſtantes, Campaniam quoque peragrantes Caſinum Caſtrum adierunt dīti prædones, & Monaſterium Sanctiſſimi Benedicti, quod prius quidem à Longobardis deſtructum, beatorum Patrum Paldonis, Tatonis, & Taſonis ſtudio & labore cum venerabili Patre Petronace fuerat reconciliatum, incendentes penitus diruerunt, omneſque illius Congregationis fratres, quos capere potuerunt, vel quibus præ imbecillitate facilis fuga non erat, ſine ulla miſeratione gladiis necantes crudeliter extinxerunt. Pari etiam modo Monaſterium, quod deorſum erat igne combuſſerunt, & venerabilem Abbatem Berthasium in Eccleſia Domini Salvatoris ſuper Sanctum Altare B. Martini trucidantes eundem locum hominibus inhabitabilem reddiderunt. Sed ante impiorum adventum aliquantos ex eiſdem Monachis aufugiſſe percepimus, qui Teani civitatem adeuntes Regulæ librum, quem Pater Benedictus manu ſua ſcripſerat, libram panis, vaſculum æreum vini, & ſaccos hædicinos, qui Dei juſſu ante januam Monaſterii farinæ onuſtati fuerant jactati, ſecum detulerunt; quæ ſubſequenti tempore igne combuſta ſunt.

Quis putas tunc erat admirabili Patri Benedicto circa ſuum ovile ſacrorum viſcerum pietatis affectus, qualis animæ Sanctæ ipſius erga filiorum ſuorum proſtrata funera, erga eorum repleta ſanguine altaria? angor pariter, mœrorque creſcebat. Etenim, ut credo, præſens tunc aderat, & cum patientibus pius pater eadem patiebatur. Et certè ſi ejus Chriſto dilecta anima, dum adhuc in corpore maneret cum vix apud Deum obtinere potuit, ut ex illo loco illi animæ cederentur, ita nimio dolore inconſolabiliter fleret ut vix conſolari valeret; multò magis cum in tam horrenda diſcerptione filiorum ſuorum viſcera videret effundi acrius contriſtabatur. Manebat tamen ſpes, & conſolatio; quoniam ipſe erat, qui ſuſcipiebat animas occiſorum velut xenium Omnipotenti Deo viventium offerendas. Hujus Monaſterii deſolatio facta eſt 13. Kal. Novembris, feria tertia, perſtitit annis tribus poſtquam reædificari cœpit nuſa eſt ab Angelario Abbate.

Sed ad noſtra iterum redeamus, & quoddam memorandum quod in hujus Monaſterii abditis antiquiſſimis voluminibus Indita reperi, non omittam, quidam namque illis temporibus ex eiſdem Chriſti famulis à facie impiorum fugiens, illorum crudelitatis necem evaſit, qui quod factum fuerat, hoc modo ſcribens ad poſterorum notitiam voluit pervenire.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Ego Frater Sabbatinus Sacerdos, & Monachus, qui olim à conſpectu Saugdan Regis Agarenorum aufugi, Deo auxiliante, & Cœnobium Beati Vincentii Levitæ & Mart. ab ipſo Rege iniquo deprædatum & incenſum fuit tempore Majonis Abbatis præfati Cœnobii commemoratorium facto, pauca de pluribus, Deo teſte, & Beato Petro Apoſtolo, nec non & Agonotheta Chriſti Vincentio in poſterorum memoria, ut ſi tempus aliquando venerit, ut ipſum Cœnobium reconcilietur, ſine omni ambiguitate credant, & perquirant primitus ipſas res Beati Vincentii, quas habet in Comitatu Iſerniæ. Eſt autem intus ipſa civitate Eccleſia S. Angeli cum viginti quinque Caſis, de ſervis circumquaque manentibus, & Jordanus presbyter ſervus, & Vicedominus præfati Monaſterii, ſimulque & Fabianus faber ferrarius ejuſdem Monaſterii famulus. Hæc igitur Eccleſia cum aliis pluribus Capellis ſibi ſubjacentibus ipſi Baſales, qui ſunt juxta fluvium petroſum, ubi junguntur ambo flumina, omnes fuerunt famulorum Sancti Vincentii, & Limatas, quæ ſunt juxta iſtam civitatem laborabant ad opus S. Angeli Monachi qui degebant. Similiter & unum molendinum in ipſo flumine, qui dicitur Padulictu habebant, & ab ipſo lacu, qui eſt prope ipſam civitatem, ſicut pertingit inter ambo flumina, & uſque ad Nucetum ſunt tres per æqualitate ſortes. Prima eſt Epiſcopii S. Petri, ſecunda Monaſterii S. Vincentii, tertia publica, & aliæ Eccleſiæ cum ſuis redditibus eidem Monaſterio pertinentibus hic illucque circumjacentibus, quas enumerare longum eſt, fines verò inter Iſerniam Civitatem & Monaſterium Sancti Vincentii, ipſa ventra decurrit.

Eccleſia quoque S. Mariæ ad Maccle fuit Sanctimonialium, cella S. Vincentii fuit cum multis poſſeſſionibus.

Capriata verò erat diviſa in duas partes, medietas Monaſterii almifici Vincentii, & medietas Epiſcopii S. Petri cum duabus Eccleſiis S. Joannis & S. Mariæ inibi juxta ſe commorantibus, unam Epiſcopii, aliam verò noſtri Monaſterii.

Heu proh dolor! eò me direxit Abbas meus, & manſi ibi per multa tempora, & omni anno dirigebam ad noſtrum Cœnobium centum tritici modia, & quadraginta porcos.

Foruli verò erat diviſum in tres partes. Prima pars S. Monaſterii ubi habuit quinque Caſas de ſervis. Secunda pars Epiſcopii. Tertia publica & Eccleſia S. Gregorii in Mateſe cum omnibus territoriis, medietas fuit Sancti Monaſterii, & medietas Epiſcopii Sancti Petri. Cella quoque S. Agathæ in Toretao poſita cum aliis Eccleſiis ſibi ſubjectis omnia fuerunt Sancti Monaſterii Beati Vincentii.

Suæ autem traditionis hoc tantum vir ille reliquit, ſed cum ſim Sanctæ hujus Eccleſiæ Matris filius, enutritus infra ejus ſacra viſcera pietatis, libet mihi ex voce ipſius Eccleſiæ juxta Hieremiæ exemplum, & nunc in his temporum anguſtiis prægravato, tam recordatione præteritorum, quàm præſentium caſu ſuppliciorum illud lamentationis canticum perſonare, quod in ſimili tribulationis dolore aliquos novimus decantare. Jam enim in luctum verſa eſt cithara noſtra, & organa noſtra in vocem flentium. Sed adſit nunc ſublimitas Angelorum, adſit Senatus ille Apoſtolorum, adſit turba Martyrum beatorum, adſint præclara Collegia Monachorum, adſit ſacratus numerus Confeſſorum, adſit Virgineus Chorus candidatarum, adſit & multitudo Catholicorum, conveniant ſimul ad domum noſtri doloris, ſint in ſupernis ſupplices Chriſto pro nobis, dum affligitur populus pretioſo agni ſanguine comparatus, inter quorum opprobria ad flagella ſum ego paratus, miſeriis afflictus ſum & turbatus, cum tota die ingrederer contriſtatus, igne & aqua ſim probatus, à fortitudine manus Domini vindemiatus, vilis & quaſi pollutus inter inimicos ſum reputatus, cum dolor cordis mei ſit renovatus. Venter quoque meus ſit conturbatus, felle & abſinthio inebriatus in atriis domus Domini conculcatus, non in die feſto ſum conſolatus, ſed in capite platearum ſum obſcuratus. Nam velut ſponſa adornatus, & velut Lucifer decoratus, cum ſenatoribus deputatis, in loco paſcuæ educatus, à tranſeuntibus admiratus, ab audientibus collaudatus, ex margaritis coronatus, ex hiacintis calceatus, ex ſmaragdis conſtipatus, nunc tantis malis anguſtatus, Chriſtum precor anxiatus, qui velut Agnus eſt immolatus, ut noſtros ſolvat incolatus. Hæc velut ex perſona hujus Sanctæ Matris Eccleſiæ protulerim, ac ſi memetipſum pro ea deplorans. Cæterum noſtræ mentis infirma ipſi conſiderent, & conſolentur, quorum nomina in libro vitæ continentur. Etenim dies feſti noſtri verſi ſunt in lamentum, ſufficiant caſtigationes, quæ juſtè illatæ ſunt nobis. Jam de Cælis Angelo percutienti dicatur à Deo, ceſſet jam manus tua; quoniam plaga crudeli percuſſi eos.

Ea tempeſtate multitudo Saracenorum in Gariliano juxta Trajectum habitantes, Chriſtianorum, &

præcipuè Capuanorum maximas ſtrages dederunt. Tunc etiam Monaſterium Confeſſoris Chriſti Martini in Marſicamonte adeuntes delere nitebantur, quorum metu, enterriti ibidem habitantes Monachi, ad ejuſdem Confeſſoris præſidia ſe contulerunt. Nec mora, divina miſeratio adfuit deprecantibus, illis quippè montem aſcendentibus adſtitit quidam venerandi habitus, qui ſe Abbatem eſſe dicebat cum multitudine Monachorum, quos omnes præparatos equos aſcendere jubet, & ſe comitari, mox ipſe præcedens, & ſplendifica Crucis ſigna ſua dextera ferens, Saracenorum cuneos irrupit, multoſq; ex eis fortuita cæde proſtravit, plurimos vulneravit, aliquos cecitate percuſſit, omnes porrò perniciter in fugam coegit. Mons ipſe denſis tenebris preſſus, concuſſa tellus videbatur abſorbere cruentos, ex tunc Saracenorum exercitus ita attritus & afflictus extitit, ut non ſolum bellum Chriſtianis inferre valeret, ſed ſemper fugam agentes mortis diſcrimini ſubjacerent.

Etenim in proximo advenientibus Chriſtianiſſimis Principibus Ateaulfo, & Landulfo cum vicinis magnatibus diverſarum provinciarum, maxima illorum multitudo interfecta eſt, & reliqui diſperſi, atque deſtructi ſunt, ſicque Chriſtianorum populus Chriſti miſericordia extitit liberatus.

Et in his noſtri laboris mercedem accipiens, tertius hic liber erit conſummatus: hoc tamen prætereundum non æſtimo, quod noſtris diebus factum recens memoria intulit. Cum enim locus ille, in quo beatorum corpora Monachorum in Eccleſia B. Petri poſita fuerant frequenter venerarentur à multis, maximè quia divina ibi ſæpe micuerint luminaria, eſſetque patulus ibidem introeundi aditus. Siquidem per totius Eccleſiæ corpus magni ędificii Camera ita conſtructa habebatur, ut horum infra ejuſdem Cameræ ſpatio corporibus repoſitis, deſuper verò multorum Abbatum, ac utriuſque piæ devotionis exhiberentur officia, quidam inſipientes ruſtici de vicinis caſtellis, cujuſdam defunctæ fœminæ ibidem corpus intulerunt, atque ex tunc ita loci ipſius aditus clauditur, ut ulterius vel quo ipſi introire, vel alios inferre poſſent, minimè reperirent; multis enim poſt locum requirentibus, & ob hoc adhibitis foſſoribus, caſſo labore fruſtrati ſunt, cum enim prolixo diei ſpatio in hoc anxiè perdurarent, neceſſariò refectionis hora recedentes, cum rurſus ad opus redirent, omnem terræ molem, quam procul ejecerant validius congeſtam invenerunt. Reverſi, quæ invenerant, retulerunt, atque ex tunc fodere deſierunt.

Horum itaque Beatorum memoriam Monachorum nobis recolendam Patrum tradiderunt documenta antiquorum. Benedictus Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

18. Majo poſt annos 20. . . . . ſucceſſit Majoni patruo, deſiit à regimine anno Dominicæ Incarn. 901. Ind. 4.

19. Godelperus, qui ſedit ann. 18. obiit ann. Domin. Incarnat. 920. Indict. 9.

20. Baimbaldus Abbas ſedit an. 26. iſte divina favente miſericordia Eccleſiam, quam Godelperus cœperat perfecit, & coloribus decoravit. Ante portam quoque Monaſterii Eccleſiam ædificavit in honorem S. Dei genitricis & Virginis Mariæ, & perfectis Monaſterii ædificiis, multiſque ſubſtantiis acquiſitis deficiente perſecutione impiorum, multis ſecum adunatis fratribus, quæ olim ordinaverant, cęperunt florere: & quoniam his temporibus penè omnis hæc regio vacabat habitatoribus, rariſque viator, aut agricola videbatur, prudenti conſilio, ut poſſet iterum diſſipatas Monaſterii colligere hæreditates, de Valvenſi Comitatu homines perducere ſtuduit, qui & ipſi ex famulis S. Vincentii erant, & conſtituit illos habitare, laborare & colere terram hujus Monaſterii, quæ vocabatur de Benefrano, &c requievit autem Raimbaldus Abbas 10. Id. Junii Anno Domin. Incarnat. 944. Ind. ſecunda.

21. Leo Abbas ſedit annos 12. Magnus Pater Deo placens poſt multos labores, & magna gloria operum perfectorum obiit 5. Kalend. Octobris Anno Dom. Incarnat 962. Ind. 4.

22. Paulus Abbas ſedit annos 24. Obiit venerabilis vir 16. Kal. Maii Anno Dom. Incarn 981. Ind. 9.

23. Joannes Abbas ſedit annos tres, menſ. 4. dies 10 obiit 3. Id. Julii ann. Incarn. Dom. 984. Indict. 12.

24. Roffridus Abbas ſedit ann. 14. obiit 4 Kalend. Maii Anno Domini 1007. Indict. 5.

25. Maraldus Abbas ſedit ann. 3. obiit 11. Kal. Decemb. anno Dom Incarn. 1011. Ind. 9.

26. Hilarius Abbas ſedit annos 33. menſes 11. dies 12. Hic venerabilis vir multis pollens virtutibus, præcipuè omnium matre plenus extitit charitate. Nam civis fuit Materæ urbis, qui divina vocatione adiit hujus limina cœnobii præcipui Martyris Vincentii, & ex divina gratia omnium fratrum electione ſanctæ iſtius Congregationis conſtitutus eſt Abbas, in animabus colligendis perfectus. Iſte privilegium accepit à Domino Sergio IV. Papa, hujuſmodi.

Sergius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Hilario venerabili Abbati ex Monaſterio Chriſti Martyris Vincentii, & pro te vener. Monaſterio, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Cum magna nobis ſollicitudiae cura inſiſtit pro univerſis Dei Eccleſiis, ac piis locis vigilan. ne aliquam neceſſitatis jacturam ſuſtineat, ſed magis propria utilitate ſtipendia conſequatur. Ideo convenit nos Paſtoralis tota mentis integritate eorundem ven. locorum maximæ ſtabilitatis integritate procurare, & ſedulè eorum utilitati ſubſidia illi conferre, & Deo noſtro Omnipotenti id quod pro ejus Sancti Nominis honore, etiam ad laudem atque gloriam ejus divinæ Majeſtatis venerabilium noſtrorum etiam contulere locis, ſitque ac optabilem nobis, quæ ad eius locum pleniſſimam miſericordiam dignum hujuſmodi pii operis in ſidereis arcibus conferant remunerationem. Igitur quia petiſtis à nobis, quatenus Monaſterium B. Vincentii Martyris ſitum ſupra fluvium, quod dicitur Vulturnum in territorio Beneventano partibus Samniæ, unàcum ſuis pertinentiis, & Monaſteriis, videlicet Monaſterium B. Petri Apoſtoli poſitum juxta fluvium Sabbathi territorio Beneventano, ſed & Monaſterium S. Dei Genitricis Mariæ in loco, qui dicitur Loco ſano, *Item Monaſterium Salvatoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quod poſitum eſt in Aliſe, nec non & Monaſterium in honore S. Mariæ ædificatum, videlicet in Territorio Marſicano loco Apiuianici, porrò & Monaſterium S. Mauri infra Comitatum Atinenſem, etiam aliud Monaſterium S. Dei Genitricis Mariæ poſitum in territorio Pinnenſe in loco, quod Moſano dicitur; enimverò & Monaſterium aliud conſecratum in honorem S. Dei Genitricis Mariæ in loco, qui dicitur* Duas Baſilicas. *Item & alia Cella S. Mariæ juxta fluvium Trinio, quoniam quidem, & Cella s. Soſſii in Liburia, locuſque Pantano cum integra ipſo Vualdo pertinente ipſi Monaſterio S. Vincentii, quod habet fines de prima parte via antiqua, qui venit ad ducenta, qui decernit inter hæc, terra, ſeu Vualdo, & alia terra, & Vualdo, qui fuit prædicti Monaſterii, & terra alia ipſius Monaſterii, & qualiter demergit via antiqua, qui vadit ad ipſa piſcina jam dicti Monaſterii, & demergit via ipſa inter ipſas terras, & Vualdo jam dicti Monaſterii, & terra alia ipſius Monaſterii, quæ dicitur de Tortora, & terra de hominibus, qui ibi affines ſunt, & ſicut incipit ſuper ipſa piſcina, & qualiter revolvit ſuper ipſa terra de eodem Vualdo, & eadem terra de Tortora, & vadit ad ipſum Pantano prædicti Monaſterii, & perrexit per ipſum Pantanum, & Silva, & palude uſque in ipſo frigido. De quarta verò parte fine jam dicto frigido, & jam dicto laneo etiam una cum aliis Monaſteriis & Cellis cum Caſis & Caſalibus, cum ſervis & ancillis utriuſque ſexus ibidem reſidentibus, vel cum omnia & in omnibus ſuis pertinentiis, tibi, tuiſque ſucceſſoribus Abbatibus, qui ibidem in tempore fueriat. Concedimus, ut ſub Juriſ-*

dictione ſanctæ noſtræ, cui Deo auctore deſervimus Eccleſiæ vobis attinendum nullius alterius Eccleſiæ juriſdictionibus ſubmittantur. Pro qua repilis deſideriis faventes, ac noſtra auctoritate quod expoſcitur, mancipamur. Et ideo concedimus vobis veſtriſque ſucceſſoribus Abbatibus licentiam Apoſtolicæ Sedis noſtræ, ut quamlibet Chriſtianitatem indigentibus in prædicto vener. Monaſterio, qualis Epiſcopus vobis ad invitandam jure volueritis habendi poteſtatem omnino concedimus ad Eccleſias confirmandas, ſeu Abbatem conſecrandum. Etiam ſimiliter ordinationem de Subdiaconibus, & Diaconibus, ſeu Presbyteris per tempora faciendam, & de omnem gradum Eccleſiaſticum ibidem in tempore adimplend. Proteſtamur etiam nullus Epiſcopus eundè debeat Subdiaconum, Diaconum, ſeu Presbyterum ad ſuum concilium provocare, niſi ſua fuerit voluntas, aut Abbatem, vel Monachum nullo modo judicare, vel excommunicare. Volumus etiam & Apoſtolica injungimus auctoritate vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Abbatibus, qui ibidem in tempore præordinatus fuerit de qualicunque Eccleſia Sacerdos, vel Clerici venerint ad habitandum, aut in converſatione fratrum, ſive Monachicum ſuſcipiendi habitum, ſe contulerit, ſtatim recipiendi. Chriſma verò & Oleum ſanctum à quali Epiſcopo vobis voluntas fuerit, impetrandi. Liceat ſemper & ſecundum, ut diximus, ſub Apoſtolicam noſtram poteſtatem, & omnem cujuslibet Eccleſiæ Sacerdotem in præfato ven. Monaſterio ditionem quamlibet habere hanc auctoritatem, præter Sedem Apoſtolicam prohibemus, ita ut niſi ab Abbate Monaſterii fuerit invitatus, nec Miſſarum ſolemnitatem quiſpiam celebrare præſumat. Statuentes Apoſtolica inſuper cenſura ſub divini Judicii obteſtationibus, & validis, atque atrocibus anathematis interdictionibus, ut nullus unquam præſumat quiſpiam alius cujuſcumque dignitatis præditus poteſtate, vel etiam in eodem venerab. Monaſterio, vel ejus cauſis incumbere, aut de rebus, & poſſeſſionibus, vel Eccleſiis ſubjectis, vel quidquid de his exindè ineſſe videtur quoquo modo auferre, aut alienare, nec quamlibet malitiam, aut jactaræ moleſtiam ibidem ſive pacis, ſive barbaricis temporibus quoquomodo inferen. dum præfatum perenniter, ut dictum eſt tam pacis, quam barbaries temporis firma ſtabilitate decernimus ſub juriſdictione Sanctæ Eccleſiæ noſtræ permanen. Promulgantes nempè & hac auctoritate B. Apoſtolorum Principis coram Deo & terribili ejus examine profuturo per hujus noſtri Apoſtolici privilegii, atque conſtitut. ſancimus, atque decernimus, ut loca quæ ab Abbatibus cujuslibet, quæ vobis in eodem præfato vener. Monaſterio S. Vincentii Mart. commutata, vel etiam conceſſa ſunt, nec non & alias locorum poſſeſſiones, quæ à Regibus, ac Ducibus, vel Caſtaldeis, univerſis Chriſtianis in eodem Sancto loco largita, atque oblata ſunt, aut in poſterum illic conceſſa fuerint, firma ſtabilitate juri ipſius præfati ven. Monaſterii exiſtenda, atque in perpetuum permanenda ſtatuimus. Nec licentia ſit, ut dictum eſt, & ejus, vel omnibus eidem Monaſterio pertinen. cuiquam magnæ, parvæque perſonæ auferre, aut præfato juxta id, quod ſubjectum eiſdem ven. locis Apoſtolicis conſtitutis, atque privilegiis conſiſtat in concurrendum permaneat. Et liceat eoſdem Monachos de ſua Congregatione Abbatem ſemper eligere, & liceat ipſum Abbatem, qui fuerint ſuos judicare Monachos non ſolum virile Monaſterium, ſed etiam muliebre Monaſterium ſibi ſubjectum. Si quis autem, quod non optamus, nefario auſu præſumpſerit hæc, quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate ven. Monaſterii ſtatuta ſunt infragare, aut in quoquam tranſire diſcilium, anathematis vinculo innodatus, & cum Diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, atque cum Juda traditore Domini Noſtri Jeſu Chriſti æterno incendio concremandus depatetur. At verò qui pio intuitu obſervaturum, & in omnibus extiterit cuſtodiens hujus noſtri Apoſtolici conſtitutum ad cultum Dei reſpicientibus, benedictionis gratiam, vitamque æternam à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur.

Scriptum per manus Benedicti Notarii Regionarii, & Scriniarii S. R. E. in menſe Februario Indict. 10. BENE VAL. Data 5. Kal. Martii per manus Petri Domini gratia, Epiſcopi S. Prænestinæ Eccleſiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, Anno Deo propitio Pontificatus Domini noſtri Sergii Sanctiſſimi IV. Papæ ſedente anno 3. Indict. ſupradicta decima.

Obiit autem venerabilis Abbas Hilarius poſt multa bonorum operum certamina 3. Kal. Octobris anno Dominicæ Incarnationis 1044. Ind. 15 cujus corpus ſacrum ante Eccleſiam Domini Salvatoris pretioſo ſepulchro locatur: de hoc venerabili Patre diverſa miracula ſcripta reperimus, quædam etiam oculis noſtris vidimus, cum ad ejus corpus plurimi ſanarentur diverſis ægritudinibus.

27. Leutpertus Teutonus ab Henrico Imper. conſtituitur Abbas hujuſce Monaſterii, ſedit ann. 7. iſte privilegium accepit à Leone IX. Papa. Obiit anno Dom. Incar. 1053. 3. Kal. Aug. Ind. 6.

28. Joannes genere Marſicanus Abbas ſedit ann. 22. menſ. 15. Hucuſque Chronica S. Vincentii. Propè finem Chronici alieno charactere nomina poſteriorum Abbatum aliqua deſcripta ſunt.

29. Amicus Monachus, & Abbas Sancti Vincentii ab Urbano II. Papa anno 1090. creatus eſt Presb. Cardin. tit. S. Crucis in Hieruſalem, qui obiit ſub Calixto II. pridie nonas Januarii, Caſini, ex Calendario ejuſdem Cœnobii.

30. Joannes eligitur 5. Januarii, ſucceſſit Amico.

31. Raynaldus cujus in Calendario Montis Caſini notatur dies obitus Raynaldi 17. Kal. Aprilis, obiit D. Raynaldus Abbas S. Vincentii.

32. Joannes Abbas.

33. Gerardus.

34. Odiricus.

35. Elia Abbas vixit temporibus Anaſtaſii IV.

36. Placidus.

37. Nicolaus de ordine Minorum ſedente Cœleſtino Papa V. anno 1294.

38. N. de Aquino.

39. Petrus de Cerro hujus Monaſterii Monachus.

40. Nicolaus de Franchis Monachus Caſinenſis, hic Decretorum Doctor fuit anno 1299.

41. Gregorius de Muſellelo Monachus Caſin. obiit pridie nonas Auguſti.

42. D. Gregorius Sacerdos, & Monachus Abbas S. Vincentii de Vulturno, ita Calendarium Caſinen.

43. Joannes de Valle Monachus S. Martialis Lemovicenſis Decretorum Doctor.

44. Angelus de Rocca.

45. Guillelmus de Volta.

46. Joannes.

47. Thomaſius.

48. Donatus de Tocco.

49. Urſus de Urſinis Epiſcopus Theanenſis obiit 1471.

50. Carolus Borromæus fuit hujus Cœnobii Abbas Commendatarius.

51. Cæſar Coſta ex ceſſione S. Caroli à Pio Quinto Monaſterii Sancti Vincentii factus eſt Abbas Commendatarius, qui ad calcem Chronici quintum & ſextum librum addidit, & poſteriores Abbates breviter quidem, ut vides à nobis exſcripti.

52. Camillus Cajetanus Antiochenus Patriarcha fuit hujus Cœnobii Commendatarius Abbas.

Hactenus de Vincentinii Cœnobii apud Vulturni fontes in hac Diœceſi Iſernienſi conſtructione olim celeberrimi, cujus hodie vix nomine celebratur; Et ad Epiſcopos noſtros Aeſernienſes revertamur, unde digreſſi fuimus.

7. BONIFACIUS Aeſernienſis Epiſcopus fuit anno 758. Poſt hunc ſpatio fere annorum centum Epiſcoporum hujus Sedis nomina & acta deſiderantur. IV.

[„*ODELGARIUS* Eſerniatenſis *ſubſcribitur Concil.* V.
„ *Ravennatenſi an. 877. habito, quo poſſeſſio Flavi-*

„ *niaci Monaſterii, & Tiliaiaci villæ Adalgario* A
„ *Aeduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirma-*
„ *tur. Hunc Aeſernienſem Epiſcopum fuiſſe au-*
„ *tumo.*]

VI. 8. LANDUS vixiſſe aſſeritur in diptycis hujus Eccleſiæ anno 946. fortè idem quem anno ſequenti una cum ipſa Aeſernienſi civitate periiſſe ſcriptum reliquit Leo Oſtienſis in Chronic. Caſin. *Cum annus ab Incarnatione Domini octingenteſimus quadrageſimus ſeptimus volveretur, tam ingens terræmotus per univerſam Beneventi fuit regionem, ut Iſernia ferè tota à fundamentis corrueret, multuſque ibi populus & ipſe cum eis eorum Pontifex interierit: Apud Monaſterium quoque S. Vincentii terræmotus idem plurimas domos evertit.* Idem narrat Chronic. S. Vincentii, Sigonius, Baronius, Marinus Freccia, & cum his Ammiratus.

VII. 9. ARDERICUS Aeſernienſis Epiſcopus florebat anno 964. in cujus gratiam Paldolfus, & Landolfus Longobardorum Principes, integram civitatem Aeſerniæ Landolfo Comiti donodederunt cum diplomate, quod ſanè dignum nobis viſum, quod B hic exſcriberetur, cujus exemplar literis Longobardis ſcriptum, magnoque cereo ſigillo obſignatum in Canonicorum Aeſernienſium tabulario aſſervatur.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Paldolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Longobardorum gentis Principes.

Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petentis clementer fav. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſolertia, quia Arderichus Vener. Epiſcopus obſecravit noſtram excellentiam quatenus concederemus & confirmaremus Landolfo Comiti dilecto fratri noſtro filio quond. Landenolfi Thio noſtro integram Civitatem Aeſernienſem cum tota pertinentia ſua per has fines. De prima parte à vertice de Monte Maſeto & directè per ipſe fere in vertice de monte Zaanipran- C *de. Et deinde quomodo venit in Serra de Colle petroſo ſilve ipſe atque per eadem loca deſcurren. aliæ contra prædic. Aeſerniæ, & aliæ contra Boclania & ab inde quomodo incipitur ipſe mons qui eſt ſuper vallem frigidam & ſilva vadit per verticem ipſius montis uſque in Macele qui dicitur de godini. De ſecunda parte à Macelo qui dicitur de godini, uſque in fluvio qui dicitur Trinia majore, & deinde in Serra de Monte capraro ubi ficta fuit ex antiquitus columna marmorea, quę finis fuit de jam dicto Comitatu Tſernino, & deinde quomodo pergit ipſa Serra de jam dicto monte capraro & pervenit in Monte Rcadenato, & vadit uſque in Salectu, ubi ſimiliter ex antiquitus ficta fuit columna marmorea quæ finis fuit de jam dicto Comitatu, & ab inde quomodo vadit in fluvio Sangro. De tertia parte quomodo aſcendit ipſo fluvio Sangro & directe per ipſa via ſcilicet antiqua uſque in rivo qui dicitur merdaro, & quomodo mittit ipſe rivo in flavio Vulturno & deſcendente ipſo fluvio Vulturno uſque* D *in loco ubi ei adjungitur fluvius qui dicitur . . . de quarta parte pro ipſo jam dicto fluvio . . . . uſque in Serra de monte unde exiit eodem fluvio, & deinde in Serra de Campuſoloti, & inde quomodo vadit in Campu, qui dicitur Secena, & inde aſcendente per ipſa ſerra uſque in verticem de jam dicto monte Mateto uſque ad prima fine. De quibus petit à noſtra Excellentia, ut firmitatis apices illi exinde fieri juberemus. Cujus petitionem exaudientes hos firmitatis apices illi exinde fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter a havendum noſtris, & futuris temporibus concedimus, & confirmamus tibi ſupra nominato Landolfo Com. dilect. fratri noſtro & ad hæredibus tuis prædictam Civitatem Tſerniæ cum omnibus territoriis, & aquis ſuis per ipſe finis quæ ſuperius declaravimus cum Caſtellis, & vicis, & omnia intro haventi infra prędict. finis ad havendum & poſſidendum & fruendum & dominandum vos & heredibus veſtris. Ita ut à nullis ex noſtris Comitibus* A *Caſt. Judicibus, ſive noſtris hæredibus haveatis de ea omnia quæ vobis ſuperius conceſſimus qualemcumque moleſtiam, aut contrarietatem, ſed ſemper vos hæredibus veſtris haveatis, & poſſideatis, & fruatis, & dominetis ea omnia quæ ſuperius legitur, & faciatis omnia quod tibi, vel ad hæredibus tuis placuerit, nemine vobis eainde in aliquo contraria ingereate. Quod ſi quiſpiam homo hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare præſumpſerit, ſciat ſe vobis veſtriſque compoſiturus auri optimi puri libras centum. Et hæc conceſſio de qualiter continet firma permaneat in perpet. Ut autem hæc noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillare. Signum Domini Paldofi, & ſignum Domini Landolfi excellentiſſimi Principes.*

Adelchitu Scribnex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi. Dat. I. I. I. nonas Magias anno vigeſimo primo Princip. Domini Paldolfi, & quinto anno Princip. Domini Lando glorioſis Principibus Indictione ſeptima, actum in Civitate Capuana. B

Scriptum eſt hoc diploma, ut diximus anno 964. qui rectè incidit in Indictione ſeptima, & in annis principatus Paldofi, & Landolfi Beneventanorum, & Capuanorum Principum. Arderici vero Epiſcopi memoria extat lib. 4. Chronic. S. Vincentii de Vulturno anno 975.

10. GERARDUS conſecutus eſt Aeſernienſis Eccleſiæ Epiſcopus ab Adenulpho Capuano Archiepiſcopo anno 1032. à quo poteſtatem accepit in Venafranæ, Bojonæque Eccleſiis tunc ſimul cum Aeſernienſi unitis, ut in documento ejuſdem Adenulphi ſcriptum, cujus exemplar ab ipſo originali, quod extat in Canonicorum tabulario, hiſce eſt conceptum verbis. VIII.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Trigeſimo ſecundo anno Principatus Domini Pandulfi, & vigeſimo nono anno Principatus Domini C *Paldolfi filii ejus glorioſis principibus ac primo anno principatus Domini Landolfi glorioſi principis filii ejuſdem Domini Paldolfi, & nepos ſuperioris dicti Pandolphi Magni & excellentiſſimi Principis. Menſis Octobris primæ Indictionis. Nos Adenulphus divina gratia humilis Antiſtes Sancti Protomartyris Stephani & . . . . Sanctæ Capuanæ Eccleſiæ. Omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ cognoſcere cupimus. Quod conſecravimus Præſulem Gerardum venerandum virum in Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli, quæ conſtructa eſſe videtur in civitate, & Comitatu qui dicitur Iſernienſis, quæ ſubjecta eſſe videtur à ſuo Paſtore. Unde nunc per precata ſacerdotam, ſeu levitarum, ac clericorum ejuſdem Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli conſecravimus Preſulem eorum jam ſupradictum Gerardum confratrem noſtrum gubernandi ac regendi prædicta Eccleſia cum omnibus ſuis Eccleſiis, ſive Monaſteriis infra eodem Comitatu Iſernienſis, & Comitatu Venafrano, & infra Comitatu Bojonenſis, & in tota terra pertinentes Mona-* D *ſterii S. Vincentii. Sic concedimus vobis omnes Eccleſias quæ conſtructæ ſunt, & quæ in antea conſtruendę ſunt in prædictis Comitatibus per hos fines. A civitate Irenenſi uſque in Saagru, & quomodo conjungitur cum Comitatu Treventinu, & qualiter vadit uſque in Biſinum. Infra verò hos fines, & in directiones per hoc noſtrum roboramus præceptum, concedimus tibi quoque inſuper Gerardo Ven. Epiſcopo confratri noſtro integram ipſam Eccleſiam Sancti Petri Apoſtoli, quæ eſt caput ipſius tui Epiſcopatus una cum ipſa indilata Diœceſim, & cum omnibus Eccleſiis & Monaſteriis, ibidem modo habentibus, vel quod adhuc in antea conſtrui debentur pro ſua auctoritate quouſque vixeris. Ita ut per hoc noſtri privilegii præceptum ſit tibi conceſſum certis temporibus facere in eadem Diœceſi ordinationem dierum jejuniorum primi, quarti, ſeptimi, & decimi menſis ſacerdotum & levitarum, ſive reliquis ordinibus Clericorum, ſive conſecrare ibidem Eccleſias, vel altaria, ac reli-*

quis omnibus officiis Eccleſiaſticis quicquid neceſſe habentur. Et excommunicare populo pro certa & approbata culpa. Sed ſemper provideas, qui ſunt illi quos ordinare debetis in Eccleſiaſticum honorem. Et per hoc noſtri privilegii præcepi poteſtate ſit vobis conceſſas omnes res veſtræ Eccleſiæ mobiles, vel immobiles, cultum, vel incultum ad tenendum vel dominandam omnibus diebus vitæ veſtræ ut ſic illum regetis quaſi proprium veſtrum commendantium, ut poſt mortem vitam perhennem accipiatis ſi illad inrefragabiliter gubernetis. Conſilii vero ordine tibi concedimus ad faciendum, una cum noſtro miſſo vel auctoritate, una cum plebe Dei Chriſtiana de tua Diœceſi ſemel in anno, id eſt aut poſt Sanctam Pentecoſten, aut in Octobris menſe, quo tempore volueris ad exquirendas actiones fratrum, quas illi egerint in ſanctis operibus, ſive ne fortaſſe pullulet iniqua peſtis hereticorum in Chriſtianis fratribus, ut eliminatu omni ſpurcitia de eorum cordibus juſtè & piè cum illis converſare. Iterum damus vobis in mandatis, ut omni tempore veniatis, quando nobis neceſſum eſt peragere cauſa ordinis Eccleſiaſtici, & noſtrum miſſum honorifice recipiat, & ſine omni mora veniatis. Et quiſcunque nobiſcum conſentiens fuerit noſtris dictis hujus noſtri privilegii ſit benedictus à Deo, & habeat participationem cum Domino noſtro Jeſu Chriſto in cæleſtibus regnis Amen.

Ex juſſione autem prædicti Sancti Antiſtitis ſcripſi ego Thomas Diaconus & ſcriba ipſius ſanctæ dictæ Eccleſiæ & in ſacratiſſimo eius palatio, & in annis viginti, & ſex Archiepiſcopatus ejus in menſe Octobris & in ſupradicta Indictione. Data in ſextodecimo Kal. Novemb.

Ego Landulfus Archidiac. conſenſi & ſubſcripſi.
Ego Joannes ſcriba & Primic.
Ego Benecauſus Levita & Primicerius.
Ego Martinus Presb.
Ego Joannes Archidiac.
Joannes Subdiac. conſenſi & ſubſcripſi.
Ego Jaquintus Epiſcopus.
Ego Joannes Subdiac. Bene valete.
Ego Joannes Diaconus conſenſi & ſubſcripſi.

IX. 11. PETRUS Ravennatenſis Monachos Caſinas Aeſernienſis & Venafranus Antiſtes adlectus eſt à Nicolao II. anno 1059. interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. ſubſcribitur Bullæ Alexandri II. eodem anno. *Ego Petrus Venafranus Epiſcopus*. Cujus mentio in monumentis habetur ad annum uſque 1080. Ejus etiam meminit Leo Oſtienſis in Chronic. Caſin. lib. 3. cap. 14. ac Rubeus in Hiſt. Raven.

X. 12. LEO Aeſernienſis & Venafranus Antiſtes fuit anno 1090. de quo Chronic. Caſin. lib. 4. cap. 8. Quo Præſule anno 1092. Comes Rodulphus de Molitio obtulit Caſinenſi Cœnobio Eccleſiam S. Crucis cum Monaſterio in Conventu Iſernienſi, ita ex veteri documento.

Anno 1092. Rodulfus cognomine de Molitio Comes Provinciæ Bivintane ſis fil. quond. Guiſmundi & Eminæ de rebus meis propriis quas teneo ex conceſſione Richardi Capuæ principis, & poſt deceſſum ejus dono etiam d. Jordani præfatæ civitatis principis; qui ambo principatum ſuum ex dono & mandamine Papæ, nec non & Imperatoris tenuiſſe noſcuntur. Rodulfus igitur Comes pater Ugonis Comitis & Roggerii, & Roberti Principis, qui eſt filius Roberti filii ejus, qui Robertus obtulit ut & Rodulfus alius filius ejus, & etiam alius fil. Vuilelmus & filiarum ſuarum Adeliezę & Beatricis & uxoris ipſius com. R. de Mol. Alferadę offert Eccleſiam S. Crucis & Monaſterium Comitatus Iſernię civitatis ſuper locum qui Petera dicitur Fratres etiam Rodulfi Donatoris ſc. Robertus, Ugo, Antonius, Guiſmundus, Alafias, Aroſtaynus ante præſentiam D. Leonis Iſernienſis Epiſcopi, & Joannis Vicecomitis Iſernien. offert etiam Caſtrum Valneum cum pertinentiis ſuis, quod Rodulfus dictus Comes pretio auri & argenti duo mill. ſexcentorum tarenorum monetæ Amalfitanæ emit à quodam milite nomine Bernardo, &c. Pretar hanc memoriam, nulla alia de Leone reperitur, qui ſub Paſchali II. diem ſuum obiit.

13. MAURUS Aeſernienſis, & Venafranæ Eccleſiæ fuit Epiſcopus. Hic teſtis fuit una cum Bernardo Bovianenſi Epiſcopo cujuſdem donationis eidem Cœnobio Caſinenſi elargitæ anno 1105. ab Vuone Comite filio q. Comitis Raulis de Molitio fratre Rogerii Comitis. Idemque ſubſcripſit diplomati Sennetis Archiepiſcopi Capuani pro Sueſſana Eccleſia anno 1113. Idem Maurus anno 1123. memoratur in quodam inſtrumento Archivii Ravelleoſis funiculo 1. lit. A. num. 3. *Menſe Aprilis 8. Ind. in civitate Iſerniæ Galdo miles filius quondam Urſi Amalphitani filii q. Sergii Arcutiæ habitator in Civitate Iſerniæ in præſentia Domini Mammonis Judicis vendidit Domino Mauro Iſernien. atque Venafrano Epiſcopo pro uno equo, & una mula omnes res ex præfati genitoris ſui ſucceſſione, &c.* XI.

14. RAYNALDUS Aeſernienſis & Venafranus Epiſcopus Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. interfuit anno 1179. ubi ſubſcribitur, Epiſcopus Venafranus: Hic à Lucio III. anno 1128. inſigni privilegio eſt exornatus, in hunc modum ab originali quod extat in tabulario Aeſernienſis Eccleſiæ. XII.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Rainaldo Iſernienſi Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus ſubſtituendis in perpetuum.

In eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino conſtituti fratres, & coepiſcopos noſtros tam propinquos quam longe poſitos fraterna debemus charitate diligere, & Eccleſiis quibus Domino militare noſcuntur ſuam juſtitiam conſervare: Ea propter, Venerabilis in Chriſto frater, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Iſernienſem Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris ad exemplar felicis recordationis Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, & largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi tuiſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, terminos, & fines tui Epiſcopatus, quos nunc pacifice noſceris poſſidere, ſecundum quod incipiant à flumine Vulturni propè ubi ſe conjungit cum fluvio Sexti, & extenduntur per Caſtrum Maſtralis, & Caſtrum Zurlaxi, & Caſtrum Capriatæ, & Caſtrum Foſſaceca, & per montana Caſtrum Gualdi, Feleſti, & Caſtrum Pizuti, & Caſtrum Peſtorani, & Caſtrũ Carpinonis cum Sancto Marco, & Caſtrum Sexano, cum Sancto Benedicto, & per montem Roſini aſſurgit Caſtrum Periculi, & Caſtrum Montis Nigri, & Caſtrum Rocchę Siconis, & Caſtrum Foruxli, & exte aditur per terram Sancti Vincentii, & per montem Alze ad Porcellæ, unde oritur Meleriuum, & deſtenditur uſque in finem de terris & ſilvis & montibus Monaſterii S. Benedicti, & iterum extenditur per fines territorii & ſilvarum, & montium ſupradicti Monaſterii, & per verticem montis Aquiloats, & Saubuculi uſque in forum S. Martini, & per verticem Montis Ceſino, & deſtenditur in vadum Franciſcum de ipſo Fluvio Secti, & deſcendunt in ipſo flumine Vulturni, qui eſt prima finis. In Seſto Plebem S. Euſtachii, In Maſtrulis Plebem S. Joannis, in Torcino Plebem S. Mariæ, In Capriata Plebem S. Mariæ, In Capperellis Plebem S. Joannis, In Campoſacco Plebem S. Joannis, In Monte Odonis Plebem S. Angeli, In Gualdo Plebem S. Angeli, In Faleſto Plebem S. Mariæ, In Longano Plebem S. Bartholomæi, In S. Agapito Plebem S. Nicolai, In Riperta Plebem S. Salvatoris, In Pizzato Ple-

bem S. Agathæ, In Peſtorano Plebem S. Mariæ, In Carpinone Plebem Sanctæ Mariæ, In Sexana Plebem S. Mariæ, In Fara Plebem S. Nicolai, In Monte Nigro Plebem S. Mariæ, In Roccha Siconis Plebem S. Leonardi, In Foralo Plebem S. Blaſii, In Coneſtellis Plebem S. Laurentii, In Roccha Beraldi Plebem S. Nicandri, In Armana Plebem S. Crucis, In Conveala Plebem S. Angeli, In Meronda Plebem S. Nicolai, in Pericalo Plebem S. Mariæ, In Ovano Plebem S. Mariæ, In Saxe Plebem S. Laurentii, In Valle Jampelli Plebem S. Mariæ, In Macchia Plebem S. Nicolai, In Ravindola Plebem S. Angeli, In Venafro Plebem S. Mariæ cum pertinentiis ſuis, In Roccha Venefri Eccleſiam S. Crucis, In Roccha Peperoli Eccleſiam S. Mariæ, In Mente Aquilo Plebem S. Mariæ, In Valle S. Locheri Plebem S. Mariæ, In Ceraſolo Plebem S. Chriſtophori, In Caſali Plebem S. Joannis, In Territorio Vraafrano Eccleſiam S. Barbaræ, S. Nicandri, & S. Crucis, In Peperolo Eccleſiam S. Georgii, & S. Nazarii, In Campoſacco Eccleſiam S. Andreæ, In monte Rodono Eccleſiam S. Nazarii, In Macchia Eccleſiam S. Mariæ, In Iſernia Eccleſiam S. Viti, S. Agapiti, & Eccleſiam S. Salvatoris de Territorio de [illegible]xano, & Monaſterium S. Mariæ ſitum infra Muros ejuſdem civitatis Iſerniæ, In Territorio Longanæ Eccleſiam S. Sepulchri, & S. Eraſmi, In S. Agapito Eccleſiam S. Helenæ, In Gualdo Eccleſiam S. Nicolai, In Pizzuti Eccleſiam S. Laurentii, & Eccleſiam S. Petri, In Carpinone Eccleſiam S. Mauri, & Eccleſiam Sancti Romani, In Sexaati Eccleſiam S. Angeli, & Eccleſiam S. Benedicti, In Miranda Eccleſiam S. Angeli, in Forulo Eccleſiam s. Petri, & Eccleſ. Honaphrii, & Eccleſiam S. Pancratii, In Monte Aquilo Eccleſiam S. Pauli cum tribus capellis & pertinentiis earum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Iſerninenſem Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſervare eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Apoſtolicæ Sedis auctoritate. & Capuani Epiſcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, ream per ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine Divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen, Amen.

Ego Lucio Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

† *Ego Theodinus Portuenſis & S. Ruffinæ Sedis Epiſcopus.*
† *Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.*
† *Ego Petrus Presb. Card. S. Suſannæ.*
† *Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio Monte Presb. Card.*
† *Ego Laborans Presb. Card. S. Mariæ Transtyberim & S. Caliſti.*
† *Ego Rainerius Presb. Card. Ss. Joannis & Pauli tit. Pamachii.*
† *Ego Ubertus Presb. Card. Eccl. S. Laurentii in Damaſo.*
† *Ego Jacobus Diac. Card. s. Mariæ in Coſmedin.*
† *Ego Arditio Diac. Card. S. Theodori.*
† *Ego Gregorius Ss. Coſmæ & Damiani Diac. Card.*

Datum Velletri per manus Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii XIII. Kal. Aprilis Ind. I. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXII. *Pontificatus vero Domini Lucii Papæ III. anno ſecundo.*

Ex hoc privilegio habemus uſque ad hæc tempora Venafranam Eccleſiam cum Aeſernienſi fuiſſe conjunctam, quæ paulo poſt diſſoluta unione ſuum recepit Paſtorem.

15. DARIUS temporibus Innocentii III. itemque Honorii III. Aeſernienſis fuit Epiſcopus, cujus prima mentio in monumentis habetur anno 1208. ultima vero anno 1221. ſub quo natus eſt anno 1215. S. Petrus de Morone, poſtea Pontifex Max. ſub nomine Cœleſtini Quinti. XIII.

16 THEODONUS Dario ſucceſſit circa annum 1230. XIV.

17. HUGO vixit anno 1244. XV.

18. NICOLAUS anno 1258. de eo etiam anno 1263. XVI.

19. Fr. HENRICUS de S. Germano Ordinis Minorum ex electione Capituli ad hanc eandem ſedem aſſumptus aſt anno 1267. eodemque anno, à Pontifice Maximo confirmatur apud Waddingum tom. 2. Annal. Minorum; præfuit eximiè aliquot annis. Quo Præſule, compleverunt Iſerniæ Fratres Minores Eccleſiam novum (neglecta priori S. Stephani ſacra, quam ſimul cum Monaſterio inchoaſſe S. Franciſcum dum regnum Neapolitanum luſtravit, illius populi fert traditio) ſub invocatione ſui inſtitutoris. Prope frontiſpicium templi egregie elaboratum, hæc viſitur inſcriptio. *Anno Domini MCCLXVII. ſub tempore fratris Benedicti Min. actum eſt hoc opus.* Prius effuſam campanam docent ſcriptæ hæ litteræ. *Magiſter Joſeph me fecit* 1259. Conſervata adhuc, abſque neceſſario tamen uſu propter reverentiam S. Franciſci, prima Eccleſia, cujus præcipua janua erat in ipſo Urbis muro, & cubiculum, in quo per aliquot dies vir ſanctus requievit. Recentior Eccleſia auguſtior eſt, & omnium illius Urbis celebrior, frontem habet in præcipua platea atque hinc frequentiſſimum populi concurſum. Adjunctum huic Eccleſiæ anno 1450. ſacellum D. Antonii adeo amplum, ut integræ Eccleſiæ adæquet menſuram, & numeroſæ ſerviat Iſernienſium ſodalitati. Hæc habet Vvaddingus tom. 2. Annal. Minorum. XVII.

20. MATTHÆUS florebat anno 1276. XVIII


21. ROBERTUS anno 1287. cujus extat memoria etiam anno 1289. in Cœnobio Monialium S. Claræ de Æſernia. XIX.

22. JACOBUS anno 1305. XX

23. PETRUS ſucceſſor Jacobi hanc Sedem rexit ab anno 1307. ad annum uſque 1330. quo mortem oppetiit. Poſt cujus obitum Capitulum ad eam dignitatem delegit Conradum Rampinum Canonicum Æſernienſem, in eaque dignitate confirmatus ab Archiepiſcopo Capuano; verum cum abſente Nicolao Archipresbytero electio celebrata fuiſſet, tanquam vitio facta ad Sedem Apoſtolicam provocavit electum, qui cum ibi moraretur antequam cauſa dirimeretur Conradus diem clauſit extremum Aveoione, ubi humatus fuit. XXI


24. Fr. HENRICUS Ordinis Minorum à Joanne XXII. delectus eſt hujus Eccleſiæ Præſul die 2. Julii 1330. Non diu Epiſcopus fuit cum ex hac mortali vita diſceſſerit an. 1331. Ejus in loco electus eſt à Capitulo Cathedralis quidam Fr. Joannes de Concivis, ejuſdem Ord. Minorum alumnus, quem jam conſecratum ab Archiepiſcopo Capuano idem Joannes Papa repudiavit, ac ſequentem ſubſtituit Epiſcopum, ipſum vero fratrem Joannem paulo poſt Caluenſem declaravit Epiſcopum. XXII.

25. GUILLELMUS Epiſcopus Civitatis Caſtelli in demortui Henrici locum Æſernienſis declaratus eſt Antiſtes die 15. Octobris 1332. ex Regeſt. Vatic. apud Vvaddingum. XXIII.



XXIV 26. Fr. PHILIPPUS Romauus *a* Ordinis Prædicatorum ex ſtirpe Ruffina non ignobili, clarus ſcientia, Theologus, & verbi Dei declamator illuſtris ex Pœnitentiario Vaticanæ Baſilicæ Æſernienſis adlectus eſt Epiſcopus ante annum 1348. eo enim anno jam erat Epiſcopus, ut in Epitaphio Luciæ matris ejus legitur Romæ in Eccleſia S. Joannis de Pigna in hæc verba. *Hic requieſcit corpus nobilis Dominæ Luciæ de Magiſtris Lucæ uxoris quondam D. Jacobi Petri Angeli Rufini, & matris Domini Fratris Philippi Dei gratia Epiſcopi Iſernienſis. Obiit anno Domini MCCCXLVIII. menſis Maii die* 4. Hic dignistimus Præſul multorum ſibi Pontificum gratiam comparavit, & cum Aeſernienſem Eccleſiam fere per viginti anoos ſumma pietate rexiſſet ab Urbano VI. translatus eſt ad Tiburtinam Eccleſiam 6. Id (1). Decemb. 1367. ab Urbano vero VI. cum cuſtos Conclavis ex parte Romani Populi fuiſſet, dum ille ad Pootificatus apicem evaſiſſet, in prima Patrum creatione anno 1377. inter Cardinales aſcriptus eſt ad titulum S. Suſannæ, & anno ſequenti per totam Italiam Apoſtolicus Legatus deſtinatur. Piſis primum, deinde Lucæ, poſtremo Romæ è ſacro ſuggeſtu diſertiſſime concionatus eſt, Urbanique cauſam ſœcundo ore confirmavit, ejuſque in fide Italicos populos nutantes retinuit, Clementem VII. tanquam adulterinum Pootificem oppugnare totis viribus ſategit. Romæ obiit vir doctiſſimus ſub eodem Urbano VI. poſt annum 1380. humili loco ad S. Sabinam in monte Aventino ſepultus. Scripſit in lib. 6. Phyſicorum Ariſtotelis commentaria. Hunc perperam habet Ciaconius Cardiualem adlectum fuiſſe ab Innocentio VI. cum clare conſtet ab Urbano VI. ad eam dignitatem aſſumptum fuiſſe, quem iterum ſub Urbano eodem reponit ſub cognomine de Geza, tametſi è familia Rufina natus ille fuiſſet.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 1. col. 864.



XXV 27. Fr. PAULUS de Urbe *b* Ordinis Minorum ſucceſſor datus eſt Philippo ad Tiburtinam Eccleſiam translato eodem anno 1367. ac die 6. Idus Octobris. Novem omnino annos hanc Aeſernienſem rexit Eccleſiam, eoque munere ſe abſolvit anno 1376. ac deinde ab Urbano VI. translatus eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Montis Regalis in Sicilia die 13. Febr. 1379. Varia deinde fortuna in ea dignitate vixit ad annum uſque 1418. quo à Martino V. ad Theſſalonicenſem Eccleſiam translatus eſt, antea Tebanam habuerat commendatam; ut in lib. obligat. obſervavimus. De quo in Archiepiſcopis Montis Regalenſis Eccleſiæ redibit ſermo.

b Plura de eo Michael del Giudice in deſcript. Montis Regalen.

28. NICOLAUS immediatè ſucceſſit Fratri Paulo anno 1376. incertum quo anno ac die obierit. XXVI

29. CHRISTOPHORUS de Maronibus *c* Romanus, Aeſernienſis Epiſcopus erat anno 1390. XXVII
cum à Bonifacio IX. Presb. Card. tit. S. Cyriaci in Thermis creatus eſt, ſimulque Archipresb. S. Petri evaſit. Romæ mortalitatem explevit ſub Innocentio VII. anno ſalutis 1404. pridie Nonas Decemb. ſepultus in Vaticana Baſilica propè ædiculam S. Thomæ marmoreo ſepulchro muro affixo cum hac inſcriptione.

c De eo Ciacon. Oldoini t. 2. col. 681.

Qui legitis carmen lacrymabile fundite fletus,
Fundite, & hoc multis lacrymis ornate ſepulchrum.
Maxima Cardinei cubat hic nam gloria cœtus,
Corpore Chriſtophorus, ſed ſpiritus inſidet aſtris,
Fidus Apoſtolicæ per tot fluctantia cymbæ
Naufragia Eccleſiæ fuit, & tunc terno ſalubris
Multiplici virtute nitens, & amator honeſti
Vir erat evecto cui tanti ad culmen honoris.
Nominis alme tui titulum Cyriace dediſti
Anno Domini MCCCCIV.

30. DOMINICUS Abbas SS. Bonifacii & Alexii de Urbe ad hanc Eccleſiam fuit adlectus 2. Kal. XXVIII
Martii 1390. ex lib obligat. („ *Ad Sueſſanam tranſ-*
„ *latus eſt* 15. *Kal. Septemb.* 1402.)

31. ANDREAS Epiſcopus Aeſernienſis transfertur ad Potentinam Eccleſiam ann. 1402. 6 Non. XXIX
Octob. Evaſit deinde Epiſcopus Cajacenſis 1407. ex eodem lib.

32. ANTONIUS Inſulanus Epiſcopus ad hanc Eccleſiam translatus eſt 6. Non. Octob. 1402. factuſque eſt deinde Tarracinenſis Epiſc. an. 1404. XXX.

33. NICOLAUS jam antea Epiſcopus Cajetanus ad hanc eandem Sedem translatus eſt 2. Id. Maji 1404. Obiit ſub Joanne XVIII. XXXI

34. LUCILLUS Aeſerniæ Epiſcopus reperitur anno 1414. in monumentis ejuſdem Eccleſiæ fortaſſis à Gregorio XII. creatus. XXXII.

35. BARTHOLOMÆUS de Pardo Canonicus Oſtienſis ad hanc Eccleſiam promotus eſt à Joanne XXIII. in defuncti Nicolai locum anno 1415. 5. Kal. Febr. Obiit ſub Martino V. XXXIII.

36. JACOBUS de Monte Aquila, Clericus Venafranus, eligitur Epiſcopus à Martino V. anno ſalutis 1418. 5. Kal. Julii ſub datum Gebeu. ann. Pontif. 1. ex lib Proviſ. Prælat cujus Præſulatus temporibus Aeſernia ingenti, miſerabilique terræmotu quaſſata pene tota corruit: in ruinis Jacobus Deo miſerante, illæſus inventus, Eccleſiam deinde Cathedralem, & Epiſcopium reparavit, & cum quinquaginta annos rexiſſet perbelle diem ſuum obiit anno 1469. ſepultus in Cathedrali. Porro inter monumenta Canonicorum, unum reperitur, quod miſerabile Civitatis excidium illud enarrat, in hæc verba. *Anno Domini* 1456. 5. *Indict. in nocte S. Barbaræ V. de menſe Decembris in* 11. *hora noctis venit ingentiſſimus & potentiſſimus terræmotus, & ita magnus, quod non habetur memoria antiquior, & non auditum fuit, talia ab initio mundi paſſa ab hominibus habitantibus in Regnaiſſo Siciliæ, ita tamen, quod dictus terræmotus magnus fuit, præſertim in Comitatu Moliſis, & in partibus Beneventanis, & deſtruxit omnes Civitates, & Caſtra per totum, & mortui fuerunt, & relatum fuit in Regno prædicto fere quadraginta hominum millia in nocte illa, &* XXXIV.
alii

(1) Die 6. Novembris ſcripſit in Tiburtinis Ughellus. Sed cum dixerit B. Paulum ei in hac Æſernienſi ſede ſucceſſiſſe 6. Id. Octob. Philippus vel diutius ante hinc abiit, vel poſteriori tempore ſubſecuta eſt Pauli ſucceſſio. Lauretius.

A *alii qui vixerunt veluti erant ſub lapidibus vulnera-*
ti, & percuſſi. Plaga tamen non erat circumligata,
nec fota oleo, & manebant corpora mortuorum ſuper
terram. & non erant qui ſepelirent. Omnes ſtabant
ſtupefacti, & timidi præ timore magno. Et Civitas no-
ſtra Æſerniæ totaliter fuit ruinata, & conquaſſata,
& omnia ædificia à majore uſque ad minus projecta
in terram, & Templum Divini cultus totaliter fuit
ruinatum & conquaſſatum, & altarum Eccleſiarum
præfatæ civitatis nulla remanſit incolumis. Nec non
in dicta Civitate mortui fuerant præ magno terræ-
motu in illa nocte circa octingenti homines. Illi autem
qui remanſerunt, erant pleni cicatricibus, vulnera-
ti etiam pro majori parte recluſi ſub lapidibus pro
magna ruina terræmotus. Mane autem facto, omnes
illi, qui vivebant, exierunt de civitate eo quod time-
bant, ne ſuffunderetur propter continuationem ter-
ræmotuum, poſtmodum quod terra erat ita deſolta,
& devaſtata, nullus audebat ſtare, vel morari in ea
præ timore magno. Præterea præfata civitas ſuccen-
B *ſa fuit in ruinatione domorum in ſex partes, & com-*
buſta, ſeu cremata fuerunt multa corpora mortuorum.
Impoſterum venerunt forenſes, & Caſtrenſes, qui
erant in circuitu noſtro, & abſtulerunt omnia ſuppel-
lectilia, noſtram pecuniam, aurum & argentum, &
cætera cuncta bona reſtantia. Regnabat tunc in die-
bus illis Rex Alphonſus de Aragonia Siciliæ citra &
ultra. Hacterus monumentum. De eodem terræ-
motu diffusè ſcribit S. Antoninus in Hiſtor. Obiit
Jacobus anno 1469.

XXXV. 37. CAROLUS Setarius, Neapolitanus, ex
Abbate S. Joannis in Flore eligitur hujus Eccleſiæ
Epiſcopus anno 1470. prid. Idus Januarii. Hanc di-
gnitatem cum laude ſuſtinuit quindecim omnino
annos; fato ceſſit Ferdinandi Primi Regis a conſi-
liis anno 1486.

XXXVI. 38. FRANCISCUS de Adamo Lucanus de
Cucchàro, vir doctus, unuſque ex Conſiliariis Re-
gis, ad hunc Epiſcopatum promotus eſt ab Innocen-
tio VIII. anno 1486. die 10. Aprilis. Carolo ſucceſ-
C ſit. Vita autem functus eſt anno 1497. ſepultuſque
eſt in Cathedrali ubi in marmoreo lapide hæc inciſa
verba leguntur.

Franciſco Adamo ex Lucanis, doctrina &
pietate inſigni Epiſcopo Iſernienſi Gaſpar
Adamus artium & medicinæ doctor Fratri
benemer. ac ſibi & poſteris, hoc ſacellum
cum ſepulchro ſua impenſa faciendum cu-
ravit.

XXXVII. 39. CONSTANTINUS Caſtryotus, clara
Regum Epirotarum ſtirpe genitus, cujus parens
Joannes illius Schanderbech invictiſsimi Principis
filius fuerat, ob pulchras ejus animi dotes ab Ale-
xandro VI. officiosè dilectus, Epiſcopuſque hujus
civitatis creatus eſt an. 1498. ad tres annos ſapien-
tiſſimè munus ſibi commiſſum explevit. Neapoli
moritur anno 1500. & in Eccleſia Sanctæ Mariæ de
Nova nobili marmoreo tumulo ſepelitur à paterna
D avia Andronica Cominata Schanderbech relicta
cum hac inſcriptione.

D. O. M.

Conſtantinus Caſtryotus hic tegi-
tur ſanguine & cognatione Re-
gia & Cæſarea clarus, morum
candore inſignis, dignitate Pon-
tifex Aeſernienſis, dum probe
vivit intempeſtive moritur.
Andronica Cominata paterna
avia nepoti optimo poſuit.
A. M. D.

XXXVIII. 40. JOANNES Oliverius Aeſernienſis decla-
ratus eſt Epiſcopus anno 1500. decem omnino annos
in hac dignitate vixit, Romæ mortuus eſt anno
1510.

A 41. MAXIMUS Corvinus, Neapolitanus, XXXIX.
maxima virtute & eruditione vir longe clariſſimus
Joanni ſucceſſit, die 13. Octobr. 1510. Nuntiuſque
Apoſtolicus à Julio II. ſtatim miſſus eſt ad Rempu-
blicam Venetam, à Leone revocatus, maximiſque
adhibitus negociis Lateranenſi Concilio interfuit,
ultimave ſeſsione elegantiſsimè peroravit die 16.
Martii 1517. quæ excuſa eſt in Conciliorum tom. 4.
Aliæ item orationes ejuſdem inveniuntur eruditiſ-
ſimæ. Ejus meminit in Elegia Sannazarius, cujus
erat amicus & genio ſimilis ad amœniores literas
inclinato. Sub Leone X. Papa Neapoli Nuncius
fuit, tandem poſt triginta annorum curriculum pro
Romana Eccleſia exantlatos labores vir digniſſi-
mus Aeſerniæ obiit anno 1522. in Cathedrali hu-
matus, hoc ad tumulum legitur diſtichon.

Maximus in parva Corvinus clauditur urna
Parthenopeſius, qui hac Præſul in urbe fuit.

B 42. Fr. CHRISTOPHORIS Numajus [a], Fo- XL.
rolivienſis, Ordinis Minorum de Obſervantia Ge-
neralis Miniſter à Leone X. S. R. E. Cardinalis
creatus anno 1517. ab eodem defuncto Corvino,
Æſernienſis Epiſcopus pronunciatus die 20. Sept.
1522. quam Eccleſiam ann. 1554. ad favorem nepo-
tis ſui reſignavit. Commendatum item habuit Ala-
trinum Sacerdotium, tum & Regienſem in Gallia.
Anconæ deceſſit 10. Kal. Aprilis 1528. de quo vide
additiones noſtras ad Ciaconium, & doctum Vvad-
dingum tom 8. Annal. Minor.

[a] De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 39.

43. ANTONIUS Numajus, Forolivienſis, XLI.
Cardinalis ſuperioris ex fratre nepos, eidemque in
Epiſcopatu ſucceſſit die 19. Decembr. an. 1554. Hic
Fanum Cathedralis erexit, Canonicorum ſuorum
Collegium plurimum juvit, eidemque plura dona-
vit, ſeditque ſumma ſui nominis fama ann. 42. eo-
que munere ſe exſolvit anno 1567. ſenioque confe-
ctus poſtero anno in patria diem clauſit extremum,
& in majorum ſuorum ſepulchro ſepelitur.

C 44. JO. BAPTISTA Lomellinus, Rhodius XLII.
genere, natus Meſſanæ in Sicilia, Petro & Argen-
tea parentibus die 8. Octobris 1528. Paduæ juris ci-
vilis cum Jacobo fratre germano poſtea Archiepiſ-
copo Neopatren. Lauream ſuſcepit, ad Epiſcopa-
tum Guardienſem, tranſlato Jacobo fratre ad Ma-
zarienſem Eccleſiam, evectus, Concilio Triden-
tino interſuit, ſub Pio V. ex Referend. Utriuſque
Signat. evaſit Aeſernienſis Epiſcopus die 17. Mar-
tii 1567. Præfuit ſumma nominis ſui celebritate
ann. 33. E vivis ſublatus eſt non abſque veneni ſuſ-
picione die 22. Novemb. 1599. & in Cathedrali ſe-
pultus.

45 PAULUS de Curte, nobilis Neapolitanus, XLIII
Jo. Andreæ Regii Conſiliarii filius, Clericus Regu-
laris, ex Epiſcopo Ravellenſi ad hanc Aeſernien-
ſem Eccleſiam tranſlatus eſt die 20. Martii an. 1600.
à Clemente VIII. ſub quo paulo antea Urbis Viceſ-
gerens fuerat. Sedit in hac Eccleſia vir laudatiſſi-
mus ann. 6. ac libere onus depoſuit, Beneventanæ
D Urbis, Spoletani Ducatus præfectus, ac Liberia-
næ Baſilicæ Vicarius fuit Paulo V. ſedente: ſub
Gregorio XV. iterum Viceſgerens in Urbe; Romæ
deceſſit anno 1629. vir morum integritate, pruden-
tia, ſcientiarum omnium peritia illuſtris, quem ego
ſæpe de variis rebus doctiſſime loquentem, non abſ-
que admiratione, audivi, ejuſque animi candorem
eximiamque virtutem ſum veneratus. Hic cum
germanis fratribus parentis memoriam excitavit
Neapol. in majorum ſacello ad S. Severini, ubi ja-
cet in hunc modum.

Jo. Andreæ Modeſti F. de Curte
Non minus gentilitio ſtemmate quam vitæ
ſanctitate illuſtri, Jureconſulto
inſigni
A Carolo V. inter Regios Conſilia-
rios adlecto,

A Phi-

A Philippo filio in ſacri Concilii
Præſide
Ac pro magno Protonot.
Sui Ordinis ſemper Principi, & ad
majora merito adſcito
Quam adepto
Marius ſacrar. literarum interpres, &
concionator apud Hiſpaniarum
Regem
Camillus in ſupremo Italiæ conſilio
Regens
Scipio Regius conſiliarius præmortui Franciſci
fratris ſucceſſor
Fr. Thomas Eques Hieroſolymit.
Lælius Capellanus regius,
Paulus Aeſernienſis Epiſcopus filii
Parenti Opt.
Pietatis ergo PP.

XLIV 46. ALEXIUS Geromaoddius *a*, Interamnenſis, celebris Juriſconſultus, multiſque Præfecturis clarus, à Paulo V. datus eſt ſucceſſor Pauli die 25. Aprilis 1606. Vix quintum annum ſui Epiſcopatus inchoaverat, cùm Romam peteret apud S. Victorem Tabellionem offendit, qui ei ex Urbe litteras afferebat, in quibus perlegendis, equus timore excitatus, Epiſcopum in terram projecit, percuſſoque cervice non multo poſt eodem in loco expiravit die 6. Auguſti 1611. ejus cadaver ad Cœnobium Caſinenſe delatum, in Capitulo honorifico tumulo conditum fuit.

a Memoratur ab Angelono in hiſt. Interamn. par. 2. p. 209. Mondiſ.

XLV. 47. MARCUS ANTONIUS *b* Genuenſis, Neapolitanus. Roberti filius, Canonicus antea Neapolitanus, celebris Utriuſque Juris Doctor, Montis Martani Epiſcopus, ad Iſernienſem Eccleſiam translatus eſt à Paulo V. die 26. Septembris *c*. Scripſit Praxim Archiepiſcopalis Curiæ Neapolitanæ, Manuale Paſtorum, Practicabilia Eccleſiaſtica, Pauperum Advocatum, Petri Naviculam, pluraque alia ſui vivaciſſimi ingenii monumenta poſteris reliquit, quæ paſſim teruntur à doctis. Profuit ac præfuit gregi ſibi commiſſo an. 13. Deceſſit 7. Nov. 1624. die Jovis hora 15. ſepultus in Cathedrali tumulo marmoreo quod ſibi ante obitum paraverat, cui hoc inſculptum fuit dictum.

b De quo Oldoinus in Athen. Liguſt. p. 413. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 203. Mondiſ.
c An. 1602.

Paſtor, Paſtores ſacros, ſacraſque Forenſes
Scriptis qui docuit, conditur intus humo.

XLVI 48. JOANNES Hieronymus Campanilis, Neapolitanus, Marci Antonii ſuperioris patruelis J. U. D. non ignobilis, Epiſcopus antea Laquedonenſis, ad hanc Aeſernienſem translatus Eccleſiam die 27. Januarii 1625. Obiit Neapoli die 22. Junii 1626. jacet in Eccleſia S. Petri de Majella.

XLVII. 49. Fr. DIDACUS Marinus, Hiſpanus, Ordinis Carmelitarum, ab Eccleſia Montis Paluſii ad hanc Aeſernienſem translatus eſt ann. 1626. obiit anno 1637.



XLVIII. 50. Fr. DOMINICUS Jordanus, Neapolitanus, Ord. Minorum de Obſervantia, Marino datus eſt ſucceſſor die 17. Aug. anno 1637. Romæ defunctus eſt die 13. Febr. 1640. Jacet in Aracœlitana Eccleſia hac inſcriptione ad tumulum poſita.

D. O. M.

Fr. Dominicus Jordanus
Neapolitanus
Ord. Minorum Obſervantiæ
Theologus
Provinciæ Terræ Laboris
& Ordinis Pater
S. Inquiſitionis Regni Neapolit.
Conſultor,
Procurator Generalis totius Ordinis
ex Vicariatu Generali
Hujus Ciſmuntanæ Familiæ
Ad Tſernienſem Epiſcopatum
aſſumptus.
Hic dum ſacra Apoſtolica limina petit,
defungitur
Die XIII. Februarii anno ſal.
MDCXL.
Aetatis ſuæ LIII.
Requieſcat in pace
Lector ora pro eo.



51. MARCELLUS Stella, Romanus, Utriuſque Signat. Referend. Aeſernienſis delectus eſt Epiſcopus ab Urbano VIII. die 26. Martii 1640. Neapoli miſerè defunctus eſt an. 1642. etenim cum è curru quo laxandi animi gratia per urbem vehebatur ſe ſurripuiſſet, percuſſo capite, fractoque cervice ibidem expiravit. XLIX

52. HIERONYMUS Maſcambrunus, nobilis Beneventanus, die 6. Auguſt. 1642. in patria defunctus eſt menſe Majo 1643. dum ad Eccleſiam ſuam properaret regendam. L.



53. PETRUS PAULUS de Ruſticis, Neapolitanus, origine Florentinus, nobili Familia natus, ex Monacho Ordinis S. Benedicti Thelaſinus LI.

eva-

evaſit Epiſcopus, deiode ad hanc Aeſernienſem Cathedram translatus eſt die 14. Decemb. 1643. Obiit ſob Innocentin X. („ *anno* 1653.) A

LII 54. HIERONYMUS Bollinus, Romanus, Ordiois Cœleſtinorom Procurator Generalis ab Innocentin X. hoic Eccleſiæ præficitur die 9. Julii an. 1653. Obiit anno 1657. Jacet in Cathedrali, cum optimis moribus & laudabili cura tribus aonis ſediſſet.

LIII. 55. TIBURTIUS Bollinos, Hieronymi ſuperioris germaoos frater, ejuſdemque Cougregationis Cœleſtinorom Monachus & Abbas, vir probus, ad ſuſcitandom ſemen fratris ſui Aeſeroicoſis Præſul adiectus eſt die 28. Maii 1657. Romæ conſecratur. Vivit, diuque vivat Præſul omni laude digoiſſimus.

A D D I T I O.

(„ *Obiit Tibartius meaſe Junio* 1660.

LIV. „ *Fr.* MICHAEL *Angelus Catalanus à S.* B
„ *Mauro, Ordinis Minorum Conventualium, natus*
„ *in oppido S. Mauri Tricaricenſis diœceſis, ſacræ*
„ *Theologiæ magiſter, & divini Verbi inſignis De-*
„ *clamator, olim Secretarius Ordinis, dein Socius*
„ *generalis, & demum Generalis, hac ſede prome-*
„ *ruit decorari* 20. *Septembris* 1660. *Ejus cum laude*
„ *meminit Jo. Baptiſta de Luca in opere, il Religio-*
„ *ſo pratico p.* 366. *Toppius in Bibl. Neapol. p.* 216.
„ *fuſius vero Jo. Franchini in Biblioſophia p.* 497.
„ *Deceſſit an.* 1672.

LV. „ HIERONYMUS *Paſſarellus, Catacenſis,*
„ *J. U. D. adlectus* 30. *Januarii* 1673. *Hic in admi-*
„ *niſtrando grege cum param æquam nactus eſſet*
„ *ſortem, Romæ diu moratus eſt, ut ab objectis,*
„ *adverſiſque ſe entricaret. Demum à rege Catholi-*
„ *co poſtulatus ad Salernitanum Sacerdotium trans-*
„ *latus eſt die* 14. *Novemb.* 1689.

LVI. „ MICHAEL *de Bononia, Nolanus, Congre-*
„ *gationis Clericorum Regularium Theatinorum,* C
„ *ſacræ Theologiæ Lector, pluribuſque ordinis ſui*
„ *egregiè defunctus muniis, Æſernienſi mitra de-*
„ *coratus eſt* 6. *Martii* 1690. *Eccleſiam dimiſit* 2.
„ *Maii* 1698.

LVII. „ BLASIUS *Tertius de Laurea Policaſtrenſis*
„ *diœceſis, J. U. D Vicarius antea Policaſtrenſis E-*
„ *piſcopi, dein Veliternenſis, & Cardinalis Bran-*
„ *catii de Laurea Auditor, ad Eccleſiam Aeſernien-*
„ *ſem promotus eſt* 22. *Decemb.* 1698. *Diu profuit in*
„ *optime adminiſtrando grege, donec mortem oppe-*
„ *tiit menſe Majo* 1717

LVIII. „ JO: XAVERIUS *de Leone, presbyter nobi-*
„ *lis Arianenſis, J. U. D. & patriæ Cathedralis Ca-*
„ *nonicus, ibique Provicarius generalis, ſynodalis*
„ *Examinator, & Convifitator Epiſcopi Theleſini,*
„ *ex Eminentiſs. Laurentii Cardinalis Corſini Au-*
„ *ditore Eccleſiæ Eſernienſi præfectus eſt die* 20. *De-*
„ *cemb.* 1717.

ATINENSES,

EPISCOPI

nunc ſuppreſſi.



ATINA, ſeu ATINUM antiqua & nobilis olim ac celebris Civitas io Volſcis juxta Pontinas paludes poſt Falſataria verſus Iſtrum. Tarracina eam habet à ſiniſtris in loco editn conſtructam in Apennini montis radice, & Melpham fluvium agrum illius irrigantem. Aquino, Soræ, Arpino, Venafro, Monte Caſino finitima. Inter Colonias Romanas numeratur à Frontino. Atina præſtans apud Virgilium 7. Æneid. Ejus meminerunt Livius, Cicero pro Cn. Pianco, Silius, Servius, Pompooios, Plinius, Petrus Marſus ad Jo. Iii Iialici, Leander, aliiqoe. Nemn tamen illorum Atinæ exordium retexuit præter Petrum Diaconum Caſinenſem in Hiſtoria Paſſionis Sanctorum Martyrum Marci, Nicandri, & Marciani, ſcribit enim: *Inter omnes ferè urbes, quas Occidentis limen includit, Atinenſem Civitatem antiquiſſimam extitiſſe perſpicuum eſt. Hanc Rex Saturnus poſtquam à Jove filio pulſus eſt, poſt Civitatis Sipontinæ conſtitutionem, ſecundam in toto Occidenti condidit, atque Atinam appellavit. Hæc itaque ad quantum culmen evecta, & quàm potentiſſima, & doctiſſima extitit, & quales quantoſque artifices habuit, noſſe qui cupit, hiſtoriam Livii, & Virgilii Aeneidem, relegat, ibique qualis olim viguit facundè deſcriptum inveniet.* Sub Arcadio excidium ſeoſit irreparabile, ot narrat Atioenſis Eccleſiæ vetus Chrooica, cives reſtaurandam curarunt. Beneveotanus Dux iterum ſolo æquavit, iterumque Cives excitarunt. Nunc oppidum eſt non admodum frequens. De ejus deſtructione & reſtauratiooe librum ſcripſit idem Petrus Diaconus Caſinenſis. Atina lucem hauſit Evangelii prædicante Marco Galilæo Petri Apoſtoli alumoo, qui ab eodem Epiſcopus ordinatus illuc legatus, Atineoſes brevi ad cultum Chriſti traduxit. Templum Jn via octavo à Magiſtri paſſione io ejus honorem dedicavit, ſuoque ſanguine ſundatam Eccleſiam decoravit. Semel plantatam fidem Atioæ mirificè propagarunt Fulgentius Marci diſcipulus, atque ſucceſſor, Nicander, & Marciaous invicti Martyres ſub Diocletiano, Julianus, Prudeotius, Carus, Poſicrates, qui io perſecutionam rabie palmam tulerunt Martyrii, quorum Acta extaot m. s. apud me. Per plura ſæcola Atinenſes Epiſcopi, Sancti Marci ſucceſſores Romanum Pontificem immediatè cognoverunt, donec Capuanæ Eccleſiæ novæ Metropoli à Joaooe XXIII. Pontifice tanquam Suffraganei ſubſervire, parereque juſſi ſunt anno ſal. 978 *a*. *a An.* 76.
Cœpit deiode Eccleſia hæc ſenſim antiquum amittere ſplendorem, adeoque pauper effecta eſt, ut neceſſum fuerit Epiſcopalem illi adimere dignitatem, & loco Epiſcopi Præpoſitum iostituere Romanæ

Margin letters: D (beside "cultum Chriſti traduxit").

Sedi immediatè ſubjectum, qui hucuſque ea dignitate cum Epiſcopali quaſi juriſdictione exornatur. Epiſcopi verò, qui in hac Sede floruerunt, ſequentes ſunt ex ejuſdem Atinatis Eccleſiæ Chronica, quam ad calcem primi noſtri Tomi *a*, publici juris fecimus: quæ tamen ita ordinationem Epiſcoporum & tempora invertit, ut vix caſtigata tolerabilis evadere poſſe videatur.

a Hanc rejecimus in tomum decimum, ubi etiam aliqua diſſeremus de Atina, ejuſque Epiſcopis, ubi de Epiſcopatibus deperditis.

1. 1. S. MARCUS (1) natione Galilæus Atinenſis Civitatis ordinatus eſt Epiſcopus à Beato Petro Apoſtolo, Cum per plures annos piè & ſanctè eam rexiſſet, poſt glorioſum curſum laboris Martyrio coronatus eſt ſub Diocletiani perſecutione, ſepultuſque eſt in Templo S. Petri, quod in honorem ejuſdem Apoſtoli Atinæ conſecraverat. Paſſus eſt poſt paſſionem Salvatoris noſtri anno 63. à Nativitate ejuſdem 95. 4. Kal. Maii cum ſediſſet ann. 30. m. 5. d. 13. de cujus converſione, ordinatione, ac nobili Martyrio hæc habet Chronica Atinenſis Eccleſiæ, quam ad calcem primi noſtri tomi invenies. *Anno 2. Claudii Cæſaris Petrus Apoſt. cum primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur, ibiq; Evangelium prædicans vigintiquinque annis in Urbe perſeverans. Sed inter eundum ad Atinenſem ſe conſulis Civitatem, hoſpitatus eſt in domo cujuſdam nobilis, & præclariſſimi Viri Palatiani nomine, juxta Templum Jovis propè portam majorem, ubi nunc eſt Eccleſia ejuſdem Apoſtoli, cujus domus parietes uſque hodie integri permanent ob memoriam tanti hoſpitis, & Principis. In quo loco minuit ibi ſanguinem idem Apoſtolus, & barbam raſit. Invenit autem in eadem domo Galilæum quedam vitam in peregrinatione ducentem, Marcum nomine, à quo genus, patriamque requirens, Hebræum ſe eſſe aſſeruit, in Galilæis finibus ortum; quem Apoſtolus futurum Chriſti diſcipulum intuens, Apoſtolicis verbis eum inſtituere cœpit; qui ejus ſuſcipiens monita & lavacrum ſuſcepit baptiſmi. At Apoſtolus cœptum peragere cupiens iter, eundem Marcum novum diſcipulum Romam ſecum adduxit, ibique in fide Chriſti perfectè inſtituens, eum ad olim Civitatem Pontificatus infulis decoratum remiſit, dans in mandatis Evangelium Chriſti inibi prædicare. Cumque prædictus Vir Sanctus ab Urbe Roma fuiſſet egreſſus, officium ſuſcipiens prædicandi, miraculorum ſigna illum comitari cœperunt. Appropinquans autem ad mœnia civitatis prædictæ, ſtationem fixit in villa, quæ Septa Jani vocabatur, non longe à civitate, in qua Idolum aureum, & argenteum ejuſdem colebatur Jani. Habebat quoque eadem villa portas ſeptem undique muris erat vallata. In quo Idolo Sanctus cum ſufflaſſet, mox illud divina potentia redegit in pulverem. Alia die urbem ingreſſus Atinam, ad illud, quod quondam habuerat, hoſpitium rediit; Cujus Palatiani uxor, prædicatione Viri Dei converſa eſt ad Dominum una cum quamplurimis aliis. Templum denique quod Jovis dicebatur quod juxta domum ſuã habuerat octavo anno poſt paſſionem Apoſtoli in ejus conſecravit honorem. In qua nimirum Eccleſia ſeptem Presbyteros, totidemq; Diaconos ordinavit. Prædictus quoque vir Palatianus omnes poſſeſſiones, & facultates ſuas eidem Eccleſiæ conferens, in ſecreta confeſſione Domino ſpiritum reddidit, & ſepultus eſt juxta eandem Eccleſiam in introitu ejus. Sedit autem prædictus Pontifex annis 20. m. 5. d. 13. in quo ſpatio quataque millia & amplius hominum ad fidem Chriſti convertit uſque ad tempora Domitiani perſeverans præſidente in Sede Apoſtolica Beato Clemente Summo, & univerſali Papa. Sub Cleto Papa paſſus eſt Beatus Marcus Atinenſis Epiſcopus diſcipulus Beati Petri Apoſtoli à Maximo Præſide totius Campaniæ, anno poſt paſſionem Domini ſexageſimo tertio, quarto Kalendas Maji, qui Præſes, dum famam Sanctiſſimi Præſulis percepiſſet, miſſa apparitione, coram ſe Sanctum exhiberi percepit: quem cum nequaquam à Chriſto divellere poſſet, poſt macerationem carnis, & famis inopiam, verberibus etiam & flammis adhibitis in Amphiteatrum ejuſdem urbis tribunal ſibi parari conſtituit. Qui, ut erat nequiſſimus, & ad peragendum ſcelus promptus, & avidus coram univerſis civibus, in ejus capite duos juſſit clavos infigi, quorum unum in fronte, alterum in ejus coronam infixerunt. Demum verò eum duobus Presbyteris, cum quibus coram Judice fuerat præſentatus, deductus eſt extra urbem in campeſtri loco juxta monumentum, quod vocatur imperiale, ibique capita eorum à corporibus eccidentes, ea inhumata reliquerunt. Fideles autem, qui intra urbem abſconſi degebant, noctu pergentes, Corpus Beati Martyris Marci ſeparatim à capite poſuerunt, alia verò duo in uno condiderunt ſepulchro: & ſic ubi poſita ſunt permanſerunt uſque ad tēpora Beati Sylveſtri Papæ, præſidente in Sede Atinenſi Maximo Epiſcopo, Imperante verò Conſtantino Imperatore.* Hactenus Chronica, cujus auctor ſcribit Marcum ſediſſe in Atinenſi Eccleſia ann. 20. quod mendum eſſe videtur amanuenſis, qui eam hiſtoriam tranſcripſit: in alio indiculo Atinenſium Epiſcoporum apud me, habetur ſediſſe Marcus ann. 30. quod magis concordat cum vita ejuſdem, cum paſſus dicatur anno ſexageſimo tertio à paſſione Domini, qui fuit à Nativitate ejuſdem 95. ſecundus Clementis Papæ, qui Fulgentium in Atinate Eccleſia Marco ſuffecit. Petrus Paulus Florus Urbinas, qui vitam & paſſionem Marci contexuit, ſcribit Marcum paſſum ſub Domitiano Imperatore anno ſalutis 60. Quod veritati non cohæret, cum Domitianus imperare cœpiſſet anno ſal. 82. Acta ejuſdem Sancti ſcripta metro, ſolutaque oratione conſcripſit Adenulphus hujus nominis ſecundus Capuanus Archiepiſcopus ad Clerum Atinenſem, quæ ex vetuſtiſſimo codice hœdino characteribus Longobardis fideliter exemplata, hic exſcripta libuit recenſere. Ejuſdem Sancti vitam ſcripſit etiam Petrus Diac. Caſinenſis, una cum ejuſdem Sancti translatione, atque miraculis, necnon canticum eccleſiaſticum in ejus ſolemnitate canendum, ac demum de eadem ſolemnitate ſermones octo, quæ omnia m s extant apud me hactenus inedita. Ejuſdem etiam Sancti translationem, & ſermones ſcripſit Leo Atinatis Epiſcopus Adenolphi Archiepiſcopi Synchronus.

Incipit Epiſtola in Paſſionem
Beatiſſimi Marci Atinæ civitatis
Epiſcopi ab Adenulpho Capuanæ
Sedis Archiepiſcopo ſcripta.

Æterni Regis diſciplinam ſequentibus, univerſis in Chriſto ſanctiſſimi Fratribus in Sanctæ Dei Genitricis Eccleſia vitam Angelicam exercentibus, Adenulphus Capuanæ Sedis Archiepiſcopus calculum candidum à Jeſu Chriſto Domino feliciter promereri. In unitate fidei mirabiliter congregati, formam vobis ſumitis Sanctitatis, & terram Ægypti caliginem fugientes, ſpirituali cantico veſtris in labiis reſonante, ad repromiſſionis terram ſicut alacriter, ita etiam & feliciter properatis. In montem Dei Oreb greſſu inflexibili conſcendentes, poſteriora Domini felici oculo intuemini, ubi vos Moyſe nobiliter educante cum populo via regia gradientes, neque ad ſiniſtram, neque ad dexteram declinatis; ſed curſu indeclinabili eum ad patriam introductum efficaciter edocetis, Antiquorum Patrum ſacra veſtigia imitantes; Patriarcharum pariter, & Prophetarum doctrinam eo quo debetis pio religionis intuitu proſequimini, qui in deſerto, & in invio, & in inaquoſo ſcripturarum puteos fodientes, mirabile vobis exemplum in ſuis actibus tradidere; quia in aquarum nimia affluentia divinæ ſcientiæ largiſſuos fontes ſpiritualiter reſeravere. Habetis in cordibus aquam vivam ſalientem in vitam, cujus plenitudinis inundantia totam terram ejulatibus irrigatis, & ut fidelium per vos mentes refulgeant aurum exinde optimum apportatis. Vos autem genus electum, regale Sacerdotium,

gene

(1) Serius vixiſſe, martyriumque ſubiiſſe hunc S. Marcum opinatur Henſchenius in Actis 8. Junii tom. 3. col. 368. ac eliam, quæ circa ejus ævum antea ſcripſerat Papebrochius t. 3. Aprilis p. 541 ubi Marci acta referuntur. Horum propterea Epiſcoporum ſeriem aliter digerit, adeout primus Atinenſis Epiſcopus fuerit Hilarius, tum Urbanus, ac Lucius, deinde hic S. Marcus, cui ſucceſſerit S. Fulgentius, Salomon, & reliqui deinde prout in Ughelliana ſerie.

gens ſancta, populus acquiſitionis, Jeſus Chriſtus in domicilio veſtro Doctor ſimul & hoſpes inhabitat, cui & cum Martha miniſtrare ſatagitis, & cum Maria illius eloquia taſta diligenter audire ſtudetis; ſedentes in ſpeluncæ oſtio cum Helia expectatis ſibilum auræ tenuis, qui nimirum ad ſupernæ patriæ gloriam ineffabili cordis inſpiratione vos provocat & invitat. Duplex illius ſpiritus in vobis remanſit; quoniam aſcendentem illum cum Heliſeo vidiſtis; unde & prophetarum filii vos cum Heliſeo ſequuntur, quia fidelis populus ad honeſtatis, & religionis veſtræ doctrinam pio Charitatis intuitu invitatur; circum doctrinas ſunt murus inexpugnabilis, & protegit vos dextera Chriſti, qui mentes veſtras ab omni ſorde vitioſa eliminat, & immenſa ſuæ gratiæ inſpiratione alluſtrat: Jam denique per plateas Hieruſalem, quæ auro mundo ſternuntur cum virtutum odore inceditis, & almis SS. Patrum veſtigiis innitentes, eorum tum vitas, quàm paſſiones excolitis ſolemniter & celebratis; ſpecialia tria virtutum genera diligentes, medio noctis tempore ad amicū acceditis, & tres panes Evangelicos ab eo cū maxima precum inſtantia, imò cum importunitate nimia poſtulatis; vos namque qui Jeſu Chriſti ſunt præcepta mirabiliter exequuitantis mentis devotione colitis & honoratis, ut & in paſſione ſocii, & virtutum ſplendore in eis videamini ſemper eſſe conſpicui. Rutilat inter vos pretioſus Martyrum cruor, quorum beatiſſima patrocinia civitatis veſtræ honorem amplificant & exaltant, & inter adverſa vos protegunt; & defendunt, & inter proſpera lætificant & exornant. Sæva perſequutorum rabies cum plures SS. longè lateque gladio peremiſſet, Beatiſſ. MARCUM ſpecialem vobis reddidit martyrē, eumque in Atinenſi nobiliſſima civitate ſanguinis effuſione, & Martyrii palma glorioſum effecit. Colitis igitur Martyrem veſtrum, eumque tanto propenſius celebratis, quantò propenſius in Chriſti amore ferveſcitis; Cujus i enarrādæ paſſionis hiſtoria, quæ minùs doctè fuit olim à quibuſdam compoſita, meæ ſimplicitatis imperitia, ut iterata vice componendo differum poteſtativæ precis authoritate compellitis, & quod de tanti Martyris conſtantia immenſa Philoſophorum exprimere deberet facundia, meæ inſcientiæ parvitate violenti exactione eleganti ori ſtylo reſerare injungitis: Pia namque voluntatis eſt quod imperatis, & ab univerſis laudabile, quod depoſcitis; ſed niſi veſtris orationibus fulciatis, in via prius deficiam, quàm ad patriam recto itineris curſu perveniam: Confiſus tamen de eo, qui turbam in deſerto, ne in via deficeret, ſuæ ubertatis gratia pavit & diſcipulos ſuos in campeſtri loco, ut alios docerent edocuit; opus aggrediar quod jubetis, veſtræque petitionis voluntatem ſupplere in omnibus ſtudeo, & quod recto cōſiderationis intuitu poſtulatis, ſecundum mearum virium facultatem, etſi eloquentia ſterili, ſolutione tamen veridica & omninò fertili, exequutioni magnopere mandare curabo. Univerſaliter itaque omnes in Domino commonentes rogamus, ut ſacratiſſ. Martyris triumphū atque victoriam, qualiterque ad Æthereum Regnum laureatus aſcenderit, illius paſſionem, geſtaque legentes, tota mentis intentione percipiant, utque totius poſtpoſito dubietatis ſcrupulo fideliter credant. Nemo quidem me exiſtimet novellam Martyrii plantationem in Jeſu Chriſti Eccl. introducere; quia antiquus eſt iſte Martyr, non rudis, nec eſt novitius; ſed ex primitivæ naſcentis Eccl. prole fœcunda, Beatiſſ. MARCUS inter primos unus fuit de primis alumnus, ſicut in ſubſequentibus Domino largiente geſta narrabit Hiſtoria. Nunc igitur univerſos iſtius Martyris votiva ſollemnia recolentes, ex quo debemus benigno pietatis ſtudio exoramus, quatenus & Chriſti amor ſemper in vobis ferveat, & ſui militis invictiſſimi concepta in mente devotione frigeſcat, etiamcum prout credimus & ſperamus tam Eccleſiæ veſtræ ſpecialis honor, quam & totius Civitatis inexpugnabilis cuſtos.

Incipit Prologus.

Ineffabilis ſummæ Deitatis clementia ſacroſanctum Eccleſiam nec habentem maculam, aut rugam in ſuo corpore mirabiliter dedicavit, eamque ſicut glorioſam ita etiam & fœcundam in omnibus ſanctis effectibus, ſeptiformi Sancti Spiritus gratia in Apoſtolos

A *ſupervenientis, ſuæ benignitatis inundatione replevit, eoſque ad evangelizandas omnes nationes direxit. Mira pietatis gratia, mira & inſignis ſanctarum virtutum præpotens efficacia; Nam & in miraculis virtus effulſit, & in potentia virtutum plus Eccleſiæ vigor excrevit. Pretioſa eſt etenim in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus, qui nimirum quantò ferventiores pugnant in ſtadio, tanto feliciores vivunt in Regno: Vivunt profectò qui vitam mortuis cedunt, & per totius orbis circulum ſignis inenarrabilibus in terris exuberant, & in cœleſti gloria velut aſtra matutina ſine fine coruſcant. Proſperum iter Deus ſalutaris noſter Martyribus ſuis oſtendit, ut, & ſanguinem pro ipſo funderent, imò meritò ſibi mercando perciperent à præſidente in cœleſti ſolio. Ipſe namque qui eſt glorioſus in Sanctis, & in majeſtate mirabilis, Martyres ſuos inter vincula, & tormenta glorioſos reddit & patientes, & in Sanctis actionibus eos declarat mirabiliter efficaces, atque potentes. Refulget nobis, tamquam in ſpeculo vita Sanctorum, quos profectò ſi devotiſſimè veneramur, in terris, præcipuos*
B *eos habebimus interceſſores in cœlis. Sacratiſſimi denique Martyrii palma tanto ſublimius rubeſcit in cruoris beata effuſione, quanto propenſius ferveſcit in Jeſu Chriſti ampla dilectione; Videtur planè quod inter ſpiritualia charismata ſanctorum ſanguis velut ignis rubeſcat, & vita eorum, ſicut liliorum candor in actione clareſcat. Æterna, & incommutabilis providentia individuæ Trinitatis. Lapidibus pretioſis incluſis aurea eos corona exornat, ſāctiſque muneribus rex regum ſua in ſupernis tribuens donativa, recompenſatione illos benigniſſimè ditat, Sancti namque ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres per fidem tantum regna vicere, nec deficientes in paſſionibus, de humani generis hoſte victoriam obtinendo, propter inæſtimabilem immenſæ ſpei beatitudinem paſſionis calicem feliciter guſtavere: Eximiæ verò charitatis in animo retinentes fervorem, ſpiritualem in ſuis mentibus conceperunt amorem; Eos nempè quos Mater Eccleſia tanquam parvulos lacte nutrivit, poſtquā ad*
C *ætatis plenitudinem venientes ſolidum cibum ſumpſere, & poculum nihilominus ſpirituale bibere; felici demum cruore perfuſos, divina illos clementia ad Regnum decoris provexit, & quemadmodum triumphatores à certamine milites redeuntes in æternæ gloriæ manſione ſollemniter, & jocunde recepit: De quorum victorioſo, lucidoque Collegio, unum de primitivis Eccleſiæ filiis Beatiſſ. MARCUM Atinæ Civitatis invenimus fuiſſe Pontificem, qui certè eo amplius ſublimis fulget in ſignis, quo felicior inter antiquos Patres Regnum Dei appropinquandum facundus, & promptus incredulo populo ſuis declaravit in verbis. Hic etenim glorioſus Martyr & Pontifex purpureo rutilans diademate, Atinenſem Eccleſiam, ac ſi proprio ſanguine Chriſti mirabiliter acquiſitam ſumma honoris gratia ditat, eamque virtutum radiis plenius glorificando illuſtrat; Civitatem ſanè per omnia reddens inſignem, ſuis patrociniis fovet, & protegit, eamque defendendo clarificat, & exaltat. Hujus igitur ſacratiſſimi Martyris paſſionem, ſicut in ſuperiori*
D *epiſtola plenius continetur, rogatus unanimiter à fratribus, blandeque coactus, ea qua convenit alacri ſatis devotione deſcribendam Domino annuente ſuſcepimus. Quapropter maxima precum inſtantia obſecramus ut eorum interceſſionibus, Sanctiſſimi Martyris patrocinium impetrare una cum noſtris ſuſpiriis valeamus, qui meam ignorantiam ea ſcribere coegere, in quibus labia incircumciſa, & lingua omninò polluta balbutiendo ſuccumbunt, & ſuccumbendo deficiunt. Ipſius denique beatiſſ. Marci ſuffragia voto ſupplici poſtulamus, ut qui excelſus vocatur in nomine, humiles, & eloquentes nos reddat in ſuæ laudis ſermone; Juſtum namque dignumque à fidelibus creditur, ut cujus præmia devotiſſimè recolimus in terris, illius ſanctum auxilium habere mereamur in cœlis, nos ſcribentes, & vos legentes poſtulemus in cœlis. Legat ergo quicunque voluerit, & omnem à ſua mente dubietatem procul abjiciat, quia totius nos ambiguitatis expulſo nubilo, ſereniſſimam iſtius Sancti enarramus hiſtoriam.*

Incipit Paſſio ejuſdem SS. Epiſcopi & Martyris.

Beatiſſimus MARCUS Galilæus igitur ex Galilæis parentibus ortus, necdum Baptiſmatis unda renatus, ſed ſacri Martyrii diademate feliciter purpurandus ab ipſius primævæ ætatis erumpente crepuſculo in eximiæ ſimplicitatis confidentia ambulavit, & paternarum traditionum cerimonias obſervavit; Erat enim felix in inſtitutione Moſayca, felicior futurus Apoſtolicæ fidei doctrina mirifica: Nam, ut omnibus in propatulo claruit, illud apud ſe fideli voto tractavit in mente, quod poſtmodum glorioſus oſtendit in actione. A Galilæis finibus divina providentia veniens, poſt longa marium, terrarumq; diſcrimina, in Atinenſi tandem civitate ſui curſum itineris terminavit, ibiq; nobile hoſpitium benignus hoſpes ſuſcepit; Quæ nimirum Civitas, ſicut ea antiquitate nobilis, ita etiam & bonis moribus erat flore jocunda, & licet adhuc gentilitatis eſſet caligine nubila, ſuæ tamen celſitudinis magnificentia inter cæteras urbes fulgebat eminentiſſima. In hac itaque Urbe ingreſſus inſignis Agonotheta Chriſti futurus Beatiſſimus MARCUS, cuidam Palatiano egregio & nobili viro adhæſit, qui una cum conjuge ſua Aureliana benignè ſatis & officioſè in domo ſua ſuſcepit, atque prout divinæ placuit voluntati, apud ſe retinuit; Erat quidem vir memoratus, ſicut nobilitate præclarus, ita etiam & divitiis locupletiſſimus, nihilominus & in hoſpitalitatis charitate precipuus, gentilis tamen & idolis ſerviens; ſed miſericors, & miſerator Dominus, cujus miſerationes nec principio, nec termino ullo clauduntur, iſtius domum ſuæ benignitatis gratia, miro & inæſtimabili modo reſpexit, atque Palatianum cum Aureliana conjuge, quemadmodum, quendam Centurionem Cornelium Apoſtolica preſentia viſitare decrevit. Æterni Patris unigenitus filius poſtquam & intemeratæ Virginis utero aſſumptam noſtræ ſervitutis formam, Jeſu Chriſtus Dominus noſter glorificavit, eamque ad Patris dexteram mirabiliter collocavit, eos, quos reliquerat in terris Apoſtolos, Sancti Spiritus gratia illuſtravit, & per totius orbis provincias ad evangelizandum direxit: Apoſtolorum igitur Princeps, & Cæleſtis Regni Claviger Beatiſſimus Petrus, ex quo Antiochenam Cathedram ſui Pontificatus immenſo munere conſecravit, ad eminentiorem omnium urbium Romam Domino jubente ſe ſe conferre propoſuit. Ex Antiochia verò Apoſtolus arrepto itinere, marinis ſe fluctibus dedit, atque proſperitatis aura ſpirante, optatum portum cum Jeſu Chriſti vexillo ſignifer inexpugnabilis petiit. Tandem Romam intereundum, ad Atinenſem ſe contulit civitatem, ut eum prius athleta Chriſti fortiſſimus viſitaret, in qua MARCUM ſibi diſcipulum acquireret, per quem & eandem civitatem à dæmonum ſervitute eriperet, & ad veræ fidei cultum vocaret. Venit igitur tanquam à Deo miſſus cæleſtis nuncius, domum eſt ingreſſus Palatiani, ibique MARCUM reperit Galilæum: quem profecto cum ſancto afflatus Spiritu cognoviſſet Apoſtolus eſſe advenam, multis eum cæpit tentare ſermonibus, & quis eſſet, vel unde, quod etiam nomen haberet inquiſivit attentius, ad quem ille ſimplici affatus eloquio, hujuſmodi dedit reſponſum; Nomen mihi, venerabilis pater, MARCUS eſt, à cunabulis ex Galilæa provincia oriundus, tanquam exul & advena in iſtis partibus maneo, & vitam in peregrinationis ærumnoſa calamitate conſumo: Paternis verò traditionibus die noctuque ſolerti cura invigilo, ſacræ legis cenſuram à Deo per Moyſen famulum ſuum Iſraelitico populo cælitus datam fideli devotione obſervo; ipſumque cunctarum rerum authorem, omniumque viventium eſſe vivificatorem, ſicut ex cordis æqua ratione confiteor, ita etiam ex oris certa aſſertione approbo, & confirmo. His & hujuſmodi verbis ex ore illius acceptis Sanctus Apoſtolus gaudio exultavit immenſo, & gratias exinde creatori omnium retulit Jeſu Chriſto. Ex hinc ſuæ prædicationis ſumens exordium Jeſu Chriſti diſcipulus, ut in MARCO veterem hominem renovaret, ſacris eum cæpit documentis inſtruere, atque ad regenerationis lavacrum provocare. Pellem namque vetuſtate conſum-

A *ptam purificationis gratia ſatagebat ſuo Domino reddere novitate præclaram, & quæ cæcitatis erat obducta nigredine, ſtudebat candidã reddere pro virtutum ſplendore; Et incipiens ut in Evangelio legitur, à Moyſe, omnibuſq; prophetis, interpretabatur illi ſcripturas, & totius veteris inſtrumenti ſeriem multipliciter evolvendo, myſticas et prolatas de Filio Dei ſententias ore mellifluo reſerebat; Referebat Vir Domini, qualiter primus homo diabolica fraude deceptus, juſto Dei judicio de Paradiſi fuerit amœnitate excluſus, & in horrendã maledictionis terrã ejectus, univerſis fuit anguſtiis & tribulationibus miſerrimus, & inobediens ille expoſitus, Nec prætermittebat, quod creſcente malitia ſuper terrã, ne iniquitas ultra procederet, ſtatuit pius & miſericors Dñs, ut humani generis culpa & per aquã diluvii plecteretur, & per novam regenerationis ſacratiſſ. undam ad veræ fidei gratiã purificatus homo reduceretur; ſic namq; omnia diſſerendo diſcutiebat, quo modo in legis doctrina illius recitabantur eloquia, modo ſermo ſaciendus ad Patriarcharũ & Propheta-*
B *rum recurrebat quantocyus vaticinia. Sic demum Beatiſſimus ille, cui nec caro, nec ſanguis divina myſteria revelavit, ſed pater qui in Cælis eſt, ſuæ doctrinæ ſpiritualia chariſmata promulgavit, & veræ fidei confeſſionem benignum auditorem inflexit, quod eum ad Jeſu Chriſti lavacrum feliciter provocavit, & in angulari lapide fundator eximius petram incorruptibilem miro documento inſtituit; Intra domum namq; memorati Palatiani eum Apoſtolico more catechizando erudivit, ſicq; Dominicis præceptis plenius inſtruxit, & illum ſacra Baptiſmatis unda in Sancti Spiritus gratia regeneravit, & univerſa divinæ legis mandata benignus magiſter eum edocuit. Novus itaque diſcipulus ad veræ fidei cultum vocatus magiſtri cæpit ſacris veſtigiis inhærere, & immaculatam, quam per aquam & Spiritum renovaverat vitam, piis ſtuduit actibus decorare. Apoſtolus deniq; peragere cæptum cupiens iter, MARCUM ſuæ inſtitutionis alumnum ſibi aſſociat, & in univerſis ſuis laboribus digna eum experientia probat. Ex Atinenſi verò civitate pariter*
C *egredientes, & per diverſa locorum hoſpitia, verbum veritatis & fidei prædicantes, tandem ad Romanæ urbis mœnia veniunt, & itineris curſum inter gentilium populos ſtatuunt. MARCUS igitur in fide promptiſſimus ea, quæ ex ore Apoſtoli procedebant plenè mentis acumine percipere modis omnibus ſatagebat, & in ſui pectoris ſacrario ſtrenuè recondebat. Agebat denique Vir Domini, qualiter & veritatis doctrinam cognoſceret, & cognitam ſanctis operibus adornaret. Fulgebat quidem in ſignis, atque miraculis, qui erat virtutum efficacia præpotens & mirabilis, & quem divina gratia ſui muneris fulgore irradiabat, ſanctitatis eximiæ operatio laudabilem & perſpicuum omnibus exhibebat: Apoſtolica documenta ita intra ſe retinere curabat, quod prædicationis munus aliis fideliter refundebat, eoſque ad æternæ felicitatis gloriam continuis exhortationibus incitabat: proindè carus, acceptuſq; Apoſtolo erat, quoniam in ſacris actionibus morum honeſtate fervebat, nec quaſi rudis, & in fide novitius, ſed tanquam miles egregius, optimus certa-*
D *tor adverſus ſævientis ignita jacula inimici, murũ ſe inexpugnabilẽ opponebat; ſicut erat totius ſanctitatis diſciplina nec mediocriter informatus, ita nimirum S. Spiritus igne videbatur accenſus: Cernebat quidẽ obſcena gentilium ſacrificia, eorumq; inſaniam deteſtabilem benigno affectu corrigere non deſiſtebat; Ad hoc namque increduli populi aures demulcendo inflexit, quod Chriſtianitatis titulo mirabiliter inſignitam, innumeram eorum multitudinem ad ſuperna polorum gaudia ſublimando provexit. Erat ſanè illius ſollicitudinis magna ſolertia, ut credentium multitudini eſſet cor unum, et anima una, nec diſcreparet à veritate, quod concordabat in pura fidei unitate; Et ſiquidẽ rudimentis, quę à magiſtro didicerat, alios etiã inſtruere nequaquã ceſſabat, & illius prędicationis ſermo de die in diẽ incrementũ virtutis & gratię percipiebat. Hęc & his ſimilia benignus magiſter in MARCO diſcipulo intuens, et felici conſideratione divinã in eo refulgentem gratiam animadvertens, immenſa cordis alacritate.*

per-

perfuſus ad potiora eum reſervatum eſſe plenius intellexit; in quibus feaudatus minimè extitit. Non immemor verò illius, quam olim celiquerat Atinæ civitatis Apoſtolus, ad Pontificatus apicem ſumma cum honorificentia MARCUM provexit, dignisq; eum infulis decoravit: Antiſtitis igitur dignitatem adeptus Vir Domini, & in eminentiori gradu feliciter ſublimatus, quibus virtutibus emicuerit, quæve, quantaque ſigna per eum ſit Dominus operatus, univerſis luce clarius patet; quippè cum divina cooperante clementia innumeris virtutum prodigiis uſq; hodie fulgeat, & celebris illius devotio in ſuis famulis plenius per omnia elucescat; Sed jam ad narrationis ſeriem articulum reducamus, & quo ordine Atinenſem viſitaverit Vrbem literis mandare diligenti ſollicitudine ſtudeamus. Coruſcantibus deniq; in Beatiſſimo MARCO ſignis atque miraculis, tanta in ipſo efficacia curationum refulſit in brevi, quod cæleſti eum gratia proſequente, à variis, diverſiſque langueribus nonnulli civium emundati, atque curati, ſaluti priſtinæ mirabiliter reſtituti fuiſſent, & Omnipotentis Dei magnalia ſuis confeſſionibus omnes unanimiter proprio ore reſonarent.

Interea celebratis in Romana urbe tam innumeris ſignis, ea, quæ per Dei famulum divina gratia quotidie declarabat miracula, ad Magiſtri notitiam perveniebant, quæ videlicet, nec ſurdus auditor ſatis benignè in ſui pectoris ſecretario recondebat. Ex obſeſſis namque corporibus dæmones imperii ſui verbo eiiciebat, lepreſos mundabat, paralyticos curabat, cæcos illuminabat, mortuos ſuſcitabat, ita ut merito illud Evangelicum Salvatoris, illi de jure congrueret. Pater meus uſq; modo operatur & ego operor; & item in alio loco Dominus dicit. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & majora horum faciet. Apoſtolus igitur eum, quem in Eccleſiæ gremio educandum quondam ſuſceperat, attendens in fidei diſciplina propenſius eruditum, & in Sacramentis omnibus vehementer inſtructum, qualiter eum ad civitatem Atinenſem deberet remittere, competenti cœpit deliberatione diſponere, quod è veſtigio, nec ſegnis magiſter exequutioni mandare curavit; Nulla in medium mora ad ſe quantocyus accerſitum, univerſa ei mandata propoſuit, & ſecundum Apoſtolicam, quam ei tradiderat decretalem per omnia ſanctionem, examine ſubtiliori perquirit; Sed cum in ſacræ legis edictis apprime eum imbutum, & accuratiſſimè informatum præſenſit & intellexit, Authori bonorum omnium Deo immenſas gratiarum actiones perſolvit; Dehinc Dominicas illi oves ad regendum committens, poteſtatem, quam à Jeſu Chriſto Domino fideli videlicet teſte ſuſceperat, ſui Apoſtolatus authoritate, digna moderatione conceſſit, ſanctique Spiritus munere ad ligandum, ſolvendumq; æqua traditione participem fecit. Sic demum Apoſtolica benedictione poſtulata, atque percepta, ſecurus jam de adipiſcenda æternæ felicitatis gratia, profectionem lætus arripuit; egreſſuſque ab Vrbe, continuò prædicationis officium inchoavit; & mira ſummæ Deitatis clementia, tanta eum comitabatur ſignorum efficacia, quod per ſingulas civitates, per finitimas manſiones, vel quocunque ſe Dei famulus conferebat, creſcente in illius ore fidei verbo, quot variis detinebantur infirmitatibus, protinus fuſis ad Dominum precibus, ad ipſius nutum priſtinam incolumitatem recipiebant, reſolutiſq; vocibus digna Chriſti præconia per ora omnium reſonabant. Tandem appropinquans ad eam, quam olim deſeruerat civitatem, quæ nimirum in prædicationis ſorte ſibi fuerat attributa, nec longiuſcule ab ipſius mœniis civitatis, ſui itineris ſtationem, in villa, quæ Septejoni dicitur, fixit, ibique ad modicum requievit; Vbi cum idolum aureum, pariter & argenteum reperiſſet, mox illud redactum in pulverem, dignis execrationibus delevit, & conculcavit, atque proſperum exinde faciens iter Vir Domini totius ſanctitatis decore irradiatus, Atinenſem ingreditur civitatem: In hac igitur urbe Vir Dei ingreſſus, eam quam prius deſeruerat domum priſtina viſitatione requiſivit, cui de more ſalutationis proferens verbum, Apoſtolicis eum ſermonibus benedixit, quem cum de priſtinæ charitatis fœdere diligenti examine requiſiſſet, uxorem illius univerſæ carnis debitum jam perſolviſſe cognovit. Ad hæc Vir Domini blandis eum exhortationibus conſolatus, exordium prædicationis ei facere cœpit, qualiterque iſtius ſæculi ſtatus pariter cum vita ſimul etiam & cum deliciis omnibus periturus ſit, atque caſurus, evidentiſſima ſatis expreſſione oſtendit. Ajebat planè quod ſingula, quæ humanis oculis videntur eſſe ſubjecta, vana ſunt omnimodo & caduca, & ab univerſis fidelibus penitus abdicanda; Sanè inviſibilia Dei vera eſſe, & omninò æterna, nulloq; ororſus fine claudenda, nimia inſtantia affirmabat; hæc namque, dicebat, intemeratæ fidei credentibus ſacra myſteria præſtant; hæc nihilominus arcana vobis judicia manifeſtant; hæc Angelorum & hominum veræ pacis integritatem reformant, quodque cæteris eſt excellentius, divinæ celſitudini majeſtatem inæſtimabili modo nobis ineffabiliter repræſentant, & illius cognitionem perſpicua ratione declarant. His verò attonita mente perceptis Palatianus, & intra ſemetipſum nec modicum ſtupefactus, quænam eſſet novæ inſtitutionis regula, quæ talia de ſua ratione proferret, tacitis cœpit cogitationibus ſecum revolvere & pertractare; quem cum vir Domini diù hæſitantem conſpiceret, vultumque illius immutatum cognoſceret. Conturbant te, inquit Amice chariſſime, tuæ mentis cogitationes? movent animi tui ſecreta ea, quæ divinis ſunt inſerta codicibus? Conſtans eſto fili in verbis, providus in ſermonibus, credulus deinceps in noſtris promiſſionibus, quoniam quem hoſpitalitatis gratia me quondam hoſpitem ſuſcepiſti, illuminatorem tuæ animæ in præſenti recipere meruiſti; ad hoc namq; me Dominus Jeſu Chriſtus direxit, qui tuæ petitionis vota ſolita pietate reſpexit, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui nos vocavit in admirabile lumen ſuum, ut relictis omnium idolorum tenebris, in fide probatus, atque acceptus, ad æterni luminis claritatem fidei voto purificatus accedas, quotenus ſacri Baptiſmatis unda renatus, immarceſſibilem coronam dignè percipere merearis. Quid plura? quid Palatianus ageret ad iſta reſpondere quidem rationi volebat, ſed contradicere loquenti nequaquam audebat; quoniam intra ſe veritatis verbum concipiebat, & æternæ felicitatis bravio perfrui ſummopere anhelabat: Nam quem ſuperni muneris inſpiratio ad fidei cultum vocabat, hunc infeſtare cruenti beſtia ſævitia non valebat. Conſentit tandem ſalutaribus dictis, obtemperavit fidelibus monitis, & à langueribus ſe attentius mederi depoſcit, quos in idolorum cultibus diutina temporum vanitate contraxit; Datur deinde fides, credulitas adhibetur, confeſſionis decretum proponitur, ſed & jejunium triduanum indicitur. Quibus ritè peractis, & celebratis, tertio die Epiſcopus unà cum ſuo illo familiari præcipue ad fontem procedit, aquam Baptiſmatis benedixit, hominem ſacri Chriſmatis liquore perungit, & conſitentem cum omni integritate fidei ſuam credulitatem ſacri Baptiſmatis unda regeneravit, quem etiam de fontis lavacro ipſe ſuſcepit. Eodem die ſancti Spiritus cooperante gratia, baptizati ſunt & cum eo numero hominum promiſcui ſexus & ætatis quinquaginta ſeptem. Templum denique Idolorum, quod idem Palatianus juxta domum ſuam habuerat, congeſta in unum ſimulacrorum omnium multitudine, atque contrita, ad honorem ſanctiſſimi ſui magiſtri Apoſtolorum videlicet Principis, templum Jeſu Chriſto Deo ſanctus Epiſcopus venerabiliter conſecravit; in qua nimirum Eccleſia ſeptem Presbyteros, totidem Diacones ordinavit cum ea, ubi inceſſanter die, noctuque divina vota perſolvens ſacroſancta Dei myſteria devotiſſimè celebrabat: ſed & plures circumquaque degentes unanimi voluntate frequenter collectos, ſacris fidei documentis erudire curabat; eoſque Chriſtianæ inſtitutionis cenſura diligenter inſtructos per aquæ regenerationem illuminabat. Non multis verò evolutis temporibus Palatianus in ſancta fidei confeſſione perſiſtens, in ſupradicta Beati Petri Baſilica jejuniis & orationibus continuè vacans, dormitio-

nem accepit in Domino, & ſcaculum fidei, quod in Chriſto ſuſcepit, bravium ſupernæ remuneratio nis ab eodem recipiens, fideli voto repræſentavit. Nunc igitur ad narrationis ordinem redeamus. Elapſis namque trium annorum curriculis quinque millia ferè virorum & mulierum jam ad fidei religionem Sanctus Epiſcopus ſua prædicatione perducens, Eccleſiam quotidie in Domino confortabat, & ut emolumentum in actionibus Sanctis perciperent, paternis exhortationibus roborabat. Sed ecce iniquorum omnium caput diabolus ſuperveniens, qui aliquando unius felicitati invidens, malignis ſuggeſtionibus protoplaſtum de Paradiſi amœnitate dejecit, Jeſu Chriſti Eccleſiam impugnare callida verſutia cœpit, & in ſuis ſatellitibus minabatur, quod exercere nequiter proponebat. Quidam namque Maximus nomine totius Campaneæ Præſidatus officium gerens, cum eſſet unus diaboli paraſitus furibundus, Atinenſem pervenit ad urbem. Hic autem à Nerone crudeliſſimo Cæſare ſuæ immanitatis peſtilentiæ Cathedram ſumens, ita Imperatoris ſui tyrannidis ſævitiam in omnibus eſt proſequutus, quod ad Sanctorum ſe necem protervè invexit, multoſque ferina crudelitate peremit. Per Imperiales denique faſces Domitiano Principe ſuccedonte, iſte ſuæ impietatis nequitiam exercebat. Eodem verò tempore cum in Atinenſi urbe univerſos ad idolorum culturas, vel cæremonias compelleret, & provocaret; Beatiſſ. MARCI prædicationis ſermo illuceſcebat. Illius etenim tanta erat virtus ſignorum, quod ei ſacræ doctrinæ opinio ubique diffundebatur, & per ora omnium pio rumore divulgabatur, quod profectò latere minimè potuit. Pervenerat quidem ad aures illius nequiſſimi Præſidis, ſanctiſſimi fama Pontificis, & prædicationis verbum ei jam innotuerat, quibus furibundus ille multorum relatione comperta, nimio furoris igne ſuccenſus, illicò eum ad ſe accerſiri præcepit. Cumq; Beatiſſimus Pontifex in conſpectu nequiſſimi Judicis oblatus fuiſſet, nullamque ei, prout aſſolet, favorabilem reverentiam exhibuiſſet, protinus veſano Judice innuente, unus ex circumſtantibus ſtricto vehementius pugno, Pontificis labia graviter percuſſit; eumq; tanquam indiſciplinatum & contumacem procaci vultu acerbius reprehendit. Cui Sanctus eximiæ ut erat ſimplicitatis mitiſſimo affatu reſpondit; Quid tumoris, vel arrogantiæ in ſenem ſimplicem reprehendis? Quid contumeliæ mea tibi mollities irrogavit? Quid in me redarguis quod in te ipſo ex ratione conſiderare nec noſti? Hæc ſiquidem magiſtri noſtri ſunt documenta, hæc ſanctarum virtutum præcipua ſunt inſtrumenta, hæc eſt Chriſti noſtri ſumma ſanctitatis doctrina, ut percutienti maxillam præbeamus & alteram, & ut maledictum de ore noſtro non procedat, & orare pro perſequentibus, & calumniantibus nos; Hujuſmodi vero Chriſtus Deus noſter virtutum nobis exempla reliquit, & humilitatis præbuit magiſteria. Ad hæc iniquitatis arbiter nimio furore commotus, torvo eum intuens vultu; Quo, inquit, infeliciſſime auſu? qua inſania? quave temeritatis audacia nobis coram poſitus talia proferre verba ne erubeſcis? An fortaſſe ſtulta ſimplicitate, vel quod certius deprehenditur, nimio confectus ſenio immoderata capitis inſania fatigaris: & cunctis circumſtantibus ait; Romanæ ſiquidem authoritatis jura decernunt, & Imperiales noviter literæ decrevere, ut ubicunq; hujus vitę ſectatores reperti fuiſſent, mox abſque ulla audientia puniretur: hoc profectò plenius noſtis, hoc ad aures veſtras frequenti relatione pervenit; & ſanctus paucis ad iſta: Romani Principes hoc, Præſes, ignorant, quod pro Reipublicæ ſtatu Jeſu Chriſti Dei famuli authorem omnium rerum communem dominum interpellent, & ut Regnum ſuum quotidie augeat & accreſcat, & de die in diem in virtutibus ſemper proficiat; quod ſi hoc aliqua ratione perpenderent, nobiſcum pariter concordarent, & ab hujuſmodi vanis ſuperſtitionibus cauti, & providi deliteſcerent. Tunc Judex carcerali eum mandavit cuſtodiæ mancipandum, famiſq; inedia cenſuit macerandum. Sed Omnipotens Deus, qui nec derelinquit ſperantes in ſe, angelica eũ

A *conſolatione mirabiliter viſitavit, & cæleſti eum refectione cibavit. Exactis igitur ſeptem diebus, memoratus Tyrannus judicialem ſibi ſedem jubet parari, & plus ſolito apparatior reſidens, Sanctum ſibi exhiberi præcepit, qui cum fuiſſet ab officialibus præſentatus nulla interveniente mora, nullo ſermonum auſpicio habito, ſtatim miniſter diaboli inimicus æternę ſalutis juſſit eum expoliari, & tandiu fuſtibus cędi, quouſque deficientes fatigarentur: qui cum diutiſſimè cæderetur, Omnipotenti Domino gratias perſolvebat dicens. Deus ago tibi gratias, qui me indignum & infelicem, tui muneris participem facis, & per Apoſtolum tuum Beatiſſimum Petrum æterni januas Regni mihi pręcipis reſerari. His ita peractis Prſes ſe ad palatium contulit, & Sanctum denuo in carcerem retrudi præcepit. Illuceſcente verò ſequentis diei crepuſculo, malitię arbiter in Amphiteatro civitatis Tribunal ſibi parari direxit, Sed priuſquam ad Curiam adventaret, hoc in ſuo pręvidit conſilio, ut miſſa continuò apparitione, damnatus ille, qui carcerali tenebatur*
B *afflictione captivus & religatus à ſapientibus civitatis conventus fuiſſet, & ſiquidem Deo ſuo, quem Chriſtum appellat, potius quam Diis, Deabuſque offerre libamina decreviſſet, priuſquam in ſua præſentia duceretur; diutiſſime tortus, flammiſque lateribus adhibitis, graviter aduſtus, ſuo dehinc judicio præſentaretur. Quod cum factum fuiſſet, & Sanctum à ſanctimonię ſuę propoſito, neq; verborum perſuaſionibus, neque pęnarum minis, vel cruciatibus revocare ratione aliqua potuiſſent, adhibita ei prout juſſum fuerat, terribili tormentorum congerie, demum Judici exhibetur, cumque illi quę dicta, quęque fuerant acta ſeriatim ab apparitoribus relata fuiſſent, protinus Judex iniquitatis atrocem in eum ſententiam protulit dicens: Chriſticolam MARCUM, quem Deorum noſtrorum contemptorem invenimus, & à Romanis cærimoniis ſimul & ſanctionibus irrevocabiliter deviaſſe cognoſcimus, plurimis ei adhibitis, prout dignum eſt, cruciatibus, acutiſſimis etiam in cerebro clavis infixis, demum capitalem jubemus eum ſubire ſententiam.*
C *Tentus igitur, ſtatimque à perfidię executoribus alligatus, non longè à Civitate in campeſtrem ductus eſt locum, ubi dum nimiis flagellis omni in terram extenſo corpore graviſſime perurgeretur, orandi aliquantulum veniam poſtulavit. Quam maxima precum inſtantia impetrata, flexis in terram genibus, elevatiſque in Cœlum brachiis, totus perfuſus lacrymis, hujuſmodi preces fudit ad Dominum. Domine Jeſu Chriſte, qui de ſinu Patris ineffabiliter proceſſiſti, & ſancti Spiritus cooperante virtute, in ſacratiſſimæ Virginis uterum miſericorditer deſcendiſti, ut ſæculum perditum reſtaurares, & hominem ſacratiſſimi tui cruoris effuſione ad tua gratiam, & Angelorum concordiam revocares, adeſto nunc quæſo lacrymis, gemitibuſque meis, attende propitius & placare; Reſpice clementiſſime Deus noſter me famulum tuum, & ſuper gregem indigno mihi commiſſum, & per interventum beatiſſimi diſcipuli tui magiſtri mei, pro imminenti mihi articulo paſſionis, cęleſtem mihi impartiri digneris recompenſationem; eorum etiam non obliviſcaris piiſ-*
D *ſime Domine, quos ſub mei regiminis patrocinio hactenus cuſtodivi, ſed meis interceſſionibus in conſpectu tuæ glorioſiſſimæ majeſtatis adjuti & ſublevati æternæ felicitatis beatam per te ſortem percipiant. Sed & hoc petitionibus meis adhibeo, ut civitatem iſtam tua benigniſſima protectione cuſtodias: omnibus quoque digne mei memoriam celebrantibus hic & in perpetuum ſempiterna gaudia largiaris, concluſitque Amen. Deinde paululum remotus à loco, in manus ſe hoſtium reddidit; qui ut erant ad ſcelus peragendum veloces, & avidi, continuò eum recipientes, terrarum ſcopulis inhæſere, & ut juſſi fuerant, cerebrum, frontemque illius clavis acutiſſimis infigentes, ſacratiſſimum caput a corpore recidentes ſeparavere. Fideles verò qui intra Urbem abſconſi degebant, noctu pergentes, Martyris ſacratiſſimum corpus cum maxima veneratione ſuſcipiunt, & cum hymnis & laudibus in loco, ubi fuerat decollatus, ſepelivere: caput verò illius, quod longè corpore poſitum fuerat, diligen-*

tius

ſtius inquirentes reperiunt, quod ſeparatim à corpore non ſine quadam induſtria poſuere. Paſſus eſt autem Beatiſſimus Martyr, & Pontifex MARCUS poſt Sacratiſſimam Domini paſſionem anno ſexageſimo tertio, quarto Calend. Majas, tempore Domitiani Imperatoris. Chriſtus verò Dominus noſter, qui in ſuis fidelibus ſemper glorioſus eſt & ſublimis, in loco ubi Martyr eſt tumulatus, & paſſionis gloria laureatus uſque in hodiernum diem in nomine ſuo petentibus beneficia præſtare non ceſſat. Ad laudem & gloriam nominis ſui, qui eſt glorioſus in Sanctis, & in majeſtate mirabilis, vivens & regnans cum Deo Patre & cum Spiritu ſancto per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. A

Hymni in laudem ejuſdem Martyris.

Ad Veſperas.

Annuus nobis colitur recurſus B
Cum Polum MARCUS petiit canorum
Gloria mundi penitus repulſa
Perpete vita.
Hæc dies nobis nitet excolenda
Laude qua multa manet imbuenda
Quæ Patris MARCI renovat triumphum
Laude perenni.
Qualis & quantus fuit hic Beatus
Martyr oſtendit meritum ſacratum,
Orbis exultans celebrat quadratus
Omne per ævum.
Martyrum ſacrus canit inter alas
Præſulum præſul nitet & catervas,
Sumit utrumque bravium perenne
Fine remoto.
Annuit MARCUS precibus precantum,
Audit & voces ſibi ſupplicantum,
Nec deeſt præſens ubi poſtulatur
Corde fideli.
Præſul & Martyr pariter precamur C
Impetra nobis munus quod rogamus,
Efficax ſemper tuus eſt precatus
Digna petendo.
Laus, honor, virtus, decus & poteſtas
Sit Genitori, Genitoque ſacro,
Flamini ſancto ſimul & perennis
Gloria ſemper. Amen.

Ad Nocturnum.

Regis immenſi venerande teſtis
Celſus æterni prædicator verbi
Solve tuorum facinus ſervorum
MARCE invicte.
Tu linquens jura mundi, atque bona
Chriſtum cupiſti, atque adhæſiſti
Caducis ſpretis hominum juberis
Monere plebes.
Tu, ceu latex fluvii perrenis
Aridas mentes madefacis, ſemper D
Prava extinguens, bona cuncta rignns
Plebe in Chriſti.
Tu Deus Orbis jubar, atque Cæli
Poſce pro nobis Dominum precamur,
Vt ad æternum mereamur omnes
Scandere Regnum.
Patris cæleſtis famulando verbum
Pellis errorem, confer & ſalutem
Nos ad æterni Jeſu Chriſti regnum
Dux bone transfer.
Laus, honor, virtus, decus & poteſtas
Sit Genitori, Genitoque ſacro,
Flamini ſancto ſimul & perennis
Gloria ſemper. Amen.

Ad Laudes.

Jam tuum MARCE bravium
Chriſtianas Eccleſia
Quam doces falſa temnere,
Ad ſumma mentes tollere.
Immenſas grates agimus
Patri, Verbo, ac Flamini
Qui tibi tantum præſtitit
Certamen contra perfidos.
Colamus ergo ſocii
Celebritatem Martyris
MARCI teſtis idonei
Cæleſtis Regis militis.
Martyr Dei fortiſſime
MARCE Præſul almifice
Succurre nobis ſedule
Dei ditatus munere.
Te pronis alme cordibus
Cæli Senator poſcimus
Da Chriſti vultum cernere
Quos docuiſti credere.
Sit Patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriuſque parili
Majeſtas ſumma Flamini. Amen.

Verſus in laudem ejuſdem Martyris.

Concio læta canens exultet corpore MARCI,
Qualiter iſta dies glorificata fuit.
Sedis Atinenſis Leo Præſul jura tenebat,
Cum ſic gleba ſacri corporis acta fuit.
Quidam Romanus urbem devenit Atinam
Pontificem quærens, invenit, alloquitur.
Martyr honorandus me miſit nomine MARCUS,
Quæ mihi monſtravit notificare tibi.
Ante ſepulturam, quæ Matris eſſe Nicandri
Dicitur, invenies oſſa beata viri,
Præſul ad hæc lætus venit huc, tumulumque requirit,
Vir monſtrat, lapidum magnus acervus erat.
Tolluntur lapides, titulum lapis obtulit unus,
Incipiunt nomen cernere, MARCUS erat.
Presbyteris terram juſſit pater indè cavare,
Cœpit, laſſatur, presbyteri fodiunt.
Dum ſic certatur, dum quiſque labore gravatur
Ad tumulum veniunt, panditur & tumulus.
Exit ſuavis odor, voluit pater iſte laterem
Fama replet populum, turbaque tota ruit.
Tunc vero clamor ad ſydera tollitur ingens,
Plebs, Pater, & Clerus glorificant Dominum.
Veſpere rui, lavat oſſa pater, capſaque reponit,
Nox ruit in terris, ad ſua quiſque redit.
Mane ruit Clerus, proceres, animæque potentes,
Vir, puer, atque ſenex, nupta, triennis, unus.
Pontificem dignè tegit Infula Pontificalis,
Et Clerus ſacris veſtibus induitur.
Accipiunt corpus tota plaudente chorea,
Imponunt humeris, ſuſcipiuntque viam.
Terra ſonat pedibus, ferit aurea ſidera clamor,
Lætitiam, plauſum voxque, manuſque ferunt.
Sic tendunt omnes Chriſti Genitricis ad Aulam,
Hic cupiunt corpus ponere MARCE tuum.
Sed tibi nec placuit, nec quæ cupiere patrarunt,
Atque domum propriam Martyris oſſa volunt.
Ante pedem ſilicis corpus ſtetit, indè moveri
Non potuit, cunctos cœpit habere timor.
Tunc omnes ſpondent propriam ſibi condere ſedem,
Et ſic oſſa fuerunt ad loca quæ cupiunt.
Vndè Patri ſummo, Nato cum Flamine ſacro
Gloria ſint perpes, laus, decus, imperium. Amen.

2. S. FULGENTIUS poſt S. Marcum Atinam Eccleſiam obtinuit ordinatus Epiſcopus à S. Clemente Papa anno ſal. 95. ſedit ann. 13. menſ. 7. d. 28. obdormivit in Domino anno Chriſti 109. depoſitus eſt juxta Eccleſiam Sancti Petri Apoſtoli. *Iſte* (inquit citata Chronica) *corpora Sanctorum Ni-* II.

candri, & Marciani juxta corpus Chriſti Martyris Marei conſtitue us ſibi parvum babitaculum. Hujus etiam cura fuit ſtudioſius eccondere corpus B. Marci Martyris & ſeparatim caput à corpore. Paſſi ſunt ſacrati Chriſti Martyres ſub Maximo Præſide Campaniæ imperante Domitiano, ut ex Actis eorundem habetur, non verò ſub Maximiano Imperatore, ut aliqui dubitarunt. Porrò Acta, ubi aliqua de S. Marco, ac translatione ejus, deque Eccleſiis in honorem eorum Sanctorum Atinæ excitatis recitantur ex eodem codice citato ſunt quæ ſequuntur, & maximè juvant ad veritatem temporum enodandam.

Paſſio Sanctorum Martyrum Atinenſium Nicandri, & Marciani.

Hinc jam ad Nicandri, & Marciani virorum Sanctorum qualia contra Diabolum habuerunt arma exponendo properemus. Hi itaque dum claris eſſent orti parentibus, perſequutionis tunc acrius intonabat procella; Imperatorum decretis ubique diſcurrentibus, ut ubicumque Chriſtiani inventi fuiſſent, abſque omni interrogatione punirentur; Cum autem adoleviſſent, duxerunt uxores nobiliſſimis ortas natalibus, è quibus Domino opitulante filios accipiunt ſingulos; Ea tempeſtate bellum ingens Barbarorum ortum eſt adverſus Romanum Imperium, flammis ac ferro cuncta proterentibus, quod dum Imperatoribus nunciatum fuiſſet, omnes è veſtigio contra eos congregare militias juſſerant; in qua militia penè decennium remorati ſunt Sancti Martyres Nicander & Marcianus. Factum eſt autem cum Chriſtum agnoviſſent, & militiæ deſervirent, ait Beatus Nicander ad Marcianum; frater Sodalis in Chriſto cariſſime, ſcias me jam Regi Regum militare velle; præterit enim figura hujus mundi, ut B. Paulus Apoſtolus; cui Sanctus Marcianus reſpondit, frater in Chriſto amande, tuo ex ore verbum prolatum penetravit mei pectoris ima, unde ſi tibi æquum videtur, militiam relinquamus, Chriſtumq; per urbes evangelizantes, retributionem bonorum ab eo nos accepturos ſperemus; & relinquentes militiam, cœperunt fidem Domini Jeſu Chriſti publicè prædicare, facientes prodigia & ſigna magna; & ſicut in prælis ſepiſſimè bravium ſumebant victoriæ, ita ad expugnationem Idolorum facti ſunt pugnatores acerrimi, & ex urbe in urbem Chriſtum evangelizantes, culturam Idolorum cum templis ſuis exterminio tradebant. Factum eſt autem dum in provincia Campaniæ Chriſtum evangelizarent, & falſorum abolerent, obliterarentq; vineat deorum, dolentes pontifices cum Ethnicis ſuorum perire ſacra deorum, Romam adeunt, Imperatorumq; præcordiis talia venena infundunt; Imperatores ſanctiſſimi defendite culturam Deorum, quæ in Campania pulcherrimè floruit; nam Nicander & Marcianus veſtræ militiæ deſertores ad eandem provinciam venientes prædicant Jeſum Chriſtum Nazarenum Crucifixum, & culturam Deorum pro nihilo ducunt. Audientes autem hæc Imperatores è veſtigio Maximum Præſidem, cujus ſupra meminimus, evocant, eiq; præcipiunt, ut ubicunq; eos inveniſſet, Diis ſacrificare compelleret, quod ſi noluiſſent, poſt varia ſuppliciorum genera morti traderent. Maximus autem à Curia Imperatorum ſumptis extemplo militibus, quod ſibi juſſum fuerat implere aggreſſus eſt. Cumque Campaniam adveniſſet, Pontifices templorum eum adeunt, quæ Nicander, & Marcianus egerant flebiliter nunciant, & erumpentes in voces ... ajunt. Scias quia niſi in eis præcepta Imperatorum compleveris, ſtatus ſacri Imperii ad nihilum redigetur, & Reſpublica Romanorum peribit. Audiens hæc Maximus, advocans milites, præcepit eis dicens: ubicunq; hos inveneritis, ad me eos feſtinanter deducite. Euntes verò milites invenerunt Beatiſſimos Martyres Jeſum Chriſtum filium Dei voce publicè prædicantes, quos ita aggrediuntur dicentes; Magnificentiſſimus Præſes ſuis vos præſentari conſpectibus juſſit, cumque præſentati ejus impiis obtutibus eſſent, Maximus Præſes dixit; Merita dignita-

A *tis noſtræ ut quid non accipitis? Sanctus Nicander reſpondit; merita dignitatis veſtræ ideo non accipimus; quia pecunia impiorum contagium eſt viris Dominum colere inſtitutis; Maximus Præſes dixit; Thure tantum Deos Nicander honorato; Sanctus Nicander reſpondit; quomodo poſſumus lignis & lapidibus deſervire, aut immolare, Deo relicto immortali, qui fecit omnia ex nihilo? quem colimus, qui & me, & omnes in ſe ſperantes poterit conſervare, cum ſit Dominus noſter immortalis, creator omnium, ipſi ſoli ſervimus, qui nos dignatus eſt ſalvare, & omnes in ſe credentes. Beatiſſima verò Daria uxor ejus præſens cum eſſet, Sanctum Nicandrum confortabat dicens: Cave Domine Nicander, ne id facias, cave Domine, ne Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum neges, cave ne immoles, reſpice in cælum, & in eo ipſum Regem æternum, in quem credis, videbis; nam ipſe Rex Regum, cui puram fidem, & conſcientiam ſervas, adjutor tuus erit. Maximus verò Præſes hæc audiens, cœpit clamare, & dicere; O ſceleſtum, perverſum, nefandum,*
B *& malum caput mulieris! ut quid deſideras virum tuum mori? Sancta Daria reſpondit, ut vivat in æternum cum Domino Jeſu Chriſto, & non moriatur. Maximus Præſes dixit, non ſic, non ita eſt, ſed quia robuſtiori viro copulari deſiderat, ideo Nicandrum à vita privari feſtinas. Sancta Daria reſpondit. Si ſuſpicionem habes in me, quod hæc factura ſim, primam me interfice pro Chriſto, ſi & mulieres ad immolandum cogere juſſus es. Maximus Præſes dixit, hoc quidem non ſum juſſus facere, & quod deſideras non patrabitur; interim eſto in carcere: juſſitque lictoribus illam ergaſtulo trudi; Sancta igitur Daria in carcerem truſa. Maximus Præſes his verbis Sanctum alloqui cœpit Nicandrum; Nicander noli ad verba uxoris tuæ attendere, neque alicujus hujuſmodi perſuaſionem audire, ne forte citò priveris de hac luce; & ſi vis accipere triduo inducias, accipe, & in eo deliberans, tecum cogita quid melius eſt, vivere, an mori. Sanctus Nicander reſpondit, ſpatium, quod te daturum promiſeras jam puta eſſe completum, ac me*
C *deliberaſſe cognoſce; atque id in animum induxiſſe, ut nihil aliud cupiam præ ſalute. Maximus verò Præſes hæc audiens elevavit vocem ſuam dicens, gratias Deo; Sanctuſque Nicander una cum eo dicebat, gratias Deo; Dicebatque ad Præſidem Martyr beatiſſimus, quam gratiam agis Deo, in quem non credis? Præſes autem putabat, Sanctum Nicandrum Diis ſuis gratias agere, atque de hac vita, & hujuſce ſervanda ſalute dixiſſe, gaudenſque dixit ad Leuconium Conſiliarium ſuum; Ambulemus ad templum ut videamus Nicandrum ſacrificantem; cumque pergerent, fervens in Spiritu ſancto Beatus Nicander & fervens in Chriſto, cœpit Deo gratias agere, oraręque cum voce magna dicens, Domine Jeſu Chriſte libera nos à deceptionibus hujus ſeculi, & compotes nos per gratiam tuam efficere digneris; Maximus præſes hæc audiens, cœpit eum alloqui dicens. Nicander, quare vitam tuam perdis, & deſideras magis mori, quam vivere? Sanctus Nicander reſpondit. Ego ſempiternam vitam elegi, non hujus ſæculi temporalem;*
D *nam corpus meum in poteſtate tua conceſſum eſt, fac quod vis; quia Chriſtianus ſum, & Chriſti famulus. Maximus præſes dixit, & tu Marciane quid dicis? Sanctus Marcianus reſpondit, ego hoc dico, affirmoq; quod & contubernalis meus Nicander. Maximus præſes dixit, ergo in carcerem ambo trudemini pœnam ſine dubio ſubituri, eiuſque lictoribus imperat ſuis Sanctos in carcerem trudi. Evolutis autem triginta diebus juſſit Maximus preſes Sanctos Dei Martyres ſibi præſentari; qui dum præſentati fuiſſent dixit ad eos; ſufficit vobis Nicander, & Marciane tempus ad monendum ut obediatis præceptis Imperatorum? Sanctus Marcianus reſpondit, multitudo verborum tuorum recedere nos à fide non facict, neq; negare Deum, præſentem enim eum videmus, & quò nos nunc vocat cognovimus; Noli ergo nos retinere, ſed mitte nos cito ut videamus Crucifixum, quem vos ore nefario maledicere non dubitatis, quem nos veneramur, & colimus. Maximus præſes dixit, Ecce pro*

deſ-

deſiderio veſtro morti trademini. Sanctus Marcianus reſpondit, per ſalutem te petimus Imperatorum, & per ſalutem capitis tui, ut nos citiùs mittas; hac enim ſuppliciorum formidine ad te ut facias adjuramus, ſed ut citò noſtro deſiderio potiamur. Maximus Præſes dixit, Mihi cur contradicis? neque enim vos perſequor, ſed obaudio præceptis piiſſimorum Imperatorum, unde alienus, ac mundus ſum à veſtro ſanguine, ſi autem ſcitis vos benè ituros, gratulor vobis veſtrum deſiderium compleatur; hæc dicens, ſententiam in eos pronunciat capitalem dicens, Nicandrum & Marcianum militiæ deſertores, ſacrorumque numinum contemptores gladio animadvertantur; Sancti verò Martyres Nicander, & Marcianus hæc audientes, elevata voce dixerunt: Pax tibi Præſes maxime pie, & cœperunt ire gaudentes & benedicentes Deum. Sanctum quoque Nicandrum ſequebatur Beatiſſima Daria uxor ejus, ac Papinianus frater Sancti Martyris Paſſicratis, filium Sancti Nicandri portans infantem, atque ei congratulans de ſalute, Sanctum verò Marcianum ſequebantur cognati, unà cum uxore ejus ſciſſis veſtibus flentes, & lamentantes eum, inter quos uxor ejus flens, & ejulans dicebat ad eum: Hæc ſunt Marciane quæ mihi loquutus es dicens, noli timere? Sanctus autem Marcianus dixit ad eam, noli circa me accedere: uxor verò ejus clamabat dicens, veh mihi, ut quid velut agnus ſine voce ad jugulum tuum curris? miſericordiam habe in me domine mens Marciane, ecce dulciſſimum filium tuum ante me teneo, convertere, noli nos relinquere, noli nos ſpernere, hæc ſunt, quæ tibi dicebam in carcere id timens, atque id plorans, veh miſeræ mihi, cur feſtinas? quo intendis? Sanctus verò Marcianus ubi hæc ſuis auribus hauſit, convertit ſe, atque eam torvis luminibus intuens dixit, quandiu Sathanas mentem tuam, atque animum obcæcabit? ſepara te à nobis, concede mihi ut martyrium pro Deo perficiam. Zoticus verò quidam vir Chriſtianiſſimus tenens manum Sancti Marciani conſolabatur eum dicens, veni Domine meus Marciane, longanimis eſto, luctaſti monomachicè adverſus Diabolum & viciſti eum, unde tibi Jeſus Chriſtus Rex Regum & Dominus reddet coronam juſtitiæ. Uxor autem ejus ſe ingerebat plorans, atque eum retrotrahens, projecitque filium ejus, quem ulnis ferebat, ante eum, clamabatque dicens, quo curris? & cur mori feſtinas? Beatus autem Marcianus reſpondens dixit ad eam, recede à me, Sathana, quæ à Diabolo excæcata es, recede à me, ut impleatur martyrium meum, dixitque ad Zoticum Marcianus ſanctiſſimus; dimitte manum meam, & contine uxorem meam, & remove eam à me, & releva parvulum ejus, quem projecit ante me, & redde illum matri ſuæ, & dic ad eam. Vade revertere ad domum tuam, quia non poteris videre virum tuum pro Chriſto adverſus Diabolum agonizantem: quam Zoticus, martyre dimiſſo, continuit. Tres autem viri perduxerunt eos ad locum martyrii, quò dum perveniſſent, circumſpexit Sanctus Marcianus, & videns Zoticum inter multitudinem ſtantem, dixit ad eum; Zotice ſerve Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæſo ut uxorem meam ad me omni ſub celeritate deducas, Zoticus autem ejus obtemperans juſſis, uxorem Sancto Marciano adduxit; quæ cum fuiſſet adducta, oſculatus eſt eam Sanctus Marcianus, & dixit ad eam; uxor mea recede in Domino, quia non poteris me martyrium celebrantem aſpicere, filium verò ſuum in ulnis accipiens, & ad pectus adſtringēs, ac diu exoſculans, erectis in Cœlum oculis dixit, Domine Deus Omnipotens hujus tibi ſit cura infantis, & cum hæc peroraſſet, reddidit puerum matri ſuæ. Tunc Sanctiſſimi Martyres ſe diu deoſculati ſunt, Beata autem Daria cum præ multitudine populi ad Sanctum Nicandrum accedere non poſſet, Sanctus Marcianus manu ei porrecta ad Nicandrum virum ſuum eam uſque deduxit; quam Sanctus Nicander deoſculans dixit. Deus tecum ſit ſoror mea, Cui Sancta Daria reſpondit; Lætare Domine mi Nicander, longanimis eſto, oſtende tuum certamen, decem annos ſine te in patria fui, ac momentis omnibus Deum ut te viderem rogabam; nunc verò vidi, & gratulor ad vitam proficiſcenti uxor martyris conſtituta; bono animo eſto Domine, redde martyrium Deo, ut me etiam de morte perpetua liberet. Sanctus autem Nicander voces ad has Dariæ anticipans dixit, ubi eſt filius noſter? Sancta Daria reſpondit, en adeſt Papinianus vir Chriſtianiſſimus illum geſtans in ulnis, & Sanctus, defer illum ad me, ut benedicam eum: Sancta verò Daria præceptis ejus obtemperans, puerum ad eum adduxit, quem Sanctus accipiens in manibus Nicander, & diu exoſculans benedixit eum, & reddidit matri ſuæ: At verò Beatiſſimi Martyres Nicander, & Marcianus fixis genibus, erectiſque in Cœlum luminibus diutiſſimè oravere. Exurgentes autem, aſſumenteſque oraria duo, & oculos ſibi ligaverunt. Tunc Sanctiſſimi Martyres ab invicem ut martyrium perficerent, ſeparantur. Unus autem ex quæſtionariis elevans gladium, & cum magna virtute percutiens, capita amputavit eorum. Paſſi ſunt autem Beatiſſimi Martyres Nicander & Marcianus die quintodecimo Calendarum Juliarum. Veniens autem Epiſcopus Atinenſis noctu cum Clericis ſuis, aſſumpto ſecum Zotico, & Papiniano fratre Beatiſſimi Martyris Paſicratis, unacum uxoribus eorum, & propinquis, omnique Chriſtianorum turba, rapuit veneranda corpora eorum, & ſicut dignum tantis martyribus erat, juxta corpus B. Martyris MARCI digne illos tradidit ſepulturæ, ubi exuberant erga infirmos beneficia meritis illorum uſque in hodiernum diem. Ubi verò Eccleſiæ ſedatus eſt nimbus, & Majeſtas Romani Imperii Chriſto vero Regi colla ſubdidit ſua, Epiſcopus Atinenſis una cum populo ejuſdem civitatis auguſtiſſimam ſuper ſepulchrum beatiſſimi MARCI conſtruxerunt Baſilicam, cujus longitudo extenditur in pedes centum ſexaginta & tres, latitudo quinquaginta duorum eſt. Poſuit etiam Venerabilis Pontifex ſupra corpus pretioſiſſimi Martyris MARCI titulum lapideum nomen ipſius intimantem. Abſidem verò ejuſdem Eccleſiæ, ſicut & totam Baſilicam ex quadris & magnis lapidibus conſtruxerunt, longitudinis cubitorum quindecim, latitudinis octo & decem cubitorum. Caput quoque pretioſi Martyris MARCI una cum clavis tollentes, atque in angulum ejuſdem Eccleſiæ concavum locum in modum capſulæ facientes cum maxima reverentia in vaſculo vitreo locaverunt, prudentiori tamen cives ejuſdem urbis hoc factum dicunt eſſe conſilio, ut ſi tanti Martyris corpus per violentiam, vel furtum exindeſublatum fuiſſet, caput illius ad tutelam patriæ poſteris profuturum generationibus remaneret; ſed ad præſens Deus talem, tantamque urbem noluit proprio fruſtrare patrono. Super ſepulchra verò Sanctorum Nicandri & Marciani, quæ non longè à corpore B. MARCI poſita erant arcam pari opere, ſicut & B. Marci excellentiſſimè conſtruxerunt ex quadris & magnis lapidibus, cujus longitudo extenditur in pedes duodecim, latitudo undecim, altitudo quatuordecim. Veſtibulum quoque ante eandem arcam pari opere in longum pedes duodecim, latitudo pedum ſex, altitudo duodecim conſtruxerunt, portiſque ferreis prædictam arcam clauſerunt. Conſtituta eſt autem in medietate Eccleſiæ Beati MARCI, quæ & permanet uſque in hodiernum diem. Hi Sancti Martyres Marcus, Nicander, & Marcianus civitatis Atinenſis patrocinatum ſuſcipientes à Domino uſque in diem hodiernum defendere, & tueri contra hoſtes viſibiles non deſiſtunt.

3. HILARIUS ſucceſſit Fulgentio ab Anacle- III.
to Pontifice ordinatus anno ſalutis 110. ſui Pontifi-
catus ultimo. *Sedit juxta eandem Chronicam annis
27. dieb. 4. obiit 8. Idus Decemb. & poſitus eſt juxta
Eccleſiam B. Petri à ſeptemtrionali parte.* Forte
irrepſit error in annorum ſupputatione, ſi Hilarii
ſucceſſor ordinatus eſt, ut ea ſcribit Chronica an-
no primo Sixti Primi Papæ, opus eſt aſſerere, Hila-
rium ſediſſe annos 22. non autem 27. Sixtus enim
Pontificatum iniit anno Chriſti 132. quo anno Hi-
larius obiit.

4. URBANUS Epiſcopale onus ſubivit ordina- IV.
tus à Sixto Papa anno primo Pontificatus, qui fuit
ſal. 132. ſedit Urbanus ann. 28. dieb. 20. al. d. 25. obiit

autem

autem 2.Kal.Martii,& ſepultus prope Eccleſiam B. Petri,incidit ejus mors anno à Chriſto nato 160.

V. 5. **LUCIUS** ordinatus dicitur anno 7. Aniceti Papæ,qui numeratur Chriſti 172.ſedit ann.31.m.4. dies 8. ſed tempus ſedis non concordat cum anno Salomonis ſucceſſoris, qui juxta eandem Chronicam ordinatus eſt Atinæ Epiſcopus ab Eleuterio Pontifice Pontificatus illius anno ſexto, qui incidit in annum Domini 185.Si verum eſt quod Lucius Atinenſem Eccleſiam regendam ſuſcepit anno ſeptimo Aniceti,& ejus ſucceſſor Salomon ann. 6. Eleuterii, perſpicuum erit, Lucium tantùm ſediſſe ann. 13.non 31.niſi forte pro 13.mendoſe appoſitus ſit 31.

VI. 6. **SALOMON** Atinæ ſedi regendæ admotus eſt anno Domini 185 ſedit ann.36 menſ.10.dieb.25. ordinatus anno primo Calixti Primi. Hic(ait citata Chron.)cum eſſet natione Romanus,facundior cæteris Præſulibus, apicem ſui Præſulatus tenebat. Compoſuit autem geſta Sanctorum Nicandri, & Marciani, & Marci Præſulis: Paſicratis quoque & Dariæ, ſuper quorum corpora parvum conſtruxit templum, & erexit à latere: Fecit & Eccleſiam in honorem ejuſdem Paſicratis & Dariæ in eo loco,ubi Horrea vocatur in quadam villa, quæ erat ibidem. Unde uſq; hodie locus ille, mutato nomine Broila. Prædictus itaque Pontifex die noctuque juxta eadem corpora pſalmis & orationibus vacans Domino ſpiritum reddidit Kal. Auguſti, & ſepultus eſt ante januam ipſius domus. Obiit Salomon ann. 221.

VII. 7. **DIMITRIUS**, Hic juxta præcitatam Chronicam à Calliſto I. Papa ordinatus Epiſcopus anno Pontificatus ejuſdem primo; ſedit annos 31. al.38. menſ.5. dieb.19. ſed ſenectute gravatus, oculorum lumine caruit ann. 26. ſepultus eſt autem in Cœmeterio prædeceſſorum ſuorum in Eccleſia S. Petri: hæc illa. Caliſtus creatus eſt Pontifex ann. Dom. 221.quamobrem Dimitrius vel obiit anno 252.ſi ſedit in hac Eccleſia ann 31.ſi verò in ea dignitate vixit ann.38. mortuus eſt anno 259. quod nullo modo eſſe poteſt, vel Corus ejus ſucceſſor, juxta eandem Chronicam Atinenſis Epiſcopus ordinatus eſt à Pontiano Pontifice anno ejus ultimo, qui fuit Chriſti 237.vix enim hæc Atinenſium Epiſcoporum ſeries caſtigari poteſt.

VIII. 8. **S. CORUS** *a* ultimo Pontiani Papæ Pontificatus an.ſal.verò 237. Eccleſiæ Atinenſi præficitur ab eodem,qui ſedit ann.22.menſ.3. dieb.22. qui cum populum ſibi concreditum doctrina & vitæ probæ exemplo regeret,quadam die ad S. Marci ſepulchrũ orans,dæmoniaci cujuſdam liberationem impetraſſet, ab irruentibus innumeris Idolorum cultoribus repentè invaſus, occiſus eſt, cujus ſanguine Dæmoniacus ille aſperſus, ſtatim liberatus eſt. Paſſus fuit 3.Kal.Maji, ac in loco Martyrii ſepultus eſt, de quo citata Chronica, ac Ferrarius ad hanc diem ex Petro Paulo Florio Urbinate de SS Atinenſibus.

a Al. Carus de eo acta ad 3 aprilis & Kal. Maji.

IX. 9. **VIGILANTIUS** ad Atinenſem thronum evectus eſt à Stephano primo Papa anno 258. ſedit annis 20. menſ. 7. diebus 26. Hic autem toto vitæ ſuæ tempore in Eccleſia deorſum apud Martyres manſit jejuniis, & orationibus vacans, ſepultus eſt autem ibi 4 Kal.Julii.

X. 10. **S.PRUDENTIUS** *b* à Cajo Pontifice anno 2.ejus Pontificatus Atinenſis ordinatus Epiſcopus ſalutis anno 285. ſedit an.25. al.30. menſ.2. dieb.3. Hic cum quodam die Idolum Junonis in templo apud Thermas Antonianas collocatum evellere vellet, à Paganis tentus occiditur. Cujus corpus ante ipſum templum triduo inhumatum relinquentes, à Chriſtianis ereptum in Eccleſia B.Petri conditum fuit ipſo die Kal.Aprilis.

b De eo Acta Ss. April. t.1. p.1.

XI. 11. **MAXIMUS** ad Epiſcopatum Atinenſem aſcendit ultimo anno Melchiadis Papæ, ſalutis verò 312. qui ſedit annis 25. menſ. 5.dieb. 10. In hujus temporibus(inquit Chronica)conſtructa eſt Eccleſia in honorem Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Marci Martyris,& Pontificis in eo loco,ubi dicitur pes ſilicis, juxta monumentum quod vocatur imperiale, circa viam, quæ dicitur monumentorum, eo quod hinc inde plena ſit monumentis, magnis lapidibus,diverſis marmoribus,& excelſis columnis; in longitudine pedes centum ſexaginta tres, in latitudine pedes quadraginta duos habens, in gyro murum excelſis lapidibus, in quo poſuit corpus prædicti Martyris Marci ſubtus altari majori, in quodam ſepulchro marmoreo, cum lapideo titulo, nomen Chriſti Martyris intimante. Poſuit & caput ejus ſeparatum à corpore in vaſculo vitreo ſimul cum clavis in angulo ipſius Baſilicæ ab Occidentali parte. Poſuit & juxta idem corpus venerabilium Epiſcoporum corpora prædeceſſorum ſuorum. Fecit in gyro domos ad ſuſceptionem hoſpitum: Fecit & domos ad utilitatem Clericorum ſuorum. Conſtruxit quoque Eccleſiam in honorem Sancti Nicandri Martyris in pede montis, ubi nunc eſt Caſtrum Vitalbi. Obiit autem 8.Kal. Maji, ſepultus eſt in Eccleſia ſua. Hæc de Maximo Chronica.

12. **EUGENIUS** in Epiſcopatu ſucceſſit Maximo à Julio Papa ordinatus anno primo ſui Pontificatus, à Chriſti Nativitate 337.ſedit ann.31. menſ. 9. dieb.9. Subdit Chronica illa. Sub hujus temporibus conſtructa eſt arca, ubi requieſcunt corpora SS. Nicandri, & Marciani juxta majorem Eccleſiam à parte Septentrionali, quam erexit plumbo: Sic manſit tempore multo, ab intus verò arcam porphyreticis, & variis lapidibus veſtivit,portiſque ferreis, æreiſque fortiter clauſit illam. Poſuit & ſupra fornicem arcæ oſſa quorumdam Sanctorum quorum nomina ignorantur. Poſuit & in veſtibulo arcæ oſſa Paſicratis Martyris in ingreſſu illius Baſilicæ. Fecit & in circuitu murum lapidibus magnis ad munitionem ejus, in modum circuli. Venerabatur autem locus ille honore congruo, & frequentatione aſſidua, quia virtus de illo exibat, & ſanabat multos. Obiit autem (Eugenius) 10. Kal. Febr. & ſepultus eſt in eodem loco. Incidit ejus mors in annum Chriſti 378. XII.

13. **ROMANUS** ad Atinenſem thiaram venit anno 379.ordinatus à Damaſo Papa, Pontific. ſui anno 12. juxta Chronicam, ſedit an. 41. menſ. 10. dieb. 26. *uſque ad Arcadii Imperatoris . . . perſeverans, cujus gladio necatus eſt in prædicta Eccleſia Beatæ Mariæ & B. Marci Martyris in ſuburbio ejuſdem Urbis ſita 7. Id. Septembris. Iſte ſiquidem Romanus Martyr mortuus eſt ab exercitu Arcadii Imperatoris in prædicta Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæ nunc Eccleſia S. Bartholomæi dicitur, quæ ſita eſt in loco, qui dicitur Pes ſilicis, ubi & B. Marcus accepit martyrium, & per multa tempora quievit, & hic etiam erat Epiſcopatus, quæ quoque Eccleſia in ejus honorem & B. Mariæ dedicata eſt à ſupradicto Maximo.* Occubuit Romanus juxta veriorem computum anno Domini 420. Proſequitur Chronica Atinæ civitatis deſtructionis cauſam narrare: necis nempe ejuſdem Arcadii Imp. filii, qui cum puellæ cujuſdam Atinatis nobiliſſimæ ſtuprum intuliſſet, ab Atinatibus occiſus eſt, quamobrem Arcadium ipſum in vindictam filii narrat civitatem Atinam obſediſſe, doloque cepiſſe, ac cives in ore gladii, una cum Romano Epiſcopo, totoque Clero occidiſſe, civitatem quoque funditus diruiſſe; quam narrationem fabellam potius exiſtimarim, cum Arcadium, neminem alium ſuſtuliſſe filium præter unicum Theodoſium natum anno 400.qui patri ſucceſſit puerulus anno 408. Imperavit verò cum Honorio, ac Valentiniano annis 43. Mortuus eſt anno 449. Quemadmodum Romanus non potuit tot annos Eccleſiæ præfuiſſe, ſi tempore Arcadii occiſus eſt; ſedit enim annis 41. exceſſit vero anno 419. Adeò Chronica illa ſurſum, deorſumque confudit omnia, ut intolerabilis videatur in iis, quæ de Arcadii filio immiſcuit. De Atinæ civitatis deſtructione, & reſtauratione libellum ſcripſit Petrus Diaconus, ut ipſemet fatetur in lib de Illuſtr. Vir. Caſin. quem non vidi, forte in eo quæ confuſa in Chronica, ac fabellis continentur, recenſentur, dilucida, ac veritati conſentanea conſcripta erunt. XIII.

XIV. 14. BONIFACIUS poſt reſtaurationem Atinæ civitatis Epiſcopus renunciatus eſt ab Hilario Papa anno 3. ſui Pontificatus, ſalutis verò 464. Sedit ano. 34. menſ. 6. dieb. 9. *In ejus autem temporibus epiſcopium ejaſdem Urbis reædificatum eſt eo opere quo uſque hodie cernitur, ibique cum Clero ſuo pſalmis & orationibus vacans quievit in Domino 7. Kal. Maji, & ſepultus eſt in eadem Eccleſia.* Fuiſſe Bonifacium virum eloquentia clarum, & io divinis ſcripturis verſatum ſcribunt, cujus ſcripta non extant, niſi ſolus ſermo brevis in honorem SS. Marci, Nicandri, & Marciani, cujus exemplar habemus, & hic, ne pereat, libenter exſcripſimus in Sancti Præſulis memoriam. A

Sermo D. Bonifacii Atinenſis Epiſcopi.

Celebremus fratres chariſſimi hoc die feſtivitatem, quo Beatiſſimi Martyres Marcus, & Nicander, & Marcianus ſpiritu nati ſunt cœlo, & carne receſſerunt à terra, ſed terrena hominum nativitas mortem donat æternam, ſpiritualis autem vitam confert perpetuam. Unde Sanctorum Martyrum clementiam flagitemus, ut oratione ſua imbrem lacrymarum nobis à Domino impetrent, & conſtantiam donent, ut qui illis contulit poſſe, nobis donet & velle. Magnam gratiam acceperunt hi Beatiſſimi Martyres in æthereo Regno, quia, ut ait Salomon, placitæ erant Deo animæ eorum; & Paulus, qui adhærent Domino, unum in ſpiritu ſunt. Meruerant hi beatiſſimi Martyres Chriſtum diligere, dignique habiti ſunt pro ejus nomine Nicander & Marcianus capite truncari, & MARCUS clavis acutiſſimis in capite configi; & ideo meruerunt cum eo in cœleſti Regno ſine fine lætari. Hi nempe ſunt lapides, qui reprobati ſunt ab Ethnicis, & electi, quos Dominus de incolatu Orbis liberans inter duodenos lapides collocavit. O feliciſſima corda Martyrum, quæ Deum in cœleſti Regno videre promeruerunt, juxta illud; Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Videte, videte, inquam, dilectiſſimi Fratres, perſpicite tantorum Martyrum felicitatem; Videte, quid Beatiſſimi MARCUS, Nicander, & Marcianus poſt exitum promeruerant, qui in carne adhuc lutea poſiti, & inter tortores conſtituti ipſam prædicare non ſunt veriti Trinitatem. Sed libet nunc intueri, quis eſt qui nunc mittitur ad evangelizandum; MARCUS namque interpretatur excelſus mandator; re enim vera cum Sanctis Martyribus Nicandro & Marciano excelſa mandavit Campaniæ, ut Jeſum Chriſtum Dei filium colerent, ejuſque præcepta ſervarent; ſed Ethnici à ſocietate Sanctorum alienati, clavos acutiſſimos in vertice beati cœperant infigere MARCI. Idololatræ impiiſſimi in vertice ejus acutos figebant, & MARCUS oculis in cœlum erectis Dominum exorabat. MARCUS cum ſociis ſupplices rogabant Domini Majeſtatem, & peſtilentiſſimi Idololatræ in eos exercebant impiam crudelitatem; & ideo ſolo tenus proſtrati hos deprecemur veritatis teſtes eximios, ut pro nobis intercedant ad Dominum viventem, atque regnantem cum Patre, & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Exceſſit Bonifacius juxta computum annorum ſedis anno Domini 498.

XV. 15. VINDEMIUS immediatè ſucceſſit Bonifacio anno ſalutis 498. Chronica ſæpè citata habet hunc Bonifacium ordinatum fuiſſe à Symmacho Papa anno Pontificatus illius decimo, qui erat ſalutis 509. ſed toto cœlo aberravit, cum in Conciliis Romanis ſub Symmacho celebratis anno 499. 500. 501. 2. & 3. Vindemius Atinæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcriptus reperiatur. Sedit Vindemius juxta Chronicam ann. 18. menſ. 9. dieb. 16. Si ita eſt, obiit anno Domini 516. *Hic autem*, ait illa, *cum per aliquantulum temporis in Eccleſia S. Mariæ, quæ in Arce eſt, moratus fuiſſet, Oratorium ibi conſtruxit Sancti Onuphrii, in quo loco ob infeſtationem bellorum permanens, obdormivit in Domino 2. Idus Octobris, & ſepultus eſt in eodem loco.* Porrò Eccleſiam illam S. Mariæ antea condiderunt Atinenſes cives in colle, cum civitatem dirutam iterum exædificaſſent. In ea Eccleſia tempore belli Epiſcopi demorari conſueverunt. Poſt Vindemii obitum, quis in Atinenſi Eccleſia ſucceſſerit, non exprimitur uſque ad Pelagii Papæ tempora.

16. FELIX ordinatus dicitur à Pelagio Papa circa annum Domini 592. Sedit an. 30. dieb. 19. XVI. *Hic*, ut narrat Chronica, *conſtruxit Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ Parva dicitur, & mortuus eſt Martyr, à Duce Beneventano, deſtructa etiam civitate, & Eccleſia Majore. Poſt tempora verò reparata eſt civitas, & ordinatus eſt in Epiſcopatu ſuo in Eccleſia S. Silveſtri, quæ ſub ejus tempore dedicata eſt, Gaudentius, vel, ſicut alius Catalogus animadvertit, poſtea venit Dux Beneventanus, & deſtruxit civitatem Atinam poſt deſtructionem Arcadii Imperatoris. Poſt hæc reconciliaverunt civitatem Pinuenſes, & Furconenſes; ipſi autem inierunt, & rogaverunt Papam Honorium, ut illis ſecundam conſuetudinem civitatis darent Epiſcopum: & Honorius Papa ordinavit in Eccleſia S. Silveſtri Gaudentium.* B

17. GAUDENTIUS ab Honorio Papa poſt annum 625. ordinatus eſt Atinæ Epiſcopus. XVII. *Sedit ann. 15. menſ. 3. ſub quo fabricata eſt Eccleſia S. Laurentii, S. Blaſii, & S. Stephani, quæ nunc Eccleſia S. Crucis dicitur, juxta Amphiteatrum ejuſdem Urbis. Succeſſu temporis Carolus Magnus conceſſit privilegium, cujus ſumma eſt. In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Incipit præceptum Sedis Atinenſis, quod fecit Karolus Imperator filius Pipini, anno quo venit Romam, ac junxit ad B. Petrum Ducatum Spoletanum, & Beneventanum, qui & dictus eſt Patricius Romæ. Prima fine hujus præcepti vide, poſtea Alveatum fluvium, qui dicitur Carum, montem Ferrugium, Pontana, Lapis Affrdene, Rivum Sarculi, ubi naſcitur Rapidu, Lucubenerusa, fluvium Berdarum, rivum Verecla, & fluvium Melfa.*

(„ LEO *alter à Leone, de quo infra Ughellus n.* XVIII
„ *19. fuit Atinenſis Epiſcopus, ut dicemus in decimo tomo, ubi de Epiſcopatibus deperditis in Atinenſibus.* C
„ JOANNES *quo tempore vixerit incertum. Diverſus utique à Joanne, qui vivebat an. 1087. de quo Ughellus infra n. 20. ut pariter dicemus in X. tomo.*) XIX.

18. GAIDULPHUS à quodam Benedicto Papa hujus Eccleſiæ ordinatus Epiſcopus ſedit ann. 33. XX Poſt hunc Joannes XIII. Papa Capuanam Eccleſiam erexit in Metropolim, cui Atinenſis Eccleſia facta eſt ſuffraganea ann. 968. Ignoratur tamen quis eo tempore Atinenſis eſſet Epiſcopus, uſque ad Adenolphi Archiepiſcopi Præſulatum.

19. LEO ſummæ eruditionis, & divinarum XXI ſcientiarum egregius vir, Atinenſis Eccleſiæ Epiſcopus ordinatus eſt ab Adenulpho Capuano Archiepiſcopo anno 1044. Eximiè ſedit ann. 28. defunctuſque eſt anno 1072. *Hujus tempore*, inquit ſæpè memorata Chronica, *conſtructa eſt Eccleſia S. Mariæ in Templo Saturni; hujus etiam tempore inventũ* D *eſt corpus Chriſti Martyris Marci, quod latuerat in Epiſcopio Atinenſi ſub altare minore, quod poſtea dedicavit in honorem S. Bartholomæi juxta corpora SS. Nicandri & Marciani.* Annus Chriſti erat 1046. Kal. Auguſti, quando Leo Sancti Martyris exuvias ſacras invenit ac tranſtulit, cujus Hiſtoriam ipſemet egregius Præſul ſcripſit, cujus exemplar ex m.s. Codice literis Longobardis conſcripto Bibliothecæ Caſinenſis hic non pigebit exſcribere.

Inventio, ſive translatio Corporis Beatiſſimi Marci Martyris, & Pontificis edita à Domno Leone Venerabili Epiſcopo Atinenſi.

Fratres chariſſimi humiliter poſtulemus gratiam Spiritus Sancti, quo ejus repleti dulcedine de Beatiſſimi Marci corporis inventione non incongruè reddamus ſermonem.

Bea-

Beatiſſimus igitur Marcus, Domitiano Cæſare imperante, Atinenſis fuit Antiſtes, ſub cujus temporibus Maximo jubente Proconſule, clavis capite duris affixus, demum gladii ictu cervice percuſſus, Martyrii eſt palmam glorioſè adeptus, atque in memoratæ civitatis confinio feliciter eſt tumulatus. Chriſtiani verò, qui tunc temporis aderant, magno ſtudio in ejus honorem conſtruxerunt Baſilicam, quæ longo poſt tempore, ut ejus antiqua mœnia monſtrant, à pravis hominibus devaſtata, & ad ſolum eſt redacta. Multo itaque tempore ſic permanente, cœperunt ibi ruſtici ſuas beſtias, equos, & aſinos nocturno tempore collocare; ſed Omnipotens Dominus Marci ſui dilecti famuli injuriam mirabiliter vindicabat. Contigit autem, ut pertranſirent inde viatores, & in loco eodem juxta ſepulchrum, neſcientes illic requieſcere Sanctiſſimi Marci venerabile corpus, ſuos equos vellent locare: quædam autem Sanctimonialis fœmina clamoſis obſtitit vocibus dicens; Nolite fratres, nolite in hoc ſancto hoſpitari loco, ne forte aliquid vobis mali contingat; Vidimus enim Dei magnalia ſæpius in hoc fieri ſanctiſſimo loco. At illi pro nihilo ducentes hæc verba, eadem nocte, manſerunt ibidem, & facto mane inſultantes ſermonibus ejus cœperunt iter arripere. Sed antequam longè procederent, admodum ſagittæ ictus cœperunt jam pœnitere de facto, quia unus eorum equus in terram corruit mortuus, alter verò nondum peracto ſtadio in ipſo itinere periit, talitet Domino cunctipotente ſui Marci dilecti Martyris injuriam vindicante. Alio itaque tempore, ſicut à quibuſdam fidelibus mihi relatum eſt, cum quidam Calabritæ onuſtis aſellis mercibus ad prædictum locum ſerò venirent, & divertendi hoſpitium quærerent, quædam venerabilis mulier dixit illis; Nolite, cariſſimi, in hoc loco veſtros aſinos collocare; quia locus ſanctus eſt: nam ſi præſumitis, non abſque damno hinc tranſire valebitis. Qui ſua inebriati veſania dixerunt ad eam. Ergo & nos mortui ſumus, ſi noſtros aſinos cuſtodire non poſſumus, & cum nox jam plenius adveniſſet, collocantes ſe, & in medio aſinos eorum ponentes; & quamvis audacter fecerint, tamen ſuſpecti, ne à lupis vel à latronibus raperentur, fruſtratam cuſtodiam poſuerunt: neſcientes ſcripturam, quæ dicit, quod timet impius, veniet ſuper eum. Arreptis itaque ſomno & velut mortuis effectis, lupus è diverſo veniens in medio eorum ingreſſus, aſellum abſtrahens interfecit. Conſimili namque miraculum mihi ad memoriam venit, id ipſis referentibus qui priora. Nam die quadam ſimiliter eodem in loco, ſole occidente, quidam cum ſuo aſello veniens, hoſpitium quærens, divertit, & dum à fœmina ſupradicta repelleretur, ne divertiſſet, contrà cum ſuo aſino hoſpitatus eſt, & pedem aſelli cum ſuo ſimul ligavit, atque ſe protinus in terram gratia quieſcendi dedit. Tunc prætergreſſi latrones, invenerunt eum velut mortuum dormientem, & invicem ſe in malum concitantes, reſtim continuò concidentes, et aſinum abſtulerunt, qui protinus à ſomno evigilans, damnum invenit, & à loco triſtis abſceſſit. Cœperunt dicti homines metuere locum, & ab injuria reverenter ceſſare. Quapropter peracto cives concilio, niſi ſunt eandem Eccleſiam reſtaurare, & convocato Epiſcopo, qui tunc temporis aderat, altare ibi in honorem Beatiſſimi Apoſtoli Bartholomæi dedicare fecerunt, neſcientes illic requieſcere venerabilis Marci Martyris corpus, in cujus honore, ut æſtimo, prius fuerat benedicta. Igitur tempore quo piiſſimus Imperator Conradus regnabat, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo quarto, divina favente gratia, quidam illic ordinatus Epiſcopus ſollicitus pro reſtaurandis ſui Epiſcopatus Eccleſiis ab iniquis & pravis hominibus deſolatis; & dum de loco in locum viſendi gratia affuiſſet, pervenit tandem ad Epiſcopium antiquiſſimæ urbis Atinenſis, & ingreſſus prædictam Eccleſiam, quæ in ſuburbano prædictæ civitatis adeſt, perluſtranſque invenit ante eo Sanctum Altare congeriem lapidum, quæ de fractura murorum acervum fecerat, & valde ſuis, alieniſque oculis diſplicebat. Tunc convocans ad ſe quendam preſbyterum, aſſignans ei locum præcepit, dicens; Hunc accipe locum, fili, & diligenter emunda. Preſbyter autem ſibi delegatum locum accipiens, devotè cœpit emundare, & dum per gyrum altaris effoderet, invenit lapideum titulum ſcriptum, & licet fractum nomen Chriſti Martyris, Marci intimantem; quem videns Epiſcopus exclamavit dicens: ò Martyr magne oſtende nobis indignis tua pignora ſancta, deinde converſus, Dominum his verbis cœpit toto corde devotiſſimè ſupplicare: obſecro Domine, obſecro ut digneris nobis peccatoribus dilecti tui Marci Martyris tumulum demonſtrare; ſpero etenim & fideliter credo, quod hic requieſcit Marci Martyris corpus, cujus iſte titulus nobis nomen demonſtrat. His ita peractis, continuò ad propria repedavit, & ardentiſſimo deſiderio noctem eandem duxit inſomnem; Mane itaque facto quaſi divinitùs præcepit duobus preſbyteris, ut irent, & ante altare foderent, quouſque ibidem ipſe deſcenderet. Inerat enim ſibi non parva dubitatio, eo quod multa corpora hominum inde jacebant, & quod dubietatis mœrorem à ſe auferre non poterat, unde & Dominum pulſare precibus cœpit ut ſibi oſtendere dignaretur, quod devotè quærebat. Preſbyteri autem pergentes, in dexteram partem altaris S. Bartholomæi cœperunt fodere: Secutus autem eos Epiſcopus, & invenit eos in caſſum laborantes, intuenſque eos accepit foſſorium, & ipſe propria manu cœpit fodere, & dum labore eſſet fatigatus, reddidit illis, & factum eſt, dum ipſi foderent, pervenerunt ad tumulum, in quo Sancti Martyris Marci corpus requieſcebat, & nimio repleti odore, exclamaverunt dicentes; Surge benigne Pater, quod tu quæris, ecce tenetur. Qui ſtatim de loco ſurgens, humoque proſtratus his verbis Omnipotentem Dominum collaudabat: Gratia celſa tibi, regis qui mœnia Mundi, qui quodcunque cupis, cum vis, ſine mora patratur, Gaudens quoque, & vehementer exultans de tanto ſibi conceſſo Patrono, collegit pignora ſancta; ſed non tam lætus de toto corpore, quam triſtis manſit de capite, eò quòd ab eſſet ibidem; erat enim Sabbathum quaſi hora undecima, & quamvis interdiceret, ne alicui panderetur; tamen tota civitas ſubito de fama repletur. Cœpit autem ſancta pignora ſuis manibus diligenter abluere, & in ſcrinio collocare, & eadem nocte deputatis clericis, in hymnis & ſpiritualibus canticis tota nocte pervigiles juſſit manere, ut facto mane ad Epiſcopium ejuſdem urbis cum laude & gloria deportaret. Preſbyter autem, qui prius titulum lapideum ſcriptum invenit, cujus & ſuperius memoriam fecimus, erat tunc in infirmitate valdè afflictus ita ut de vita deſperaret, qui ut hæc audivit, miſit continuò ad eum, ut dignaretur ſibi aquam mittere, de qua ſacra abluerat pignora, quam medelam ab eo accipere mereretur. Mane itaque facto conſurgens Antiſtes admonuit populum ut pariter cum eo deſcenderet, & cum omni honorificentia ad ſupradictam Eccleſiam Marci ſanctiſſimum corpus transferret. Indutus autem ſacris veſtibus ſimul cum miniſtris, qui ſecum aderant cum thuribus, & ceraptatis, & cum omni apparatu eccleſiaſtico, viris & mulieribus, pueris & puellis, accenſis cereis, impoſitaque litania, ad locum tetendit, & levato inde corpore, & in lectica compoſito, laudem Domini decantando, pervenit ad civitatem, ſed antequam Epiſcopium ingrederetur, Preſbyter ille, quem ſuperius penè mortuum memoravimus, incolumis cum accenſis cereis obviam ſancto advenit corpori laudans, & benedicens omnium Conditorem. Epiſcopus autem grates immenſas referens omnium Redemptori Domino Deo, Epiſcopium ejuſdem antiquiſſimæ ingreditur urbis, & venerabile corpus in confeſſione Dei Genitricis collocavit, expectans, ut ſibi Omnipotens Deus oſtendere dignaretur locum, quem ſibi aptum placeret ad recondendas reliquias venerandas.

Eodem quoque die, quo Sanctum Marci levatum eſt corpus, accidit ut inde quædam Sanctimonialis tranſiret, & dum longius ire ſatageret, ut audivit hoc factum, eandem divertit in locum, & dum ſe prona proſterneret ſanctum adorare ſepulchrum, reſpexit, & ecce particula reliquiarum in medio jacens, ſtatim levavit, & gaviſa gaudio magno ſecum portare voluit;

quæ dum non longè ab Eccleſia eſſet, antequam perveniret ad vadum fluminis, tantus timor invaſit eam, ut nec retro, nec ante poſſet aliquando declinare. Recordata autem Sancti Martyris reliquiarum, continuo ſericum velum, quo caput tegebatur, tulit, & involvens ibi ſancta pignora remiſit ad corpus, & mox quaſi à vinculis abſoluta, cœptum peregit iter. Cœpit dehinc Antiſtes vehementer hæſitare, quid inde faceret, vel in quo loco eum reponeret, aut ſi ſibi propriam domum conſtrueret, & dum hæc tractaret, affuit dilectus Domini Marcus in ſomnis cuidam religioſæ fœminæ dicens; Vade & dic Epiſcopo, animadvertat diligenter, & noſtrum evidenter perpendat honorem; quia domus, de qua noſtrum tulit nunc corpus, noſtri honoris cauſa mirificè extitit facta, quapropter ædem propriam quæro, quod ſi neglexerit facere, ſciat, ſe hoc anno periculo ſubjacere. Hoc audito, Epiſcopus expavit, & de viſione nil dubitabat; quoniam mulier illa timorata nimis, quæ viderat, cum juramento terribili affirmabat. Collatione itaque facta cum ſuis, in loco, quo ſibi comparuit, ſtatim ad perficiendum opus cœpit fundamenta jactare. Sed non abſque divino nutu, citius ut æſtimabat, complevit. Nam ſi ſibi Deus, ut optaverat, tribueret facultatem, forſitan hodie non caput membra haberent. Qualiter autem glorioſiſſimi Marci Martyris caput inventum eſt, ſilentio non eſt prætereundum. Nam quadam nocte cuidam veterano presbytero dormienti, ut ipſe hactenus narrat, vox facta eſt, dicens: Surge & noli dormire. At ille expergefactus, putabat ſe à ſuo ſocio, qui ſecum morabatur in loco vocari, & dum ſciſcitaretur, quare? & nemo ſibi reſponderet, iterum obdormivit, & necdum apertè dormiens, denuò vox audita eſt, dicens ad eum, noli tam piger eſſe, Surge & in angulo hujus baſilicæ quære theſaurum. Attonitus autem presbyter ille, & admirans ſecum de viſione cœpit tractare; ſed antequam de lectulo ſurgeret, conſimilis tertia audita eſt vox præcipiens, ut continuò ſurgeret, & ulterius de viſione non dubitaret. Tunc presbyter lætus effectus, putanſque pecuniam certius invenire, feſtinus ſurrexit, & ferramentum aptum ad vepres ſcindendas arripiens, quaſi divinitus ad locum pervenit, & vepres, quibus locus tegebatur, abſcidit, atque in ipſo angulo in modum capſulæ loculum factum invenit, quem ſtatim aperuit, & invenit in eo Caput glorioſiſſimi Marci Martyris ſimul clavis affixis, cum quibus impii cruciaverant illum, & quamvis quod putaverat, minimè inveniret, tamen gaudio magno gaviſus, lætabundus ad Epiſcopum venit, & cuncta quæ viderat enarravit. Magno itaque gaudio repletus eſt Epiſcopus, ut ſi decem millia auri talenta inveniſſet, non tam lætus efficeretur, quam de hoc capite Sancti Martyris; & licet hæc viſio non certius nomen iſtius Domini Athletæ declaraſſet; ille tamen affirmabat, quia hoc eſt Sanctiſſimi Martyris caput, & Dei providentia reſervatum, ne corpus abſque capite conderetur. Anno itaque completo, conſummata Eccleſia in ejus honore, & capite juncto corpori ſumma cum reverentia eſt tertio nonas Octobris ſolemniter dedicata; Scripſit autem & titulum lapideum ut priorem, & juxta locum poſuit continentem hoc modo.

Hic Martyr magnus requieſcit corpore Marcus,
Quod tribuente Deo condidit ecce Leo.
Præſul Atinenſis, lapis hic erit & ſibi teſtis.

Inventum eſt autem ſexto decimo Kalendas Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo ſexto. Erat autem tunc immenſa ſiccitas ſuper terram, ita ut plurimi ex populo crederent finem adeſſe mundi eo quod incendia, & caligo magna totum invaſerant Orbem. Nam herbæ campi defecerant, virentia cuncta ardebant. In ipſo autem periculo apparuit dilectus Domini Marcus cuidam Sanctimonialis fœminæ, præclaro vultu, longo & pulchro corpore, barba & capite candido, dixitque ei, ſurge, & dic Epiſcopo, quare corpus noſtrum tamdiu retinet ſuper terram? Ecce jam domus mihi parata eſt, quid moratur? Nunquid non cernit quod populus ſiccitate periclitatur? Sciat profectò, quia ſi corpus meū redditur terris, ſtatim aqua Domini beneficio tota terra rigatur. Facto itaque mane ſurrexit fœmina, & quæ viderat intimavit. At ille hæſitare cœpit quid ageret; decreverat enim eo die, quo corpus inventum fuerat, baſilicam dedicare. Nam fideliter populus venerat ſuper eum dicens, nolumus jam tibi amplius credere, ſi hæc beneficia à Deo nobis promiſſa retardare volueris. Sanctimonialis autem fœmina cum juramento affirmabat, me in cuſtodia retinete, & ſanctum corpus reddite ſepulturæ, & ſi tertia die pluviam non habetis, ſine mora meum caput detruncate. Convictus autem tam mulieris aſſertionibus, quàm etiam & populi objurgationibus, quarta videlicet feria ipſe cum aliquantis de populo jejunavit, & cum ſerò eſſet, ipſis ſolis locum ſcientibus, ſecretius corpus humavit, atque cuncto populo diem ſacrationis denunciavit. Factumque eſt ut die illo tranſiret, & ſicut mulier repromiſit, alia dicentam Omnipotens Deus pro honore ſui dilecti Martyris conceſſit pluviam, ut ſubito tota terra aqua abūdantiſſimè repleretur. Ad hæc tota civitas lætatur, quia id quod optaverat, ſine mora tenebat.

Prætermiſimus autem magnum & ſtupendum miraculum, quod omnipotens Deus eodem die, cum adhuc ſanctas reliquias manibus verſaret Pontifex, operari dignatus eſt. Nam dum quidam juvenis aridam manum habens ſuperveniret, & in medio circumſtantium populi ſe objiciens, proſpiciens, quod Epiſcopus languentibus aquam, de qua ſacræ abluebantur reliquiæ, ad potandum porrigeret, cœpit & ipſe plena fide, devotaque mente poſtulare, quatenus ei pro remedio ſuæ ſalutis dignaretur ſibi porrigere, qui ſtatim accepto vaſculo benedixit, eique ad potandum porrexit. Sed ſtatim ut ad os illius extitit propinatum, divina favente gratia illico manus ejus incolumis reddita, hauſtum vaſculum à proprio ore removit. Viſo autem tanto miraculo admirati cœperunt omnes glorificare Omnipotentiam Salvatoris qui tanta in his ultimis diebus ad confirmandum fidelium mentes miracula operari dignatus eſt.

Præſenti quoque anno, quid in hac urbe clemens Dominus apud illius venerabiliſſima pignora operari dignatus eſt, ſilentio prætereundum non eſt. Nam dum cujuſdam fabri filia ab antiquo hoſte demens efficeretur, ita ut in loco in quo conſiſteret, vel ſuam ipſam genitricem ignoraret: continuò mater ejus, cum cognoviſſet, feſtina de agro, in quo ad paſcendum boves miſerat, ad Epiſcopium cum ea cucurrit, & præſenti Epiſcopo indicavit. Qui ſtatim ut cognovit eam ob invidiam antiqui hoſtis miſerabiliter immutatam, dixit ad eam: ò mulier, quid tibi faciam, ignoro, ſed tanquam miſericordiam conſecutus, conſilium recuperandæ filiæ veſtræ ſaluti, præbeo. Suſcipe ergo & continuo eam in noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti fiducia ante ſacrum ejus glorioſi Martyris tumulum projice; confido enim & fiducialiter credo per ejus ſacrum auxilium ſuo interveniente ſuffragio, ab iſta infeſtatione filia tua ſanabitur; quæ mox ut audivit, confortata illius oraculo, per manum eam apprehendens, & in Eccleſiam plena fide, devotaque fiducia introduxit, & eam ante ſacrum tumulum flebiliter Dominum rogando projecit. Erat autem tunc hora tertia diei, & permanſit in hac oratione ferè hora quinta, atque pro ea ſacrificium Deo oblatum, incolumis auxiliante Domino facta cum ſua ſimul genitrice, quæ cum gravi anguſtia, & dolore ad Epiſcopium venerant cū gaudio & lætitia ad propria ſunt reverſæ.

Denique cum ad hoc miraculum ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti & præconia ſui dilecti Martyris Marci ſcriberetur, & de his virtutibus ſtupenti anima miraretur, quidam Monachus bonæ memoriæ S. Benedicti Cœnobii adnotatum miraculum devotè de manibus accipiens, Sanctiſſimi hujus Martyris prece depoſcens, quo ſibi dignaretur ſubvenire & dolorem ſui capitis, quo ſæpius cruciabatur auferre, atque ſtylum perlectum in utraque partes ſui capitis ponens, ſuppliciter ſe ſuſtollens in prece agebat: Eja verende Martyr mihi ſuccurre precanti, atque pro tuo honore mei capitis tolle dolorem. Et cum hæc devotiſſimè di-

A ceret, continuo Domini largiente clementia, dolor capitis ab eo receſſit: & mox lætabundus ad nos continuò repedavit, & quantam ſibi Deus fecerit miſericordiam meritis ſui dilecti famuli enarrabat, humoque proſtratus, & erectis in cælum manibus, cœpit magna cum exultatione Dominum & ejus Martyrem collaudare. Lætemur itaque fratres cariſſimi, & totis viribus jucundemur, exultemus & delectemur in Domino, pro cujus amore hic glorioſiſſimus Martyr Marcus ſupplicium pertulit mortis, & non tam de miraculis, quàm de ejus dulciſſimo patrocinio glorietur, in quo cum amore noſtræ devotionis ſpem & fiduciam ponimus abſque dubio de magnis periculis ab ejus ſancta interceſſione protecti, hic & in futuro liberati lætabimur. De ſignis videlicet, atque prodigiis non ſemper quemque admirari oportet; quandoquidem non tantum Sancti, ſed etiam & peccatores in nomine Domini facere poſſunt: Unde in Evangelio in die judicii dicturi ſunt: Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & multa ſigna fecimus? Quibus B dicturus eſt Dominus: Diſcedite à me operatores iniquitatis; quia non novi vos. Nam & B. Gregorius in ſacro eloquio ſigna quoque infidelibus data eſſe refert. Ergo ſi ſigna infidelibus conceduntur, cur nos fideles in ſignis, & miraculis miramur, & non potius in ſanctitate confidimus? Nam ubi deſunt ſigna, adſunt & ſuffragia ſanctitatis. Ideoque cariſſimi, omni fiducia, totaque mentis devotione ſolo proſtrati, apud hunc Sanctum Martyrem Domino veniam poſtulemus, quatenus ejus ſacris meritis impetrare mereamur. Nam ſi ex toto corde & fida mente rogamus, quod pro ſalute noſtra depoſcimus; dicente Domino, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabitur vobis. Quæramus igitur auxilium ab eo, qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus, & qui ſuos Martyres in æternum glorificat, pro illorum meritis nos de periculis imminentibus aſſiduè liberet. Scimus enim, & indubitanter credimus, quod ſi quis eum non tepida mente precibus pulſat; quicquid pro ſua ſalute cogitat abſque C dubio obtinebit, ut ipſe fidelibus ſuis pollicere eſt dignatus; dicit enim, ſi habueritis fidem, ut granum ſinapis, diceretis huic monti, tranſi hinc, & tranſiet, & ſi in fide non hæſitaveritis, quicquid ſine dubio quod petieritis, impetrabit id ipſum. Sunt quidem nonnulli, qui petunt tepida fide, ideo non merentur quod quærunt accipere, & ſunt alii, qui tam ardentiſſima fide petunt, ac ſi præſentes habeant, & os ad os loquantur. Hi idcircò exaudiri merentur, & effectum precis ſuæ adipiſcuntur. Vos itaque adhortor, cariſſimi, ut hujus ſancti Martyris Marci auxilium imploremus, ut una nobiſcum in ſuo patrocinio congratulemur, ut cui aſſiduè præconia ſanctitatis in terris attolimus, illius conſortium mereamur habere in cælis. Auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Quartodecimo anno Leonis Epiſcopi erat ſalutis 1061. religioſus Comes D. Odericus ad hunc locum veniens obtulit in ſacro ſanctum altare per chartulam donationis molendinum unum. D. Comes Raynaldus D obtulit terram, quæ fuit Benedicti textoris, id eſt quinque petias terræ, & alii alia multa. Cum verò reſideret religioſiſſimus vir, & Deo amabilis Leo Sedis Atinenſis Epiſcopus, quæ ab ipſo fuerat condita, atque benedicta, nec non & reſtaurata de rebus quæ tunc habere videbatur, in eadem Eccleſia conſtruxit cameras, in quibus & ſui ſucceſſores habitarent juxta majorem Eccleſiam ab Occidentali parte: fecit totam domum ubi nunc eſt cella vinaria, fecit & dormitorium Canonicorum, fecit & refectorium ad utilitatem fratrum; fecit & coquinam cum piſtrino, & palatio ad ſuſceptionem nobilium virorum. Super hæc autem libros plurimos eidem Eccleſiæ conferens, quod ſuperfluum credimus nominare; pallia & ornamenta non pauca ad ornatum Eccleſiæ ſtuduit conquirere. Fecit Ciborium ſuper altare majore, quod verſibus encavit ornare in circuitu ipſius laboris. Poſuit & coronulam deauratam ſuper ipſum altare, & tres Icones ſimiliter deauratas ad honorem Sanctiſſimæ Trinitatis. Fecit & coronulam in medio Chori, & aliam coronam æream habentem in gyro turres duodecim, in quibus duodecim ſculpti erant Apoſtoli, quam catenis ferreis ſuſpendit coram crucibus in medio Eccleſiæ. Fecit & duas trabes ferreas, unam in choro, & aliam extra chorum ad apponendas candelas. Fecit & campanarium in Janua Eccleſiæ à Septemtrionali plaga. Tempore Victoris Papæ Secundi facta eſt congregatio Atinenſis in Eccleſia S. Mariæ. Hactenus Chronica de Leone egregio Præſule, qui anno Domini 1056. in ea Congregatione ab Chronica memorata, in Eccleſia S. Mariæ, cujus erat devotiſſimus, ſolemnem donationem fecit Canonicis, Clericiſque ſuis, ut devotius, ac ferventius Deo, & Eccleſiæ intervenire poſſent, hanc juſſit ad futuram animi ſui excolendam memoriam litteris commendari, iiſce conceptis verbis conſcriptam ab exemplari.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione ejus milleſimo quinquageſimo ſexto menſe Julio, Indict. 9. Reſidente in urbe Roma Summo & univerſali Pontifice Domino Papa Victore, & imperante Domino Conrado piiſſimo Imperatore, & Capuanam Eccleſiam gubernante Domino Adenulpho Archiepiſcopo. Nos Leo divina gratia diſpenſante Eccleſ. Atinenſis Epiſcopus, recto conſiderationis oculo ea, quæ ad utilitatem Eccleſiæ pertinent intuendo, ut Eccleſiaſticus ordo juſtè & piè in domo Domini vivere valeat, ordinantes, in mente ſtatuimus, ut Atinenſes Clerici ad Eccleſ. S. Mariæ ſpontè, & voluntariè pariter convenirent, & divinum ſervitium unanimiter Domino exhiberent, hoc noſtræ voluntatis arbitrium placuit, & ipſe, à quo omne bonum procedit, hoc ſua clementia tribuit, & conceſſit. Quoniam ipſe, qui bonam voluntatem largitur, præbet & operationis pium effectum. Convocatis igitur univerſis Clericis unà cum Domino Lando Illuſtriſſimo Comite, & noſtro Advocato Bernardo pariter cum omni populo Civitatis noſtræ voluntatis arbitrium diſſeruimus, & propoſitum in mente conceptum illis omnibus viva voce aperire curavimus, ut nihil in domo Domini abſque digno conſilio fiat, quia ſcriptum eſt, omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis. Patefacto deniq; conſilio dignum & juſtum viſum eſt univerſis ne Clerici per diverſa vagantes, & ſæculares curas, atque ſollicitudines ſemper gerentes in divino ſe famulatu interere, prout condecet minimè poſſent; proinde Clerici conſilio habito, quidam ex ipſis non inviti, neque coacti ad Eccleſię ſervitium gratuito pectore, & ſincera voluntate ſe contulerunt, videlicet Theoto, Angelus, Joannes, Almundus, Albertus, Joannes, Leo, Benedictus, Petrus & Joannes Presbyteri, & Benedictus Archidiaconus, & Gregorius, Marcus Primicerii, Dominicus & Atinus. Hi omnes rationabile obſequium Domino repræſentantes ut ambularent in domo Domini cum conſenſu ad Altare Sanctæ Dei Genitricis ſe ſe cum omnibus ſuis rebus humiliter obtulerunt. His ita peractis memoratus Comes omni populo ſibi adjuncto unà cum prædictis Clericis ſupplices nobis preces depoſuerunt, attentius exorantes, ut tam illi, qui ſe jam ad Eccleſiæ gremium contulerunt, quàm & poſteri, qui eorum fuerint veſtigia ſecuturi noſtra diſcuſſarent, quorum preces benigno pietatis intuitu attendentes, dignū eos duximus exaudiri, undè accepto & deliberato conſilio eidem Sanctę Dei Genitricis Eccleſię omnibus Canonicis ſicut preſentibus, ita etiam & ſubſequentibus concedimus, atque donamus Eccleſiam S. Laurentii, S. Marciani, S. Blaſii, S. Sylveſtri, S. Petri, S. Stephani, & omnes Eccleſias, quæ in finibus Atinæ Civitatis conſtrui poſſunt, ſcilicet cum decimis, primitiis & oblationibus vivorum, & mortuorum. Præterea ad honorem Sanctæ Dei Genitricis, & ob reverentiam Corporis Beatiſſimi Martyris Marci hujus Civitatis Antiſtitis concedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus omnium veſtrarum Eccleſiarum ordinationes pariter, & canonicas ſanctiones. Concedimus inſuper vobis ut quoties nos vel noſtros ſuc-

ceſſores abſentes fuerimus ex noſtræ authoritatis officio poteſtatis plenitudinem habeatis, ut Epiſcopali jure Clericorum judicium in veſtro Capitulo obtineatis, & de univerſis criminalibus; videlicet de matrimoniis diſſolvendis, vel conjungendis, & de oppreſſionibus canonicè judicandis, & ut hujus noſtræ paginę inſtrumentum, ſicut & à nobis, ita etiam à ſucceſſoribus noſtris firmum & illibatum in perpetuum conſervetur. Obligamus nos, & poſteros noſtros Curiæ centum libras auri componere, & hoc ſimili modo eodemque tenore inviolabiter conſervetur. Quod ſi quis hujus noſtræ conſtitutionis decretum aliqua ratione auſu temerario infringere, vel removere ex parte Dei omnipotentis, & B. Mariæ ſemper Virginis, Beatique Michaelis Archangeli, & ex parte Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium Apoſtolorum, & Beati Marci Martyris Omniumque Sanctorum perpetuo eum anathematis vinculo innodamus, ut in die judicii non reſurgat in dextera parte coronandus, ſed cum Juda Domini traditore, & cum Dathan & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, ſuam ſedem accipiat. Amen. fiat. fiat.

Hoc ego Benedictus Notarius per juſſionem ſupradicti venerabilis Epiſcopi ſcripſi.

Actum Atinæ feliciter.

Leo Dei gratia Epiſcopus ſcripſi.
Ego Lando gratia Dei Comes.
Ego Petrus Adoni Judex.
Petrus Joanni Sergii Judex.
Ego Jubone teſtis ſum.

Hactenus Leonis Epiſcopi documentum.

Plura ſcripſiſſe Leonem ſui ingenii documenta referunt, quæ pauca ſuperſunt: extant ſermones aliqui in D. Marci Martyris prædeceſſoris ſui apud me m. ſ. Ne autem, ſicut cætera voret vetuſtas, hic exſcribere non pigebit ad laudem tanti Martyris aſſerendam, in cujus etiam laudem Petrus Diaconus Caſinenſis aliquot ſermones concinnavit, nec adhuc, quod ſciam, excuſi ſunt, latentque in celebri Caſinenſi Bibliotheca.

Sermo Domni Leonis Vener. Epiſcopi Atinatis.

Ad Matris Eccleſiæ gremium, fratres cariſſimi, harmoniæ tympanum per totum orbem plebs fidelium ſumens, laudeſque Regi magnifico ſuper Beatiſſimi Marci Pontificis paſſionem canens recurrat. Hodie namque Marcus Præſul ſanctiſſimus, Apoſtoli Petri diſcipulus coronatus ante Dominum pervenit, hodie laureatus cœleſtibus infulis redimitus ante eum aſſiſtit, hodie inquam audire meruit; Euge bone ſerve, & fidelis; quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſupra multa; hodie pro Chriſto duobus clavis in capite eſt affixus; hodie bravium victoriæ perennis accepit, hodie ſub cœleſti eſt ara locatus; hodie cum his, qui pro Chriſto paſſi ſunt, Canticum novum Deo decantans exultat, hodie corpus ſuum urbi Atinæ tumulandum reliquit, hodie per totam Campaneam Catholicam illuſtrat Eccleſiam. Adeo enim ſupereminens ejus excellentiſſima extitit gloria, ut ſua quidem paſſione non ſolum Atinenſem Eccleſiam; verum etiam totam illuſtraret Campaneam; Clarificavit nempe hic beatiſſimus Martyr & Pontifex Marcus ſua paſſione Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, cùm pro ejus nomine clavis eſt in capite binis confixus; ſua itaque paſſione, & Præſulatus officii dignitate illuſtravit Eccleſiam, cum ſicut à Beato Apoſtolo Petro ei fuerat traditum, alios verbis, alios corporis ſui ſupplicio, alios miraculorum ſignis ad veri Dei culturam accendit; Nam quis in Sanctæ Matris Eccleſiæ gremio conſiſtens clavos in capite non libenter pro Chriſto cum Marco ſuſciperet, ut à Chriſto Domino in perpetuum cum eo remunerari valeret? De hoc ſiquidem & aliis Martyribus David Propheta prædixerat, ure renes meos & cor meum; hujus itaque excellentiſſimi Martyris fide Eccleſia Chriſti per orbem diffuſa incitatur ad martyrii metam, provocatur ad prædicationem, inſtruitur ad pugnam. Incaleſcant ergo hodie fidelium mentes, & de tanto Eccleſiæ ariete congaudentes, odas Chriſto promant, melliraque ſamina laudis; Nam quis ſuper tam immaniſſimam paſſionem non obſtupeſcat? quis non admiretur tortoris ſævam crudelitatem? Apprehenditur Prædicator Trinitatis Sanctiſſimus, & Præſul magnificus catenis ferreis coarctatur, carceri mancipatur, ſuppliciis afficitur, proſcribitur, damnatur, ad poſtremum clavis acutiſſimis in capite confoditur. Videte fratres, videte Marci myſterium, videte tantam longanimitatem, videte tantam patientiam. Animadvertite, quo calore urebatur, qui dum intrepidus perſecutoribus verbum vitæ annuntiat, acutos in capite ſuo pro Chriſti nomine ſuſcipere clavos non formidavit. Urebatur Martyr ſanctiſſimus deſiderio vitę æternæ, & idcirco libenter ſubſtinuit acumina ſæva clavorum; Hinc Paulus ait, vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens etiam uſq; ad diviſiones animæ ac ſpiritus, compagum quoque, & medullarum & diſcretor cogitationum Dei. Clavorum igitur Beatiſſimus Marcus afficiebatur ſupplicio, ſed validius Sancti Spiritus urebatur ardore; ſed dum Martyris mens in ſidei amore ſuccenditur, hinc amplius tortor nefandus ad ejus necem cum ſævis laniſtis urgetur, clamat celerius, clamat inſtantius, ò mali milites, effœminatum qui animum fertis cum ſceleratiſſimo Marco parcitis, Atinenſis civitas in Chriſti laude reſultat; præparentur nova ſupplicia, gladius acuatur, neci Chriſtianorum Præſul & Doctor tradatur, corpuſq; ejus lupis & canibus devorandum relinquatur, ò ſententia ſęva tortoris heu heu phalãx iniqua; cur fruſtra in Chriſti martyrem ſævis? Adeſt, adeſt inquam cunctipotentia celſa tonãtis; aderit clementia magnifica Dei, de tuis qui manibus liberet beatiſſimum Marcum, caput ejus perforatur, ſed firmiſſima conſtantia pectoris ejus à charitate non recedebat Omnipotentis, Corpus ſupplicia patitur, ſed ſalutem vitæ æternæ acquirit; ò felix conſtantia, ò ſpes inenarrabilis quæ dum clavorum non timuit ſuſtinere cruciatus, ante Omnipotentis Dei clementiam meruit pervenire Laureatus, Laureatus inquam ante Dominum Beatus Marcus advenit, & mox inter ſanctorum catervas à Domino eſt Jeſu Chriſto locatus; hic eſt Martyr beatiſſimus, hic eſt Præſul digniſſimus, hic eſt Principis Apoſtolorum diſcipulus, hic eſt Jeſu Chriſti Domini noſtri prædicator, teſtiſque magnificus; ſed quoniam ipſius hodie veneranda natalitia celebramus, eum tanquam Patronum noſtrum flagitemus obnixius, quatenus pro nobis aſſidue intercedat ad Dominum; decens ſiquidem eſt, ut quem prædicatorem, & Doctorem veritatis habuimus in terris, adjutorem pariter habere mereamur in cœlis, quod Chriſtus Jeſus Rex Regum omnium concedat æternus, qui vivit & regnat cum Patre, & Spiritu Sancto per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

In octava Sancti Marci Epiſcopi & Martyris. Sermo Domni Leonis Epiſcopi Atinatis.

Hodie dilectiſſimi octavum diem Sanctiſſimi Martyris & Pontificis Marci celebramus, in quo calcavit diabolum perſequentem, vicit mundum blandientem, & ſub pedibus ſuis conculcavit Imperatorem frementem: quanta enim gloria, & quibus honoribus in hoc mundo claruit, & qualiter Apoſtolorum Principis factus auditor, qualiterque ad cœleſtia Regna migravit, cum ejus paſſio legeretur audiſtis; rectè igitur Sancti Martyris, & Præſulis ſolemnia uſque ad diem celebrantur octavum, qui ſeptem tempora id eſt ſeptem à ſæculo leges per ſeptem dies, quibus vita humana deſignatur conſervans, octavum diem, qui reſurrectionis & judicii eſt in cordis arcano retinens, pro fide Chriſti mori non timuit, quod verò partes ſeptem, necnon & octo unuſquiſque fidelis dare debeat, Salomon declarat dicens; Da partes ſeptem

ac non & octo. Dies etiam fratres in Sancta Eccleſia declarantur tres, ante legem, ſub lege, & ſub gratia; declarantur & ſeptem per ſeptem à ſæculo leges, ſed jam prout Dominus dederit prædictum numerum, qualiter intelligendus, & unicuique ſit aptandus, & quid myſticè ſignet, veſtræ fraternitati promamus.

De primo die.

In primo namque numero intelligimus Deum Patrem Omnipotentem, In ſecundo Jeſum Chriſtum filium ejus Dominum noſtrum, In tertio Spiritum Sanctum à Patre, & filio procedentem, & hi tres unum ſunt, unum in Deitate, & tres in perſonis: dies autem Deus Pater eſt, dies Filius eſt, dies Spiritus Sanctus eſt, dies diei Filius de Patre eſt, ipſe & ſol juſtitiæ eſt, de hoc die per Prophetam dicitur, timentibus Deum orietur Sol juſtitiæ, ergo ſi Pater & Filius dies ſunt, & dies lux eſt, patet nimirum, quia Spiritus Sanctus vera illuminatio eſt, illuminans corda, & fidelium mentes; Per primam verò diem accipiendum eſt unum Deum, unam fidem, unum baptiſma; ſimiliter & per primam diem poſſumus intelligere ab Adam uſque ad Noe, & uniuſcujuſque hominis infantiam, & correptionem, & inſciorum prædicationem.

De ſecundo die.

In ſecundo verò numero intelligere debemus legem, & gratiam; timorem, & pœnitentiam, pedes recti juxta illud, recti diligunt te, & ſpeciem electri, ideſt filii Dei incarnationem, nec non & corpus & anima, vitam activam & contemplativam practicam, & theoricam, ſenſum hiſtoricum, & allegoricum facere, & docere, uniuſcujuſq; pueritiam, ac juxta Domini præceptum eſurientes reficere. Et tempus à Noe uſque ad Abraham eſt delinquentum increpatio; per legem namque homines à peccato coercentur, per gratiam peccatoribus ignoſcitur, per timorem miſericordia poſcitur, per pœnitentiam peccatoribus venia datur, per pedes in viam mandatorum Dei curritur, per Electrum filii Dei Incarnatio demonſtratur.

De tertio die.

In trino numero intelligimus Trinitatis myſterium, & tres chordæ in cithara, Deum per artificis manum laudantes, ac tres dies ab origine mundi, ut ante jam dixi, uſque ad conſummationem ſæculi, ſunt enim itinere trium dierum Pater ingenitus, Filius unigenitus, Spiritus Sanctus ab utroque procedens, Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritus Sanctus in ſpecie columbę & ignis. In libro namque Ezechielis tria verba deſcripta oſtendit illi Deus lamentationes, carmen, & væ; per lamentum pœnitentia, per carmen gaudium æternæ beatitudinis, per væ ſupplicia æternæ damnationis figurantur. Tres etiam res ſunt, propter quas unuſquiſque fidelis ad Eccleſiam pergit, ad baptiſmum, & judicium percipiendum, & corpus ac ſanguinem ſumendum; In vivifica quidem hoſtia tres colores conſpiciuntur, ſpecies formæ, candor & rubor. Unde David de ejus ſpecie ſic ait, ſpecioſus forma præ filiis hominum: in candore carnem virgineam, in rubore myſterium Dominicæ Paſſionis. De hac vivifica hoſtia tres partes exinde facit ſacerdos, primam in patena, ſecundam in calice ponit, tertiam ipſe ſacerdos ſumit; Prima pars, quæ in patena ponitur ſignificat Incarnationem Filii Dei; ſecunda quę in calice ponitur, corpus incorruptibile, quod in ſepulchro latuit, tertia quam ſacerdos accipit, Chriſti reſurrectionem deſignat.

De quarto die.

In quarto verò numero accipimus figuram quatuor animalium, & quatuor rotarum, ac quatuor annulos Arcæ; & quatuor principales virtutes, prudentiam ſcilicet, & juſtitiam, fortitudinem & temperantiam, vel quatuor mundi partes, aut hominem ex quatuor elementis creatum, & quatuor flumina ex uno paradiſo manantia; in quarto etiam loco ſcribitur illud, quod Deus dixit, fiat lux, & facta eſt lux, in quarto quoque loco hominis ponitur juventus, & tempus à Moyſe uſq; ad transmigrationem Babylonis.

De quinto die.

In quinto numero intelligimus quinque libros Moyſi & tempus tranſmigrationis Babylonis uſque ad David, vel quinque ſenſus corporis, viſus videlicet, auditus, guſtus, odoratus & tactus: ſimiliter etiam & in hoc numero deſcribuntur quinque plagæ Corporis Chriſti in Cruce pendentis, & quinque claves ſapientiæ, quinque quoque panes hordeacei, de quibus Dominus ſatiavit quinque millia hominum.

De ſexto die.

In ſenario numero accipiendum eſt infirmorum viſitationem, ac non & hominum ſenectutem, atque perſeverantem ſub Evangelio famulatum, & tempus à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum: ſimul etiam in ſenario numero Deus cuncta creavit & ordinavit, in ſexto die hominem fecit, & in ea ætate Mundum redempturus advenit. In ſexta quoque hora pro noſtra ſalute Deo Patri Chriſtus ſemetipſum ſacrificium obtulit. In nuptiis verò, quæ in Cana Galileæ factæ ſunt, ſex hydriæ poſitæ ſunt; Prima hydria eſt ab Adam uſque ad Noe, ſecunda à Noe uſque ad Abraham, tertia ab Abraham uſque ad Moyſen, quarta à Moyſe uſque ad David quinta à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis, ſexta à tranſmigrationem Babylonis uſque ad Chriſtum; capientes ſingulę metretas binas, ideſt vetus, & novum teſtamentũ.

De ſeptimo die.

Per ſeptenarium namque numerum Sanctos Apoſtolos intelligimus, de quibus Dominus ait: Vos eſtis lux mundi: ſeptem etiam invenimus eſſe dona Spiritus Sancti, ideſt, ſapientiæ, & intellectus, conſilii & fortitudinis, ſcientię & pietatis, ac timoris Domini; In ſancta quoque Eccleſia ſeptem dona Spiritus Sancti unuſquiſque fidelis accipit, ideſt pabulum ſalis, Eccleſiæ introitum, ſputum, oleum unctionis, Baptiſmum Chriſti, Chriſma Sacerdotum, & Chriſma Pontificum. Septem quoque ſigilla in Apocalypſi Joannis legimus, primum ſigillum eſt annunciatio Incarnationis filii Dei, ſecundum Baptiſmus, tertium Paſſio, quartum Reſurrectio, quintum Aſcenſio, ſextum Judicium, ſeptimum meritorum retributio; ſunt & ſeptem beatitudines, regnum Cælorum, poſſeſſio terræ viventium, conſolatio, juſtitiæ ſocietas, miſericordia, viſio Dei, & filiatio Dei.

De octavo die.

In octonario numero ſanctam Scripturam intelligimus, & dilectionem Dei & proximi, ac ſpeculantium vitam, & tempus generale reſurrectionis, vel hominum decrepitam ſenectutẽ. Octavus dies apud unumquemq; finis eſt vitæ præſentis, & initium vitæ futuræ; octavum diem ſignificabat cataclyſmus factus ſub Noe, in quo octo animæ ſalvæ factæ ſunt; & in Eccleſiaſte Salomon loquitur, da partes ſeptem nec non & octo; ſeptem namque & octo quindecim faciunt, & quindecim ſunt cantica graduum, quę filii Iſrael quando ad Templum conveniebant, decantare ſoliti erant. Chriſtus eſt dies primus, ſeptimus, & octavus; Primus ante quem nullus, ſeptimus quia in ipſo ſeptem dona Spiritus Sancti requievere; octavus, quia æternus ac ſempiternus eſt; octo etiam beatitudines Dominus in monte ſuis diſcipulis expoſuit, quas Martyr hic Sanctiſſimus, & Pontifex almificus in ſe retinuit & excrevit. Nunc itaque enixius flagitemus hunc Martyrem, & Pontificem Marcum, ut pro nobis indignis Omnipotenti Deo preces effundat, ut qui Pater, tutor

& de-

A *& defenſor nobis extat in terris, cum ſocium habere mereamur in Cœlis, ipſo adjuvante, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.*

XXII. 20. PALUMBUS ſucceſſit Leoni anno 1072. *quo Præſule* (ait Chronica,) *conſtructa eſt Eccleſia S. Angeli in Perelo juxta balnea in collibus Melfi, quam etiam ipſe dedicavit 11. Nonas Julii. Hanc ſiquidem Eccleſiam quidam Sacerdos Teuto nomine condidit, cum totam poſſeſſionem ſuam in circuitu adjacentem tradidiſſet per chartulam donationis ſuper hoc ſacroſanctum altare eandem Eccleſiam obtulit, atque ſe ipſum ad ſerviendum Deo tradidit. Alio quoque tempore eo præſidente Pontifice, Salomon quidam concivis noſter cum filiis ſuis tradiderunt totam partem ſuam, quam habebant de Eccleſia Sancti Mauri ſita propè Melatinum in hoc venerabili loco. Ita fecit & Aldo filius Petri Presbyteri de parte noſtra, quam habebat in ſupradicta Eccleſia in manus venerabilis Palumbi Epiſcopi. Sedit autem ipſe Palumbus Epiſcopus annis 15. & ſepultus eſt juxta Eccleſiam majorem à ſeptemtrionali parte, propè januam ipſius Baſilicæ, quæ ibidem conſiſtit.*

B

XXIII 21. JOANNES hujus Eccleſiæ Epiſcopus ordinatus eſt anno 1087. ſedit annis 12. *Hic autem venerabilis Epiſcopus ampliavit muros majoris Eccleſiæ & eam depingere fecit Hiſtoriam veteris & novi teſtamenti cernentibus demonſtrans. Fecit & Cruces magnas deauratas, & poſuit eas ex utraque parte extra Chorum. Fecit & domum, quæ nunc horreum dicitur, quæ eſt ſupra porta ipſius Monaſterii. Diruit etiam altaria duo, quæ erant in porticibus ipſius Eccleſiæ: in abſidis, ubi quondam Idola ſteterant, in quarum una, quæ eſt à parte Meridiana poſitum eſt Corpus B. Martini Confeſſoris, & Eremitæ in ſepulchro marmoreo, cujus vita ſatis claruit actibus, ſicut in geſtis illius legitur, & ejus oſſa quotidie manifeſtant. In altera verò, quæ eſt à parte ſeptemtrionali, conſtituit fontem ad benedicendum in Sabbatho Sancto. Obiit autem Joannes Epiſcopus 2. Idus Septembris, & poſitus eſt in porticu ipſius Eccleſiæ à parte meridionali.* Hactenus Chronica de Joanne, deque Epiſcopis Atinatibus.

C

XXIV 22. SIGEBERTUS Atinenſis Epiſcopus anno 1129. præſens Coronationi Rogerii Regis apud Rocchum Pyrrhum in Chronol. Regum Siciliæ. Pauci autem qui deinde ſucceſſere Epiſcopi, nondum cogniti ſunt. Sicque vetus Atinenſis Epiſcopatus ſuppreſſus eſt circa Eugenii III. tempora, ut ſupra narravimus. Claudet verò de Atinenſibus Epiſcopis hanc noſtram narrationem ſermo Joannis XX. Epiſcopi Atinenſis de Sanctis Martyribus Marco, Nicandro, & Marciano, unicum quippe eruditi Antiſtitis monumentum, quod invidioſa non voravit vetuſtas.

Sermo Domini Joannis Atinenſis Epiſcopi.

Lætetur hodie Evangelica virtus, & exultet terra, in qua Sancti Martyres Marcus, Nicander, & Marcianus in æterno Regno tympaniſtriarum more ovantes aſcenderunt è terra. Hodie vertex Marci ſacratiſſimus perforatus eſt acutiſſimis clavis. D *Hodie Nicander, & Marcianus, devictis veternoſi ſerpentis illecebris, numiſma è manibus acceperunt Regis æterni: hodie coronati ſunt lapide pretioſo: hodie Jeſum Chriſtum Omnipotentis Dei filium confitendo, & falſorum numinum venias abolendo effuderunt ſanguinem ſuum. Hodie languorum enormium hebetudines curare cœperant: hodie apud urbem Atinam Orgia Cunctipotenti libaverunt de corporibus ſuis: hodie eadem in urbe prodigia faciunt per corpora ſua. Hodie Marcus Omnipotenti Deo proclamat dicens; Adhæſit anima mea poſt te; quia caput meum clavis confixum eſt pro te.*

Sed jam propter præſentem diem aliquid in tantorum Martyrum laude dicamus. Audiſtis, fratres cariſſimi, cum ſanctorum paſſio legeretur, quid Beatiſſimus Marcus Laniſtis dixerit, cum jam accepturus eſſet remunerationis bravium. Eja, inquit, milites, facite quod facturi eſtis; jam enim Dominum meum Jeſum Chriſtum video. Quid etiam S. Marcianus Maximo dixit, audiſtis; Præſertim enim eum videmus, & quò nos nunc vocat, cognovimus. Quomodo videbant? Adjuvantem, an vocantem? Dicam potius, dicam, & adjuvantem, & coronantem. Adjuvabat namque illos, quia præcordia eorum ad ſupremum Martyrii agonem inflammabat. De quo etiam Scriptura dicit; in ipſo enim vivimus, movemur & ſumus. Et Jacobus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. Coronabat namque illos; quia locum parabat; illum locum de quo ipſe diſcipulis ait: Vado parare vobis: & iterum, & accipiam vos à me ipſo; ut ubi ego ſum, & vos ſitis.

Sed libet nunc intueri, quid Marcus Beatus ſubdens adjunxit: glorificans, glorifico te Jeſu Chriſte, qui me indignum non fraudaſti à ſocietate ſanctorum tuorum; nunc autem quia, te adjuvante, pugnavi, & vici, idcircò deprecor te, Paſtor clementiſſime, ut me B *adjuves in hora hac. O felix oratio, quæ ante ad ſupremi Regis obtutus delata eſt, quam ex ore Beatiſſimi Marci prolata fuiſſet. Ante, inquam, quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Unde & ad Moyſen Dominus ait Quid clamas ad me? Clamabat namque ad eum, quia cordis vox cæleſtia regna penetrabat. De talibus namque orationibus Dominus ait. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Felix planè, felix dicenda eſt illa oratio, in qua fluxa rerum abundantia, non aureata regum laquearia, non oſtreata pulvinaria, ſed vita poſtulatur æterna. Nam hic Beatiſſimus Marcus poſt varia ſuppliciorum genera, poſt Ferrea vincula, orationem fudit ad Dominum, non ut perſecutores, & Idololatras igni cremandos deſtinaret, ſed ut devictis hoſtis illecebris, laureatis, cæleſtibuſque infulis redimitus ſuperna conſcendere poſſet palatia, quæ nobis donare dignetur Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui vivit, & regnat cum Patre & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculo-* C *rum. Amen.*

CALATINI

ſeu Cajacenſes

EPISCOPI.



CALATIA, quam nunc Cajaziam *a* vulgus appellat, perantiqua eſt Campaniæ Felicis civitas, in montibus Tifatis è regione Samnitum apud Vulturnum ſubterfluentem amnem ſita, à Capua Metropoli VIII. à Neapoli verò XXIV. milliaribus diſtans in Apia via, de qua Silius: *a Vulgo Cajazzo.*

Tifata umbrifico generatum monte Calenum.

Libentius fabulantur hi, qui in rebus à noſtra memoria diſtantibus Calatiæ fundationem, vel in Calenum Jovis ſecundi ſeptimum filium, vel in Calatiam Tifatis filiam, cujus amore peribat Vulturnus, patris iram fugientem rejiciunt. Nec deſunt,

qui ſcribant ab Oſcis, alii à Comanis, Etruſciſque vel conditam, vel reædificatam. Illam vetuſtam, ac præcipuam civitatem fuiſſe patet ex Polybio, qui lib. 3. enumerans cauſas adventus Annibalis in Campaniam, hanc quoque addit, ut potiretur ſcilicet nobilioribus civitatibus Capua, Attela, & Calatia. Eam aliquando expugnaſſe Samnites, mœniiſque exuiſſe ſcribunt, quam deindè ex S. C. auctoritate Publius Cornelius, Q. Fulvius Flaccus, Aoluſque Poſtumius Albinus Cenſores reſtauraſſe, noviſque muris circumvallaſſe ſcribunt, ut adverſus Samnites Romanorum arx eſſet, & præſidium. Extat adhuc magna pars veterum murorum, qui fuerunt tantum ex quadratis lapidibus ſine calce, aliave genere ferruminationis ſtructi haud parvam urbis elegantiam præſeferentes, de qua Antonius Sanfelicius eleganti de Campania libello, *Montana eſt*, inquit, *Calatia, ſupra quam ſtrorſum tamen ingens quadrato ſaxo ſurgit opus, quod rupis faciem oculis offert ferruminato nexu lapidibus aptè inter ſe cohærentibus.*

Hæc fuiſſe antiqui oppidi mœnia ſunt, qui dicant, quos ego non ſequor, opinorque cives per ea tempora habitaſſe, ubi adhuc habitant. Argumento mihi eſt perennis aqua influens ſubterraneo rivo in ciſternam veterem, quæ in oppidi eſt umbilico, ipſaque aqua per æſtivos menſes ob innoxium frigus civibus gratiſſima eſt. Addo etiam teſtimonium ſuperpoſitæ ibi marmoreæ tabellæ, in qua hæc inſculpta eſt Epigraphe.

M. GAVIUS TF.
QUISELLIUS Q.F.
GALLUS
DUO VIR QU NQ
CREPIDINES CIRC.
FORUM SPF.

Si ergo hìc erat forum, continuò & oppidum, nunquam foro mœnibus excluſo. Habent hi colles olivera diſtincta oleaſtris, quorum baccæ non carne, ſed liquoris dulcedine commendantur. In foro civitatis inſignis eſt puteus, qui conſtat magno ſubterraneo ædificio in tres partes diviſo mirabili artificio factus. Nam cum intrinſecus non ſolùm ſinguli parietes, & cameræ ſint ſolido marmore munitì, verùm etiam ipſum pavimentum adeò ut aquis ſcaturire penitus non poſſit, tamen perpetuo abundat aquis, mirantibus cunctis, nemine cauſam abundantiæ aquarum adhuc ſciente, licet vulgus illorum hominum pro uniuſcujuſque captu varia judicia ferat. Extat etiam in ipſo foro civitatis ſimolachrum lapideum Priapi, paucos ante annos in ruderibus antiquiſſimi templi Veneris Felicis repertum, quale ſimulachrum, ut ſcribit Georgius Braunius, neque in antiquitatibus quotquot Romæ ſunt, neque in alia Urbe reperitur.

Fuit Calatia olim municipium, ut patet ex hiſtoricis quamplurimis, qui narrant Attilium Calarinum functum eſſe Dictatura, ſupremo apud Romanos magiſtratu, quo non potuiſſet fungi, niſi municeps fuiſſet, cum municipes tantùm Urbis Romanæ munerum participes olim fierent; patet etiam ex pulcherrima inſcriptione, quæ legitur in vetuſto lapide in foro ipſius civitatis.

VENERI FELICI
P. SERVILIUS P. F. APRILIS
II. VIR. QQQ. RP.O. PEC. ALIMENT.
PAS. MUNICIPI. CALASINORUM.
CURIA. OP. ND REIP. EJUSDEM.
PECUNIA SUA FECIT.

Sunt in hac urbe multa antiquitatis monumenta, & inſcriptiones, quæ recenſentur ab erudito Viro Octaviano Melchiorio in deſcriptione ejuſdem. De Calatia habetur frequens mentio apud Livium & Plutarchum in Annibale. Meminit etiam Cicero lib. 3. Epiſtolarum familiarium, de Hippia Philo-

A xeni filio Calatino, hoſpite & neceſſario ſuo, & de legibus Calatinorum, ne quidquam publicum, niſi publico nomine poſſideretur. Ex qua Ciceronis epiſtola apparet, Calatiam municipium fuiſſe, cum eam ſuas leges habere dicat, quod proprium municipiorum erat. Coloniæ namque, & cæteræ civitates populi Romani legibus adſtringebantur. Cæterum hæc civitas tandiu Romani Imperii faſces adoravit, quandiu ejus ſtetit majeſtas; deinceps ſub diverſis Dynaſtis fuit; hoc tempore unius Hiſpaniarum Regis ſubjacet arbitrio, ſub utili dominio Joannis Corſi nobiliſſimi Florentini Patritii quieſcit titulo Marchionatus condecorata. Populo & nobilitate ita dives eſt, ut nulli finitimarum civitatum invidere poſſe videatur; aer illi ſaluberrimus, ſolum fœcundum, optimo oleo, ſuavi vino, quo & pomis dulciſſimis abundat. Urbs 700. laribus illuſtratur. Protulit hæc civitas viros in omni virtute præſtantes; ſi quis verò ejuſdem clariorem cognitionem deſiderat, conſulat ſupra memora-

B tum virum clariſſimum æquè ac nobiliſſimum Octavianum Melchiorium Calatinum in libro, quem ſcripſit de origine, progreſſu, Viriſque Illuſtribus hujuſce civitatis, ubi abunde, & eruditè de iis omnibus agit ad ſatietatem. Fama eſt & inveterata traditio a patribus derivata, primùm Calatiæ evangelicam veritatem enunciaſſe Sanctum Petrum Apoſtolum, aut aliquem ex ejus diſcipulis, quem malunt fuiſſe B. Priſcum primum Capuanæ Metropolis Epiſcopum; extat adhuc, tametſi ſemidirutum templum extra mœnia, quod priſci illi Chriſti fideles eidem Apoſtolorum Principi dedicaront. Epiſcopalis dignitas Calatina antiquiſſima eſt; ubi primùm ea Civitas Chriſtiana ſacra amplexa, Antiſtitem etiam accepit, ut eadem fert traditio, cujus nomen, aliorumque per multa ſæcula ex injuria temporum, Chriſtianarumque perſecutionum tyranide, haud perennavit ad poſteros. Calatinus Epiſcopus ſuffraganeus eſt Capuano Archiepiſcopo. Diœceſim ſatis amplam habet, quam Vul-

C turnus flumen ambit, in eaque 40. Parochiales Eccleſiæ recenſentur, quarum duodecim ſunt Archipresbyterales. Cenſus Epiſcopalis duo millia ſcutorum illarum partim dicuntur explere, tametſi in libris Apoſtolicis ejus Taxa 130. florenos non excedat. Eccleſia Cathedralis, Epiſcopatum vocant. Deiparæ Virgini, Sanctoque Stephano Epiſcopo dedicata eſt, ſtructura, & vetuſtate viſenda; in ea tres dignitatum gradus ad ampliorem Dei cultum ſunt, Archidiaconatus nempè, duo Primicerii, & 20 alii Canonici, plures presbyteri & Clerici, qui quotidie divinum perſolvunt penſum. Dives eſt Sanctorum reliquiis, nempè corporum S. Stephani ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, & Tutelaris, S. Ferdinandi itidem Epiſcopi: veneratur brachium dexterum S. Lucæ Evangeliſtæ, Lipſana SS. Innocentium, Proti & Hyacinthi, & Urbani Martyrum, aliorumque Sanctorum. Eccleſia hæc, ut Jodocus Hundius in deſcriptione Italiæ ſcribit, perantiquum, & paucis in Germania, & Gallia no-

D tum ſacrarum Imaginum uſum obſervat, per quem accuratiſſimè comprobare videtur, imagines, hunc quoque in finem, in cœto fidelium coaſſervari, ut laicorum libri exiſtant. Nam Septimanæ ſanctæ Sabbato ſancto, dum in eminenti Cathedralis Eccleſiæ loco, in quo Evangelium decantari ſolet, Prophetiæ decantantur, ſtatim prophetica lectione una finita, ad plebem fidelem in Eccleſia collectam, à ſacrorum miniſtro, eodem ex loco depicta explicatur, & evolvitur charta, imaginum, & colorum varietate ad vivum expreſſa, eandem ipſam prophetiæ hiſtoriam, quam Canonicus jam ante decantarat, repræſentans. Ita ut duodecim prophetiis decantatis, duodecim picturæ inter ſe connexæ, & baculo complicatæ, ſenſim in imum evolutæ, fideli populo ſpectandæ propoſitæ, duodecim prophetias, quaſi viva voce eidem explicent, & interpretentur. Fuit etiam in eadem Eccleſia conſuetudo vetuſtate comprobata, ut die Jovis ſancto, quando

man-

mandatum Domini de more, & ritu majorum celebratur, in ſacello S. Trinitati nuncupato, Altare concavum trium digitorum altitudine, trium pedum latitudine, ſex verò longitudine unius cadi capax, vino impleatur, quod fideles in Cathedrali Eccleſia pietatis ergo congregati, inter ea temporis exhauriebant, dum abſoluto mandato duodecim pauperum pedes ab Epiſcopo lavarentur. Et tenuit Eccleſia hanc conſuetudinem uſque ad Concilium Tridentinum, cui tunc non ſine communi civium dolore derogatum. Cæterùm in civitate plures aliæ Eccleſiæ *a* viſuntur, inter quas eminet Sanctiſſimæ Annunciatæ Collegiata. Vnum Sanctimonialium Cœnobium, unumque virorum Conventualium Sancti Franciſci: extra civitatem duo alia ſpectantur Cœnobia, alterum Capuccinorum, alterum Minorum diſtrictioris Obſervantiæ. Nec deeſt Puerorum Seminarium propè Cathedralem ad augendum Eccleſiaſticum decorem, nec Xenodochia ad pietatem, nec laicorum Sodalitates ad devotionem ſervandam. Calatinorum Epiſcoporum ſeriem ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ perſcripſit idem memoratus Melchiorius Sanctæ Chriſtinæ de Formicula digniſſimus Archipresbyter, de patria, deque Eccleſia Calatina optimè meritus; nos autem cum ab ipſo m. s. dono accepiſſemus, ex eo, aliiſque ſcripturis & monumentis ſequentem Catalogum concinnavimus.

a Inter has tres parochiales excepta Cathedrali.

I. 1. ARIGISIUS inter antiquiores Cajacenſes Epiſcopos, quorum memoria extet, in Diptycis ejuſdem Eccleſiæ Epiſcoporum recenſetur, cujus obitus dies in veteri Kalendario notatur 14. Auguſti. Cæterum quo tempore ille vixerit, vel quo anno mortalitatem expleverit, ignoratur; ex nominis tamen conjectura Longobardum fuiſſe volunt, eoque tempore floruiſſe, quo Longobardi hanc regionem tenuere dominaruntque.

II. 2. GISULPHUS & ipſe genere Longobardus Cajacenſis Epiſcopus fuit ann. 776. Adriano primo Pontifice. Poſt hunc per aliquot ſæcula hujus Eccleſiæ deſiderantur Epiſcopi, quorum nomina invidioſa devoravit vetuſtas.

III. 3. VRSUS prædeceſſor S. Stephani, cujus mentio in vita ejuſdem Sancti in veteri Capuanæ Eccleſiæ Breviario. *Per idem tempus*, inquit, *defuncto Vrſo Cajacenſi Epiſcopo, à Pandulpho Principe, & Geriberto Archiepiſcopo, atque omni populo, vel clero gratia cunctorum & lætitia Domnus Stephanus eſt electus, & conſecratus Epiſcopus*. Mors Vrſi & Stephani electio incidit in annum Domini 978. ab Incarnatione.

IV. 4. S. STEPHANUS ſucceſſit Vrſo anno 978. à Geriberto Capuano Archiepiſcopo conſecratus. Sedit ſanctiſſimè an. 48. claruſque miraculis ad cœlum evolavit anno 1023 die 29. Octobris ætatis ſuæ 88. jacet in Cathedrali, cujus vitam recenſuit ex veteri Breviario Michael Monachus in 2. parte Sanctuarii Capuani, unà cum notis, quæ hic exſcribere libet.

Temporibus igitur Landulphi eximii Principis Capuanæ Civitatis fuit quidam vir, nomine Joannes, D *uxor vero Guiſelperta, in loco Lanei ſcilicet degentes, infra finem Campaniæ telluris; quibus erat parvulus filius nomine Stephanus, quem illi in cuna poſitum, puerili affectu educantes, animadverterunt, Domini virtutem jam illius operari infantia. Puer enim paulatim creſcebat corporis magnitudine, ita ut omnes mirarentur, non tam materno ubere paſtum, quàm cæleſti gratia auctum. Hic autem cum ſeptem eſſet annorum intra mœnia ejuſdem Capuanæ urbis apud Eccleſiam Domini Salvatoris à parentibus ſcholis traditus eſt. Hic Dei favente clementia, litteras, omneque Eccleſiaſticum officium præ cæteris conſodalibus parvo tempore didicit. Quoties ille pſallebat, aut legebat, ſeu vacabat, cæleſtia ſemper cogitabat, Deumq; Creatorem habebat, caduca & tranſitoria penitus reſpuebat, & ipſe ab ineunte ætate caſtiſſimus, ſuos ſocios caſtitatem docebat, & quos male agentes cognoſcebat, mellifluis verbis corrigebat, omnes diligebat, & ab* A *omnibus diligebatur. Qui cum talia ageret, ab omni Clero, ipſiuſque loci Abbate factus eſt clericus, & de gradu in gradum ad Sacerdotii eſt ductus honorem, & non longo tempore poſt in eadem Eccleſia Abbas ordinatus eſt. In qua videlicet Eccleſia cum omnibus, quos à die nativitatis ſuæ habuit, quadraginta quatuor complevit annos. Per idem tempus, defuncto Urſo Cajacenſi Epiſcopo, à Pandulpho Principe, qui tunc Capuæ principabatur, filio ſcilicet prænominati Landulphi Principis, & Geriberto Archiepiſcopo, atque omni populo, vel Clero, gratia cunctorum & lætitia D. Stephanus electus eſt & conſecratus Epiſcopus: In quo videlicet Epiſcopatu iterum alios quadraginta quatuor explevit annos, & obdormivit in Domino.* Hactenus Breviarium. Sanctum Stephanum Epiſcopatum iniiſſe anno ab Incarnatione 978. docet Bulla Gerberti Archiepiſcopi Capuani poſt conſecrationem ejuſdem Sancti ſcriptam, datamque anno 3. Archiepiſcopatus Kal. Novemb. Ind. 8. Contigit igitur ejus conſecratio anno 978. ab Incarnatione. Porrò B diploma Gerberti cum ipſa conſecratione Stephani continet etiam Diœceſis Cajacenſis diſtinctionem, eadem forma, qua deinceps uſi ſunt Archiepiſcopi Capuani, ut Arnulphus anno 1032. in confirmatione Benedicti Epiſcopi Sueſſani ut infra: imò hac formula videtur uſus fuiſſe S. Gregor. Mag. lib. 2. c. 11. Diploma Gerberti ab exemplari profert idem Michael Monachus in hunc modum.

Gerbertus Sanctæ Capuanæ Sedis gratia Dei Archiepiſcopus fidelibus omnibus orthodoxis, clero, & ordini, & plebi conſiſtenti Cajaciæ Eccleſiæ per Apoſtolicam inſtitutionem noſtro Archiepiſcopatui ſubjectæ dilectiſſimis filiis in Domino ſalutem.

Probabilibus deſideriis nihil attulimus tarditatis: Fratrem jam & Coepiſcopum noſtrum Stephanum vobis ordinavimus Sacerdotem: cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationem præſumat illicitam, ne C *bigamum, aut qui virgine non eſt ſociatus uxore, neque illiteratum, vel in qualibet parte corporis vitiatum, aut capœnitentem, vel Curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad ſacrum Ordinem permittat accedere, & ſi quos hujuſmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros paſſim ad Eccleſiaſticos Ordines prætendentes, nulla ratione ſuſcipiat; quia aliqui eorum Manichei, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati. Miniſterio, atque ornatui Eccleſiæ, vel quicquid aliud eſt in patrimonio ejuſdem non minuere audeat, ſed augere. Inſuper conceſſimus et Diœceſim per has fines ab ipſo ribo, qui eſt juxta Prætamula, & quomodo continet ipſe totus Cajaciæ Comitatus, cum iſtis Eccleſiis, quæ hic ſubtus declaramus, hoc eſt, in Baluniana Eccleſia S. Nazarii, & Eccleſia S. Vitelliani, & S. Coſmas in Vivaru, & S. Ferentianus ad Sorba: S. Petrus ad Pile, S. Petrus, S. Angelus ad Palma: Sanctus Felix in Peti: S. Petrus ad Saxe: S. Petrus & S. Priſcus in Matranu: Sanctus Joannes, & S. Secundinus in Treple: Sanctus Laurentius, & S. Maria, & S.* D *Matthæus in Puzanu: Sanctus Rufus in Ceſeranu: Sancta Maria in Vulana: S. Petrus, & S. Laurentius in Liczanu: S. Angelus, & S. Felix & Sanctus Joannes in Campanianu: S. Petrus, Sanctus Vitus, S. Coſmas in Rainanu S. Joannes, S. Maria cum S. Angelo: S. Felix: S. Nicander in Pedi Cajaciæ: S. Angelus, S. Salvator, & S. Vitellianus in Camporalonga: S. Maurus in Alvianu: S. Angelus in Auatio: S. Vitus in Bage: S. Andreas, & S. Petrus, & S. Vincentius, & S. Andreas, & S. Cæſarius in Tragaat: S. Maria & S. Priſcus ad Caulture, S. Laurentius ad Atina, & S. Sebaſtianus in Squille, & S. Secundinus in Rajanu, & Sancta Maria in Banialo, & S. Angelus in Poſcari: cum omnibus Eccleſiis, & terris ad ipſas Eccleſias pertinentes, quæ inter has fines ſunt, quæ modo habere & poſſidere videntur, & in antea pro parte ipſarum Eccleſiarum acquirere potueris, & cum presbyteris, & cum omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus ad prædictam veſtram Diœceſim pertinentibus excepto, quod non damus vobis*

cuncta territoria in Caſa Marcella, & Eccleſias, quæ ibidem ſunt: & hæreditatem filiorum Andreæ balneatoris, ideſt Perundo, & Leo & filiis Urſoli, quæ fuerunt & pertinuerunt jamdictæ Sanctæ Mariæ de Peti, per has ſubtus declaratas fines, prima petia, ubi ipſi ſedent, uno latu via antiqua, in latu terra Rodoaldi, in capu via publica, aliu capu in Serra de Monte: ſecunda petia ibi propinquo uñ latu terra nominatæ S. Mariæ, & ipſo ribo, & aliu latu terra Beneruti cum ipſo interſicu noſtro: uñ capu via publica, aliu capu Deodedi Presbyteri, ipſe prędictus interſicus noſter, uñ latu via publica, aliu latu terra Beneruti, & de fratris ejus, uñ capu terra Deodedi presbyteri; tertia pars in Juvenelli, uñ latu terra Andreæ cum ipſo interſicu noſtro, aliu latu terra Paldolfi, quæ fuerunt Summi, uñ capu Silica, aliu capu in ribo. Quarta petia ibique, uñ latu terra Padulfi, quæ fuit ſummi, aliu latu via, qui decernit ipſa cava, uñ capu in Silice, aliu capu in ribo. Quinta petia ibique uñ latu jamfatę Eccleſiæ S. Mariæ, aliu latu Eccleſia Cici, & Muſi, uñ capu in Silice, aliu capu terra Landulfi, & Cici fratris ejus, ipſe fundus propè prędicta s. Maria amba latera ipſius Eccleſiæ S. Mariæ, uñ capu in ribo, aliu capu terra, quæ fuit Leopardi. Sexta petia prope S. Angelo ad Palma, uñ latu eſt terra Summi & aliu Lupi clerici, aliu latu terra Landolfi Comitis, uñ capu in via, aliu capu terra ſupranominata S. Maria. Septima petia à Centura, uñ latu terra Martini Turellæ, aliu latu terra Adiſulolæ, uñ capu in ribo, qui dicitur latu, aliu capu in via publica. Octava petia, quæ dicitur ad Argellata, uñ latu in monte, aliu latu in ribo, qui temporaliter habet aqua, unde capu Landulfi Comitis, aliu via antiqua. Nona petia ad Caſtaneſum, uñ latu terra Audoaldi & monte, aliu latu terra filii Geremundi, uñ capu via publica, aliu capu terra Sabini Clerici, & fratris ejus. Decima petia juxta Eccleſiam ſupranominatæ S. Mariæ, uñ latu terra Andreæ, aliu latu terra Landulfi, & Audoaldi, uñ capu in Silice, aliu capu in monte. Tali itaque ordine, & ratione, ut ſubdentur Archiepiſcopatui, aut noſtræ Abbatiæ, vel qualiſcunque ſervus noſtri Archiepiſcopatus, hæreditates habuerint, aut in antea parare potuerint, ſive per cauſationem acquiſierint, noſtri, noſtrorumque ſucceſſorum ſit in poteſtate: at non dedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Eccleſiam S. Angeli in Melanico, quam in noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum poteſtate reſervamus. De redditu verò Eccleſiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones, quarum unam ſibi ipſe retineat, alteram alterius pro filiorum ſuorum ſedulitate diſtribuat. Tertiam pauperibus, & peregrinis. Quartam eccleſiaſticis fabricis reſervandam, de quibus erit redditurus divino judicio rationem. Ordinationes verò Presbyterorum, ſeu Diaconorum, non niſi primi, quarti, ſeptimi & decimi menſium jejuniis, & ingreſſu quadrageſimali, mediave, atque veſperi Sabbathi noveris celebrandas. Sacrum autem Baptiſmi Sacramentum non niſi in Paſchali feſtivitate, & Pentecoſte noveris eſſe præbendum, exceptis his, quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubvenire. Hic ergo Sedis noſtræ præcepta ſervantes devotis animis obſequi vos oportet, ut irreprehenſibile, placidumque fiat corpus Eccleſiæ per Chriſtum Dominum noſtrum, qui vivit, & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Anno Deo propitio, Archiepiſcopatus Domini Gerberti Tertii Archiepiſcopi in Sacratiſſima Sede Beati Protomartyris Stephani in ipſa die Kalend. Novembris, Indict. 8.

Ego Aldericus Calactinæ Eccleſiæ Epiſc. conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Leo Suranæ Sedis Epiſcopus, conſenſi.
Ego Bonus Presb. Card. S. Capuanæ Eccleſ. me ſubſcripſi.
Ego Joannes Presbyt. S. Capuanæ Eccleſiæ Card. me ſubſcripſi.
Ego Avioaldus, Diaconus S. Capuanæ Eccleſiæ me ſubſcripſi.
Ego Petrus Diaconus S. Capuanæ Eccleſ. me ſubſcripſi.
Ego Toro Subdiaconus me ſubſcripſi.
Ego Joannes Subdiaconus S. Capuanæ Sedis me ſubſcripſi.

Datum per manum Ioannis Subdiaconi noſtri Bibliothecarii in Kalend. jam dictis per ſupraſcriptam Indictionem. Bene valete.

Cum huic bullæ ſubſcribat Epiſcopus Eccleſiæ Calactinæ, Epiſcopus Suranæ, alter Aldericus, & Leo alter nuncupatus, dubitatum eſt, (inquit Monachus,) *quænam ſit Eccleſia Calactina, quæve Surana. Non defuerunt qui intellexerunt Eccleſiam Calactinam eſſe Eccleſiam Cajacenſem, quaſi à Calatia, quod eſt nomen antiquum civitatis, derivetur. Hi certè falluntur, nam tempore Sancti Stephani civitas dicebatur Cajacia, & derivat nomen Cajaccianus, ſeu Cajacenſis, & ſi S. Stephanus conſecratur Epiſcopus Cajacię, quomodo poteſt eſſe vivus alter ejuſdem civitatis Epiſcopus? imò ſi S. Stephanus ſucceſſit Urſoni Epiſcopo Cajacciano, ut habet Breviarium, quomodo poteſt fingi alter Epiſcopus ejuſdem Civitatis illo ipſo tempore? imò ſi fuiſſet Epiſcopus, qui vivens renunciaſſet Epiſcopatui Cajacciano, ille quidem cum renunciaſſet loco, & ſi non dignitati, potuiſſet quidem dici Epiſcopus, at dici Epiſcopus Calactinus, ideſt Cajaccianus, nullo modo. Legimus in Ptolemeo Calactam in Sicilia, & à Calacta Calactinus in Priſciano: an ergo Epiſcopus Calactę illo tempore caſu apud Capuam morabatur? Ego libenter credam juxta illorum temporum barbaram latinitatem à Cale deductum eſſe Calectinum, ſeu Calactinum; Cales autem eſt civitas Caluorum, ideoque Epiſcopus Calactinus eſt qui dicitur hodie Caluenſis. Juxta eandem barbaram latinitatem, cum littera o, in, u, tranſeat, & pro ſorores, ſurores, ſit pronunciatio: non dubito Eccleſiam Suranam eſſe Soranam, ideſt Eccleſiam in civitate Soræ.* Hæc Monachi ſpeculatio mihi arridet, & Adeleicus adſcribendus inter Caluenſes Epiſcopos, quemadmodum Leo inter Soranos recenſendus. Autographum autem relatæ bullæ in Eccleſia Cajacinna conſervatur.

Habet idem citatus auctor S. Stephanum ortum fuiſſe in pago, qui Macerata nuncupatur, & ex illa gente, quæ nunc Mencinella dicitur, ex veteri traditione. Vixit Stephanus octuaginta octo annos, ut docet Hiſtoria: ſenio confectus interfuit Concilio Provinciali ſub Paldulfo Archiepiſcopo, & de occupatoribus bonorum Eccleſiæ Calatinæ conqueſtus eſt. Inter monumenta Capuanæ Eccleſiæ inventa eſt Scriptura vetuſtate penè exeſa; integra tamen in his, quæ ad hanc hiſtoriam faciunt. Verba ſunt.

Paldulphus humilis Archiepiſcopus, &c.

Quod dum reſiderem in Aula S. Dei Genitricis & Virginis Mariæ, Sanctorumque Protomartyris Stephani, & Agathæ cum reliquis Coepiſcopis Suffraganeis noſtræ Sedis, & cum Sacerdotibus, ac Diaconis, & in circuitu noſtro aſtaret agmen reliquorum Ordinum Eccleſiaſticorum, ad Sanctam Synodum celebrandam, tunc in conſpectu omnium ſurrexit de ſubſellio Stephanus Confrater, & Epiſcopus Calatinæ Sedis, & cœpit dicere tam mihi, quam etiam omnibus reſidentibus, atque aſtantibus: ſcire vos volo Domini & Confratres, quod ſedes mea ad nihilum redacta eſt ab illis, qui ejus hæredes eſſe permanſerunt: ſed cum prædicti Confratris noſtri vox ob infirmitatem & ſenium ita tenuis ab ore ejus progrederetur, ut ad aures omnium minus perveniret, cœpit humilitas mea tunc alloqui, ut vel ipſe ſic loqueretur & ſermo ejus clarè ad aures omnium pertingeret, vel vocaret unum ex ſuis, qui pro ejus vice, ea, quæ ipſe dicere non valeret, ediceret. Tunc accerſitus eſt Joannes Diaconus ſuę Sedis, & injunxit ei, ut in conſpectu omnium ediceret, quę & qualia damna ab invaſoribus hęreditatum ſuſtinerer. Ad hęc humilitas mea præcepit eidem

Dia-

Diacono, at nominatim ediceret, qui eſſent invaſores quique laici. Tunc ille in primis nominavit Landonem filium Sigenulphi Comitis, & Adenulphum filium Adenulſi Comitis, & dixit, ac illi invaſiſſent Curtem S. Coſmæ, &c. Hæc Synodus fuit celebrata anno 1007. vel ante; nam anno 1008. Adenulphus reperitur Archiepiſcopus; ideoque extremum tempus Paldulfi non exceſſit ano. 1007. S. Stephanus agebat ann. 72. Obiit S. Stephanus anno ab Incarnatione 1023. à nativitate 1022. de ejus ſepultura, in actis inventionis ejus ita ſcribitur. *Enimverò penſitarunt Calatini cives, ad devotionem recolendam, ut reconditi ipſius venerabilis corporis extaret articulus digiti manus benedictæ quotannis populo, celebritatis ſuæ die ſolemni in miſſa oſtendendi, nec minus oſculandi. Cuſtodiebatur interim in ſacrario ſub digitali argenteo modulo. Proinde ſacello cum altari erecto ſuper pavimento ferrea cancellatura cingente aliquale buſtum . . . fabricaverunt è regione verſus illud corpus honeſtiferam, ullis oſſibus poſitis intus: jugiter accenſa lampade, quare opinaretur quivis latitare ibi reliquias, de quibus loquimur ſacras; excolebant ſeduli quando minimè deerant enarratæ divinæ gratiæ dona confugientibus illuc. Terrebant Calatini, ne furto daretur Sanctus deſiderabilis; præſertim confinibus Capuæ & ideo ſic ſtudioſiſſimè abſconderunt.* Inventum eſt ſacrum Stephani corpus anno 1512. eo ipſo in loco, ubi reconditum fuerat à Vincio Maffio Epiſcopo Cajacenſi. Feſtum hujus inventionis celebratur octavo die Pentecoſtes, depoſitionis verò die 29. Octob. Idem Vincius Epiſcopus nobile Sacellum in eadem Cathedrali erexit, in quo oſſa ejuſdem S. Stephani religiosè aſſervantur, ibique ante Altare hæc leguntur in marmore verba.

Divi Stephani caput & oſſa. Hinc exhumata Vincius Salernitanus tunc Calatinus Epiſcopus cum Populi applauſu, Pulpito recondi curavit. Anno Dom. MCCCCCXII. XXIII. Maji.

V. 5. S. FERDINANDUS *a* natione Hiſpanus, cum in Italiam veniſſet, ac in Campaniæ urbem Calatinm ſe recepiſſet, cum doctrinæ, & ſanctitatis laudem aſſecutus eſt, ut mortuo Epiſcopo Calatino, illi ſubrogatus fuerit. Multis clarus miraculis apud Albioianum Calatinæ Diœceſis oppidum obdormivit 5. Kal. Julii, ibique honorificè conditum eſt, ubi etiam ob ejus ſuper ægrotis ſigna virtutum magnam venerationem habet. Extat illi Eccleſia Campeſtris dicata apud oppidum prædictum, quæ inter Calatiam occurrit, & Aliphas. Hæc Ferrarius in Catal. Sanctorum Italiæ ex monumentis Eccleſiæ Albinianen. Tempus quo hic Sanctus Epiſcopus vixit, haud hactenus ſciri contingit. Ejus ſanè corpus in ea Eccleſia inventum eſt anno 1620. die 9. Auguſti à Paulo Philomarino Epiſcopo Cajacenſi in majori Altari ejuſdem Eccleſiæ reconditum, partem tamen ſolemni ritu tranſlatam in Cathedralem, ac ſub Altari S. Stephani idem collocavit.

a De eo Acta SS. Junii t. 5. p. 110.

VI. 6. JAQUINTUS ab Adenulpho Capuano Archiepiſcopo conſecratus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno ſal. 1024. ut in bulla ejuſdem Adenulphi, quam extare dicunt in Archivio ejuſdem Eccleſiæ; nos eam non vidimus, ejus etiam meminit in documento Gerardi Iſernienſis Epiſcopi ann. 32. Principatus Pandulphi Capuæ Principis, & 26. Adenulfi Archiepiſcopi videtur ſucceſſiſſe S. Stephano, non Ferdinando.

VII. 7. CONSTANTINUS Epiſcopus Cajacenſis ſubſcripſit Bullæ Urbani II. an. 1098. pro Monaſterio S. Stephani in Nemore Squillacenſis Diœceſis.

VIII. 8. PETRUS præfuit Eccleſiæ Cajacenſi anno

A 1106. Is cum Roberto Rainulphi Normanni filio Comite Cajacenſi Eccleſiam Sanctæ Crucis dono dedit, perpetuoque attribuit Monaſterio, & Monachis S. Laurentii de Averſa, ex monumentis illius Monaſterii.

9. THOMAS anno 1109. vivebat. IX.

10. VRSUS hujus nominis ſecundus ann. 1117. uſque ad annum 1122. de eo in monumentis habetur mentio. X.

11. STATIO, ſeu STATIONUS ante annum 1133. Epiſcopus Cajacenſis fuit ordinatus; quo Præſule eo anno Innocentius II. Eccleſiam Cajacenſem nobili privilegio condecoravit, & Diœceſim diſtinxit, quod deinde Adrianus IV. confirmavit. Eidem Stationi quædam bona vendidiſſe Richardum Rainulphi Comitis Cajacenſis fratrem, ejuſq; uxorem Mariam filiam quondam Gregorii Comitis innuit documentum inquiſitionis factæ ſub Federico II. Imper. in gratiam Jacobi Epiſcopi Cajacenſis in hæc verba. *Quidam Albertus, & quidam Teotonicus,* B *qui habent feuda in Cajacia, habuerunt inde privilegia per Dominum Imperatorem Henricum. Item poſt diſceſſum illius Dom. Rogerius de Domino Rodualdo tenuit Caſtrum Famiuarum cum dicta Aſtanza Angli, molendino & tenebat illud pro Curia Domini Imperatoris. Item quia Dom. Rogerius ſerviebat Dom. Imperatori, ſicq; fuit mortuus in ſervitio Domini Imperatoris. Item teſtes viderunt Anglum teneri à Domino Rodualdo. Item quod tempore Regis Guglielmi Dominus Rogerius de Sanglo tenuit Anglum cum hominibus. Item pro parte Cajacianæ Eccleſiæ probatum invenimus, quod ann. 1134. menſe Aprili Riccardus miles Domini Rainulphi Comitis fratris, & mulier nomine Maria filia quondam Domini Gregorii eximii Comitis vendiderunt terras & homines, & molendina infra fines Civitatis Calatiæ, ſcilicet in loco, ubi dicitur Anglus Stationi Epiſcopo Calatino. Item quod tempore Regis Guglielmi Eccleſia Cajacenſis tenuit, & poſſedit Anglam, & fructus inde percepit, &c.* Inter monumenta hujus Eccleſiæ repe- C ritur confirmatio, ſeu ceſſio horum bonorum eidem Stationi à Rainulpho Comite aſſerta eodem anno 1134. Ejuſdemque Comitis extat juramentum Stationi Epiſcopo tenoris ſequentis. XI.

Ego Rainulphus Dei gratia Comes, juro & promitto tibi Domino Stationi Epiſcopo, quod uſque ad Kal. 5. Octobr. primò venturas aſſignabo tibi formam proprietatem tuæ Eccleſiæ, & in poſſeſſionem ponam te, & eandem Eccleſiam de toto feudo, quod Balcelinus miles tenuit de intus Cajatiam, & de foris infra finem ejuſdem Civitatis, præter domum, quæ eſt infra Caſtrum & præter terram, quam Malcerius vendidit Rogerio filio Altardi de Albiniano, & præter terram, de qua Giraldus & Giſmundus ſingularem calumniam moverunt, quæ eſt in loco Carpanito. Si nos enim præjudicium providerimus ſine fraude, quam tibi promittamus, & poſt aſſignationem, & donationem . . . . . & eidem Cajaccianæ Eccleſiæ fecero de eodem feudo, & non ero in facto, concilio, ſeu conſenſu, quod tu, vel tui ſucceſſores in toto, vel D *in parte perdatis, ſed adjuvabo eandem Eccleſiam, & te, tuoſque ſucceſſores, illud tenere, defendere, contra omnes homines, qui in toto, vel in parte auferant, vel auferri conſentiant, neque faciam. Hæc omnia obſervabo ſine fraude, & malo ingenio. Et ſic Dominus me adjuvet, & hæc ſancta quatuor Evangelia Domini. Hoc actum eſt coram Domino Roberto Capuano Principe, & Dom. Henrico Agathæ Epiſcopo, Joanne Abbate Diacono ejus, Riccardo Advocato, Zoffo Carolo milite, Filippo Judice Capuano, & Vrſone Judice Agathæ, & Presbytero Hiſembrando præfati Principis Capellano, Petro Presbytero Cajaccianæ Eccleſiæ, & Guglielmo ejuſdem Eccleſiæ Diacono.*

Quo anno verò Stationus ex hac mortali vita diſceſſerit, vel quot annos hanc rexerit Eccleſiam, non habemus; mortuus tamen videtur ſub Guilielmo Rege.

12. VVILLELMUS Manſonis q. filius, XII.

germanus frater Landulphi militis de Calatia, patriæ fuit Epiſcopus anno 1155. hujus mentio in monumentis Cavenſis Monaſterii, ubi pater & frater ejuſdem memorantur. Hunc exiſtimo Cajacenſem Epiſcopum, qui ab Alexandro III Papa ab Epiſcopatu una cum Veſtano Epiſcopo, Simoniacus repertus, ejectus, privatuſque eſt anno 1168. ut ſcribit Auctor geſtorum Alexandri, quæ m.s. aſſervantur in Bibliotheca bo. me. Conſtantini Abbatis Cajetani, quam Aniciànam vocant, neque ulla alia de Vvillelmo extat memoria.

XIII. 13. JOANNES Cajacenſis Epiſcopus potuit ſucceſſiſſe Vvillelmo eodem anno quo ille è Sede ejectus eſt ann. 1168. hic an. 1175. à Guillelmo Rege confirmationem bonorum Eccleſiæ ſuæ recepit, qui eodem anno exceſſiſſe videtur, cum eo ipſo anno Guillelmum ſequentem habeamus Cajacenſi præfuiſse Eccleſiæ.

XIV. 14. GUILLELMUS hujus nominis ſecundus Raymi filius, patriæ Epiſcopus præficitur eodem anno 1175. qui obiit ann. 1181. cujus obitus dies memoratur in emortuali Cœnobii Monialium S. Joannis de Capua; *V. Id. Januarii obiit Guillelmus Epiſcopus Cajacenſis anno* 1181.

XV. 15. ROFFERIUS, ſeu Goffredus præfuit anno 1183. ſub Lucio III. Papa, de quo nulla alia extat mentio in monumentis Calatinis.

XVI. 16. Urſus III. ſtatim Roffredo ſucceſſit circa annum Domini 1191. longo tempore hanc adminiſtravit Eccleſiam, cum ad annum uſque 1254. ejus memoria extet, ſub quo, ut notatur in veteri Kalendario hujus Eccleſiæ; *In vigilia Adventus Domini cecidit Episcopiam Calatinum* 1199. *ſub die* 28 *Novembris*.

XVII. 17. JACOBUS vixit temporibus Gregorii IX. ac Federici II. imp. à quo pro libertate Eccleſiaſtica, proque Summo Pontifice, cujus erat charus, exilio mulctatus eſt anno 1238. tulitque per ſummam injuriam quendam intruſum in ſua Eccleſia, nomine Andream anno 1239. quem deinde vel ejecit de Sede Federicus ipſe, vel Innocentius IV. Papa, cum in monumentis plura reperiantur acta ſub eodem Jacobo ab anno 1244. uſque ad 1253. quo poſt conditum teſtamentum, hæredemque inſtitutum Thomam Thomæ ſororis ſuæ filium, mortalitatem explevit.

XVIII 18. NICOLAUS Joannis Minadæ ac Realis filius, Cajacenſis civis ſucceſſit Jacobo anno 1253. obiit anno 1257.

XIX. 19. ANDREAS Richardi filius præfuit huic Eccleſiæ poſt Nicolaum; paucos ſedit annos, & cum ſuæ ultimæ voluntatis tabulas condidiſset die 18. Julii 1275. mortem obiit.

XX. 20 Fr. JOANNES, Ordo, & patria ignoratur, demortuo Andrea ſubſtituitur Epiſcopus, cujus prima mentio in regio reg. Neap. ſub Carolo I. Rege *Anno* 1274. *die* 30. *Aprilis*, *Ind.* 2. *apud Cajaciam quidam Cives Cajaciæ & ejus Diœceſis Vaſſalli majoris Eccleſiæ Cajacianæ venerunt more ſolito in feſto Paſchæ Resurrectionis Domini ad viſitandum vener. virum Dominum Joannem Cajacianum electum, & ipſe electus, prout condecet, tanquam Vaſſallos ſuos benigne recepit, & poſt paucam horam requiſivit eos ut deberent præſtare ſibi ſacramentum fidelitatis & homagii pro parte ipſius Eccleſiæ, ut ab antiqua homines & vaſſalli prædictæ Eccleſiæ anteceſſoribus ſuis pro parte ipſius Eccleſiæ præſtare conſueverunt, qui juraverunt ei fidelitatem. In Corallo alii Cives juraverunt ſimiliter fidelitatem*. Eidem Joanni Carolus Rex anno 1275. decimas, quas ſupra feudalia bona habet Cajacenſis Eccleſia intra civitatem liberaliter conceſſit, ac relaxavit, ſequenti verò anno Joannes fato functus eſt.

XXI 21. ANDREAS II. hac Sede potitus eſt ſtatim defuncto Joanne 1276. cui anno 1282. Joannes Glignettus Cajacenſis Civitatis Dominus quædam ſtabilia bona extra mœnia ejuſdem urbis in loco S. Angeli *alla Piana* dicto eſt elargitus ad ſalutem animæ ſuæ patriſque ſui Guillelmi, qui à Carolo Primo Civitatem pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus dono acceperat. Joannis filia fuit Margarita inſignis Heroina ex hac gente poſtrema, uxor Jo. Thomæ Sanſeverini Marſici Comitis, & Magni Regni Comeſtabilis, ex quorum conjugio natus eſt Antonius Marſici & Cajacenſis Comes. Obiit Margarita anno 1319. Andreas verò Epiſcopus defunctus eſt anno 1283. ut in Emortuali hujus Eccleſiæ deſcribitur.

22. GIRALDUS Narnienſis, vel, ut alii volunt, patria Mutinenſis, hac Sede potitus eſt anno 1283. ſequenti adfuit conſecrationi Cathedralis à Gerardo Cardinali Sabinenſi Apoſtolico Legato in honorem S. Stephani celebratæ cujus memoria viſitur in lapide hiſce verbis conſcripta, à Jacobo Lutio Epiſcopo renovata anno 1494. XXII.

M. CC. LXXXIIII. Sedente Martino IIII. Pont. Max. Gerardus Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis Apoſtol. Sedis Legatus Eccleſiam Cajacenſem conſecravit XI. LL. Auguſti in honorem Divi Stephani Pontificis Cajacenſis, aſſiſtentibus Averſano, Sanctæ Agathæ, Cajetano, Ogentino & Cajacen. Præſulibus, & eadem ipſam viſitantibus in anniverſario dedicationis die, & VIII. ſequentibus XL. dies de vera indulgentia dedicant, & quilibet ex aſſiſtentibus conceſſit, quæ latius per eorum literas declarantur. Jacobus Lutius Cajacenſis Antiſtes D. Stephani ſucceſſori immeritus in ejus memoriam fecit M. CCCCXCIV. Nonis Maii.

Extabat quoque in eadem Cathedrali alia inſcriptio in quadam tabula marmorea, ubi Jonas Propheta in mare projectus mirabili artificio inſculptus cum inſcriptione, rudi quidem minerva exarata, in eaque memorabantur Gerardus ipſe cum prædeceſſoribus ſuis, Andreas, & Joannes in hæc verba.

Mille ducentenis tum ſexta ſeptuagenis
Hoc opus expletur à Præcedente jubetur,
Giraldi cura ſignatur quoque figura
Callatis annis fratris ſub ſede Joannis.
Andreas fecit, Chriſtus velit huic miſereri,
Matthæuſque Comes fuit ipſi Nauta Pronnes.

Giraldus tranſtulit, accedente voluntate Capituli, Sacellum S. Mariæ Magdalenæ in Epiſcopio prope ſacram Turrim anno 1293. quo diem ſuum clauſit extremum 18. Septembris.

23. PETRUS ab anno 1294. uſque ad 1308. Cajacenſem Eccleſiam tenuit, defunctuſque eſt eodem anno die 26. Maii: de eo fit mentio in regio regeſt. anno 1298. & in conſecratione cujuſdam altaris Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ Agathæ anno 1304. XXIII

24. JOANNES III. ſtatim ſucceſſor datus eſt Petro eodem ann. 1308. & die 21. Decembris ejuſdem memoratur in regio regeſt. cum Eccleſiam S. Azzariæ de Dragone ad Epiſcopatum ſuum pertinentem cum nonnullis bonis perpetuò livellario nomine alienaſſet. Oportet hunc obiiſſe eodem anno, cùm ſequenti alius præeſſet huic Eccleſiæ Epiſcopus. XXIV

25. THOMAS de Paſchaſio, aliis de Antignano Capuanus electus fuit Epiſcopus poſt Joannem: de quo in quodam monumento. *Anno* 1309. *ſub Carolo II. die* 27 *Martii* 7. *Indict. apud Cajaciam Dominus Thomas Cajacianus Epiſcopus concedit quaſdam terras ſuas in Caſtro Coraelli quibuſdam Vaſſallis dicti Domini Epiſcopi, qui Vaſſalli dederunt & ſolverunt dicto Epiſcopo uncias duas auri pro faciendo Campanam pro ſervitio ipſius Eccleſiæ*. Porrò in Campana majori Cathedralis leguntur hæc verba, quæ factum indicant. XXV

Chri-

† *Chriſtus vincit,*
† *Chriſtus regnat.*
† *Chriſtus imperat.*
Anno Domini M.CCC.VIIII.VIII.Ind.Dominus Thomaſius de Capua F F. hoc opus.
† *Me SC A.ſp.eſt.Dom.& Patriæ liberationem Verbum caro factum eſt.*

Anno 1311. Thomas una cum Federico Epiſcopo Calvenſi Eccleſiam S. Michaelis de Caſanova Capuanæ Diœceſis conſecravit, quod ad poſteros perennarunt quædam verba in plumbea lamina nuper inventa in eadem Eccleſia.

Anno M.
CCC. XI *Epiſcopus*
Thos. Cajattinni
Epiſc. Federicus
Calvenſis conſecraruut
Eccleſiam S.
Michaelis
Archangeli
in honorem S. Jobis
Capuani Monaſterii
ſub Abbatiſſa Galgan.

Valuit deinceps Thomas gratia, & auctoritate apud Robertum Regem, à quo in Aprutina Provincia de rebus gravibus miſſus eſt anno 1325. Erat enim egregiis virtutibus, & prudentia exornatus, quibus Eccleſiam ſibi commiſſam eximiè rexit ann. 24. & cum Sacellum D. Thomæ ſacrum in Cathedrali condidiſſet, domoſque pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus in oppidis Campagnani, & Pontis Latonis exædificaſſet, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt anno 1333.14 Auguſti, ſepultuſque eſt in ſupramemorato D. Thomæ Sacello.

XXVI 26 JOANNES Muctula Neapolitanus demortuo Joanni ſucceſſit anno 1333. eidemque adhuc electo Joannes XXII. Papa hanc ſcripſit epiſtolam ad favorem Cœnobii Ferrarienſis Ord. Ciſtercienſis Theanæ Diœceſis, ab exemplari exſcriptam.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Joanni Muctolæ electo Cajacenſi Salut. & Apoſt. bened. Dilectorum filiorum . . . Abbatis & Conventus Monaſterii B. Mariæ de Ferraria Ciſtercienſis Ordinis Theanen. Dioc. precibus inclinati præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ipſius Monaſterii alienata inveneris illicitè, vel diſtracta ad nos & proprietatem ipſius Monaſterii legitimè revocare procures. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerit, cenſura ſimili, appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. Avenion. Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno 18.

Hujus Epiſcopi frequens mentio eſt in monumentis Epiſcopii uſque ad annum 1355. Parum deinde ſupervixit, ejuſque obitus dies memoratur in veteri emortuali 21. Auguſti.

XXVII. 27. Fr. ROGERIUS, Ordinis Minorum alumnus, à Clericali Senatu electus, confirmatuſque eſt, deinde à Romano Pontifice, de quò plura extant in Cathedralis Archivio actorum inſtrumenta ab anno 1360. ad annum 1368. Hujus non meminit doctus noſter Vvadding in Annal. Minorum.

XXVIII. 28. GREGORIUS anno 1368.

XXIX 29. Fr FRANCISCUS Ordinis Minorum reperitur Epiſcopus hujus ſedis anno 1372. de quo mentio in quodam venditionis inſtrumento. *Anno 1387. ſub Carolo III. Rege die 17. Auguſti 10. Indict. in Caſtro Albiniani Frater Franciſcus Epiſcopus Cajaccinnus aſſentitur cuidam venditioni terræ redititiæ Sede Epiſcopali.* Hic anno 1. Urbani VI. die 5. Id. Novemb ab eodem Pontifice cum aliis Epiſcopis adhærentibus Clementis VII. Antipapæ omnibus dignitatibus privatus eſt, diriſque involutus, ut ex Bulla ejuſdem Pontificis ad Raymundum Ord. Præd. Capuanum mihi videre contigit, quæ aſſervatur in Archivio Cœnobii S. Dominici Senenſis.

30. MARTINUS fortè intruſus an. 1382. XXX.

31. BARTHOLOMAEUS, cujus mentio anno 1385. hic mortem obiit ſub Bonifacii IX. obedientia anno 1391. ut in lib. Proviſionum Prælatorum. XXXI

32. JOANNES Antonellus de Gaitulis, Clericus Cajetanus, defuncto Bartholomæo ſublectus eſt à Bonifacio IX anno 1391. 3. Id. Januarii; obiit 1393. ex lib. oblig. Prælat. ſub eodem Pontifice. XXXII.

33. FRANCISCUS immediatè ſucceſſit an. 1393. 13. Octob. recognovit ſacrum Collegium pro Joanne prædeceſſore ſuo, ac pro Bartholomæo item ſuo prædeceſſore, ita in prænot. lib. oblig. Deceſſit anno 1404. XXXIII.

34 ANDREAS Sinravo, Averſanus, Epiſcopus Potentinus, ad hanc ſedem translatus eſt per obitum Franciſci 15 Kal. Decembris 1404. Abbas fuit Commendatarius Cœnobii S. Salvatoris propè Theleſiam Ord. S. Benedicti. Mortem obiit anno 1422. die 12. Junii ex citato emortuali libro. XXXIV.

35. JOANNES de Averſa, Primicerius Neapolitanæ Eccleſiæ, ad hanc ſedem promotus eſt à Martino V. Papa anno 1422. die 2. Non. Julii. Sedit ann. 23. exceſſit verò anno 1445. cujus donationes aliquæ ad ſavorem Canonicorum ſuæ Eccleſiæ elargitæ extant in Capitulari tabulario, ejuſque electio in actis Conſiſtorialibus Martini prædicti Papæ V. XXXV.

36. ANTONIUS de Herrico, Joannis, & Briſellæ Egittiæ filius, nobili genere natus. patriæ Epiſcopus ab Eugenio IV. eſt adlectus anno 1445. die 22. Apr. cum antea ad id munus defuncto Joanne a Cajacenſi Capitulo fuiſſet evocatus, quam electionem irritavit Eugenius, deinde ex plenitudine poteſtatis illum præfecit in Paſtorem. Vir egregius, omnique laude digniſſimus, cum 17. annos eximia virtute hanc rexiſſet Eccleſiam, præclaris operibus dives, ac felix vita functus eſt anno 1472. die 24. Aprilis: jacet in Cathedrali propè chorum S. Gregorii, quod ipſe exornaverat cum hac brevi inſcriptione. XXXVI.

Præſulis Antonii de Herrico
civis Calatini hac in foſſa oſſa
quieſcunt, qui diem ſuum in Domino clauſit
M. CCCC. L. XXVII.
XXIV. Aprilis.

37. JULIANUS Myrtus Frangipanus clara ſtirpe natus apud Calatinos patrem habuit Anellum Viti filium: electus eſt in ſucceſſorem Antonii à Sixto IV an. 1472. 2 Id Maii. Vir in Romana, regiaque Curia non ſolum ob generis claritudinem, verum etiam ob rerum peritiam, prudentiamque in agendis conſpicuus ſummam apud omnes gratiam, exiſtimationemque collegit, præcipuè apud Ferdinandum primum Regem à, quo anno 1474. Almi Neapolitani ſtudii Gubernator, major Regis Capellanus, Regiuſque Conſiliarius in demortui Petri Bruſcæ Hiſpani Averſani Epiſcopi locum adlectus eſt. Præſuit Cajacianæ Eccleſiæ ann. 9. regiaque gratia ad Tropejenſem Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1480. die 16. Junii; vixit deinde ab hac tranſlatione ann. plus minus 20. ac an. 1499 die 26. Septembris Tropeæ, corporis vinculis ſolutus in Cathedrali conditus eſt. Ejus gentiles in majori Eccleſia Cajacenſi honorarium tumulum excitarunt cum hac brevi inſcriptione. XXXVII.

Julianus Myrtus Tropejenſis
Epiſcopus, olim Cajacenſis obiit
anno Domini MD.


Annus 1500. appoſitus in hac Inſcriptione corrigendus eſt, cum revera Julianum mortem obiiſſe

anno

A anno 1499. ut Acta referunt Conſiſtorialia, & in Emortuali Cajacenſis Eccleſiæ annus, dieſque obitus deſignatus ſit 26. Septembris 1499. In Aedibus Myrtanorum Calatinæ civitatis hæc de Juliano viſitur inſcriptio.

Julianus Myrteus Epiſcopus Tropejenſis, olim Cajacenſis, Invictiſſimi, & Sereniſſimi D. Ferdinandi de Aragonia Siciliæ Regis, major Capellanus, & Conſiliarius, ac Almi ſtudii Neapolitani Gubernator Anno Domini M. CCCC. LXXXXII.

XXXVIII. 38. **JACOBUS** de Lutiis, Civis & Archipresbyter Sutrinus, I.V.D. clariſſ. ac utriuſque Signaturæ Referendarius, à Sixto IV. adlectus eſt Epiſcopus Cajacenſis die 16. Juoii 1480. hæc acta referunt Conſtit. cujus memoria extat in lapide conſecrationis Cathedralis ab ipſo renovatæ an. 1494. B ſub Julio II, volunt defunctum fuiſſe.



XXXIX. 39. **OLIVERIUS** Cardinalis Carrafa hanc habuit Eccleſiam commendatam, quam liberè dimiſit anno 1507. C

XL. 40. **VINCIUS** Maſſa *a* nobilis Salernitanus, antea Epiſcopus Signinus, ad hanc Cajaceoſem Eccleſiam translatus eſt à Julio II. anno 1507. die *b* 12. Aug. Vir doctrina clarus, peritiaque tum Græcæ, tum Latinæ linguæ celebris, Theologus eximius in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. fuit, quem Cardinalem adoleſcentem inſtituerat, quamobrem eximiè eidem charus fuit, adeoque apud ipſum ejus exiſtimatio claroit, ut illum in Cardinalium numerum cooptandum deſignaret, ni immatura mors eum eripuiſſet. Qui cum verbo, & exemplo oves ſibi à Domino creditas per annos 11. inſtituiſſet, Salerni excedens anno 1518 *c*. in Sacello ſuo S. Nicolai de Palma ſubtus aquam ſepeliri voluit, ubi habet hoc epitaphium.

a Seu de Maſſeis. De eo agit Toppius in Bibl. Neapol. p. 110. & Marza de rebus Salern. p. 75. *Mandoſ.*
b Die 9. Julii.
c An. 1517.

D. O. M. D

Vincio Maſſæ Præſuli Calacienſi Dec. & Sac. Theol. Doct. Leone X. Pont. Max. ob ſingularem doctrinam, & vitæ integritatem, & innocentiam quod XV. ann. Cardinalis ab eo fuerat eruditus, ad Cardinalatus ampliſſimam dignitatem accerſito & ob ejus immaturam mortem non conſecuto. Præſuli opt. piiſs. cui datum eſt in Æde Cajacenſi corpus Beati Stephani, quod hactenus latuerat invenire, Michael Maſſa vir clarus vita functo in ſublimi F. C. anno poſt LXVI. Tridentini Concilii præcepto è ſublimi in humili poſito corpore, atque integrè reperto, A *cum ſumma populi admiratione, & pietate odorum ſuavitate afflante. Joannes Baptiſta, & Abbas Sebaſtianus Maſſæ germani fratres Jureconſulti patris pietatem ſecuti PP. an. M DLXIX.*

Sebaſtianus, qui cum fratre Joanne Baptiſta Cenotaphium poſuit, nepos fuit Vincii, & Epiſcopus Cariatenſis in Calabria ſub Gregorio XIII. vir præclarus, de quo ſuo in loco.

(„ **ANDREAS** *Cardinalis de Valle electus 2.* XLI
„ *Decembris 1517. extitit ad tempus poſt demortuum*
„ *Vincium hujus Eccleſiæ Adminiſtrator, donec in*
„ *locum Vtacii eam aſſumpſit in titulum proximè enu-*
„ *merandus Bernardinus. Ita ex actis, & ſchedis*
„ *conſiſt. ex quibus etiam colligitur Vincium obiiſſe*
„ *ante an. 1518 in ſerie enim Ughelliana is annus*
„ *perperam adnotatur.* Lucentius)

41. **GALEATIUS** *d* Butrigarius, Bononienſis, B Alexandri filius, ingenuus vir, & celebris Juriſconſultus, cum in Hiſpania apud Ferdinaoduoi Catholicum Regem pro Leone X. Pontiſ. fungeretur legatione die 10. Decembris 1518. ſubiectus eſt Cajacenſis Epiſcopus in defuncti Vincii locum publico in Conſiſtorio referente eodem Pontifice. Cæterùm Galeatius poſt decem dies ab obtenta dignitate, id eſt antequam nuncium collatæ dignitatis potuiſſet accipere, fato functus eſt, ibidemque ſepulchrum habuit. Ejus gentiles Bononiæ in Eccleſia S. Franciſci eidem memoriam excitarunt nobili conſtituto tumulo cum cœnotaphio, in quo per ſummam inſcitiam pro Cajacenſi dignitate, Cajetanam appoſuerunt in hunc modum.

d Hic electus fuit Cajetanus Epiſcopus, ut ex Epitaphio.

C *Reverendo Domino Galeatio Butrigario Epiſcopo Cajetano Juris utriuſque conſult. ac Sedis Apoſtolicæ per luſtrum apud Ferdinandum Regem Hiſpaniæ Nuncio in medio ætatis, ac honoris rapto: vixit annos* XLI *meaſ.* X.
Deceſſit anno Chriſti
M. D. XVIII.

XLII 42. **BERNARDINUS** de Chiero, vel Claro, Etruſcus de Prato nobili oppido. („ *Ordinis Mi-* „ *norum Conventualium Generalis*) Athenarum Archiepiſcopus, Leoni X. Papæ familiaris & ſummè gratus, Cajacenſis Epiſcopus ab eodem delectus defuncto Galeatio electo. anno 1520. die *e* 21. Maii. Præfuit ann. 2. menſes aliquot, obiitque anno 1522. ut in actis Conſiſt. habetur.

e Die 1. Junii in locum Vincii, ut produnt Acta Conſiſt.



XLIII. 43. **VIANESIUS** de Albergatis, Bononienſis, vir ſummo loco natus die 12. Novembris 1522. ſub Adriano VI. Papa evaſit Cajacenſis Epiſcopus, in eaque dignitate obiit.

(„ *Viannesius de Albergatis, Patritius Bono-*
„ *nienſis in locum demortui Bernardini ſucceſſor da-*

tus

,, *tus 29. Octobris 1522. Hic à Leone X. miſſus ad Re*
,, *gem Hiſpaniarum Nuncius; ſecutaque morte Pon-*
,, *tificis à ſupremis Eccleſiæ Senatoribus ſucceſſor*
,, *electus eſt Adrianus Cardinalis Trajectenſis, ab-*
,, *ſens à Comitiis, & in Hiſpania degens, qui re-*
,, *tento priori nomine Adrianus VI. nuncupari vo-*
,, *luit. Ad hunc ergo ex munere acceſſit Vianneſius,*
,, *eique Patrum electionem nunciavit, ſed cum ad*
,, *vertiſſet eum ancipiti animo ſubſiſtentem, & im-*
,, *proſpere electioni aſſentiri, patria uſus libertate*
,, *electoſic allocutus eſt:* Renuatur ergo hic ſum
,, mus Pontificatus, dum tam lenta hilaritate ſuſci-
,, pitur. *Verum in Italiam ut cito adveniret Adria-*
,, *nus, Vianneſius etiam diſperſo proprio ære ei præ-*
,, *ſto fuit, ut literæ originales ejuſdem Vianneſii te-*
,, *ſtantur ad Philippum germanum fratrem ſcriptæ*
,, *die 1. Martii 1522. quas mihi exhibuit conſueta*
,, *benignitate erga meam perſonam Emin. Cardin.*
,, *Nicolaus Albergatus Ludoviſius Epiſcopus O-*
,, *ſtienſis. Manſit deinde in curia Vianneſius, & in*
,, *direptione urbis domeſticæ ſupellectilis jacturam*
,, *paſſus eſt. Fuit vir ſummè litteratus: ejuſdem-*
,, *que amœnioris literaturæ libros, eodem præben-*
,, *te Cardinali, vidi ipſius caractere notis, & gloſ-*
,, *ſis illuſtratos, inter quos extat Cicero de Oratore.*
,, *Floruit alter Vianneſius Albergatus Urbis Prætor,*
,, *& Procamerarius ſub Paulo II. de quo Ciaconia-*
,, *num opus ſub Paulo II.* Lucentius.)

XLIV 44. ASCANIUS Pariſanus, Tolentinas, creatus eſt Cajacianus Epiſcopus poſt Vianeſium („ *die* „ *2. Jan. 1528.*) Hanc Eccleſiam liberè dimiſit ad

XLV. a favorem ANTONII MARIÆ de Monte Archiepiſcopi Sipontini die 31. Maii 1529. translatus antea ad Ariminenſem Eccleſiam exceſſione ejuſdem Archiepiſcopi, qui Cajacenſis Sacerdotii paulò poſt dimiſit adminiſtrationem die 28. Junii ejuſdem anni. Aſcanius verò ſub Paulo III. evaſit S. R. E. Presbyt. Card. de quo vide tom. 2. in Catal. Ariminenſium Præſulum.

a Die 25. Martii.

XLVI 45. ALEXANDER Myrtus, Vitalis filius, Juliani ſuperioris nepos, ob egregias virtutes, nobilitatemque familiæ ſuæ electus eſt patriæ Epiſcopus die 18 b. Junii 1529. a Clemente VII. Octo omninò annos vir doctiſſimus, ac piis moribus exornatus Cajacenſem Eccleſiam rexit, eamque liberè dimiſit anno 1537

b Die 29 Junii ex Actis.

XLVII. 46. FABIUS Myrtus, Petri filius, Alexandri nepos, eo cedente, patriæ Antiſtes cooptatus eſt à Paulo III. anno 1537. die 30. Julii. Hanc ille Eccleſiam diuturniori mora adminiſtravit, eximiaque ſua virtute adeò Chriſtiano orbi inclaruit, ut digniſſimus inter ejus ævi Antiſtites habitus ſit. In explicandis enim negociis valuit plurimùm, quamobrem a Summis Pontificibus non ſemel in Gallias, Belgium, aliaſque Provincias ad Reges & Principes Legatus eſt Bononiam, Umbriam ſua virtute frænavit, Concilio Tridentino inter Patres aſſedit, ad cujus normam, Clerum, populumque ſibi commiſſum, convocata Synodo inſtituit. Cathedralem Eccleſiam vario, pretioſoque cultu donavit. Epiſcopium auxit, & ad commoditatem exornavit: vir ſanè ſingularis integritatis, tantæque morum ſuavitatis, charitatiſque in omnibus, ut omnium ordinum hominum amorem promeruerit. Quinque ſupra triginta annos hanc rexit Eccleſiam, & ad Nazarænum Archiepiſcopatum translatus eſt ann. 1572. in eoque munere multis deinde pro Romana Eccleſia exantlatis laboribus Apoſtolicus Nuncius Pariſiis, ætatis ſuæ 73. ſalutis verò anno 1587. die 18. Martii mortalem vitam amiſit, ibique ſepultus nobili Cœnotaphio cohoneſtatus eſt, quod leges una cum reliquis ejus virtutibus in noſtra Nazaræorum Archiepiſcoporum ſerie. Cæterum placuit hic exſcribere Fabii Epiſtolam ad Cajacenſes ſuos datam, dum invitus ad ſecundam traduceretur Eccleſiam, quæ quidem digna mihi viſa eſt, ut hic perennetur. *Alli Signori Eletti del governo di Cajazzo. Iddio sà ch'io mi partii di Francia con fermo propoſito di venirmene à riſedere e ſatisfar al*

A *debito mio in quella Chieſa, e di queſto popolo tutto, e riposarmi anco hormai dalle fatiche del mondo. Mà eſſo Dio benedetto, che col conſiglio ſuo divino diſpone ſopra li conſigli noſtri humani hà diſpoſto altrementi: che volendo N. S. ſervirſi di me anco per qualche tempo di più, m'hà permutato da quella, alla Chieſa di Nazareth, ch'è di nulla, ò poca cura, che non hà di biſogno così della reſidenza del Prelato, con provedere à quella di Cajazzo della perſona d'Ottavio mio nepote, che così come io l'amo certamente più per la bontà ſua, che per l'attinenza del ſangue, così n'hò ſentito piacere più per il ſervitio, e beneficio, che ſpero debbia ricevere quella Chieſa, e Città tutta, che per il ſuo particolar honore, ch'è piaciuto à S. Santità di farli. Non hò potuto mancar all'obedienza di N. S. il quale al mio primo arrivo in baciandoli li piedi, me diſſe, che già haveva diſpoſto della perſona mia di mero penſiero ſuo, e m'è teſtimonio Dio, come in quel ponto, e dopo molto più io hò in me ſteſſo difficile, & amaro quella ſeparatione veramente d'una parte*
B *di me ſteſſo ſeparandomi, dirò dalla madre, e da i fratelli miei. Mà già che hà piaciuto à Dio, & à S. Santità, ch'io laſci quella Chieſa, e quella Città, non percio laſcierò io di ricognoſcerla ſempre per mia, & i Cittadini tutti per miei fratelli amandoli, honorandoli, e deſiderandoli ſempre ogni accreſcimento di bene, pronto anche dove potrò con l'opera, con la facoltà, e con la propria vita farli ſervitio e beneficio ſempre, così d'obligo della natura me le conoſco obligato, così me l'offeriſco, e così le prego à volerſene ſempre ſervire, & à valere. Ringratio le SS. VV. e quei Cittadini tutti dell'amorevole demoſtratione, m'han fatto dell'animo con la lettera, che m'han ſcritto del primo di queſto, e poſſono eſſer ſecuri, ch'in me troveranno ſempre così piena, e colma corriſpondenza, come in qualunque Cittadino, e figlio di quella Città, la quale io laſcio con la ſua benedittione, e prego il Sig. Dio concedergliela dal Cielo. Di Macerata li 21. Gennaro 1573.*

C D. VV. SS.

Amorevoliſſimo fratello

Fabio Arciveſcovo di Nazareth.

47. OCTAVIUS Myrtus Frangipanius, Silvii filius, Fabii nepos, ex Abbate S. Benedicti de Capua, Cajacenſis evaſit Epiſcopus die 19. Novemb. 1572. virtutibus, & nullis non ſæculis laudanda prudentia clarus, qui nomine Gregorii XIII. Civitatem Bononiam bonis legibus gubernavit. A Sixto deinde V. ad ſuperiorem & inferiorem Germaniam, omneſque Belgii provincias eo tempore cum poteſtate Legati de Latere deſtinatus eſt Nuncius, quo periculoſiſſimo bello præcipua Nunciaturæ ſuæ loca ardebant. In qua quidem functione octavum in XLVIII
D annum Coloniæ potiſſimum reſedit, ac tanta maturitate graviſſima rei Chriſtianæ pub. negocia adminiſtravit, ut Sereniſſ. & Reverendiſſ. Principi Electori Colonienſi, Erneſto Bavariæ Duci, Parmenſi Duci, Senatui Colonienſi, univerſo demum clero gratiſſimus fuerit. Poſt ob virtutes, & merita a Clemente VIII. ad Epiſcopatum Tricaricenſem translatus an. 1592. mox ad Tarentinum Sacerdotium magnum apud Cajacenſes populos, ſui deſiderium reliquit, quos verbo & exemplo duxit ad paſcua ſalutis, quando ab eodem Pontifice ad graviora pertractanda negotia ad Archiepiſcopos Electores, cæteroſq; Germaniæ Principes ad legatus peregregiam ſibi operam Religioni & Clero reſtaurando præſtabat. Tanti certè temporis reſidentia, & rerum uſu eleganter cultus, de Colonienſis Eccleſiæ ſtatu accuratè informatus, opus eruditũ conſcripſit, de eccleſiaſtica illius Eccleſię & Cleri reformatione: ſermones item aliquot eruditiſſimos ſcripſit ad Ca

ja-


jacenſem populum; poſt celebratam in ea Cathedrali Diœceſanam Synodum mortuus eſt eximius Præſul anno 1612. de quo non ſemel redibit ſermo.



XLIX 48. HORATIUS Aquaviva ab Aragonia, Hieronymi Adriæ Ducis ex Margarita Pia filius, Julii & Octavii Aquaviva Cardd. germanus frater, miles in ſæculo, ſtrenuuſque militum Tribunus in memorabili Navali prælio, victoriaque ad Echinadas contra Turcas interfuit, cum divinitus in ea pugna è Barbarorum manibus evaſiſſet, ex voto ad Ordinem Ciſtercienſem confugit, habitumque Monaſticum ſuſcepit Florentiæ in Cœnobio S. Mariæ Magdalenæ de Ciſtello nuncupato anno 1576. Sub Julio Perino Abbate Septimiano profeſſionem emiſit, ac liberalibus diſciplinis cum Theologicis ſtudiis operam dedit, auditorque fuit Marſilii Vaſquez Hiſpani ejuſdem Ordinis Abbatis viri longè doctiſſimi. Anno 1592. inſtante Octavio Card. fratre à Clemente VIII. Epiſcopus Cajacenſis delectus eſt die 13. Maii; conſecratur Neapoli, ab Annibale de Capua Archiepiſcopo in Metropolitana, ſacelloque Divi Januarii, die 19. ejuſdem menſis. Solemni rito Cajatium ingreſſus eſt redeunte Martio menſe ſequentis anni, omnibus ordinibus ob egregiam nobilitatem, virtutemque ſuam exceptus, de cujus vigilantia, prudentia, juſtitiæ zelo in rebus Eccleſiaſticis adminiſtrandis, malo ſilere, quàm pauca dicere. Præſul ſanè digniſſimus, & tanto munere dignus cum ſuis prædeceſſoribus æquiparandus, ſi zelum juſtitiæ aliquando in miſeros clericos temperaſſet, pro quo non ſemel Summi Pontificis dulcem ſuſtinuit animadverſionem. Sedit eximiè ann. 25. & cum è Neapoli Cajatium peteret, haud longius ab oppido Formiculæ equo delapſus die 10. Maii Aſcenſionis Domini ſacra in eodem oppido poſt paucos dies venerabilis ſenex ætatis ſuæ 65. Chriſti verò anno 1617. mortem obiit, ſepultuſque eſt in Eccleſia Archipresbyterali S. Chriſtinæ in cornu Evangelii, hoc ad tumulum inſculpto Epitaphio.

D. O. M.

Horatio Aquavivo ab Aragonia
Epiſcopo Calatino
Hieronymi Adriæ Ducis F.
Integritate, doctrina, & relig. præſt.
ac magnitudine & fortitudine
animi admirabili.
Obiit Idibus Junii M. D. C. X. VII.
Octavianus Melchiorius Calatinus
Terræ formiculæ
Archipresbyter humanitatis, &
piæ memoriæ ergo P.



49. PAULUS Philamarinus, Neapolitanus, Ord. Clericorum Regularium Theatinorum, majorum ſplendore, ac ſua etiam pietate commendatus, cum in eo ordine plures magiſtratus cum laude geſſiſſet, ad Cajacenſem Eccleſiam vocatus eſt à Paulo V. die 18. Julii 1617. Romæ à Ladislao de Aquino Card. conſecratur die S. Bartholomæi. Excipitur ſolemni pompa 21. Decembris. Commendato ſibi gregi advigilare pro viribus ſtuduit, ejuſque operam probavit communis omnium in Paſtorem ſuum benevolentia. Synodum Diœceſanam habuit, novum, ac eximium ſacellum in Cathedrali exſtruxit, in eoque ſacrum D. Stephani Epiſcopi corpus pio ritu tranſtulit, recondiditque ſub Altari una cum reliquiis S. Ferdioandi ejuſdem ſucceſſoris die 18. Novemb. ann. 1618. Rem narrat inſcriptio ab ipſo Paulo ibidem poſita in hæc verba. L.

Quiſquis huc accedis ſupplex venerare ſacrum corpus Sanctiſſimi Stephani Cajacenſis Antiſtitis, quod olim à Vincto hujus Eccleſiæ Epiſcopo ſub altare conditum An. Domini M. D. XII. nuper Paulus Philamarinus Epiſcopus augendæ populorum pietati, ſuæque devotioni conteſtandæ in hoc ſacellum ipſi dicatum ſumma cum celebritate tranſtulit, & honorificè tumulavit.

Anno ſalutis M. D. C. XVIII.

Quo olim Gregorius XIII. hujus tantummodo Eccleſiæ Sacerdotibus defunctorum animabus expiandis Ara hac ſacrificantibus privilegium contulerat. Idem Paulus V. Pont. Max. Paulo Philamarino Epiſcopo Cajacenſi ob peculiarem erga mortuos commiſerationem impetrante omnibus Presbyteris ſæcularibus, atque Regularibus deinceps ut ſit commune conceſſit anno ſalutis M. D. C. XVII. XIIII. Novembris.

Salvete Beati Cælites

Quorum locus hic ſacros cineres, Cælum ſpiritus habet, Ego vos, quo Deus juſſerit die lubens ſequar, & vos, quæ veſtra eſt benignitas, oſſa mea hoſpitio ſuſcipietis; interim ea me inopem meritorum ſpes magna ſolabitur una, ut Chriſtus Judex ſit ad Æthera provecturus, quos una in terris Ædicula condiderit. Paulus Philamarinus Epiſcopus Cajacenſis mea vota his verbis expreſſi, & piorum me precibus commendavi Anno redempti orbis M. D. C. XVIII.

Vixit in Epiſcopatu annos quinque, menſes novem D. . . Obiit anno M. D. C. XXIII. die vigeſimoſeptimo Maii.

At cum ille diem ſuum clauſiſſet extremum, ætatis ſuæ ſexagenario major Neapoli eo ipſo die, &

anno ſepultus fuit in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum apud ſuos Theatinos; an verò corpus ejus delatum deinde ſit Cajacium, ubi ipſe ſtatuerat ſepeliendum, haud ſcio. Ejus cum laude meminit Joſeph Silos p. 2. Clericorum Regul. Hiſt.

LI. a PHILIPPUS. 50. Fr. BENEDICTUS a de Sio, Cavenſis, Ordinis Minorum Obſervantiæ, Sac. Theologiæ inſignis Magiſter, olim Annæ Auſtriacæ Francorum Reginæ ab Eleemoſynis, ab Urbano VIII. creatus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 18. Decembris 1623. Munus conſecrationis accepit in Eccleſia Aracœliana à Dionyſio Marcmonte Archiepiſcopo Lugdunenſi paulò poſt Cardinale, die prima Januarii 1624. Dominica Palmarum Urbem ſolemniter ingreſſus ingenti cura, & ſollicita ſedulitate hanc rexit Eccleſiam ann. ſeptem, translatus ad Bojanam anno 1641.



LII 51. SIGISMUNDUS Thaddæus, Nobilis Florentinus, Epiſcopus Bitectenſis, ad hunc Cajacenſem Epiſcopatum translatus eſt die 27. Novembris 1641. Vir in omni doctrinarum genere præſtans; ſed muſis amœnioribus delectatus, politioribus litteris fuit ornatiſſimus, quique multo itinere multa vidit, & ritus, & gentes novit; ſed cum annis ſeptem huic Eccleſiæ eximiè præfuiſſet, caſu ex equo prolapſus prope Formiculæ oppidum Cajacium tendiens, ex contuſione capitis intra paucos dies mortalitatem explevit die 4. Decembris 1647. in Cathedrali honorificè, cuncto collachrymante populo, ſepulchrum accepit. Vir ſanè ob morum ſuavitatem, cæteraſque virtutes longiori vita dignus, cujus plura extant ſui ingenii monumenta.



LIII. 52. FRANCISCUS Perronus, nobili familia Neapoli natus 13. Junii 1610. ex Vincentio I.C. clariſſimo, & Beatrice Saxa, Lucii Saxi Cardinalis nepte, Marii Saxi Archiepiſcopi Sanctæ Severinæ germana ſorore, qui cum in juventute Juriſprudentiæ operam dediſſet in Neapolitano archigymnaſio Lauream promeruit. Romam ſe tranſtulit, ubi ejus perſpecta virtute ab Urbano VIII. Canonicus Neapolitanæ Eccleſiæ, & Abbas Sancti Georgii Majoris delectus eſt: ſub Innocentio verò X. hujus Eccleſiæ Epiſcopus evaſit 25. Novembris 1648. Conſecratur in Liberiana Eccleſia à Marcello Card. Lantes die 30. ejuſdem menſis, ſequenti verò 29. die ſine fuco, & pompa Cajatiam ingreſſus, ad benè regendam Eccleſiam ſibi commiſſam manus admovit. Sedit omni cum laude, omnibuſque eximiè charus annis 8. Romæ mortalitatem explevit ex lue contagioſa die 2. Octobris anno 1656. florente adhuc ætate, ſepultus ante fores Eccleſiæ S. Pauli prope commune fidelium ex hac lue decedentium oſſuarium: paulò poſt eodem in loco humati fuerunt Frater Thomas Suberanus Aretinus Ordin. Præd. Archiepiſcopus Smyrnenſis ex eodem morbo die 15. ejuſdem menſis in Monaſterio Sanctæ Mariæ ad Minervam defunctus, & doctus amicus noſter Thomas Mentius Abbas S. Laurentii extra Urbis muros, olim Canonicorum Regularium S. Salvatoris emeritus Generalis, qui in Cœnobio S. Petri ad Vincula eadem lue tactus in pervigilio omnium Sanctorum fato ceſſit.

53. JOSEPH Petagna electus die 15. Januarii 1657. LIV.

A D D I T I O.

(„ *Deceſſit Joſephus an. 1679.*

„ JACOBUS *Villani, presbyter Terræ Foſſoli nullius diœceſis provinciæ Ravennatenſis, J.U.D. qui plura gubernia civitatum ſcilicet Interamnæ, Imolæ, Maſſarum, Altiſii, & Ravennæ, necnon munus Internuncii apud Helvetios, & Auditoris generalis Avenionen. exercuerat, præfectus eſt Eccleſiæ Cajacenſi die 27. Novemb. 1679. Obiit in gremio ſuæ ſponſæ circa finem anni 1691.* LV

„ FRANCISCUS *Boneſana, nobilis Mediolanenſis, Clericus Regularis Theatinus, S. Theologiæ Lector, cum antea fuiſſet Lector Collegii de propaganda fide Leopolitani in Polonia, & per aliquot menſes Internuncius apud Poloniæ regem à Cardinali Cantelmo inde diſcedente conſtitutus, promotus tandem eſt ad hanc Cathedram 24. Maji 1692. Triennio poſt ad Comenſem translatus 14. Novembris 1695.* LVI.

„ MAJORANUS *Filiolus, Melphitenſis, J.U.D. ſemel atque iterum Vicarii generalis, totidemque capitularis munere in patria perfunctus, Barenſis Archiepiſcopi Viſitator generalis, ac Synodalis examinator, hac infula adauctus eſt 20. Februarii 1696. Ad ſuperos ſladiit menſe Majo 1712.* LVII.

„ JACOBUS *Falconius, Civitatis Ducalis, J.U.D. Vicarius primum generalis, tum Capitularis Caſtellanus, Abbatiæ deinde Nonantulanæ, ac demum Eminentiſſimi Cardinalis Caraccioli in Archiepiſcopatu Capuano Vicarius generalis, electus eſt Cajacenſis Epiſcopus poſt diutinum interpontificium 14. Martii 1718.* LVIII

A nec non & octo. Dies enim fratres in Sancta Eccleſia declarantur eees, ante legem, ſub lege, & ſub gratia; declarantur & ſeptem per ſeptem à ſæculo leges, ſed jam prout Dominus dederit prædictum numerum, qualiter intelligendus, & unicuique ſit aptandus, & quid myſticè ſignet, veſtræ fraternitati promamus.

De primo die.

In primo namque numero intelligimus Deum Patrem Omnipotentem, In ſecundo Jeſum Chriſtum filium ejus Dominum noſtrum, In tertio Spiritum Sanctum à Patre, & filio procedentem, & hi tres unum ſunt, unum in Deitate, & tres in perſonis: dies autem Deus Pater eſt, dies Filius eſt, dies Spiritus Sanctus eſt, dies diei Filius de Patre eſt, ipſe & ſol juſtitiæ eſt, de hoc die per Prophetam dicitur, timentibus Deum orietur Sol juſtitiæ, ergo ſi Pater & Filius dies ſunt, & dies lux eſt, patet nimirum, quia Spiritus Sanctus vera illuminatio eſt, illuminans cor-
B da, & fidelium mentes; Per primam verò diem accipiendum eſt unum Deum, unam fidem, unum baptiſma; ſimiliter & per primam diem poſſumus intelligere ab Adam uſque ad Noe, & uniuſcujuſque hominis infantiam, & correptionem, & inſciorum prædicationem.

De ſecundo die.

In ſecundo verò numero intelligere debemus legem, & gratiam; timorem, & pœnitentiam, pedes recti juxta illud, recti diligunt te, & ſpeciem electri, ideſt filii Dei Incarnationem, nec non & corpus & anima, vitam activam & contemplativam practicam, & theoricam, ſenſum hiſtoricum, & allegoricum facere, & docere, uniuſcujuſq; pueritiam; ac juxta Domini præceptum eſurientes reficere. Et tempus à Noe uſque ad Abraham eſt delinquentium increpatio; per legem namque homines à peccato coercentur, per gra-
C tiam peccatoribus ignoſcitur, per timorem miſericordia poſcitur, per pœnitentiam peccatoribus venia datur, per pedes in viam mandatorum Dei curritur, per Electrum filii Dei Incarnatio demonſtratur.

De tertio die.

In trino numero intelligimus Trinitatis myſterium, & tres chordæ in cithara, Deum per artificis manum laudantes, ac tres dies ab origine mundi, ac ante jam dini, uſque ad conſummationem ſæculi, ſunt enim itinere trium dierum Pater ingenitus, Filius unigenitus, Spiritus Sanctus ab utroque procedens, Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritus Sanctus in ſpecie columbę & ignis. In libro namque Ezechielis tria verba deſcripta oſtendit illi Deus, lamentationes, carmen, & væ; per lamentum pœnitentia, per carmen gaudium æternæ beatitudinis, per væ ſupplicia æternæ damnationis figurantur. Tres etiam res ſunt, propter quas unuſquiſque fidelis ad Eccleſiam pergit, ad baptiſmum, & judicium percipiendum, & corpus
D ac ſanguinem ſumendum; In vivifica quidem hoſtia tres colores conſpiciuntur, ſpecies formæ, candor & rubor. Unde David de ejus ſpecie ſic ait, ſpecioſus forma præ filiis hominum: in candore carnem virgineam, in rubore myſterium Dominicæ Paſſionis. De hac vivifica hoſtia tres partes exinde facit ſacerdos, primam in patena, ſecundam in calice ponit, tertiam ipſe ſacerdos ſumit; Prima pars, quæ in patena ponitur ſignificat Incarnationem Filii Dei; ſecunda quę in calice ponitur, corpus incorruptibile, quod in ſepulchro latuit, tertia quam ſacerdos accipit, Chriſti reſurrectionem deſignat.

De quarto die.

In quarto verò numero accipimus figuram quatuor animalium, & quatuor rotarum, ac quatuor annulos Arcæ; & quatuor principales virtutes, prudentiam ſcilicet, & juſtitiam, fortitudinem & temperan-

A tiam, vel quatuor mundi partes, aut hominem ex quatuor elementis creatum, & quatuor flumina ex uno paradiſo manantia; in quarto etiam loco ſcribitur illud, quod Deus dixit, fiat lux, & facta eſt lux, in quarto quoque loco hominis ponitur juventus, & tempus à Moyſe uſq; ad tranſmigrationem Babylonis.

De quinto die.

In quinto numero intelligimus quinque libros Moyſi & tempus tranſmigrationis Babylonis uſque ad David, vel quinque ſenſus corporis, viſus videlicet, auditus, guſtus, odoratus & tactus; ſimiliter etiam & in hoc numero deſcribuntur quinque plagæ Corporis Chriſti in Cruce pendentis, & quinque claves ſapientiæ, quinque quoque panes hordeacei, de quibus Dominus ſatiavit quinque millia hominum.

De ſexto die.

B In ſenario numero accipiendum eſt infirmorum viſitationem, necnon & hominum ſenectutem, atque perſeverantem ſub Evangelio famulatum, & tempus à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum: ſimul etiam in ſenario numero Deus cuncta creavit & ordinavit, in ſexto die hominem fecit, & in ea ætate Mundum redempturus advenit. In ſexta quoque hora pro noſtra ſalute Deo Patri Chriſtus ſemetipſum ſacrificium obtulit. In nuptiis verò, quæ in Cana Galilęæ factæ ſunt, ſex hydriæ poſitæ ſunt; Prima hydria eſt ab Adam uſque ad Noe, ſecunda à Noe uſque ad Abraham, tertia ab Abraham uſque ad Moyſen, quarta à Moyſe uſque ad David quinta à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis, ſexta à tranſmigrationem Babylonis uſque ad Chriſtum; capientes ſingulę metretas binas, ideſt vetus, & novum teſtamentū.

De ſeptimo die.

C Per ſeptenarium namque numerum Sanctos Apoſtolos intelligimus, de quibus Dominus ait: Vos eſtis lux mundi: ſeptem etiam invenimus eſſe dona Spiritus Sancti, ideſt, ſapientiæ, & intellectus, conſilii & fortitudinis, ſcientię & pietatis, ac timoris Domini; In ſancta quoque Eccleſia ſeptem dona Spiritus Sancti unuſquiſque fidelis accipit, ideſt pabulum ſalis, Eccleſiæ introitum, ſputum, oleum unctionis, Baptiſmum Chriſti, Chriſma Sacerdotum, & Chriſma Pontificum. Septem quoque ſigilla in Apocalypſi Joannis legimus, primum ſigillum eſt annunciatio Incarnationis filii Dei, ſecundum Baptiſmus, tertium Paſſio, quartum Reſurrectio, quintum Aſcenſio, ſextum Judicium, ſeptimum meritorum retributio; ſunt & ſeptem beatitudines, regnum Cælorum, poſſeſſio terræ viventium, conſolatio, juſtitiæ ſocietas, miſericordia, viſio Dei, & filiatio Dei.

De octavo die.

In octonario numero ſanctam Scripturam intelligi-
D mus, & dilectionem Dei & proximi, ac ſpeculantium vitam, & tempus generale reſurrectionis, vel hominum decrepitam ſenectutē. Octavus dies apud unumquemq; finis eſt vitæ præſentis, & initium vitæ futuræ; octavum diem ſignificabat cataclyſmus factus ſub Noe, in quo octo animæ ſalvæ factæ ſunt; & in Eccleſiaſte Salomon loquitur, da partes ſeptem nec non & octo; ſeptem namque & octo quindecim faciunt, & quindecim ſunt cantica graduum, quę filii Iſrael quando ad Templum conveniebant, decantare ſoliti erant. Chriſtus eſt dies primus, ſeptimus, & octavus; Primus ante quem nullus, ſeptimus quia in ipſo ſeptem dona Spiritus Sancti requievere; octavus, quia æternus ac ſempiternus eſt; octo etiam beatitudines Dominus in monte ſuis diſcipulis expoſuit, quas Martyr hic Sanctiſſimus, & Pontifex almificus in ſe retinuit & excrevit. Nunc itaque enixius flagitemus hunc Martyrem, & Pontificem Marcum, ut pro nobis indignis Omnipotenti Deo preces effundat, ut qui Pater, tutor, & de-

& defenſor nobis exiſtat in terris, cum ſocium habere mereamur in Cœlis, ipſo adjuvante, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

XXII. 20. PALUMBUS ſucceſſit Leoni anno 1072. *quo Præſule* (ait Chronica,) *conſtructa eſt Eccleſia S. Angeli in Perelo juxta balnea in collibus Melſi, quam etiam ipſe dedicavit 2. Nonas Julii. Hanc ſiquidem Eccleſiam quidam Sacerdos Teuto nomine condidit, cum totam poſſeſſionem ſuam in circuitu adjacentem tradidiſſet per chartulam donationis ſuper hoc ſacroſanctum altare eandem Eccleſiam obtulit, atque ſe ipſum ad ſerviendum Deo tradidit. Alio quoque tempore eo præſidente Pontifice, Salomon quidam concivis noſter cum filiis ſuis tradiderunt totam partem ſuam, quam habebant de Eccleſia Sancti Mauri ſita propè Melatinum in hoc venerabili loco. Ita fecit & Aldo filius Petri Presbyteri de parte noſtra, quam habebat in ſupradicta Eccleſia in manus venerabilis Palumbi Epiſcopi. Sedit autem ipſe Palumbus Epiſcopus annis 15. & ſepultus eſt juxta Eccleſiam majorem à ſeptemtrionali parte, propè januam ipſius Baſilicæ, quæ ibidem conſiſtit.*

XXIII 21. JOANNES hujus Eccleſiæ Epiſcopus ordinatus eſt anno 1087. ſedit annis 12. *Hic autem venerabilis Epiſcopus ampliavit muros majoris Eccleſiæ & eam depingere fecit Hiſtoriam veteris & novi teſtamenti cernentibus demonſtrans. Fecit & Cruces magnas deauratas, & poſuit eas ex utraque parte extra Chorum. Fecit & domum, quæ nunc horreum dicitur, quæ eſt ſupra porta ipſius Monaſterii. Diruit etiam altaria duo, quæ erant in porticibus ipſius Eccleſiæ: in abſidis, ubi quondam Idola ſteterant, in quarum una, quæ eſt à parte Meridiana poſitum eſt Corpus B. Martini Confeſſoris, & Eremitæ in ſepulchro marmoreo, cujus vita ſatis claruit actibus, ſicut in geſtis illius legitur, & ejus oſſa quotidie manifeſtant. In altera verò, quæ eſt à parte ſeptemtrionali, conſtituit fontem ad benedicendum in Sabbatho Sancto. Obiit autem Joannes Epiſcopus 2. Idus Septembris, & poſitus eſt in porticu ipſius Eccleſiæ à parte meridionali.* Hactenus Chronica de Joanne, deque Epiſcopis Atinatibus.

XXIV 22. SIGEBERTUS Atinenſis Epiſcopus anno 1129. præſens Coronationi Rogerii Regis apud Rocchum Pyrrhum in Chronol. Regum Siciliæ. Pauci autem qui deinde ſucceſſere Epiſcopi, nondum cogniti ſunt. Sicque vetus Atinenſis Epiſcopatus ſuppreſſus eſt circa Eugenii III. tempora, ut ſupra narravimus. Claudet verò de Atinenſibus Epiſcopis hanc noſtram narrationem ſermo Joannis XX. Epiſcopi Atinenſis de Sanctis Martyribus Marco, Nicandro, & Marciano, unicum quippe eruditi Antiſtitis monumentum, quod invidioſa non voravit vetuſtas.

Sermo Domini Joannis Atinenſis Epiſcopi.

Lætetur hodie Evangelica virtus, & exultet terra, in qua Sancti Martyres Marcus, Nicander, & Marcianus in æterno Regno tympaniſtriarum more ovantes aſcenderunt è terra. Hodie venter Marci ſacratiſſimus perforatus eſt acutiſſimis clavis. Hodie Nicander, & Marcianus, devictis veternoſi ſerpentis illecebris, numiſma è manibus acceperunt Regis æterni: hodie coronati ſunt lapide pretioſo: hodie Jeſum Chriſtum Omnipotentis Dei filium confitendo, & falſorum numinum venias abolendo effuderunt ſanguinem ſuum. Hodie languorum enormium hebetudines curare cœperunt: hodie apud urbem Atinam Orgia Cunctipotenti libaverunt de corporibus ſuis: hodie eadem in urbe prodigia faciunt per corpora ſua. Hodie Marcus Omnipotenti Deo proclamat dicens; Adhæſit anima mea poſt te; quia caput meum clavis confixum eſt pro te.

Sed jam propter præſentem diem aliquid in tantorum Martyrum laude dicamus. Audiſtis, fratres chariſſimi, cum ſanctorum paſſio legeretur, quid Beatiſſimus Marcus Laniſtis dixerit, cum jam accepturus eſſet remunerationis bravium. Eja, inquit, milites, facite quod facturi eſtis; jam enim Dominum meum Jeſum Chriſtum video. Quid etiam S. Marcianus Maximo dixit, audiſtis; Præſertim enim eum videmus, & quò nos nunc vocat, cognovimus. Quomodo videbant? Adjuvantem, an vocantem? Dicam potius, dicam, & adjuvantem, & coronantem. Adjuvabat namque illos, quia præcordia eorum ad ſupremum Martyrii agonem inflammabat. De quo etiam Scriptura dicit; in ipſo enim vivimus, movemur & ſumus. Et Jacobus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. Coronabat namque illos; quia locum parabat; illum locum de quo ipſe diſcipulis ait: Vado parare vobis: & iterum, & accipiam vos à me ipſo; ut ubi ego ſum, & vos ſitis.

Sed libet nunc intueri, quid Marcus Beatus ſubdens adjunxit: glorificans, glorifico te Jeſu Chriſte, qui me indignum non fraudaſti à ſocietate ſanctorum tuorum; nunc autem quia, te adjuvante, pugnavi, & vici, idcircò deprecor te, Paſtor clementiſſime, ut me adjuves in hora hac. O felix oratio, quæ ante ad ſupremi Regis obtutus delata eſt, quam ex ore Beatiſſimi Marci prolata fuiſſet. Ante, inquam, quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Unde & ad Moyſen Dominus ait Quid clamas ad me? Clamabat namque ad eum, quia cordis vox cæleſtia regna penetrabat. De talibus namque orationibus Dominus ait. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Felix planè, felix dicenda eſt illa oratio, in qua fluxa rerum abundantia, non aureata regum laquearia, non oſtreata pulvinaria, ſed vita poſtulatur æterna. Nam hic Beatiſſimus Marcus poſt varia ſuppliciorum genera, poſt Ferrea vincula, orationem fudit ad Dominum, non ut perſecutores, & Idololatras igni cremandos deſtinaret, ſed ut devictis hoſtis illecebris, laureatis, cæleſtibuſque infulis redimitus ſuperna conſcendere poſſet palatia, quæ nobis donare dignetur Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui vivit, & regnat cum Patre & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

CALATINI
ſeu Cajacenſes
EPISCOPI.



CALATIA, quam nunc Cajaziam *a* vulgus appellat, perantiqua eſt Campaniæ Felicis civitas, in montibus Tifatis è regione Samnitum apud Vulturnum ſubterfluentem amnem ſita, à Capua Metropoli VIII. à Neapoli verò XXIV. milliaribus diſtans in Appia via, de qua Silius: *a Vulgo Cajazzo.*

Tifata umbriſico generatum monte Calenum.

Libentius fabulantur hi, qui in rebus à noſtra memoria diſtantibus Calatiæ fundationem, vel in Calenum Jovis ſecundi ſeptimum filium, vel in Calatiam Tifatis filiam, cujus amore peribat Vulturnus, patria itam fugientem reiiciunt. Nec deſunt,

qui ſcribant ab Oſcia, alii à Cumanis, Etruſciſque vel conditam, vel reædificatam. Illam vetuſtam, ac præcipuam civitatem fuiſſe patet ex Polybio, qui lib. 3. enumerans cauſas adventus Annibalis in Campaniam, hanc quoque addit, ut potiretur ſcilicet nobilioribus civitatibus Capua, Attela, & Calatia. Eam aliquando expugnaſſe Samnites, mœniſque exuiſſe ſcribunt, quam deindè ex S. C. auctoritate Publius Cornelius, Q. Fulvius Flaccus, Auluſque Poſtumius Albinus Cenſores reſtauraſſe, noviſque muris circumvallaſſe ſcribunt, ut adverſus Samnites Romanorum arx eſſet, & præſidium. Extat adhuc magna pars veterum murorum, qui fuerunt tantum ex quadratis lapidibus ſine calce, aliave genere ferruminationis ſtructi haud parvam urbis elegantiam præſeferentes, de qua Antonius Sanfelicius eleganti de Campania libello, *Montuoſa eſt*, inquit, *Calatia*, *ſupra quam ſeorſum tamen ingens quadrato ſaxo ſurgit opus, quod rupis faciem oculis offert ferruminata nexu lapidibus aptè inter ſe cohærentibus*.

Hæc fuiſſe antiqui oppidi mœnia ſunt, qui dicant, quos ego non ſequor, opinorque cives per ea tempora habitaſſe, ubi adhuc habitant. Argumento mihi eſt perennis aqua influens ſubterraneo rivo in ciſternam veterem, quæ in oppidi eſt umbilico, ipſaque aqua per æſtivos menſes ob innoxium frigus civibus gratiſſima eſt. Addo etiam teſtimonium ſuperpoſitæ ibi marmoreæ tabellæ, in qua hæc inſculpta eſt Epigraphe.

M. GAVIUS TF.
QUISELLIUS Q F.
GALLUS
DUO VIR QU NQ
CREPIDINES CIRC.
FORUM SPF.

Si ergo hic erat forum, continuò & oppidum, nunquam foro mœnibus excluſo. Habent hi colles olivera diſtincta oleaſtris, quorum baccæ non carne, ſed liquoris dulcedine commendantur. In foro civitatis inſignis eſt puteus, qui conſtat magno ſubterraneo ædificio in tres partes diviſo mirabili artificio factus. Nam cum intrinſecus non ſolùm ſinguli parietes, & cameræ ſint ſolido marmore muniri, verùm etiam ipſum pavimentum adeò ut aquis ſcaturire penitus non poſſit, tamen perpetuo abundat aquis, mirantibus cunctis, nemine cauſam abundantiæ aquarum adhuc ſciente, licet vulgus illorum hominum pro uniuſcujuſque captu varia judicia ferat. Extat etiam in ipſo foro civitatis ſimulachrum lapideum Priapi, paucos ante annos in ruderibus antiquiſſimi templi Veneris Felicis repertum, quale ſimulachrum, ut ſcribit Georgius Braunius, neque in antiquitatibus quotquot Romæ ſunt, neque in alia Urbe reperitur.

Fuit Calatia olim municipium, ut patet ex hiſtoricis quamplurimis, qui narrant Atilium Calatinum functum eſſe Dictatura, ſupremo apud Romanos magiſtratu, quo non potuiſſet fungi, niſi municeps fuiſſet, cum municipes tantùm Urbis Romanæ munerum participes olim fierent; patet etiam ex pulcherrima inſcriptione, quæ legitur in vetuſto lapide in foro ipſius civitatis.

VENERI FELICI
P. SERVILIUS P. F. APRILIS
II. VIR. QQQ. RP.O. PEC. ALIMENT.
PAS. MUNICIPI. CALASINORUM.
CURIA. OP. ND REIP. EJUSDEM.
PECUNIA SUA FECIT.

Sunt in hac urbe multa antiquitatis monumenta, & inſcriptiones, quæ recenſentur ab erudito Viro Octaviano Melchiorio in deſcriptione ejuſdem. De Calatia habetur frequens mentio apud Livium & Plutarchum in Annibale. Meminit etiam Cicero lib. 3. Epiſtolarum familiarium, de Hippia Philo-

A xeni filio Calatino, hoſpite & neceſſario ſuo, & de legibus Calatinorum, ne quidquam publicum, niſi publico nomine poſſideretur. Ex qua Ciceronis epiſtola apparet, Calatiam municipium fuiſſe, cum eam ſuas leges habere dicat, quod proprium municipiorum erat. Coloniæ namque, & cæteræ civitates populi Romani legibus adſtringebantur. Cæterum hæc civitas tandiu Romani Imperii faſces adoravit, quandiu ejus ſtetit majeſtas; deinceps ſub diverſis Dynaſtis fuit; hoc tempore unius Hiſpaniarum Regis ſubjacet arbitrio, ſub utili dominio Joannis Corſi nobiliſſimi Florentini Patritii quieſcit titulo Marchionatus condecorata. Populo & nobilitate ita dives eſt, ut nulli finitimarum civitatum invidere poſſe videatur; aer illi ſaluberrimus, ſolum fœcundum, optimo oleo, ſuavi vino, quin & pomis dulciſſimis abundat. Urbs 700. laribus illuſtratur. Protulit hæc civitas viros in omni virtute præſtantes; ſi quis verò ejuſdem clariorem cognitionem deſiderat, conſulat ſupra memora- B tum virum clariſſimum æquè ac nobiliſſimum Octavianum Melchiorium Calatinum in libro, quem ſcripſit de origine, progreſſu, Viriſque Illuſtribus hujuſce civitatis, ubi abunde, & eruditè de iis omnibus agit ad ſatietatem. Fama eſt & inveterata traditio a patribus derivata, primùm Calatiæ evangelicam veritatem enunciaſſe Sanctum Petrum Apoſtolum, aut aliquem ex ejus diſcipulis, quem malunt fuiſſe B. Priſcum primum Capuanæ Metropolis Epiſcopum; extat adhuc, tametſi ſemidirutum templum extra mœnia, quod priſci illi Chriſti fideles eidem Apoſtolorum Principi dicarunt. Epiſcopalis dignitas Calatina antiquiſſima eſt; ubi primùm ea Civitas Chriſtiana ſacra amplexa, Antiſtitem etiam accepit, ut eadem fert traditio, cujus nomen, aliorumque per multa ſæcula ex injuria temporum, Chiliarum umque perſecutionum tyrannide, haud perennavit ad poſteros. Calatinus Epiſcopus ſuffraganeus eſt Capuano Archiepiſcopo. Diœceſim ſatis amplam habet, quam Vul- C turnus flumen ambit, in eaque 40. Parochiales Eccleſiæ recenſentur, quarum duodecim ſunt Archipresbyterales. Cenſus Epiſcopalis duo millia ſcutorum illarum partim dicuntur explere, tametſi in libris Apoſtolicis ejus Taxa 130. florenos non excedat. Eccleſia Cathedralis, Epiſcopatum vocant, Deiparæ Virgini, Sanctoque Stephano Epiſcopo dedicata eſt, ſtructura, & vetuſtate viſenda; in ea tres dignitatum gradus ad ampliorem Dei cultum ſunt, Archidiaconatus nempè, duo Primicerii, & 20 alii Canonici, plures presbyteri & Clerici, qui quotidie divinum perſolvunt penſum. Dives eſt Sanctorum reliquiis, nempè corporum S. Stephani ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, & Tutelaris, S. Ferdinandi itidem Epiſcopi: veneratur brachium dexterum S. Lucę Evangeliſtæ, Lipſana SS. Innocentium, Proti & Hyacinthi, & Urbani Martyrum, aliorumque Sanctorum. Eccleſia hæc, ut Jodocus Hundius in deſcriptione Italiæ ſcribit, perantiquam, & paucis in Germania, & Gallia no- D tum ſacrarum Imaginum uſum obſervat, per quem accuratiſſimè comprobare videtur, imagines, hunc quoque in finem, in cętu fidelium coaſſervari, ut laicorum libri exiſtant. Nam Septimanæ ſanctæ Sabbato ſancto, dum in eminenti Cathedralis Eccleſiæ loco, in quo Evangelium decantari ſolet, Prophetiæ decantantur, ſtatim prophetica lectione una finita, ad plebem fidelem in Eccleſia collectam, à ſacrorum miniſtro, eodem ex loco depicta explicatur, & evolvitur charta, imaginum, & colorum varietate ad vivum expreſſa, eandem ipſam prophetiæ hiſtoriam, quam Canonicus jam ante decantarat, repræſentans. Ita ut duodecim prophetiis decantatis, duodecim picturæ inter ſe connexę, & baculo complicatæ, ſenſim in imum evolutæ, fideli populo ſpectandæ propoſitæ, duodecim prophetias, quaſi viva voce eidem explicent, & interpretentur. Fuit etiam in eadem Eccleſia conſuetudo vetuſtate comprobata, ut die Jovis ſancto, quando

man-

mandatum Domini de more, & ritu majorum celebretur, in ſacello S. Trinitati nuncupato, Altare concavum trium digitorum altitudine, trium pedum latitudine, ſex verò longitudine unius cadi capax, vino impleatur, quod fideles in Cathedrali Eccleſia pietatis ergo congregati, inter ea temporis exhauriebant, dum abſoluto mandato duodecim pauperum pedes ab Epiſcopo lavarentur. Et tenuit Eccleſia hanc conſuetudinem uſque ad Concilium Tridentinum, cui tunc non ſine communi civium dolore derogatum. Cæterùm in civitate plures aliæ Eccleſiæ *a* viſuntur, inter quas eminet Sanctiſſimæ Annunciatæ Collegiata. Unum Sanctimonialium Cœnobium, unumque virorum Conventualium Sancti Franciſci: extra civitatem duo alia ſpectantur Cœnobia, alterum Capuccinorum, alterum Minorum diſtrictioris Obſervantiæ. Nec deeſt Puerorum Seminarium propè Cathedralem ad augendum Eccleſiaſticum decorem, nec Xenodochia ad pietatem, nec laicorum Sodalitates ad devotionem ſervandam. Calatinorum Epiſcoporum ſeriem ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ perſcripſit idem memoratus Melchiorius Sanctæ Chriſtinæ de Formicula digniſſimus Archipreſbyter, de patria, deque Eccleſia Calatina optimè meritus; nos autem cum ab ipſo m. s. dono accepiſſemus, ex eo, aliiſque ſcripturis & monumentis ſequentem Catalogum concinnavimus.

a Inter has tres parochiales excepta Cathedrali.

I. 1. ARIGISIUS inter antiquiores Cajacenſes Epiſcopos, quorum memoria extet, in Diptycis ejuſdem Eccleſiæ Epiſcoporum recenſetur, cujus obitus dies in veteri Kalendario notatur 14. Auguſti. Cæterum quo tempore ille vixerit, vel quo anno mortalitatem expleverit, ignoratur; ex nominis tamen conjectura Longobardum fuiſſe volunt, eoque tempore floruiſſe, quo Longobardi hanc regionem tenuere dominaruntque.

II. 2. GISULPHUS & ipſe genere Longobardus Cajacenſis Epiſcopus fuit ann. 776. Adriano primo Pontifice. Poſt hunc per aliquot ſæcula hujus Eccleſiæ deſiderantur Epiſcopi, quorum nomina invidioſa devoravit vetuſtas.

III. 3. URSUS prædeceſſor S. Stephani, cujus mentio in vita ejuſdem Sancti in veteri Capuanæ Eccleſiæ Breviario. *Per idem tempus*, inquit, *defuncto Urſo Cajacenſi Epiſcopo, à Pandulpho Principe, & Geriberto Archiepiſcopo, atque omni populo, vel clero gratia cunctorum & lætitia Domnus Stephanus eſt electus, & conſecratus Epiſcopus*. Mors Urſi & Stephani electio incidit in annum Domini 978. ab Incarnatione.

IV. 4. S. STEPHANUS ſucceſſit Urſo anno 978. à Geriberto Capuano Archiepiſcopo conſecratus. Sedit ſanctiſſimè an. 48. clarusque miraculis ad cœlum evolavit anno 1023 die 29. Octobris ætatis ſuæ 88. jacet in Cathedrali, cujus vitam recenſuit ex veteri Breviario Michael Monachus in 2. parte Sanctuarii Capuani, unàcum notis, quæ hic exſcribere libet.

Temporibus igitur Landulphi eximii Principis Capuanæ Civitatis fuit quidam vir, nomine Joannes, uxor vero Guiſelperta, in loco Lanei ſcilicet degentes, infra finem Campaniæ telluris; quibus erat parvulus filius nomine Stephanus, quem illi in cuna poſitum, paterili affectu educantes, animadverterunt, Domini virtutem jam illius operari infantia. Puer enim paulatim creſcebat corporis magnitudine, ita ut omnes mirarentur, non tam materno ubere paſtum, quàm cœleſti gratia auctum. Hic autem cum ſeptem eſſet annorum intra mœnia ejuſdem Capuanæ urbis apud Eccleſiam Domini Salvatoris à parentibus ſcholis traditus eſt. Hic Dei favente clementia, litteras, omneque Eccleſiaſticum officium præ cæteris conſodalibus parvo tempore didicit. Quoties ille pſallebat, aut legebat, ſeu vacabat, cœleſtia ſemper cogitabat, Deumq; Creatorem habebat, caduca & tranſitoria penitus reſpuebat, & ipſe ab ineunte ætate caſtiſſimus, ſuos ſocios caſtitatem docebat, & quos male agentes cognoſcebat, mellifluis verbis corrigebat, omnes diligebat, & ab omnibus diligebatur. Qui cum talia ageret, ab omni Clero, ipſiuſque loci Abbate factus eſt clericus, & de gradu in gradum ad Sacerdotii eſt ductus honorem, & non longo tempore poſt in eadem Eccleſia Abbas ordinatus eſt. In qua videlicet Eccleſia cum omnibus, quos à die nativitatis ſuæ habuit, quadraginta quatuor complevit annos. Per idem tempus, defuncto Urſo Cajacenſi Epiſcopo, à Pandulpho Principe, qui tunc Capuæ principabatur, filio ſcilicet prænominati Landulphi Principis, & Giriberto Archiepiſcopo, atque omni populo, vel Clero, gratia cunctorum & lætitia D. Stephanus electus eſt & conſecratus Epiſcopus: In quo videlicet Epiſcopatu iterum alios quadraginta quatuor explevit annos, & obdormivit in Domino. Hactenus Breviarium. Sanctum Stephanum Epiſcopatum iniiſſe anno ab Incarnatione 978. docet Bulla Gerberti Archiepiſcopi Capuani poſt conſecrationem ejuſdem Sancti ſcriptam, datamque anno 3. Archiepiſcopatus Kal. Novemb. Ind. 8. Contigit igitur ejus conſecratio anno 978. ab Incarnatione. Porrò diploma Gerberti cum ipſa conſecratione Stephani continet etiam Diœceſis Cajacenſis diſtinctionem, eadem forma, qua deinceps uſi ſunt Archiepiſcopi Capuani, ut Atenulphus anno 1032. in confirmatione Benedicti Epiſcopi Sueſſani ut infra: imò hac formula videtur uſus fuiſſe S. Gregor. Mag. lib. 2. c. 15. Diploma Gerberti ab exemplari profert idem Michael Monachus in hunc modum.

Gerbertus Sanctæ Capuanæ Sedis gratia Dei Archiepiſcopus fidelibus omnibus orthodoxis, clero, & ordini, & plebi conſiſtenti Cajaciæ Eccleſiæ per Apoſtolicam inſtitutionem noſtro Archiepiſcopatui ſubjectæ dilectiſſimis filiis in Domino ſalutem.

Probabilibus deſideriis nihil attulimus tarditatis: Fratrem jam & Coepiſcopum noſtrum Stephanum vobis ordinavimus Sacerdotem: cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationem præſumat illicitam, ne bigamum, aut qui virgine non eſt ſortitus uxore, neque illiteratum, vel in qualibet parte corporis vitiatum, aut ex pœnitentem, vel Curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad ſacrum Ordinem permittat accedere, & ſi quos hujuſmodi forte reperierit, non audeat promovere. Afros paſſim ad Eccleſiaſticos Ordines prætendentes, nulla ratione ſuſcipiat; quia aliqui eorum Manichei, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati. Miniſterio, atque ornatui Eccleſiæ, vel quicquid aliud eſt in patrimonio ejuſdem non minuere audeat, ſed augere. Inſuper conceſſimus ei Diœceſim per has fines ab ipſo rivo, qui eſt juxta Pratamula, & quomodo continet ipſe totus Cajaciæ Comitatus, cum iſtis Eccleſiis, quæ hic ſubtus declaravimus, hoc eſt, in Baluniana Eccleſia S. Nazarii, & Eccleſia S. Vitelliani, & S. Coſmas in Vivaru, & S. Ferentianus ad Sorba: S. Petrus ad Pile, S. Petrus, S. Angelus ad Palma: Sanctus Felix in Peti: S. Petrus ad Suxe: S. Petrus & S. Priſcus in Matrunu: Sanctus Joannes, & S. Secundinus in Treple: Sanctus Laurentius, & S. Maria, & S. Matthæus in Pazanu: Sanctus Rufus in Ceſeranu: Sancta Maria in Vulanu: S. Petrus, & S. Laurentius in Liczanu: S. Angelus, & S. Felix & Sanctus Joannes in Campanianu: S. Petrus, Sanctus Vitus, S. Coſmas in Raianu S. Joannes, S. Maria cum S. Angelo: S. Felix: S. Nicander in Predi Cajaciæ: S. Angelus, S. Salvator, & S. Vitellianus in Camporulonga: S. Maurus in Alvinianu: S. Angelus in Auxilio: S. Vitus in Bage: S. Andreas, & S. Petrus, & S. Vincentius, & S. Andreas, & S. Cæſarius in Traguni: S. Maria & S. Priſcus ad Culture, S. Laurentius ad Atina, & S. Sebaſtianus in Squille, & S. Secundinus in Rajanu, & Sancta Maria in Baniolo, & S. Angelus in Poſcari: cum omnibus Eccleſiis, & terris ad ipſas Eccleſias pertinentes, quæ inter has fines ſunt, quæ modo habere & poſſidere videntur, & in antea pro parte ipſarum Eccleſiarum acquirere potueris, & cum presbyteris, & cum omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus ad prædictam veſtram Diœceſim pertinentibus excepto, quod non damus vobis

cuncta territoria in Caſa Marcella, & Eccleſias, quæ ibidem ſunt: & hæreditatem filiorum Andreæ balneatoris, ideſt Perundo, & Leo & filiis Urſoli, quæ fuerunt & pertinuerunt jam dictæ Sanctæ Mariæ de Peti, per has ſubtus declaratas fines, prima petia, ubi ipſi ſedent, uno latu via antiqua, in latu terra Rodoaldi, in capu via publica, alia capu in Serra de Monte: ſecunda petia ibi propinquo uñ latu terra nominatæ S. Mariæ, & ipſo ribo, & aliu latu terra Beneruti cum ipſo interficu noſtro: uñ capu via publica, aliu capu Deodedi Presbyteri, ipſe prędictus interficus noſter, uñ latu via publica, aliu latu terra Beneruti, & de fratris ejus, uñ capu terra Deodedi presbyteri; tertia pars in Juvenelli, uñ latu terra Andreæ cum ipſo interficu noſtro, aliu latu terra Paldolfi, quæ fuerunt Summi, uñ capu Silica, aliu capu in ribo. Quarta petia ibique, uñ latu terra Padulfi, quæ fuit ſummi, aliu latu via, qui decurrit ipſa cava, uñ capu in Silice, aliu capu in ribo. Quinta petia ibique uñ latu jam fatę Eccleſiæ S. Mariæ, alia latu Eccleſia Cici, & Muſi, uñ capu in Silice, aliu capa terra Landulfi, & Cici fratris ejus, ipſe fundus propè prędictu s. Maria amba latera ipſius Eccleſiæ S. Mariæ, uñ capu in ribo, aliu capa terra, quæ fuit Leopardi. Sexta petia prope S. Angelo ad Palma, uñ latu eſt terra Summi & aliu Lupi clerici, aliu latu terra Landolfi Comitis, uñ capu in via, aliu capu terra ſupranominata S. Maria. Septima petia à Centuru, uñ latu terra Martini Turellæ, altu latu terra Adiſulolæ, uñ capu in ribo, qui dicitur lata, aliu capu in via publica. Octava petia, quæ dicitur ad Argellatu, uñ latu in monte, aliu latu in ribo, qui temporaliter habet aqua, unde capu Landulfi Comitis, alia via antiqua. Nona petia ad Caſtaneſam, uñ latu terra Audoaldi & monte, alia latu terra filii Geremundi, uñ capu via publica, aliu capu terra Sabini Clerici, & fratris ejus. Decima petia juxta Eccleſiam ſupranominatæ S. Mariæ, uñ latu terra Andoeæ, aliu latu terra Landulfi, & Audoaldi, uñ capu in Silice, aliu capu in monte. Tali itaque ordine, & ratione, ut ſubdentur Archiepiſcopatui, aut noſtræ Abbatiæ, vel qualiſcunque ſervus noſtri Archiepiſcopatus, hæreditates habuerint, aut in antea parare potuerint, ſive per cauſationem acquiſierint, noſtri, noſtrorumque ſucceſſorum ſit in poteſtate: at non dedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Eccleſiam S. Angeli in Melanico, quam in noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum poteſtate reſervamus. De redditu verò Eccleſiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones, quarum unam ſibi ipſe retineat, alteram alterius pro filiorum ſuorum ſedulitate diſtribuat. Tertiam pauperibus, & peregrinis. Quartam eccleſiaſticis fabricis reſervandam, de quibus erit redditurus divino judicio rationem. Ordinationes verò Presbyterorum, ſeu Diaconorum, non niſi primi, quarti, ſeptimi & decimi menſium jejuniis, & ingreſſu quadrageſimali, mediave, atque veſperi Sabbathi noveris celebrandas. Sacrum autem Baptiſmi Sacramentum non niſi in Paſchali feſtivitate, & Pentecoſte noveris eſſe præbendum, exceptis his, quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubvenire. His ergo Sedis noſtræ præcepta ſervantes devotis animis obſequi vos oportet, ut irreprehenſibile, placidumque fiat corpus Eccleſiæ per Chriſtum Dominum noſtrum, qui vivit, & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti per omnia ſæcula ſæculorum. Amen Anno Deo propitio, Archiepiſcopatus Domini Gerberti Tertii Archiepiſcopi in Sacratiſſima Sede Beati Protomartyris Stephani in ipſa die Kalend. Novembris, Indict. 8.

Ego Aldericus Calactinæ Eccleſiæ Epiſc. conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Leo Suranæ Sedis Epiſcopus, conſenſi.
Ego Bonus Presb. Card. S. Capuanæ Eccleſ. me ſubſcripſi.
Ego Joannes Presbyt. S. Capuanæ Eccleſiæ Card. me ſubſcripſi.
Ego Avioaldus, Diaconus S. Capuanæ Eccleſiæ me ſubſcripſi.
Ego Petrus Diaconus S. Capuanæ Eccleſ. me ſubſcripſi.
Ego Toro Subdiaconus me ſubſcripſi.
Ego Joannes Subdiaconus s. Capuanæ Sedis me ſubſcripſi.

Datum per manum Ioannis Subdiaconi noſtri Bibliothecarii in Kalend. jam dictis per ſupraſcriptam Indictionem. Bene valete.

Cum huic bullæ ſubſcribat Epiſcopus Eccleſiæ Calactinæ, Epiſcopus Suranæ, alter Aldericus, & Leo alter nuncupatus, dubitatum eſt, (inquit Monachus,) *quænam ſit Eccleſia Calactina, quæve Surana. Non defuerunt qui intellexerunt Eccleſiam Calactinam eſſe Eccleſiam Cajacenſem, quaſi à Calatia, quod eſt nomen antiquum civitatis, derivetur. Hi certè falluntur, nam tempore Sancti Stephani civitas dicebatur Cajacia, & derivat nomen Cajaccianus, ſeu Cajacenſis, & ſi s. Stephanus conſecratur Epiſcopus Cajacię, quomodo poteſt eſſe vivus alter ejuſdem civitatis Epiſcopus? Imò ſi s. Stephanus ſucceſſit Urſoni Epiſcopo Cajacciano, ut habet Breviarium, quomodo poteſt fingi alter Epiſcopus ejuſdem Civitatis illo ipſo tempore? imò ſi fuiſſet Epiſcopus, qui vivens renunciaſſet Epiſcopatus Cajacciana, ille quidem cum renunciaſſet loco, & ſi non dignitati, potuiſſet quidem dici Epiſcopus, at dici Epiſcopus Calactinus, ideſt Cajaccianus, nullo modo. Legimus in Ptolomeo Calactam in Sicilia, & à Calacta Calactinus in Priſciano: an ergo Epiſcopus Calactę illo tempore caſu apud Capuam morabatur? Ego libenter credam juxta illorum temporum barbaram latinitatem à Cale deductum eſſe Calectinum, ſeu Calactinum; Cales autem eſt civitas Caluorum, ideoque Epiſcopus Calactinus eſt qui dicitur hodie Caluenſis. Juxta eandem barbaram latinitatem, cum litera a, in, u, tranſeat, & pro ſorores, ſurores, ſit pronunciatio: non dubito Eccleſiam Suranam eſſe Soranam, ideſt Eccleſiam in civitate Soræ.* Hæc Monachi ſpeculatio mihi arridet, & Adelricus adſcribendus inter Caluenſes Epiſcopos, quemadmodum Leo inter Soranos recenſendus. Autographum autem relatæ bullæ in Eccleſia Cajaciana conſervatur.

Habet idem citatus auctor S. Stephanum ortum fuiſſe in pago, qui Macerata nuncupatur, & ex illa gente, quæ nunc Mencinella dicitur, ex veteri traditione. Vixit Stephanus octuaginta octo annos, ut docet Hiſtoria: ſenio confectus interfuit Concilio Provinciali ſub Paldulfo Archiepiſcopo, & de occupatoribus bonorum Eccleſiæ Calatinæ conqueſtus eſt. Inter monumenta Capuanæ Eccleſiæ inventa eſt Scriptura vetuſtate penè exeſa; integra tamen in his, quæ ad hanc hiſtoriam faciunt. Verba ſunt.

Paldulphus humilis Archiepiſcopus, &c.

Quod dum reſiderem in Aula S. Dei Genitricis & Virginis Mariæ, Sanctorumque Protomartyris Stephani, & Agathæ cum reliquis Coepiſcopis Suffraganeis noſtræ Sedis, & cum Sacerdotibus, ac Diaconis, & in circuitu noſtro aſtaret agmen reliquorum Ordinum Eccleſiaſticorum, ad Sanctam Synodum celebrandam, tunc in conſpectu omnium ſurrexit de ſubſellio Stephanus Confrater, & Epiſcopus Calatianæ Sedis, & cœpit dicere tam mihi, quam etiam omnibus reſidentibus, atque aſtantibus: ſcire vos volo Domini & Confratres, quod ſedes mea ad nihilum redacta eſt ab illis, qui ejus hæredes eſſe permanſerunt: ſed cum prædicti Confratris noſtri vox ob infirmitatem & ſenium ita tenuis ab ore ejus progrederetur, ut ad aures omnium minus perveniret, cœpit humilitas mea tunc alloqui, ut vel ipſe ſic loqueretur & ſermo ejus clarè ad aures omnium pertingeret, vel vocaret unum ex ſuis, qui pro ejus vice, ea, quæ ipſe dicere non valeret, ediceret. Tunc accerſitus eſt Joannes Diaconus ſuę Sedis, & injunxit ei, ut in conſpectu omnium ediceret, quę & qualia damna ab invaſoribus hęreditatum ſuſtineret. Ad hęc humilitas mea præcepit eidem

Diacono, ut nominatim ediceret, qui eſſent invaſores quique laici. Tunc ille in primis nominavit Landonem filium Sigenulphi Comitis, & Adenulphum filium Adenulfi Comitis, & dixit, ut illi invaſiſſent Curtem S. Coſmæ, &c. Hæc Synodus fuit celebrata anno 1007. vel ante; nam anno 1008. Adenulphus reperitur Archiepiſcopus; ideoque extremum tempus Paldulfi non exceſſit ann. 1007. S. Stephanus agebat ann. 72. Obiit S. Stephanus anno ab Incarnatione 1023. à nativitate 1022. de ejus ſepultura, in actis inventionis ejus ita ſcribitur. *Enimverò penſitarunt Calatini cives, ad devotionem recolendam, ut reconditi ipſius venerabilis corporis extaret articulus digiti manus benedictæ quotannis populo, celebritatis ſuæ die ſolemni in miſſa oſtendendi, nec minus oſculandi. Cuſtodiebatur interim in ſacrario ſub digitali argenteo modulo. Proinde ſacello cum altari erecto ſuper pavimento ferrea cancellatura cingente aliquale buſtum . . . fabricaverunt è regione verſus illud corpus honeſtiferum, illis oſſibus poſitis intus: jugiter accenſa lampade, quare opinaretur quivis latitare ibi reliquias, de quibus loquimur ſacras: excolebant ſeduli quando minimè deerant evocatæ divinæ gratiæ dona confugientibus illuc. Terrucrunt Calatini, ne furto daretur Sanctus deſiderabilis; præſertim confinibus Capuæ & ideo ſic ſtudioſiſſimè abſconderunt.* Inventum eſt ſacrum Stephani corpus anno 1512. eo ipſo in loco, ubi reconditum fuerat à Vincio Maffio Epiſcopo Cajacenſi. Feſtum hujus inventionis celebratur octavo die Pentecoſtes, depoſitionis verò die 29. Octob. Idem Vincius Epiſcopus nobile Sacellum in eadem Cathedrali erexit, in quo oſſa ejuſdem S. Stephani religioſè aſſervantur, ibique ante Altare hæc leguntur in marmore verba.

Divi Stephani caput & oſſa. Hinc exhumata Vincius Salernitanus tunc Calatinus Epiſcopus cum Populi applauſu, Pulpito recondi curavit. Anno Dom. MCCCCCXII. XXIII. Maji.

V. 5. S. FERDINANDUS *a* natione Hiſpanus, cum in Italiam veniſſet, ac in Campaniæ urbem Calatiam ſe recepiſſet, eam doctrinæ, & ſanctitatis laudem aſſecutus eſt, ut mortuo Epiſcopo Calatino, illi ſubrogatus fuerit. Multis clarus miraculis apud Albinianum Calatinæ Diœceſis oppidum obdormivit 5. Kal. Julii, ibique honorificè conditum eſt, ubi etiam ob ejus ſuper ægrotis ſigna virtutum magnam venerationem habet. Extat illi Eccleſia Campeſtris dicata apud oppidum prædictum, quæ inter Calatiam occurrit, & Aliphas. Hæc Ferrarius in Catal. Sanctorum Italiæ ex monumentis Eccleſiæ Albinianen. Tempus quo hic Sanctus Epiſcopus vixit, haud hactenus ſciri contingit. Ejus ſanè corpus in ea Eccleſia inventum eſt anno 1620. die 9. Auguſti à Paulo Philomarino Epiſcopo Cajacenſi in majori Altari ejuſdem Eccleſiæ reconditum, partem tamen ſolemni ritu translatam in Cathedralem, ac ſub Altari S. Stephani idem collocavit.

a De eo Acta ſs. Junii t. 5. p. 110.

VI. 6. JAQUINTUS ab Adenulpho Capuano Archiepiſcopo conſecratus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno ſal. 1024. ut in bulla ejuſdem Adenulphi, quam extare dicunt in Archivio ejuſdem Eccleſiæ; nos eam non vidimus, ejus etiam mentio in documento Gerardi Iſernienſis Epiſcopi ann. 32. Principatus Pandulphi Capuæ Principis, & 26. Adenulfi Archiepiſcopi videtur ſucceſſiſſe S. Stephano, non Ferdinando.

VII. 7. CONSTANTINUS Epiſcopus Cajacenſis ſubſcripſit Bullæ Urbani II. an. 1098. pro Monaſterio S. Stephani in Nemore Squillacenſis Diœceſis.

VIII. 8. PETRUS præfuit Eccleſiæ Cajacenſi anno 1106. Is eum Roberto Rainulphi Normanni filio Comite Cajacenſi Eccleſiam Sanctæ Crucis dono dedit, perpetuoque attribuit Monaſterio, & Monachis S. Laurentii de Averſa, ex monumentis illius Monaſterii.

9. THOMAS anno 1109. vivebat. IX.

10. VRSUS hujus nominis ſecundus ann. 1117. X.
uſque ad annum 1122. de eo in monumentis habetur mentio.

11. STATIO, ſeu STATIONUS ante annum XI.
1133. Epiſcopus Cajacenſis fuit ordinatus; quo Præſule eo anno Innocentius II. Eccleſiam Cajacenſem nobili privilegio condecoravit, & Diœceſim diſtinxit, quod deinde Adrianus IV. confirmavit. Eidem Stationi quædam bona vendidiſſe Richardum Rainulphi Comitis Cajacenſis fratrem, ejuſq; uxorem Mariam filiam quondam Gregorii Comitis innuit documentum inquiſitionis factæ ſub Federico II. Imper. in gratiam Jacobi Epiſcopi Cajacenſis in hæc verba. *Quidam Albertus, & quidam Teotonicus, qui habent feuda in Cajacia, habuerunt inde privilegia per Dominum Imperatorem Henricum. Item poſt diſceſſum illius Dom. Rogerius de Domino Rodualdo tenuit Caſtrum Fæminarum cum dicta Aſtanza Angli, molendino & tenebat illud pro Curia Domini Imperatoris. Item quia Dom. Rogerius ſerviebat Dom. Imperatori, ſicq; fuit mortuus in ſervitiu Domini Imperatoris. Item teſtes viderunt Anglum teneri à Domino Rodualdo. Item quod tempore Regis Guglielmi Dominus Rogerius de Sanglatenuit Anglum cum hominibus. Item pro parte Cajacianæ Eccleſiæ probatum invenimus, quod ann. 1134. menſe Aprili Riccardus miles Domini Rainulphi Comitis fratris, & mulier nomine Maria filia quondam Domini Gregorii eximii Comitis vendiderunt terras & homines, & molendina infra fines Civitatis Calatiæ, ſcilicet in loco, ubi dicitur Anglus Stationi Epiſcopo Calatino. Item quod tempore Regis Guglielmi Eccleſia Cajacenſis tenuit, & poſſedit Anglum, & fructus inde percepit, &c.* Inter monumenta hujus Eccleſiæ reperitur confirmatio, ſeu ceſſio horum bonorum eidem Stationi à Rainulpho Comite afferta eodem anno 1134. Ejuſdemque Comitis extat juramentum Stationi Epiſcopo tenoris ſequentis.

Ego Rainulphus Dei gratia Comes, juro & promitto tibi Domino Stationi Epiſcopo, quod uſque ad Kal. 5. Octobr. primò venturas aſſignabo tibi formam proprietatem tuæ Eccleſiæ, & in poſſeſſionem ponam te, & eandem Eccleſiam de toto feudo, quod Balcolinus miles tenuit de intus Cajatiam, & de foris infra finem ejuſdem Civitatis, præter domum, quæ eſt infra Caſtrum & præter terram, quam Malcerius vendidit Rogerio filio Altardi de Albiniano, & præter terram, de qua Giraldus & Giſmundus ſingularem calumniam moverunt, quæ eſt in loco Carpanito. Si nos enim præjudicium providerimus ſine fraude, quam tibi promittamus, & poſt aſſignationem, & donationem . . . . . . & eidem Cajacianæ Eccleſiæ fecero de eodem feudo, & non ero in facto, concilio, ſeu conſenſu, quod tu, vel tui ſucceſſores in toto, vel in parte perdatis, ſed adjuvabo eandem Eccleſiam, & te, tuoſque ſucceſſores, illud tenere, defendere, contra omnes homines, qui in toto, vel in parte auferant, vel auferri conſentiant, neque faciam. Hæc omnia obſervabo ſine fraude, & malo ingenio. Et ſic Dominus me adjuvet, & hæc ſancta quatuor Evangelia Domini. Hoc actum eſt coram Domino Roberto Capuano Principe, & Dom. Henrico Agathæ Epiſcopo, Joanne Abbate Diacono ejus, Riccardo Advocato, Zoffo Curolo milite, Filippo Judice Capuano, & Urſone Judice Agathæ, & Presbytero Hiſembrando præfati Principis Capellano, Petro Presbytero Cajacianæ Eccleſiæ, & Guglielmo ejuſdem Eccleſiæ Diacono.

Quo anno verò Stationus ex hac mortali vita diſceſſerit, vel quot annos hanc rexerit Eccleſiam, non habemus; mortuus tamen videtur ſub Guilelmo Rege.

12. VVILLELMUS Manſonis q. filius, XII.

ger.

germanus frater Landulphi militis de Calatia, patriæ fuit Epiſcopus anno 1155. hujus mentio in monumentis Cavenſis Monaſterii, ubi pater & frater ejuſdem memorantur. Hunc exiſtimo Cajacenſem Epiſcopum, qui ab Alexandro III. Papa ab Epiſcopatu una cum Veſtano Epiſcopo, Simoniacus repertus, ejectus, privatuſque eſt anno 1168. ut ſcribit Auctor geſtorum Alexandri, quæ m.s. aſſervantur in Bibliotheca bo. me. Conſtantioi Abbatis Cajetani, quam Aniciaoam vocant, neque ulla alia de Vvillelmo extat memoria.

XIII. 13. JOANNES Cajacenſis Epiſcopus potuit ſucceſſiſſe Vvillelmo eodem anno quo ille è Sede ejectus eſt ann. 1168. hic an. 1175. à Guillelmo Rege confirmationem bonorum Eccleſiæ ſuæ recepit, qui eodem anno exceſſiſſe videtur, cum eo ipſo anno Guillelmum ſequentem habeamus Cajacenſi præfuiſſe Eccleſiæ.

XIV. 14. GUILLELMUS hujus nominis ſecundus Raymi filius, patriæ Epiſcopus præficitur eodem anno 1175. qui obiit ann. 1181. cujus obitus dies memoratur in emortuali Cœnobii Monialium S. Joannis de Capua; *V. Id. Januarii obiit Guillelmus Epiſcopus Cajacenſis anno* 1181.

XV. 15. ROFFERIUS, ſeu Goffredus præſuit anno 1183. ſub Lucio III. Papa, de quo nulla alia extat mentio in monumentis Calatinis.

XVI. 16. Urſus III. ſtatim Roffredo ſucceſſit circa annum Domini 1191 longo tempore hanc adminiſtravit Eccleſiam, cum ad annum uſque 1224. ejus memoria extet, ſub quo, ut notatur in veteri Kalendario hujus Eccleſiæ; *In vigilia Adventus Domini cecidit Epiſcopium Calatinum* 1199. *ſub die* 28. *Novembris.*

XVII. 17. JACOBUS vixit temporibus Gregorii IX. ac Federici II. Imp. à quo pro libertate Eccleſiaſtica, proque Summo Pontifice, cujus erat charus, exilio mulctatus eſt anno 1238. tuliſque per ſummam injuriam quendam intruſum in ſua Eccleſia, nomine Andream anno 1239. quem deinde vel ejecit de Sede Federicus ipſe, vel Innocentius IV. Papa, cum in monumentis plura reperiantur acta ſub eodem Jacobo ab anno 1244. uſque ad 1253. quo poſt conditum teſtamentum, hæredemque inſtitutum Thomam Thomæ ſororis ſuæ filium, mortalitatem explevit.

XVIII 18. NICOLAUS Joannis Minadæ ac Realis filius, Cajacenſis civis ſucceſſit Jacobo anno 1253. obiit anno 1257.

XIX. 19. ANDREAS Richardi filius præfuit huic Eccleſiæ poſt Nicolaum; paucos ſedit annos, & cum ſuæ ultimæ voluntatis tabulas condidiſſet die 18. Julii 1272 mortem obiit.

XX. 20 Fr. JOANNES, Ordo, & patria ignoratur, demortuo Andrea ſubſtituitur Epiſcopus, cujus prima mentio in regio reg. Neap. ſub Carolo I. Rege *Anno* 1274. *die* 30. *Aprilis, Ind.* 2. *apud Cajaciam quidam Cives Cajaciæ & ejus Diœceſis Vaſſalli majoris Eccleſiæ Cajacianæ venerunt more ſoli to in feſto Paſchæ Reſurrectionis Domini ad viſitandam vener. virum Dominum Joannem Cajacianum electum, & ipſe electus, prout condecet, tanquam Vaſſallos ſuos benignè recepit, & poſt paucam horam requiſivit eos ut deberent præſtare ſibi ſacramentum fidelitatis & homagii pro parte ipſius Eccleſiæ, ut ab antiquo homines & vaſſalli prædictæ Eccleſiæ anteceſſoribus ſuis pro parte ipſius Eccleſiæ præſtare conſueverunt, qui juraverunt et fidelitatem. In Cornello alii Cives juraverunt ſimiliter fidelitatem.* Eidem Joanni Carolus Rex anno 1275. decimas, quas ſupra feudalia bona habet Cajacenſis Eccleſia intra civitatem liberaliter conceſſit, ac relaxavit, ſequenti verò anno Joannes fato functus eſt.

XXI 21. ANDREAS II. hac Sede potitus eſt ſtatim defuncto Joanne 1276. cui anno 1282. Joannes Gilgnettus Cajacenſis Civitatis Dominus quædam ſtabilia bona extra mœnia ejuſdem urbis in loco S. Angeli *alla Piana* dicto eſt elargitus ad ſalutem animæ ſuæ patriſque ſui Guillelmi, qui à Carolo Primo Civitatem pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus dono acceperat. Joannis filia fuit Margarita inſignis Heroina ex hac gente poſtrema, uxor Jo. Thomæ Sanſeverini Marſici Comitis, & Magni Regni Comeſtabilis, ex quorum conjugio natus eſt Antonius Marſici & Cajacenſis Comes. Obiit Margarita anno 1319. Andreas verò Epiſcopus defunctus eſt anno 1283. ut in Emortuali hujus Eccleſiæ deſcribitur.

22. GIRALDUS Narnienſis, vel, ut alii volunt, patria Mutinenſis, hac Sede potitus eſt anno 1283. ſequenti adfuit conſecrationi Cathedralis à Gerardo Cardinali Sabinenſi Apoſtolico Legato in honorem S. Stephani celebratæ, cujus memoria viſitur in lapide hiſce verbis conſcripta, à Jacobo Lutio Epiſcopo renovata anno 1494. XXII.

M.CC. LXXXIIII. Sedente Martino IIII. Pont. Max. Gerardus Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis Apoſtol. Sedis Legatus Eccleſiam Cajacenſem conſecravit XI. KL. Auguſti in honorem Divi Stephani Pontificis Cajacenſis, aſſiſtentibus Averſano, Sanctæ Agathæ, Cajetano, Ogentino & Cajacea. Præſulibus, & ædem ipſam viſitantibus in anniverſario dedicationis die, & VIII. ſequentibus XL. dies de vera indulgentia dedicans, & quilibet ex aſſiſtentibus conceſſit, quæ latius per eorum literas declarantur. Jacobus Lutius Cajacenſis Antiſtes D. Stephani ſucceſſori immeritus in ejus memoriam fecit M.CCCCXCIV. Nonis Maii.

Extabat quoque in eadem Cathedrali alia inſcriptio in quadam tabula marmorea, ubi Jonas Propheta in mare projectus mirabili artificio inſculptus cum inſcriptione, rudi quidem minerva exarata, in eaque memorabantur Gerardus ipſe cum prædeceſſoribus ſuis, Andreas, & Joannes in hæc verba.

Mille ducentenis cum ſento ſeptuagenis
Hoc opus expletur à Præcedente jubetur,
Giraldi tura ſignatur quoque figura
Collatis annis fratris ſub ſede Joannis.
Andreas fieri, Chriſtus velit huic miſereri,
Matthæuſque Comes fuit ipſi Nurnia Promes.

Giraldus tranſtulit, accedente voluntate Capituli, Sacellum S. Mariæ Magdalenæ in Epiſcopio prope ſacram Turrim anno 1293. quo diem ſuum clauſit extremum 18. Septembris.

23. PETRUS ab anno 1294. uſque ad 1308. Cajacenſem Eccleſiam tenuit, defunctuſque eſt eodem anno die 26. Maii: de eo fit mentio in regio regeſt anno 1298. & in conſecratione cujuſdam altaris Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ Agathæ anno 1304. XXIII

24. JOANNES III. ſtatim ſucceſſor datus eſt Petro eodem ann. 1308. & die 21. Decembris ejuſdem memoratur in regio regeſt. cum Eccleſiam S. Azzariæ de Dragone ad Epiſcopatum ſuum pertinentem cum nonnullis bonis perpetuò livellario nomine alienaſſet. Oportet hunc obiiſſe eodem anno, cùm ſequenti alius præeſſet huic Eccleſiæ Epiſcopus. XXIV

25. THOMAS de Paſchaſio, aliis de Antignano Capuanus electus fuit Epiſcopus poſt Joannem: de quo in quodam monumento. *Anno* 1309. *ſub Carolo II. die* 27 *Martii* 7. *Indict. apud Cajaciam Dominus Thomas Cajacciaans Epiſcopus concedit quaſdam terras ſuas in Caſtro Coratii quibuſdam Vaſſallis dicti Domini Epiſcopi, qui Vaſſalli dederunt & ſolverunt dicto Epiſcopo uncias duas auri pro faciendo Campanam pro ſervitio ipſius Eccleſiæ.* Porrò in Campana majori Cathedralis leguntur hæc verba, quę factum indicant. XXV

Chri-

† *Chriſtus vincit,*
† *Chriſtus regnat.*
† *Chriſtus imperat.*
Anno Domini M.CCC.VIIII.VIII.Ind.Dominus Thomaſius de Capua F F. hoc opus.
† *Me SCA.ſp.oſt.Dom.& Patriæ liberationem Verbum caro factum eſt.*

Anno 1311. Thomas una cum Federico Epiſcopo Calvenſi Eccleſiam S. Michaelis de Caſanova Capuanæ Diœceſis conſecravit, quod ad poſteros perennarunt quædam verba in plumbea lamina nuper inventa in eadem Eccleſia.

Anno M.
CCC. XI. *Epiſcopus*
Thos. Cajatiani
Epiſc. Federicus
Calvenſis conſecraverunt
Eccleſiam S.
Michaelis
Archangeli
in honorem S. Jobis
Capuani Monaſterii
ſub Abbatiſſa Galgan.

Valuit deinceps Thomas gratia, & auctoritate apud Robertum Regem, à quo in Aprutina Provincia de rebus gravibus miſſus eſt anno 1326. Erat enim egregiis virtutibus, & prudentia exornatus, quibus Eccleſiam ſibi commiſſam eximiè rexit ann. 24. & cum Sacellum D. Thomæ ſacrum in Cathedrali condidiſſet, domoſque pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus in oppidis Campagnani, & Pontis Latonis exædificaſſet, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt anno 1333. 14 Auguſti, ſepultuſque eſt in ſupramemorato D. Thomæ Sacello.

XXVI 26. JOANNES Muctula Neapolitanus demortuo Joanni ſucceſſit anno 1333. eidemque adhuc electo Joannes XXII. Papa hanc ſcripſit epiſtolam ad ſavorem Cœnobii Ferrarienſis Ord. Ciſtercienſis Theanæ Diœceſis, ab exemplari exſcriptam.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Joanni Muctolæ electo Cajacenſi Salut. & Apoſt. bened. Dilectorum filiorum . . . Abbatis & Conventus Monaſterii B. Mariæ de Ferraria Ciſtercienſis Ordinis Theanen. Dioc. precibus inclinati præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ipſius Monaſterii alienata inveneris illicitè, vel diſtracta ad ius & proprietatem ipſius Monaſterii legitimè revocare procures. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. Avenion. Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno 18.

Hujus Epiſcopi frequens mentio eſt in monumentis Epiſcopii uſque ad annum 1355. Parum deinde ſupervixit, ejuſque obitus dies memoratur in veteri emortuali 21. Auguſti.

XXVII 27. Fr. ROGERIUS, Ordinis Minorum alumnus, à Clericali Senatu electus, confirmatuſque eſt, deinde à Romano Pontifice, de quò plura extant in Cathedralis Archivio actorum inſtrumenta ab anno 1360. ad annum 1368. Hujus non meminit doctus noſter Vvadding in Annal. Minorum.

XXVIII 28. GREGORIUS anno 1368.

XXIX 29. Fr FRANCISCUS Ordinis Minorum reperitur Epiſcopus hujus ſedis anno 1372. de quo mentio in quodam venditionis inſtrumento. *Anno 1387. ſub Carolo III. Rege die 17. Auguſti 10. Indict. in Caſtro Albiniani Frater Franciſcus Epiſcopus Cajacianus aſſentitne cuidam venditioni terræ ceditiæ Sede Epiſcopali.* Hic anno 1. Urbani VI. die 5. Id. Novemb ab eodem Pontifice cum aliis Epiſcopis adhærentibus Clementis VII. Antipapæ omnibus dignitatibus privatus eſt, diriſque involutus, ut ex Bulla ejuſdem Pontificis ad Raymundum

A Ord. Præd. Capuanum mihi videre contigit, quæ aſſervatur in Archivio Cœnobii S. Dominici Senenſis.

30. MARTINUS fortè intruſus an. 1382. XXX.

31. BARTHOLOMAEUS, cujus mentio anno 1385. hic mortem obiit ſub Bonifacii IX. obedientia anno 1391. ut in lib. Proviſionum Prælatorum. XXXI

32. JOANNES Antonellus de Gattulis, Clericus Cajetanus, defuncto Bartholomæo ſublectus eſt à Bonifacio IX anno 1391. 3. Id. Januarii; obiit 1393. ex lib. oblig. Prælat. ſub eodem Pontifice. XXXII.

33. FRANCISCUS immediatè ſucceſſit an. 1393. 13. Octob. recognovit ſacrum Collegium pro Joanne prædeceſſore ſuo, ac pro Bartholomæo item ſuo prædeceſſore, ita in prænot. lib. oblig. Deceſſit anno 1404. XXXIII.

34 ANDREAS Sinravo, Averſanus, Epiſcopus Potentinus, ad hanc ſedem translatus eſt per obitum Franciſci 15 Kal. Decembris 1404. Abbas B fuit Commendatarius Cœnobii S. Salvatoris propè Theleſiam Ord. S. Benedicti. Mortem obiit anno 1422. die 12. Junii ex citato emortuali libro. XXXIV.

35. JOANNES de Averſa, Primicerius Neapolitanæ Eccleſiæ, ad hanc ſedem promotus eſt à Martino V. Papa anno 1422. die 2. Non. Julii. Sedit ann. 23. exceſſit verò anno 1445. cujus donationes aliquæ ad favorem Canonicorum ſuæ Eccleſiæ elargitæ extant in Capitulari tabulario, ejuſque electio in actis Conſiſtorialibus Martini prædicti Papæ V. XXXV.

36. ANTONIUS de Herrico, Joannis, & Briſeilæ Egittiæ filius, nobili genere natus. patriæ Epiſcopus ab Eugenio IV. eſt adlectus anno 1445. die 22. Apr. cum antea ad id munus defuncto Joanne à Cajacenſi Capitulo fuiſſet evocatus, quam electionem irritavit Eugenius, deinde ex plenitudine poteſtatis illum præfecit in Paſtorem. Vir egregius, omnique laude digniſſimus, cum 27. annos eximia virtute hanc rexiſſet Eccleſiam, præclaris C operibus dives, ac felix vita functus eſt anno 1472. die 24. Aprilis: jacet in Cathedrali propè chorum S. Gregorii, quod ipſe exornaverat cum hac brevi inſcriptione. XXXVI.

Præſulis Antonii de Herrico
civis Calatini hac in foſſa oſſa
quieſcunt, qui diem ſuam in Domino clauſit
M. CCCC. L. XXVII.
XXIV. Aprilis.

37. JULIANUS Myrtus Frangipanus clara ſtirpe natus apud Calatinos patrem habuit Anellum Viti filium: electus eſt in ſucceſſorem Antonii a Sixto IV an. 1472. 8 Id. Maii. Vir in Romana, regiaque Curia non ſolum ob generis claritudinem, verum etiam ob rerum peritiam, prudentiamque in agendis conſpicuus ſummam apud omnes gratiam, exiſtimationemque collegit, præcipuè apud D Ferdinandum primum Regem à, quo anno 1474. Almi Neapolitani ſtudii Gubernator, major Regis Capellanus, Regiuſque Conſiliarius in demortui Petri Bruſcæ Hiſpani Averſani Epiſcopi locum adlectus eſt. Præfuit Cajacianæ Eccleſiæ ann. 9. regiaque gratia ad Tropejenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1480. die 16. Junii; vixit deinde ab hac translatione ann. plus minus 20. ac an. 1499 die 26. Septembris Tropeæ, corporis vinculis ſolutus in Cathedrali conditus eſt. Ejus gentiles in majori Eccleſia Cajacenſi honoratiorem tumulum excitarunt cum hac brevi inſcriptione. XXXVII.

Julianus Myrtus Tropejenſis
Epiſcopus, olim Cajacenſis obiit
anno Domini MD.

Annus 1500. appoſitus in hac Inſcriptione corrigendus eſt, cum revera Julianum mortem obiiſſe

anno

anno 1439. ut Acta referunt Conſiſtorialia, & in Emortuali Cajacenſis Ecclaſiæ annus, dieſque obitus deſignatus ſit 56. Sepembris. 1499. In Aedibus Myrtanorum Calatinæ civitatis hæc de Juliano viſitur inſcriptio.

Julianus Myrtcus Epiſcopus Tropejenſis, olim Cajacenſis, Invictiſſimi, & Sereniſſimi D. Ferdinandi de Aragonia Siciliæ Regis, major Capellanus, & Conſiliarius, ac Almi ſtudii Neapolitani Gubernator Anno Domini M. CCCC. LXXXXII.

XXXVIII. 38. JACOBUS de Lutiis, Civis & Archipresbyter Sutrinus, I.V.D. clariſſ. ac utriuſque Signaturæ Referendarius, à Sixto IV. adlectus eſt Epiſcopus Cajacenſis die 16. Junii 1480. hæc acta referunt Conſtit. cujus memoria extat in lapide conſecrationis Cathedralis ab ipſo renovatæ an. 1494. ſub Julio II, volunt defunctum fuiſſe.



XXXIX. 39. OLIVERIUS Cardinalis Carraſa hanc habuit Eccleſiam commendatam, quam liberè dimiſit anno 1507.

XL. 40. VINCIUS Maſſa *a* nobilis Salernitanus, antea Epiſcopus Signinus, ad hanc Cajacenſem Eccleſiam translatus eſt à Julio II. anno 1507. die *b* 12. Aug. Vir doctrina clarus, peritiaque tum Græcæ, tum Latinæ linguæ celebris, Theologus eximius in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. fuit, quem Cardinalem adoleſcentem inſtituerat, quamobrem eximiè eidem charus fuit, adeoque apud ipſum ejus exiſtimatio claruit, ut illum in Cardinalium numerum cooptandum deſignaret, ni immatura mors eum eripuiſſet. Qui cum verbo, & exemplo oves ſibi à Domino creditas per annos 11. inſtituiſſet, Salerni excedens anno 1518 *c*. in Sacello ſuo S. Nicolai de Palma ſubtusaquam ſepeliri voluit, ubi habet hoc epitaphium.

a Seu de Maffeis. De eo agit Toppius in Bibl. Neapol. p. 310. & Mazza de rebus Salern. p. 95. Mandos.
b Die 9. Julii.
c An. 1519.

D. O. M.

Vincio Maſſæ Præſuli Calateuſi Dec. & Sac. Theol. Doct. Leone X. Pont. Max. ob ſingularem doctrinam, & vitæ integritatem, & innocentiam quod XV. ann. Cardinalis ab eo fuerat eruditus, ad Cardinalatus ampliſſimam dignitatem accerſito & ob ejus immaturam mortem non conſecuto. Præſuli opt. piiſs. cui datum eſt in Æde Cajacenſi corpus Beati Stephani, quod hactenus latuerat invenire, Michael Maſſa vir clarus vita functo in ſublimi F. C. anno poſt LXVI. Tridentini Concilii præcepto è ſublimi in humili poſito corpore, atque integrè reperto, cum ſumma populi admiratione, & pietate odorum ſuavitate afflante. Joannes Baptiſta, & Abbas Sebaſtianus Maſſæ germani fratres Jureconſulti patris pietatem ſecuti PP. an. M DLXIX.

Sebaſtianus, qui cum fratre Joanne Baptiſta Cenotaphium poſuit, nepos fuit Vincii, & Epiſcopus Cariatenſis in Calabria ſub Gregorio XIII. vir præclarus, de quo ſuo in loco.

(„ ANDREAS *Cardinalis de Valle electus 2. „ Decembris 1517. extitit ad tempus poſt demortuum „ Vincium hujus Eccleſiæ Adminiſtrator, donec in „ locum Vincii eam aſſumpſit in titulum proximè enu- „ merandus Bernardinus. Ita ex actis, & ſchedis „ conſiſt. ex quibus etiam colligitur Vincium obiiſſe „ ante an. 1518 in ſerie enim Ughelliana is annus „ perperam adnotatur.* Lucentius) XLI


41. GALEATIUS *d* Butrigarius, Bononienſis, Alexandri filius, ingenuus vir, & celebris Juriſconſultus, cum in Hiſpania apud Ferdinandum Catholicum Regem pro Leone X. Pontif. fungeretur legatione die 10. Decembris 1518. ſubiectus eſt Cajacenſis Epiſcopus in defuncti Vincii locum publico in Conſiſtorio referente eodem Pontifice. Cæterùm Galeatius poſt decem dies ab obtenta dignitate, id eſt antequam nuncium collatæ dignitatis potuiſſet accipere, fato functus eſt, ibidemque ſepulchrum habuit. Ejus gentiles Bononiæ in Eccleſia S. Franciſci eidem memoriam excitarunt nobili conſtituto tumulo cum cœnotaphio, in quo per ſummam inſcitiam pro Cajacenſi dignitate, Cajetanam appoſuerunt in hunc modum.

d Hic electus fuit Cajetanus Epiſcopus, ut ex Epitaphio.

Reverendo Domino Galeatio Butrigario Epiſcopo Cajetano Juris utriuſque conſult. ac Sedis Apoſtolicæ per luſtrum apud Ferdinandum Regem Hiſpaniæ Nuncio in medio ætatis, ac honoris rapto: vixit annos XLI menſ. X. Deceſſit anno Chriſti M. D. XVIII.

XLII 42. BERNARDINUS de Chieto, vel Claro, Etruſcus de Prato nobili oppido. („ *Ordinis Minorum Conventualium Generalis*) Athenarum Archiepiſcopus, Leoni X. Papæ familiaris & ſummè gratus, Cajacenſis Epiſcopus ab eodem delectus defuncto Galeatio electo. anno 1520. die *e* 21. Maji. Præfuit ann. 2. menſes aliquot, obiitque anno 1522. ut in actis Conſiſt. habetur.

e Die 1. Junii in locum Vincii, ut produnt Acta Conſiſt.



XLIII. 43. VIANESIUS de Albergatis, Bononienſis, vir ſummo loco natus die 12. Novembris 1522. ſub Adriano VI. Papa evaſit Cajacenſis Epiſcopus, in eaque dignitate obiit.

(„ *Viannesius de Albergatis, Patritius Bononienſis in locum demortui Bernardini ſucceſſor da-*

tus

„ *tus 29. Octobris 1522. Hic à Leone X. miſſus ad Re*
„ *gem Hiſpaniarum Nuncius; ſecutaque morte Pon-*
„ *tificis à ſupremis Eccleſiæ Senatoribus ſucceſſor*
„ *electus eſt Adrianus Cardinalis Trajrctenſis, ab-*
„ *ſens à Comitiis, & in Hiſpania degens, qui re-*
„ *tento priori nomine Adrianus VI. nuncupari vo-*
„ *luit. Ad hunc ergo ex mnuatre acceſſit Vianneſius,*
„ *eique Patrum electionem nunciavit, ſed cum ad*
„ *vertiſſet eum ancipiti animo ſubſiſtentem, & im-*
„ *proſpere electioni aſſentiri, patria uſas libertate*
„ *electo ſic allocutus eſt :* Renuatne ergo hic ſum
„ mus Pontificatus, dum tam lenta hilaritate ſuſci-
„ pitur. *Verum in Italiam ut cito adventret Adria-*
„ *nus, Vianneſius etiam diſperſa proprio ære ei præ-*
„ *ſto fuit, ut literæ originales ejuſdem Vianneſii te-*
„ *ſtantur ad Philippum germanum fratrem ſcriptæ*
„ *die 1. Martii 1522. quas mihi exhibuit conſueta*
„ *benignitate erga meam perſonam Emin. Cardin.*
„ *Nicolaus Albergatas Ludoviſius Epiſcopus O-*
„ *ſtienſis. Manſit deinde in curia Viannrſias, & in*
„ *direptione urbis domeſticæ ſupellectilis jacturam*
„ *paſſus eſt. Fuit vir ſummè litteratus: ejuſdem-*
„ *que amænioris literaturæ libros, eodem præben-*
„ *te Cardinali, vidi ipſius caractere notis, & gloſ-*
„ *ſis illuſtratos, inter quos extat Cicero de Oratore.*
„ *Floruit alter Vianneſius Albergatus Urbis Prætor,*
„ *& Procamerarius ſub Paulo II. de quo Ciaconia-*
„ *num opus ſub Paulo II.* Lucentius.)

XLIV 44. ASCANIUS Pariſanus, Tolentinas, creatus eſt Cajacianus Epiſcopus poſt Vianeſium („ *die* „ *a. Jan.* 1528.) Hanc Eccleſiam liberè dimiſit ad

XLV. favorem ANTONII MARIÆ de Monte Archiepiſcopi Sipontini die 3 *a*. Maii 1529. translatus antea ad Ariminenſem Eccleſiam exceſſione ejuſdem Archiepiſcopi, qui Cajacenſis Sacerdotii paulò poſt dimiſit adminiſtrationem die 28. Junii ejuſdem anni. Aſcanius verò ſub Paulo III. evaſit S. R. E. Presbyt. Card. de quo vide tom. 2. in Catal. Ariminenſium Præſulum.

a Die 25. Martii.

XLVI 45. ALEXANDER Myrtus, Vitalis filius, Juliani ſuperioris nepos, ob egregias virtutes, nobilitatemque familiæ ſuæ electus eſt patriæ Epiſcopus die 18 *b*. Junii 1529. à Clemente VII. Octo omninò annos vir doctiſſimus, ac piis moribus exornatus Cajacenſem Eccleſiam rexit, eamque liberè dimiſit anno 1537

b Die 25. Junii ex Actis.

XLVII. 46. FABIUS Myrtus, Petri filius, Alexandri nepos, eo cedente, patriæ Antiſtes cooptatus eſt à Paulo III. anno 1537. die 30. Julii. Hanc ille Eccleſiam diuturniori mora adminiſtravit, eximiaque ſua virtute adeò Chriſtiano orbi inclaruit, ut digniſſimus inter ejus ævi Antiſtites habitus ſit. In explicandis enim negociis valuit plurimùm, quamobrem a Summis Pontificibus non ſemel in Gallias, Belgium, aliaſque Provincias ad Reges & Principes Legatus eſt Bononiam, Umbriam ſua virtute frænavit, Concilio Tridentino inter Patres aſſedit, ad cujus normam, Clerum, populumque ſibi commiſſum, convocata Synodo inſtituit. Cathedralem Eccleſiam vario, pretioſoque cultu donavit. Epiſcopium auxit, & ad commoditatem exornavit: vir ſanè ſingularis integritatis, tantæque morum ſuavitatis, charitatiſque in omnibus, ut omnium ordinum hominum amorem promeruerit. Quinque ſupra triginta annos hanc rexit Eccleſiam, & ad Nazaræn um Archiepiſcopatum tranſlatus eſt ann. 1572. in eoque munere multis deinde pro Romana Eccleſia exantlatis laboribus Apoſtolicus Nuncius Pariſiis, ætatis ſuæ 73. ſalutis verò anno 1587. die 18 Martii mortalem vitam amiſit, ibique ſepultus nobili Cœnotaphio cohoneſtatus eſt, quod leges una cum reliquis ejus virtutibus in noſtra Nazarænorum Archiepiſcoporum ſerie. Cæterum placuit hic exſcribere Fabii Epiſtolam ad Cajacenſes ſuos datam, dum invitus ad ſecundam traduceretur Eccleſiam, quæ quidem digna mihi viſa eſt, ut hic perennetur. *Alli Signori Eletti del governo di Cajazzo. Iddio sà ch' io mi partii di Francia con fermo propoſito di venirmene à riſedere e ſatisfar al*

A *debito mio in quella Chieſa, e di queſto popolo tutto, e ripoſarmi anco hormai dalle fatiche del mondo Mà eſſo Dio benedetto, che col conſiglio ſuo divino diſpone ſopra li conſigli noſtri humani hà diſpoſto altrementi: che volendo N. S. ſervirſi di me anco per qualche tempo di più, m'hà permutato da quella, alla Chieſa di Nazareth, ch'è di nulla, ò poca cura, che non hà di biſogno così della reſidenza del Prelato, con provedere à quella di Cajazzo de la perſona d'Ottavio mio nepote, che così come io l'amo certamente più per la bontà ſua, che per l'attinenza del ſangue, così n'hò ſentito piacere più per il ſervitio, e beneficio, che ſpero debbia ricevere quella Chieſa, e Città tutta, che per il ſuo particolar honore, ch'è piaciuto à S. Santità di farli. Non hò potuto mancar all'obedienza di N. S. il quale al mio primo arrivo in baciandoli li piedi, me diſſe, che già haveva diſpoſto della perſona mia di mero penſiero ſuo, e m'è teſtimonio Dio, come in quel ponto, e dopo molto più io hò in me ſteſſo difficile, & amara quella ſeparatione veramente d'una parte*

B *di me ſteſſo ſeparandomi, dirò dalla madre, e da i fratelli miei. Mà già che hà piaciuto à Dio, & à S. Santità, ch'io laſce quella Chieſa, e quella Città, non perciò laſcierò io di riconoſcerla ſempre per mia, & i Cittadini tutti per miei fratelli amandoli, honorandoli, e deſiderandoli ſempre ogni accreſcimento di bene, pronto anche dove potrò con l'opera, con la facoltà, e con la propria vita farli ſervitio e beneficio ſempre, così d'obligo della natura me le conoſco obligato, così me l'offeriſco, e così le prego à volerſene ſempre ſervire, & à valere. Ringratio le SS. VV. e quei Cittadini tutti dell'amorevole demoſtratione, m'han fatto dell'animo con la lettera, che m'han ſcritto del primo di queſto, e poſſono eſſer ſecuri, ch'in me troveranno ſempre così piena, e colma corriſpondenza, come in qualunque Cittadino, e figlio di quella Città, la quale io laſcio con la ſua beneditione, e prego il Sig. Dio concederglila dal Cielo. Di Macerata li 21. Gennaro 1573.*

C D. VV. SS.

Amorevoliſſimo fratello

Fabio Arciveſcovo di Nazareth.

47. OCTAVIUS Myrtus Frangipanius, Silvii filius, Fabii nepos, ex Abbate S. Benedicti de Capua, Cajacenſis evaſit Epiſcopus die 19. Novemb. 1572. virtutibus, & nullis non ſæculis laudanda prudentia clarus, qui nomine Gregorii XIII. Civitatem Bononiam bonis legibus gubernavit. A Sixto deinde V. ad ſuperiorem & inferiorem Germaniam, omneſque Belgii provincias eo tempore cum poteſtate Legati de Latere deſtinatus eſt Nuncius, quo periculoſiſſimo bello præcipua Nunciaturæ ſuæ loca ardebant. In qua quidem functione octavum in XLVIII.

D annum Coloniæ potiſſimum reſedit, ac tanta maturitate graviſſima rei Chriſtianæ pub. negocia adminiſtravit, ut Sereniſſ. & Reverendiſſ. Principi Electori Colonienſi, Erneſto Bavariæ Duci, Parmenſi Duci, Senatui Colonienſi, univerſo demum clero gratiſſimus fuerit. Poſt ob virtutes, & merita à Clemente VIII. ad Epiſcopatum Tricaricenſem tranſlatus an. 1592. mox ad Tarentinum Sacerdotium magnum apud Cajacenſes populos, ſui deſiderium reliquit, quos verbo & exemplo duxit ad paſcua ſalutis, quando ab eodem Pontifice ad graviora pertractanda negotia ad Archiepiſcopos Electores, cæteroſq; Germaniæ Principes adlegatus peregregiam ſibi operam Religioni & Clero reſtaurando præſtabat. Tanti certè temporis reſidentia, & rerum uſu eleganter cultus, de Colonienſis Eccleſiæ ſtatu accuratè informatus, opus eruditū conſcripſit, de eccleſiaſtica illius Eccleſiæ & Cleri reformatione: ſermones item aliquot eruditiſſimos ſcripſit ad Ca

ja-

A anno ſepultus fuit in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum apud ſuos Theatinos; an verò corpus ejus delatum deinde ſit Cajacium, ubi ipſe ſtatuerat ſepeliendum, haud ſcio. Ejus cum laude meminit Joſeph Silos p. 2. Clericorum Regul. Hiſt.

LI. PHILIPPUS. 50. Fr. BENEDICTUS *a* de Sio, Cavenſis, Ordinis Minorum Obſervantiæ, Sac. Theologiæ inſignis Magiſter, olim Annæ Auſtriacæ Francorum Reginæ ab Eleemoſynis, ab Urbano VIII. creatus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 18. Decembris 1623. Munus conſecrationis accepit in Eccleſia Aracœlana à Dionyſio Marcmonte Archiepiſcopo Lugdunenſi paulò poſt Cardinale, die prima Januarii 1624. Dominica Palmarum Urbem ſolemniter ingreſſus ingenti cura, & ſollicita ſedulitate hanc rexit Eccleſiam ann. ſeptem, translatus ad Bojanam anno 1641.

B



LII 51. SIGISMUNDUS Thaddæus, Nobilis Florentinus, Epiſcopus Bitectenſis, ad hunc Cajacenſem Epiſcopatum translatus eſt die 27. Novembris 1641. Vir in omni doctrinarum genere præſtans; ſed muſis amœnioribus delectatus, politioribus litteris fuit ornatiſſimus, quique multo itinere multa vidit, & ritus, & gentes novit; ſed cum annis ſeptem huic Eccleſiæ eximiè præfuiſſet, caſu ex equo prolapſus prope Formiculæ oppidum Cajacium rediens, ex contuſione capitis intra paucos dies mortalitatem explevit die 4. Decembris 1647. in Cathedrali honorificè, cuncto collachrymante populo, ſepulchrum accepit. Vir ſanè ob morum ſuavitatem, cæteraſque virtutes longiori vita dignus, cujus plura extant ſui ingenii monumenta.



LIII. 52. FRANCISCUS Perronus, nobili familia Neapoli natus 13. Junii 1610. ex Vincentio I.C. clariſſimo, & Beatrice Saxa, Lucii Saxi Cardinalis nepte, Marii Saxi Archiepiſcopi Sanctæ Severinæ germana ſorore, qui cum in juventute Juriſprudentiæ operam dediſſet in Neapolitano archigymnaſio Lauream promeruit. Romam ſe tranſtulit, ubi ejus perſpecta virtute ab Urbano VIII. Canonicus Neapolitanæ Eccleſiæ, & Abbas Sancti Georgii Majoris delectus eſt: ſub Innocentio verò X. hujus Eccleſiæ Epiſcopus evaſit 25. Novembris 1648. Conſecratur in Liberiana Eccleſia à Marcello

A Card. Lantes die 30. ejuſdem menſis, ſequenti verò 29. die ſine fuco, & pompa Cajatiam ingreſſus, ad benè regendam Eccleſiam ſibi commiſſam manus admovit. Sedit omni cum laude, omnibuſque eximiè charus annis 8. Romæ mortalitatem explevit ex lue contagioſa die 2. Octobris anno 1656. florente adhuc ætate, ſepultus ante fores Eccleſiæ S. Pauli prope commune fidelium ex hac lue decedentium oſſuarium: paulò poſt eodem in loco humati fuerunt Frater Thomas Suberanus Aretinus Ordin. Præd. Archiepiſcopus Smyrnenſis ex eodem morbo die 15. ejuſdem menſis in Monaſterio Sanctæ Mariæ ad Minervam defunctus, & doctus amicus noſter Thomas Mentius Abbas S. Laurentii extra Urbis muros, olim Canonicorum Regularium S. Salvatoris emeritus Generalis, qui in Cœnobio S. Petri ad Vincula eadem lue tactus in pervigilio omnium Sanctorum fato ceſſit.

53. JOSEPH Petagna electus die 15. Januarii 1657. LIV.

B

A D D I T I O.

(„ *Deceſſit Joſephus an. 1679.*
„ JACOBUS *Villani, presbyter Terræ Foſſoli nullius diœceſis provinciæ Ravennatenſis, J.U.D. qui plura gubernia civitatum ſcilicet Interamnæ, Imolæ, Maſſarani, Altiſii, & Ravennæ, necnon munus Internuncii apud Helvetios, & Auditoris generalis Avenionen. exercuerat, præfectus eſt Eccleſiæ Cajacenſi die 27. Novemb. 1679. Obiit in gremio ſuæ ſponſæ circa finem anni 1691.* LV
„ FRANCISCUS *Boneſana, nobilis Mediolanenſis, Clericus Regularis Theatinus, S. Theologiæ Lector, cum antea fuiſſet Lector Collegii de propaganda fide Leopolitani in Polonia, & per aliquot menſes Internuncius apud Poloniæ regem à Cardinali Cantelmo inde diſcedente conſtitutus, promotus tandem eſt ad hanc Cathedram 24. Maji 1692. Triennio poſt ad Comenſem translatus 14. Novembris 1695.* LVI.
„ MAJORANUS *Filiolus, Melphitenſis, J.U.D. ſemel atque iterum Vicarii generalis, totidemque capitularis munere in patria perfunctus, Barenſis Archiepiſcopi Viſitator generalis, ac Synodalis examinator, hac infula adauctus eſt 20. Februarii 1696. Ad ſuperos abiit menſe Majo 1712.* LVII.
„ JACOBUS *Falconius, Civitatis Ducalis, J.U.D. Vicarius primum generalis, tum Capitularis Caſtellanus, Abbatiæ deinde Nonantulanæ, ac demum Eminentiſſimi Cardinalis Caraccioli in Archiepiſcopatu Capuano Vicarius generalis, electus eſt Cajacenſis Epiſcopus poſt diutinum interpontificium 14. Martii 1718.* LVIII

D

CALINENSES ſeu Carinulenſes EPISCOPI.



CARINULENSIS, ſeu Calinulenſis, vel Calinenſis urbis Campaniæ Felicis originem in Longobardos rejiciunt, & rectè, qui volunt illam ędificatam paulo antę ſalutis annum DCCCC. propè dirutum forum Claudii; opinione tamen quorundam antiquior eſt, qui eam cum vetuſto Caleno confundunt. Sita eſt ad radices Maſſici Montis. Cales & Sinueſſam propinquas urbes habet, á Sinueſſa ad IV. M. P. a Capua Metropoli in ortum, & meridiem vix 8 diſtat Fertile habet ſolum; tamen ipſa infelix, ob ąeris inſalubritatem. Ejus meminit Erchempertus in Longobardorum Hiſtoria, Hoſtien. in Chron Petrus Diaconus, quam corrupto vocabulo Calenenſem denominat. Calinenſis Epiſcopatus inchoatus eſt à Sancto Bernardo Fori Claudienſis Epiſcopo anno Chriſti M. LXXXVII. traducta dignitate una cum Cathedrali, Cleroque ab ipſomet ſemidiruto Foro, ut in Actis ejuſdem Sancti. *Erat*, inquiunt, *eo tempore Epiſcopalis manſio loco, qui forum Claudii dicebatur, videlicet ſtrata publica euntibus Romam & Neapolim, planum aſque hodie monſtrat acceſſum, qui locus à Calenenſi civitate duobus ferè millibus diſtat: videns Sanctus Dei Bernardus populum ſuum longè à ſe remotum frequens ab eo conſolationis non habere conſilium, cœpit intra ſe magna cum deliberatione verſare, utrum poſſet Epiſcopatum ad prædictæ civitatis clauſtra transferre. In honorem Sanctæ & intemeratæ Virginis Mariæ, & Beati Joannis Baptiſtę fabricavit Eccleſiam, & domos competentes, in quibus Epiſcopus cum ſuis Clericis habitarent, ut competentius ad divinum ſervitium tempore officii matutinalis occurrerent.* Erat tunc temporis Carinula pagus non ignobilis, & Comitatus titulo inſignita. Illius Sedem Epiſcopalem illuc tranſtulit Bernardus tunc Epiſcopus Fori Claudienſis. Carinulenſes deinceps, qui ei ſucceſſerunt, denominati ſunt uſque in hodiernum diem. Porrò Fori Claudienſes Epiſcopi memorantur aliqui in antiquis Conciliis, Gaudentius nempè, qui ſub Felice Papa Romano Concilio ſubſcripſit, Colonus, aliis Colonius Romanis primo, & ſecundo ſub Symmacho, ut Donatiani apud Optatum lib. 1. An hi fuerint hujus Fori Claudii Præſules, vel alterius, quod nunc Tolſa nova dicitur, notum Plinio, Straboni, Ptolomęo, Antoninoque in Itinerario, ab Urbe 28. milliaribus diſtans, obſcurum mihi eſt. Joannes tamen, qui S. Bernardo præceſſit, & Foro Claudienſis, & Carinulæ Epiſcopus in Anonymo Caſinenſi denominatur. Carinulenſis Epiſcopatus Suffraganeus eſt Archiepiſcopo Capuano, cujus fructus taxantur in lib Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 50. Præſules, qui in hac Sede floruerunt, poſt Sanctum Bernardum tali ordine pauci hi a nobis non ſine labore perquiſiti; uberiorem dediſſemus illorum ſeriem, & Acta, ſi ab iis, quorum intererat, adjuti fuiſſemus, ſed per ſummam illorum inſcitiam, ſupinamve ſocordiam oleum & operam rogando perdidimus.

ADDITIO.

[„ *Carinula, ſeu Calinula, vel Calinenſis civitas, quæ nunc extat in Provincia Terræ Laboris non procul ab ora maris Tyrrheni, & à Sueſſa, in planitie ſita, inſalubris aeris, populo infrequens, & modici circuitus, nec non omninò infelix in dies deficiens, fortè quod Epiſcopus injuria affectus illi maledixerit, ut ſcribit Ferrarius in ſuo Lexico Geographico, quod tamen nobis non conſtat ex Epiſcoporum ſerie. Subeſt ex placito Catholico Regis utili dominio in temporalibus Principis de Stigliano. Carinulenſis Epiſcopatus exordia ſumpſit a S. Bernardo, qui à Foro Claudii, ubi erat Epiſcopus, Carinulam ſedem tranſtulit an. 1100. Qui deinde Bernardo ſucceſſere Epiſcopi, Carinulenſes nuncupati ſunt. Sed & Carinulenſis dictus eſt etiam, Bernardum qui in Fori Claudii ſede proxime præceſſerat, Joannes ab Anonymo Caſinenſi. Quod vero Fori Claudii antiquiores qui reperiantur in Conciliis Romanis deſcripti Epiſcopi hujuſne, an alterius in Tuſcia prope urbem Romam exiſtimandi ſint, nos de eis agemus in X. tomo. Cæterum quæ nunc ſpectans eſt ad Carinulenſem Epiſcopum paſtoralis cura, ea deſumitur ex Carinulenſi licet exigua civitate: cujus remoderata Cathedralis poſt S. Bernardum Epiſcopum ipſimet ejus fundatori à poſteris eſt dicata, nec non S. Martino Abbati, cujus corpore eam eo S. Epiſcopi Bernardi illuſtratur. Ibi octo Canonici, & quatuor Dignitates divinum opus perurgent. Animarum cura penes Capitulum eſt, & ab uno ex Canonicis exercetur. Domum pro loci qualitate contiguam habet Epiſcopus Eccleſiæ; nec deeſt Seminarium pro Clericis educandis, nec hoſpitium pro peregrinis excipiendis: adeſt Regularium cœnobium: deſiderantur aſque modo inter Canonicos Præbenda Theologalis, & Pœnitentiaria, & pro ſublevandis pauperibus mons Pietatis. Diœceſis ad nonnulla loca ſe protendit, ſuaque præbet Antiſtiti annuum cenſum ducat. 700. cujus taxa in libris Romanæ Curiæ eſt flor. 50.*]

I. 1. JOANNES Fori Claudii Epiſcopus interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. ab Alexandro II. celebrata apud Anonymum Caſinenſem, ubi notatur Epiſcopus Calanus in Bulla ejuſdem Alexandri ſubſcripſiſſe, *Joannes Epiſcopus Fori Claudienſis*, apud eundem.

II. 2. S. BERNARDUS *a* tutelaris & Patronus Carinulenſis Eccleſiæ ex ſacellano Richardi Jordani Capuani Principis filii Joanni in Foro-Claudienſi Epiſcopatu ſucceſsit anno 1087 vir gravis & eximia ſanctitate præditus. Corpus S. Martini Abbatis ex Marſico monte ad Calinenſem urbem detulit anno 1094. de qua tranſlatione brevis extat hiſtoria apud Michaelem Monachum 1. p. Capuani Sanctuarii, ubi Foro Claudii Epiſcopus notatur Bernardus, qui cum anno 1100 Paſchalis II. auctoritate ab eodem Foro Cathedralem, Clerum, & Epiſcopium Carinulam tranſtuliſſet, deinceps Carinulenſis Epiſcopus dictus eſt, Præfuit ſanctiſsimè ac prudentiſsimè annis 23. Obdormivit in Domino die 12. Martii 1109 ſepelitur Carinulæ in Baſilica Cathedrali recens à ſe conſtructa, ubi quieſcit in marmoreo ſarcophago, & ſacello ejus nomini dicato, ad quod in dies obſeſsi a dæmone liberantur Porro Acta ejuſdem in veteri officio ejus Eccleſiæ recitantur in hæc verba.

a De eo Acta SS. Martii t. 2. p. 41.

Rationalis creatura ad imaginem Dei formata, & quodam participio nominis inſignita ſuum ſemper debet inveſtigare principium, & ibi figere devotionis deſiderium, ubi religionis conſequatur augmentum: nam ab ipſis ſæculi rudimentis, cum primi parentes noſtri, contra voluntatem conditoris vetitum conſumpſere, tota laborat corrupta poſteritas, & non valet attingere puritatis priſtinæ dignitatem, niſi devincat cordis cenſura libidinem, & carnis abſtinentia voluptatem. Cujus rei cauſam antiquorum

pa-

patrum fides orthodoxa conſiderans, perpetuum initi cum carne conflictum, corpus fecit ſervire ſpiritui, & legem membrorum ſub lege mentis compulit ancillari. Ex quorum collegio vir valde venerabilis Bernardus exiſtens, tantumque in vita ſua ſe bonis operibus mancipavit, ut patenter poſſet mundus univerſus agnoſcere, quam irradiatus animus ejus superni luminis claritate: cor enim hominum ex operum qualitate cognoſcitur, & formas mentium ſpecies detegit actionum. Sciens enim B. Bernardus arborem infœcundam à ſecuri non eſſe ſecuram, ſed manibus noſcentis agricolæ ſubjiciendam, ſummopere ſtuduit fructuum fertilitate pellere terram, ne diceretur velut arbor ſterilis occupare. Porro carnalem ejus originem non eſt noſtræ facultatis evolvere, quia uſque ad noſtram generationem illius non eſt deducta notitiam, ſed de nobilitate corporea nulla eſt inquiſitio facienda, cum videamus ipſos nobiles pretium nobilitatis perdere, ſi nobilitatem ſuam morum non tenuerint honeſtate: Apud Dominum generoſitas virtute penſatur, quia nullum eſſe poteſt majus faſtigium libertatis, quam exhibere Deo manus, & obſequium ſervitutis. Eapropter cum progenitores Beati Bernardi, quas plane non novimus tacere debeamus, illud autem magnanimiter affirmamus, quod idem Sanctus glorioſior extitit, quod poſtpoſita dignitate terrena ſolam cæli gloriam requiſivit, quanquam nec terrenus honor, quem tam diverſis ſtudiis fallax affectat humanitas, ei defuerit, quippe quem tunc temporis vir magnifici nominis Richardus filius Jordani Principis Capuani, Bernardum adſcivit in ſuum conſortium, ut ejus haberet conſilium, & ille pro Principe offerret ſacrificium hoſtiæ, quæ totius mundi tulit immolata peccatum: Ea etenim tempeſtate B. Bernardus ſacerdotali ſungebatur officio, quem ideo præfatus Princeps voluit habere Cappellanum, quia ipſius plenè cognoverat cœlibatum. Qui tantam viro Dei pro meritis reverentiam exhibebat, ut nihil tractaret, vel ageret, unde prius Sancti conſilium non haberet. Verum B. Bernardus tanta tanti viri familiaritate donatus, in gloriam non eſt elatus humanam. Accidit ut Calenſis civitas cui Jonathas præfati Principis filius præerat in regimine ſæculari, ſuo deſtituta Paſtore idoneum quæreret Pontificem. Divina igitur gratia providente, quæ civitatem ſupra montem non facit abſconditam B. Bernardum, de quo fama tam celebris habebatur, memoratæ civitatis Clerici in Pontificem elegerunt, & ſolemniter intronizatum, Paſtoralis infulæ dignitate ritu canonico ſublimarunt: ſublimatus autem, & poſitus in officio paſtorali, ſicut ait Apoſtolus, non Dominus in clero, ſed forma factus gregis, ſubditis ſuis quaſi ſolare jubar apparuit, duplici virtute præradians, lumine videlicet cognitionis & perfectæ deſiderio charitatis. Prædicationem vero ſuam juxta Apoſtolicam ſtuduit diſpenſare doctrinam; verbum Dei opportuna voce diſſeminans, ſagacitate mirabili, ſicut ad eum ſpectabat manſuetos, colligens, & corripiens inquietos: quæ autem ſubditis ſuis ſciebat eſſe contraria, ſuis oſtendebat actibus non agenda. Erat eo tempore Epiſcopalis manſio loco qui Forum-Claudii dicebatur, videlicet ſtrata publica euntibus Romam, & Neapolim, planum uſque hodie monſtrat acceſſum: qui locus à Calenenſi civitate duobus ferè millibus diſtat: videns autem Sanctus Dei, populum ſuum longe à ſe remotum, frequens ab eo conſolationis non habere conſilium, cœpit intra ſe magna cum deliberatione verſare, utrum poſſet Epiſcopatum ad prædictæ civitatis clauſtra transferre, ad hunc enim effectum mancipandum neceſſariam fore conſiderans Principis voluntatem, virum nobiliſſimum Jonatham, cujus fecimus mentionē, adiit, & quod ſancto concepiſſet propoſito māſuete auribus patefecit. Quod audiens vir illuſtris, valde jucundatus eſt, & divinę inſpirationis gratia perluſtratus, locum pro conſtruenda Eccleſia & Eccleſiæ domibus pia largitione conceſſit, ſpondens literaliter ſe Pontifici adjutorium ſemper impendere, & ipſi Eccleſiæ libertatis privilegiis providere: corroboratus vero Epiſcopus dono Principis, pariter & promiſſo, in honorem Sanctæ & intemeratæ Virginis Mariæ, & Beati Joannis Baptiſtæ fabricavit Eccleſiam, & domos competentes, in quibus Epiſcopus cum ſuis clericis habitarent, ut competentius ad divinum ſervitium tempore officii matutinalis occurrerent. Sanctus Bernardus de operis inchoati conſummatione ſollicitus quaſi apis officioſa, quæ de diverſis pratis diverſos floſculos colligit, parvo vectus aſello, ad diverſa loca pergebat, & quicquid ei fuiſſet pro Dei amore collatum, ad nidum propriæ manſiunculæ deferebat. Peractis igitur ædificiis, Sanctus Dei de virtute in virtutem procedens, deſiderium mundi non appetens, carnem cum vitiis, & concupiſcentiis crucifigens, ad faſtigium ſanctitatis aſcendebat. Unde ſuperno placuit Conditori, ut qui carnem ſuam ſanctificabat in terris, ejus corpus haberet, cujus ſpiritus lætabatur in cælis: nam Sanctiſſimi viri Martini corpus (cujus in dialoga Beatus meminit Papa Gregorius) de monte Marſico ad ſuam tranſtulit Eccleſiam, pium religionis officium exequens, adjutoria divini muneris, reclamantibus, & repugnantibus Sueſſanis, Bernardus igitur ſupernis deſideriis inflammatus præſentem vitam reputabat exilium, & corpus ſuum habens pro carcere, vehementius affectabat ab iſta ſublevari peregrinatione: Cujus deſiderium intuens mentium ſcrutator, poſt multos labores, in quibus non fruſtra ſudaverat, de valle lacrymarum eum ad montem gaudii ſublevavit: nam vigeſimo tertio Pontificatus ſui anno, plenus Spiritu ſancto, migravit à ſæculo, carnis exutus cilicio æternitatis indutus veſtimento, de ſterquilinio raptus ad ſolium, de pulvere ad pavimentum, de mari ad portum, de exilio ad regnum, de cœno ad cœlum. Cujus miraculum in ipſo migrationis exordio factis evidenter apparuit, nam cum ſecundum morem corpus beatiſſimum lavaretur quidam languidus membrorum deſtitutus præſto erat, qui inter alios quos in vita ſua ſanctus miſericorditer ſuſtentabat, patris, & benefactoris obitum deplorabat: hic ſubita divina viſitante clementia erectus & membris conſolidatus eſt, ita ut pelvim ubi aqua continebatur acciperet, qui manum, & pedem hactenus movere non quiviſſet. O charitas Sanctiſſimi ro flagrans ardore, quæ illos quibus in vita ſua beneficium præſtitit, in morte penitus non reliquit, & quos adjuvit, adjuvare non deſtitit defunctus. Diaconus quidam quem ſæpe numero Sanctus pro ſua corripuerat lenitate, cum Sancti viri corpus in loculum poneretur, ut Bernardum ſepeliret adfuit, & Sancti viri caput arripiens id durè intra ſepulchrum ire dimiſit ut marmori illud allideret, & de ipſo capite cruor profluus emanaret, aliud addens opprobrium quod anulum bonum in digito poſitum abſtulerit, & quendam alium plumbeum poſuit, quod factum ultio condigna ſequuta eſt, nam prædictus Diaconus elephantino morbo percuſſus eſt, & leproſus factus eſt in carne qui ad Sancti commonitionem lepram non fugavit, de mente, & pœnam acerbiſſimam tulit de eo quod Sanctum in vita contempſiſſet, & inhoneſtè in morte tractarit. Terna igitur die poſt humationem B. Bernardi mulier quædam cujuſdam clientula Sacerdotis, gravi gutturis infirmitate detenta, ferè officium vocis amiſerat, quæ veniens ante Sanctum corpus, orationem fudit ad Dominum, & Præſulis merito evaſit valetudinis periculum, & plenum reportavit ſoſpitatis effectum. Matrona quædam illuſtris Beatrix nomine proſapiæ, & honeſtatis eximiæ, & præcipue venuſtatis, luminariū quę naturę conditor in fronte corporis quaſi in quodam poſuerat firmamento, triſtis amiſit officium, & aliquo tempore patiebatur abſentiam ſolis, privationem luminis, tenebras habitatis, quæ res omnibus amicis ejus magnæ deſolationis diſcrimen injecerat, quia plurimum erat verecundia gravis, caſtitate laudabilis, & cunctas exuperans moribus probitatis, verum quodam die cum cæteris matronis Calinenſibus ad curationis opificem Bernardum deducta eſt, quę mox ut Eccleſiæ limen intravit, ante meruit viſum recipere, quam auxilium Sancti popoſciſſet in oratione. Venerandum Pontificem, qui ſuos novit famulos beneficiis prævenire, qui tum

magnifica, tum munifica perhibet adjutoria ſanctitatis, ut languidorum vota ſtudio pietatis anticipet, eruperit merita munere largitatis. Mulier quædam Gaudia nomine energiæ ſpiritu vexabatur, quæ ad ſancti ſepulchrum deducta ſtatim ſanata eſt, & ſic juxta nomen proprium invenit Gaudia gaudium, cum evaſit obſeſſa dæmonium, & Sancti meritis recuperavit viſum quem diu amiſerat propter execrabilis hoſpitis incolatum.

Unus homo placido reſolutus membra ſopore,
Dum jacet & dormit, anguem ſuſcepit in ore:
Lubricus immergens dilabitur intus in alvum,
Non patiens hominem torquendo vivere ſalvum.
Hoſpite tam duro plangit miſer & lacbrymatur,
Undique quærit, abeſt Medicus ſibi qui medeatur,
En petit auxilium Sancti, miſerabilis orat,
Ut vincat peſtem, per quam moriendo laborat.
Pontificis ſancti dum volvitur ante ſepulcbrum:
Ore gemens patulo ſupra ſancti monumentum,
Anguem, quo lædebatur, vomit ore cruentum;
Sic requiem cuncta poſt detrimenta laborum
Cepit, qui petiit votorum ſumma ſuorum:
Et redit ſanus Paſtore ſacro mediante,
Qui fuerat dudum miſer, & miſerabilis ante.

Mutus quidam Joannes nomine à nativitate ſua loquendi munere deſtitutus ad beatiſſimum corpus acceſſit, & ut linguæ ſuæ vincula relaxarentur mente potius quam ſermone Bernardi meritum poſtulavit: qui protinus viſitatus à Domino, qui neſcierat ſermonis originem, ſoluto gutture ad formanda plenè verba ſuſcepit, & ſanatorem ſuum voce ſua primitus collaudavit. Stabilis nomine tenus hydropico languore vexatus, & multis calamitatibus plenus, ſicut habet illa infirmitas, ventre & membris intumuerat univerſis, ſine compendio ſanitatis miſeram gerens vitam, præordinata peſte deficiens, dies ſuos finiens in mœrore, hic ad B. Bernardum deductus eſt, & ad ſepulchrum illius aliquantulū commoratus plenè ſanatus eſt, ita ut poſtea videretur de imbecilli fortis, de turgido gracilis, de invalido validus, de languente, & miſero gaudioſus. Mulier quædam, quæ Martha dicebatur multo tempore à Dæmonio fatigata, temporalis vitæ perdiderat requiem, intra ſe mortis continebat auctorem, hæc deducta ad ſanctiſſimi Præſulis tumbam, in integrum mentis ſtatum reformata eſt, & inquilino damnationis expulſo, intra aulam pectoris illum recipere meruit, cui olim Martha circa miniſterium frequens miniſtravit. Homo quidam Joannes nomine cujuſdam viduæ filius lepræ infirmitate percuſſus, & multis ulceribus membra perfuſus, in Medicorum & medicinarum expenſis omnem ſubſtātiam profuderat, adeo ut conſumptis omnibus rebus mobilibus, habiti patrimonii prædia ligurires, & cum vitæ ſubſidium non haberet, quotidiani victus ſtipendia per vicinorum oſtia mendicaret, ejulatibus igitur inauditis & clamoribus conſternatus miſer lugebat, ad Dominum fundebat orationem & miſericordiarum patrem cōtribulato ſpiritu depoſcebat hoc modo. Deus voluntas omnipotens, benevolentiſſima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, qui ponis humiles in ſublimi, ac reddis corda mœrentia ſoſpitati, erue me in malis quæ patior, vel ſi miſerum flagellare decrevisti, deſidero potius non tam vitæ ſpatium, quam feſtinæ mortis occaſum, melius arbitror unius mortis metam attingere, quam per infirmabiles pœnas quotidianis mortibus deperire. Hoc miſerabilis mater aure percipiens, corde & viſceribus ſcindebatur, & patienti filio compatiens inquiebat: fili, matris pœna, parentis ſarcina, procuratricis tortura, noli tabeſcere lacbrymis, noli languere ſuſpiriis, noli gemitibus anhelare, ſed adeamus languorum curatorem Bernardum Pontificem, quia tibi non negabit, quod omnibus tribuit, ſed nobis ſuffragium exhibebit, qui cæteris pius, & non tardus adjutorium impendit: præceptis igitur ſalutaribus monitum, & maternis inſtitutionibus informatum filium, mater aſello impoſuit, & Calenam uſque deductum ante ſepul-

A *chrum Bernardi Pontificis collocavit, ea illo aliquantulum commoratus plenè mundatus eſt, & ad tumbam beatiſſimi Præſulis tam recepit gratiam curationis, quam olim Naaman Syrus reperit ad fluenta Jordanis. Homo quidam Raynaldus nomine qui de Sangro erat à quodam latere paralyſis languore percuſſus, corporalem amiſerat cum deſperatione virtutem, & privatus totius beneficio actionis, ſuum colebat in infirmitate grabbatum, quia ſtandi, ſedendi, gradiendi non habebat officiale poſſibilitate ſolatium, admonitus ſiquidem inſomniis ut ad venerandi Pontificis ſepulchrum pergeret, illo devenit, & ibi aliquantulum commoratus, emiſſionem ſanguinis quendam de tibiis ſibi minuiſſe conſpexit, & plenam ſanitatem merito Pontificis ſuffragante recepit. Poſtea quædam mulier Beneventana nomine Calandra à pectore infra per paralyſim penitus amiſſa erat, & cui ter in viſione dictum eſt quatenus ad locum ubi ſanctum corpus B. Bernardi requieſcebat veniret, quæ in quodam die Sabbathi ad ipſum locum venit, & ſanitati quam prius habuit reſtituta eſt.* B *Ingruente aliquotiens famis inedia, & regiones plurimas, præ alimentorum inopia devorante, urgente neceſſitate, ut victum quærere & ventri famelico circumquaque vagabatur pauperum multitudo, inter quos paupercula quædam Calinum adveniens quotidianum panem ad oſtiacivium quærebat: quæ cum gravida eſſet ventre, & partus tempora peregiſſet, naturalis doloris incommodo vexabatur, & difficultate pariendi luebat conceptionis voluptatem, intus fœditatem, & ſuſtinebat antiquæ maledictionis, quam Eva promeruit, paſſionem: quid faceret miſerabilis neſciebat, cum ad puerperium eliciendum non medicinarum ſuffragia, nec obſtetricum prodeſſet clientela: admonita in ſomnis ut infirmantium curatorem Bernardum Pontificem viſitaret: illò deducta eſt, & cum orationem fudiſſet ad Dominum, largiente Domino fudit & partum, ſuffragante devotione Pontificis ſalutem exonerata conſequitur, ne velut Rachel in partu Beniamin moriatur. Sed jam hic totum decurrat ingenium, ſtylus reſpergatur eloquio,* C *ut lucida majeſtate verborum ſanctiſſimi Patris vita mirabilis conſumetur, & imprimatur audientium mentibus ſuavitatis æternæ dulcedo, ad habendum perpetuam de Bernardo recordationem. Amen.*

Hactenus Acta S. Beroardi, quæ poſt multa ſæcula ab ejus obitu conſcripta videntur, tum quia proteſtatur auctor ad ſe Bernardi carnalem originem non perveniſſe, quod haud niſi propter longa temporum curricula contingere potuit; tum quia ſtylus apparet aliquantulum elaboratus, nec antiquam redolet ſimplicitatem. Porro de translatione S. Martini (melius S. Marciani ſolitarii) è Maſſico Monte ad Calinenſem urbem in officio ejuſdem Sancti hæc recitatur Hiſtoria, ex qua ſatis clare colligitur annus, quo S. Beroardus conſecratus eſt Epiſcopus, anno ſcilicet 1087. *Anno*, inquit Hiſtoria, *ab Incarnatione Dom. milleſimo nonageſimo quarto, in anno quartodecimo Principatus Richardi, filii Jordani Principis, Forum-Claudii regente venerabili Epiſco-* D *po Bernardo, in octavo Pontificatus ſui anno, Indictione ſecunda. Quod dudum animo ſuo propoſuerat idem venerabilis Epiſcopus replicare cœpit, decreverat enim ut conſilium à Domino Guimando Averſanæ Sedis Epiſcopo, magnæ auctoritatis viro, per Archipresbyterum ſuum Joannem acceperat, ut S. Martini corpus, cui creſcente præpoſitorum iniquitate, non more ſolito debitum ſolvebatur obſequium, ad Eccleſiam S. Mariæ, & S. Joannis, cui præerat, transferret: ſciebat enim frequentiora ibi, & a Clero, & populo ſanctis perſolvenda membris obſequia. Jonatha itaque Richardi Principis filio, qui tunc Calenis præerat, accerſito equitum prudentiſſimo, conſilium ab eo qualiter hoc fieri poſſet, expetiit. Jonathas vero, ut magnæ inter ſæculares vir prudentiæ, cum comprovinciales Epiſcopos ad id ſecum agendum invitare commonuit, ſeque quicquid melioris ſuper hoc conſilii & auxilii poſſet, daturum efficaciter ſpopondit. Convocatis itaque Theanenſi &*

Cal-

Calvenſi Epiſcopis, conſtituto die, quo ſcilicet Sanctorum Martyrum Joannis & Pauli erat celebranda ſolemnitas, montem aſcendit, ad ſuncti corporis tumulumcum maxima reverentia devotionis accedunt. Primus itaque Bernardus Epiſcopus theſauri tam nobilis amore ſuccenſus, oratione completa ictum marmori, quo venerabile corpus tegebatur, incuſſit: & quæ pluribus antea difficilis fuerat, tam facilis prædicto Venerabili Epiſcopo, & comitibus ſuis ſancti corporis eſt facta revelatio, ut ipſius Sancti ad ſua revelationis effectum conſentanea voluntas facillimè poſſet agnoſci. Omnes vero, qui aderant, tanto jucundæ ſuavitatis odore ſunt repleti, ut Paradiſi civem & cœlicolam cujus corpori aſſiſtebant, eſſe non ambigerent. Abſtractis igitur diu deſideratis ſancti viri reliquiis, gratiam agens Epiſcopus Bernardus Domino, & ultra quam dici poſſet exhilaratus, omnibus etiam, qui cum eo jerant, læta voce Dominum laudantibus, oſſa venerabilia diligenter in mundo poſuit linteamine, & ſicut qui victoria potiuntur, beati redire ſolent, omnes de tam inſperata theſauri tanti inventione alacres deſcendunt. Cum autem populus civitatis adventum ſacri corporis agnoviſſet, omnes viri, & mulieres, parvuli, juvenes, & ſenes obviam proceſſerunt: Jonathas etiam cum uxore ſua, & militibus ſuis gratias agens Deo, pedibus nudis occurrit, & ſic cum maximo honore reliquiæ Sanctæ ad Baſilicam uſque Epiſcopii delatæ ſunt, ta qua plurima per eundem Sanctum petentibus ſunt beneficia. Hæc hiſtoria. Cæterum ſanctum corpus per quingentos ſere annos eo in loco, ubi repoſitum ſuerat, jacuit, donec ſuperiori ſæculo in decentiorem ejuſdem Eccleſiæ à Joanne Vitellio Epiſcopo delatum eſt, ubi hujuſcemodi inſcriptio reperta eſt. *Hic jacet Corpus B. Martini tranſlatum de Monte Maſſico per manus Præſulis Bernardi*; ubi etiam catena, qua Sanctus alligatus erat, aſſervatur. De Martino agit Ferrarius in Catalog. 24. Octob. de quo agitur hodie in Martyrolog. Rom. ſub nomine Marcii; à Calinenſibus dicitur Martinus; is eſt Marcius ſolitarius, de quo S. Gregorius Dialog. lib. 3. cap. 56. qui Juſtino Juniore Imper. in Maſſico Monte inter Sueſſam, & Sinueſſam in Campania apud Calenum civitatem vitam in ſpecu anguſtiſſimo multis annis ſolitariam egit, cujus acta Petrus in Cat. lib. 9 cap 100. tribuit Martino Abbati Monaſterii Verſani in Gallia, cujus meminit Greg. Turonen. lib. de gloria Confeſſ. cap. 57 De Bernardo vero agit Martyrol. Rom. 4. id. Martii ſub nomine Capuani Epiſcopi, & Confeſſoris, quod in Breviario Capuano S. Bernardus non appellatur Epiſcopus Capuanus, neque diverſum eſſe à noſtro Bernardo Calvenſi clare videtur, cum nulla Capuæ de Bernardo Epiſcopo habeatur memoria.

* Ex Append. t. 9. * Porrò Bernardus fores majoris Eccleſiæ ex candido marmore conſtrui fecit, ubi leguntur hæc carmina.

† *Hoc opus ornatum ſpecie ſolamine gratum,*
Quod non fama tegit Bernardus Epiſcopus egit.
† *Auctor portarum Bernardus Epiſcopus harum.*
Regno donetur cui janua Chriſtus habetur.

Sacrum Bernardi corpus in Cathedrali, ſacelloque ſuo nomini dicato, & nobili marmoreo tumulo inclusum jacet, magnaque veneratione colitur; ſupra quem tumulum hi verſus in lapide marmoreo ſculpti leguntur.

† *Reſplendens nitidu germen de prole parentum,*
Hac clauſum nivea mole nitendo micat.
Altipotens cujus Judex cum venerit Orbis,
Flos hinc perpetuus ſurget ad aſtra volans.
Dignanter dignus rutilans qui moribus olim
Obtinuit dignum Pontificale decus.
Iſtius hic ſedis retinens, & jura potenter
Eccleſiam hinc compſit cultibus ipſe novis.
Perſpicuo argenti nam ſacrum altare metallo
Ruſini eximii ſtruxit in omne decus.
Extulit altifluam præcelſo & culmine turrem,
Qua reſonent horis ſigna ſonora ſacris.
Reddidit & pulchram templis, ac mœnibus Arcem,
Quæ ſita Vulturni amnis ad ora manet.
Templi hujus pariter ſacro ſub culmine ſancti
Caſtrenſis ſtuduit condere membra ſacra.
Erexit necnon præſens, quod cernitur Altare,
Illius ad nomen atque dicavit ovans.
Percipere ut meritis hujus, precibuſque per ævum,
Ac gaudens poſſet præmia celſa Poli.
Inde etiam ſupplex ejus ſociavit ad Aram,
Quem cernis tumulum lector amande ſuum.
Si noſſe & ſatagis cujus hic membra quieſcant,
Grammatis indicio ſigna priora lege.

3. GIROLDUS proximè ſucceſſit Sancto Ber- III.
nardo. Subſcripſit privilegio Senectis Archiepiſcopi Capuani an. 1213. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

4. N. Epiſcopus Calinenſis ab Honorio III. ann. IV.
1221. ob ejus ignorantiam deponitur ex Epiſt. 724. fol. 143. regeſt. Vatic.

5. N. . . cujus nomen non exprimitur, Epi- V.
ſcopus Calinenſis anno 1233. cum aliquibus Epiſcopis Auguſto menſe apud Theanum convenit, mandante Hectore de Monte Fuſcolo Terræ Laboris Juſtitiario pro Federico II. Imp. de quo Richardus de S. Germano in Chron. („ *Habetur Calinenſem „ Epiſcopum exulem factum una cum Æſernienſi, Aquinatenſi, & Venafrano ab Imperatore Federico VI. an. 1239.*)

6. P. Forte Petrus, Epiſcopus Calinenſis trans- VI.
latus eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Surrentinam ab Innocent. IV anno 1250. ex regeſt. Vatic.

7. STEPHANUS Magiſtri Richardi de Cayta, VII.
Canonicus S. Germani ditionis Caſinenſis Monaſterii, ab Ottobono Diac. Card. Apoſtolica auctoritate creatur Epiſcopus Calinenſis: confirmationem accepit ab Innocentio IV. anno 1252. 11. Kal. Maji ex regeſt. Vatic. epiſt. 204. fol. 144. ann 9. Pontificat. ejuſdem.

8. *BERTHERATINUS Epiſcopus Carino- VIII. * Ex App. tom. 9.
lenſis florebat an. 1270. ille idem, qui in altare ſacelli S. Stephani in Cathedrali nonnullas Sanctorum reliquias vitrea ampulla incluſit, ubi in chartula parva reperta memoria eſt, paucis his verbis conſcripta: *Bertheratinus Epiſcopus Caleni.*

9. PAULUS Epiſcopus Calinenſis, cujus ordi- IX. * Ex App. tom. 9.
natio non extat. * Memoratur tamen in monumentis ejuſdem Eccleſiæ anno 1257. Obiit ſub Nicolao IV.

10. ROBERTUS Paulo ſucceſſit à Capitulo X.
electus, & confirmatus à Prænestino Epiſcopo legato conſecratur per Epiſcopum Caſertanum, ita jubente Nicolao Quarto ut in Epiſt. 29 n. fol. 58. regeſt. Vatic. ad eundem Caſertanum Epiſcopum ſcripta 10. Kal. Julii an. Pontif. IV. ſalutis vero 1291. Petit decimas an. 1298. in reg. Regio Neapol.

11. *JOANNES anno 1304. Epiſcopus erat Ca- XI. * Ex App. tom. 9.
rinulenſis ex hujus Eccleſiæ monumentis.

12. *PETRUS Epiſcopus hujus ſedis vixi: ſub XII. * Ex App. tom. 9.
Roberto rege anno 1311. ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ nuper tranſmiſſis.

13. JOANNES de Caſtello, hujus Eccleſiæ Præ- XIII.
ſul ſub Joanne XXII. vixit, à quo ad Caſtrenſem Provinciæ Hydruntinæ Epiſcopatum per eundem translatus anno 1321. priorem ſponſam dimittere renuit. Ex eodem Regeſt. Obiit anno 1305. * Hic Cathedralem Eccleſiam exornavit Odeo, & organo, ac Epiſcopium olim à S. Bernardo exædificatum ac collabens reſtituit, in quo ejus inſignia adhuc ſpectantur. * Ex Append. t. 9.

14. Fr. PETRUS Ordinis Minorum defuncto XIV.
Joanne per viam cõpromiſſi a Canonicorum Senatu eligitur in Epiſcopum, confirmatur à Jo: XXII. an. 1326. 18. Kal. Feb. Pon. X. Vix quartum in ea pre-

tectura attigerat annum, quando ab eodem Pontifi- A
ce translatus eſt ad Eccleſiam Valvenſem: de quo in
1.to. in Epiſcopis Valvenſibus.
XV. 15. NICOLAUS Præpoſitus Eccleſiæ Valvenſis, eligitur hujus Eccleſiæ Epiſcopus à Joanne XXII. anno 1330. 8 Kal. Junii, eodemque anno inter Regios Conſiliarios recipitur. Sedit ann. 3. & ab eodem Pontifice Valvenſis declaratur Antiſtes, ubi diem ſuum obiit.
XVI. 16. BONAGIUNTA de Peruſio, Canonicus Peruſinæ Eccleſiæ Ord. S. Auguſtini, præficitur Epiſcopus Carinulenſis 3. Kalen. Novemb. an 1333. ex regeſt. Vatic. Sedit ann. 14. & ſub Clemente VI. mortem obiit.
XVII. 17. BERNARDUS Aggerius, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, in demortui locum Bonagiuntæ creatur Carinulenſis Epiſcopus à Clemente VI. anno 1347. 4. Id. Novemb. Pontif. 7. Præfuit laudabiliter annos 11. mortalitatem explevit anno 1358. ex eodem Vatic regeſt.
XVIII 18. JOANNES antea Epiſcopus Vulturarienſis huc translatus anno 1359. 2. Non. Feb. ab Innocentio VI. ut in ejus regeſt. („ *Fuit Etruſcus e Monte Politiano Ordinis Eremitarum S. Auguſtini celebris alumnus.*) B



C

XIX. 19. Fr. RICHARDUS de Thedaldis Florentinus, ſamilla nobili natus, & Ordinis Prædicatorum alumnus in Cœnobio S. Mariæ Novellæ regularem induit habitum: inſignis Theologus evaſit, & Epiſcopus Calinenſis, qui obiit anno 1363. Non diu Pontifex fuit. Hujus memoria extat in monumentis ejuſdem Cœnobii; ejus tamen electio non habetur in regeſtis.
XX 20. MARINUS Epiſcopus Calinenſis translatus ad Soranam Eccleſiam 4. Kal. Januarii anno 1365. *a*
a 1364. XXI. 21. Fr. JULIANUS, vel JUBINUS, ordo, & patria ignoratur, ex Epiſcopo Stephanien. factus eſt Calinenſis Epiſcopus 6. Kal. Junii an. 1365. eodemque anno memoratur in monumentis Cœnobii S. Martini de Neapoli Ord. Carthuſiani.
XXII. 22. JOANNES cujus meminit Urbanus VI. in regeſt. an. 1388. D
XXIII 23. * MARTIUS Calinenſis Epiſcopus reperitur an. 1403. in monumentis ejuſdem Eccleſiæ, in quibus habetur hoc ipſo anno adlectus eſſe.
* Ex App. tom. 9.
XXIV 24. JACOBUS de Guillelmo, Capuanus civis, & Primicerius, ſub Martino V. evaſit Calinenſis Epiſcopus anno 1420. Præfuit an. 26. Obiit enim anno Domini 1446 ut Acta indicant conſiſtorialia.
XXV. 25. CAROLUS Sforzatus, Primicerius Capuanus, Jacobo ſucceſſit 5. Non. Feb. 1446.



26. FRANCISCUS Graſſulus, Capuanus, hujus Eccleſiæ Epiſcopus, Capuæ ex hac vita migravit anno 1481. ſepultus in Metropolitana hoc habet epitaphium. XXVI

D. O. M. I. C.
FRANCISCO GRASSULLO
CALENENSI PONT.
ET CAP. PRIM.
PYRRHUS FECIT 1481.
O. H. S. S.



27. STABILIS Zarrillus, civis & Canonicus Capuanus, Franciſco immediatè ſucceſſit die 7. Feb. 1481. defunctus eſt anno 1486. XXVII.
28. JOANNES ex Epiſcopo Strangulenſi in Calabria, ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 10. Martii 1486. Memoratur inter eos Antiſtites, qui Alphonſi II. Regis Neap. coronationi interfuerunt ann. 1494. Obiit ſub Alexandro Papa VI. XXVIII.
29. PETRUS Calinenſis Epiſcopus Urbiſque Vicarius erat ſub Alexandro VI. anno 1501. Mortalitatem explevit ſub Julio II. XXIX
30. JO. ANTONIUS Orpheus ſucceſſit Petro die 18. Octob. 1510 & cum rexiſſet Eccleſiam hanc ann. 8. deceſſit ſub Leone X. anno 1518. XXX



31. JO. FRANCISCUS de Anna, Neapolitanus, XXXI

A tanus ab eodem Leone huic Sedi præficitur die 10. Novemb. 1518. Tres annos ſedit, ultroque ſe abdicavit.

XXXII. 32. JO. FERDINANDUS de Anna, Neapolitanus, per ceſſionem Jo. Franciſci ab eodem Leone creatus eſt Epiſcopus Calinenſis die 16. Octob. 1521. Poſt annum nonum à ſua præfectura translatus eſt ad Amalphitanam Eccleſiam 1530. de quo ibi.

XXXIII. 33. JOANNES Canutus electus die 21. Octob. 1530. translatus deinde eſt ad Cariatenſem Eccleſiam anno 1535.

XXXIV. 34. THADDÆUS Pepulus *a*, Bononienſis, Olivetanæ Congregationis Monachus, Epiſcopus antea Cariatenſis, huc tranſlatus die 15. Januarii 1535. Romæ deceſſit ſub Paulo III. anno 1549.

a De eo Creſcentius in corona Nob. Ital. par. 2. p. 510. & Lancellottus in hiſt. Olivet. p. 165. Mandoſ.

XXXV. 35. BARTHOLOMÆUS Capranica, Romanus, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, poſt Thaddæum inauguratus eſt à Paulo III. anno 1549. die *b* 8. Aprilis. Obiit anno 1572.

b Die 10. Aprilis.



B

XXXVI. 36. XISTUS Diutiolus de Arena *c*, Cremonenſis, Canonicus Regularis Lateranenſis, Theologus, & egregius Verbi Dei concionator, divinarumque literarum eruditione clarus, Epiſcopus Carinulenſis evaſit ſub Pio V. ann. 1572. die 2. Auguſti, quam Eccleſiam per aliquot annos non ſine ſui nominis fama piè adminiſtravit; defunctus jacet in Cathedrali. Hujus meminit epitaphium Joſephi fratris ſui germani, Paduæ ad Divi Joannis Præcurſoris in Viridario poſitum. C

c De eo Ariſius in Crem. lit. tom. 2. pag. 24. ubi an. 1570. electum Calinenſem dicit, & Pennottus in hiſt. Canon. Lateran. p. 617. Mandoſ.

Joſepho Renæ d. Divitiolo Cremon. acutiſſ. illius Theologi, egregii divini verbi concionatoris Reverendiſſ. Epiſc. Calinenſis Xiſti ejuſdem Later. Cong. profeſſi Fratri, viro pietate & fide uſquequaque ornato, Hæredes Canonici grati animi ergò poſuere. Anno Domini MDLXXVIII. IV. Kal. Feb.

XXXVII. 37 * MELIADUX Suicus, Mediolanenſis, electus Epiſcopus Carinulenſis an. 1578. *d* D. Bernardi anteceſſoris Sacellum picturis, aliiſque ornamentis ſplendidius reddidit. Sedit laudabili fama virtutum ad annum uſque 1583. *e*

* Ex Append. tom. 9. *d* 1577. 24. Auguſti ex Actis. *e* 1582. quo obiit.

XXXVIII. 38. NICOLAUS Antonius Vitellius, Capuanus, fuit hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1583. *f* Coadjutorem habuit cum ſpe futuræ ſucceſſionis Joannem ex fratre nepotem. Obiit verò an. 1594. D

f 1581. 11. Decemb. ex Actis.

XXXIX. 39. JOANNES Vitellius, Cæſaris Regii Conſiliarii filius, defuncto patruo ſucceſſit anno 1594. translatus deinde eſt ad Eccleſiam Caputaquentem anno 1610. Hic tranſtulit oſſa S. Bernardi, ut ſupra retulimus. („ *De eo legimus in Actis conſiſtorialibus fuiſſe regularem Clericorum Theatinorum „ expreſſe profeſſum, eximium divini verbi præconem.*)

XL. 40. ARCHANGELUS de Rubeis *g*, Canonicus Regularis Lateranenſis; hic cum eſſet inſignis Theologus, in quatuor libros ſententiarum commentaria eruditiſſima in lucem emiſit, quæ partim Clementi VIII. partim Paulo V. nuncupavit, à quo electus in ſucceſſorem Joannis die 11. *h* Feb. 1611 decem annos hanc non ſine nominis ſui laude adminiſtravit Eccleſiam: mortalitatem explevit an. 1618. ſepultuſque eſt in Cathedrali.

g De quo Pennottus in hiſt. trip. part. p. 618. & Roſsius in Lyceo Lateran. t. 1. p. 46. Mandoſ. *h* Die 12. Jan. 1610. ex Actis.

41. ALEXANDER Boſchus, Bononienſis, per obitum Archangeli evaſit Carinulæ Epiſcopus anno 1619. die 13. *i* Novemb. factus deinde Hierocenſis Epiſcopus in Calabria. XLI.

i Die 10. Novemb.

42. ANTONIUS Bonfilius, Bononienſis, ſucceſſit Alexandro die 9. Septemb. anno 1622. Non diu Pontifex fuit, vix enim ſecundum annum attigerat, cum libere nuncium remiſit. XLII.

43. ONUPHRIUS Serſalius, patria Surrentinus, electus 16. *K* Septemb. 1624. XLIII.

K Die 9. Octob. ex Actis.

(„ *Erat hic digniſſimus Præſul utroque genere nobiliſſimus, paterno ex antiquis principibus Capuæ, & Surrenti Ducibus, Coccialo materno ex antiquis comitibus Terræ novæ. Literis Neapoli operam dederat, donec lauream I. V. conſecutus, patriam repetens, vel eodem tempore & ſacerdos, & Surrentinæ Eccleſiæ Canonicus, mox Archidiaconus, poſthæc Vicarius Generalis ejuſdem diœceſis evaſerit, in quo munere ita ſe bene geſſit, ut Meſſanenſis Diœceſis in Siciliæ Regno Vicarius Apoſtolicus à ſummo Pontifice fuerit creatus. Eo in honore tanta fortitudine, dexteritate, & prudentia ſe ornatum præbuit inter controverſias, quæ Archiepiſcopum creari præpediebant, ut imperante ſede Apoſtolica, annorum non minus decem & ſeptem ſpatio fuerit ibi Vicarius, donec rebus compoſitis, ſibi ingenti laude parta, Meſſanenſis acceptus fuerit Archiepiſcopus. Ipſe vero hac ornatus mitra Paſtoris omnes implevit partes, donec Neapoli commorans an. 1640 ut negotiis ſuæ Eccleſiæ conſuleret, ultimam vitæ periodum clauſit, ejuſque corpus Surrentum translatum jacuit ante aram maximam illius Cathedralis in tumulo, quem ipſe vivens ſibi comparaverat; illaque Eccleſia decentiori modo refecta, jacet nunc poſt aram maximam in ſacello Serſaltorum affabre incruſtato, opere etiam marmoreo cum gentilitiis inſignibus.*)

C 44. HIERONYMUS *l* Cavaſilice, nobilis Salernitanus [„ *& Majoris Eccleſiæ ſuæ patriæ Canonicus*] deligitur per obitum Onuphrii die 13. Auguſti 1640. XLIV

l VINCENTIUS.

A D D I T I O.

(„ *Summa vigilantia, morum innocentia, ac pietate eam rexit, & cæcitatis infortunio licet affecto non deerat mentis ſumma perſpicacia. Alumnorum Collegium, verè novellarum ſeminarium plantarum diu intermiſſum in veteri cœnobio Sanctæ Mariæ Magdalenæ reſtituit, diſcedentibus illinc authoritate Apoſtolica ex Auguſtiniana Familia Cœnobitis. In oppido vulgò*, il Caſale, *aeris ſalubritate celebri palatium Epiſcopis aptiſſimum à fundamentis extruxit. Eccleſiam cathedralem inopinato incendii caſu ex parte collapſam ære ſuo refecit, & reparavit, eamque nobilioribus ſuggeſtu,* D *Organo, & choro exornavit. Ejus meditamenta ad unam collimabant juſtitiam, in cujus ſolius obſequium ablegatis amicitiæ, favorum, ſanguinis quoque præpedimentis beneficia, & honores diſtribuit. Vixit in Pontificatu annos 22. obiitque Neapoli in ora Olimpiaca anno 1662.*

„ *PAULUS Ayrolus, nobilis Genuenſis, è Congregatione Clericorum Regularium Minorum, hoc Epiſcopatu condecoratus eſt anno 1664. 9. Junii: Cujus virtutes, ingenii, animique dotes Romæ effulſerunt, eumque ad Infulam evexerunt; in ſacris, ac naturalibus diſciplinis præſtans, in intelligendo acutus, in interpretando felix, memoriaque tenax, etiam in ætate 80. annorum, & eò plus, in exponendo, ac differendo ità copioſus, ut dubium ſit, an ſe præſtiterit majorem adoleſcens, quam ſenex. Uſque ad extremum vitæ ſpiritum in Deiparæ Virginis obſequium pene can-* XLV.

„ *tum*

,, tum veſcebatur diebus feſtivitates illius præce-
,, dentibus, cujus exemplo in præſentiarum omnes
,, ferè illius diœceſis incolæ ſanctiſſime id obſervant.
,, Præter cætera pietatis opera à fundamentis Ære
,, proprio extruxit Eccleſiam S. Mariæ Cavæ dictam
,, propè viam celebrem Appiam, quæ è Neapoli Ro-
,, mam ducit, & ibi quolibet Sabbato ad Chriſtianæ
,, humilitatis exemplar compoſitus Marianas lita-
,, nias cum populo recitabat, & recurrente quotan-
,, nis tantæ Virginis Natali die feſtum celebrabat,
,, etiam confirmationis Sacramentum miniſtrando.
,, Colitur in ea Sanctiſſimæ Virginis celeberrima
,, imago, cum vix unus, aut nè vix quidem, qui
,, ad illam recurrat, gratiæ compos non evadat.
,, Obiit die 24. Septembris 1702. in Oppido Montis
,, Draconis diœceſis loco annum agens 88. præſula-
,, tus verò 39. Ejuſque corpus in ædem principem
,, translatum jacet in Sacello, ubi aſſervatur SS. Eu-
,, chariſtia.

XLVI ,, ALPHONSUS è Ducibus Caprilianí è regia,
,, imò imperatoria gente de Baucio per totam Euro-
,, pam clariſſima prognatus, huic Eccleſiæ datus eſt
,, Antiſtes 15. Januarii 1703. Suæ quippè Sacerdota-
,, les virtutes Neapoli in Sodalitiis Miſſionariorum
,, Sacerdotum in illa æde principe, & S. Mariæ Suc-
,, curre miſeris in D. Mariæ de Populo adeò inotue-
,, rant, ut etiam illarum fama ad Clementis XI fe-
,, liciſſimè regnantis aures pervenerit, qui ipſum
,, Epiſcopum juſſit. Sui muneris partes omnes bien-
,, nio, quo ſedit, cumulatiſſimè implevit. Sacellum
,, D. Bernardi Epiſcopi diœceſis præſentiſſimi Tute-
,, laris in Cathedrali Eccleſia reſtauravit, exorna-
,, vit, ejuſque ſimulacrum fieri curavit, quod die
,, feſto 12. menſ. Martii totius populi plauſu, & co-
,, mitatu ſollemni ſupplicatione per urbem circum-
,, fertur. Epiſcopalis menſæ redditus clariori col-
,, locavit in lumine, & auxit plantata præcipuè vi-
,, nea non mediocris cenſus; æs magnus Campanum
,, Cathedralis, quod D. Bernardi tempore conſtru-
,, ctum perhibetur, maximo ſumptu de novo fundi,
,, & in ſua Turri reponi ſategit. Ad plures abiit Nea-
,, poli die 24. Julii 1705. anno ſuæ ætatis 34. & in
,, ſepulcro ſui Sodalitii S. Mariæ Succurre miſeris de-
,, poſitus eſt.

XL. VII. ,, ANTONIUM à Marra, Patritium Barulitanum,
,, Clericum Regularem Theatinum, ſucceſſorem Al-
,, phonſo dedit Clemens XI. P. M. anno 1706. die 25.
,, Januarii. Hic virtutum apparatu conſpicuus, &
,, diſciplinarum ſupellectile inſtructus, celeberri-
,, mus concionator, egregiam ſibi laudem compara-
,, rat è ſuggeſtis Neapolis, Mediolani, Auguſtæ Tau-
,, rinorum, aliarumque celebriorum Italiæ Urbium.
,, Epiſcopus ſtatim ad Seminarium animum inten-
,, dit, voluitque in illo ſacras, & naturales diſci-
,, plinas exerceri, & edoceri. Cathedralem Eccle-
,, ſiam ad pulchriorem, ut nunc eſt, perduxit for-
,, mam, incruſtationibus ornavit, & ſolum teſſel-
,, lato opere refecit. In pleniſſimis S. Agnelli, &
,, Ventarulorum Villis pro populi commoditate paræ-
,, cias à fundamentis extruxit, antiquioribus Di-
,, vino cultui, & populo minus aptis. Epiſcopale
,, Palatium in Oppido vulgò, il Caſale, inſtaura-
,, vit, & ità ampliavit, ut nihil ſit, quod in eo de-
,, ſiderari poſſit. Neapoli in ultimum incidit mor-
,, bum, ac penè moriens non ſine ſingulari amoris ſi-
,, gnificatione ad ſponſam rediit, & in Epiſcopali
,, Carinolenſi Palatio obiit die 13. Maii 1714. non me-
,, diocri ſpolio Cathedrali ædi acquiſitu, ejuſque cor-
,, pus ſepultum eſt in Sacello SS. Sacramenti.

XL. VIII. ,, DOMINICUM Antonium Cyrillum Neapolita-
,, num, cujus tamen nobile genus ex Urbe Aquila de-
,, rivat, Nicolai Cyrilli Epiſcopi olim Neocaſtrenſis
,, ex Fratre Nepotem, ad Carinolenſem Infulam
,, evexerunt certa doctrinæ, integritatis, Pruden
,, tiæque documenta, quæ præbuit in quamplurimis
,, honorum gradibus. Ab ineunte ætate Neapoli Se-
,, dulam litteris operam navarat ſub aſſidua Nicolai
,, Patrui directione, & regimine, acrem oſtendens
,, in prævidendo mentem, expeditam in amplecten-

A ,, dis bonis, ſagacem in evitandis malis. Juris u-
,, triuſque lauream conſecutus, in campo divini,
,, humanique juris, ac rerum politicarum ſcientia
,, cuncta negocia laudabiliter peregit. Integerrimæ
,, tenore vitæ conſpicuum Vicarium Generalem Neo-
,, caſtrenſem ſibi Patruus adlegit, nulli meliùs quam
,, Dominico Antonio, de quo concepta opinio in dies
,, augebatur, committendum illius diœceſis regimen
,, exiſtimans. Ibi quatuor annorum ſpatio Vicariam
,, poteſtatem exercendo, aſſiduam in negociis operam,
,, vigilem ad omnia rerum momenta animum præſti-
,, tit, nullis unquam officiis ſuperatum. Caſſanen-
,, ſem deindè diœceſim etſi vaſtiſſimam ille Epiſcopus
,, ei omninò credidit, quam ultrà quatuor annos eo-
,, dem honore generalis Vicariatus rexit, & in nego-
,, ciis, ut ut ardua illa fuerint, peragendis, qua
,, prudentia, qua dexteritate cuilibet rerum moli
,, æqualem mentem demonſtravit. Mortuo Nicolao E-
,, piſcopo Neocaſtrenſi ejus patruo, Vicarium Capi-
,, tularem nemo eum non prærlegerit, modò voluiſſet,
B ,, & Clerus, ac prima pars populi frequentes Sum-
,, mo Pontifici porrexerunt preces, ut ipſum Neoca-
,, ſtrenſi Eccleſiæ deſponſare dignaretur; ipſum vero
,, Neapolim reverſum Eminentiſſimus Franciſcus
,, Pignatellus in primo Archiepiſcopatus Neapolita-
,, ni ingreſſu ſuæ Metropolitanæ Curiæ Conſultorem
,, voluit. Hæc agens licet certus non id facere, quod
,, rogaretur, ſed quod ratio, quod juſtitia poſtulaſ-
,, ſet, blanda tamen vi in ſuadendo, facili morum
,, ſuavitate, ingenuoque candore omnium ſibi animos
,, demeruit, & ab eodem Eminentiſſimo Archiepiſcopo
,, una cum ſuo Metropolitano Capitulo ſimultaneam
,, habente ejuſdem Eccleſiæ Canonicus renunciatus
,, eſt. Annos natus 42. magnarum laudum, ac me-
,, ritorum faſce onuſtus, à Clemente XI. ſummo Pon-
,, tifice Carinolenſi donatur infula die 10. Januarii
,, 1718. & ab Eminentiſſimo Cardinali Tanara Ro-
,, mæ conſecratus eſt die 16. ejuſdem menſis in D. An-
,, dreæ de Valle Clericorum Regularium Theatino-
,, rum. Ut verò Præſulatum iniit, in vindicandis
C ,, juribus Eccleſiaſticæ libertatis nullis cedens hu-
,, manis perturbationibus totum animum intendit.
,, In primo dignitatis aditu Solium Epiſcopale, quod
,, longiſſima annorum ſerie in Collegiata Eccleſia S.
,, Joannis Baptiſtæ oppidi montis Draconis prò Pon-
,, tificalibus exercendis fixum extiterat, paulo antè
,, ejus ingreſſum ſceleſto facinore noctu devaſtatum
,, reponi ſategit, opitulante, brachiumque imper-
,, tiente Regio Campaniæ Commiſſario Generali, cui
,, Regni Neapolitani prò Rege moderator collocari
,, prius ſolium, exindè in tanti ſceleris Authores ſe-
,, dulò inquiri hiſce, quæ ſequuntur, litteris, ex
,, animi ſententia, officioque ſuo demandavit. Fo-
,, ris,

,, *Al Mio Sig., e Patrone Oſſervandiſs.*
,, *Il Sig. D. Franceſco Maria Salerni*
,, *Commiſſario Generale di Campagna.*

D ,, *Geumo.*

,, Intus verò

,, E' pervenuto à notitiaia di Sua Eccell., che la
,, notte della Vigilia dell'Epifania proſſima paſſa-
,, ta ſi fuſſe dà alcuni Malandrini devaſtato con
,, ferri, & altri ordegni il Trono, è Sede Veſcovi-
,, le ſiſtente nella Collegiata di Mondragone, ri-
,, ducendola in minutiſſimi pezzi con togliere, e
,, portarſi via il Doſſello Veſcovile, & havendo-
,, ne l'Eccell. Sua incaricate premuroſe le proce-
,, dure, acciò non vada impunito un sì ſcandaloſo
,, attentato, e ſi rimettano le coſe nello ſtato, in
,, cui ſi ritrovavano, hò ſtimato bene d'incaricare
,, ad V. S. come fò con queſta, che debbia far ripo-
,, nere detto Trono, e Sede Veſcovile col ſuo Doſ-
,, ſello nella riferita Collegiata nel modo, in cui
,, ſtavano prima di commetterſi l'attentato ſudetto

à riſpet-

A ,, à riſpetto del quale prenderà V.S. rigoroſa informazione per appurare l'Autori del medeſimo con dare tutti quei ordini, che ſtimerà più proprii, opportuni, & efficaci, per poter quella accertare, e quella preſa potrà à me traſmettere à fine, ſi poſſino dare gl'ordini convenienti; e reſto confirmandomi.

,, Napoli adì 16. Febr. 1718.

,, DI V.S.

,, *Affett. Serv. Oblig.*
,, Gaetano Argento.

,, *Genuflexorium cum ſtratu, & ſedes cum pulvinaribus retinere prætendentibus Duce, & Duciſſa præfati oppidi montis Draconis Hiſpaniarum Magnatibus intrà Presbyterium Eccleſiarum, non licere, à S. Rituum Congregatione declarari, hoc, ut ſequitur, forma curavit.* B Calenenſis: Cum uſque de an. 1713. à Duce montis Draconis prætenſum fuerit, retinere tam in Eccleſiis Sæcularibus, quàm Regularibus Diœceſis Calenenſis intrà Presbyterium, genuflexorium cum ſtratu, & ſedem amovibilem cum pulvinaribus, propterea que ad S. Rituum Congregationem recurſum habuerit; cumque ob mortem Epiſcopi Calenenſis cauſa huc uſque diſcuti minimè potuerit, nunc ad inſtantiam Promotoris fiſcalis Curiæ Epiſcopalis prædictæ per Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. Dominum Cardinalem de Abdua propoſitis ſequentibus dubiis videlicet. Primò an Duci Terræ Montis Draconis liceat retinere intrà Presbyterium, genuflexorium cum ſtratu, & ſedem amovibilem cum pulvinaribus, tam in Eccleſiis ſæcularibus, quam regularibus Diœceſis Calenenſis? Secundo an idem liceat Dominæ Duciſſæ? Sacra eadem Rituum Congregatio reſpondit. Negativè ad utramque, & amplius C & ita decrevit, & ſervari mandavit die 2. Aprilis 1718. Cardinalis de Abdua Præfectus. N. M. Tedeſchi Epiſcopus Liparitanus S. Rituum Congregationis Secretarius.

,, *Enarratam verò ſententiam Dux ægrè ferens, durumque putans genuflexorium, ſtratum, ſedem, & pulvinaria ab anno 1713. in presbyterio prelaudatæ Eccleſiæ S. Joannis ſibi, & Duciſſæ collocata amovere, præpedimentum obiicere credendo, adiit Regium Collaterale Neapolitanam Conſilium, quod tamen in prædictis omnibus amovendis opem præſtitit, eaque amota fuere brachio Generalis Campaniæ Commiſſarii, qui litteras in hanc ſententiam ſcriptas accepit. Foris.*

,, *Al Mio Sig., e Patrone Oſſervandiſs.*
,, *Il Sig. D. Franceſco Maria Salerni*
,, *Commiſſario Generale di Campagna.*

,, *Grumo.*

D ,, Intus verò.

,, Eſſendo ricorſo in Collaterale l'Illuſtre Duca di Mondragone rappreſentando, che Monſignor Veſcovo di Carinola voleva impedirli di tener ſede fiſſa con ſtrato, e coſſini dentro il Presbiterio della Chieſa Collegiata di detta terra di Mondragone per uſo ſuo, e dell'Illoſtre Ducheſſa ſua moglie, quando, e come Barone, e come Padrone di detta Chieſa le competeva tal prerogativa facendo iſtanza, perche li s'impartiſſe l'aſſiſtenza della Real protettione, al che eſſendoſi oppoſto detto Veſcovo, il Collaterale inteſe le ragioni dell'uno, e dell'altro, ha ſtimato d'ordinare, che non poſſa detto Illuſtre Duca, & Illoſtre Ducheſſa tener ſede fiſſa con ſtrato, e coſſini dentro del Presbiterio di detta Chieſa, ma bensì poſſa tener ſede Camerale amovibile cone coſſini nel luogo più onorevole nel confine di detto Presbiterio avanti il popolo infra la ſede Veſcovile con diſtanza tale, che non apporti impedimento al Veſcovo, e Sacerdoti, che celebrano li divini Officii; con che detta ſede camerale ſia amovibile ſenza ſtrato, e vi ſtia per quel tempo ſolo, che detti Illuſtri Duca, e Ducheſſa aſſiſteranno in detti Divini Officj, e ſi tolga quando da quelli partiranno, e che io doveſſi dare gl'ordini convenienti, come ſòcon queſta, ad V.S. affinche eſegua, e faccia eſeguire detta determinazione del Collaterale, e reſto confermandomi.

,, Nap. adì 3. Decemb. 1718.

,, Di V.S.

,, *Affett. Serv. Oblig.*
,, Gaetano Argento.

,, *Cum præfatæ Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ juspatronatus feudo annexum, & in ſex Canonicatus, qui ibi ſunt, ubi locus vacationis fiat, præſentare contendat ſupradictus Dux Montis Draconis; dato nunc vacationis caſu, hic Præſul juris prudentiſſimus, atque ſacri præcipuè vindex vigilantiſſimus, præſentationibus à Duce factis inſtitutionem nondum permiſit, Sacri Tridentini Sancita Concilii in potentium patronatu Virorum diligenter obſervans: quinimò, ut ſtatus, conditioq; ejuſdem Eccleſiæ S. Joannis in hac controverſia, & pro quibuſvis aliis rerum momentis ſciatur omninò; ingenti ære, laboreque manuſcriptos Codices ex variarum actis Curiarum, aliiſque locis perquiſivit, factaque ſibi copia, legitima collegit documenta, quibus nimia dictæ Eccleſiæ utilitate à fundamentis uſque libera ejus conditio clarè dignoſcitur, pluribus ab hinc ſæculis ignorata: & ita conſtituto de jure patronatus judicio, cauſaq; inſtructa adhuc ad litis finem, ſeu ſententiam deventum non eſt. Libertatis, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ cum ſit acerrimus propugnator, non dubitavit pro tuendis, & vindicandis juribus Clericorum Sylvaticorum ſuæ Diœceſis Anathematis ſententiam publicare in D. Agapitum Grillo Juniorem Ducem Montis Draconis, & Comitem Carinolæ Hiſpaniarum magnatem, & quamvis excommunicationis ſententiam idem Comes ægrè ferens animo Regium Neapolis Tribunal adiverit adverſus Epiſcopum; voti remanſit impos, & indè magna Epiſcopo laus parta eſt. In augenda re Eccleſiaſtica totus eſt hic Præſul. Quæ juriſdictionis ſunt, ſuſcipit fortiter, tractat ſapienter, promovet prudenter: quę pietatis, nè unum quidem diem intermittit, quia ſemper aliquid ad eam ſtrenue fovendam ſanctiſſime meditetur. Sacris ſupellectilibus ad decorem uſque proviſa Cathedralis Eccleſia, alumnorum inſtauratum Seminarium: in diœceſi ad virtutem, ad ſapientiam, ad diſciplinam, Clericorum æmulatio, & contentio animorum. Adſit illi Deus Paſtoris optimi partes omnes expleturo, eumque diù tueatur incolumem.)*

CALVENSES
EPISCOPI.



IN Campania Felice inter Sueſſam & Capuam media ab otraque octo paſſuum millibus diſtans, quatuor tantum à Theano Sidicino Calvium, ut ita loquamur, nova urbs, parva atque obſcura, ac pene habitatoribus vacua viſitur, ex veteris Cales ruinis, poſterioribus ſæculis ab Ateuulpho Comite Capoæ, ac Beneventi Principe circa annum Domini 879. exædificata. Cales, quam corrupto vocabulo Calenum plerique ſcriptores nuncuparunt Plinius, Feſtos, Strabo, Ptolomæus, Polybius, Cicero, Virgilius, Horatius, Silius, Liviuſque meminere multis in locis. Vetuſtiſſima fuit Auſonum civitas, cui Calvum ſucceſſit, quod ex inexhauſta Ferdinandi primi Regis Neapolitani liberalitate ſub utili dominio Capuani Senatus quievit. Epiſcopatus gaudet dignitate, quæ ab ipſa ſua inſtitutione ſub Capuano Archiepiſcopo meret, à quo novi Epiſcopi conſecrationis munus ſuſcipere conſueverant. Taxatur in lib. Cameræ Apoſtolicæ flo. 60. De Epiſcopis Calvenſibus nemo ſcripſit, cum vix paucorum extent nomina apud incolas, neque monumenta ulla reperiantur, quæ eorum memoriam excitare poſſint. Nos vero tum ex noſtris, tum ex monomentis Romanis ſequentem elumbem confecimus ſeriem.

ADDITIO.

(„ *Calvii Cathedralis antiquæ eſt ſtructuræ, S. Caſti martyris titulo inſignita, & ſui titularis ſacris lipſanis, aliorumque Sanctorum dives reliquiis. Divina ibidem perſolvunt nonnulli presbyteri, octo Canonici, & unica Archidiaconatus dignitas, cui incumbit tenuiſſimi populi cura. Caret ceteris omnibus, nec Epiſcopus ibi reſidet, ſed in terra Pignatariæ Calvenſis diœceſis, quæ ad octo loca ſe extendit. Annuus tamen cenſus Epiſcopalis menſæ eſt ducat. 1500. & in libris Romanæ curiæ taxam habet flor. 100.* Luceo.)

I. 1. N. primus eſt Epiſcopus Calvenſis cujus memoria extat, nomen tamen non exprimitur in translatione S. Marci ſolitarii, ex Monte Maſſico à S. Bernardo Epiſcopo Carinolenſis ad ſuam Cathedralem traducti anno 1094.

II. 2. PETRUS Capuanus, fuit hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1141.

III. 3. TANCREDUS item Capuanus, hanc rexit Eccleſiam anno 1174.

IV. 4. N. Calvenſis Epiſcopus anno 1233. memoratur à Richardo de S. Germano in Chronic. tamen nomen reticuit.

V. 5. ODARDUS ex Monacho Ord. Ciſtercienſis Epiſcopus Calvenſis, corruptè legitur Calmenſis in Apulia, floruit anno Domini 1245. quo anno in Concilio Lugdunenſi ſub Innocentio IV. mirabili zelo, & ardore Federici II. Imperatoris conatus infringere auſus eſt, ut videre eſt apud Baronii continuatorem Abrahamum Bzovium an. Chriſti 1245 num. 6. alioſque. Lugdunum diſcedens à ſatellitibus ejuſdem Imperatoris captus, dum ad ſuam Eccleſiam reverti cogitat, in carcere pro Eccleſiæ immunitate necatus, ut ferunt Ciſtercienſis Ordinis monomenta. Vir fuit tam ſanctioribus, quam doctioribus ſui ſæculi viris merito aſſociatus, cujus erat,

Ingenium velox, præceps facundia, ſermo
Promptus, & Iſæo torrentior.

In dicendo namque quaſi furore divino percitus, tanta vis animi, tantus impetus in oculis, vultu, geſtu, ut non ſolum incendere auditores, ſed ipſe ardere videretur, qui omnia ornatè, & politè, ſive meditata, ſive extempore proferebat.

6. PALMERIUS Calvenſis Epiſcopus tranſlatus ad Bojanenſem Eccleſiam, anno 1260. (1) VI.

7. GREGORIUS, Calvenſis Canonicus, electus à Capitulo, commendatur pro ſua electione apud Gregorium X. Papam anno 1272. reg. Vatic. Non conſtat, an fuerit confirmatus. VII.

8. HENRICUS Epiſcopus Calvenſis ſub Bonifacio VIII. vixit, à quo Cœnobium S. Salvatoris Montis Caperani Ord. S. Benedicti menſæ Epiſcopali uniendum accepit anno 1301. 2. Kal. Martii, anno Pontif. 7. ex reg. Vat. ep. 900. fol. 200. VIII.

9. JOANNES obiit anno 1325. IX.

10. Fr. PETRUS Ordinis Minorum Joanni ſucceſſit, electuſque eſt ſub Joanne XXII. anno 1355. 18. Kal. Feb. X.

11. THADDEUS Capuanus obiit anno 1332. XI.

12. JOANNES („ *de Cominis Ordinis Minorum*,) ex electo Iſerníenſi, Calvenſis factus eſt Præſul ab eodem Joanne XXII. anno 1331. 3. Kal. Novemb. Sedit an. 11. XII.

13. Fr. STEPHANUS Ordinis Carmelitarum eligitur à Clemente VI. per ceſſionem Joannis anno 1343. 5. Id. Feb. exceſſit anno 1345. XIII.

14. Fr. JOANNES de Arpino Ordinis Minorum electus defuncto Stephano ann 1345. 11. Kal. Septemb. Exceſſit Neapoli, in Eccleſia S. Laurentii tumulo exceptus eſt, ubi legitur inſcriptio hæc. XIV.

Hic jacet Venerabilis Pater Dominus Frater Joannes de Arpino Epiſcopus Calvenſis, qui obiit anno Dom. MCCCXLVII. die VII. menſis Junii, 15. Indict.

15. Fr. PETRUS de Brina, ejuſdem Ordinis Minorum alumnus, Epiſcopus Calvenſis ann. 1348. 7. Id. Januarii à Clemente VI. cujus electio extat in regeſt. Vatic. epiſt. 43. fol. 48. an. 6. Pontif. ejuſdem; deceſſit ſub Urbano V. an. 1362. XV.

16. RAYNALDUS frater S. Spiritus in Saxia de Urbe ab Urbano V. declaratus eſt Epiſcopus Calvenſis Kal. Maii an. 1365. ex regeſt. ejuſdem. XVI.

17. ANTONIUS ſucceſſit Raynaldo. XVII.

18. ROBERTUS poſt Antonium Calvenſem rexit Eccleſiam. XVIII

19. JOANNES defuncto Roberto electus eſt. Obiit anno 1395. horum meminit Liber obligat. ac ſolutionum Prælatorum ſub Bonifacio IX. XIX.

20. BARTHOLOMÆUS electus anno 1395. 17. Feb. tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Scuterenſem an. 1403 *a*. ex eodem lib. XX

a An. 1402.

21. STEPHANUS Gobernus, Archiepiſcopus Acheruntinus huc tranſlatus an. 1403 *b*. 8. Id. Novemb. defunctus eſt an. 1413. XXI.

b An. 1402.


22. ANTONIUS Gallutius, Canonicus Capuanus, demortuo Stephano ſuffectus eſt an. 1413. Id. Februarii. Defunctus eſt ann. 1415. XXII.

23. Fr. ANTONIUS Delfede, Florentinus, Ordinis Carmelitarum à Martino V. declaratus eſt Epiſcopus Calvenſis 5. Kalen. Martii 1415. dum eſſet Conſtantiæ in Concilio, doctrina, & oratoria XXIII

arte

(1) Anno 1252. 10. Kal. Auguſti, ut ex regeſto Vaticano in Bojanenſibus ab ipſo Ughello adducto. Quis deinde Præſulatum geſſerit, latet. *Lucentius.*

arte loter Patres illoſtris. Hanc texit Eccleſiam A
ſumma ſui nominis commendatione ann. 28. Mortalitatem explevit anno 1443.





XXIV 24. ANGELUS Mazziottus, Canonicus Capuanus, ab Eugenio IV. electus eſt Epiſcopus Calveuſis an. 1443 15. Kal. Auguſti.

XXV 25. ANTONIUS electus ann. 1466. Id. Aprilis. Ioterſuit Neap. coronationi Alphonſi II. Regis ann. 1495. obiit eodem aono.

XXVI 26. ANGELUS Marottus, Capoanus, electos an. 1495. die 24. Julii.

XXVII. 27. MAURELIUS Jannottus obiit an. 1505.

B 32. MARINUS *c* de Januariis, nobilis Neapolitauus, clarus doctrina, moribus ſpectabilis, à Paulo III. declaratus eſt hujus Eccleſiæ Aotiſtes die 13. Auguſti an. 1544. cum diſpenſatione ſuper deſectum natalium: poſt paucos dies antequam poſſeſſionem adipiſceretur Romę mortalitatem explevit. XXXII.

c Seu Martinus, ut in Actis.

33. BELISARIUS *d* Gambara, Cauonicus Valentinus, Calven. evaſit Epiſcopus die 27. Oct 1544. Qui uſque ad annum 1551. Calvenſi præſuit Eccleſiæ, deſuoctuſque eſt eodem anno. XXXIII.

d Berengarius Gambari dicitur in Actis.



C



XXVIII. 28. MATTHÆUS de Magnano de Urſinis, Romanus, antea Epiſcopus Civitatis Ducalis, à Julio II. ſucceſſor datus eſt Maurelio die ultima *a* Martii an. 1505. poſt ſeptimum annom ſoæ bonæ adminiſtrationis deçeſſit 1512.

a Die 8. Novemb.

XXIX 29 GABRIEL de Urſiols electus anno 1512. die 18. Januarii, ſedit ad annom uſque 1519. quo libens nolens reſiguavit cum regreſſu.

XXX 30. JOANNES Antonius, aliis Jo. Ferdinandus de Galla clvis & Archidiaconus Capuanus, creatus aono 1519 die 3. Auguſtl. Obiit 1543.

XXXI 31. Fr. BERNARDINUS Laorentius Spada, *b* Bononienſis, ex Ordine S. Franciſci Conventualium, In facultate Theologica clarus, reconditaque doctrina cum pietate illuſtris, adeoque ſuo Ordinl probatus, ut in generalibus comitiis Romæ habitis apud Sanctos Apoſtolos Generalis Miniſter creatus fuerit an. 1537. Per ſex aunos magiſtratum eximie geſſit: quamobrem Paulo III. Pontifice jubente ad hunc Epiſcopatum Calvenſem aſſumptus eſt die 25. Maii 1543. ſequenti vero Romam cogitans multorum opinione, cum jam ſacræ purpuræ deſtinaretur, Neapolim ex rupto apoſtemate obiit, & ad S. Claræ ſepultus eſt, cujus cum laude meminit Petrus Rodulphus, & noſter doctus eruditusque Waddingus rom. 8 Aunal. Minorum: cujus quoq; nomen, exaggerataſque virtutes hoc noſtro ſæcolo ex eadem ſamilia, hæreditavit Bernardinus Spada S.R.E. Epiſcopus Card. Præneſtinus, iis cumulatus virtutibus, quæ Eccleſiaſticom Principem videantur decere.

b Ejus meminit Bumaldus in Bibl. Bonon. p. 147. Mandoſ.

34. GASPAR Foſsa, Calaber, Ordinis Minimorum, Epiſcopus Scaleneoſis, ad hanc Eccleſiam translatus die 22 *e*. Auguſti 1551. Sedit religioſiſſimè an. 9. factuſque eſt Archiepiſcopus Rhegious ao. 1560. de quo ibi. XXXIV.

e Die 22. Aprilis.

35. Fr. JULIUS Magnoous, Ordinis S. Franciſci Conventualiom, ſucceſſit die 17. Julii 1560. E vivis exemptus eſt ao. 1566. XXXV.

36. PAULUS de Bacio Terracina Neapolitanus, geote clara floridaque divitiis, germanus frater Martii Biſioianeuſis Epiſcopi, nepos Jacobi D
Theatini Archiepiſcopi, ac Proſperi Melfi & Lauri Commeudatoris Hieroſolymitani Ordinis, ob eximiam virtutem & eximias animi dotes Calvenſis renuuciatus eſt Epiſcopus anno 1566. („ *die 10.* „ *Junii.*) Faro ceſſit auno 1575. XXXVI.

(„ ASCANIUS *nuper Epiſcopus Majorenſis* „ *per obitum Pauli ad hanc ſedem tranſlatus eſt, ac* „ *ex Actis habetur conſiſt.* 23. *Septembris* 1575. *De-* „ *ceſſit* 1580. Lucentius.) XXXVII

37. SCIPIO adlectus eſt à Gregorio XIII. an. 1575. translatus deinde eſt ad Lucerinam Eccleſiam die 14. Feb. 1582. („ *Scipio Bozzutus, Subdiaconus* „ *Neapolitanus, & à Collegio Theologorum exami-* „ *natus ad Theologiam docendam, idoneuſque re-* „ *pertus, adlectus eſt Calvenſis Epiſcopus poſt obi-* „ *tum Aſcanii* 24. *Februarii* 1580. *Ad Lucerinam* „ *tranſiit* 1582 14. *Febr.* Locentius.) XXXVIII

38 FABIUS Maraura, Venuſinus, Calvenſis Epiſcopus eligitur die 4. Maii 1582. ſub Paulo V XXXIX.

Mor-

A Mortem obiit 1619. („ *Octavio Cardinali Aquavivæ in Eccleſia Neapolitaua vicariam impendit operam, & an. 1608. pro nobiliſſimo ſacello in æde principe, quod Neapolitana civitas D. Januario voverat, primum, qua maxima fieri potuit, pompa lapidem jecit.*)

XL a Die 8. Aprilis. 39. GREGORIUS de Bubalo, nobilis Romanus, ſuffectus eſt Fabio die 7a. Martii 1619; deceſſit an. 1623.



XLI 40. JANUARIUS Philamarinus, Neapolitanus, Aſcanii Cardinalis Archiepiſcopi Neapolitani germanus frater, Clericus Regularis Theatinus, ad hanc Eccleſiam Calvenſem traductus eſt ab Urbano VIII. die 18. Decembr. anno 1623. Cathedram ſupra annos quinque & viginti cum laude tenuit. Neapoli ex aqua intercute decubuit, conceſſitque fato exeunte Octobri menſe anno ſæculari ſacro 1650 ſepultuſque in Sanctorum Apoſtolorum æde, ubi non ita multo ante prope magnificentiſſimum Cardinalis fratris ſacellum monumentum ſibi Pario ex marmore ornatiſſimum, id quidem poſuerat; veluti prope adeſſe ſupremam neceſſitatem prædivinaret. Spirat in eo tumulo ipſemet effictus ad vivum, excellenti plane opere; monetque conſepulti cineris inſcriptio.

Januarius Philamarinus
Ex Clerico Regulari Epiſcopus
Calvenſis; In Æde
Ubi ſollemnia concepit olim vota
ad Sacellum
Aſcanii Cardinalis fratris
devotione
Virgini Annunciatæ dicatum;
Ut tam illuſtre Religionis paternæ
inſequatur exemplum
Monumentum hoc
Vivens poſuit
Anno M. DC. L.

D Ejus virtutes, & in Præſulatu egregia facinora proſequitur more ſuo eruditiſſimè Joſeph Silos tom. 2. Annalium Cleric. Regul. *Porro*, inquit, *in Eccleſiæ procuratione cum pleraſque Pontificii muneris partes probaſſet, tum zelo quodam tuendi Eccleſiaſtici juris valuit: ut numquam ardentior illi indoles fuerit quam ubi propugnanda ſacrorum dignitas, ac libertas eſſet. Cæterum communi rei, publicis aliorum commodis, ac benevolentiæ ita ſtuduit, ut nihil unquam irritata invidia de eo Romam attulerit cenſura dignum. Inter privatas virtutes inerat potiſſimum in defunctorum manes pietas. Ætatis annum ſeptimum vix exceſſerat, cum integrum recitare quotidie ex Romani breviarii formula mortuorum officium cœpit: quod poſtea congeminavit; ut alterum quidem pro defunctis generatim, alterum pro conſanguineis in ſingulos dies perſolveret; quæſito etiamè miſſarum ſacrificiis valentiore pro iis præſidio. Cujuſmodi ſuffragiis ſibi etiam apprimè conſuluit legato ſiquidem cenſu annuo, bis in die ſacrificari pro ſe juſſit, excitato in Calvenſi Eccleſia D. Antonino, quem principe ſtudio colebat, ſacello, in quo ea ſacra celebrarentur. Ad aram ipſe quotidie cum faceret, alteri deinde ſacrificio aderat. In magnam Dei Matrem præcipua quadam obſervantia ferebat. Horarias ejus laudes, ſertumque roſarium integrum quotidie recitabat. Qua maxime Antiſtites decet, in pauperes pietas, excrevit quidem nec parcè, communemque inopiam ita ſublevabat, ut ſecretis etiam erogationibus charitati egregiè litaret. In ſui vero cultu etſi è religioſo inſtituto, ad inſulam traductum, meminerat, tamen intra modeſtiam gradum, ac dignitatem tueri ſplendore quodam videbatur.* Atque hæc ille de Januario Philamarino Præſule digniſſimo.

ADDITIO.

B („ FRANCISCUS *Maria Falcuccius, nobilis Eugubinus, Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ in via lata de urbe Canonicus, J. U. D. ætatis annum agens 44. eligitur 19. Decembris 1650. Munus ſuum morte interveniente eleganter explevit 1661.* XLII

„ VINCENTIUS *Carrafa, nobili Neapolitana proſapia genitus, Canonicus Regularis Congregationis S. Salvatoris, magiſter in Theologia, & egregius Concionator cum Abbatialem præfecturam, aliaque munia peregiſſet in ſuo ordine, ad hoc regimen vocatus eſt 8. Auguſti 1661. Majorum dum inſequitur præclariora exempla, his humanis eripitur 1670. ſepultus Neapoli in Eccleſia Capuccinorum SS. Conceptionis, ubi ad ejus tumulum ſequens viſitur Epitaphium.* XLIII

„ Viator Buſta vides Vincentii Carraſæ.
C Si civis es, dictum eſt ſatis. Nominare
laudaſſe fuit apud Civem. Sin Hoſpes,
hoc unum miratus ubi. Hoſtilianenſium Principum ſanguis, Calvenſi Epiſcopatu, & doctrina notiſſimus, hæc
ipſa, quæ poſt mortem faſtu tumidiore
oſtentantur, ipſe humiliore Capuccinorum habitu, & ſepultura mutavit. Sentis, ut reor, quantus fuerit, qui poſt
contemptum genus, & inſulas vel ſub
ſepulchro, centone, & cucullo abditus
Capuccino micat illuſtrior, quam genere, & inſulis. Petrus Accunna Eques
S. Jacobi Turmis Equitum Præfectus,
affini meritiſſimo mœrens poſuit. Vixit
Annos LXXVII. ſublatus anno
MDCLXXIX.

D „ VINCENTIUS *de Sylva, Epiſcopus Policaſtrenſis, translatus ad Eccleſiam Calvenſem die 10. Aprilis 1679. Mortuus eſt menſe Julio an. 1702.* XLIV

„ JO. BAPTISTA *Caracciolus, nobilis Alexanenſis, Clericus Regularis de Somaſcha, S. Theologiæ Profeſſor, poſt obita nonnulla Ordinis ſui munera, huic Eccleſię præfectus eſt 15. Januarii 1703.*) XLV.

CASERTANI EPISCOPI.



CASERTA Campaniæ Felicis civitas in Tifenatibus montibus collocata, quos vulgus Capuanos appellat. Ejus autem montis inſidet dorſo, quo univerſa prorſus Campania, Tyrrhenumque Mare proſpectatur, haud longè à Metropolitana Capuana quam tribus milliaribus, à Regia Neapoli 14. Quis eam primus, quuve tempore excitaverit, non ſatis conſtat. Sunt, qui vetuſtiſſimam eidem aſtruunt originem, & à Seducinis volunt ædificatam; alii narrant ex ruinis ſecundæ Capuæ ſuum habuiſſe principium; alii verò à Longobardis conditam volunt, appellatamque Caſertam, quaſi arduam domum, quod ſcilicet ſua illa arduitate moleſtiam accedentibus exhiberet. Parva quidem nunc civitas eſt, nec ultra trecentos alit mortales; olim Comitatus, nunc Principatus titulo inſignita; illam poſſidet Princeps Cajetanus ex Ducibus Sermonetæ nobiliſſimus Romanus. Ex hac civitate prodiit Julius Antonius Sanctorius S. R. E. Cardinalis clariſſimus, cujus nepotes Julius Antonius Cuſentinus, & Paulus Aemilius Urbinas Archiepiſcopi germani fratres, poſtremus ſuis ſcriptis, monumentiſque ingenii patriam illuſtravit. Protulit etiam Caſerta alios viros doctos, & fortes. In Chriſtiana Religione nata, adultaque Caſerta; Epiſcopalis ejus dignitas mea quidem opinione antiquior eſt, quam opinentur recentiores, qui paulò ante ſexcentos abhinc annos à Senne Capuano Archiepiſcopo anno 1113 inſtitutam narrant, cum Sennes ſuo in diplomate confirmationis Diœceſis Caſertani Epiſcopatus Rannulſo Epiſcopo Caſertano aſſerto, meminerit prædeceſſorum Rannulfi, quibus Capuani Anteceſſores ſui Archiepiſcopi eandem conceſſere, atque confirmavere. Hanc Eccleſiam plurimis privilegiis, & juribus nobilitarunt Duces, Regeſque Neapolitani, quorum pauca opportune infra exhibebimus. Habebat namque Caſertanus Epiſcopus integrales decimas, quæ ſi hodie ab ipſo poſſiderentur, inter locupletiores Regni Antiſtites recenſeretur, cujus nunc annui cenſus aſcendunt ad tria millia ſcutatorum regni, taxa verò in lib.
a246.½ Apoſt. Cam. ad Flor. 239. *a* Pulcherrimum habet Palatium in media Diœceſi ad radices montis ſitum, in quo tanquam in commodiori loco reſidere ſolet Epiſcopus. Cathedrale Caſertæ Templum permagnificum eſt, ac ſumptuoſum D. Michaelis Archangeli civitatis Patroni titulo decoratur. Conſtructum eſt lapidibus quadris, nulla apparente calce: lapides illius ejuſdem ſunt coloris & diametri, adeo ut ſpecioſius ſit exterius quam interius. Ejus frontiſpicium ad orientalem plagam, tribus illuſtratur ingreſſibus, cujus vetuſtatem hi verſus licet informes declarant.

Undecies centum quinquagenis tribus annis,
Verbi concepti ſtant muri marmore ſepti
Neque minus erugi, quamquam aſſeſſore Joanne.

Hoc principali acceſſu duo alii Collaterales ingreſſus de pulchritudine contendere videntur, uterque eorum centauris, equiſque marmoreis exornatus eſt, ita ut ad artis acumen oculos excitet inſpicientium, & in utroque memoria hiſce verſibus immortalitati donatur à dextris.

Dat pro poſſe manus Opifex, etherus Nicolaus
Sed fovet utrique Michael Venerandus ubique.

A ſiniſtris.

Poſt Patris exceſſum Ranulfi Pontificatus
Subdit Cathedram Nicolaus vir moderatus,
Prædeceſſoris fretus qui tempore dextra
Cœpit, & hanc Aulam dum vixit, & extulit extra.

Magnifica hujus templi opera ita ſunt admirabilia, quod in templo ſupra montem tam ſublimen poſito, inveniuntur decem & octo marmoreæ columnæ ejuſdem magnitudinis, menſuræ, altitudinis atque rotunditatis, duobus ordinibus pulchra ſymmetria diſpoſitæ, quæ propriis baſibus ad inſtar Atlantis ſuſtinet ex tribus Eccleſiæ alis mediam, quippè aſſerendum, quod aut ſit artis portentum, aut Divi Michaelis miraculum celeberrimum. Verùm cedat harum columnarum admiratio reflexioni tribus fornicibus Corynthiarum teſtudinum, quarum major Divi Michaelis Patroni, altari efficit ornamantum ſpecioſiſſimum, reliquæ verò duæ Collaterales, aris hinc inde diſpoſitis, coronam faciunt honorificam. Sacra ejus Turris, ſeu Campanile è marmore eſt, altitudinis ducentorum palmorum crebris ſignis ornatum. Inſignis igitur eſt hæc Baſilica, talibus exornata ædificiis, ſed inſignior ob gratias, & privilegia, quibus ex Sanctæ Sedis Apoſtolicæ munificentia gaudet, ubi numeroſus, beneque moratus Clerus divinum obſequium diu, noctuque perurget; Canonici nempè decem & octo, quorum tres dignitate eminent, Decanus ſecundus ab Antiſtite, Archidiaconus, & Primicerius, quibus alii minoris Ordinis Clerici, ac Presbyteri adnumerantur. Capitulo adjuncti fuere Archipresbyter, aliique tres Canonici ab Antonio Ricciullo Epiſcopo pro adimplenda pia diſpoſitione Pauli Æmilii Sancturii bon. mem. Archiepiſcopi Urbinatis, qui redditus legavit ſufficientes. Verum quia lis vertitur ſuper validitatem diſpoſitionis prædictæ inter præfatos Archipresbyterum & Canonicos, ac nepotem donatarii, proviſi Cathedrali non inſerviunt. Propè ipſam Cathedralem in Epiſcopio extat puerorum Seminarium, ubi duodecim aluntur Clerici ad præſcriptum Conſilii Tridentini ex omnibus Diœceſis partibus aſſumpti. Præter Cathedralem nulla alia Parochialis eſt; cura animarum à Canonicis exercetur. Una alia Collegiata Eccleſia intra civitatis mœnia eſt titulo Divæ Mariæ Annunciatæ, in qua ſex Capellani Sacerdotes, qui quotidie divinum penſum in choro perſolvunt; quæ quidem Eccleſia civitatis eſt, & redditus habet opulentos, & hoſpitale annexum. Diœceſis Caſertana in quatuor dividitur partes: ſupra montes tria ſunt caſalia cum parochiis; in plano, ubi ſexdecim ſunt caſalia, aliquot ſunt Religioſorum Monaſteria; in colle viſitur Conventus diſtrictioris Obſervantiæ Fratrum Minorum; juxta Buccianellum degunt Capuccini, in Turris Caſali Carmelitarum Domus, Eremitarum S. Auguſtini, Conventualium S. Franciſci, & non procul Monaſterium Minimorum; In Caſali Salæ Clerici regulares Congregationis Somaſchæ ſuum habent Collegium, in quo etiam eſt mons pietatis ad egenorum ſublevandam inopiam. Secunda Diœceſis pars oppidum continet Metæ Leonis, vulgo Magdalonæ gentis Carrafæ Duca-

tus; ibi Collegiata Eccleſia eſt titulo S. Petri cum Archipresbytero, qui curam gerit animarum, & duodecim Canonicis: ſunt etiam quatuor aliæ Parochiales Eccleſiæ S. Benedicti, S. Martinæ, S. Agnelli, & S. Margaritæ. Quinque in hoc oppido ſunt virorum Cœnobia, S. Franciſci Conventualium, Capuccinorum, Tertii Ordinis, qui immediatè Caſertano Epiſcopo ſubjacent, Ord. Prædicatorum, & Congregationis Montis Virginis. Eſt & alia Eccleſia Corporis Chriſti cum hoſpitali ditiſſimi cenſus, & Mons pietatis. Tertia pars Diœceſis Terralanci dicitur, cujus major pars ſub dominio Regio, pars alia ſub ditione Suardæ familię nobiliſſimæ Neapolitanæ, & alia pars ſub dominio Andreæ Alemanni nobilis Florentini, Lauriani Baronis: hæc pars duodecim habet Parochias, & in oppido Trentula unum eſt Prædicatorum Ordinis Monaſterium. Quarta pars Diœceſis Terra eſt Limatulæ, cujus utilis Dominus eſt Dux ex nobilibus Gambacurtæ; quinque habet Parochiales Eccleſias, & Collegiatam unam S. Mariæ Annunciatæ, in qua plures Sacerdotes, partim Capellani, partim adventitii quotidie Miſſas celebrant. Ultima Diœceſis pars eſt Terra Murroni, titulo Baronatus Jo. Franciſci de Mauro inſignita. Communis eſt cum Capuano Archiepiſcopo, & in ea Caſertanus Epiſcopus tres habet Parochiales Eccleſias. Caſertanorum modo Præſulum ſeriem explicabimus, quam tum ex Romanis monumentis, cum ex illius Eccleſię Scripturis diligenter eruimus, quas Bartholomæus Criſconus digniſſimus hujus Eccleſiæ Epiſcopus, ac venerandæ Antiquitatis amator perhumaniter nobis communicavit.

1. RANNULFUS primus eſt Caſertanus Epiſcopus, cujus memoriam perennarunt ejuſdem Eccleſiæ monumenta. Hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam ſub Paſchale II. poſt annum milleſimum centeſimum. Hic anno Domini 1113. à Senne Capuano Archiepiſcopo ſui Epiſcopatus Diœceſis jam à ſuis prædeceſſoribus ab aliis Capuani Senectis anteceſſoribus aſſertam confirmationem obtinuit; ex qua clarè apparet alios Rannulfum habuiſſe in Caſertana Eccleſia prædeceſſores, at qui iſti fuerint, vel quo ſint nomine nuncupati, non habemus. Hanc autem confirmationem Sennectis Archiepiſcopi, cum valde utilis ſit, ad hujus Diœceſis diſtincta loca, ſitus, & jura agnoſcenda hic exhibeo ex ipſo autographo exſcriptam, quæ in tabulario ejuſdem Eccleſiæ aſſervatur: illam paucis abhinc annis publici juris etiam fecit Michael Monachus, in Sanctuario Capuano ſatis mendoſam; ad eam nonnullas notas adjecit utiliſſimas, inter reliquas ad ſubſcriptionem Ottonis Decani. *Nota antiquum morem ſubſcribendi obſervatum à Decano; nam Dominus Archiepiſcopus ſubſcribebat à parte dextra folii, & erat ſubſcriptio ejus charactere rubro notata: Decanus ſubſcribebat à parte ſiniſtra folii ejuſdem, ſed charactere nigro. Habemus in ſcripturis Monialium S. Joannis diploma Archiepiſcopi Sennetis, cum ſubſcriptione ejuſdem, & Ottonis Decani, & aliquot Canonicorum, in quo hic mos obſervatur: idem etiam obſervatur in multis inſtrumentis Theſauri. Ego vix in uno, aut altero inſtrumento ex recentioribus animadverti ſubſcriptionem Decani in eadem columna poſt ſubſcriptionem Archiepiſcopi. Hic verò mos obſervatus non fuit in hac Bulla*; nam ſubſcriptio Sennetis Archiepiſcopi eſt charactere nigro, non rubro, & Archidiaconus ſubſcripſit ante Decanum, nam illo tempore inter Decanum, & Archidiaconum in ſubſcribendo certus & conſtans non erat ordo. De Indictione autem illa ſeptima in diplomate hæc habet. *Et hoc quoque mirum, cur præter ſolitum morem non ſit annotatus menſis: tamen cum Indictio incipiat à menſe Septembri, oportet non ante hunc menſem ſcriptam eſſe Bullam; nam anno 1113. eſt Indictio ſexta uſque ad Septembrem, & à Septembri incipit ſeptima, & hæc computatio valet, ſi accipimus nomen Incarnationis, ut confunditur cum nomine Nativitatis, quod paſſim obſervare licet, alioquin infinita corruerent diplomata.* Hæc ille. Porro Sennetis Archiepiſcopi Diploma eſt hujuſmodi.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni Sennes ſervus Jeſu Chriſti ejus ſola miſericordia Capuanus Archiepiſcopus, Legatus Apoſtolicæ Sedis, ac in Principatu Capuano Domini Noſtri Papæ Vicarius Clero, & Capitulo Caſertano dilectis in Chriſto filiis ſalutem, & benedictionem in Chriſto.

Condecet omnes in Eccleſiaſtico regimine poſitos, ac in Dominici gregis ſpecula conſtitutos de juſtitiæ obſervantia eſſe ſolicitos, & ſingulis ſua jura integerrimè obſervare, quatenus commiſſæ nobis Eccleſiæ, conſervante Domino, nullis in aliquo diminuantur temporibus, nullis confuſionibus involvantur. Nos itaque, qui licet indigni ſola Dei miſericordia hujus Capuani Archiepiſcopatus regimen obtinuimus, duximus neceſſarium Eccleſiarum noſtrarum utilitatibus, inquantum Deo adjuvante, poſſumus, providere. Notum ſit igitur, tam preſentibus, quàm poſteris Eccleſiæ Dei fidelibus, quoniam poſcentibus Eccleſiæ noſtræ Canonicis, concedimus, & confirmamus tibi venerabili Confratri noſtro Rannulfo Caſertano Epiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum totam & integram Diœceſim Caſertani Epiſcopatus, illis finibus, quibus noſtri Anteceſſores, tuis confirmavere, & conceſſere prædeceſſoribus. In primis ſcilicet à Ponte Rupto incipiendo, qui eſt in Laneo, & qualiter protenditur per viam, qua itur juxta Caſam Auream, & ſicut directè pergitur per Tojanum, & exitur ad Eccleſiam S. Marci fundatam à filiis Paldi, & Adenulphi Comitum, & inde itur in Scnanta, & exitur in ſtratam Beneventanam, & qualiter directe pergitur ſub monte Cupo, & per Saxream exitur in fluvium Vulturnum, & in Biſercham, quæ decurrit, & conjungitur cum Rivo Vallecari, & ſicut itur per ipſa bona Sancti Vincentii, & exitur ad caput Montis Longani, & quomodo revolvitur per eundem montem, & exitur uſque ad ſiatas ipſas planellas propè ſurſulam cum omnibus ſubſcriptis Eccleſiis tuo Epiſcopatui pertinentibus ſitis intra hos fines nominatim ſuperiùs declaratos. Concedimus itaque tibi, tuiſque ſucceſſoribus Eccleſiam Sancti Michaelis Archangeli, quę eſt Sedes tua Epiſcopalis, & Eccleſiam Sanctę Marię, quę eſt Capella & Eccleſia Sanctę Fidei, & Eccleſiam S. Petri, & Eccleſiam S. Valentini, et Eccleſiam Sanctæ Mariæ Buccamuzzi, & Eccleſiam S. Blaſii, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam S. Suſannæ, Eccleſiam S. Mariæ de Summana, Eccleſiam S. Joannis de Puteo Veteri, & Eccleſiam S. Nicolai, Eccleſiam S. Vitalliani de Arbellano, Eccleſiam S. Angeli de monte, Eccleſiam S. Euſtaſii, Eccleſiam S. Stephani de Juniano, Eccleſiam S. Marci de Caſola, Eccleſiam S. Petri, & Eccleſiam S. Eraſmi, Eccleſiam S. Marci de Monticello, Eccleſiam S. Stephani, & Eccleſiam S. Nicolai ad Terum, Eccleſiam S. Barbaræ ad Montem, Eccleſiam S. Salvatoris de Staturano, Eccleſiam S. Laurentii, Eccleſiam S. Ruffi de Pedemonte, Eccleſiam S. Vitalliani de Caczano, Eccleſiam S. Angeli ad Pinos, Eccleſiam S. Marię de Mezano, Eccleſiam S. Silveſtri, Eccleſiam S. Andreę de Puccianello, Eccleſiam S. Vincentii de Sala, Eccleſiam S. Simeonis de Cive cornu, Eccleſiam S. Angeli de Montecupo, Eccleſiam S. Julianę de Manicorſis, Eccleſiam Sanctę Crucis de Caſanova, Eccleſiam S. Petri Aldiferdæ, Eccleſiam S. Leuci de Monte, Eccleſiam S. Eleutherii, & S. Johandis, & Eccleſiam S. Clementis, Eccleſiam S. Mariæ, & Eccleſiam S. Stephani, quę ſunt in loco Macerata, Eccleſiam Sancti Nazarii, Eccleſiam S. Petri, Eccleſiam S. Marię de Falciano, Eccleſiam S. Benedicti, Eccleſiam S. Coſmę, de Strada Eccleſiam S. Sebaſtiani de Turre, Eccleſiam S. Martini, Eccleſiam S. Anaſtaſiæ ſitam propè ſtratam, Eccleſiam S. Alexandri, ſeu Nicandri. In Caſtro Limatulę & Territorio ejus Eccleſiam S. Nicolai, quæ eſt infra Caſtellum, Eccleſiam S. Blaſii, & S. Soſſii, & Eccleſiam S. Petri, & Eccleſiam S. Johãdis, quę eſt propè por-

tam,

tam, Eccleſiam s. Eraſmi, & Eccleſiam s. Archangeli ad Pirum, Eccleſiam S. Jacobi de Puzzaniſi, Eccleſiam S. Mariç ad Ciriuianum, Eccleſiam omnium Sanctorum de Torone, Eccleſiam S. Thomæ, Eccleſiam Sancti Adjutoris, Eccleſiam S. Euſtaſii, Eccleſiam S. Mariæ ad Gruttulas, Eccleſiam Ss. Coſmæ & Damiani, & S. Pancratii, Eccleſiam S. Angeli in Planeam. In Caſtro Moreone, & Territorio ejuſdem Eccleſiam S. Salvatoris, Eccleſiam S. Mariæ, & S. Nicolai, Eccleſiam S. Cæſarii, S. Mauri, & S. Blaſii ad Gradillum; Eccleſiam S. Michaelis, S. Stephani, Sancti Nazarii, Sancti Andreæ, & S. Johandis de Pureſta. In Terra Sarzani Eccleſiam S. Eraſmi, Eccleſiam S. Angeli de Cupa, ſeu de Cupi. In Caſtro Magdaloni, & Territorio, ejuſdem Eccleſiam s. Johandis infra Caſtellum, Eccleſiam S. Mariæ, quæ eſt in Capella, Eccleſiam S. Angeli de Monte, Eccleſiam S. Johandis de Maglianelli, Eccleſiam S. Nicolai, Eccleſiam S. Mariæ, S. Agnelli, Sancti Salvatoris, s. Pauli ad Gemzoſoſi, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sancti Martiani, S. Euſebii, S. Pauli, S. Nazarii, S. Mariç ad Gualdum, Eccleſiam S. Mariæ de Calatia, S. Cæſarii, Eccleſiam Sancti Terentiani, Eccleſiam S. Mariæ ad Junianum. In Terra Lanei Eccleſiam Sanctæ Fidei, & Eccleſiam S. Crucis in loco Gruttulæ, Eccleſiam S. Mariæ, & S. Caſtrenſis. In loco Trentulæ Eccleſiam Sanctę Marię & Sancti Nicolai, Sancti Viti. In loco Grumbi Eccleſiam Sancti Maximi. In loco Lauriani Eccleſiam S. Marcelli ad Ferrarios, Eccleſiam S. Marinæ, & Sancti Johandis. In loco . . . . Eccleſiam S. Laurentii in Tauciano, Eccleſiam S. Angeli in loco Mancuſi, Eccleſiam S. Viti. In Puzzanello Eccleſiam S. Juliani. In loco Triveo Eccleſiam S. Simeonis. In loco Ducensa Eccleſiam S. Silveſtri, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quę dicitur ad Pagnos, ſeu ad Tagnanos. In loco Capoderiſii Eccleſiam S. Andreæ, S. Donati. In loco Caſolæ Eccleſiam S. Rufini. In loco ad Ilicem Eccleſiam S. Petri, Eccleſiam S. Martini, Eccleſiam S. Viti, ſed & Eccleſiam Sancti Petri ad Pallumi, Eccleſiam S. Marcellini ad Taucianum cum terris quas modò habent, & beneficiis, quę Canonici inibi per nos eis poſſident, itaut in vita ſua quietè habeant, & fruantur; poſt debitum verò carnis ſolutum, in tuam, tuorumque ſucceſſorum deveniant poteſtatem. Has itaque prædictas Eccleſias tibi, tuiſque ſucceſſoribus concedimus cum prædiis & decimis, cunctiſque ſuis pertinentiis, cum omnibus, quas modò habent, & quę ex hinc pro parte earum juſtè acquirere poteritis. Porro terras prædictarum Eccleſiarum S. Petri ad Pollumi, & Sancti Marcellini ad Taucianum, quæ noſtro Archiepiſcopatui pertinere videntur, tibi, aut tuis ſucceſſoribus non concedimus, ſed illas tantùm, quas modò habens, una cum beneficiis Canonicorum, ut in ſuperioribus habetur. Sed ſi infra jam ſcriptos fines veſtri Epiſcopatus, noſter Archiepiſcopatus, ſeu noſtræ Abbatiæ . . . . . quicunque ſervus noſtri Archiepiſcopatus ſuas hæreditates, aut poſſeſſiones habent, aut amodò comparare, ſeu acquirere juſtè poterint, in noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum ſint poteſtate. Sed neque damus, aut concedimus Tibi, tuiſque ſucceſſoribus Eccleſiam S. Cæſarii, & Eccleſiam S. Julianę, Eccleſiam S. Martini, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. Viti in loco Herculis, Eccleſiam S. Mariæ, Eccleſiam S. Johandis, & S. Petri, & S. Felicis, & Eccleſiam S. Stephani, quas habemus infra montem, neque Eccleſiam S. Leontii in partibus Magdaloni. Hanc ergo conceſſionem tam tibi, quam tuis ſucceſſoribus, ut prædictum eſt, facimus. Tu autem, tuique ſucceſſores quoties vocati fueritis, niſi Canonicam prætendatis excuſationem, ad nos, & noſtros ſucceſſores venire debebitis. Poſt diſceſſum verò tuum, ſucceſſores tui, qui noſtro, noſtrorumque ſucceſſorum Caſertanæ Eccleſiæ ſunt eligendi conſilio, à nobis, ſeu noſtris ſucceſſoribus Epiſcopatus conſecrationem ſuſcipient, ſicut in privilegiis à S.R.E. Pontificibus Eccleſiæ noſtræ conceſſis continetur. Quiſquis igitur mortalium cujuſcunque conditionis hujus noſtræ auctoritatis conceſſionem violare præſumpſerit, niſi canonicè commonitus reſipuerit, à liminibus Sanctæ Matris Eccleſiæ uſque ad condignam ſatisfactionem tempore ſequeſtretur. Piè verò cuſtodientes, atque fideliter obſervantes, Omnipotentis Dei benedictione, & gratia repleantur.

Ego Sennes Dei gratia Campanus Archiepiſcopus, & Domini Noſtri Papæ Vicarius.
Ego Joannes Sueſſanus Epiſcopus.
Ego Pannulphus Theanenſis Epiſcopus legi & ſubſcripſi.
Ego Maurus Tſernienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Giroldus Calinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Alpherius Abbas, & Archidiaconus ſubſcripſi.
Ego Otto Decanus, &c.
Ego Lando Presbyter, & Primicerius, & Abbas, &c.
Ego Adenulphus Secundus Primicerius, & Abbas, &c.
Ego Johandes Sacerdos, & Abbas, &c.
Ego Bonus Sacerdos.
Ego Johandes Sacerdos.
Ego Audoaldus Sacerdos & Abbas.
Ego Pandulphus Sacerdos, &c.
Ego Audoaldus Diaconus, &c.
Ego Petrus Diaconus, &c.
Ego Karolus Abbas, &c.
Ex juſſione Domini Petri Diaconi, & Cancellarii ſcripſi.

Ego Prudentius Subdiaconus, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo & centeſimo, atque decimotertio, Indictione ſeptima, Pontificatus verò præfati D. Sennes Archiepiſcopi anno XVII.

Actum Capuæ in Sacroſancta Aula Archiepiſcopi.

Anno 1119. Robertus Princeps Capuæ, conſilio Ottonis electi Archiepiſcopi Capuani conceſſit, & confirmavit Rannulfo Caſertano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus Eccleſiam Sanctæ Mariæ Calatinæ, ejuſdemque jura & bona, ut ex ſequenti documento ab exemplari Caſertanæ Eccleſiæ tabularii liquet.

Nos Robertus divina ordinante clementia Capuanorum Princeps. Notum haberi volumus univerſis fidelibus Sanctæ Eccleſiæ, quoniam ob ſalutem & remedium animarum quondam glorioſorum Principum Riccardi ſcilicet Avi, & Jordani Patris, nec non Riccardi fratris noſtri, ac ob ſtatum noſtri Principatus, conſilio quoque atque interventu Domini Ottonis Sanctæ Capuanę Sedis in Archiepiſcopum electi, nec non & Ugonis de Labolica noſtri dilecti Baronis, & Odoaldi Camerarii per hoc principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus & confirmamus in Eccleſia Calatina vocabulo Sanctæ Mariæ, in qua Dominus Rainulphus Dei proviſu Caſertanus Epiſcopus præeſſe videtur omnia quæ preſcripta Eccleſia Calatina modo poſſidere videtur, & quæ in antea juſtè, ac legaliter acquiſierit. Simili modo per hoc principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus, & confirmamus in prædicta Eccleſia omnes extraneos homines, quos Tu prædicte Domne Rainulphi Caſertane Epiſcope, & ſucceſſores tui tibi conduxeris, & ibidem ad habitandum venerint, nec non & omnia, quæ ipſi extranei homines ab inde in antea legali modo acquiſierint à meis hominibus.

Iterum per hoc videlicet principale ſcriptum damus, tradimus, & concedimus, ac confirmamus in prædicta Eccleſia Calatina, ut Tu prædicte Domne Rainulphi Epiſcope Caſertane, & ſucceſſores tui, & veſtri Homines in Calatino tantum territorio habitantes poteſtatem habeatis mittendi animalia veſtra, & veſtrorum hominum ad paſcendum in montibus, & planis, & in paludibus noſtris, & ligna de ſilvis noſtris tollere quemadmodum milites Magdaloni habitantes hactenus uſualiter habere ſoliti ſunt & habent. Rurſus quoque per hoc principale ſcriptum de-

damus, concedimus, ac quiete dimittimus in præſcripta Eccleſia Calatina totum Placeatium, quod nos, vel anteceſſores noſtri habere ſoliti ſumus de omnibus rebus, quas tu, & ſucceſſores tui, vel aliquis Clericorum, aut hominum veſtrorum emerit, vel vendiderit, vel aliquis meorum hominibus à vobis, vel à veſtris hominibus emerit, vel vendiderit in territorio Calatino, & ipſum territorium Calatinum dividet in duas petias terræ; prima quarum hos habet fines, ex uno latere à parte meridiei eſt finis via, ab alio latere ſcilicet ſeptemtrionis eſt finis terra Balduini, & finis terra Riccat di filiorum Berni, & finis terra Lando Lagneſe, & terra hæredum quondam Martini Lagneſe, en uno capite, à parte, Orientis eſt finis via publica. Ab alia parte, à parte Occidentis eſt finis terra Johandis Gerardi, & ſimiliter terra, quæ fuit Martini Corbi, quam modo poſſidet Guglielmus de Magdolo, à parte publica eſt finis terra heredum quondam . . . . continet firmum munitum, atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut hoc principale ſcriptum firmius credatur, & diligentiùs ab omnibus obſervetur, manu propria illud corroboravimus, & ex noſtri ſigilli impreſſione illud inſigniri juſſimus.

En juſſione præfatæ Sereniſſimæ Poteſtatis ſcripſi. Ego Philippus Palatinus Notarius, in anno Dominicæ Incarnationis milleſimo Centeſimo decimonono; & tertiodecimo anno Principatus præfati Domini Roberti Glorioſiſſimi Principis Capuæ. Datum in Capuano Palatio in menſe Octobris, per Indictionem decimam tertiam.

Rannulfi memoria habetur ad annum uſque 1127. quo Romæ adfuit judicio de juribus Piſanæ Eccleſiæ habito coram Honorio II. Papa, cujus Bullæ de Rannulfo, aliiſque tunc præſentibus Epiſcopis habetur memoria; eam in ſerie Piſanorum Archipræſulum retulimus in Uberto. Potuit deinde ſequenti anno obiiſſe Rannulfus, cum anno 1130. Nicolaus hujus Eccleſiæ habenas ſubtineret. Cathedralem Eccleſiam inchoaſſe Rannulfum legitur in ſupra relatis verſiculis, illamque abſolvit Joannes ſucceſſor anno 1253.

2. NICOLAUS vir egregius immediatè Rannulfo ſucceſſit circa annum Domini 1129 qui cum ſancte Caſertanam Eccleſiam rexiſſet annos paucos, expleviſſe videtur tempora multa, plura enim, & digna ad Dei honorem, ſuique nominis gloriam molitus eſt, quod ſucceſſores ejus in ipſa Cathedrali, Turrique ſacra in marmore perennaruot. Inchoatam enim Eccleſiam penè abſolvit, Clerum. Populumque Caſertanum impulit ad pietatem, & devotionem erga Protectorem Michaelem Archangelum, cui dedicarunt Eccleſiam. Charus fuit & amatus Roberto Normando Duce, à quo inſigni liberalitate plures Eccleſias, & bona perpetuò à ſe, ſuiſque ſucceſſoribus poſſidenda dono accepit anno 1130. Ad perpetuam ſuorum, ſuæque animæ expiationem Robertus tot bona Caſertanæ Eccleſiæ eſt elargitus, quæ ut perpetuo ſtarent, ſequenti diplomate, ſua manu ſignato ſcribi juſſit, quod extat in præcitato tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarnatione ejus 1130. de menſe Martii die 8.

Notum volo eſſe omnibus fidelibus meis & amicis, tam præſentibus, quam futuris Normandis ſcilicet, & Longobardis univerſis degentibus ſub noſtra tuitione, quoniam Ego Robertus mediante Sueſſanorum, pluriumorumque aliorum, divina prudentia, ſenioe, Divino Spiritu compulſus pro redemptione, ac mercede animæ meæ, genitoriſque mei, ac meæ genitricis, ac omnium parentum meorum, ut apud piiſſimum Dominum de peccatis noſtris indulgentiam, atque requiem invenire valeamus, declaro, quia in præſentia noſtrorum militum, & quorundam ſacerdotum, aliorumque teſtium per hanc chartam offero, atque trado tibi Deo, tibique Domne Nicolae Caſertane Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus per hoc ſcriptum in perpetuum totas Eccleſias, quæ ſunt ſitæ in loco Lagnei, in meo ſeudo, videlicet in loco Tauciani Eccleſiam S. Angeli, in loco Mancuci Eccleſiam S. Mariæ, in loco Æſolæ Eccleſiam S. Mariæ, & S. Joannis, in loco Pucelanelli Eccleſiam S. Marcelli, & S. Juliani, in loco Prædolæ Eccleſiam Sancti Laurentii, in loco Lauriano Eccleſiam S. Marcelli ad Ferrarios, in loco Trentulæ Eccleſiam S. Mariæ, & S. Nicolai, quas in perpetuum offero, & trado Deo, & præfatæ Eccleſiæ Caſertanæ, & tibi prænotate Nicolae Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus.

Ad decimationes de loco Salimæ, & de Terra Lanei, qualiter Anteceſſor tuus tenuit, per hæc noſtra præſcripta perpetua jura ſemper habeatis. Quod ſi quis, diabolica ſuaſione compulſus, hoc ſcriptum violare, irriſumve facere præſumpſerit, maledicatur & anathematizetur à Deo Patre Omnipotente, & à Jeſu Chriſto filio ejus, & Spiritu Sancto. Habeat ſocietatem cum Anna, & Caipha, & cum Juda traditore, & inſuper decem libras auri puriſſimi ſolvere cogatur, medietatem præfatę Sedi, & tibi Domne Nicolae Venerabilis Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus, & medietatem noſtræ Curiæ, ſolutaque pœna librarum decem, & hæc traditio, conceſſio, & confirmatio, firma, munita, atque inconcuſſa maneat in perpetuum: & ut hoc ſcriptum firmiùs credatur, & diligentiùs ab omnibus obſervetur, manu propria illud corroboravimus, & noſtro ſigillo illud inſigniri juſſimus.

Ego Robertus.

3. JOANNES Quamquaſſor florebat anno 1153. ejus memoria in monumentis habetur. III.

4. PORPHYRIUS anno ſalutis 1178. erat Epiſcopus in hac Caſertana civitate, cum Robertus de Sancto Severino, & Agnes ejus uxor Caſertæ Comites Eccleſiam in honorem Sanctorum Jacobi Zebedei, Nicolai Myreoſis, & Baſilii Magni condiderunt, ac à Porphyrio Epiſcopo conſecrari curarunt. Adfuere ſolemnitati Petrus Theleſinus, & Urſus Sanctæ Agathæ Gothorum Epiſcopi in magna populi frequentia. Supra fores ejuſdem Eccleſię Agnes hæc ſculpi carmina fecit. IV.

Præmia promiſſa ſpectans Agnes Comitiſſa,
Hoc ancilla Dei templum Jacobo Zebedei,
Offert qui veri lux eſt duodena diei.

Ad dexteram portam de S. Nicolao.

Eſto memor Nicolae Pater celeberrime Præſul,
Agnetis famulæ tibi devotæ Comitiſſæ,
Quæ te præcipuum elegit habere patronum.

Ad ſiniſtram verò portam S. Baſilii nuncupatam hæc leguntur.

Hujus ut offenſis Baſilii Cæſarienſis,
Parcere digneris Doctor qui Magnus haberis,
Sumptibus ipſa quidem propriis tibi condidit aedem.

Ædes hæc à Clericis, deinde à Canonicis Regularibus, mox conſtructo Cœnobio, conceſſa eſt Ordini S. Auguſtini ſub regula Divi Dominici. Porro quæ de ejus conſtructione ac progreſſu ſcripſit Paulus Æmilius Sanctotius Archiepiſcopus Urbinas in m. s. lib. de Comitibus Caſertæ, non pigebit hic referre, cum maxime ad Caſertanæ Eccleſiæ pleniorem cognitionem ſpectare videantur. *Igitur*, inquit, *Agnes divino amore inflammata cum aedem ſacram in honorem S. Jacobi Zebedei, S. Nicolai Myrenſis, cujus per eam tempeſtatem Barum ex Aſia corpus fuerat translatum, & S. Baſilii Magni cognomine nobilitati, erexiſſet, amplis redditibus, conceſſis decimis & primitiis exornavit, in eandem tractu pietatem viro præcellentis animi atque conſiliis non modo poſſeſſiones & latifundia, verum etiam quaſdam familias Aliffis, Solipatæ, Strani, Mataloni, Duraci, Pagi*

Scri-

Seripani Moronide, ſeu Muronis, Limatulæ, Orthole, Dacentſæ, Meletinæ & alibi poſitas famulatui ſubeſſe templi voluit, nullo ſibi jure reſervato, ut en diplomate apparet, ubi incipit, Robertus divina favente clementia Caſertæ aliorumque plurimorum Comes, &c. *Legitur ejus ſubſcriptio. Ædem hanc Clerici, inter quos Petrus, Gualderius, Joannes Aſii, &c. deinde Canonici Regulares obtinuere; mox etiam ſacrata ædes conſtructo Cœnobio conceſſa eſt Monialibus Ord. S. Auguſtini ſub Regula S. Dominici, inter quas in Magiſtratum ſeu prioratu effulſere Gattiligryma de Sanctoriis, Caſertana de Herbis, Mobilia de Jaquinto, Syffridina de Mnrroae, Agnes de Capellano, Catherina de Montorio, Anaſtaſia de Valle, Odolina de Philippo, Elyſa de Ramundo, Agnes de Lauro, Geltrudes de Sfortia, Mobilia de Focco, altera Mobilia de Mavello, alia Agnes de Ruffo, Cæcilia de Ambroſio, Adalaſia de Gryſa, Joanna de Agneſſa, Gattiligryma de Raynaldo, Catherina de Sanguineto, Floriſia de Riccardo, Maria de Rogayta, Luca de Caſtromaris, Thomaſina de Clemente, Juditta de Bernardo, Andrerella de Palmerio, quæ fuit noviſſima profeſſarum: ſubſcriptio erat N. Dei gratia humilis Prioriſſa. Leguntur in veteribus inſtrumentis harum ſacratarum nomina, quæ cum à civibus pleriſque ignorentur, licet in lucem edere; ſc. Cæciliæ de Gaudioſo, Franciſcæ de Paganis, Caſertanæ de Adeliſia, Iſabellæ de Alando, Helenæ de Martino, Conſtantiæ de Mortone, Catherinæ de Sanctoriis, Catherinæ Affinitæ, Renatæ Minutulæ, Suffridinæ de Rabono, Margaritæ de Jaquinto, Mariæ de Zerillis, Beatricis de Auguſtino, Penadiſcæ de Mazzia, Franciſcæ Coſſę, Adalariæ de Bernardo, Magdalenę de Granto, Catherinę Gentilis, Marthæ Braucaciæ, Franciſcæ de Amito, Joannæ de Zerillis, Catharinæ de Mazzia, Adrianæ de Santione, Judithæ de Jordano, Athanaſiæ de Guglielmo, Beatricis de Valle, Altrudæ de Jaquinto, Theophoniæ de Alando, Rebeccæ de Clemente, Glyceriæ de Zerillis, Chryſoſtomæ de Sanctoriis, Judittæ de Cimino, Agnetis de Marcono, Anrilliæ de Toro, Audriellæ de Palmerio, Julianæ de Toraldo, Annæ de Philippis, Margaritæ de Scoſio, Cubitoſæ de Henrico, Luciæ de Sebaſtiano, Martinæ de Clemente, Angelæ de Bibaldis, Jacobellæ Ruſſæ, Hirenis de Moraldo, Annæ de Simeone, Joannæ de Gneſteria, Aureliæ de Pelagallo, Claræ de Aurilia, Catharinæ de Alenandro, Enriettæ de Auſilia, Petronillæ de Gottifredo, aliarumque plurium ſine cognomine, quas Sacratis familiares crediderim. Harum Monialium cœnobii cum redditus aſſidua bellorum procella, & militari licentia penè evanniſſet, & res monialium propè ad entremum deveniſſet, Antonius Rath Comes pietate motus neceſſitatibus occurrens, multa en re ſua largitus, & colonos feudorum ab injuria, & graſſatione tutatus, ut fructus Monaſterio provenirent & accreſcerent. Sub Comite Balthaſſare imminuti non modo fenctus, verum Monialium numerus ad pauciſſimas redactus, cum latè omnia civilibus externiſque armis diſtraherentur; hinc Alphonſus Aragonius cum factione ſua, hincque Renatus ingruerent, acceſſit & Patriarcha Alenandrinus, fœdata tunc armis Campania, oppida exciſa, enuſti pagi, Caſtellaque & coloni en agris pulſi, aut miſerabili ſtrage conſumpti, nulla ætas, ſenuſque ab injuria alienus fuit, bellica rabies in omnia divina ac profana deſævit. In hac temporum calamitate, cum cuncta afflicta, ac proſtrata jacerent, Andricella noviſſima Monialium S. Jacobi profeſſa, evocato Fr. Joanne de Boviano à ſacris tunc confeſſionibus, in ejus manu jura Monaſterii collocavit, atque ad poſſeſſionem loci admiſit, multum Baldaſſare Comite adjuvante. Itaque accerſuntur F. Benvenutus de Carinanico Prior S. Dominici de Neapoli, & Fr. Dominicus de Calvaniſio Capuani poſtea Monaſterii prior, eorumque poteſtati Monaſterium cum juribus fuit traditur, ſed Joannes de Leonibus Epiſcopus Caſertanus indigne ferens in caducam veluti hæreditatem Monaſterii tranſiiſſe in conſpectu Epiſcopii, fratres de poſſeſſione ejecit, redditusque S. Jacobi menſæ Epiſcopali adjunnit. Non quievere Dominicani, cum eos D. Cæſar Aragonius & Catharina de Rath conjun adjuvarent, ſed Fr. Martinus Brancacius Provincialis Campaniæ Ferdinandum Regem adiit, injuriam & violentiam Epiſcopi innectus. Res à Ferdinando, cum precibus urgeretur, Juliano Tropejenſi Epiſcopo, & Regio Capellano committitur, ſed Epiſcopus ſapientia & auctoritate ſua, & Dominicanorum obſtinationem fregit, & judicium tanquam illegitimum damnavit, reſpuitque; cum uni Romano Pontifici fas ſit judicare de rebus Eccleſiaſticis. Hæc ideo unum in locum cuncta conjecimus ne ſæpius repetita lectore ſtomachum moverent.* Hactenus ille. Cæterum Porphyrius ſub Alexandro III. Papa Lateranenſi Concilio interſuit anno 1179. * & anno 1182. menſe Februario Ind. 7. Capuæ præſens fuit, cum lis exagitaretur inter Zachariam Marſicanum Epiſcopum, & Gentilem de Palearia pro Eccleſia ſancti Bartholomæi de Avezano. Poſtea nulla alia de ipſo extat memoria.

* Ex App. tom. 9.

5. STABILIS Caſertanus Præſul. V.

6. ROGGERUS ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes, VI.
hujus, & Stabilis tantùm nomen habemus, tempus verò, quo in hac Eccleſia ſederint, non liquet, qui tamen poſt Porphyrium poſiti ſunt.

7. I. fortè Joannes, vel Jacobus, ſic notatum le- VII.
gi in Vatic. regeſt. epiſt. an. 2. Honorii III. ſol. 176. ad Neapolitanum electum ſcripta 6. Kalend. Septembris, cujus initium: *Clamor aſcendit, quod I. Caſertanus electus filius Sacerdotis in ſacris Ordinibus genitus ſuo Metropolitano decretum exhibuit falſum per quod confirmationem obtinuit, &c.* Mandat Honorius, ut de veritate inquirat. Data eſt epiſtola anno Chriſti 1217. Sequenti verò anno in eodem regeſtro alia extat epiſtola ejuſdem Honorii ad Capuanum Archiepiſcopum num. 361. fol. 77. ann. 3. ſcripta 3. Kal. Aprilis, ut inquirat de electione, perſonaque Hieronymi electi Caſertani, an legitimè ſit habita, & epiſtola 494. fol. 105. ejuſdem anni Dat. 6. Kal. Julii ſcribit Honorius Capitulo Caſertano, ut ſpatio unius menſis legitimum Epiſcopum eligant, cum ipſe Hieronymi electionem vitio habitam nullam, & irritam declaraſſet, ex quibus epiſtolis oportet aſſerere, quod Joannes ille, Hieronymuſque deturbati fuiſſent ab aſſerta Caſertani Epiſcopatus dignitate. Qui verò à Capitulo ex præcepto Honorii aſſumptus fuerit, ignoratur, nec alia in regeſto de hac re extat memoria.

8. ANDREAS Epiſcopus Caſertanus ille eſt, VIII.
qui anno Domini 1234. Turrim ſacram Cathedralis abſolvit. Hæc Gothorum exædificata ſtructura mediam ferè urbis regionem, ſuo peringens culmine Ægyptiacas æmulatur pyramides. Supra duas baſes ſuam habet ſedem, ſuique fornicatum arcum efficiens operatur, ut civitatis platea ſua decoretur majeſtate, nec altitudine ſua Jovis pertimeſcens fulmina, efficit, ut quinque campanarum ſonitum, & concentum per univerſas totius Caſertanæ regionis oras audiant incolæ. In ea hæc carmina ſculpta leguntur.

Poſt Cathedram patris Nicolai dogmate plenis.
Præſul magnanimus Andreas mente ſerenus.
Cuncta ſuo ſtudio bona, ſingula, clarificavit.
Quam domibus variis campanis condecoravit.
Annis completis duobus, hæc cernere lector.
Mille ducentenis, bis quinis, bis duodenis.
Huic inſudavit operi, quod prior inchoavit.

Quanto deinde tempore Andreas Caſertanam adminiſtraverit Eccleſiam, quo anno obierit, non liquet; conſtat tamen Caſertanam Eccleſiam deſtitutam fuiſſe paſtore extremis Innocentii IV. temporibus, cum idem Capitulo Caſertano inhibuiſſet, ne ad electionem Epiſcopi procedere auderet; ne autem longa vacatio in detrimentum Eccleſiæ verteretur, mandavit Innocentius in gratiam Capituli, ac Sifridenæ Comitiſſæ Caſertanæ Priori Fratrum Prædic. ac Guardiano Ordin. Minorum de Neapoli, ut de prudenti, fideliqne admini-

ſtratore eam provideret, qui ad beneplacitum Apoſtolicæ Sedis in temporalibus & ſpiritualibus ſanctè adminiſtraret. Id expreſſit Marinus de Ebulo Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius in lib. 1. ſui Formularii, qui extat tam in Vatic. Bibliothecæ tabulario, quam in Archivio fol. 63. à tergo.

Dilectis filiis Priori Prædicatorum, & Guardiano Fratrum Minorum Ordinum Neapolitan.

Inter curas multiplices, & immenſas, quibus aſſiduè angimur, & diſtrahimur ſupra vires, propenſior mentem noſtram ſolicitudo perurget, ut viduatis Eccleſiis per noſtræ diligentiæ ſtudium, proviſio, Deo auctore fructuoſa proveniat, & ſalutis. Sanè de Cathedrali Eccleſia Caſertana, referente dilecto filio Magiſtro B de Neapoli notario noſtro, accepimus, quod cum dilecti filii Capitulum ipſius Eccleſiæ dudum paſtore vacantis de Pontifice congruo conſulere ſibi nequiverunt propter inhibitiones factas per Sedem Apoſtolicam, ne Capitula, & Collegia Eccleſiarum vacantium Regni Siciliæ per electionem, poſtulationem, aut nominationem aliquam præſumant ſibi de Prælatis abſque ipſius Sedis licentia providere, ſupradicta Eccleſia propter vacationem hujuſmodi gravia ſubiit, & graviora ſubitura timetur in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta, niſi per feſtinæ proviſionis auxilium ſuccuratur eidem. Quia vero non ſolum prædicti Capitulum, ſed etiam dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Sifrideria Comitiſſa Caſertana, quam de fide pura & devotione ſincera circa Deum & Eccleſiam, ejuſque miniſtros religioſaſque perſonas tam principales fide digni, quàm dictus Notarius coram nobis plurimum commendarunt, ferventer deſiderare dicitur, ut eidem Eccleſiæ Caſertanæ in tantæ neceſſitatis articulo de opportuno proviſionis remedio per Sedē Apoſtolicam conſulatur. Nos de veſtra circumſpectione confiſi, præſentium vobis auctoritate committimus, quatenus habentes præ oculis ſolum Deum, procurationem, & adminiſtrationem Eccleſiæ memoratæ, tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus alicui perſonæ idoneæ, per cujus induſtriam ipſius Eccleſiæ damna præterita reſtaurari valeant, eique inſtrumenta bonoris, & commodi, annuente Domino, inpoſterum procurari per ipſum fideliter, & utiliter exercendas uſque ad noſtræ voluntatis beneplacitum vice noſtra committere ſtudeatis: eundem ſollicitè admonentes, ut adminiſtrationem hujuſmodi ſic diligenter, ſic prudenter gerere ſtudeat, quod cum ipſum de adminiſtratione ipſa diſpungere, ad quod eum teneri volumus, oporteat, tamquam fidelis ſervus & prudens non indigeat de fidelitate, & diligentia commendetur. Vos itaque, quod vobis in hac parte committimus ita prudenter exequi ſtudeatis, quod de ipſius idoneitate perſonæ dignam coram Deo poſſitis reddere rationem, Noſque proinde ſolicitudinis ſolitæ veſtræ induſtriam meritò commendare poſſimus.

Datum, &c.

Sifridinæ Comitiſſæ pietas ſupra ab Innocentio commendata curioſitatem noſtram excitavit ad ejus familiam, actaque inveſtiganda. Fuiſſe illam ex Burellorum gente vetuſtiſſima referunt litteræ Caroli II. Regis, quæ extant in regio Neapol. regeſt. an. 1303. lit. A. pag. 200. à tergo, cujus tenor talis eſt.

Scriptum eſt Vice Magiſtro Juſtitiario, &c.

Venit ad majeſtatis noſtræ præſentiam Yſabella filia quondam Roberti Comitis Caſertæ ex quondam videlicet, Siffridina Burella, legitima, ut dicitur conſortes ipſius, fidelis noſtra, & expoſuit querelam, quod licet ſorores ejus ex iiſdem parentibus de bonis maternis maritatæ fuerunt, & dotatæ, remanente ipſa poſt cæteras in capillis, de ipſa tamen propter obitum dictæ matris ſuæ ab inteſtato ſequentem nihil diſpoſitum extitit, vel ſtatutum, & ſic innupta remanſit huc uſque in ſuum grave diſpendium, & jacturam. Circa quod aſſerens, quod bona dotalia omnia ipſius quondam matris ſuæ videlicet Caſtrum Strangula Galli, & Caſale Melizani pervenerunt ad quondam fratrem dictæ Yſabellæ præmortuum, ex quo ſupereſt quidam Johannutius filius ejus impubus, qui ex paterna ſucceſſione Caſtrum tenet, & Caſale præfatum, quæ Richardus de Raymo procurat nomine baliatus. Suppliciter petit, ut cum in Caſtro, & Caſali præfatis tanquam maternis, ut dictum eſt ſibi jus ſpectat, ut doretur ex illis, prout fuerunt, ut aſſerit, in maternis bonis hujuſmodi ſorores ejus cæteræ maritatæ, mandari ipſam maritari juxta paragium, & dotari de Caſtro & Caſali prædictis benignius dignaremur. Nos ergo volentes eidem Yſabellæ circa hoc fieri juſtitiam, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi; accepto, quod dicta Yſabella pauper eſt, ſummariè de plano, & abſque judicii ſtrepitu facias eidem planæ, & celeris juſtitiæ complimentum, ita quod ulterius vobis ſcribere non cogamur. Dat. Neap. in abſentia Prothonotarii Regni Siciliæ per magiſtrum Petrum de Ferrer Decanum Anicianen. &c. die 20. Junii 9. Indict.

Robertus Sifridellæ maritus ex familia Sanſeverina Comes fuit Caſertæ, & Tricatici, teſte Ferdinando de Marra, ex qua ſuſcepit Richardum, Conradum & Yſabellam. Richardus genuit ex Berardena Duce Conradum dictum Corradellum, hic filium habuit Jannottum dictum Giovannuccium. Sifridina, cum Conrado nepote ſub Carolo primo Rege rebellionis petita in Caſtro Tranenſi carceri mancipata, ibidem mortem oppetiit, ſimili pœna mulctatus eſt Conradus in Caſtro S. Mariæ de Monte. De his tribus Caſertæ Comitibus, & Sifridina Comitiſſa in regio regeſt. Caroli Primi anno 1269. S. 109 à tergo.

Scriptum eſt eidem ſecreto, &c. ex parte religioſorum Virorum Abbatis, & Conventus S. Renati Surrentinæ Diœceſis devotorum noſtrorum, noſtræ fuit expoſitum majeſtati, quod licet quondam Riccardus olim Comes Caſertanus, & Sefredina mater ejus quoddam balneum dicti Monaſterii, quod eſt in terra Caſtel maris ad annuum cenſum à dicto Monaſterio tenuiſſent, prout in inſtrumento inde confecto plenius dicitur contineri; quia tamen dicta Sefridina, & Corradellus filius Comitis ſupradicti contra noſtram excellentiam commiſerant, balneum ipſum ob proditionem ipſorum eſt ad opus noſtræ Curiæ devolutum. Undè nobis humiliter ſupplicantes, &c. Ideoque fidelitati tuæ, &c. quatenus, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, prædictum balneum eiſdem Abbati, & Conventui reſtitui facias, & etiam aſſignari. Ita tamen quod balneum ipſum infra menſem poſtquam illud reſtitueris, fidelibus noſtris locet, à quibus debitum per hoc Curiæ noſtræ ſervitium impendatur, quod ſi in prædicto conſtituto non locaverit, illud te volumus ad noſtram Curiam revocare. Dat. Neapoli 13. Madii, 13. Indict. Poſt Sifredinam, ejuſque filios, nepoteſque Caſertanus Comitatus dono datus eſt à Carolo primo Rege Guillelmo de Bellomonte Francigena, quo deſuncto ſucceſſit filia ejus, quæ cum è Gallia diſcedere noluiſſet, ad Regiam Cameram rediit, & per Carolum II. Regem Petro Bracherii, deinde Roffredo Cajetano Bonifacio VIII. Papæ germano fratri feudali titulo eſt conceſſus, Roffredo ſucceſſit Petrus filius, à quo Siginulfius, ab iis familiæ de Ratta nobiliſſimæ devenditos, à quibus ad Aquavivos tranſiit, noſtriſque temporibus iterum ad Cajetanos ex Sermonetæ Ducibus rediit. De Caſertanis Comitibus legendi Ammiratus, Marra, cæterique, qui de illis abundè ſcripſerunt, ſatiſque ſit in gratiam curioſorum hæc pauca delibaſſe, occaſione Sifredinæ Comitiſſæ, & ad noſtram Caſertanorum Præſulum ſeriem, unde digreſſi ſumus, redeamus.

9. ANDREAS Caſertanus Epiſcopus, cujus unica mentio habetur anno 1560, longe fuit diverſus ab Andrea prædeceſſore. IX.

10. PHILIPPUS electus eſt Caſertanus Epiſcopus ab Epiſcopo Cardinali Albanenſi Apoſtolicæ X.

Se-

Sedis io Regno Legato an. 1268. apud Waddingum 2. tom. Annal. Minor. quo anno decimas ſolitas petiit à Rege Carolo, ut in regeſt. regio Caroli I. notatur.

XI. 11. NICOLAUS de Flore Capuanus florebat Caſertanus Epiſcopus anno 1279. cujus memoria extat io fornice majoris Aræ Cathedralis iis verſibus exarata.

Annis millenis bis centum terque novenis,
Et quatuor denis numeratis bis quoque ſenis.
Præſule mandante Nicolao, quæ fuit ante.
Ara carens tecto, tegitur modo marmore ſepta.
Clauſa moltudini, retinet quod Silvula, bini.
Eſt laudem nacta, pre tum tunc temporis acta.

XII. 12. SECUNDUS Eccleſiam Caſertanam rexit anno 1285. Eccleſiaſticæ libertatis acerrimus defenſor, de quo hæc habetur in quadam veteri inſcriptione. *Mille ducentis octuaginta quinque annis prima Decembris 14. Indictionis, lata ſententia excommunicationis per Dominum noſtrum Secundum Caſertanum Epiſcopum, lata eſt, in omnes qui moleſtantes Eccleſiam Caſeetanam ſuper poſſeſſionem molendinorum ſuorum, vel fecerint violentiam in præjudicium ejus: quicumque hoc fecerit, anathema ſit.* Deſiit adminiſtrare Eccleſiam Caſertanam hic Secundus ſequenti anno 1286.

XIII. 13. AZZO, vel ACTO, qui & Anconus, & Azonus aliquando nuncupatur, patria Parmenſis, Caſertanam Eccleſiam poſt Secundum ante annum 1290. regendam ſuſcepit, cujus memoria habetur in monumeotis hujus Eccleſiæ ab hoc anno ad annum uſque 1310. quo obiit, ſepultus in choro Eccleſiæ Epiſcopii in marmoreo tumulo, ubi ad pedes ejuſdem depicti Epiſcopi, urbs proſtabat Caſertana, & hæc verba ſcripta.

De Lombardia quem victrix Parma creavit
Et S. Michael Caſerta Pontificavit.
Azo pius Præſul hanc Eccleſiam relevavit,
Moribus & vita dotavit & amplificavit.
Hic jacet in Sede, ſed cœli ſedes in æde.
Anno MCCCX.

Supra Eccleſiæ fores S. Agathæ Oppidi Magdaloni Caſertanæ Diœceſis Azonis extat memoria, cujus ipſe fuit fundator in hæc verba.

Præſul Caſertæ conſtruxit opere templum
Azo quod cernis Agathæ devote modernis,
Quæ Mathaloneſes ſervat, quoque Cathanienſes.

De Caſerta — *S. Agatha* — *PP. Nicolaus IIII.* — *Gerardus Legatus Sab. Epiſc.* — *MCC LXXXIX*
S. Angelus — *Rex Carolus II.* — *Azzo Epſ.* — *De Parma* — *Men. Feb.*
Mentem S. Spont. ad h. Dei & P. liberat. — *Ind. II.*

Ceterum de eo in notis Caſertanis hec narrantur. *In anno 1310. rexerat Eccleſiam Caſtrtanam Azo Pius, reſpectu cujus religiouis Imperatores diverſas conceſſiones Caſcrtanæ impertiti fuerant Eccleſiæ, prout ex privilegiis, huc uſque conſervatis inſpicitur. Hujus Paſtoris, quanta fuerit illibata, & intacta vita, ex hoc evidentiſſime dignoſcitur, quod tempore ſuæ mortis, ſepultam ejus cadaver in choro Canonicorum Cathedralis, dum idem chorus alibi deſignatus deſtruebatur; inventum fuit anno 1610. poſt trecentos annos incorraptum, & intactum, etiam in veſtibus: quapropter nobiliori in loco à Domino Deodato Gentili collocatum od hac uſque tempora indiviſum perſeverat; unde ſperatur, quod inter Sanctos gaudeat, & pro Caſertano Clero & Populo ſibi quondam commiſſo roget, & impetret.* Optimus verò & proficuus Præſul fuit, omnemque ſuam Induſtriam & operam præſtitit, ut vetera ſuę Eccleſiæ jura in tot bellorum calamitatibus uſurpata recuperaret; eo enim ipſo anno 1290. cum quondam Petro Pucheril Caſertæ Domino pro iiſdem litem habuit acerrimam, quam de communi voluotate definiendo explicavit Guillelmus de Godono auctoritate Berardi Prænestini Card. Siciliæ Regni Legati. Hanc deindè inſtante Azone confirmavit Carolus II. Siciliæ Rex anno 1304. in hunc modum ab exemplati exſcriptum.

Carolus Secundus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forchalquerii Comes.

Univerſis præſentis ſcripti ſeriem ſuſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris. Operam daturus eſt Principes, atque contra faſgeſta ſint, fructum obtinere non valeant, & quæ benè, recteque geruntur firmitatis robore fulgeant. Sanctus Venerabilis Pater Azo Caſertanus Epiſcopus dilectus, fidelis & devotus noſter exponens noviter coram nobis, quod olim pro dicta ſua Eccleſia ex parte una, & quondam Petri Braberii militis fidelis noſtri tunc Domini Caſertæ ex altera, de certis, ut infra deſcribitur quæſtionibus lis eſt verſata, quam de communi concordia Venerabilis vir Guglielmus de Godorio, tunc Cantor Colimbricenſ. tunc Salernitanus Electus, & Cancellarius Roberti Primogeniti noſtri Ducis Calabriæ, ac in Regno Siciliæ Vicarii Generalis Conſiliarius, & familiaris noſter dilectus, & Andreas de Capua tunc magnæ noſtræ Curię Judex deciſione debita determinaverunt quoddam patens ſcriptam publicum munitum ſigillis pendentibus bo. me. Domini Berardi Prenestin. Epiſcopi, nunc in Regno Siciliæ Apoſtolicę Sedis Legati, nec non prędictorum Electi, & Andreę de Capua prędictorum Epiſcopi, & Petri Braberii oſtendis in Curia non abolitum, non abraſum, nec in aliqua ſui parte corruptum; continentię per omnia ſubſequentis. Univerſis preſentes litteras inſpecturis, Guglielmus de Bodorio Cantor Colimbrienſ. Domini Papæ Capellanus, Reverendi Patris Domini B. Epiſcopi Praeneſtin. in Regno Siciliæ Apoſtolicę Sedis Legati Cancellarius, & Andreas de Capua Juris Civilis Profeſſor ſalutem in Domino. Noverint univerſi, quod cum inter Venerabilem Patrem Dominum Azzonum Epiſcopum Caſertanum ex parte una, & nobilem virum Dominum Petrum de Beaberiis Dominum Caſertæ ſuper Jure Bannorum, & Aſſiſiarum vaſſallorum Eccleſiæ Caſertanæ, quę dictus Dominus Epiſcopus ad eum ſpectare dicebat, & dictus Dominus Petrus negabat omninò, lis & quæſtio vertere-

tur,

tur, prædicti Dominus Epiſcopus pro ſe, ac Eccleſia ſua de Reverendi B. Epiſcopi Præneſtin. Apoſtolicæ Sedis Legati licentia & conſenſu, & dictus Dominus Petrus pro ſe, ac ſucceſſoribus ſuis nobis præcisè, ac liberè deciſionem cauſæ hujuſmodi commiſerunt. Et nos de quaſtione ipſa, ac lite ſummariè abſque judicii ſtrepitu cognoſcentes inter prædictas partes diffinire, ac ordinare, prout nobis videretur expediens curaremus. Nos verò æquitatem ſequi volentes potius, quàm rigorem, de prædictorum Dominorum Legati Epiſcopi, & Petri voluntate, ſcientia, & conſenſu, ac ordinatione in perpetuum valitura ſancimus, quod Aſſiſæ, ac Banna per Dominum Petrum, & ſucceſſores ſuos nomine Curiæ in civitate Caſertæ, ac etiam Domino in poſterum imponantur, quod ſuper illis de vaſſallis Eccleſiæ in Curia dicti Domini Epiſcopi cognoſcantur, & ab excedentibus exigantur, & quod dictus Dominus Epiſcopus medietatem eorundem Bannorum, & Aſſiſiarum, & dictus Dominus Petrus nomine Curiæ medietatem reliquam conſequantur, & ita in perpetuum inter eos decernimus debere inviolabiliter obſervari, ſupplicans Reverendo Patri Domino Berardo Epiſcopo Præneſtino Apoſtolicæ Sedis Legato has noſtræ deciſionis, ordinationis, & decreti litteras de mandato noſtro per Petrum Nicolai de Guaerino Notarium publicum in publicam formam redactas, & ſigillorum noſtrorum appenſione munitas dignetur mandare ſigilli ſui robore muniri. Lata, & pronunciata fuit dicta ordinatio per ſupradictos Dominos Guglielmum Cancellarium, & Andream Juris civilis Profeſſorem Capuæ in domo quondam Judicis Petri de vinea, Anno à Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo, Indictione tertia, Pontificatus Domini Nicolai Papæ IV. anno tertio menſe Junii die ultima, præſentibus religioſis viris Fr. Laurentio Abbate Monaſterii S. Leonis de Trivineis, Fr. Thomaſio, & reliquis.

Poſtea nos, qui Eccleſiarum libertatem, & juris incrementa diligimus, etiam in hoc ſupplicationibus inclinati, deciſioni, ordinationi, & decreto præfatis prout ſupra notantur, & providè lata ſunt de certa ſcientia tenore præſentium gratioſius aſſentimus, & illa ratificamus, & confirmationis noſtræ munimine roboramus.

Datum Neapoli per Bartholomæum de Capua militem Logotheтum, & Protbonotarium Regni Siciliæ Anno Domini milleſimo treceнteſimo quarto, die decimaquinta menſis Maji, Regnorum noſtrorum anno vigeſimo.

Supplicem libellum anno antecedenti dederat Azzo Regi Carolo pro decimis ſuæ Eccleſiæ vindicandis, quas olim Neapolitani Reges liberaliter Caſertano Epiſcopatui dono dederant, à quo benignè auditus regia fuſa liberalitate, omnium confirmationem recepit, ut in privilegio ejuſdem Caroli pleniùs continetur, quod hic libet inſerere ab originali deſumptum, quod hactenus aſſervatur in ejuſdem Eccleſiæ tabulario.

Carolus Secundus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ Foralquerii Comes.

Univerſis præſentes litteras inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris ad Eccleſias ſingulas, & venerabiles Dei domos ſpecialem honeſtatis reverentiam, ſpem & fidem, illas quantum bono modo poſſumus & favoribus proſequimur, & gratiis ampliamus. Hæc pro parte venerabilis Patris Azzonis, Dei gratia Epiſcopi Caſertani dilecti & devoti noſtri, & ſuæ majoris Eccleſiæ Caſertanę oblata culmini noſtro petitio continebat; Quod ab olim Catholicorum Regum Sicilię prędeceſſorum noſtrorum temporibus Comites Caſertę, alii Barones, milites, & perſonę alię prędictę majori Eccleſię Caſertanę divinę pietatis intuitu, & pro ſuorum remiſſione peccaminum liberaliter obtulerunt, indulſerunt, & conceſſerunt in Civitate Caſertæ, & Caſtris Murroni, Limatulę, Ducentę, & Magdaloni, ac in Terra Lanei de pertinentiis Capuę, de domanio videlicet terrarum ipſarum decimas integras, ſcilicet in prędicta Civitate Caſertę, de calcariis terrarum, redditibus in pecunia, ſeu de tarenis, redditibus, gallinarum, caponum, & aliorum pullorũ, de ſcaticis, porcellis, agnis, ſpallis, olivis, jardinis, uvis vindemialibus, omnibus pratis . . . armentis, jumentorum, bubalorum, vaccarum, gregibus ovium, & porcorum, pecunia, fidantiæ, ſirraneorum, & de omni alia moneta, præterquam de forſafuris in Civitate Caſertę, & de Calzariis, & tranſituris ter . . . . bus in pecunia, ſeu de tarenis, redditibus gallinarum, caponum & aliorum pullorum, ſcaticis, porcellis, agnis, & ſgoallis, victualibus omnibus provenientibus ex cæſis montis Gloppæ, montis Galliolæ, & cæſis aliis Foretanis Curiæ dicti Caſtri ſpectantibus, juribus, medietatis olivarum, pomorum omnium provenientium tam ſubtus, quam ſupra ex Starzia Gentovani, Starzia Feneſtræ, Starzia Plantilli, & Starzia Anchillani, Jardino, maſſarię, & Jardino Parcipratis, & lupinis proventibus molendini Gentovani de Scaſſo, armentis jumentorum, bubalorum, & vaccarum, gregibus ovium, & porcorum primitiis pullorum equinorum, pecunia fidantiæ, foreſtrarum, & de omni alia pecunia, præterquam de Forfaturis in Limatula, de Calgariis terrarum, redditibus in pecunia, ſeu de tarenis, redditibus gallinarum, caponum, & aliorum pullorum ſcaticis, porcellis, agnis et ſpallis, toto vino, olivis, et victualibus omnibus, paſſaggio lintrium, ſeu ſcaphę, paternis proventibus molendinorum majorum, pecunia fidantiæ foreſtrarum, ſcaſſo de omnibus armentis jumentorum, bubalorum, & vaccarum gregibus ovium, & porcorum, de tota moneta, præterquam de forfacturis in ducenta, de calgariis terrarum, redditibus in pecunia, ſeu de tarenis, & redditibus gallinarum, caponum, & aliorum pullorum ſcaticis, porcellis, ſpallis & agnis, Jure plateatici, ſeu paſſaggii, victualibus, & uvis omnibus provenientibus ex tribus ſtarziis Domanii dicti Caſtri, videlicet Starzia Venulæ, Starzia Caſtaldi, & Starzia Novelletti, & Jardino Domanii, pecunia fidantiæ Foreſtrarum, & de Scaſſo Armentis Jumentorum, Bubalorum, & Vaccarum, gregibus ovium, & porcorum de tota moneta, præterquam de Forfacturis in Magdalono de Domanio proventibus Curiæ majoris omnibus feudis militum exiſtentibus in territorio dicti Caſtri, proventibus feudi, quod olim tenuit Petrus de Eroto miles in Corvino, proventibus fendi, quod olim tenuit Guglielmus Carbonus miles in pertinentiis dicti Caſtri, de omnibus victualibus proventibus ex Starziis Curiæ, & proventibus bajulationis, & jure plateatici dicti Caſtri, & in Teera Lanei de omnibus victualibus, proventibus de loco Saltano, & de Terra Lanei, de lino, frumento, hordeo, & aliis victualibus provenientibus ex feudo, quod olim tenuit Gentilis de Aquino miles in territorio ſuprndicto. Quas quidem decimas, ſicut ſuperius deſcribuntur, idem Epiſcopus, & prædeceſſores in nomine prędictę ſuę majoris Eccleſię Caſertanę ab eo tempore cujus jure extat memoria integraliter, ut aſſerit, perceperunt, propter quod memoratus Epiſcopus ipſius Eccleſię ſuæ, nomine Celſitudinis noſtrę petiit humiliter, ut hujuſmodi Decimas ejuſdem Eccleſiæ confirmare de noſtræ benignitatis gratia dignaremur. Nos ergo ob reverentiam Regis Regum, per quem vivimus, & regnamus ipſius Epiſcopi ſupplicationibus in hac parte benignius exauditis, prædictas oblationes, Indulta & conceſſiones, prout providè facta ſunt, & quatenus decimas ipſas jure ac rationabiliter poſſidentur & tenentur de noſtra gratia confirmamus, Juribus Curię noſtrę & cujuslibet alterius ſemper ſalvis. In cujus rei teſtimonium & prędictæ Eccleſiæ Caſertanæ cautelam pręſentes litteras duplicatas ex inde fieri, & aurea Bulla Majeſtatis noſtræ impreſſa Typario juſſimus communiri.

Datum Neap. per Bartholomæum de Capua militem, & protbonotarium Regni Siciliæ Anno Domini milleſimo trecenteſimo tertio. Die nona Julii, primæ

In-

ndictionis, Regnorum noſtrorum Anno decimonono.

XIV. 14. Fr. ANTONIUS, Ordo (1) & patria ignorantur, reperitur Caſertanus Epiſcopus anno 1310. in reg. regii Archivii Neapolitani.

XV. 15. BENEVENTUS à Joanne XXII. Caſertanom Epiſcoparum ſuſcepit, cujus mentio in Archivio Reg. Neapol. aono 1322. Interſuit conſecrationi Fr. Petri Borbelli de Cajeta Epiſcopi Calinenſis Neapoli celebrata. Exceſſit anno 1345. Hic etiam litem exercuit cum Caſertæ Comitibus, ejuſque vaſſallis, quæ taodem Roberto Rege mandante per delegatos judices ſedata eſt anno 1327. ut ex documento ejuſdem Regis habetor, quod hic proponitur ab exemplari.

Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Provinciæ, & Foequalquerii, ac Pedemontis Comes.

Univerſis præſeatis ſcripti ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futueis. Operam daturus eſt Princeps, ut quæ contra fas geſta ſunt fructum obtiaere non valeant, ut quæ bene, recteque geruntur, firmitatis effectum, vigoris eobur ſortiautue. Sane venerabilis Patee Beneventus Caſeetaaus Epiſcopus dilectus Conſiliarius, & familiaris noſter expoſuit novitee coeam Nobis, quod orta dudum generis materia inter eum pro paete ſuæ Caſertanæ Eccleſiæ, & homiues de Caſeeta, & Caſalium ejus Vaſſallorum ipſius ſuæ Eccleſiæ ex una parte, & quondam Didacum de la Ratta magnum Regni Siciliæ Camerarium, & Caſertæ Comitem, ac ſucceſſivè inter ipſum Epiſcopum, homines, & vaſſallos prædictos, & Nobilem juvenem Franciſcum de la Ratta Comitem Caſertanum filium ipſius Didaci, & heredem in ipſo Comitatu, majorem novem annis, minorem quatuordecim, & Odoliriam de Claromonte conſoetem nobilis Viei Johaadis Ruffi de Calabria Comitis Montis alti matrem dicti Franciſci de Diano, militem noſtræ Curiæ, magnum Siciliæ Balios ipſius Franciſci Baliatus nomine ex altera. Partes ipſæ ad cauſam, concordiam, compoſitionem, pactum, & tranſactionem devenerunt noſtro ad hoc beneplacito reſervato præſenti inſtrumento publico infra hæc & alia, ponuntur plenius contineri; Cujus inſtrumenti tenor talis eſt. In Chriſti nomine Ameo. *Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo vigeſimoſeptimo, eeguante Sereniſſimo Domino noſtro Robeeto Dei gratia Rege Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Peovinciæ, Foralquerii, ac Pedimontis Comitis, Regnorum veeò ejus anno duodecimo feliciter amen. Die vigeſima ſeptima Menſis decimæ indictionis Neapoli. Nos Barceus Pudericus Judex Civitatis Neap. ad Contractus, Lucas Vidantes de eadem civitate publicus ubique pee totum Regaum Siciliæ Notarius, & teſtes infraſcripti ad hoc ſpecialiter vocati & eogati, præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod orta dudum materia, & quæſtione inter Venerabilem in Chriſto Patrem Dominum* Beneventum miſeratione divina Caſertanum Epiſcopum *pro & ſua majori Eccleſia Caſeetana, ac homines, & Vaſſallos dictæ Eccleſiæ civitatis Caſertæ, Caſalium Puccianelli, & Putei veteeis, Caſalium prædictæ Eccleſiæ, & cæteeorum Caſalium dictæ civitatis Caſertæ Vaſallos dictæ Eccleſiæ ex una parte, & quondam virum magnificum Dominum Diegbum de la Ratta Caſertæ Comitem, magnum Regni Siciliæ Camerarium, ac officiale, & homines ipſius Terræ ex altera ſupre eo quod ipſe Comes, & officiales ipſius peo parte ſua petebant, & exigebant ab ipſis Vaſſallis, & hominibus Eccleſiæ Caſeetanæ ſubventiones, & ſubſidia, ſeu dona, peout & quando exigebat, & ipſe Comes exigi faciebat à propeiis vaſſallis & hominibus ipſius civitatis Caſertæ, ſeu exigeee, & petere poterat ſecundem Regni Conſtitutiones, & Capitula, & ſuper eo etiam quod ipſe Comes petebat & exigebat, ſeu pee ſuos officiles peti & exigi faciebat annuatim*

A *ab eiſdem vaſſallis Eccleſiæ prędictę Caſertanę quantitatem pecuniæ pro vindemiatura, quod vulgariter Scolatinum Vindemiarum vocatur, prout ipſe Comes per ſe, & Officiales ſuos exigebat à vaſſallis propriis & aliis quibuſcuaque extraneis annis ſingulis ad vindemiandum venientibus ad territorium dictę Terræ, & ſuper eo quod ipſe Comes, & officiales pro parte ipſius nitebantur cogere & cogebant vaſſallos dictæ Eccleſiæ coram ſe & ſuis officialibus in judicio reſpondere conqueeentibus de eiſdem, de Cauſis omnibus prout ſuos vaſſallos proprios cogebat, & cogere poterat puaiendo eos de delictis commiſſis, & aliis exceſſibus, prout de propriis vaſſallis faciebat, & ſuper eo quod idem Comes, & ejus Officiales pro paete ipſius cogebant, & cogere nitebantur prædictos vaſſallos Eccleſiæ prædictæ, ſeu aliquos ex eiſdem gerere officia ipſius Comitis, maſſaria, foreſtearia, & alia officia exercere, & eos angaetando, & aggravando in iis, & aliis peo eorum arbitrio voluntario, prædicto Domino Comite, & ejus officialibus aſſeeentibus, prædicta de jure, & approbata conſuetudine ſe facere poſſe, & ſe*
B *& ſuo Anteceſſores in eodem Comitatu fuiſſe & eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione exigendi, petendi, & faciendi prædicta, & quælibet prædictorum, à tempoee cujus contrarium hominum memoria non extabat. Verſa vice dicto Domino Epiſcopo, hominibus & vaſſallis dictæ Eccleſiæ prorſus negantibus, & aſſeeentibus prædictum Comitem, & ejus officiales peædicta, vel aliqua ex prædictis de jure, vel conſuetudiae facere non poſſe, nec debeee, & ſuos anteceſſoees & ipſum minimè feciſſe, & eſſe in poſſeſſione, vel quaſi prædictorum, vel aliquorum ex eis, aſſerentibus etiam prædicto Domino Epiſcopo & vaſſallis, ſe gravatos fuiſſe & eſſe indebitè. propterea ſuper petitione, oblatione, & eeceptione certorum pignorum & certæ quantitatis pecuniæ facta dictis vaſſallis Eccleſiæ pee officiales peædictos, & ſuper decimis, & pecuniis bonorum dictæ civitatis ipſius Comitis, quas dicto Epiſcopo petenti idem Comes, & ejus officiales præſtare, & ſolvere contra juſtitiam de-*
C *negabant, & ſuper certis ſententiis excommunicationis latis propterea per Epiſcopum dictum, & ejus officiales, contea officiales ipſius Domini Comitis, & certos vaſſallos ejuſdem civitatis Caſertæ, & Caſalium ei dantes ad prædicta. ſeu aliquod prædictorum conſilium & favorem ipſi Comiti, vel ejus officialibus. Et dum lis, & quæſtio prælibata per Illuſtriſſimum Dominum Caeolum Hieruſalem & Siciliæ Regis Robeeti Primogenitum Ducem Calabriæ, ac ejus Vicarium Generalem commiſſa eſſet nobilibus viris Domino Matthæo de Juvenario Juris civilis Peofeſſori Curiæ Vicariæ, & Regni Judici, & magiſtro Johandi de Barca, habita gratia dicti mei filii majoris, & coram eis dicta cauſa ventilata, antequam finem acciperet cauſa ipſa, Comes ipſe, ſicut Domino placuit, extitit vita functus, ut premiſſa omnia aſſerebantur per partes infraſcriptas, ſuperſtite eidem Comiti egregio juvene Feanciſco de la Rattha Caſertæ Comite, filio & hærede univerſali ipſius Comitis in Comitatu, & omnibus bonis ejus, & cauſis ipſis, & litibus inter eundem*
D *Epiſcopum pro parte ſuæ Eccleſiæ & Vaſſallos ipſius, & dictum Franciſcum Pupillum majorem noveunio, minoeem quatuordecim annis, cum voluntate, & authoritate dictæ Adoliciæ de Claromonte Montis-alti Comitiſſæ Conſortis magni Viri Domini Joannis Ruffi de Calabria Comitis, Matris dicti Franciſci, & Viri magnique Domini Odorici de Diano Militis magnæ Regiæ Curiæ magnifici Rationalis Baliorum dicti Feanciſci, de quorum baliatu per legales litteras, prout tenor ipſarum infea deſcribitur, & ſolemnitatibus deſuper adimpletis per eas plenè conſtat peopemodū ſubſequutis, & certis pignoribus, ſeu exactionibus factis, peopteeea per officiales dicti Franciſci Comitis, & dictoeum Baliorum ſuorum ut dicitur, de certis bonis mobilibus, & pecuniarum ſummis eeceptis, ſeu ablatis per eos ab hominibus, ſeu vaſſallis Eccleſiæ memoratæ, nec non certis excommunicationum ſen-*

(1) Fratrem Minorem fuiſſe Antonium colligi poteſt ex relatione itineris Italici Henrici VII. Imperatoris à Nicolao Epiſcopo Botrontinenſi conſcripta, & edita à Baluzio in tom 2. Vit. Papar. Avenion. in qua legitur: *Dominus Gentilis, & unus Epiſcopus de ordine Fratrum Minorum, credo quod vocabatur Epiſcopus Caſertanus, & erat Conſiliarius D. Joannis ad dominum D. Candulphi venerunt &c. p. 1195.*

A ſententiis latis propterea per eundem Epiſcopum, &
officialem ipſius, ut aſſeritur contra prędictos officiales
prædicti Franciſci, ac nonnullos homines de Caſeria,
& quoslibet aliunde Vaſſallos dicti Franciſci, & de
prędictis querelis diverſis hujuſmodi propoſitis coram
Regia Majeſtate, & in ea . . . Tandem Dei gratia
operante, qui declarat obſcura, tollit nodoſa, & in-
tellectum dat parvulis, ac amicorum interveniente
tractatu idem Dominus Epiſcopus pro ſe & familia
ſua Eccleſiaſtica, & pro ipſius hominibus, & vaſſal-
lis pręſentibus & futuris vaſſallis etiam dictę Eccle-
ſiæ. Et idem Franciſcus Comes Pupillus, major no-
vennio, minor tamen quatuordecim annis, ut præ-
dicitur, ſic ex aſpectu corporis apparebat, tum etiam
conſenſu dictorum Baliorum ſuorum, & ipſi Balii
Baliatus nomine quo ſupra, & aliis ſolemnitatibus
debitis plenè conſtat per litteras Regias, & Inventa-
rium infraſcriptum. Ex parte altera conſiderantes
quod ex hujuſmodi cauſa, lis & controverſia oriantur,
& ipſarum dubius eſt eventus, & ex eis ambæ partes
B gravarentur, de omnibus, & ſingulis controverſiis prę-
libatis vertentibus, & quæ veniri poſſunt propterea in
futurum inter partes eaſdem, Partes ipſæ voluntariè,
abſque vi, dolo, vel circumventione aliqua ad tranſ-
lationem, pactum, & concordiam ſubſcriptam devene-
runt; videlicet, quod ipſe Franciſcus Camerarius
Comes cum authoritate dictorum Baliorum ſuorum, et
Balii nomine quo ſupra ſponte & legitimè devene-
runt, & ceſſerunt dicto Domino Epiſcopo recipienti, &
ſolemniter ſtipulanti nomine dictæ ſuę Eccleſiæ omne
jus, omnemque actionem, quod & quæ eidem Fran-
ciſco Comiti, & hæredi, & ſucceſſoribus ejus, ac ſuis
inſuper, aliique, cui in futurum, &c. Comitatum præ-
dictum competit, & competere poſſet in poſterum ſu-
prædictis, & quodlibet prædictorum, illudque eidem
Domino Epiſcopo pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, & Ec-
cleſia ſua prædicta, ac eiſdem vaſſallis præſentibus,
& futuris prædictæ Eccleſiæ pro ſe, ſuiſque liberis,
& ſucceſſoribus in perpetuum remiſerunt, conceſſerũt,
& convenerunt, & propterea ad prædicta, & quodli-
C bet prædictorum fecerunt Procuratorem in eum ſuam
Epiſcopum antedictum nomine quo ſupra, & pactum
eis de ulterius non petendo fecerunt, & promiſerunt
ſolemniter prædicti Franciſcus, & Balii cum autho-
ritate & nomine quo ſupra eidem Domino Epiſcopo
recipienti & ſolemniter ſtipulanti pro ſe, dicta ſua
Eccleſia, & vaſſallis prædictis ipſius Eccleſiæ filiis
liberis, & hæredibus & ſucceſſoribus eorundem Vaſſal-
lorum nullo denique tempore impetere, ſeu moleſtare
ipſum Dominum Epiſcopum, & ſucceſſores ſuos, ipſos
vaſſallos, filios liberos, hæredes, & ſucceſſores eo-
rum in judicio, vel extra ſuper prædictis, vel aliquo
prædictorum, nec ſe intromittere de dictis vaſſallis
pro bonis, & rebus quæ tenent, & tenebunt in poſte-
rum à prędicta Eccleſia, hoc excepto, quod ſi vaſſalli di-
ctæ Eccleſię, vel vaſſalli dicti Comitis aliqua teneant,
vel tenebunt in feudum, ab utroque, quod liceat ipſi
Franciſco & Epiſcopo & hæredibus, & ſucceſſoribus
eorum pro ipſis bonis ſuis & aliis prout de jure poſſunt
exercere contrariis ipſam poteſtatem, quæ de ſui ju-
D re competeret, & ipſum Dominum Epiſcopum, & ejus
ſucceſſores & dictam Eccleſiam permittere uti libere
prædictis hominibus, & vaſſallis ſuis, & dictæ Ec-
cleſiæ non excedendo juriſdictionem in eoſdem vaſſal-
los Eccleſiæ, vel aliquos eorundem hæredum liberos
filios, & ſucceſſores ipſorum, vel alterius eorumdem
jura; quamque vel controverſiam, vel juriſdictionem
ipſius Epiſcopi, & ſucceſſorum ejus in eorundem vaſ-
ſallos in aliquo turbare, vel impedire, ſive ſubvectio-
nem aliquam ab eis petere, vel exigere, etiam in ca-
ſu quo à propriis vaſſallis ipſe Comes, vel alius pro
parte ſua ſecundum Regni conſtitutionem jura & con-
ſuetudinem poſſet petere & exigere. Promiſerunt etiã
ipſe Franciſcus cum authoritate dictorum Baliorum,
& ipſi Balii nullas operas vindemiarum, vel ſcalaſi-
ni, ſeu pecuniam pro eis petere, vel exigere, ſeu pe-
ti & exigi facere ab eiſdem Vaſſallis filiis liberis hæ-
redibus, & ſucceſſoribus eorumdem, vaſſallis ipſius
Eccleſiæ, quibus utrunque, ſeu aliquo eorundem, nec

A etiam prædictos vaſſallos ipſius Eccleſiæ liberos hæ-
redes, & ſucceſſores eorundem vaſſallos ipſius Eccle-
ſiæ Officiales conſtituere, ſeu etiam ordinare, nec eos
aliter indebite aggravare, ſeu etiam angariare. Hoc
tamen acto, & reſervato expreſtè inter partes eaſ-
dem, quod quandocunque homines, & vaſſalli dictæ
Eccleſiæ, qui ad præſens ſunt, vel per tempora fece-
rint contra Aſſiſam dictæ Juriſdictionis factam, &
faciendam inter eandem, & Caſalia per ipſum Comi-
tem, vel ſuos ſucceſſores, vel Officiales ipſorum face-
rent, vel in pœnam contra dictam Aſſiſam inciderint,
quod ipſe Dominus Epiſcopus, & ſui ſucceſſores, vel
eorum Vicarii, qui pro tempore fuerint, de iis cogno-
ſcent, & cognoſcere debeant, & condemnabunt, & con-
demnare debeant prædictos Vaſſallos Eccleſiæ ſecun-
dum formam Aſſiſæ antedictæ, & medietatem pœnæ
dabunt, & aſſignabunt, dari et aſſignari facere tenean-
tur dictis Franciſco, & ejus hæredibus, & ſucceſſori-
bus, reliquas medietates remanentes dicto Epiſcopo
& ejus ſucceſſoribus. Promiſerunt inſuper dictus
B Franciſcus cum authoritate qua ſupra, & ipſi Balii,
Baliatus nomine ipſi Domino Epiſcopo pro ſe, Eccleſia,
& Vaſſallis prædictis reſtituere, & reſtitui facere om-
nia pignora, & pecuniam, & bona alia accepta per vim
dicti Comitis, ut dixerunt, à Vaſſallis dictæ Eccleſiæ
olim de menſe Januarii, & Februarii proximis pręte-
ritis, & in aliis temporibus, ſi extant, & inveniun-
tur, &c. in poteſtate prædicti pupilli, vel ſuorum Offi-
cialium bona fide, ita quod nulla fraus adhibeatur. Et
verſa vice prædictus Dominus Epiſcopus ex jam di-
cta quæſtione, concordiæ, pacti, & conventionis, ſive
tranſactionis pro ſe & Eccleſia ſua, & ſucceſſoribus
ſpontè & liberè remiſit, donavit, & relaxavit eidem
Franciſco & Baliis, cum authoritate, & nomine quo
ſupra pro eo & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus omnes
Decimas, & primitias quinq; annorum præteritorum,
quas recipere debebat dictus Epiſcopus pro parte Ec-
cleſiæ à prędicto quondam Comite, & ſucceſſivè à dicto
Franciſco, ut dixit, & quas recipere conſueverant, &
debuerant Prædeceſſores ejuſdem Domini Epiſcopi,
C ut aſſeritur pro bonis ipſius quondam Comitis, & nunc
dicti Franciſci in civitate Caſertana, & Territorio
ipſius, & pro quocunque alio tempore, quo forte prædi-
ctus quondam Comes, & ejus prædeceſſores in dicto
Comitatu, ipſeque Franciſcus Epiſcopis, qui pro tem-
pore fuerunt in dicta Civitate, minimè integrè, vel
nullo modo prædictis Epiſcopis per tempora ſoluta
fuerunt; de quibus decimis, & primitiis debitis pro
retroactis temporibus uſque in præſentem diem per
prædictum Franciſcum, & prædeceſſores ſuos prædi-
cto Epiſcopo & prædeceſſoribus ejus, & ante dictæ
Eccleſiæ . . . prædictis Baliis, ſuperioribus nomi-
ne quo ſupra, & eidem Franciſco cum authoritate di-
ctorum nullo unquam tempore impetere, vel etiam mo-
leſtare eum, vel ſuos hæredes & ſucceſſores pro prædi-
ctis decimis, & primitiis præteritis non ſolutis, ſed
futuras decimas, & primitias ipſi Domino Epiſcopo
& ſucceſſoribus ejus promittunt ſolvere, prout juſtum
fuerit in futurum. Promiſit inſuper prædictus Domi-
nus Epiſcopus pro ſe, & Eccleſia ſua, ac ſucceſſoribus
D ejus prædictis Baliis, & Franciſco ſtipulantibus cum
authoritate, & nomine quo ſupra pro remiſſione, con-
ceſſione, permutatione, & tranſactione prædictis dare,
tradere & ſolvere tam nomine ſuo, quàm Eccleſiæ, &
Vaſſallorum ipſius Eccleſiæ prælibatę uncias auri ſe-
xaginta per terminos infraſcriptos, videlicet uncias
triginta per totum menſem Maii proximè futuri, &
reliquas triginta per totum quintumdecimum diem
futurum menſis Julii in medietate ſequentis, de qui-
bus unciis ſexaginta promiſerunt prædicti Balii, &
Franciſcus cum authoritate eorum emere terras &
poſſeſſiones in dicta civitate Caſertana, vel ejus ter-
ritorio, quæ ſint, & eſſe debeant, ſeu ſuccedant in lo-
cum juris, quod eidem Franciſco & ſuis hęredibus, &
ſucceſſoribus fortè competebat, ſeu competere de jure
poterat, habebat, ſeu habere poterat, & habere & com-
petere prętendebat ſuper primitiis remiſſis, & donatis
eidem Epiſcopo, Eccleſię, & vaſſallis ipſius, vel ali-
quo prędictorum, quas poſſeſſiones, & bona emenda

præ-

prædictus Franciſcus pacificè, & quietè. . . . emere pro ſe & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, & fructus, redditus, & proventus inde percipere tanquam pleni, & veri Domini, & Patroni, non obſtante quod fortè poſſet dici, & diceretur, & probaretur eadem empta deberi Eccleſiæ, ut præfertur. Promiſit etiam prędictus Epiſcopus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis prædictis, Franciſco, & Baliis legitimè ſtipulantibus, ut ſupra abſolvere, ſeu abſolvi facere omnes & ſingulos Officiales homines, & vaſſallos dicti Franciſci, quos dictus Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius excommunicaverint à retroactis temporibus pro eo quod pignoraverant, ſeu juriſdictionem exercuerant, ſeu quæcunque alia fecerant, & commiſerant in prędictum Epiſcopum, Eccleſiam, officiales, vaſſallos ſuos pro prædictis cauſis, ſeu aliqua ipſarum quietavit & remiſit, atque legitime promiſit idem Dominus Epiſcopus ex cauſa dictæ tranſactionis, conceſſionis, pacti, & compoſitionis pro parte dictæ Eccleſiæ, & Vaſſallorum ſuorum eiſdem Franciſco & Baliis ſtipulantibus ut ſupra non impetere, ſeu quomodolibet moleſtare eundem Franciſcum, ſive hæredem & ſucceſſores occaſione aliqua expenſarum, & intereſſe decurſi, ſeu quæ ſunt, ſi ſunt, dictus Epiſcopus, & ſua Eccleſia, & Vaſſalli ipſius procuuſi prædictis, & omnia & ſingula, prout ambæ partes ſibi ad invicem ſolemniter, & legitimè ſemper habere ratu & firma, & contra ea, vel eorum aliquod non facere, vel venire per ſe, & eorum hæredes, ſeu ſucceſſores, promiſſa, confeſſata, contenta, ceſſa, data, donata & remiſſa, vel aliter inter eos acta ſint, ut ſupra continentur in judicio, vel extra de jure, vel de facto, per ſe, vel alios, publicè, vel occultè venire. Et expreſſè inter partes prædictas ſolemni ſtipulatione fuit inde conventum, quod denuo Comes Franciſcus, ejuſque ſucceſſores non recipiant in vaſſallos ſuos homines, & vaſſallos d. Eccleſiæ, vel aliquem eorundem, nec prædictus Epiſcopus, & ſucceſſores ſui recipiant in vaſſallos ſuos homines, & vaſſallos dicti Comitis, vel aliquem eorundem, per quod ipſi vaſſalli, vel aliqui eorundem trahuntur fortè intra vaſſallos eidem Eccleſiæ, vel aliquem eorundem authoritate ducali, vel aliqua alia authoritate Regni, ſeu Ducali. At ſi fortè illi, vel aliqui ex eis propterea excommunicati ſint, ipſe Epiſcopus illos exinde abſolvere teneatur. Pro quibus omnibus, & ſingulis adimplendis, & inviolabiliter obſervandis, tam prædictus Epiſcopus pro ſe & ſua Eccleſia, & vaſſallis prædictis, quam prędictus Franciſcus omni authoritate prædictorum Baliorum obligaverunt ſe & hęredes, & ſucceſſores eorũ, ac bona eorum omnia prædicta & ſubſcripta omnia, & ſingula adimplere & inviolabiliter obſervare ſub pœna unciarum auri ducentarum, quæ pœna ſolvi debeat, &c. per dictum Franciſcum Comitem, hæredem, & ſucceſſores in dicto Comitatu, ſi contra prædicta, vel aliquod prædictorum forſan fuerit per ipſum Franciſcum, hęredem, & ſucceſſores ejus prędictos, aut alium eorundem, ſeu officiales, vel officialem ipſius, aut alios eorundem commiſſum, ut videlicet medietas ipſius pœnæ Regiæ Curiæ, & reliqua medietas prædicto Domino Epiſcopo, & Eccleſiæ, ac ſucceſſoribus ipſius Epiſcopo, vel alteri applicetur; & ſi per dictum Epiſcopum, & ſucceſſores ſuos aut officiales, vel officialem ipſius, vel alterius eorundem contra prædicta, vel aliquod prædictorum factum fuerit, prædicta pœna ſtatim debeat ſolvi in perpetuum per eundem Epiſcopum, & ſucceſſores ſuos, vel alterum ipſorum, medietas pœnæ prædictæ ſit Domini Noſtri Papę, & reliqua medietas dicto Franciſco Comiti, hęredibus, & ſucceſſoribus ejus in Comitatu prędicto, vel alterius ipſorum, quam pœnam pro medietate prædicta ego prędictus Notarius Lucas publicus ut ſupra, tanquam para perſona pro parte dictæ Curiæ Regiæ à dicto Franciſco Comite, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis nunc authoritate qua ſupra, & pro parte dictæ Curiæ Domini Papæ à prædicto Epiſcopo per ſe & ſucceſſores ſuos in ſua Eccleſia, & legitimè ſtipulantibus, & pro reliqua medietate dictus Franciſcus Comes authoritate qua ſupra, & Epiſcopus per ſe, & ſucceſſores eorum fuerint ſibi ad invicem ſolemniter, & legitimè ſtipulãti, ſuum intereſſe deponens, & expenſarum litis, & extra litem, quæ contra prædictam partem obſervaretur, &c. præmiſſa omnia, & eorum ſingula ſubire contigerit præmiſſorum occaſione, vel cauſa, de quibus damnis intereſſe & expenſis, ſtatim ſimplici dicto cum ſacramento ejuſdem partis, nulla alia probatione & cauſa requirenda, quia ſic inter dictas partes fuit ſpecialiter conventum, & pœna prædicta toties committatur, & exigatur, ſeu exigi valeat à parte contrafaciente per partem obſervantem prædicta, ac dictam pecuniarum ſummam, & Cameram Apoſt. quoties contra eum, vel eorum aliquid ventum fuerit, ſive factum per partem aliquam earundem; qua pœna commiſſa, vel non commiſſa, exacta, vel non exacta, in toto, vel in parte, vel gratioſè remiſſa, omnia & ſingula prædicta, & ſubſcripta nihilominus rata maneant, atq; firma. Et promiſerunt ſibi partes ad invicem dict. Franciſcus cum authoritate qua ſupra, & ipſe Epiſcopus exceptioni doli mali, metus, & facti, rei non geſtę, non cogitatæ, vel aliter quam ſit conditio indebiti ob cauſam, vel ſine cauſa, & omnibus aliis exceptionibus, & juribus tam civilibus, quàm canonicis, conſtitutionum pariter editarum, & edendarum, omnibuſque privilegiis Apoſtolicis, & regalibus, impetratis, vel impetrandis, beneficio etiam reſtitutionis in integrum, & legum dicentium generalem poſitionem non valere, quia voluerunt nullam, &c. perindè ac ſi omnes caſus ſpecialiter fuiſſent expreſſi, legi etiam dicenti, donationes ultra dimidiam juſti partem poſſe reſtitui. Et pro majori cautela dicta Domina Comitiſſa, & dicti Balii dicti Franciſci Comitis juraverunt ad invicem ſibi ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta per ipſam Dominam Comitiſſam, & dictum Dominum. Balios ipſius Franciſci, & per partem dicti Domini Epiſcopi viſa, & antepoſita, ſed non tacta, omnia & ſingula ſupradicta vera eſſe, & inviolabiliter ea obſervari, & contra eam ullo tempore aliquid non facere, vel verbo, dicto, opere unquam aliquo. Acto expreſſè inter partes prædictas, quod pœna . . . per pœnam pecuniariam, vel una per aliam non tollatur, ſeu etiam ſuſpendatur; ſed ambæ ſimul, vel ſeparatim exigi valeant, & ſint cauſa eadem, quia præmiſſa, & ſubſcripta omnia, & ſingula acta & geſta ſunt coram nobis per partes, & per dictum Franciſcum Comitem cum authoritate qua ſupra ipſius, purè, cum bona fide, ſine fraude & dolo, & colludio; & quia ſupradicta bona feudalia tanguntur, ideo ſupradictus Dominus Epiſcopus per ſe, & ſucceſſores ſuos, & prædictos vaſſallos, & dictus Franciſcus Comes authoritate dictorum Baliorum ſuorum, & ipſi Balii reſervaverunt ſingula ſupradicta in beneplacito Regio, & aſſenſu ſuæ Majeſtatis Regiæ; prædicti Baliatus erant per omnia congruentiæ ſubſequentis.

Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, Forcalquerii, ac Pedemontis Comes.

Nobili mulieri Odolriæ de Claro-monte Comitiſſæ Caſertanæ, & Marino de Diano militi magnę noſtrę Curiæ Magiſtro Rationali Conſiliario familiari noſtro, gratiam ſuam, & bonam voluntatem, &c.

Spe certa tenentes, prout ex materno caritatis affectu, qua tu Comitiſſa jungeris Franciſco Pupillo Comiti Caſertæ, & hæredi quondam viri nobilis Diegbi della Ratta Caſertæ Comitis viri tui convenientes ex te, & ipſo ſuſcepto, & quod ex ſuſtentando fidem probitatis, conſcientiæ puritate, quibus tu pullulare dignoſceris, ipſius pupilli Comitis per nos diligenter, & ſollicitè debeatis procurare tibi Comitiſſę, non obſtante quod jam ad ſecunda vota volaſti uſq; ad noſtrum beneplacitum, tibique Marino de Diano, abſentia viri nobilis Guglielmi de Marſaco Squillacii Comitis teſtamentarii Balii eidem Pupillo Comiti conſtituto in Comitiva Caroli Ducis Calabriæ primogeniti noſtri Cariſſimi in partibus Turſiæ commorantis uſq; ad ejuſdem Comitis Squillacii reditum ad has partes duximus tenore præſentium de certa no-

ſtra ſcientia committendum, recepto à vobis ſolitæ fidelitatis, & de rebus ipſius Comitis pupilli ſalvandis corporali juramento ad Sancta Dei Evangelia. Quocirca fidelitati veſtræ præcipimus, quatenus baliatum ipſius pupilli Comitis majori veſtra authoritate. . . . . . revocantes terras, & bona ejus omnia ſtabilia, feudalia, & mobilia, ſe ſeque moventia recipere ad manus veſtras baliatus nomine pervenerint ad opus dicti Pupilli ſtudeatis diligenter, & fideliter procurare, & proventus omnes bonorum ipſorum integrè recipere, & habere per vos fideliter conſervandos, ipſi Comiti, & competenti ejus familiæ eorum Ducat. neceſſarium juxta ipſius facultatum exigentiam curabitis miniſtrare, obſervando modeſtiam, & ſumptum effrenem in locis & terris cohibendo; vineas autem, jardena, hortos, apothecas, & poſſeſſiones, quæ bona dicti pupilli Comitis fuerunt congruentibus, & debitis temporibus reparari, & excolere faciatis, prout fuerit opportunum de fructibus & proventibus terrarum, & bonorum ipſorum, ita quod in damnum, & præjudicium dicti pupilli Comitis non depereant, nec in aliquo devaſtentur, & præſtito debito tempore Curiæ noſtræ ſervitio pro terris & bonis ipſius debitum, reliquum quod de fructibus, ac proventibus terrarum, & bonorum ipſorum ſupererit, ad opus dicti pupilli Comitis ſtudeatis fideliter, obſervare facientes fieri de receptione terrarum, & bonorum ipſorum ſtabilium, feudalium, & mobilium, ſeſeque moventium tria publica conſimilia inventaria continentia ſtatum, & valorem omnium terrarum, & bonorum omnium exiſtentium ſive in animalibus, ſive in victualibus, aliiſve rebus conſiſtant, cum quantitate, qualitate, genere, ſpecie, ac diſtinctionibus omnium bonorum, & rerum hujuſmodi particulariter & diſtinctè, quorum unum Cameræ veſtræ, aliud magnis Rationalibus magnæ Curiæ noſtræ majeſtatis, tertium penes vos retineatis veſtri Ratiocinii tempore producendum. Præcipimus præterea, & mandamus, quod ſemel in anno quandiu baliatum ipſius geſſeritis, procuretis unum ſufficiens Inſtrumentum, & ad noſtram Curiam deſtinetis coram dictis Magiſtris Rationalibus de dicto baliatu computum faciatis. Volumus autem, quod poſtquam dictus Comes Squillacii venerit in iſtis partibus reſeſſurus, tu prædicte Marine ab officio præfato reſilias, cum volumus ſicut prædictum Squillacei Comitem teſtamentarium, ut prædicitur, baliatum exercere. Concedimus inſuper, ut cum vos Comitiſſa & Marinus perſonaliter aliis magis arduis negociis expreſsè implicati dictum Baliatus officium exercere perſonaliter nequitis, poſſitis ipſum per ſubſtitutum, vel ſubſtitutos idoneos, de quo, vel quibus ſit meritò confidendum, pro quibus etiam teneamini exercere.

Datum Neapoli per Joannem Grillum de Salerno Juris civilis profeſſorem Locumtenentem Prothonotarium Regni Siciliæ. Anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto, die 23. Decembris 10. Indict. Regnorum noſtrorum, anno octavo decimo.

Tenor autem Inſtrumenti publici dicti Inventarii per omnia talis erat.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione ejus milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo. Regnante autem feliciter Domino Noſtro Roberto Dei gratia Glorioſiſſimo Hieruſalem & Siciliæ Rege, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuę, Provinciæ, & Foralquerii ac Pedemontis Illuſtriſſimo Comite, Regnorum verò ejuſdem Domini noſtri anno octavo decimo, die vigeſima tertia menſis Martii, 10. Indict. apud Civitatem Capuæ. Nos Joannes Sebb. dictæ Civitatis Capuæ Judex, Philippus de Marathia de Montorio publicus ubique per totum Regnum Siciliæ Regia authoritate Notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod egregia D. Donna Odoliria de Claromonte Comitiſſa Caſertæ, & Montis alti, & magnus vir Dominus Marinus de Diano miles Magnæ Regiæ Curiæ magiſter Rationalis Balius egregii pupilli Franciſci della Rattha Comitis Caſertæ; Scientes ſe de multis bonis, & rebus ipſius pupilli Comitis ad Inventarii confectionem de jure teneri, & quia dicebantur pro majoribus ſuis ſervitiis occupati, & non poterant perſonaliter vacare, nec adeſſe confectioni Inventariorum de terris, & rebus, & bonis ipſius Comitis; Confiſi de fide, prudentia, & legalitate diſcretorum Virorum Judicis Simonis de Marantio & Notario de Caſerta, de Montorio ipſos abſentes, tanquam præſentes creaverunt, & conſtituerunt legitimos Procuratores, & Nuncios ſpeciales ad conferendum ſe ad terras, & loca ipſius pupilli Comitis ad faciendum Inventarium particulariter & diſtinctè de terris & bonis omnibus ſtabilibus, feudalibus, & mobilibus, ſe ſeque moventibus ipſius pupilli Comitis continens ſtatum, & valorem omnium terrarum, rerum & bonorum omnium ipſius pupilli Comitis cum diſtinctionibus opportunis, prout in procuratione cum inſerta forma litterarum Regalium vidimus hæc ſingula, & alia plenius contineri. Cujus procurationis tenor talis eſt.

In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Anno à Nativitate ipſius milleſimo trecenteſimo ſeptimo. Regnante Domino noſtro Roberto Dei gratia Inclyto Rege Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forqualquerii, ac Pedemontis Comite, Regnorum verò ejus anno octavo decimo, feliciter. Amen. Die ſeptima menſis Januarii 10. Indict. Neap. Nos Petrus de Madio dictus Calderinus Judex Civitatis Neap. Throbaldus Buſalunus de eadem Civitate publicus ubique per totum Regnum Siciliæ Regia authoritate Notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Præſenti ſcripto publico notum facimus, atque teſtamur, quod conſtitutis nobis in præſentia magnificorum virorum Dominæ Odoliriæ de Claromonte Comitiſſæ Caſertæ, & Domini Marini de Diano militis Magnæ Regiæ Curiæ Magiſtri Rationalis Baliorum noviter ordinatorum per ſacram Regiam majeſtatem Infantis egregii Franciſci della Rattha Comitis Caſertæ, prout apparet per quaſdam patentes litteras Regias pendenti ſigillo munitas, cujus tenor per omnia talis eſt.

Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, Foralquerii, ac Pedemontis Comes.

Nobili mulieri Odoliriæ de Claro-monte Comitiſſæ Caſertæ, & Marino de Diano militi magnę noſtrę Curiæ Magiſtro Rationali Conſiliario familiari, & fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem.

Spem certam tenentes quod ex maternæ caritatis affectu, quo tu Comitiſſa jungeris Franciſco pupillo Comiti nato tuo filio, & hæredi egregii viri nobilis Diegbi della Rattha Caſertæ Comitis viri tui communiter ex te, & ipſo ſuſcepto, & quod . . . . fidei probitatis inducti, ac bonæ conſcientiæ puritate, quibus tu Marine pullulare dignoſceris . . . . & bona ipſius pupilli Comitis, non obſtante quod jam ad ſecunda vota volaſti uſq; ad noſtrum beneplacitum, tibique Marine in abſentia viri nobilis Thomaſii Squillacii Comitis teſtamentarii Balii eidem pupillo Comiti conſtituto in comitiva Caroli Ducis Calabriæ primogeniti noſtri cariſſimi in partibus commorantis uſque ad ejuſdem Comitis Squillacii reditum ad has partes duximus tenore præſentium de certa noſtra ſcientia recepto à vobis ſolitæ fidelitatis, & de rebus ipſius Comitis pupilli ſalvandis, corporali ad Sancta Dei Evangelia juramento. Quocirca fidelitati veſtræ præcipimus, quatenus baliatum ipſius pupilli Comitis ad manus veſtras deven-

tum præſentium revocantes, terrae, & bona ejus omnia ſtabilia, feudalia, & mobilia, ſe ſeque moventia recipientes ad manus veſtrae illa Baliatus nomine ad opus dicti pupilli ſtudeatis diligenter & fideliter procurare, & proventus omnes bona ipſa integrè recipere & habere per vos fideliter conſervandos, de quibus prædicto pupillo Comiti, & competenti ejus familiæ eorum victui neceſſaria, & ipſius facultatem exigentiam curabitis miniſtrare, fines ipſius obſervando modeſtiæ, & ſumptuum effrenatam licentiam cohibendo; vineas autem, jardena, hortos, apothecas, & poſſeſſiones alias, quæ tunc bona dicti pupilli Comitis fuerant, congruè, & debitis temporibus reparari, & excoli faciatis, prout fuerit opportunum, de pecunia recepta per vos de fructibus & proventibus terrarum, & bonorum ipſorum, ita quod in damnum, & præjudicium dicti pupilli Comitis non depereant, nec in aliquo devaſtentur, & præſtito debito tempore Curiæ noſtræ ſervitio pro ſuis & bonis ipſius debito relevio, quod de fructibus & proventibus terrarum & bonorum ipſorum ſupereſt ad opus dicti pupilli Comitis ſtudeatis fideliter conſervare, facientes fieri de receptione, & bonorum ipſorum ſtabilium, feudalium, mobilium, ſe ſeq; moventium tria publica conſimilia inventaria continentia ſtatum & valorem annuum bonorum & terrarum omnium prædictorum per partes, & membra, ſive in animalibus, ſive in victualibus, aliiſq; rebus conſiſtant, cum quantitate, qualitate, genere, ſpecie, ac diſtinctionibus omnibus bonorum & rerum hujuſmodi particulariter, ac diſtinctè, quorum unum Curiæ noſtræ, & aliud magiſtris Rationalibus magnæ noſtræ Curiæ mittatis, certo penes vos retento veſtri cautione tempore producendo. Volumus præterea, & mandamus, quod ſemel in anno quandiu Baliatum ipſius geſſeritis procuretis, unum ſufficiens inſtrumentum & ad noſtram Curiam deſtinetis, coram dictis Magiſtris Rationalibus de dicto Baliatu computum debitum, &c. Volumus autem quod poſtquam dictus Comes Squillacii venerit in dictis partibus receſſurus, tu prædicte Marine à prædicto officio reſilias, cum velimus ipſius tunc per dictum Squillacii Comitem teſtamentarium, ut prædicitur Balium exercere. Concedimus inſuper, ut cum vos Comitiſſa, & Marinus perſonaliter aliis magis arduis negotiis, & expreſſis implicati dictum Baliatus officium exercere probabiliter nequitis, poſſitis ipſum per ſubſtitutum vel ſubſtitutos nominandos, de quo, vel quibus ſit neceſſariò confidendum, pro quibus etiam teneamini exercere. Datum Neapoli per Joandem Grillum de Salerno Juris civilis profeſſorem locumtenentem. . . . Regni Siciliæ anno Dom. milleſimo treceteſimo vigeſimo ſexto, die vigeſima tertia Decembris 10. Indict. Regnorum noſtrorum octavo decimo. Ipſique Balii volentes regia mandata exequi reverenter, & ſolemnia, quæ à jure requiruntur fieri per Balios adimplere, & præcipuè Inventarium conficere facto per vos Inventario de bonis & rebus ipſius pupilli in civitate Neap. conſiſtentibus, cum perſonaliter ad terras pupilli ipſius non valeant ſe conferre, aliis majoribus, ut dixerunt, negotiis impediti, confiſi de fide, prudentia, & legalitate diſcretorum virorum Judicis Simonis de Marathia, & Not. de Caſerta de montorio ipſos abſentes, tanquam præſentes, fecerunt, conſtituerunt, & legitimè ordinaverunt eorum veros & legitimos procuratores, factores, & nuncios ſpeciales ad conferendum ſe ad terras dicti pupilli, & de terris, & bonis tam mobilibus, quàm ſtabilibus conficiendum tria publica conſimilia Inventaria in ſingulis terris & bonis ejuſdem declarantia, & exprimentia terras, & bona ipſa, & annuum valorem ipſorum juxta formam litterarum ipſarum, dantes, & concedentes eiſdem procuratoribus in præmiſſis, & dependentibus, ex eiſdem plenam, liberam & generalem poteſtatem, & promiſerunt. . . præſentia, tanquam perſonæ publicæ ſtipulatæ nomine omnium, quorum intereſt, & intereſſe poterit, ſe ratum habituros, & firmum quicquid per procuratores eoſdem factum, & declaratum fuerit. . . . ſupradictum deinde ac ſi particulariter & realiter & perſonaliter conſtituentes, ante omnia conſenſerunt in me prædictum Judicem in ſuum, cum ſcirent ex certa eorum ſcientia me eorum Judicem in hac parte non eſſe. Ut autem de præmiſſis plenariè valeat adhiberi fides, factum eſt exinde hoc publicum Inſtrumentum per manus mei Notarii prædicti ſigno meo ſignatum ſub nomine prædicti Judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi. Ego prædictus Theobaldus publicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ Notarius, qui prædictis omnibus rogatus interfui, & ipſum meo ſigno conſueto ſignavi & abraſi, & emendavi ſuperius, ubi legitur in uno loco (majoribus ut dixerunt) & in alio loco, & locis non viſio, ſed errores nihil erant, qui Juden Simon, & Notar. Procuratores prædicti volentes procurationem ipſam juxta formam ipſius . . . In præſentia noſtra, qui ſupra Judicis, Notarii, & teſtium ſubſcriptorum ſtipulato die 23. menſ. Martii prædictæ 10. Indict. apud prædictam civitatem Capuæ de bonis & rebus ipſius Pupilli fecerunt Inventarium infraſcriptum, videlicet. Caſtrum Civitatis Caſertæ pro majori parte dirutum, in quo eſt ſala magna in parte diſcooperta, & ſunt ibi portæ duæ pro clauſura ipſius Caſtri, quaſi fractæ. Item locus unus, ubi dicitur lo Parchitello *cum olivis, fructibus ipſius Caſtri, & conſuetum eſt vendi in gabella annuatim pro unciis quindecim, quandoque plus, & quandoque minus, & hoc anno 10. Indictionis venditum eſt in gabella pro unciis viginti una. Item nemus arborum Caſtanearum, ubi dicitur Mons Calvus, & habet fines ab una parte Territorium Caſtri Vallæ, & ab aliis Montes Caſertæ, & conſuetum eſt vendi omni anno pro uncia una, & tar. tribus quandoque plus, & quandoque minus. Item petiam unam terræ cum olivis & quercubus, ubi dicitur Sanctus Clementus, & procuratur & tenetur in demanium, & habet fines ab una parte viā publicam, & ab alia rem Roberti Maczoni & Tomaſii Faroni. Item Startia una quæ dicitur de S. Helena cum aliquibus arboribus vitatis & fructiferis, & procuratur, & tenetur in demanium, & datur ad laborādum deſuper ad medietatem, & deſuper procuratur in demanium, & habet fines à duabus partibus viam publicam, & ab alia Startiam vidit de Caſtro mari. Item ſtartia una, quę dicitur* la Starza de la corte *cum arboribus vitatis, & fructibus, & procuratur, & eſt in demanium, & datur ad laborandum deſuper ad medietatem, & deſuper eſt in demanium, & procuratur, & habet fines à duabus partibus viam publicam. Item Startia una, quę dicitur de Arzano, cum arboribus vitatis, & fructiferis, & tenetur, & procuratur in demanium, & datur ad laborandū deſuper ad medietatem, & deſuper in demanium procuratur, & habet fines à duabus partibus viā publicā. Itē Mons S. Leucii, in quo ſunt arbores fructuum, Quercuum, Caſtanearū, & de Ilicibus, & eſt in demaniū, & jura ipſius vēdūtur in gabellam anno quolibet pro unciis decem, quandoq; plus, & quandoq; minus, ſed in anno prędictę Indict. 10. pręterito vendita fuerunt jura ipſius pro unciis decem; Jura ipſius procurantur in demanium, & habet fines ab una parte Territoriū Murroni, & ab alia eſt Mōs Roccę de Capua. Item redditus Caſertę debiti à nonnullis hominibus Civitatis ejuſdem, eſt & conſiſtit in angariis, pecunia, operibus vindemiarum, pullis, & debentur dicti redditus in Nativitate Domini, Reſurrectione Dominica, & de menſe Auguſti, & conſueta ſunt vendi jura ipſorum annuatim pro unciis viginti, aliquando plus, & quandoque minus, & hoc anno decimę Indictionis procuratur in demanium. Item jura Bajulationis, tactus cum virga, fuſtiq; damnis datis & cum ſit aliqua rixa per homines Civitatis ejuſdem Bajuli, qui pro tempore evenerit; Jura ipſa debeat habere medietatem pęnarum octavo Auguſti, ad quam rixantes, damnum dantes, &c. tenentur ſervando aſſiſiam Civitatis ipſius, & venduntur jura Bajulationis ipſius pro unciis decē, quādoq; plus, quādoq; minus, & hoc anno prędictę decimę Indict. procuratur in demanium Curię Bajulationis juribus, ut aſſeritur, ſtabilita eſt proviſio annua unciarum ſeptē facta per q. D. Comitē, & confirmatā per Balios ipſius nob. viro Magiſtro*

Laudalpho Sirouiano de Neapoli rationali Cameræ Regio Conſiliario, & familiari Regio, & ſuis hæredibus. Item domus de Plano, quæ dicitur la Torre *cum curtibus, ſalis, cameris, cellario, ſtabulo, furno, coquina, puteis duobus, & palmentis cum portis, feneſtris ferratis, & ſine ferro, clauſuris opportunis, in quibus domibus inventa ſunt bona mobilia infraſcripta, videlicet vegetes undecim plenas vino latino, quarum tres ſunt aurilico, & aliæ ſunt de vino albo, in quibus ſecundum communem exiſtimationem poſſet eſſe de vino puro aſque ad ſummam carratorum octo. Item vegetes vacuæ decem & octo capacitatis carratorum quindecim, & parum plus Item carratellus unus de bruſco, in quo eſt aliqua quantitas de Borgneſo. Itẽ lavellus unus de ligno pro carriandis uvis. Item cupellorum duo de ligno pro ponenda farina. Item bares duæ cum coopertorio Item lecteriæ ſeptem cum tabulis opportunis. Item balliſtæ duæ magnæ de oſſo cum teneris & cordis ad torno. Item ſala dictarum domorũ eſt circundata ſeggiis de ligno, & eſt ibi aderizatorium unum. Item tabulæ pro menſa de ligno quinque ſunt,* B *duæ tabulæ plecatoriæ, una magna, & alia parva. Item paria quinq; chriſpellorum. Item tabulæ viginti quinq; de popalo. Item Thnus unus ferratus pro menſura. Item ſchritellus unus de ære pro haurienda aqua de puteo. Item caſſiæ duæ cum coopertoriis. Item balneum unum de ligno. Item . . . . . . una pro conficiendo pane. Item arcella una de ligno. Item calderinus unus de ære fractus, ponderis lib. duodecim. Item puzunettus unus de ære pond. lib. ſex. Item ſartagouna de ære pond. lib. quatuor. Item par unum de bilanciis de ære pond. lib. . . . Item fiaſconi duo de ære pro aqua roſata. Item puzunettus unus de ære cum coopertorio pond. lib. quatuor. Item torcular unum neceſſarium in palmento, cum funiculis opportunis. Item boves quatuor domati. Item juga duo pro dictis bovibus, qui boves ſunt tres rubei, & alius albus. Item jardenum unum parvum conſtructum in in ipſis domibus de Turri cum arancis, limonibus,* C *cedeis, & aliis arboribus fructiferis, & pede uno di roſa, & jardenum ipſum eſt muro circundatum. Item jardenum unum aliud magnum conſtructum in ipſis domibus, & circundatum muris cum arboribus fructiferis, & arancis, & datur ad laborandum deſuper ad medietatem, & deſuper in demanium procuratur. Item ſtartia una conſinitima ipſis domibus, quæ dicitur ſtarzia feudi Turris cum arboribus vitatis & fructiferis, & datur ad laborandum deſuper ad medietatem, & deſuper in demanium procuratur, & habet fines à tribus partibus viam publicam. Item. . . . . . omnium ſtarziarum venduntur in gabella anno quolibet pro unciis novem, quandoque plus, & quandoque minus, ſed in anno dictæ decimæ indictionis præterito, vendita fuerunt pro unciis decem, & infraſcripto anno decimæ indictionis adhuc non ſunt vendita. Item feudum, quod dicitur S. Martini, & conſiſtit in juribus, & bonis ſtabilibus infraſcriptis, videlicet in domibus palatiatis, & palmento uno, & aliis domibus coopertis pliacis, & . . . . S. Martinus dicitur, per fines ab una parte viam publicam, ab alia res & bona Angeli Muſtani, & aliorum.* D *Item dictum feudum habet jardenum unum conſtructum in ipſis domibus cum arboribus vitatis, & fructiferis, & habet fines ab una parte viam publicam, & ab alia res Divæ Marinæ. Item habet ſtarziam unam conſtructam ipſis domibus cum arboribus vitatis, & fructiferis, ſcilicet olivi, & habet fines ferè ab omnibus partibus viam publicam. Item habet ſtarziam unam, quæ dicitur Starza S. Glorioſi, & habet finem ab una parte viam publicam, & ab alia res pheudi, quod dicitur de Agneſſa. Item habet ſtarziam unam ubi dicitur Caſtrata, & habet fines ab una parte viam publicam. Item ſtarziam unam, quæ dicitur Starza S. Petri, & habet fines ab una parte viam publicam, ab alia res . . . . Item redditus dictæ ſtarziæ qui conſiſtit in vaſſallis, & hominibus ipſius pheudi, conſiſtit in pecunia & pullis, & poſſet aſcendere ad ſummam unciarum auri quatuor, & carolenorum vigintiquatuor, quod totum pheudum facta commu-*

A *ni exiſtimatione poſſet in univerſo aſcendere ad ſummam unciarum auri viginti, & tenetur, & procuratur in demanium. Item pheudum Summanæ emptum per quendam dictum Comitem patrem ipſius pupilli, quod prædictus magiſter Laudulphus Sirianus tenebat ex dono dicti Domini Comitis, quod pridie ad requiſitionem dictorum Baliorum prædictus magiſter Laudulphus ſponte renunciavit pro parte dicti pupilli, prout prædicta omnia dictus magiſter Landulphus aſſeruit, & eſt, & procuratur in demanium, & conſiſtit in bonis ſubſcriptis, videlicet in domibus palatiatis, & palmentis, quæ domus ſunt in loco, ubi Summana dicitur, & habet fines ab una parte viam publicam, & ab alia res Caſertani de Faguto, in quibus domibus eſt veges una plena græco, in qua poſſet eſſe carrata una. Item inventæ ſunt in eiſdem domibus vegetes duæ fractæ. Item habet jardenum unum, & ſtartiam unam conſtructam ipſis domibus cum arboribus vitatis, & fructiferis, & habet fines à tribus partibus viam publicam. Item habet Starziam unam,* B *quæ dicitur ſtarza* de lo pede *cum arboribus vitatis, & fructiferis, & eſt ei finis ſtartia S. Helenæ, & ſtartia Domini Herrui de Riſo. Item habet terram unam ſitam in villa Falciani juris Civitatis prædictæ cum arboribus vitatis, & fructiferis, cui ab uno capite eſt finis via publica, ab alia domus majoris Eccleſiæ Caſertanæ. Item habet terram aliam in pertinentiis Murroni in loco, ubi dicitur . . . cui ab una parte eſt finis aquarum, ab alia eſt mons, qui dicitur mons Maurus. Item habet terram aliam in pertinentiis Limatulæ, ubi dicitur* la Curveta*, cui ab una parte eſt flumen, & ab alia, terra Demanii Limatulæ. Item habet terram aliam in villa Tori de pertinentiis Caſertæ, cui ab una parte eſt finis terra gallorum, ab alia terra ſtabilis de Rizio. Item habet terram aliam in loco, ubi dicitur* Corſicello*, cui ab una parte eſt mons, qui dicitur Virghus, ab alia terra* Jacobi Cocci. *Item habet terram aliam in loco, ubi dicitur* la Calcona*, cui ab una parte eſt via publica, ab alia terra Abbatis* C *Ioannis Textoris. Item habet terram aliam in loco, ubi dicitur monte Muſo, cui ab una parte eſt rivus, ab alia terra Petri de Vito. Item habet Territorium aliud in loco ubi dicitur* la fontana de lo Sambuco*, cui à duabus partibus eſt rivus, ab alia parte de Caſerta. Item habet terram aliam ſitam in loco, ubi dicitur* le Ceſolle*, cui ab una parte eſt Mons Brianus, ab alia Terra . . . . Item habet terram aliam in loco, ubi dicitur . . . . cui ab una parte eſt nemus, quod Virghus dicitur, ab alia parte eſt rivus. Item habet domos diverſas in Civitate Caſertæ, quarum ab una parte eſt Terra demanii Caſertæ, ab alia via publica, & ſigna prædictarum parvarum terrarum, locorum & bonorum omnium prædictorum, alii ſunt confines. Item habet territorium, quod debetur à nonnullis hominibus, & vaſſallis ipſius pheudi, & conſiſtit in pecunia, & certa quantitate pullorum, aſcendunt ad ſummam carolenorum vigintiquatuor, quod totum pheudum in univerſum poſſet aſcendere annuatim ad ſummam unciarum auri quindecim, quandoque plus, & quandoque minus, & tenetur, & procuratur in de-* D *manium. Item pheudum, quod tenet Riccius de Caſtro-Mari, conſiſtit in domibus, Vaſſallis, ſtarziis, poſſeſſionibus, redditibus, & juribus aliis, de quo præſtatur Comiti Caſertæ rectam pheudale ſervitium, videlicet cum adhatur, ſolvitur ex eo pro adhemento unciæ ſex, tareni tres, & gr. quindecim. Item feudum, quod tenetur per Pignatellos conſiſtit in domibus, vaſſallis, ſtartiis, poſſeſſionibus, redditibus, & juribus aliis, de quo præſtatur Domino civitatis Caſertæ certum feudale ſervitium, videlicet cum adhatur ſolvitur pro adhiamento unciarum auri una carolenis vigintiduo, & grana decem. Item feudum, quod tenet Johannes Antonius de Capece de Neap. vocatur feudum de Caſanova, & conſiſtit in domibus, vaſſallis, ſtartiis, poſſeſſionibus, redditibus, & juribus aliis, de quo præſtatur Domino civitatis Caſertæ certum feudale ſervitium, videlicet cum adhoatur, ſolvuntur ex eo pro adhoamento tareni viginti octo. Item feudum, quod tenet . . . filius quondam Domini.*

de Corrado, conſiſtit in domibus, vaſſallis, ſtartiis, poſſeſſionibus, redditibus, & juribus aliis, de quo præſtatur Dominio civitatis Caſertæ certum feudale ſervitium, videlicet cum adboatur, ſolvitur ex eo pro adboamento uncia auri una, tareni viginti tres, & grana undecim. In cujus rei teſtimonium, & tam Curiæ Regię, quàm dictorum Baliorum, & ipſius pupilli Comitis, & omnium, quorum intereſt, & intereſſe poterit certitudinem, & cautelam facta ſunt alia tria publica conſimilia inventaria, primum ad cautelam dictorum Baliorum, & alia duo, unum mittendum & aſſignandum Camerę Regiæ, & aliud mittendum & aſſignandum magiſtris Rationalibus magnæ Regiæ Curiæ pro cautela pupilli Comitis prælibati per manus mei Notarii ſupradicti, ſigno meo ſignatum, ſubſcriptione prædicti Judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratam, quod ſcripſi.

Ego prædictus Philippus publicus ubilibet per totum prædictum Regnum Siciliæ Regia authoritate Notarius, qui prædictis omnibus rogatus interfui, & ipſum meo conſueto ſigno ſignavi.
Ego qui ſupra Johannes Judex.
Ego Rogerius Murandi . . . Caſertæ teſtis ſum.
Ego Notarius Petrus . . . Bardus teſtis ſum.
Ego Notarius Andreas Philippi teſtis ſum.
Ego Judex Petrus Ballus teſtis ſum.
Ego Judex Angelus teſtis ſum.
Ego Jacobus Judex de Ragono teſtis ſum.
Ego Judex Philippus de Simone teſtis ſum.
Ego Notarius . . . Adenulfo teſtis ſum.

Quæ omnia ſupradictæ dictæ partes pure conſenſerunt in me prædictum Judicem expreſſum, cum ſcirent ex certa eorum ſcientia me ipſum Judicem in hac parte non eſſe . . . . . . ad futuram rei memoriam, & prædictarum partium, & omnium aliorum, quorum intereſt, & intereſſe poterit certitudinem, & cautelam facta ſunt; exinde de eo conſimilia inſtrumenta, prædictis verò pro cautela dictorum omnium, & pro . . . . & vaſſaliorum ſuorum, & aliud ad cautelam partis alterius per manus mei Notarii cum ſigno meo ſolito ſignatum ſubſcriptione mei prædicti Judicis, & manuum ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roborata, quę *Ego prædictus Lucas publicus ubilibet per totum prędictum Regnum Siciliæ Notariuſque prædictus in omnibus rogatus interfui, ipſoque meo conſueto ſigno ſignavi.*

Condidit Benvenutus Hoſpitale in Oppido Madaloni quod S. Barbaræ vocant, ut ibidem appoſita inſcriptio meminit,

Hoc Hoſpitale fecit fieri Benvenutus Epiſcopus Caſertanus anno
M.CCC.XXXI.

Et ad latera portæ S. Dionyſii in eodem Oppido legitur.

Hoc opus fieri fecit Benvenutus
Epiſcopus Caſertanus
M.CCC.XXXI.

XVI. 16. NICOLAUS Epiſcopus Muri per obitum Benevenuti translatus eſt ad hanc Caſertanam Eccleſiam à Clemente VI. anno 1345. 16. Kal. Julii, caſſata prius electione cujuſdam Hieronymi habita à Capitulo Caſertano, ex reg. Vatic. E. 19. fol. 11. anno 3. Sedit in hac Eccleſia ann. quinque, iterumque ab eodem Pontifice translatus eſt ad Epiſcopatum S. Agathæ Gothorum anno 1350.

XVII. 17. JACOBUS antea Epiſcopus S. Agathæ eodem die & anno, quo Nicolaus translatus eſt ad illam Eccleſiam, ipſe ad hanc Caſertanam tranſitum fecit anno 1350. vir omnium virtutum genere ornatiſſimus, cum multos annos laudabiliter præfuiſſet ſub Vrbano V. Pontifice extrema clauſit. Jacet in Cathedrali in Sacello S. Jacobi à ſe condito, quod prærogativis, & indulgentiis condecoravit, ut ibidem inſcriptio proloquitur.

Anno Domini M.CCCLXV. Pontificatus in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Vrbani Divina providentia Papæ V. anno ejus III. Die vero X. menſis Decemb. IIII. Indict. Nos Jacobus Dei gratia Caſertanus Epiſcopus fundavimus hanc Capellam noſtram, quam conſtrui fecimus ad honorem Dei, & ſub vocabulo S. Iacobi Zebedei, & Omnipotentis Dei miſericordia meritis, & authoritate, omnibus Chriſti fidelibus hanc noſtram Capellam devotè viſitantibus in die feſti ejuſdem S. Jacobi, nec non & in die dedicationis iſtius noſtræ Capellæ, & Eccleſiæ, & in ſingulis feſtivitatibus S. Michaelis Patroni ejuſdem noſtræ majoris Eccleſię Caſertanæ quadraginta dies de injuncta pœnitentia, miſericorditer in Domino relaxamus, & ea nunc etiam confirmamus quarumcunque Eccleſiarum indulgentias huic noſtræ Capellæ quocunque tempore concedentes ſimiliter in perpetuum duraturas.

Ad ejus verò tumulum in eodem Sacello, hæc brevis inſcriptio proſtat legentibus.

Hic jacet corpus Domini Jacobi Epiſcopi
Caſertani ſub anno Domini
MCCCLX., cujus anima requieſcat
in pace.

Jacobo verò Præſule Caſertæ obiit Franciſcus de Ratta Comes: ſepultus in Cathedrali, hoc habet ad magnificum tumulum Cœnotaphium.

Franciſcus de la Ratta Comes Caſertæ, vir generoſus,
Janica mente fremens, gaudens ubique triumphis,
Ignavium ſterneas, ſubcumbere neſcius hoſti,
Ponitur hoc tumulo. Verbi divi requievit,
Anno MCCCLX. minus uno, luce 2. Apr.
Quem Deus arce ſua beet omni dote fœcundans,

Filius fuit Franciſci Dieghi de Ratta, & Comitiſſæ Beatricis de Bautio, cujus tumulus viſitur in Eccleſia S. Claræ Neapoli in Sacello Raymundi de Bautio. Dieghus obiit ann. 1328. Beatrix verò anno 1336. legendus Ammiratus in deſcriptione hujus familiæ, ubi ex hac gente recenſentur Caſertæ Comites, è qua ultima fuit Catherina Joannis filia, ſoror Franciſci, quæ nupſit Andreæ Aquævivæ Andriæ Duci, intulitque in eam familiam Caſertanum Comitatum.

18. Fr. FRANCISCUS, cujus tantùm nomen habemus in monumentis hujus Eccleſiæ, putatur ſediſſe poſt Jacobum, de quo nulla mentio in regeſtis Vaticanis, nec in libris proviſionum, obligationumque Prælatorum. Fortaſse eo ſedente iterum exagitata lis eſt inter Epiſcopum Caſertanum, & Comitem, vaſsalloſque Caſertanos anno 1368. iterumque ex regia authoritate ſedata videtur, quam Regina Joanna prima voluit per ſuum diploma perpetuò firmare. En diploma. XVIII

Joanna Dei gratia Regina Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuę, Provinciæ, & Foralquerii, ac Pedemontis Comitiſſa.

Regenti Curiam Vicariæ Regni, & Judicibus eiſdem Curiæ Conſiliariis, familiaribus, nec non Juſtitiariis Terræ Laboris, & Comitatus Moliſii, vel eorum alteri ipſorum Locatenentibus præſentibus, & futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem.

Moleſta ſunt nobis quæque graviora noſtris irrogata fidelibus, & quæ inferuntur Eccleſiis, Ec-

eccleſiaſticiſve perſonis eo moleſtius, graviuſque perferimus, quo ipſas ſpecialiter affectu benigno proſequimur, & eorum favores, & commoda, quantum honeſtè poſſumus, libentius procuramus. Sanè pro parte venerabilis Patris Epiſcopi Caſertani Devoti Oratoris noſtri pro ſe, ac nomine & pro parte ſuæ majoris Eccleſiæ Caſertanæ, & Vaſſallorum ejuſdem Epiſcopi, quos ipſa Eccleſia Caſertana habet in civitate Caſertæ, & ejus Caſalibus fidelium devotorum noſtrorum oblata noviter petitio in noſtro Conſilio continebat, quod olim jam ante annos quadraginta & plus, viventes, ſiquidem claræ memoriæ D. Rege Roberto Inclyto Hieruſalem, & Siciliæ Rege Avo noſtro in Domino Reverendo orta eſt materia quæſtionis inter bonæ memoriæ Dominum Beneventum Caſertanum Epiſcopum tunc viventem per ſe in dicta ſua majori Eccleſia Caſertana, ac homines & vaſſallos dictæ Eccleſiæ civitatis Caſertæ Caſalium Puccianelli, & Putei veteris, Caſalium prædictæ Eccleſiæ, & certorum Caſalium dictæ civitatis Caſertæ vaſſallorum dictæ Eccleſiæ ex parte una, & quondam virum magnificum Dicebum de la Ratta Caſertæ Comitem, & magnum Regni Siciliæ Camerarium, & vaſſallos & homines ipſius Terræ ex altera, ſuper eo quod ipſe Comes & officiales ipſius pro parte ſua petebant & exigebant ab ipſis vaſſallis & hominibus Eccleſiæ Caſertanæ ſubventiones & ſubſidia ſeu dona, prout & quando exigebant, & ipſe Comes exigi faciebat à propriis vaſſallis, & hominibus ipſius civitatis Caſertæ & pertinentiis ejus, ſeu exigere & petere poterat ſecundum Conſtitutiones & Capitula. Et ſuper eo etiam quod ipſe Comes petebat, & exigebat, ſeu per ſuos officiales peti, & exigi faciebat annuatim ab eiſdem vaſſallis Eccleſiæ prædictæ certam quantitatem pecuniæ pro vindemiatura; quod vulgariter Scalatinum vindemiarum vocatur, prout ipſe Comes per ſe, & officiales ſuos exigebat à vaſſallis propriis, & aliis quibuſcumq; extraneis cum ſcalis propriis ad vindemiandum venientibus ad territorium dictæ Terræ. Et ſuper eo quod ipſe Comes, & ejus officiales pro parte ipſius nitebantur cogere & cogebant vaſſallos dictæ Eccl. coram ſe, & ſuis officialibus in judicio reſpondere, conquerentibus de eiſdem de cauſis omnibus, prout ſuos proprios vaſſallos cogebat, & cogere poterat, puniendo eos de delictis, & rixis, & aliis exceſſibus, prout de propriis vaſſallis faciebat, & ſuper eo quod ipſe Comes, & ejus officiales pro parte ipſius cogebant & cogere intendebant prædictos vaſſallos Eccleſiæ prædictæ, ſeu aliquos ex eiſdem gerere officia Domini Comitis Maſſariæ, Foreſtcariæ, & alia officia exercere, & eas angariando, ſeu gravando in iis & aliis pro eorum arbitrio voluntatis prædicti Comitis, & ejus officialibus prædicta de jure, & approbata conſuetudine ſe facere poſſe, & ſe & ſuos anteceſſores in eodem Comitatu fuiſſe & eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi, exercendi, petendi, & faciendi prædicta, & quælibet prædictorum à tempore, cujus in contrarium hominum memoria non extabat. Et vice verſa dicto quondam Epiſcopo, hominibus, & vaſſallis dictæ Eccleſiæ prorſus negantibus, & aſſerentibus dictum Comitem, & ejus officiales prædicta, vel aliqua ex prædictis de jure vel conſuetudine facere non poſſe, nec debere, & ſuos anteceſſores, & ipſum minime fuiſſe & eſſe tunc in poſſeſſione, vel quaſi prædictorum, vel aliquorum ex eis aſſerentibus etiam prædicto quondam Epiſcopo & vaſſallis ſe gravatos fuiſſe & eſſe indebitè. Propterea ſuper petitione, ablatione, & receptione certorum pignorum, & certarum quantitatum pecuniæ factis dictis vaſſallis Eccleſiæ per officiales prædictos, & ſuper decimis, & primitiis bonorum dictæ civitatis, & ipſius Comitis, quas dicto Epiſcopo petenti idem Comes, & ejus officiales præſtare & ſolvere contra juſtitiam denegabant, & ſuper certis ſententiis excommunicationum latis propter ea per ipſum quondam Epiſc. & ejus officiales ipſius Comitis, & certos vaſſallos ejuſdem civitatis Caſertæ, & Caſalium ejus dantes ad prædicta, vel aliquid prædictorum conſilium & favorem ipſi Comiti, vel ejus officialibus, & dum lis ſeu quæſtio per Illuſtrem Domin.

A Regem Carolum Illuſtris Hieruſalem & Siciliæ Regis Roberti primogenitum Ducem Calabriæ, ac ejus Vicarium Generalem Reverendum genitorem commiſſa eſſet nobilibus viris quondam Matthæo de Juvenatio militi juris civilis profeſſori Curiæ noſtræ, & Judici, & magiſtro Johandi de Bon-murra de Gajeta dictæ Curiæ Vicariæ Fiſci Procuratori, & coram eis diverſis ventilata amp. . . acciperet cauſa ipſa, Comes ipſe, ſicut Domino placuit, exiit vita functus ſuperſtite eidem Comiti egregio Juvene quondam Franciſco de la Ratta Caſertæ Comite, filio & hærede univerſali ipſius Comitis in Comitatu, & civitate prædictis, & omnibus bonis ejus, & cauſis ipſis & litibus inter eund. m quondam Epiſc. pro parte ſuæ Eccleſiæ & vaſſallorum ipſius, & Domin. quondam Franciſcum pupillum novennio majorem, minorem quatuordecim annis cum voluntate & authoritate magnificæ mulieris quondam Odoliriæ de Claromonte matris dicti Comitis Franciſci, & viri nobilis quondam Marini de Diano militis magnæ Regiæ Curiæ magiſtri Rationalis Baliorum dicti Franciſci, de quorum

B Baliatu per literas regias, ac inventario per eos confecto, & ſolemnitatibus debitis adimpletis per eos plenè conſtitit poſtmodum ſuſcitatis, & certis pignoribus, ſeu exactionibus factis propterea per officiales D. Franciſci Comitis & dictorum favore Baliorum de certis bonis mobilibus, & pecuniæ ſummis receptis, ſeu ablatis per eos ab hominibus & vaſſallis Eccl. memoratæ, nec non certis excommunicationum ſententiis latis propterea per eundem Epiſcopum, & officiales ipſius contra prædictos officiales prædicti Franciſci, ac nonnullos homines de Caſerta, & Caſalibus, & aliundè vaſſallis dicti Franciſci Comitis, & de prædictis querelis hominum propoſitis coram Regia Majeſtate, & inter eos diutiùs altercantes; tandem Dei gratia operante, qui declarat obſcura, tollit nodoſa, & intellectum dat parvulis, ac communi amicorum interventorum tractatu idem quondam Epiſc. pro ſe & ipſa ſua Eccl. & pro ipſis hominibus & vaſſallis ejuſ-

C dem Eccl. filiis, liberis, hæredibus & ſucceſſoribus eorum præſentibus & futuris vaſſallis dictæ Eccl. & dictus Franciſcus Comes pupillus major novennio, minor tamen quatuordecim annis, ut prædicitur, cum authoritate, & conſenſu dictorum Baliorum ſuorum, & ipſi Balii, Baliatus nomine quo ſupra ex parte altera. Conſiderantes, quod hujuſmodi cauſæ, lites, & controverſiæ erant & ſunt dubiæ, & ipſarum dubius erat eventus, & ex eo ambæ partes gravabantur, ſupplicantibus & expreſsè de omnibus & ſingulis contra uſus prælibatos attentibus, & quæ uti poſſent, propterea in futurum inter partes eaſdem partes ipſæ voluntariè, abſq; vi, dolo, vel circumventione aliqua ad tranſactionem, pactum, & concordiam ſubſcriptam inter alia devenerunt; videlicet, quod ipſe Franciſcus Caſertanus Comes cum autoritate dictorum Baliorum ſuorum & ipſi Balii nomine quo ſupra ſponte, & legitimè renunciaverunt & ceſſerunt Domino Epiſcopo recipienti & ſolemniter ſtipulanti nomine dictæ ſuæ Eccl. omne jus, omnemque actionem, quod & quæ eidem Franciſco Comiti, & ejus hæredibus & ſucceſſo-

D ribus ejus, ac cuicunque alii, qui in futurum tenebit Comitatum prædictum competit, & competere poſſet in poſterum in prædictis, & quolibet prædictorum, illudq; eidem Epiſcopo pro ſe ſuiſq; ſucceſſoribus, & Eccleſia ſua prædicta, & eiſdem vaſſallis præſentibus & futuris præfatæ Eccleſiæ pro ſe, eorum liberis, & ſucceſſoribus in perpetuum remiſerunt, conceſſerunt, & donaverunt, & propterea ad prædicta, & quodlibet prædictorum fecerunt Procuratorem in rem ſuam Epiſcopum antedictum nomine ipſorum. Et pactum eis de ulterius non petendo fecerunt, & promiſerunt ſolemniter præfati Domini, & Baliorum authoritate, & nomine quo ſupra eidem Epiſc. recipienti, & ſolemniter ſtipulanti pro ſe, dicta ſua Eccl. & præfatis vaſſallis ipſius Eccleſiæ filiis, liberis, hæredibus, & ſucceſſoribus eorundem vaſſallorum nullo unquam tempore impetere, ſeu etiam moleſtare ipſum Epiſcopum & ſucceſſores ſuos, ipſos vaſſallos, filios, liberos, hæredes & ſucceſſores eorum in judicio, vel extra, ſu-

per

per prædictis, vel aliquo prædictorum, nec ſe intromittere de dictis vaſſallis pro bonis & rebus, quas tenebant, & tenebantur in poſterum à præfata Eccleſia, hoc excepto, quod ſi vaſſalli prædictæ Eccleſiæ, vel vaſſalli Domini Comitis aliqua tenerent, vel tenebantur in feudum ab utroque, quod liceat ipſis Franciſco, & Epiſcopo, hæredibus, & ſucceſſoribus eorum pro prædictis bonis; tamen & aliàs prout de jure poſſunt exercere contra ipſos poteſtatem, quæ de jure proindè competeret: & ipſum Epiſcopum, & ejus ſucceſſores, & dictam Eccleſiam permittere uti liberè prædictis hominibus & vaſſallis ſuis, & dictæ Eccleſiæ non exercendo juriſdictionem comitalem in eoſdem vaſſallos Eccleſiæ, vel aliquos eorundem hęredes, liberos, filios, & ſucceſſores ipſorum, vel alterius eorundem in cauſa quacunq; vel controverſia; nec juriſdictionem ipſius Epiſcopi, vel ſucceſſorum ejus in eorundem vaſſallos in aliquo turbare, vel impedire, nec ſubventionem aliquam ab eis petere, vel exigere, etiã in caſu, quo à propriis vaſſallis ipſe Comes, vel alii pro parte ſua ſecundum Regni conſtitutionem, jura & conſuetudinem poſſet petere & exigere. Promiſerunt inſuper ipſe Franciſcus cum authoritate dictorum Baliorum, & ipſi Balii nullas operas vindemiarum, vel ſcalatici, ſeu pecuniam pro eis petere, & exigere, ſeu peti, & exigi facere ab eiſdem vaſſallis filiis, liberis, hæredibus & ſucceſſoribus eorundem vaſſallis ipſius Eccl. quibuſcunque, ſeu aliquo eorundem, nec etiam præfatos vaſſallos, vel alios vaſſallos ipſius Eccleſiæ liberos, hæredes, & ſucceſſores eorum vaſſallos ipſius Eccleſiæ officiales conſtituere, ſeu etiam ordinare, nec aliter eos indebitè aggravare, ſeu etiam angariare, hoc tamen acto & reſervato inter partes eaſdem expreſsè, quod quandocumque homines, & vaſſalli dictæ Eccleſiæ, qui ſunt, erant, vel pro tempore fuerint contra Aſſiſiam dictæ civitatis factam, vel faciendam in terra eadem, & Caſalibus per ipſum Comitem, vel ſuos ſucceſſores, vel officiales ipſorum facere, vel in pœnam contra dictam Aſſiſiam incidere, quod ipſe Epiſcopus, & ſui ſucceſſores, vel eorum Vicarius, qui pro tempore fuerit, de iis cognoſcent, & cognoſcere debeant, & condemnabunt, & condemnare debeant dictos vaſſallos Eccleſiæ ſecundum formam Aſſiſiæ antedictæ, & medietatem pœnæ dabunt, & aſſignabunt, dari & aſſignari facere teneantur, &c. debeant dicto Franciſco, & ejus hæredi & ſucceſſoribus, & reliquam medietatem remanere dicto Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus. Et verſa vice præfatus Epiſcopus ex cauſa dictæ conventionis, concordiæ, pacti, & tranſactionis pro ſe & ſua Eccl. ſpontè, & liberè remiſit, donavit, & relaxavit eidem Franciſco, & Baliis cum authoritate & nomine quo ſupra pro eo, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus omnes decimas, & primitias quaſcunq; dictorum præteritorum, quas recipere debebat dictus Epiſcopus pro præfata Eccleſia à præfato quondam Comite, & ſucceſſivè à dicto Franciſco, quas recipere conſueverunt, & debuerunt prædeceſſores ejuſdem Epiſcopi pro bonis ipſius quondam Comitis, & nunc dicti Franciſci in civitate Caſertæ, & Territorio ipſius, & pro quocunq; alio tempore, quo fortè præfatus quondam Comes, & ejus prædeceſſores in dicto Comitatu, ipſeq; Franciſcus Epiſcopis, qui pro tempore fuerunt in dicta civitate Caſertana integrè, vel nullo modo præfatis Epiſc. pro tempore ſolutæ fuerunt; de quibus decimis & primitiis debitis pro retroactis temporibus uſque in diem dictæ concordiæ per præfatum Franciſcum prædeceſſorem Epiſcopo præfato & ejus prædeceſſoribus etiam dictæ Eccleſiæ promiſit præfatus Epiſcopus præfatis Baliis ſtipulantibus nomine quo ſupra, & eidem Franciſco cum authoritate eorum nullo unquam tempore impetere, vel etiam moleſtare eum, vel ſuos hęredes, & ſucceſſores pro dictis decimis, & primitiis preteritis non ſolutis; tamen futuras decimas, & primitias ipſi Epiſc. & ſucceſſoribus ejus promiſit ſolvere, prout juſtum fuerit in futurum. Promiſit inſuper præfatus Epiſcopus pro ſe & Eccl. ſua, ac ſucceſſoribus ejus prædictis Baliis, & Franciſco ſtipulantibus cum authoritate, & nomine quo ſupra pro remiſſione, conceſſione, permutatione, tranſa-

A ctione præfatis dare, tradere & ſolvere tam nomine ſuo, quàm Eccleſiæ & vaſſallorum ejuſdem Eccleſiæ prælibatæ uncias auri ſexaginta in certis terminis inter eos ſtabilitis, de quibus unciis ſexaginta promiſerunt prædicti Balii & Franciſcus cum authoritate eorum emere certas poſſeſſiones in dicta civitate Caſertæ, vel ejus territorio, quæ eſſent, & eſſe deberent, ſeu ſuccederent in locum juris, quod eidem Franciſco, & ſuis hęredibus, & ſucceſſoribus fortè competebat, ſeu competere de ejus poterat, habebat, ſeu habere poterat, & habere, & competere prætendebat ſuper prædictis remiſſis & donatis eidem Epiſcopo, Eccleſiæ, & vaſſallis ipſius, vel aliquo prædictorum, quas poſſeſſiones, & bona emenda præfatus Franciſcus pacificè & quietè habere deberet, & tenere pro ſe & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, & fructus, redditus, & proventus indè percipere, tanquam pleni, et veri domini, & patroni, non obſtante quod fortè poſſet dici, & diceretur & probaretur quod eſſent emptæ de bonis Eccleſiæ ut præfertur, prout hæc, & alia in quo-

B dam publico Inſtrumento exindè confecto cum obſervatione pœnali unciarum auri ducentarum ſtipulata per partes ipſas altrinſecus pro medietate, & pro reliqua medietate Regiæ Curiæ, ac renunciationibus, & clauſulis opportunis, & ſacramentorum appoſitionibus ſolemniter vallatæ plenius contineri dicuntur, interveniente ſiquidem ad præmiſſa aſſenſu, & confirmatione Domini Regis Roberthi, prout patere dicitur per Regias literas exindè ſubſecutas; qui quidem Epiſcopus nomine, & pro parte dictæ ſuæ Eccleſiæ, & vaſſallorum voluit, & exhibuit in terminis ſupradictis integraliter & ad plenum dicto Comiti prædictas uncias auri ſexaginta juxta tenorem dictorum pactorũ, prout patere aſſeritur per publicum Inſtrumentum, & ex tunc dicta major Eccleſia Caſertana, & ejus Pręſules, qui fuerunt in illa pro tempore, nomine, & pro parte ipſius Eccleſiæ Caſertanæ, & dictorum Vaſſallorum, dictique Vaſſalli ab annis quadraginta, & plus fuerunt, & nunc ſimiliter Dominus Epiſcopus nomine quo ſupra, & ipſi Vaſſalli exiſtunt in poſſeſſio-

C ne, ſeu quaſi dictarum franchitiæ & libertatis, aliorumque jurium prædictorum contentorum & declaratorum in pactis, & conventionibus ſupradictis conventis, & promiſſis per Dominum quondam Franciſcum Comitem, & ejus Balios ſupradictos; Conqueritur tamen Epiſcopus ipſe pro ſe, & quo ſupra nomine, quod magnificus vir Antonius de la Rattha Comes Caſertæ filius & hæres D. Comitis Franciſci paciſcentis in Comitatu prædicto ſuis juribus non contentus; quinimmo contra prædictas contentiones, & pacta temerè veniens, ſeu venire ſatagens, ipſaſque obſervare penitus contradicens, nec attendens aliàs quam grave ſit Eccleſiarum jura auferre, & etiam uſurpare, Præfatum Epiſcopum nomine quo ſupra, dictoſque vaſſallos ſuper poſſeſſione, ſeu quaſi dictarum libertatis, & franchitiæ, aliorumque jurium contentorum, & ſpecificè declaratorum in pactis, & conventionibus ſupradictis per ſe, Vicarios, ſeu Officiales & alios ſuo nomine turbat indebitè & multipliciter inquietat, exigendo & extorquendo indebi-

D tè à vaſſallis ipſius ſubventiones, certaque alia jura, ac trahendo eos ad juſtitiam coram ſuis Officialibus contra tenorem, ſeriem, atque mentem pactorum, & conventionum prædictarum, ac libertatis, & franchitiæ contentarum in illis, nec permittendo eoſdem, Epiſcopum nomine quo ſupra, & prædictos vaſſallos prędictarum libertatum, & franchitiæ, & aliorum jurium contentorum in pactis, & conventionibus ſupradictis poſſeſſione pacifica, ſeu quaſi gaudere, non minus in Juris injuriam, quàm prædicti Epiſcopi nomine quo ſupra, præfatorumque vaſſallorum ejus grave præjudicium, & importabile detrimentum. Propter quod fuit pro ipſius Epiſcopi parte, pro ſe quo ſupra nomine à noſtra majeſtate devotiùs ſupplicatum, quod provideri ſuper hoc eis de opportuno majeſtatis noſtrę ſubſidio caritate dominica dignaremur. Nos autem gravamina, & moleſtationes qualibet eccleſiaſticis perſonis illatas, quas tenemur omni præſidio, auxilio defenſare deteſtabiliter abhorrentes

nec volentes in earum juribus pati quamlibet læſionem, fidelitatis veſtræ harum ſerie de certa noſtra ſcientia inſtructi præcipiendo committimus, & mandamus expreſsè, quatenus ubi vobis, ſeu veſtrum alteri de prædictis ſuperiùs enarratis legitimè conſtiterit per privilegia, inſtrumenta, & cautelas, alias, & aliter, ſummariè de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, eccleſiaſtico expoſcente favore, memoratum Epiſcopum nomine quo ſupra, dictoſque vaſſallos ejus ſuper poſſeſſione, ſeu quaſi dictarum libertatum, & franchitiæ, aliorumque jurium contentorum, & declaratorum in pactis, & conventionibus ſupradictis per quondam Comitem & ejus Ballios conventis, & promiſſis, atque firmatis, in qua ſcilicet ſunt, & eos eſſe inveneritis, quandiu ejuſdem . . . . cauſa duraverit officiorum veſtrorum temporibus, ac juſti favoris præſidio, tam vos præſentes, quam alii ſucceſſivè futuri, ſeu locumtenentes manuteneatis, teneatis, & etiam defendatis auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis . . . permiſſuri præfatum Epiſcopum quo ſupra nomine, dictoſque vaſſallos ſuper poſſeſſione prædicta, ſeu quaſi per dictum Comitem, ejuſque Vicarium officialem, & famulos ſuos moleſtatores, ſeu turbatores illicitos, quoſvis alios aliquatenus de cætero moleſtari, opprimi, vel gravari, quinimò moleſtatores, ſeu turbatores ipſos, quod à quibuslibet de cætero inferendis moleſtiis, & inquietudinibus omninò deſiſtant, dictumque Epiſcopum, & præfatos vaſſallos ejus dictarum libertatum & franchitiæ, ac aliorum jurium prædictorum pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi gaudere permittant per gravium impoſitiones pœnarum, & exactiones earum pro noſtra Curia, ſi in eas inciderint, alioquin debita, & opportuna juris remedia, quæ expedire videritis, eos compellatis. Pecuniam verò totam, quam ex dictarum commiſſione pœnarum vos prædictos judiciarios forſitan continget acquirere, ad noſtram Cameram deſtinetis, ſignificaturi nobis proceſſum omnem, quem habendum duxeritis in præmiſſis. Itaque ad nos (quod moleſtè ferremus) querimoniæ iterata non veniat, nec opus exiſtat denuò vobis ſcribi. Præſentes autem literas poſt debitam & opportunam inſpectionem earum pro cautela reſtitui volumus præſentanti efficaciter perpetuo valituras. Datum Neapoli per nobilem Thomam de Buffalis de Meſſina. . . . . militem magnæ noſtræ Curiæ magiſtrum Rationalem Locumtenentem Prothonotarium Regni Siciliæ dilectum Conſiliarium, & fidelem noſtrum Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo octavo. Die quinto Septembris ſextæ indictionis, Regnorum noſtrorum Anno 6.

XIX. 19. JOANNES Caſertanus Epiſcopus ſolitum ſervitium ſpopondit ſacro Senatui die 9. Februar. 1395. ſub Benedicto XIII. Pſeudo-Pontifice, cujus partes ſequebatur, ut in Actis ejuſdem habetur ex libris ſolut. Prælatorum.

XX 20. LUDOVICUS proximè reperitur in hac Eccleſia Epiſcopus anno 1397.

XXI. 21. LUDOVICUM de Lando Capuanum ajunt fuiſſe Epiſcopum Caſertanum ann. 1413. forte idem cum ſuperiori.

XXII. 22. LUGERIUS aliis ROGERIUS Caſertanus Epiſcopus obiit Martino V. ad clavum ſedente anno 1415. ex lib. de exhibitis ſub eodem Pontifice fol. 198.

XXIII 23. Fr. JOANNES Acreſta de Ponte Corvo Ord. Prædic. eligitur in Epiſcopum Caſertanum ab eodem Martino V. ann. 1415. 4. Kal. Maii, ut in eodem lib. notatur; ſucceſſit demortuo Lugerio.

Hic Campanam maximam conflandam curavit cum hac inſcriptione.

Ave Maria gratia plena Dominus tecum. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Mentem ſanctam ſpontaneam & patriæ honorem, Deo & patriæ liberationem me fecit Fr. Petrutius de Theano ſub anno 1440. regnantibus Fr. Joanne Epiſcopo Caſertano, & Joanne de Raeth Comite Caſertano. Jeſu Chriſte adjuva nos.

24. STEPHANUS de Raho electus Caſertanus anno 1450. notatur in reg. regeſt. Neap. cujus XXIV
electio non extat in Actis Conſiſtorialibus.

25. JOANNES anno 1453. cujus memoria extat in monumentis Capuanis, ſed in Actis Conſiſt. XXV.
ejus memoria non habetur.

26. Fr. CICCHUS Ordinis Minorum à Ponte Corvo electus anno 1459. à Pio II. uſque ad 1476. XXVI
hanc rexit Eccleſiam; fecitque ſubſellia Canonicorum in Cathedrali.

27. JOANNES de Leonibus de Galluccio Capuanus, Medicus clariſſimus Ferdinandi Regis, XX
competitorem habuit Stabilem Zeriſſum Caleni E- VII.
piſcopum Caſertanum civem, & patriæ dignitatem Epiſcopalem ambientem; prævaluit Joannes vir doctus & facundus, & ad hanc Eccleſiam promotus eſt defuncto Ciccho anno 1476. 10. Kal. Julii. Teſtis fuit teſtamenti Franciſci de Ratta Caſertæ Comitis anno 1479. qui plura pro anima ſua bona Cathedrali reliquit, reſtituitque Caſalis Puccianelli, & Putei veteris ad Caſertanam Eccleſiam pertinentia. Viſum eſt teſtamentum hoc, ad verbum hic inſcribere, cum multum faciat ad ipſius Caſertanæ Eccleſiæ cognitionem.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Regnante Sereniſſimo Domino noſtro Domino Ferdinando Dei gratia Rege Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ. Regnorum verò ejus anno vigeſimo feliciter. Amen. Die decima quarta menſis Martii, Indict. duodecima, in Caſtello Civitatis S. Agathæ intus Cameram à parte ſuperiori Salæ magnæ dicti Caſtri exiſtentem. Nos Julius de Venuto de eadem Civitate, in ipſaque Civitate, & ejus diſtrictu annales . . . Judex pro præſenti anno duodecimæ Indictionis. Nardus Parillus de Roccha Romana Civis ejuſdem Civitatis, publicus ubiq; per totum Regnum Siciliæ Regia authoritate Notarius, & teſtamenti infraſcripti ad hoc ſpecialiter vocatus, & rogati; videlicet Rev. in Chriſto Pater Dominus Joannes de Galluccio Epiſcopus Caſertanus, Franciſcus della Rattha, Dominus Gurellus della Rattha, Petrus Sallarolus legum Doctor, Andreas Severinus, Leonardus de Averſa, Dominus Ranaldus de Caſaleno de Caſerta, Cobellus Vitabona, Dominus Johandes Buccalaporta de Ebulis, Jacobus Adaldi, Laurentius Lollo, Dominus Gullus Florillus, Antonius de Rabo, de Ebulo magiſter Jacobus Cochus, Fr. Aloyſius de Neapoli, & Fr. Johandes Faragonus de S. Agatha Ordin. Minorum præſenti ſcripto nuncupato teſtamento publico, Declaramus, notum facimus & teſtamur ex prædicto die accerſitis nobis Judice Notario & teſtibus ſupradictis ad preces & rogatum Excellentis Domini Franciſci della Rattha Comitis Caſertæ, S. Agathæ, &c. ipſum invenimus intus dictam Cameram in lecto jacentem, ſanum in mente, rectæ loquelæ, & memoriæ exiſtentem; qui volens teſtari, ut dixit, ſuum ſolemne ultimum nuncupatum in modū qui ſequitur condidit Teſtamentum, irritans, & annullans primò omne aliud Teſtamentum, ſi quod per eum hactenus appareret ſub quacunque forma, & expreſſione verborum, etiam ſi de illo eſſet expreſſa mentio facienda de verbo ad verbum. Et quia caput, & principium ſinguli Teſtamenti eſt hæredum Inſtitutio. Inprimis dictus Dominus Comes Teſtator inſtituit ſibi hæredem univerſalem in & ſuper omnibus bonis ſuis mobilibus, & ſtabilibus, Burgenſaticis, & feudalibus, & actionibus quibuſcunque, deductis Legatis inferius deſignatis, poſthumum, ſeu poſthumam ex Excellenti Domina Franciſca de Guevara prægnante ſua conſorte, ſeu uxore naſciturum, ſeu naſcituram, & caſu quo Poſthumus, ſeu Poſthuma ex

dicta

dicta ſua unoce non naſceretur, inſtituit ſibi hæredes magnificas ſuas ſocores carnales Catheeinam, & Dianam della Ratta, in & ſuper omnibus ſuis prædictis. Et inter cætera alia legata, quæ fecit dictus Dominus Comes Teſtator in dicto ſuo ultimo nuncupato Teſtamento ad exonerandam ſuam conſcientiam, & ſuorum ſimiliter Anteceſſorum, & pro ſalute animæ ſuæ fecit & ordinavit ſubſcripta legata majori Eccleſiæ Epiſcopatus Caſertæ Caſale unum, quod dicitur Paccianello, & Caſale aliud quod dicitur Puzzo vetere de pertinentiis Civitatis prædictæ, quæ dixit ſpectare, & pertinere ad dictam Eccleſiam ad poteſtatem conceſſam Domino Epiſcopo dictæ civitatis propria authoritate capiendi, & apprehendendi cum juribus, & pertinentiis omnibus pertinentibus, & ſpectantibus ad dicta Caſalia. Item legavit Capitulo dictæ Eccleſiæ, ſeu Epiſcopatus pro annua proviſione ſuæ Capellæ ſitæ intus dictam Eccleſiam Epiſcopatus ſub vocabulo S. Mariæ ducatos duodecim ſolvendos, & habendos ſuper redditibus, quos habet dictus Dominus Comes in Civitate prædicta Caſertæ ſecundum quod aliàs dictum Capitulum recolligere conſuevit. Diſtributores verò hujus præſentis ſui Teſtamenti ordinavit & fecit, ac eſſe voluit dictas Dominas Comitiſſas Matrem, & uxorem ſuas prædictas una cum dicto Domino Magno . . . . . cum omni, qua decet poteſtate, &c. & dictum Teſtamentum dictus Dominus Teſtator valere voluit jure nuncupativi teſtamenti, etſi jure nuncupativi teſtamenti non valeret, ſeu non valebit, valere voluit jure Codicillorum, donationis, cauſa mortis, & cujuſcunque alterius ultimæ voluntatis, quibus, ſeu qua melius de jure valere poteſt, & debet, quibus quidem legatis ſic, ut prædicitur, factis per dictum Dominum Comitem Teſtatorem auditis, & plenè intellectis per dictum Rev. Dominum Johannem Epiſcopum præſentem, & nomine ſuæ Eccleſiæ, & Capituli præfati intelligentur, & acceptantur ſtatim requiſivit nos prædictos Judicem, Notarium, & teſtes, ut de prædictis legatis ſpectantibus ad ſuam Epiſcopalem, & Capitulum ipſius prænominatum conficere deberemus publicum Inſtrumentum tam pro dictæ ſuæ majoris Eccleſiæ Caſertanæ Epiſcopalis cautione, quam etiam tutela Capituli prędicti, ac ſua, ſuorumque in dicto Epiſcopatu futurarum perpetuum memoria. Nos enim advertentes petitiones fore, & eſſe juſtas, quia officium noſtrum publicum eſt, & nemini poſſumus denegare; & quia juſte petentibus non eſt denegandus aſſenſus, propterea de prędictis legatis, ut prænominatis ſpectantibus tantum, ac pertinentibus ad utilitatem dictę Eccleſię & Capituli prelibati, hoc præſens publicum Inſtrumentum, quod ſcripſi. Ego præfatus Nardus publicus ut ſupra Notarius, qui prędictis omnibus pro Notario interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi, ut ſupra, &c.

Sedit Joannes in hac Eccleſia ann. 15. & translatus deinde eſt ad Eccleſiam Aquilanam anno 1493. die 23. menſis Auguſti.



XXVIII. 28. JOANNES BAPTISTA de Petrutiis, Neapolitanus, filius Antonelli illius, qui in quadam Villa Petruccia Theanenſis ditionis, parentibus Petruccio & Petruccia olitoribus natus, unde de Petruciis cognomen accepit, propria tandem virtute, & mirabili ingenio præditus apud Ferdinandum primum Regem vir clariſſimus evaſit, ejuſdemque Regis ab intimis conſiliis fuit, ab eo divitiis, feudis, honoribuſque cohoneſtatus, filios, quos genuit, ex Sabetta vaſſalla Policaſtri Comitiſſa ad dignitates, & honores evexit. Franciſcus primogenitus Comes fuit Carinulæ, ſecundus Joannes Antonius Comes Policaſtri evaſit; tertius Joannes Baptiſta creatus eſt Archiepiſcopus Tarentinus, anno 1485. Thomas Anellus ad honorem Hieroſolymitanæ militiæ ex auctoritate regia vocatus, auctus eſt Capuano Prioratu. Quintus Severus delectus eſt Muranus Epiſcopus. In tanta rerum felicitate Antonellus beneficiorum immemor unà cum filiis variantis fortunæ miſerabile exemplum poſteris reliquit; etenim cum filiis, Franciſcoque Coppola Sarni Comite in Ferdinandum conſpiravit, à quo dico carceri cum aliis mancipatus, ingrati animi pœnas luit, Capitali ſententia damnatus; parique pœna ejus filii, Comeſque Sarnii anno 1478. una die honoribus, divitiis, filiiſque orbatus eſt, ut ex ejus ævi Scriptoribus narrat eruditus noſter amicus Camillus Tutinus de fortunæ varietate. Iis miſeriis ſuperſtes fuit Jo: Baptiſta tertiogenitus tunc Tarentinus Archiepiſcopus conjurationis ignarus, qui tamen juſſus eſt Tarentinam Eccleſiam dimittere, accepto titulo pro ea Madicenſis Archiepiſcopatus anno 1489. Factuſque eſt Aprutinus Epiſcopus, quo munere ſe abſolvit anno 1493. & ad hanc Caſertanam Eccleſiam translatus eſt eodem anno die 18. Octobris. Præfuit in ea eximiè quidem, & magna ſui nominis fama ad annum uſque 1514. quo è vivis exemptus eſt, familiæ ſuæ poſtremus. Sunt qui ſcribant, Antonellum Senis in Etruria ex nobili, vetuſtaque familia Petruccia natum, poſteroſque ejus Theatæ in Aprutio Civitate Petrutiam familiam diſſeminaviſſe, quem noſtro ævo extinctam narrant ex cœnotaphio, quod Camilla Valeriana ſibi poſtrema Antonello abavo, filiis, nepotibuſque ejus in Eccleſia S. Andreæ poſuit: ſed re vera hallucinati ſunt, cum lippis, & tonſoribus conſtet Antonellum obſcuris parentibus olitoribus apud Theanum natum, vel ex ipſa Petruccia Villa, vel Petruccio patre, matreque Petruccia, de Petrucciis cognominatum fuiſſe, ut Pontanus, Camillus Portius, Triſtanuſque Caracciolus, qui de conjuratione Regni baronum in Ferdinandum Regem ſcribunt.

(„ *Fuit Jo: Baptiſta vir doctus, & probus, B.*
„ *Jacobi de Marchia Ordinis Minorum amiciſſimus,*
„ *cujus vitam heroico carmine deſcripſit, quam*
„ *poſtea typis Lugdunenſibus edi curavit P. Wad-*
„ *dingus.*)

29. JO. BAPTISTA Boncianniusa, nobilis Florentinus, Utriuſq; Signat. Refer. domeſticuſque Prælatus Leonis X. Pontificis, à quo adlectus eſt Epiſcopus Caſertanus die 3. Octobris 1514. vir probus, qui ſub eodem, Lateranenſi Concilio interfuit, pluribuſque muneribus functus, ſub Clemente VII. Datarius, & Commiſſarius vota à primis Clericis Regularibus, quos Theatinos vocant in Vaticana Baſilica emiſſa Pontificis nomine excepit anno 1524. die 14. Septembris. Sequenti vero fractam Campanam maximam anno 1525. 21. Novembris hora 17. reficiendam eodem anno curavit fuſoribus Pino pictore & Vito Germano Siculis, addita eſt in inſcriptione, XXIX

a Hujus mentio apud Bonellum in memoriis PP. Barnabitarum. p. 2. Mandoſ.

Michael Archangele intercede pro populo Dei,
Jeſu Chriſte adjuva nos.

Ponderi, erat ter decies centum quinquaginta rotolorum. Cathedralis Canonicorum præbendas ad certum optimum ordinem reduxit, ac perpetuo decreto poſteris commendavit, ut ex ſequenti ſcripto licet colligere.

Joannes Baptiſta, miſeratione divina Epiſcopus

Ca-

A *Caſertanenſis U.J.D. Sanctiſſimi in Christo Patris, Domini Clementis divina providentia Papæ Septimi Referendarius, & Prælatus domeſticus.*

Univerſis & ſingulis præſentes litteras, quas perpetuo valere intendimus inſpecturis, ſalutem, & ſinceram in Domino Charitatem.

Commiſſum nobis ab Apoſt. Sede Eccleſiæ Caſertanæ, cui præeſſe dignoſcimur, paſtorale officium, mentem noſtram excitat, invitat & inducit, ut per noſtræ operationis ſtudium Eccleſia ipſa, ac perſonæ in ea divino cultui mancipatę proſperè & ſalubriter dirigantur. Hinc eſt, quod nos conſiderantes, quod in dicta Eccleſia nonnullæ majores, ſeu pinguiores, & alię minores, ſeu minus pingues prębendę fore noſcantur, ac dignum & rationi congruum cenſentes, ut perſonis ejuſdem Eccleſię, quę illi diutius in divinis ſervierunt, ut in eorum indigentiis uberior ſuccedat proviſio ſincerè exoptantes, ut in dicta Eccleſia debitus ordo
B *ſervetur authoritate noſtea ordinaria Dilectorum nobis in Christo Capituli dictę Eccleſię ad hoc accedente conſenſu. Tenore pręſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cętero perpetuis futuris temporibus occurrentibus alicujus, ſeu aliquarum prębendę, ſeu prębendarum dictę Eccleſię per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem alicujus, ſeu aliquorum ejuſdem Eccleſię Canonici, ſeu Canonicorum, illam, ſeu illas pro tempore obtinentium, ſeu alia quavis vacatione Canonici ejuſdem Eccleſię, in receptione ſeniores, ſeu antiquiores in Civitate Caſertana reſidentes, & eidem Eccleſię in divinis actu deſervientes dumtaxat prębendas ipſas ſic pro tempore vacantes inter ordinem receptionis eorum gradatim, & ſucceſſivè dimiſſis prębendis per eos obtentis infra triduum à die vacationis prębendarum earundem computandarum optari poſſint, & prębenda, quę inoptata remanſerit Canonico noviter recipiendo cedat. Decernentes & eadem authoritate mandantes, & ſtatuta, & ordinationem noſtea hujuſmodi in prębendis, non autem in dignitatibus & officiis declarata perpetuis futuris temporibus ſervanda fore non obſtantibus aliis*
C *dictæ Eccleſię ſtatutis, & conſuetudinibus, & juramento confirmatione Apoſtolica roboratis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. In quorum omnium fidem & teſtimonium pręmiſſorum pręſentes noſtras litteras manu propria ſubſcriptas exinde fieri per Secretarium noſtrum cum ſigilli noſtri appenſione etiam ſubſcribi fecimus.*

Datum Romę in Palatio Apoſtolico ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, Indict. quinta die vero 20. menſis Martii, Pontificatus prędicti Domini noſtri Papæ anno nono.

Joannes Baptiſta Epiſcopus manu propria.

Obiit Romæ Joannes Baptiſta anno 1532. Clementis VII. ob ſingulares animi dotes inter cæteros familiares chariſſimus. Hujus meminit Landinus in Comment. Dantis Poetæ, ubi & memorat Gaſparem Boncianum Jo. Baptiſtę conſanguineum, virum in Repub. Florentina clariſſimum, Joannæ
D Reginæ Neapol. eximiè charum, intimamq; à conſiliis, a qua S. Agathæ, Licceti, Montis acuti, Aſculi & Trenſeveri feuda nobiliſſima accepit, adminiſtratorque Regni unà cum aliis plurimis proceribus conſtitutus eſt. Protulit hæc familia alios & toga, & ſago viros claros, noſtriſque temporibus Franciſcum Archiepiſcopum Piſanum, de quo ſupra tom. 3. in ejus Urbis Archipræſulum ſerie. Hanc familiam à quodam Guidone Francigena inter Barones Caroli Magni primarios, Florentiam traductam fuiſſe narrat Petrus Monaldus in deſcriptione ejuſdem gentis nobiliſſimæ.

XXX 30. PETRUS Lambertus, Allobrox Correctoris majoris juſtitiæ Præfectus, & Referendarius Apoſtolicus, à Clemente VII. ſublectus eſt Caſertanus Epiſcopus die 10. Febr. 1533. In Cathedrali erexit Decanatum, & à Paulo III. confirmandum curavit. Præfuit annis octo, Romæ deceſſit anno 1541.

A ſepultus eſt in Liberiana Baſilica, ubi ſub quieſcentis Epiſcopi effigie, & inſigniis in marmore ſculptis legitur inſcriptio.

Petro Lamberto Allobrogi Præſuli Caſertano, vitæ innocentiſſ. viro principalibus libellis litterarum referendis, formandis, caſtigandis præpoſito bene de omnibus merito.

31. HIERONYMUS Verallus *a*, Romanus, Bertinorii Epiſcopus, ad hanc Caſertanam Eccleſiam translatus die 4. Octob. 1541. Sedit annos 3. evaſitque Archiepiſcopus Roſſanenſis in Calabria, & S.R.E Cardinalis, de quo alibi. XXXI

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 535.

32. HIERONYMUS Dandinus *b*, Ceſenas genere & doctrina clarus, ex Protonotario Apoſtolico, intimoque Pauli III. à ſecretis die 14. Novemb. 1544. electus eſt Caſertanus Epiſcopus. Abſens hanc rexit Eccleſiam an. 2. ad Imolenſem translatus eſt
B anno 1546. ſub Julio III. evaſit S.R.E. Card. de quo vide tom. 2. noſtrum in ſerie Imolenſium Præſulum ubi typographi errorem corrige, qui pro Caſertanenſi Epiſcopo, Caſſanenſem impreſſit. De David Soano Epiſcopo in 2. tom. egimus, quem ex hac nobili Dandina gente fuiſſe ſcribit noſter Abbas Antonius Libanorus in vita ejuſdem ad Herculem Dandinum Comitem. XXXII.

b De hoc pariter Ciaconius t. 3. col. 754.

33. MARTIUS Cerboninus, Romanus, celebris Juriſconſultus, cum vix vigeſimum ſeptimum annum attigiſſet, Caſertano Sacerdotio condecoratus eſt à Paulo III. die 27. Maji anno 1546. Sedit annis tribus, & florenti ætate Romæ extinctus an. 1549. maximum de ſe deſiderium reliquit. XXXIII.

34. BERNARDINUS Cardinalis Maffæus *c* factus eſt hujus Eccleſiæ commendatarius & adminiſtrator die 7. Junii 1549. XXXIV.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 717.

35. FEDERICUS Cæſius *d* Cardinalis ex ceſſione Maffæi commendatum habuit Caſertanum Epiſcopatum die 9. Novemb. 1549. quem dimiſit
C anno 1552. XXXV.

d De eo Ciacon. Oldoini t. 3. col. 700.



36. ANTONIUS Bernardus Mirandulanus, doctiſſimus vir, ſummuſque Philoſophus, ſub Julio III. hanc obtinuit Cathedram die 12. Feb. 1552. Sed cum regendæ Eccleſiæ parum aptus eſſet, conſultè ac liberè ſe abdicavit à ſua inauguratione anno ſecundo, & in patriam ſecedens cum Ariſtotele, quod ſuperfuit, vitæ tempus teruit, ſcripſitque in ejuſdem Rhetoricam nobile commentarium, quod ejus nepos Annibal publici juris fecit, & Ferdinando I. Magno Etruriæ III. Duci inſcripſit. In patria exceſſit Antonius anno 1565. & in choro Majoris Eccleſiæ ſepultus eſt, ubi hæc inſcriptio. XXXVI.

D. O. M.

Antonio Bernardo Mirandulano Joſeph Bernardus pronepos P.I. Vixit ann. LXII. M. III. Obiit ann. MDLXV. XIII. Kal. Julii.



XXXVII. 37. **AGAPITUS** Bellhomus, Romanus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, electus eſt Epiſcopus die 5. Decemb. 1554. Interfuit Tridentino Concilio, avaritia notatus à Santorio in lib. de Caſertanis Comitibus. Caſtra Puteanelli, e Pontis-Veteris abalienavit non parvo ſuæ Eccleſiæ damno; Catholicæ tamen veritatis acerrimus vindex fuit. Sub Sixto V. coadjutorem cum ſpe futuræ ſucceſſionis habuit Marium Bellhomum nepotem ſuum Epiſcopum Bethlehemitanum electum 1585. die 23. Septemb. ante patruum Caſertæ defunctum & humatum apud Capuccinos fratres. Agapitus anno præſulatus ſui quadrageſimo occubuit, ſalutis vero 1594. in Cathedrali humatur. („ *Extat ad eum Epiſtola Hippolyti Cardinalis Eſtenſis, digna ſiquidem, quæ in tomo Epiſtolarum principum legatur: & de ea agit Ciaconianum opus in vita ejuſdem Hippolyti.*)

XXVIII. 38. **BENEDICTUM** Mandinam *a*, Melphitanum, olim celebrem Neapolitani fori cauſidicum, („ *virum quidem probum, & in omnibus charitatis operibus in ſodalitio Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, cui nomen dederat, exercitum*) tunc inter Clericos Regulares vitæ innocentiſſimæ ſacerdotem, invitum ad Caſertanum Epiſcopatum traduxit Clemens VIII. die ultima Januarii 1594. paulo poſt in Germaniam ad Rodulphum Cæſarem, ad Poloniæ Regem Sigiſmundum, alioſque Germaniæ Principes Nuntium miſit, ut illos inter ſe diſſidentes conciliaret, & contra Turcas ſolemni fœdere in Chriſti nomine inflammaret. Varſaviæ in Principum conventu orationem habuit luculentiſſimam de ineundo fœdere adverſus communem hoſtem, quæ Cracoviæ excuſa eſt, ſummèque laudata. Legatione bene obita ad Curiam rediit; à Clemente benignè receptus, ad Eccleſiam ſuam quantocyus, licuit properavit, cujus gregem nunquam niſi graviſſimis diſtrahentibus curis deſeruit. Præcipua ejus cura fuit Cleri religio, & reformatio; egenis, infirmis, pupillis, viduiſque profuſa liberalitate ſummaque charitate opem ferre, ſacerdotia, proventuſque Eccleſiaſticos non niſi bonis, ac piis viris deſtinare, vectigalia ſuæ Eccleſiæ adaugere, ut profuſius in pauperes diſpenderentur, ac demum omnia peragere, quæ bonum Paſtorem decerent. Hæc fuit in Epiſcopatu Mandinæ vita, quam cum ad annum protraxiſſet 1604. Epiſcopatus ſui decimo, Neapoli, ubi tunc illius Eccleſiæ, Clementis Papæ juſſu, vices gerebat, in Cœnobio ſui Ord. S. Mariæ Angelorum quievit in Domino, ſepultuſque eſt in ejus Eccleſiæ cœmeterio: cujus vitam deſcripſit Silos lib. 2. & 4. Hiſt. Cleric. Regul.

a Ejus vitam deſcripſit Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 2. & 1. *Mandoſ.*



XXXIX. 39. **Fr. DEODATUS** Gentilis *b*, nobilis Januenſis, Ord. Prædicatorum, ex Comiſſario S. Officii ſucceſſit Mandinæ die 9. Julii 1604. ſub Paulo V. in Regno Neapolitano functus eſt Nuncii munere. Neapoli mortalitatem explevit anno 1616. jacet in Eccleſia S. Catharinæ de Formello, honorifico tumulo, & inſcriptione.

> *Fratri Deodato Gentili patria Januenſi genere nobili, profeſſione inſtituti S. Dominici, acri ingenio prædito & candidis, & doctiſſimis moribus ornato, ſummo Philoſopho, & eximio Theologo in gubernandis ſuæ religionis Cœnobiis, quibus quamplurimis præfuit, ſingularis prudentiæ, & adminiſtrando ſanctæ Inquiſitionis officio miræ conſtantiæ, & ſpectatæ probitatis viro, Pontificibus Maximis Clementi VIII. & Paulo V. apprimè charo, ab altero Epiſcopatu Caſertaneaſi inſignito, & ab altero toti Regni Neapolitani Nunciatu decorato, è vivis intempeſtivè erepto ad majora properanti, annum ſuæ ætatis LVIII. agenti. Fr. Vincentius Zuccharinus Eugubinus ejuſdem Ord mœrens effigiem hanc memoriæ & grati animi erigendam curavit. An. MDCXIX.*

b Ejus meminit Oldoinus in Athen. Liguſtico. *Mandoſ.*

XL. 40. **ANTONIUS** Diaz, nobilis Romanus, die 12. *c* Maji 1616. delectus eſt Epiſcopus, & Sacræ Congregationis Epiſcoporum ac Regularium à Secretis; deinde Neapoli Apoſtolicus Nuncius fuit. Caſertanam Eccleſiam reſignavit Urbano VIII. ſedente anno 1626.

c Die 28. Maii ex actis.

XLI. 41. **Fr. JOSEPH** à Curnea, Ordinis Prædicatorum Ducis Caſtellionis de lacu germanus frater, vir probus & doctus Caſertanam evaſit ad ſedem die 28. *d* Maji 1626. quam cum annis 11. rexiſſet, ad Squillacenſem in Calabria translatus eſt, inde ad Urbevetanam ſub Alexandro VII. Pont. Max. quam ſumma religione pergit adminiſtrare.

d Die 27. Maii.

XLII. 42. **FABRITIUS** Suardus, Neapolitanus, qui antea Lucerinus Epiſcopus fuerat, ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 9. Febr. 1637. vix elapſo anno mortuus eſt.




XLIII. 43. **ANTONIUS** Ricciullus Coſentinus (1), Epiſ.

(1) Teſte Carthario in Athenæo Romano p. 252. Mſ. apud me, non Conſentinus, cum in ſuis editis monumentis Roblanenſem, & patritium Rheginenſem ſe inſcribat. Eleganti elogio celebratur ab eodem Carthario. *Mandoſius.*

Epiſcopus Umbriaticenſis, huc translatus ab Urbano VIII. die 7. Febr. 1639. ſupremus fuit Regni Neapolitani Inquiſitnr, ac tandem Archiepiſcopus Cuſentiuus, vir monumentis ſuis clarus, de quo alibi.

XLIV 44. BRUNORUS Sciamanna, nobilis Interamnenſis, ex Epiſcopo Lucerino, ad hanc Caſertanam Eccleſiam trauslatus eſt die 10. Martii 1642. Exceſſit anao 1646. ejus cum laude meminit Franciſcus Angelonus in Hiſt. Interamnenſi.



XLV. 45. BARTHOLOMÆUS Criſconus, nobilis Neapolitanus, utriuſque Signat. Referendar. ab Innoceotio X. ex Umbriaticenſi Epiſcopo ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 6. Maji 1647. etenim cum Umbriaticenſem perbelle adminiſtraret Epiſcopatum, contigit in Cathacenſi citerioris Calabriæ urbe quædam Judaizantium ſecta jam diu diſſeminata. Cum jam occultiſſime altas radices egiſſet, ex vicinis Epiſcopis ad eam funditus evellendam inventus eſt nemo magis idoneus quam Umbriaticenſis Epiſcopus, cui à Sancti officii Patribus munus demandatum eſt. Eò igitur accedente Criſconn ingentis animi viro, ita prudenter, celeriterque muuus ſibi demandatum adimplevit, ut ſectam illam ſpatio ſere centum annorum propagatam aperuerit, fugaverit, ac diſſipaverit: quamobrem apud Innocentium X. Pnotificem, Eminentiſſimuſque Patres fidei quæſitores ob ejus nominis famam, ac in laboris præmium, relicta Umbriaticenſi, Caſertanam accepit Eccleſiam, quam hactenus eximie adminiſtrat, cujus modeſtia haud ſinit me in ſuis laudibus longius progredi. Plurimum illi debemus, cum in ſcribenda antecesſorum ſuorum ſerie non parum juverit noſtram qualemcumque induſtriam. Vivit, diuque vivat digniſſimus Præſul Eccleſiæ ſuæ decus & ornamentum.

A D D I T I O.

(,, *Epiſcopale Palatium vulgò*, la Cavallerizza,
,, *novo à fundamentis excitato opere perfecit. Mortalitatem tandem in gentilitia Domo explevit &*
,, *ipſe Neapoli die 16. Aprilis 1660. ſepultuſque fuit*
,, *in Divi Franciſci monialium.*

XLVI ,, JOANNES BAPTISTA *Ventrilia, Capuanus, U. J. D., Canonicus Primicerius majoris Ec-*
,, *cleſiæ ſuæ patriæ, & Vicarius Generalis ſui Archie-*
,, *piſcopi Cardinalis Camilli Meltii, ob vitæ inte-*
,, *gritatem, doctrinam, ac miram in rebus agendis*
,, *dexteritatem ab Alex. VII. Summo Pontifice motu*
,, *proprio per Cardinalem Conradum Datarium Ro-*
,, *mam accitus anno 1660. die* 21. *Septembris hanc*
,, *Eccleſiam ultrò oblatam regendam ſuſcepit. In ipſa*
,, *Congregationes caſuum moralium inſtituit, quibus*
,, *ipſe ſæpiſſimè intererat, & in quibus more PP.*
,, *Congregationis oratorii, in qua ipſe juventutem*
,, *ſuam tranſegerat, familiares de re ſacra ſermo-*
,, *nes inſerebat. Dumque Eccleſiam ſuam ſpiritua-*
,, *liter, & materialiter exornare meditatur, vix di-*
,, *ligentiſſima diœceſis viſitatione peracta, die 23.*
,, *Decembris 1662. Præſul vitæ ſanctiſſimæ obiit in*
,, *propria, in qua natus erat, domo in Capuano vico*
,, *vulgò*, il Caſal delle Corti, *ſua hærede inſtituta*

A ,, *Eccleſia, quam ibi ipſe conſtruxerat. Sepultus au-*
,, *tem fuit in æde Minorum Capuccinorum Capuæ.*
,, *Typis dedit duo volumina, primum, cui titulus:*
,, *Practica Tribunalium Eccleſiaſticorum; alterum*
,, *de poteſtate Archiepiſcopi. Deciſiones Curiæ Ar-*
,, *chiepiſcopalis Capuanæ, & ſermones Paſtorales*
,, *pro ſingulis anni feſtis diebus edere parabat, quod*
,, *morte interceptus non potuit.*
,, JOSEPH *de Auxilio, Neapolitanus, majoris Ec-* XL VII.
,, *cleſiæ Neapolitanæ Canonicus, ab Alexandro VII.*
,, *Ventrilia ſucceſſor datus 2. Julii 1663. poſſeſſionem*
,, *initi ſuæ Eccleſiæ die prima Septembris ejuſdem*
,, *anni. Singulis annis diœceſim integram viſitavit,*
,, *omnium neceſſitatibus proſpexit ſemper; Eccleſiam,*
,, *quam Epiſcopus Brunorus Sciamanna ædificare*
,, *inceperat, ipſe perfecit, illamque Divo Januario*
,, *dicatam voluit, dotavitque annuis redditibus, ut*
,, *unus in ea ſaltem Sacerdos ſingulis feſtis diebus*
,, *rem ſacram faceret. E vivis abiit Neapoli die 28.*
,, *Julii 1668 ibique ſepultus magna, & quidem inte-*
B ,, *gerrimæ vitæ fama.*
,, Fr. BONAVENTURA *Caballus illi ſucceſ-* XL VIII.
,, *ſit, Præſul undequaque clariſſimus. Si generis qua-*
,, *litatem conſideras, ſua gens, quæ in Regno Nea-*
,, *politano primaria nobilitate fruitur, ab illa deri-*
,, *vat Caballa antiquiſſima Veneta Patritia, quæ*
,, *adhuc in illa floret Republica. Pater illi Joannes*
,, *Franciſcus, Mater Catarina Tocco Nobiliſſima*
,, *Tropienſis ex antiquis Epiri, Ætoliæ, & Acarna-*
,, *niæ in Græcia Deſpotis. Si naturæ, ac fortunæ bo-*
,, *na rependis, dixiſſe ſufficiat, utraque ſuos in eum*
,, *theſauros effuderunt. Si gratiæ, hæc, quæ ſuum om-*
,, *ninò voluit, ſuis donis ſuperabundè cumulavit,*
,, *adeò ut cum & animi, corporiſque dotibus, ſuorum,*
,, *imò omnium ſibi amores conciliaſſet. Unum ipſum*
,, *ad perpetuandam familiam ſui genitores deſtina-*
,, *rant; quod ubi reſcivit Joannes Baptiſta (hoc illi*
,, *nomen in luſtrali fonte fuerat inditum) ſe, nonniſi*
,, *prodigiosè natum, uni prodigiorum authori litan-*
,, *dum eſſe pronunciavit: à quo ſancto propoſito dum*
C ,, *mater omnimodè removere ſtudet, ſub ruinis Ter-*
,, *ræmotuum, qui Calabriam anno 1637. devaſtarunt,*
,, *oppreſſa occubuit. Quare Joannes Baptiſta aſpe-*
,, *rum illicò vivendi genus inter Fratres Minores*
,, *Obſervantes D. Franciſci audiens Bonaventura,*
,, *aſperius etiam inter eoſdem, ſed quos vocant Re-*
,, *formatos, amplexus deindè fuit. Neapoli, Romæ,*
,, *& Bononiæ ſcientiarum ſtadium cucurrit, in qui-*
,, *bus adeò excelluit, ut in omnibus ſemper palmam*
,, *retulerit, illaſque ex Cathedra docuerit. Miram*
,, *habuit in dicendo vim, ut nobiliora Europæ pulpi-*
,, *ta ſummo ſibi decori adſcripſerint ab illo calcari.*
,, *Neapolis in ſua æde Principe, Roma in ſacello*
,, *Pontificio, Veneta Reſpublica declamantem omni-*
,, *bus etiam ſtudiis audire voluit, illumque non modò*
,, *veluti filium maternæ prorſus amoris ſignificatione*
,, *non dubia, ſed quaſi regio excepit more. Munera in-*
,, *ſuper generoſa, quæ recuſarat, ipſo inſcio, Aman-*
,, *theam uſque ad ſuos tranſmiſit, & præcipuè Matro-*
,, *na quædam de Caballa gente, quæ illum in paucis*
D ,, *ſumma veneratione proſequebatur. Piiſſimus Im-*
,, *perator Leopoldus I glor. mem. non niſi ad illum le-*
,, *gationem Nobilium Virorum honoris ergo tranſ-*
,, *miſit, ut impendio Cæſareo, uti cum magnis Prin-*
,, *cipibus fieri aſſolet, Viennam uſque deduceretur.*
,, *Summo ibi loco habitus fuit ab omnibus Aulæ pro-*
,, *ceribus, in qua Italicè, ac Latinè communi ſemper*
,, *plauſu peroravit. Cum pretioſa munera à Cæſare*
,, *oblata, conſtantiſſimè, ut ſuus mos erat, recuſaſſet,*
,, *quippè nullam à ſuis Evangelicis laboribus tem-*
,, *poralem umquam retributionem voluit, idem Cæ-*
,, *ſar Amantheam uſque tranſmittenda curavit cum*
,, *lemmate in quibuſdam operibus argenteis magni*
,, *valoris, ac mira arte perfectis.* Ex munificentia
,, Cæſaris erga D. Leonardum Caballum fratrem
,, R. P. Bonaventuræ Caballi.
,, *Tot, tantiſque fatiſcentem meritis ſuus ordo*
,, *Commiſſarium Generalem bis renunciavit, plau-*
,, *dente Roma, quæ ob vitæ probitatem, & omnige-*

,, *nam*

„ nam Eccleſiaſticam doctrinam purpureo galero or- A
„ nandum iri quamprimè cenſebat. Sed hæc publi-
„ ca vota in mitra poſteà Caſertana deſferuerunt,
„ quam ipſe intrepidè ſemper recuſavit, non quidem,
„ ut ſuo imparem merito, ſed quia ſuis imparem viri-
„ bus, adeò de ſe humillimè ſentiebat; quia dignita-
„ tibus alienum ſemper geſſerat animum, illam ta-
„ men Pontificio accedente iterato præcepto, coactus
„ accipere die 12. Februarii 1669. cum primùm fuiſ-
„ ſet electus die 10. Decembris 1668. Epiſcopus ita-
„ que renunciatus, nec ſuum vivendi genus, nec aſ-
„ peras veſtes ſubtilioribus umquam immutavit, eaſ-
„ dem mortificationes, abſtinentias, quadrageſimas,
„ jejunia, macerationes, pœnitentias, quas dum
„ Monachus, nunc & Epiſcopus peragebat. Cleri mo-
„ res componere, Religionem amplificare, vitia re-
„ ſcindere, pietatem protendere prima illi cura fuit.
„ Diœceſim quotannis diligentiſſimè inviſebat, om-
„ nium factus illius Eccleſiarum, & perſonarum ſol-
„ licitudo, illis omnibus attentiſſimè proſpiciens, ac ſi
„ una prorſus ædes, una foret perſona, non multæ. B
„ Princeps templum reſtauravit, illius feneſtras
„ priſco more nimis arctas, ut lucidior, ac lætior fo-
„ ret interior ipſius facies, prolatavit, uniformeſque
„ reddidit, vitriſque illas pulcherrimo ordine diſpo-
„ ſitis exornavit. Sacrarium ſacra, & pretioſa ſu-
„ pellectili ditavit. Sacellum Ss. Crucifixi, ubi nunc
„ venerabile Altaris Sacramentum aſſervatur, auro
„ largiſſimè profuſo incruſtavit. Synodum, conſtitu-
„ tionibus Epiſcopi Sciamannæ alias addendo, bis
„ coegit. Verè pater pauperum, illorum omnibus in-
„ digentiis ſemper præſto fuit. Cum aliquando ni-
„ hil haberet erogandum, propriis ſe veſtibus ſpo-
„ liabat, ut Chriſtum in ſuis pauperibus nudum ope-
„ riret. Honeſtis puellabus ſemper dotem, egenis
„ mendicare erubeſcentibus clam, & ſæpè propriis
„ manibus ſtipem largiebatur. Ob infirmitatem, aut
„ ſenium, victum ſibi proprio labore comparare im-
„ potentibus numquam defuit, licet ſuus Epiſcopa-
„ lis cenſus mille ſcutorum penſioni fuerit obnoxius,
„ quorum centum, quæ debebantur Carolo Cardi- C
„ nali Carrafæ Epiſcopo Averſano ſciens idem Emi-
„ nentiſſimus Princeps, quæ meliori ſorte per manus
„ Epiſcopi Caballi fruerentur, illi ſemper benigniſ-
„ ſimè indulſit. In ſua diœceſi conciones ſemper ha-
„ buit, & licet dicendi gratia, ut ſupra viſum, mi-
„ rè polleret, inculpatæ potiùs vitæ perpetuo teno-
„ re ſuam plebem Deo lucratus fuit, ipſos Patritios,
„ ipſoſque Dynaſtas manſuetos, humiles, Eccleſiæ
„ veluti famulos ſua ſanctitate reddidit. Illum om-
„ nes ut verè Patrem venerabantur, illum in omni-
„ bus conſulebant, & licet aliquando Epiſcopi opi-
„ nio ſuæ non arrideret, ultrò libenſque illi acquie-
„ ſcebant, hac ſola firmiſſima ratione moti, quia ita
„ Epiſcopo viſum, obedientiæ meritum coronante
„ Domino, quia ſemper illis omnia juxta Epiſcopi
„ oraculum eveniebant. Etiam Epiſcopus in qua-
„ cumque celebri Eccleſiaſtica ſollemnitate, & præ-
„ cipuè Neapolim accerſebatur, ut Panegyricas ora-
„ tiones recitaret. Gratiſſimus illi Neapolitanus or-
„ do, cum benè ſciret Caſertanum Præſulem nec po- D
„ tum frigidæ pro ſuis umquam laboribus accepiſſe,
„ Venetæ Reipublicæ, Auguſtiſſimi Leopoldi imitatus
„ exempla, clanculum opus grande argenteum cum
„ Civitatis inſignis, & epigraphe ad illius Germa-
„ num D. Leonardum dono miſit. Calculi dolore cor-
„ reptus anno 1689. in palatio Epiſcopali, quò vene-
„ rat feſtum Corporis Domini celebraturus, ibi in eo-
„ dem feſto munitus omnibus Eccleſiæ Sacramentis
„ ſuper una culcitrula paleis fulta inter lachrymas
„ ſuorum diœceſanorum, qui in ſuum cubiculum acce-
„ dentes, ac recedentes convenerant ferè omnes, ul-
„ timam ab eo benedictionem, ultimos ſalutares mo-
„ nitus accepturi, verè ſanctus, ut publica vox fuit,
„ verè pauperrimus die 10. Junii expiravit, omni-
„ bus ſui deſiderium relinquens, & præcipuè ſuæ diœ-
„ ceſi, ſuo ordini, toti quinimmò Italiæ, & Europæ,
„ quò fama ſuæ probitatis æquè, ac doctrinæ perve-
„ nerat. Teſtari ob notoriam paupertatem non po-
„ tuit, imò cùm, ut egeſtati, ac præſertim verecun- A
„ dæ obviam iret, ære alieno obſtrictus eſſet, Apoſto-
„ lica Camera poſt ejus obitum ſolvit, omnes tamen
„ divites reliquit ſacrarum exemplo virtutum, quæ in
„ ipſo heroicè effulſerunt. Suum Cadaver humatum
„ voluit in Divæ Luciæ ſuorum PP. Reformatorum
„ Divi Franciſci in communi ſepulcro, & in illo pro-
„ priè loculo, in quo paucis antè annis ſepultus fue-
„ rat ſuus uſque ad mortem Socius Fr. Gabriel de
„ Ariano Laicus ſui ordinis Reformati. Die Veneris
„ à ſuis fratribus in ſui conventus Eccleſia elatus
„ fuit, Sabbato autem ſequenti Capitulum, & Clerus
„ Caſertanus in eadem Eccleſia illi juſta perſolvit,
„ ut etiam illic ſingulæ religioſæ familiæ potiùs flen-
„ do, quàm canendo, adſtante omni populo, & præci-
„ puè pauperibus, qui numquam illi manus, ac pedes
„ oſculari ceſſarunt, niſi quando per vim ex eorum
„ conſpectu ereptus fuit. Ad perpetuam autem tan-
„ ti Præſulis memoriam hanc voluit incidi epigra-
„ phen vivens hodiè feliciter Epiſcopus Schinoſi.

B

„ Frater Bonaventura Caballus Nobili
„ Genere Amantheæ in Calabria natus
„ Ordinis ſui Minorum ſcilicet ſtrictioris
„ Obſervantiæ lux, decus, biſque in Urbe
„ Generalis Commiſſarius ob mirabilem
„ in concionando vim in magno apud Ita-
„ los, in magno apud exteros præcipuèque
„ apud Leopoldum Cæſarem numero ha-
„ bitus, à Clemente IX. Epiſcopus renun-
„ ciatus Caſertanus, ita erga ſe, & gregem
„ ſe geſſit, ut ad præſcriptam à D. Paulo
„ Paſtoris formam, nihil ipſi addendum,
„ aut demendum viſum ſit. Maximèque
„ conſpicuus pietate in Deum, amore in
„ ſubditos, miſericordia in pauperes, obiit
„ anno ſalutis 1689., ætatis 70. Præfuit 24.
„ Viro incomparabili, & optimè merito
„ Joſephus Schinoſi Eccleſiæ Caſertanæ
C „ Epiſcopus hoc monumentum fieri cura-
„ vit Anno Domini MDCC.

„ Suas conciones licèt prælo dignas nullatenus pu-
„ blici juris eſſe voluit, adeò illas utpotè ſuas parvi-
„ faciebat. Quædam Panegyricæ orationes ab ipſo
„ extortæ, ipſo vel neſciente, vel reluctante im-
„ preſſæ fuerunt. Scripſit anno 1653. nonniſi ſupre-
„ mi Hierarchæ juſſu vitam B. Nicolai Albergati E-
„ piſcopi Bononienſis, & S. R. E. Cardinalis ſummo
„ Reipublicæ litterariæ plauſu, & Eminentiſſ. Al-
„ bergati tunc viventis.

„ HIPPOLYTUS Beraeduccius, Patritius Vi- XLIX
„ gilienſis, profeſſione vitæ Benedictinus, Congre-
„ gationis Sanctæ Juſtinæ de Padua, optimus
„ Theologus, ſcholaſticus, & moralis, vitæ exem-
„ plaritate conſpicuus, ex Abbate Monaſterii Sancti
„ Laurentii de Averſa huic Caſertanæ Eccleſiæ ab
„ Alexandro VII die 3. Junii 1690. præficitur. Unicum
D „ illi ſtudium Prædeceſſoris inhærere veſtigiis, cle-
„ rum colere, pauperes juvare, Eccleſiaſticam im-
„ munitatem tueri, diœceſim inviſere, ſi qui irrepſe-
„ rant poſt mortem Caballi, abuſus tollere, Epiſco-
„ pi partes omnes ad amuſſim implere. Pecuniam non
„ modicam congeſſit pro renovando principe templo,
„ quod ultimo interceptus morbo, ſucceſſori perfi-
„ ciendum reliquit. Poſt vitam religioſam verè, &
„ exemplarem armatus omnibus Eccleſiæ Sacramen-
„ tis obiit die 25. Septembris anno 1695. ætatis ſuæ
„ 82. Suum mortale ſepultum voluit in Pirecta, in
„ vico ſuæ Diœceſis, quibus Sanctus Benedictus ſui
„ ordinis inſtitutor, titulum, nomenque dat, ibique
„ Capitulum, & Clerus Caſertæ ultima illi officia
„ perſolvit. Hoc autem epitaphio ipſius ſepulchrum
„ loqui voluit vivens illius ſucceſſor Joſeph Schi-
„ noſi.

„ Hip-

Hippolyto Berardncci Vigilienſi Abbati Caſſinenſi Epiſcopo Caſertano, qui Nobilitatem, Vetuſtatemque generis magna eruditione, magnoque ingenio cumulavit, qui genus, ingeniumque vitæ octogenariæ integritate coronavit, Joſephus Schinoſi Epiſcopus Caſertanus, Nicolaus Antonius Natale Archipresbyter, & Dominicus Ricciardi Teſtamentarii executores lapidem hunc amicitiæ teſtem poſuerunt hic, ubi ipſius ex ſuprema voluntate oſſa conduntur, & bis in hebdomada ex quingentorum aureorum legato ad animæ ſuffragium ſacrificatur anno Domini MDCXCVI.



L *Berarduccio Vigilienſi alter Vigilienſis in Præſulatu ſucceſſit* JOSEPH *nomine, qui licet Vigiliis natus, gente autem eſt Schinoſi Patritia Tranenſi, origine tamen Conſentina, quare in utraque clariſſima urbe inter primas in Senatorio ordine recenſetur. Pater illi fuit Joannes, Mater Iſabella ex illa nobiliſſima in Hiſpaniis gente Silos, quæ cum Italiam tenuit, ob conſanguinitates contractas, & feuda in Peucetiis comparata, Butunti reſedit. A teneris annis Eccleſiaſticæ militiæ ſe conſcripſit, exemplum ſequutus ſui germani natu majoris Franciſci, qui Societati Jeſu nomen dederat, in qua adhuc vivit pietate, litteris, omnique Eccleſiaſtica ſcientia ornatiſſimus, author hiſtoriæ luculento ſtylo conſcriptæ ſuæ Societatis in Provincia Neapolitana, cujus duæ partes typis uſque adhuc commiſſæ ſunt. Joſeph itaque, cum jam eſſet humanioribus litteris perabundè inſtructus, ſeverioribus diſciplinis adjecit animum eo felici eventu, ut brevi in illis laureatus eſſe meruerit. Innocentius XII., ad quem fama probitatis, ac doctrinæ Joſephi pervenerat, ipſum nil tale cogitantem Archipresbyterali Terlitii mitra, ad quam multi etiam ætate maturiores non mediocri niſu adſpirarant, ultrò cohoneſtavit, quando nec adhuc inſignia obtinuerat, & Caſertana Epiſcopali ultrò etiam ornatum voluit. Conſecratus itaque Epiſcopus menſe Februario 1696. poſſeſſionem iniit ſuæ Eccleſiæ Martio ejuſdem anni. Nulla mora interpoſita in cleri reformatione totus fuit, ac præcipuè in inſtaurando ſeminario nervos omnes intendit, domus ampliatione, Bibliothecæ erectione, quam continuò libris pro alumnis inſtruendis locupletat, redditaum adjectione, magiſtrorum delectu, adeò ut in illo impræſentiarum ſexaginta, & ampliùs juvenes Epiſcopali cenſu educentur, pietate, & omnibus Eccleſiaſticis imbuantur diſciplinis, maximo Caſertanæ diœceſis, & aliorum conterminorum oppidorum emolumento. Synodum diœceſanum coegit, in qua conſtitutiones ſancivit apprimè ſalutares. Honeſtati puellarum ſemper invigilat, do-*

A *tes illis erogando. Peculiaribus obſequiis tutelarem ſuum Angelorum Principem Divum Michaelem proſequitur, ſiquidem à feſto illius dedicationis uſque ad illud Apparitionis ejuſdem ſuprà reliquas quotidianas, & largas quidem Eleæmoſynas, quatuor in qualibet hebdomada diebus pauperibus omnibus Caſertam confluentibus in honorem Cæleſtium Ducis exercituum in cœnaculo ritè inſtructo victum ſuppeditat. Aſceterium pro ſacris Virginibus ſub Divi Dominici regula in loco, vulgò* la Torre, *magno quidem impendio excitavit. Palatium pro Epiſcopis Magdaloni erexit, ut in ſancta viſitatione, quæ non mediocre tempus requirit, propriæ reſidentiæ locum haberent. Publicam, ut illam Brancaciorum Neapoli, Bibliothecam Caſertæ aperire jam diù meditatur, pro qua multos jam codices, multa quotidiè comparat volumina, ne quis deinceps inſcitiam, librorum defectu poſſet excuſare. Quinquaginta ferè aureorum millia in ædificiis uſque adhuc impendit, princeps*

B *templum renovando, picturis ornando, ſacra ſupellectili, argenteiſque operibus ditando, corrogatis etiam in idipſum quinque ſcutorum millibus, quæ ſuus præceſſor Berarduccius reliquerat, multaque alia vel reſtauravit, vel condidit, ut è ſequentibus inſcriptionibus.*

In Cavædio Palatii Epiſcopalis, vulgò la Cavallerizza.

Ædes olim Regiæ Caballeritiæ addictas atque indè dictas, quas Ferdinandus II. ab Aragonia pia munificentia Eccleſiæ Caſertanæ cum vicinis prædiis attribuerat, quaſque Fr. Deodatus gentilis Ord. Prædic. Patritius Jannenſis Epiſcopus Caſertanus, & Neapoli Nuncius Apoſtolicus a fundamentis reſtituerat, Joſephus Schinoſi Epiſcopus Caſert. Conſentinus, & Tranenſis Patritius inſtauravit,

C laxavit, exornavit gratus anteceſſori, beneficus ſucceſſoribus Ann. Dom. MDCCVIII.

In ſecundo aditu maximo ejuſdem Palatii.

Joſephus Schinoſi Epiſcopus Caſertanus faciei Epiſcopalis Palatii ab hac Boreali parte magnificentiùs conformatæ reſpondentem aream vepribus conſitam, ruiniſque deturpatam cultus amœnitate exhilaravit Ann. Dom. MDCCVIII.

In Cœnatione egenorum.

Cœnaculum pauperum
ipſis pauperibus ad refrigerium
D Clericis adminiſtrantibus ad exercitium
Paſtoralis muneris ad debitum
Joſephus Schinoſi Epiſcopus Caſert.
erexit Ann. MDCCIX.

In novis carceribus, qui priùs conducebantur.

Carceres
Clericorum culpis vindicandis
ne poſthac honoris diſpendio,
pecuniæ impendio
mutuari aliundè ſit opus
Joſephus Schinoſi Epiſcopus,
Caſertanus
Juſtitiæ, & miſericordiæ ſtudio
à fundamentis excitavit,
cellis ad cuſtodiam impoſitis,

„ ho-

„ Horatioad commodum ſuperaddito
„ Viridarioad ſolamen ſubſtrato
„ Ann. Sal. MDCCIX.

„ *In Monaſterio Virginum D. Dominici*,

„ Virgini Deiparæ
„ Virginum Collegium
„ Quod priùs à fundamentis excitaverat
„ Mox intromiſſis Chriſto Sponſo ſponſis
„ Sacrum voluit
„ Joſephus Schinoſi Patritius Conſentinus,
„ & Tranenſis Epiſc. Caſert.
„ Anno Sal. MDCCXV.

„ *Licet tot millia in hiſce operibus erogaverit, num-*
„ *quam autem de illo pauperes, numquam de illo*
„ *Virgines, numquam Viduæ, pupilli Orphani que-*
„ *ſti ſunt, nec etiam Caritatis temporibus, quibus*
„ *integras, & quam multas aluit familias, quia*
„ *non modo ſuæ Eccleſiæ, ſed proprium ſuum cen-*
„ *ſum communem cum ſuis habet pauperibus; multa*
„ *etiam, & quàm maxima de tanto præſule dicen-*
„ *da forent, quæ lubens omittimus, ac illius mode-*
„ *ſtiæ graves ſimus; unum illud enixius à Domino*
„ *rogamus, ut Caſertanæ Diœceſis unico, in quo*
„ *omnia continentur, annuat voto, quod nonniſi*
„ *aliud eſt, quam ſalus Præſulis.)*

SUESSANI

EPISCOPI.



SUESSA, Campaniæ Felicis urbs vetuſtiſſima paulo remotior a Lyri fluvio in Appia via ante Romæ edificationem condita fuit, in ipſo amœno colle quo ad Orientem reſpicit Maſsicum Montem, à Meridie Gaurum, ab Occaſu octo milliarium intervallo à Tyrrheno Mari, à Neapoli duodecim, ab antiqua Sinueſſa octo diſtans. Fuit quondam lata & patens Campaniæ civitas, hodie anguſtioribus contenta limitibus ad tria millia alit mortalium: titulo Ducatus, & Epiſcopali dignitate decoratur. A quo verò ſit prima fundatione conſtructa, difficulter ex hiſtoriarum monumentis erui poteſt. Sunt qui Ran (Gomerium vocant) Japhet filio Noe nepoti ejus fundationem attribuunt, & à Sem Patrui nomine nuncupatam ante Chriſtum natam M. M. CLXXIX. ante vero Romam conditam M.CCCCXXVII. quam vacillantibus conjecturis, meram Annii Viterbienſis, & quorundam recentiorum eſſe fabulam antiquarum rerum periti exiſtimarunt. Rejectis fabellis, conſtat Sueſſam antiquiſsimam Felicis Campaniæ fuiſse, longe tamen diverſam à Sueſsa Pometia Volſcorum civitate, & ferunt Herculeam aliquando vocitatam, vel à templo in ejus honore condito, cujus adhuc extant veſtigia, vel quod illuc ille pertranſiens à Sueſsanis honorifice ſuſceptus, & pro numine ſit adoratus, in cujus memoriam cuſa nu-

A miſmata cum excitato leone, quo pro civitatis inſigni uſque in hodiernum diem utuntur, hoc dilemmate SUESSÆ VETUSTÆ INSIGNIA. Pometiam Sueſsam Volſcorum, de qua Silius loquitur, & Plinius, dictam fuiſse à Pometiæ civibus, qui eam inhabitarunt, auctores ſunt Livius, & Dionyſius. Hi enim à Tarquinio Priſco Quinto Romanorum Rege devicti Sueſsam demigrarunt, benigneque accepti ab eorum nomine deinceps Sueſſam Pometiam, aliquando abſolute Pometiam, & Seſsam dixere: ſed & Auruncam, & Auſoniam vocatam lego apud Livium, & Vellejum, cum Aurunci à Sidicinis populis devicti in eam ſe recepiſſent anno ab Urbe condita CCCCXVI. *Inter Sidicinos, inquit Livius, Auruncoſque bellum ortum; Aurunci à T. Manlio Conſ. in deditionem accepti, nihil inde moverant, eo petendi auxilii ab Romanis cauſa juſtior fuit; ſed priuſquam Conſules ab Urbe (juſſerat enim Senatus defendi Auruncos) metu oppidum deſeruiſſe, profugoſque cum conjugibus ac li-*
B *beris Sueſſam communiſſe, quæ nunc Aurunca appellata, mœnia antiqua eorum, urbemque à Sidicinis deletam.* Cæterum ſummæ antiquitatis ac potentiæ debetur Sueſſæ, quod illis primis temporibus, quibus Roma Orbis caput adolere cœpit, cum illis civitatibus fuit, quæ diu cum ea certarunt, ac deinceps poſt varia bellorum genera ab Romanis vi captæ, & expugnatæ in eorum poteſtatem devenerunt. Sub Annibale multas clades paſſa eſt, & ſub Adriano, Antoninoque Imp. plurimum floruit: ſub Conſulibus olim in amicitiam populi Romani recepta, ductaque Colonia eſt anno ab urbe condita CCCCXL. ut Polybius narrat; & Livius lib. 9. inquit, *Sueſſa & Pontia Coloniæ deductæ ſunt L. Papyrio Curſore quintum, & C. Junio Bubulco iterum Conſulibus.* Municipium inde fuit, & civitate donata, quemadmodum ex Cicerone, veteribuſque inſcriptionibus conſtat, quarum in foro adhuc duæ ſpectantur.

C

Cajo. Titio.
Chreſonio. Aug. Fil.
Huic. Ordo. Decurion.
Quod. Pro ſalute. Et. Indulg. Imp.
Ant. Pii.
Fel. Et. Volun. Pop. Munus. Fam.
Gladiat. Cum. Sua. Die.
Privat. Secund.
Dignit. Municip. Ediderit.
Optimo. Exemplo. in Municip.
Sueſſan.
Et. Ut. Quæ. Dignitas. In. Domo. Ejus
Flueret
Commodiſque. Publ. ac St. Decurio
Fieretur. & Titio.
Cheres. Emerit.
Patris. Honorem Decurion. Gratuit.
Decrevit
Ordo. Decur. & Auguſal. & Plebis
Munieverunt.

D

Alia ibidem.

Imp. Caſ. Divi. Trajani. Part. F.
Divi Nervæ Nep.
Trajan. Adr. Aug. Pont. Max.
Trib. Pot. VI. Con. III.
Viam
Sueſſanis Municipibus
Sua Pec. Fec.

Nuper alia effoſſa eſt vetus inſcriptio ſub turri Campanaria ad S. Sylveſtrum, quam in foro Teoghi expoſuerunt.

A Landulpho Strontano de Neapoli rationali Cameræ Regio Conſiliario, & familiari Regio, & ſuis hæredibus. Item domus de Plano, quæ dicitur la Torre cum curtibus, ſalis, cameris, cellario, ſtabulo, furno, coquina, puteis duobus, & palmentis cum portis, feneſtris ferratis, & ſine ferro, clauſuris opportunis, in quibus domibus inventa ſunt bona mobilia infraſcripta, videlicet vegetes undecim plenas vino latino, quarum tres ſunt aurilico, & aliæ ſunt de vino albo, in quibus ſecundum communem exiſtimationem poſſet eſſe de vino puro uſque ad ſummam careatorum octo. Item vegetes vacuæ decem & octo capacitatis carratorum quindecim, & parum plus Item carratellus unus de bruſco in quo eſt aliqua quantitas de Borgneſo. Item ſavellus unus de ligno pro carriandis uvis, Item cupellorum duo de ligno pro ponenda farina. Item bares duæ cum coopertorio. Item lecteriæ ſeptem cum tabulis opportunis. Item balliſtæ duæ magnæ de oſſo cum teneriis & cordis ad torno. Item ſala dictarum domorū eſt circundata ſeggiis de ligno, & eſt ibi aderizatorium unum. B Item tabulæ pro menſa de ligno quinque ſunt, duæ tabulæ plecatoriæ, una magna, & alia parva. Item paria quinq; chriſpellorum. Item tabulæ vigintiquinq; de populo. Item Tinus unus ferratus pro menſura. Item ſchritellus unus de ære pro haurienda aqua de puteo. Item caſſiæ duæ cum coopeetoriis. Item balneum unum de ligno. Item . . . . . . una pro conficiendo pane. Item arcella una de ligno. Item calderinus unus de ære fractus, ponderis lib. duodecim. Item puzuaettus unus de ære pond. lib. ſex. Item ſartago una de ære pond. lib. quatuor. Item par unum de bilanciis de ære pond. lib. . . . Item faſconi duo de ære pro aqua roſata. Item puzunettus unus de ære cum coopertorio pond. lib. quatuor. Item torcular unum neceſſarium in palmento, cum funiculis opportunis. Item boves quatuor domati. Item juga duo pro dictis bovibus, qui boves ſunt tres rubei, & alius albus. Item jardenum unum parvum conſtructum in in ipſis domibus de Turri cum aranciis, limonibus, C cedris, & aliis arboribus fructiferis, & pede uno di coſa, & jardeaum ipſum eſt muro circundatum. Item jardenum unum aliud magnum conſtructum in ipſis domibus, & circundatum muris cum arboribus fructiferis, & arancîis, & datur ad laborandum deſuper ad medietatem, & deſuper in demanium procuratur. Item ſtartia una conſinitima ipſis domibus, quæ dicitur ſtarzia feudi Turris cum arboribus vitatis & fructiferis, & datur ad laborandum deſuper ad medietatem, & deſuper in demanium procuratur, & habet fines à tribus partibus viam publicam. Item . . . . . . omnium ſtarziarum venduntur in gabella anno quolibet pro unciis novem, quandoque plus, & quandoque minus, ſed in anno dictæ decimæ indictionis præterito, vendita fuerunt pro unciis decem, & infraſcripto anno decimæ indictionis adhuc non ſunt vendita. Item feudum, quod dicitur S. Martini, & conſiſtit in juribus, & bonis ſtabilibus infraſcriptis, videlicet in domibus palatiatis, & palmento uno, & aliis domibus coopertis plineis, & . . . . S. Martinus dicitur, per fines ab una parte viam publicam, D ab alia res & bona Angeli Muſtani, & aliorum. Item dictum feudum habet jardenum unum conſtructum in ipſis domibus cum arboribus vitatis, & fructifeeis, & habet fines ab una parte viam publicam, & ab alia res Divæ Marinæ. Item habet ſtarziam unam conſtructam ipſis domibus cum arboribus vitatis, & fructiferis, ſcilicet olivi, & habet fines ferè ab omnibus partibus viam publicam. Item habet ſtarziam unam, quæ dicitur Starza S. Glorioſi, & habes finem ab una parte viam publicam, & ab alia res pheudi, quod dicitur de Agueſſa. Item habet ſtarziam unam ubi dicitur Caſtrata, & habet fines ab una parte viam publicam. Item ſtarziam unam, quæ dicitur Starza S. Petri, & habet fines ab una parte viam publicam, ab alia ees . . . . Item redditus dictæ ſtarziæ qui conſiſtit in vaſſallis, & hominibus ipſius pheudi, conſiſtit in pecunia & pullis, & poſſet aſcendere ad ſummam unciarum auri quatuor, & carolenorum vigintiquatuor, quod totum pheudum facta commu-

A ni exiſtimatione poſſet in univerſo aſcendere ad ſummam unciarum auri viginti, & tenetur, & procuratur in demanium. Item pheudum Summanæ emptum per quendam dictum Comitem patrem ipſius pupilli, quod prædictus magiſter Landulphus Siriatanus tenebat ex dono dicti Domini Comitis, quod pridie ad requiſitionem dictorum Baliorum prædictus magiſter Landulphus ſponte renunciavit pro parte dicti pupilli, prout prædicta omnia dictus magiſter Landulphus aſſeruit, & eſt, & procuratur in demanium, & conſiſtit in bonis ſubſcriptis, videlicet in domibus palatiatis, & palmentis, quæ domus ſunt in loco, ubi Summana dicitur, & habet fines ab una parte viam publicam, & ab alia res Caſertani de Faguto, in quibus domibus eſt veges una plena græco, in qua poſſet eſſe carrata una. Item inventæ ſunt in eiſdem domibus vegetes duæ fractæ. Item habet jardenum unum, & ſtartiam unam conſtructam ipſis domibus cum arboribus vitatis, & fructiferis, & habet fines à tribus partibus viam publicam. Item habet Starziam unam, B quæ dicitur ſtarza de lo pede cum arboribus vitatis & fructiferis, & eſt ei finis ſtartia S Helenæ, & ſtartia Domini Herrui de Riſo. Item habet terram unam ſitam in villa Falciani juris Civitatis prædictæ cum arboribus vitatis, & fructiferis, cui ab uno capite eſt finis via publica, ab alia domus majoris Eccleſiæ Caſertanæ. Item habet terram aliam in peetinentiis Murroni in loco, ubi dicitur . . . cui ab una parte eſt finis aquarum, ab alia eſt mons, qui dicitur mons Maurus. Item habet terram aliam in peetinentiis Limatulæ, ubi dicitur la Curveta, cui ab una parte eſt flumen, & ab alia, terra Demanii Limatulæ. Item habes terram aliam in villa Tori de pertinentiis Caſertæ, cui ab una parte eſt finis ſerragallorum, ab alia terra ſtabilis de Rizio. Item habet terram aliam in loco, ubi dicitur Corſicello, cui ab una parte eſt mons, qui dicitur Virgbus, ab alia terea Jacobi Cocci. Item habet terram aliam in loco, ubi dicitur la Calcona, cui ab una parte eſt via publica, ab alia terra Abbatis C Ioannis Textoris. Item habet tereeam aliam in loco, ubi dicitur monte Muſo, cui ab una parte eſt rivus, ab alia terra Petri de Vito. Item habet Territorium aliud in loco ubi dicitur la fontana de lo Sambuco, cui à duabus partibus eſt rivus, ab alia parte de Caſerſa. Item habet terram aliam ſitam in loco, ubi dicitur le Ceſolle, cui ab una parte eſt Mons Brianus, ab alia Terra. . . . . . . Item habet tereeam aliam in loco, ubi dicitur. . . . . . . cui ab una parte eſt nemus, quod Virgbus dicitur, ab alia parte eſt rivus. Item habet domos diverſas in Civitate Caſeetæ, quarum ab una parte eſt Terra demanii Caſertæ, ab alia via publica, & ſigua prædictarum parvarum terrarum, locorum & bonorum omnium prædictorum, alii ſunt confines. Item habet territorium, quod debetur à nonnullis hominibus, & vaſſallis ipſius pheudi, & conſiſtit in pecunia, & certa quantitate pullorum, aſcendunt ad ſummam caroleaorum vigintiquatuor, quod totum pheudum in univerſum poſſet aſcendere annuatim ad ſummam unciarum auri quindecim, quandoque plus, & quandoque minus, & tenetur, & procuratur in de- D manium. Item pheudum, quod tenet Riccius de Caſtro-Mari, conſiſtit in domibus, Vaſſallis, ſtarziis, poſſeſſionibus, redditibus, & juribus aliis, de quo præſtatur Comiti Caſertæ rectum pheudale ſervitium, videlicet cum adbatue, ſolvitur ex eo pro adbemento unciæ ſex, tarenis tres, & gr. quindecim. Item feudum, quod tenetur per Pignatellos conſiſtit in domibus, vaſſallis, ſtartiis, poſſeſſionibus, redditibus, & juribus aliis, de quo præſtatur Domino civitatis Caſertæ certum feudale ſervitium, videlicet cum adbatur ſolvitur pro adbiamento unciarum auri una carolenis vigintiano, & grana decem. Item feudum, quod tenet Johannes Antonius de Capece de Neap. vocatur feudum de Caſanova, & conſiſtit in domibus, vaſſallis, ſtartiis, poſſeſſionibus, redditibus, & juribus aliis, de quo præſtatur Domino civitatis Caſertæ certum feudale ſervitium, videlicet cum adboatur, ſolvuntur ex eo pro adboamento tareni viginti octo. Item feudum, quod tenet . . . filius quondam Domini

de Corrado, conſiſtit in domibus, vaſſallis, ſtartiis, poſſeſſionibus, reddiſibus, & juribus aliis, de quo præſtatur Domino civitatis Caſertæ certum feudale ſervitium, videlicet cum adhoatur, ſolvitur ex eo pro adhoamento uncia auri una, tareni viginti tres, & grana undecim. In cujus rei teſtimonium, & tam Curiæ Regię, quàm dictorum Baliorum, & ipſius papilli Comitis, & omnium, quorum intereſt, & intereſſe poterit certitudinem, & cautelam facta ſunt alia tria publica conſimilia inventaria, primum ad cautelam dictorum Baliorum, & alia duo, unum mittendum & aſſignandum Cameræ Regiæ, & aliud mittendum & aſſignandum magiſtris Rationalibus magnæ Regiæ Curiæ pro cautela papilli Comitis prælibati per manus mei Notarii ſupradicti, ſigno meo ſignatam, ſubſcriptione prædicti Judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi.

Ego prædictus Philippus publicus ubilibet per totum prædictum Regnum Siciliæ Regia authoritate Notarius, qui prædictis omnibus rogatus interfui, & ipſum meo conſueto ſigno ſignavi.
Ego qui ſupra Johannes Judex.
Ego Rogerius Marandi . . . Caſertæ teſtis ſum.
Ego Notarius Petrus . . . Bardas teſtis ſum.
Ego Notarius Andreas Philippi teſtis ſum.
Ego Judex Petrus Ballus teſtis ſum.
Ego Judex Angelus teſtis ſum.
Ego Jacobus Judex de Ragono teſtis ſum.
Ego Judex Philippus de Simone teſtis ſum.
Ego Notarius . . . Adonulfo teſtis ſum.

Quænmnia ſupradicta dictæ partes pure conſenſerunt in me prædictum Judicem expreſſum, eum ſcirent ex certa eorum ſcientia me ipſum Judicem in hac parte nun eſſe. . . . . . ad futuram rei memoriam, & prædictarum partium, & omnium aliorum, quorum intereſt, & intereſſe poterit certitudinem, & cautelam facta ſunt; exinde de eo conſimilia inſtrumenta, prædictis verò pru cautela dictorum omnium, & pru . . . . & vaſſallorum ſuorum, & aliud ad cautelam partis alterius per manus mei Notatii eum ſigno meo ſolitu ſignatum ſubſcriptinne mei prædicti Judicis, & monuum ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptiunibus roboratu, quę *Ego prædictus Lucas publicus ubilibet per totum prędictum Regnum Sicilię Notariuſque prædictus in omnibus rogatus interfui, ipſoque meo conſueto ſigno ſignavi.*

Condidit Benvenutus Huſpitale in Oppidu Madaloni quod S. Barbatæ vocant, ut ibidem appoſita inſcriptio meminit,

Hoc Hoſpitale fecit fieri Benvenutus Epiſcopus Caſertanen. anno
M.CCC. XXXI.

Et ad latera portæ S. Dionyſii in eodem Oppido legitur.

Hoc opus fieri fecit Benvenutus
Epiſcopus Caſertanus
M.CCC. XXXI.

XVI. 16. NICOLAUS Epiſcopus Muri per obitum Benevenuti translatus eſt ad hanc Caſertanam Eccleſiam à Clemente VI. anno 1345. 16. Kal. Julii, caſſata prius electiune cujuſdam Hiernnymi habita à Capitulo Caſertanu, ex reg. Vatic. E. 19. fol. 11. anno 3. Sedit in hac Eccleſia ann. quinque, iterumque ab eodem Pontifice translatus eſt ad Epiſcopatum S. Agathæ Gothorum anno 1350.

XVII. 17. JACOBUS antea Epiſcopus S. Agathæ eodem die & anno, quo Nicolaus translatus eſt ad illam Eccleſiam, ipſe ad hanc Caſertanam tranſitum fecit anno 1350. vir omnium virtutum genere ornatiſſimus, cum multos annos laudabiliter præfuiſſet ſub Vrbano V. Pontifice extrema clauſit. Jacet in Cathedrali in Sacello S. Jacobi à ſe condito, quod prærogativis, & indulgentiis condecoravit, ut ibidem inſcriptio proloquitur.

Anno Domini M.CCCLXV. Pontificatus in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Vrbani Divina providentia Papæ V. anno ejus III. Die vero X. menſis Decemb. IIII. Indict. Nos Jacobus Dei gratia Caſertanus Epiſcopus fundavimus hanc Capellam noſtram, quam conſtrui fecimus ad honorem Dei, & ſub vocabulo S. Iacobi Zebedei, & Omnipotentis Dei miſericordia meritis, & authoritate, omnibus Chriſti fidelibus hanc noſtram Capellam devotè viſitantibus in die feſti ejuſdem S. Jacobi, nec non & in die dedicationis iſtius noſtræ Capellæ, & Eccleſiæ, & in ſingulis feſtivitatibus S. Michaelis Patroni ejuſdem noſtræ majoris Eccleſię Caſertanæ quadraginta dies de injuncta pœnitentia, miſericorditer in Domino relaxamus, & ex nunc etiam confirmamus quarumcunque Eccleſiarum indulgentias huic noſtræ Capellæ quocunque tempore concedentes ſimiliter in perpetuum duraturas.

Ad ejus verò tumulum in eodem Sacello, hæc brevis inſcriptio proſtat legentibus.

Hic jacet corpus Domini Jacobi Epiſcopi
Caſertani ſub anno Domini
MCCCLX.. cujus anima requieſcat
in pace.

Jacobo verò Præſule Caſertæ obiit Franciſcus de Ratta Comes: ſepultus in Cathedrali, hoc habet ad magnificum tumulum Cœnotaphium.

Franciſcus de la Ratta Comes Caſertæ, vir generoſus,
Janica mente fremens, gaudens abique triumphis,
Ignaviam ſternens, ſubcumbere neſcius hoſti,
Potitur hoc tumulo. Verbi divi requievit,
Anno MCCCLX. minus uno, luce 2. Apr.
Quem Deus arce ſua beet omni dote fœcundans,

Filius fuit Franciſci Dieghi de Ratta, & Comitiſſæ Beatricis de Bautio, cujus tumulus viſitur in Eccleſia S. Claræ Neapoli in Sacello Raymundi de Bautio. Dieghus obiit ann. 1328. Beatrix verò anno 1336. legendus Ammiratus in deſcriptione hujus familiæ, ubi ex hac gente recenſentur Caſertæ Comites, è quo ultima fuit Catherina Joannis filia, ſuror Franciſci, quæ nupſit Andreæ Aquævivæ Andriæ Duci, intulitque in eam familiam Caſertanum Comitatum.

18. Fr. FRANCISCUS, cujus tantùm nomen habemus in monumentis hujus Eccleſiæ, putatur sediſſe poſt Jacobum, de quo nulla mentio in regeſtis Vaticanis, nec in libris proviſionum, obligationumque Prælaturum. Fortaſſe eo ſedente iterum exagitata lis eſt inter Epiſcopum Caſertanum, & Comitem, vaſſalloſque Caſertanos anno 1368. iterumque ex regia authoritate ſedata videtur, quam Regina Juanna prima voluit per ſuum diploma perpetuò firmare. En diploma. XVIII

Joanna Dei gratia Regina Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuę, Provinciæ, & Forolquerii, ac Pedemontis Comitiſſa.
Regenti Curiam Vicariæ Regni, & Judicibus eiſdem Curiæ Conſiliariis, familiaribus, nec non Juſtitiariis Terræ Laboris, & Comitatus Moliſii, vel eorum alteri ipſorum Locatenentibus præſentibus, & futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem.

Moleſta ſunt nobis quæque graviora noſtris irrogata fidelibus, & quæ inferantur Eccleſiis, Ec-

eccleſiaſticiſve perſonis ex moleſtius, graviuſque perferimus, quo ipſas ſpecialiter affectu benigno proſequimur, & eorum favores, & commoda, quantum honeſtè poſſumus, libentius procuramus. Sanè pro parte venerabilis Patris Epiſcopi Caſertani Devoti Oratoris noſtri pro ſe, ac nomine & pro parte ſuæ majoris Eccleſiæ Caſertanæ, & Vaſſallorum ejuſdem Epiſcopi, quos ipſa Eccleſia Caſertana habet in civitate Caſertæ, & ejus Caſalibus fidelium devotorum noſtrorum oblata noviter petitio in noſtro Conſilio continebat, quod olim jam ante annos quadraginta & plus, viventes, ſiquidem claræ memoriæ D. Rege Roberto Inclyto Hieruſalem, & Siciliæ Rege Avo noſtro in Domino Reverendo orta eſt materia quæſtionis inter bonæ memoriæ Dominum Benvenutum Caſertanum Epiſcopum tunc viventem per ſe in dicta ſua majori Eccleſia Caſertana, ac homines & vaſſallos dictæ Eccleſiæ civitatis Caſertæ Caſalium Pucciancili, & Putei veteris, Caſalium prædictæ Eccleſiæ, & certorum Caſalium dictæ civitatis Caſertæ vaſſallorum dictæ Eccleſiæ ex parte una, & quondam virum magnificum Diecchum de la Ratta Caſertæ Comitem, & magnum Regni Siciliæ Camerarium, & vaſſallos & homines ipſius Terræ ex altera, ſuper eo quod ipſe Comes & officiales ipſius pro parte ſua petebant & exigebant ab ipſis vaſſallis & hominibus Eccleſiæ Caſertanæ ſubventiones & ſubſidia ſeu dona, prout & quando exigebant, & ipſe Comes exigi faciebat à propriis vaſſallis, & hominibus ipſius civitatis Caſertæ & pertinentiis ejus, ſeu exigere & petere poterat ſecundum Conſtitutiones & Capitula. Et ſuper eo etiam quod ipſe Comes petebat, & exigebat, ſeu per ſuos officiales peti, & exigi faciebat annuatim ab eiſdem vaſſallis Eccleſiæ prædictæ certam quantitatem pecuniæ pro vindemiatura; quod vulgariter Scalatinum vindemiarum vocatur, prout ipſe Comes per ſe, & officiales ſuos exigebat à vaſſallis propriis, & aliis quibuſcunq; extraneis cum ſcalis propriis ad vindemiandum venientibus ad territorium dictæ Terræ. Et ſuper eo quod ipſe Comes, & ejus officiales pro parte ipſius nitebantur cogere & cogebant vaſſallos dictæ Eccl. coram ſe, & ſuis officialibus in judicio reſpondere, conquerentibus de eiſdem de cauſis omnibus, prout ſuos proprios vaſſallos cogebat, & cogere poterat, puniendo eos de delictis, & rixis, & aliis exceſſibus, prout de propriis vaſſallis faciebat, & ſuper eo quod ipſe Comes, & ejus officiales pro parte ipſius cogebant & cogere intendebant prædictos vaſſallos Eccleſiæ prædictæ, ſeu aliquos ex eiſdem gerere officia Domini Comitis Maſſariæ, Foreſtariæ, & alia officia exercere, & eos angariando, ſeu gravando in iis & aliis pro eorum arbitrio voluntatis prædicti Comitis, & ejus officialibus prædicta de jure, & approbata conſuetudine ſe facere poſſe, & ſe & ſuos anteceſſores in eodem Comitatu fuiſſe & eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi, exercendi, petendi, & faciendi prædicta, & quælibet prædictorum à tempore, cujus in contrarium hominum memoria non extabat. Et vice verſa dicto quondam Epiſcopo, hominibus, & vaſſallis dictæ Eccleſiæ prorſus negantibus, & aſſerentibus dictum Comitem, & ejus officiales prædicta, vel aliqua ex prædictis de jure vel conſuetudine facere non poſſe, nec debere, & ſuos anteceſſores, & ipſum minime fuiſſe & eſſe tunc in poſſeſſione, vel quaſi prædictorum, vel aliquorum ex eis aſſerentibus etiam prædicto quondam Epiſcopo & vaſſallis ſe gravatos fuiſſe & eſſe indebitè. Propterea ſuper petitione, ablatione, & receptione certorum pignorum, & certarum quantitatum pecuniæ factis dictis vaſſallis Eccleſiæ per officiales prædictos, & ſuper decimis, & primitiis bonorum dictæ civitatis, & ipſius Comitis, quas dicto Epiſcopo petenti idem Comes, & ejus officiales præſtare & ſolvere contra juſtitiam denegabant, & ſuper certis ſententiis excommunicationum latis propter ea per ipſum quondam Epiſc. & ejus officiales ipſius Comitis, & certos vaſſallos ejuſdem civitatis Caſertæ, & Caſalium ejus dantes ad prædicta, vel aliquid prædictorum conſilium & favorem ipſi Comiti, vel ejus officialibus, & dum lis ſeu quæſtio per Illuſtrem Domin.

A Regem Carolum Illuſtris Hieruſalem & Siciliæ Regis Roberti primogenitum Ducem Calabriæ, ac ejus Vicarium Generalem Reverendum genitorem commiſſa eſſet nobilibus viris quondam Matthæo de Juvenatio militi juris civilis profeſſori Curiæ noſtræ, & Judici, & magiſtro Johanni de Bon-murra de Gajeta dictæ Curiæ Vicariæ Fiſci Procuratori, & coram eis diverſis ventilata amp. . . acciperet cauſa ipſa, Comes ipſe, ſicut Domino placuit, exiit vita functus ſuperſtite eidem Comiti egregio Juvene quondam Franciſco de la Ratta Caſertæ Comite, filio & hærede univerſali ipſius Comitis in Comitatu, & civitate prædictis, & omnibus bonis ejus, & cauſis ipſis & litibus inter eund. m quondam Epiſc. pro parte ſuæ Eccleſiæ & vaſſallorum ipſius, & Domin. quondam Franciſcum pupillum novennio majorem, minorem quatuordecim annis cum voluntate & authoritate magnificæ mulieris quondam Odeliriæ de Claromonte matris dicti Comitis Franciſci, & viri nobilis quondam Marini de Diano militis magnæ Regiæ Curiæ magiſtri

B Rationalis Baliorum dicti Franciſci, de quorum Baliatu per litteras regias, ac inventario per eos confecto, & ſolemnitatibus debitis adimpletis per eos plenè conſtitit poſtmodum ſuſcitatis, & certis pignoribus, ſeu exactionibus factis propterea per officiales D. Franciſci Comitis & dictorum favore Baliorum de certis bonis mobilibus, & pecuniæ ſummis receptis, ſeu ablatis per eos ab hominibus & vaſſallis Eccl. memoratæ, nec non certis excommunicationum ſententiis latis propterea per eundem Epiſcopum, & officiales ipſius contra prædictos officiales prædicti Franciſci, ac nonnullos homines de Caſerta, & Caſalibus, & aliundè vaſſallis dicti Franciſci Comitis, & de prædictis querelis hominum propoſitis coram Regia Majeſtate, & inter eos diutius altercantes; tandem Dei gratia operante, qui declarat obſcura, tollit nodoſa, & intellectum dat parvulis, ac communi amicorum interventorum tractatu idem quondam Epiſc. pro ſe & ipſa ſua Eccl. & pro ipſis hominibus & vaſſallis ejuſ-

C dem Eccl. filiis, liberis, hæredibus & ſucceſſoribus eorum præſentibus & futuris vaſſallis dictæ Eccl. & dictus Franciſcus Comes pupillus major novennio, minor tamen quatuordecim annis, ut prædicitur, cum authoritate, & conſenſu dictorum Baliorum ſuorum, & ipſi Balii, Baliatus nomine quo ſupra ex parte altera. Conſiderantes, quod hujuſmodi cauſæ, lites, & controverſiæ erant & ſunt dubiæ, & ipſarum dubius erat eventus, & ex eo ambæ partes gravabantur, ſupplicantibus & expreſsè de omnibus & ſingulis contra uſus prælibatos utentibus, & quæ uti poſſent, propterea in futurum inter partes eaſdem partes ipſæ voluntariè, abſq; vi, dolo, vel circumventione aliqua ad tranſactionem, pactum, & concordiam ſubſcriptam inter alia devenerunt; videlicet, quod ipſe Franciſcus Caſertanus Comes cum autoritate dictorum Baliorum ſuorum & ipſi Balii nomine quo ſupra ſpontè, & legitimè renunciaverunt & ceſſerunt Domino Epiſcopo recipienti & ſolemniter ſtipulanti nomine dictæ ſuæ Eccl. omne jus, omnemque actionem, quod & quæ eidem Franciſco Comiti, & ejus hæredibus & ſucceſſo-

D ribus ejus, ac cuicunque alii, qui in futurum tenebit Comitatum prædictum competit, & competere poſſet in poſterum in prædictis, & quolibet prædictorum, illudq; eidem Epiſcopo pro ſe ſuiſq; ſucceſſoribus, & Eccleſia ſua prædicta, & eiſdem vaſſallis præſentibus & futuris præfatæ Eccleſiæ pro ſe, eorum liberis, & ſucceſſoribus in perpetuum remiſerunt, conceſſerunt, & donaverunt, & propterea ad prædicta, & quodlibet prædictorum fecerunt Procuratorem in rem ſuam Epiſcopum antedictum nomine ipſorum. Et pactum eis de ulterius non petendo fecerunt, & promiſerunt ſolemniter præfati Domini, & Balii cum authoritate, & nomine quo ſupra eidem Epiſc. recipienti, & ſolemniter ſtipulanti pro ſe, dicta ſua Eccl. & præfatis vaſſallis ipſius Eccleſiæ filiis, liberis, hæredibus, & ſucceſſoribus eorundem vaſſallorum nullo unquam tempore impetere, ſeu etiam moleſtare ipſum Epiſcopum & ſucceſſores ſuos, ipſos vaſſallos, filios, liberos, hæredes & ſucceſſores eorum in judicio, vel extra, ſu-

A per prædictis, vel aliquo prædictorum, nec ſe intromittere de dictis vaſſallis pro bonis & rebus, quas tenebant, & tenebantur in poſterum à præfata Eccleſia, hoc excepto, quod ſi vaſſalli prædictæ Eccleſiæ, vel vaſſalli Domini Comitis aliqua tenerent, vel tenebantur in feudum ab utroque, quod liceat ipſis Franciſco, & Epiſcopo, hæredibus, & ſucceſſoribus eorum pro prædictis bonis; tamen & aliàs prout de jure poſſunt exercere contra ipſos poteſtatem, quæ de jure proindè competeret; & ipſum Epiſcopum, & ejus ſucceſſores, & dictam Eccleſiam permittere uti liberè prædictis hominibus & vaſſallis ſuis, & dictæ Eccleſiæ non exercendo juriſdictionem comitialem in eoſdem vaſſallos Eccleſię, vel aliquos eorundem hęredes, liberos, filios, & ſucceſſores ipſorum, vel alterius eorundem in cauſa quacunq; vel controverſia; nec juriſdictionem ipſius Epiſcopi, vel ſucceſſorum ejus in eorundem vaſſallos in aliquo turbare, vel impedire, nec ſubventionem aliquam ab eis petere, vel exigere, etiā in caſu, quo à propriis vaſſallis ipſe Comes, vel alii B pro parte ſua ſecundum Regni conſtitutionem, jura & conſuetudinem poſſet petere & exigere. Promiſerunt inſuper ipſe Franciſcuc cum authoritate dictorum Baliorum, & ipſi Balii nullas operas vindemiarum, vel ſcalatici, ſeu pecuniam pro eis petere, & exigere, ſeu peti, & exigi facere ab eiſdem vaſſallis filiis, liberis, hæredibus & ſucceſſoribus eorundem vaſſallis ipſius Eccl. quibuſcunque, ſeu aliquo eorundem, nec etiam præfatos vaſſalles, vel alios vaſſallos ipſius Eccleſiæ liberos, hæredes, & ſucceſſores eorum vaſſallos ipſius Eccleſiæ officiales conſtituere, ſeu etiam ordinare, nec aliter eos indebitè aggravare, ſeu etiam angariare, hoc tamen acto & reſervato inter partes eaſdem expreſsè, quod quandocumque homines, & vaſſalli dictæ Eccleſiæ, qui ſunt, erant, vel pro tempore fuerint contra Aſſiſiam dictæ civitatis factam, vel faciendam in terra eadem, & Caſalibus per ipſum Comitem, vel ſuos ſucceſſores, vel officiales ipſorum facere, vel in pœnam contra dictam Aſſiſiam incidere, quod ipſe Epiſcopus, & ſui ſucceſſores, vel eorum Vicarius, qui C pro tempore fuerit, de iis cognoſcent, & cognoſcere debeant, & condemnabunt, & condemnare debeant dictos vaſſallos Eccleſiæ ſecundum formam Aſſiſiæ antedictæ, & medietatem pœnæ dabunt, & aſſignabunt, dari & aſſignari facere teneantur, &c. debeant dicto Franciſco, & ejus hæredi & ſucceſſoribus, & reliquam medietatem remanere dicto Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus. Et verſa vice præfatus Epiſcopus ex cauſa dictæ conventionis, concordiæ, pacti, & tranſactionis pro ſe & ſua Eccl. ſponte, & liberè remiſit, donavit, & relaxavit eidem Franciſco, & Baliis cum authoritate & nomine quo ſupra pro eo, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus omnes decimas, & primitias quaſcunq; dictorum præteritorum, quas recipere debebat dictus Epiſcopus pro præfata Eccleſia à præfato quondam Comite, & ſucceſſivè à dicto Franciſco, quas recipere conſueverunt, & debuerunt prædeceſſores ejuſdem Epiſcopi pro bonis ipſius quondam Comitis, & nunc dicti Franciſci in civitate Caſertæ, & Territorio ipſius, & pro quacunq; alio tempore, quo fortè præfatus D quondam Comes, & ejus prædeceſſores in dicto Comitatu, ipſeq; Franciſcus Epiſcopis, qui pro tempore fuerunt in dicta civitate Caſertana integrè, vel nullo modo præfatis Epiſc. pro tempore ſolutæ fuerunt; de quibus decimis & primitiis debitis pro retroactis temporibus uſque in diem dictæ concordiæ per præfatum Franciſcum prædeceſſorem Epiſcopo præfato & ejus prædeceſſoribus etiam dictæ Eccleſiæ promiſit præfatus Epiſcopus præfatis Baliis ſtipulantibus nomine quo ſupra, & eidem Franciſco cum authoritate eorum nullo unquam tempore impetere, vel etiam moleſtare eum, vel ſuos hęredes, & ſucceſſores pro dictis decimis, & primitiis pręteritis non ſolutis; tamen futuras decimas, & primitias ipſi Epiſc. & ſucceſſoribus ejus promiſit ſolvere, prout juſtum fuerit in futurum. Promiſit inſuper præfatus Epiſcopus pro ſe & Eccl. ſua, ac ſucceſſoribus ejus prædictis Baliis, & Franciſco ſtipulantibus cum authoritate, & nomine quo ſupra pro remiſſione, conceſſione, permutatione, tranſactione præfatis dare, tradere & ſolvere tam nomine ſuo, quàm Eccleſiæ & vaſſallorum ejuſdem Eccleſiæ prælibatæ uncias auri ſexaginta in certis terminis inter eos ſtabilitis, de quibus unciis ſexaginta promiſerunt prædicti Balii & Franciſcus cum authoritate eorum emere certas poſſeſſiones in dicta civitate Caſertæ, vel ejus territorio, quæ eſſent, & eſſe deberent, ſeu ſuccederent in locum juris, quod eidem Franciſco, & ſuis hęredibus, & ſucceſſoribus fortè competebat, ſeu competere de ejus poterat, habebat, ſeu habere poterat, & habere, & competere prætendebat ſuper prædictis remiſſis & donatis eidem Epiſcopo, Eccleſiæ, & vaſſallis ipſius, vel aliquo prædictorum, quas poſſeſſiones, & bona emenda præfatus Franciſcus pacificè & quietè habere deberet, & tenere pro ſe & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, & fructus, redditus, & proventus indè percipere, tanquam pleni, et veri domini, & patroni, non obſtante quod fortè poſſet dici, & diceretur & probaretur quod eſſent emptæ de bonis Eccleſiæ, ut præfertur, prout hæc, & alia in quodam publico Inſtrumento exindè confecto cum obſervatione pœnali unciarum auri ducentarum ſtipulata per partes ipſas altrinſecus pro medietate, & pro reliqua medietate Regiæ Curiæ, ac renunciationibus, & clauſulis opportunis, & ſacramentorum appoſitionibus ſolemniter vallatæ plenius contineri dicuntur, interveniente ſiquidem ad præmiſſa aſſenſu, & confirmatione Domini Regis Roberthi, prout patere dicitur per Regias literas exindè ſubſecutas; qui quidem Epiſcopus nomine, & pro parte dictæ ſuæ Eccleſiæ, & vaſſallorum voluit, & exhibuit in terminis ſupradictis integraliter & ad plenum dicto Comiti prædictas uncias auri ſexaginta juxta tenorem dictorum pactorū, prout patere aſſeritur per publicum Inſtrumentum, & extunc dicta major Eccleſia Caſertana, & ejus Pręſules, qui fuerunt in illa pro tempore, nomine, & pro parte ipſius Eccleſiæ Caſertanæ, & dictorum Vaſſallorum, dictique Vaſſalli ab annis quadraginta, & plus fuerunt, & nunc ſimiliter Dominus Epiſcopus nomine quo ſupra, & ipſi Vaſſalli exiſtunt in poſſeſſione, ſeu quaſi dictarum franchitiæ & libertatis, aliorumque jurium prædictorum contentorum & declaratorum in pactis, & conventionibus ſupradictis conventis, & promiſſis per Dominum quondam Franciſcum Comitem, & ejus Balios ſupradictos; Conqueritur tamen Epiſcopus ipſe pro ſe, & quo ſupra nomine, quod magnificus vir Antonius de la Rattha Comes Caſertæ filius & hæres D. Comitis Franciſci paciſcentis in Comitatu prædicto ſuis juribus non contentus; quinimmo contra prædictas contentiones, & pacta temerè veniens, ſeu venire ſatagens, ipſaſque obſervare penitus contradicens, nec attendens alias quam grave ſit Eccleſiarum jura auferre, & etiam uſurpare, Præfatum Epiſcopum nomine quo ſupra, dictoſque vaſſallos ſuper poſſeſſione, ſeu quaſi dictarum libertatis, & franchitiæ, aliorumque jurium contentorum, & ſpecificè declaratorum in pactis, & conventionibus ſupradictis per ſe, Vicarios, ſeu Officiales & alios ſuo nomine turbat indebitè & multipliciter inquietat, exigendo & extorquendo indebitè à vaſſallis ipſius ſubventiones, certaque alia jura, ac trahendo eos ad Juſtitiam coram ſuis Officialibus contra tenorem, ſeriem, atque mentem pactorum, & conventionum prædictarum, ac libertatis, & franchitiæ contentarum in illis, nec permittendo eoſdem, Epiſcopum nomine quo ſupra, & prædictos vaſſallos prędictarum libertatum, & franchitiæ, & aliorum jurium contentorum in pactis, & conventionibus ſupradictis poſſeſſione pacifica, ſeu quaſi gaudere, non minus in Juris injuriam, quàm prædicti Epiſcopi nomine quo ſupra, præfatorumque vaſſallorum ejus grave præjudicium, & importabile detrimentum. Propter quod fuit pro ipſius Epiſcopi parte, pro ſe quo ſupra nomine à noſtra majeſtate devotiùs ſupplicatum, quod provideri ſuper hoc eis de opportuno majeſtatis noſtrę ſubſidio caritate dominica dignaremur. Nos autem gravamina, & moleſtationes qualibet eccleſiaſticis perſonis illatas, quas tenemur omni præſidio, auxilio defenſare deteſtabiliter abhorrentes

nec volentes in earum juribus pati quamlibet læſionem, fidelitatis veſtræ harum ſerie de certa noſtra ſcientia inſtructi præcipiendo committimus, & mandamus expreſſè, quatenus ubi vobis, ſeu veſtrum alteri de prædictis ſuperiùs enarratis legitimè conſtiterit per privilegia, inſtrumenta, & cautelas, alias, & aliter, ſummariè de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, eccleſiaſtico expoſcente favore, memoratum Epiſcopum nomine quo ſupra, dictoſque vaſſallos ejus ſuper poſſeſſione, ſeu quaſi dictarum libertatum, & franchitiæ, aliorumque jurium contentorum, & declaratorum in pactis, & conventionibus ſupradictis per quondam Comitem & ejus Balios conventis, & promiſſis, atque firmatis, in qua ſcilicet ſunt, & eos eſſe inveneritis, quandiu ejuſdem . . . . , cauſa duraverit officiorum veſtrorum temporibus, ac juſti favoris præſidio, tam vos præſentes, quam alii ſucceſſivè futuri, ſeu locumtenentes manuteneatis, teneatis, & etiam defendatis auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis . . . permiſſuri præfatum Epiſcopum quo ſupra nomine, dictoſque vaſſallos ſuper poſſeſſione prædicta, ſeu quaſi per dictum Comitem, ejuſque Vicarium officialem, & famulos ſuos moleſtatores, ſeu turbatores illicitos, quoſvis alios aliquatenus de cætero moleſtari, opprimi, vel gravari, quinimò moleſtatores, ſeu turbatores ipſos, quod à quibuslibet de cætero inferendis moleſtiis, & inquietudinibus omninò deſiſtant, dictumque Epiſcopum, & præfatos vaſſallos ejus dictarum libertatum & franchitiæ, ac aliorum jurium prædictorum pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi gaudere permittant per gravium impoſitiones pœnarum, & exactiones earum pro noſtra Curia, ſi in eas inciderint, alioquin debita, & opportuna juris remedia, quæ expedire videritis, eos compellatis. Pecuniam verò totam, quam ex dictarum commiſſione pœnarum vos prædictos judiciarios forſitan continget acquirere, ad noſtram Cameram diſtinctis, ſignificaturi nobis proceſſum omnem, quem habendum duxeritis in præmiſſis. Itaque ad nos (quod moleſte ferremus) querimonia iterata non veniat, nec opus exinſtat denuò vobis ſcribi. Præſentes autem litteras poſt debitam & opportunam inſpectionem earum pro cautela reſtitui volumus præſentanti efficaciter perpetuo valituras. Datum Neapoli per nobilem Thomam de Buffalis de Meſſina. . . . . militem magnæ noſtræ Curiæ magiſtrum Rationalem Locumtenentem Prothonotarium Regni Siciliæ dilectum Conſiliarium, & fidelem noſtrum Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo octavo. Die quinto Septembris ſextæ indictionis, Regnorum noſtrorum Anno 6.

XIX. 19. JOANNES Caſertanus Epiſcopus ſolitum ſervitium ſpopondit ſacro Senatui die 9. Februar. 1395. ſub Benedicto XIII. Pſeudo-Pontifice, cujus partes ſequebatur, ut in Actis ejuſdem habetur ex libris ſolut. Prælatorum.

XX 20. LUDOVICUS proximè reperitur in hac Eccleſia Epiſcopus anno 1397.

XXI. 21. LUDOVICUM de Ludo Capuanum ajunt fuiſſe Epiſcopum Caſertanum ann. 1413. forte idem cum ſuperiori.

XXII. 22. LUGERIUS aliis ROGERIUS Caſertanus Epiſcopus obiit Martino V. ad clavum ſedente anno 1415. ex lib. de exhibitis ſub eodem Pontifice fol. 198.

XXIII 23. Fr. JOANNES Acreſta de Ponte Corvo Ord. Prædic. eligitur in Epiſcopum Caſertanum ab eodem Martino V. ann. 1415. 4. Kal. Maii, ut in eodem lib. notatur; ſucceſſit demortuo Lugerio.

Hic Campanam maximam conflandam curavit cum hac inſcriptione.

Ave Maria gratia plena Dominus tecum. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Mentem ſanctam ſpontaneam & patriæ honorem, Deo & patriæ liberationem me fecit Fr. Petrutius de Theano ſub anno 1440. regnantibus Fr. Joanne Epiſcopo Caſertano, & Joanne de Ratth Comite Caſertano. Jeſu Chriſte adjuva nos.

24. STEPHANUS de Ruho electus Caſertanus anno 1450. notatur in reg. regeſt. Neap. cujus electio non extat in Actis Conſiſtorialibus. XXIV

25. JOANNES anno 1453. cujus memoria extat in monumentis Capuanis, ſed in Actis Conſiſt. ejus memoria non habetur. XXV.

26. Fr. CICCHUS Ordinis Minorum à Ponte Corvo electus anno 1459. à Pio II. uſque ad 1476. hanc rexit Eccleſiam; fecitque ſubſellia Canonicorum in Cathedrali. XXVI

27. JOANNES de Leonibus de Galluccio Capuanus, Medicus clariſſimus Ferdinandi Regis, competitorem habuit Stabilem Zeriſlum Caleni Epiſcopum Caſertanum civem, & patriæ dignitatem Epiſcopalem ambientem; prævaluit Joannes vir doctus & facundus, & ad hanc Eccleſiam promotus eſt defuncto Ciccho anno 1476. 10. Kal. Julii. Teſtis fuit teſtamenti Franciſci de Ratta Caſertæ Comitis anno 1479. qui plura pro anima ſua bona Cathedrali reliquit, reſtituitque Caſulis Puccinelli, & Putei veteris ad Caſertanam Eccleſiam pertinentia. Viſum eſt teſtamentum hoc, ad verbum hic inſcribere, cum multum faciat ad ipſius Caſertanæ Eccleſiæ cognitionem. XXVII.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Regnante Sereniſſimo Domino noſtro Domino Ferdinando Dei gratia Rege Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ. Regnorum verò ejus anno vigeſimo feliciter. Amen. Die decima quarta menſis Martii, Indict. duodecima, in Caſtello Civitatis S. Agathæ intus Cameram à parte ſuperiori Salæ magnæ dicti Caſtri exiſtentem. Nos Julius de Venuto de eadem Civitate, in ipſaque Civitate, & ejus diſtrictu annales . . . Judex pro præſenti anno duodecimæ Indictionis. Nardus Parillus de Roccha Romana Civis ejuſdem Civitatis, publicus ubiq; per totum Regnum Siciliæ Regia authoritate Notarius, & teſtamenti infraſcripti ad hoc ſpecialiter vocatus, & rogati; videlicet Rev. in Chriſto Pater Domnus Joannes de Galluccio Epiſcopus Caſertanus, Franciſcus della Rattha, Dominus Gurellus della Rattha, Petrus Sallarolus legum Doctor, Andreas Severinus, Leonardus de Averſa, Domnus Rainaldus de Caſaleno de Caſerta, Cobellus Vitabona, Domnus Johannes Buccalaporta de Ebulis, Jacobus Adaldi, Laurentius Lollo, Domnus Gullus Florillus, Antonius de Rabo, de Ebulo magiſter Jacobus Cocbus, Fr. Aloyſius de Neapoli, & Fr. Johannes Faragonus de S. Agatha Ordin. Minorum præſenti ſcripto nuncupato teſtamento publico, Declaramus, notum facimus & teſtamur ex prædicto die accerſitis nobis Judice Notario & teſtibus ſupradictis ad preces & rogatum Excellentis Domini Franciſci della Rattha Comitis Caſertæ, S. Agathæ, &c. ipſum invenimus intus dictam Cameram in lecto jacentem, ſanum in mente, rectæ loquelæ, & memoriæ exiſtentem; qui volens teſtari, ut dixit, ſuum ſolemne ultimum nuncupatum in modū qui ſequitur condidit Teſtamentum, irritans, & annullans primò omne aliud Teſtamentum, ſi quod per eum hactenus appareret ſub quacunque forma, & expreſſione verborum, etiam ſi de illo eſſet expreſſa mentio facienda de verbo ad verbum. Et quia caput, & principium ſinguli Teſtamenti eſt hæredum Inſtitutio. Inprimis dictus Dominus Comes Teſtator inſtituit ſibi hæredem univerſalem in & ſuper omnibus bonis ſuis mobilibus, & ſtabilibus, Burgenſaticis, & feudalibus, & actionibus quibuſcunque, deductis Legatis inferius deſignatis, poſthumum, ſeu poſthumam ex Excellenti Domina Franciſca de Guevara prægnante ſua conſorte, ſeu uxore naſciturum, ſeu naſcituram, & caſu quo Poſthumus, ſeu Poſthuma ex

dicta

dicta ſua uaore non naſceretur, inſtituit ſibi hæredes magnificas ſuas ſorores carnales Catherinam, & Dianam della Ratta, in & ſuper omnibus ſuis prædictis. Et inter cætera alia legata, quæ fecit dictus Dominus Comes Teſtator in dicto ſuo ultimo nuncupato Teſtamento ad exonerandam ſuam conſcientiam, & ſuorum ſimiliter Anteceſſorum, & pro ſalute animæ ſuæ fecit & ordinavit ſubſcripta legata majori Eccleſiæ Epiſcopatus Caſertæ Caſale unum, quod dicitur Pucciantllo, & Caſale aliud quod dicitur Puzzo vetere de pertinentiis Civitatis prædictæ, quæ diuit ſpectare, & pertinere ad dictam Eccleſiam ad poteſtatem conceſſam Domino Epiſcopo dictæ civitatis propria authoritate capiendi, & apprehendendi cum juribus, & pertinentiis omnibus pertinentibus, & ſpectantibus ad dicta Caſalia. Item legavit Capitulo dictæ Eccleſiæ, ſeu Epiſcopatus pro annua proviſione ſuæ Capellæ ſitæ intus dictam Eccleſiam Epiſcopatus ſub vocabulo S. Mariæ ducatos duodecim ſolvendos, & habendos ſuper redditibus, quos habet dictus Dominus Comes in Civitate prædicta Caſertæ ſecundum quod aliàs dictum Capitulum recolligere conſuevit. Diſtributores verò hujus præſentis ſui Teſtamenti ordinavit & fecit, ac eſſe voluit dictas Dominas Coatiſſas Matrem, & uxorem ſuas prædictas una cum dicto Domino Magna . . . . . cum omni, qua decet poteſtate, &c. & dictum Teſtamentum dictus Dominus Teſtator valere voluit jure nuncupativi teſtamenti, etſi jure nuncupativi teſtamenti non valeret, ſeu non valebit, valere voluit jure Codicillorum, donationis, cauſa mortis, & cujuſcunque alterius ultimæ voluntatis, quibus, ſeu qua melius de jure valere poteſt, & debet, quibus quidem legatis ſic, ut prædicitur, factis per dictum Dominum Comitem Teſtatorem auditis, & pleaè intellectis per dictum Rev. Dominum Johannem Epiſcopum præſentem, & nomine ſuæ Eccleſiæ, & Capituli præfati intelligentur, & acceptantur ſtatim requiſivit nos prædictos Judicem, Notarium, & teſtes, ut de prædictis legatis ſpectantibus ad ſuam Epiſcopalem, & Capitulum ipſius prænominatum conficere deberemus publicum Inſtrumentum tam pro dictæ ſuæ majoris Eccleſiæ Caſertanæ Epiſcopalis cautione, quam etiam tutela Capituli prędicti, ac ſua, ſuorumque in dicto Epiſcopatu futura in perpetuum memoria. Nos enim advertentes petitiones fore, & eſſe juſtas, quia officium noſtrum publicum eſt, & nemini poſſumus denegare; & quia juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, propterea de prędictis legatis, ut prænominatis ſpectantibus tantùm, ac pertinentibus ad utilitatem dictę Eccleſię & Capituli prælibati, hoc preſens publicum Inſtrumentum, quod ſcripſi. Ego præfatus Nardus publicus ut ſupra Notarius, qui prędictis omnibus pro Notario interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi, ut ſupra, &c.

Sedit Joannes in hac Eccleſia ann. 15. & translatus deinde eſt ad Eccleſiam Aquilanam anno 1493. die 23. menſis Auguſti.



XXVIII. 28. JOANNES BAPTISTA de Petrutiis, Neapolitanus, filius Antonellii illius, qui in quadam Villa Petruccia Theanenſis ditionis, parentibus Petruccio & Petruccia olitoribus natus, unde de Petruciis cognomen accepit, propria tandem virtute, & mirabili ingenio præditus apud Ferdinandum primum Regem vir clariſſimus evaſit, ejuſdemque Regis ab intimis conſiliis fuit, ab eo diviitiis, feudis, honoribuſque cohoneſtatus, filios, quos genuit, ex Sabetta vaſſalla Policaſtri Comitiſſa ad dignitates, & honores evexit. Franciſcus primogenitus Comes fuit Carinulæ, ſecundus Joannes Antonius Comes Policaſtri evaſit; tertius Joannes Baptiſta creatus eſt Archiepiſcopus Tarentinus, anno 1485. Thomas Aneilus ad honorem Hieroſolymitanæ militiæ ex auctoritate regia vocatus, auctus eſt Capuano Prioratu. Quintus Severus delectus eſt Muranus Epiſcopus. In tanta rerum felicitate Antonellus beneficiorum immemor unà cum filiis variantis fortunæ miſerabile exemplum poſteris reliquit; etenim cum filiis, Franciſcoque Coppola Sarni Comite in Ferdinandum conſpiravit, à quo diro carceri cum aliis mancipatus, ingrati animi pœnas luit, Capitali ſententia damnatus; parique pœna ejus filii, Comeſque Sarnii anno 1478. una die honoribus, divitiis, filiiſque orbatus eſt, ut ex ejus ævi Scriptoribus narrat eruditus noſter amicus Camillus Tutinus de fortunæ varietate. Iis miſeriis ſuperſtes fuit Jo: Baptiſta tertiogenitus tunc Tarentinus Archiepiſcopus conjurationis ignarus, qui tamen juſſus eſt Tarentinam Eccleſiam dimittere, accepto titulo pro ea Madicenſis Archiepiſcopatus anno 1489. Factuſque eſt Aprutinus Epiſcopus, quo munere ſe abſolvit anno 1493. & ad hanc Caſertanam Eccleſiam translatus eſt eodem anno die 18. Octobris. Præfuit in ea eximiè quidem, & magna ſui nominis fama ad annum uſque 1514. quo è vivis exemptus eſt, familiæ ſuæ poſtremus. Sunt qui ſcribant, Antonellum Senis in Etruria ex nobili, vetuſtaque familia Petruccia natum, poſteroſque ejus Theatæ in Aprutio Civitate Petrutiam familiam diſſeminaviſſe, quam noſtro ævo extinctam narrant ex cœnotaphio, quod Camilla Valeriana ſibi poſtrema Antonello abavo, filiis, nepotibuſque ejus in Eccleſia S. Andreæ poſuit: ſed re vera hallucinati ſunt, cum lippis, & tonſoribus conſtet Antonellum obſcuris parentibus olitoribus apud Theanum natum, vel ex ipſa Petruccia Villa, vel Petruccio patre, matreque Petruccia, de Petrucciis cognominatum fuiſſe, ut Pontanus, Camillus Portius, Triſtanuſque Caracciolus, qui de conjuratione Regni baronum in Ferdinandum Regem ſcribunt.

(„ *Fuit Jo: Baptiſta vir doctus, & probus, B.*
„ *Jacobi de Marchia Ordinis Minorum amiciſſimus,*
„ *cujus vitam heroico carmine deſcripſit, quam*
„ *poſtea typis Lugdunenſibus edi curavit P. Wod-*
„ *dingus.*)

29. JO. BAPTISTA Boncianniusa, nobilis Florentinus, Utriuſq; Signat. Refer. domeſticuſque Prælatus Leonis X. Pontificis, à quo adlectus eſt Epiſcopus Caſertanus die 3. Octobris 1514. vir probus, qui ſub eodem, Lateranenſi Concilio interfuit, pluribuſque muneribus functus, ſub Clemente VII. Datarius, & Commiſſarius vota à primis Clericis Regularibus, quos Theatinos vocant in Vaticana Baſilica emiſſa Pontificis nomine excepit anno 1524. die 14. Septembris. Sequenti vero fractam Campanam maximam anno 1525. 21. Novembris hora 17. reficiendam eodem anno curavit fuſoribus Pino pictore & Vito Germano Siculis, addita eſt in inſcriptione, XXIX

a Hujus mentio apud Buſellum in memoriis PP. Barnabitarum. p. 2. [illegible]

Michael Archangele intercede pro populo Dei,
Jeſu Chriſte adjuva nos.

Ponderi, erat ter decies centum quinquaginta rotolorum. Cathedralis Canonicorum præbendas ad certum optimum ordinem reduxit, ac perpetuo decreto poſteris commendavit, ut ex ſequenti ſcripto licet colligere.

Joannes Baptiſta. miſeratione divina Epiſcopus

Ca-

Caſertanenſis U.J.D. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, Domini Clementis divina providentia Papæ Septimi Referendarius, & Prælatus domeſticus.

A

Univerſis & ſingulis præſentes litteras, quas perpetuo valere intendimus inſpecturis, ſalutem, & ſinceram in Domino Charitatem.

Commiſſum nobis ab Apoſt. Sede Eccleſiæ Caſertanæ, cui præeſſe dignoſcimur, paſtorale officium, mentem noſtram excitat, invitat & inducit, ut per noſtræ operationis ſtudium Eccleſia ipſa, ac perſonæ in ea divino cultui mancipatę proſperè & ſalubriter dirigantur. Hinc eſt, quod nos conſiderantes, quod in dicta Eccleſia nonnullæ majores, ſeu pinguiores, & alię minores, ſeu minus pingues prębendę fore noſcuntur, ac dignum & rationi congruum cenſentes, ut perſonis ejuſdem Eccleſię, quę illi diutius in divinis ſervierunt, ut in eorum indigentiis uberior ſuccedat proviſio ſincerè exoptantes, ut in dicta Eccleſia debitus ordo ſervetur authoritate noſtra ordinaria Dilectorum nobis in Chriſto Capituli dictę Eccleſię ad hoc accedente conſenſu. Tenore pręſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cętero perpetuis futuris temporibus occurrentibus alicujus, ſeu aliquarum prębendę, ſeu prębendarum dictę Eccleſię per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem alicujus, ſeu aliquorum ejuſdem Eccleſię Canonici, ſeu Canonicorum, illam, ſeu illas pro tempore obtinentium, ſeu alia quavis vacatione Canonici ejuſdem Eccleſię, in receptione ſeniores, ſeu antiquiores in Civitate Caſertana reſidentes, & eidem Eccleſię in divinis actu deſervientes dumtaxat prębendas ipſas ſic pro tempore vacantes inter ordinem receptionis eorum gradatim, & ſucceſſivè dimiſſis prębendis per eos obtentis infra triduum à die vacationis prębendarum earundem computandarum optari poſſint, & prębenda, quę inoptata remanſerit Canonico noviter recipiendo cedat. Decernentes & eadem authoritate mandantes, & ſtatuta, & ordinationem noſtra hujuſmodi in prębendis, non autem in dignitatibus & officiis declarata perpetuis futuris temporibus ſervanda fore non obſtantibus aliis dictæ Eccleſię ſtatutis, & conſuetudinibus, & juramento confirmatione Apoſtolica roboratis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. In quorum omnium fidem & teſtimonium prȩmiſſorum preſentes noſtras litteras manu propria ſubſcriptas exinde fieri per Secretarium noſtrum cum ſigilli noſtri appenſione etiam ſubſcribi fecimus.

B

C

Datum Romę in Palatio Apoſtolico ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, Indict. quinta die vero 20. menſis Martii, Pontificatus prędicti Domini noſtri Papæ anno nono.

Joannes Baptiſta Epiſcopus manu propria.

Obiit Romæ Joannes Baptiſta anno 1532. Clementis VII. ob ſingulares animi dotes inter cæteros familiares chariſſimus. Hujus meminit Landinus in Comment. Dantis Poetæ, ubi & memorat Gaſparem Boncianum Jo. Baptiſtę conſanguineum, virum in Repub. Florentina clariſſimum, Joannæ Reginæ Neapol. eximiè charum, intimumq; à conſiliis, a qua S. Agathæ, Licceti, Montis acuti, Aſculi & Trenſeveri feuda nobiliſſima accepit, adminiſtratorque Regni unà cum aliis plurimis proceribus conſtitutus eſt. Protulit hæc familia alios & toga, & ſago viros claros, noſtriſque temporibus Franciſcum Archiepiſcopum Piſanum, de quo ſupra tom. 3. in ejus Urbis Archipræſulum ſerie. Hanc familiam à quodam Guidone Francigena inter Barones Caroli Magni primarios, Florentiam traductam fuiſſe narrat Petrus Monaldus in deſcriptione ejuſdem gentis nobiliſſimæ.

D

XXX 30. PETRUS Lambertus, Allobrox Correctoris majoris juſtitiæ Præfectus, & Referendarius Apoſtolicus, à Clemente VII. ſublectus eſt Caſertanus Epiſcopus die 10. Febr. 1533. In Cathedrali erexit Decanatum, & à Paulo III. confirmandum curavit. Præfuit annis octo, Romæ deceſſit anno 1541. ſepultus eſt in Liberiana Baſilica, ubi ſub quieſcentis Epiſcopi effigie, & inſigniis in marmore ſculptis legitur inſcriptio.

Petro Lamberto Allobrogi Præſuli Caſertano, vitæ innocentiſſ. viro principalibus libellis litterarum referendis, formandis, caſtigandis præpoſito bene de omnibus merito.

XXXI 31. HIERONYMUS Verallus *a*, Romanus, Bertinorii Epiſcopus, ad hanc Caſertanam Eccleſiam translatus die 4. Octob. 1541. Sedit annos 3. evaſitque Archiepiſcopus Roſſanenſis in Calabria, & S.R.E Cardinalis, de quo alibi.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 735.

XXXII. 32. HIERONYMUS Dandinus *b*, Ceſenas genere & doctrina clarus, ex Protonotario Apoſtolico, intimoque Pauli III. à ſecretis die 14. Novemb. 1544. electus eſt Caſertanus Epiſcopus. Abſens hanc rexit Eccleſiam an. 2. ad Imolenſem translatus eſt anno 1546. ſub Julio III. evaſit S.R.E. Card. de quo vide tom. 2. noſtrum in ſerie Imolenſium Præſulum ubi typographi errorem corrige, qui pro Caſertanenſi Epiſcopo, Caſſanenſem impreſſit. De David Soano Epiſcopo in 2. tom. egimus, quem ex hac nobili Dandina gente fuiſſe ſcribit noſter Abbas Antonius Libanorus in vita ejuſdem ad Herculem Dandinum Comitem.

b De hoc pariter Ciaconius t. 3. col. 786.

XXXIII. 33. MARTIUS Cerbonius, Romanus, celebris Juriſconſultus, cum vix vigeſimum ſeptimum annum attigiſſet, Caſertano Sacerdotio condecoratus eſt à Paulo III. die 27. Maji anno 1546. Sedit annis tribus, & florenti ætate Romæ extinctus an. 1549. maximum de ſe deſiderium reliquit.

XXXIV. 34. BERNARDINUS Cardinalis Maffæus *c* factus eſt hujus Eccleſiæ commendatarius & adminiſtrator die 7. Junii 1549.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 737.

XXXV. 35. FEDERICUS Cæſius *d* Cardinalis ex ceſſione Maffæi commendatum habuit Caſertanum Epiſcopatum die 9. Novemb. 1549. quem dimiſit anno 1552.

d De eo Ciacon. Oldoini t. 3. c. 701.



XXXVI. 36. ANTONIUS Bernardus Mirandulanus, doctiſſimus vir, ſummuſque Philoſophus, ſub Julio III. hanc obtinuit Cathedram die 12. Feb. 1552. Sed cum regendæ Eccleſiæ parum aptus eſſet, conſultè ac liberè ſe abdicavit à ſua inauguratione anno ſecundo, & in patriam ſecedens cum Ariſtotele, quod ſuperfuit, vitæ tempus teruit, ſcripſitque in ejuſdem Rhetoricam nobile commentarium, quod ejus nepos Annibal publici juris fecit, & Ferdinando I. Magno Etruriæ III. Duci inſcripſit. In patria exceſſit Antonius anno 1565. & in choro Majoris Eccleſiæ ſepultus eſt, ubi hæc inſcriptio.

D. O. M.

Antonio Bernardo Mirandulano Joſeph Bernardus pronepos P.I. Vixit ann. LXII. M. III. Obiit ann. MDLXV. XIII. Kal. Julii.

37. AGA-

A



XX XVII. 37. AGAPITUS Bellhomus, Romanus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, electus eſt Epiſcopus die 5. Decemb. 1554. Interſuit Tridentino Concilio, B avaritia notatus à Santorio in lib. de Caſertanis Comitibus. Caſtra Puteanelli, e Pontis-Veteris abalienavit non parvo ſuæ Eccleſiæ damno; Catholicæ tamen veritatis acerrimos vindex fuit. Sob Sixto V. coadjutorem com ſpe foturæ ſoccesſionis habuit Marium Bellhomum nepotem ſuum Epiſcopum Bethlehemitanum electum 1585. die 23. Septemb. ante patruum Caſertæ deſonctum & humarum apud Capuccinos frarres. Agapirus anno præſulatus ſui quadrageſimo occuboit, ſalutis vero 1594. in Cathedrali humatur. (" *Extat ad eum Epiſtola Hippolyti Cardinalis Eſtenſis, digna ſiquidem, quæ in tomo Epiſtolarum principum legatur: & de ea agit Ciaconiamum opus in vita ejuſdem Hippolyti.*)

XX VIII. [a Ejus vitam deſcripſit Silos in hiſt. Cleric. Regul. ſpar. 2. & 3. *Mandoſ.*] 38. BENEDICTUM Mendinam *a*, Melphitanum, olim celebrem Neapolitaoi fori cauſidicum, (" *virum quidem probum, & in omnibus charitatis operibus in ſodalitio Ss. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, cui nomen dederat, exercitum*) tunc inter Clericos Regulares vitæ innoceotisſimæ ſacerdotem, iovitum ad Caſertanum C Epiſcopatum traduxit Clemens VIII. die ultima Januarii 1594. paolo poſt in Germaniam ad Rodolphum Cæſarem, ad Poloniæ Regem Sigiſmundum, alioſque Germaoiæ Principes Nuntium miſit, ut illos inter ſe disſideotes conciliaret, & contra Turcas ſolemoi fœdere io Chriſti nomine inflammaret. Varſaviæ in Principum convento oratiooem habuit luculentisſimam de ineundo fœdere adverſus commuoem hoſtem, quæ Cracoviæ excuſa eſt, ſummèque laudata. Legatione beoe obita od Coriam rediit; à Clemente benignè receptus, ad Eccleſiam ſuam quantocyus, licuit properavit, cujus gregem nuoquam oiſi gravisſimis diſtraheotibus curis deſeruit. Præcipua ejus cura fuit Cleri religio, & reſormotio; egeois, infirmis, pupillis, viduiſque profuſa liberalitate ſummaque charitate opem ferre, ſacerdotia, proventuſque Eccleſiaſticos noo oiſi bonis, ac piis viris deſtinare, vectigalia ſuæ D Eccleſiæ adaugere, ot profuſiuo in paoperes diſpendereotur, ac demom omnia peragere, qoæ bonum Paſtorem decerent. Hæc fuit in Epiſcoparu Mandioæ vita, quam cum ad annum protraxisſet 1604. Epiſcopatus ſui decimo, Neapoli, ubi tunc illius Eccleſiæ, Clementis Papæ juſſu, vices gerebar, in Cœnobio ſui Ord. S. Mariæ Angelorum quievit in Domino, ſepulruſque eſt io ejus Eccleſiæ cœmeterio: cujus vitam deſcripſit Silos lib. 2. & 4. Hiſt. Cleric. Regul.



39. Fr. DEODATUS Gentilis *b*, nobilis Jaoueoſis, Ord. Prædicatorum, ex Comiſſario S. Officii ſucceſſit Mandinæ die 9. Jolii 1604. ſub Paulo V. in Regno Neapolitano functus eſt Nuncii munere. Neapoli mortalitatem explevit anoo 1616. jacet in Eccleſia S. Catharinæ de Formello, hooorifico tumulo, & inſcriptione. XX XIX [b Ejus meminit Oldoinus in Athen. Liguſtico. *Mandoſ.*]

Fratri Deodato Gentili patria Janueuſi genere nobili, profeſſione inſtituti S. Dominici, acri ingenio prædito & candidis, & doctisſimis moribus ornato, ſummo Philoſopho, & eximio Theologo in gubernandis ſuæ religionis Cœnobiis, quibus quam plurimis præfuit, ſingularis prudentiæ, & adminiſtrando ſanctæ Inquiſitionis officio miræ conſtantiæ, & ſpectatæ probitatis viro, Pontificibus Maximis Clemeati VIII. & Paulo V. apprimè charo, ab altero Epiſcopatu Caſertanenſi inſignito, & ab altero toti Regni Neapolitani Nunciatu decorato, à vivis intempeſtivè erepto ad majora properanti, annum ſuæ ætatis LVIII. agenti, Fr. Vincentius Zucchariaus Engubinus ejuſdem Ord mœrens effigiem hanc memoriæ & grati animi erigendam curavit. An. MDCXIX.

XL [c Die 28. Maii ex Actis.] 40. ANTONIUS Diaz, nobilis Romanus, die 12. *c* Maji 1616. delectus eſt Epiſcopus, & Sacræ Congregationis Epiſcoporum ac Regularium à Secretis; deinde Neapoli Apoſtolicus Nuncius fuit. Caſertanam Eccleſiam reſignavit Urbano VIII. ſedeote aono 1626.

XLI 41. Fr. JOSEPH à Cornea, Ordiois Prædicatorum Ducis Caſtellionis de lacu germanus frater, vir probus & doctus Caſertanam evaſit ad ſedem die 28. *d* Maji 1626. quam cum annis 11. rexisſet, ad Squillacenſem in Calabria translatus eſt, inde ad Urbeveranam ſob Alexandro VII. Pont. Max. quam ſumma religione pergit adminiſtrare. [d Die 27. Maii.]

XLII 42. FABRITIUS Suerdus, Neapolitanus, qui antea Lucerinus Epiſcopus fuerat, ad hanc Eccleſiaoi translatus eſt die 9. Febr. 1637. vix elapſo anno mortuus eſt.




43. ANTONIUS Ricciollus Coſentinus (1), Epiſ XLIII.

(1) Teſte Carthario in Athenæo Romano p. 252. Mſ. apud me, non Conſentinus; cum in ſuis editis monumentis Nobilanenſem, & patritium Rheginenſem ſe inſcribat. Eleganti elogio celebratur ab eodem Carthario. *Mandoſius.*

Epiſcopus Umbriaticenſis, huc translatus ab Urbano VIII. die 7. Febr. 1639. ſupremus fuit Regni Neapolitani Inquiſitor, ac tandem Archiepiſcopus Cuſentinus, vir monumentis ſuis clarus, de quo alibi.

XLIV 44. BRUNORUS Sciamanna, nobilis Interamnenſis, ex Epiſcopo Lucerino, ad hanc Caſertanam Eccleſiam translatus eſt die 10. Martii 1642. Exceſſit anno 1646. ejus cum laude meminit Franciſcus Angelonus in Hiſt. Interamnenſi.



XLV. 45. BARTHOLOMÆUS Criſconus, nobilis Neapolitanus, utriuſque Signat. Referendar. ab Innocentio X. ex Umbriaticenſi Epiſcopo ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 6. Maji 1647. etenim cum Umbriaticenſem perbelle adminiſtraret Epiſcopatum, contigit in Cathacenſi citerioris Calabriæ urbe quædam Judaizantium ſecta jam diu diſſeminata. Cum jam occultiſſime altas radices egiſſet, ex vicinis Epiſcopis ad eam funditus evellendam inventus eſt nemo magis idoneus quam Umbriaticenſis Epiſcopus, cui à Sancti officii Patribus munus demandatum eſt. Eò igitur accedente Criſcono ingentis animi viro, ita prudenter, celeriterque munus ſibi demandatum adimplevit, ut ſectam illam ſpatio fere centum annorum propagatam aperuerit, fugaverit, ac diſſipaverit: quamobrem apud Innocentium X. Pontificem, Eminentiſſimoſque Patres fidei quæſitores ob ejus nominis famam, ac in laboris præmium, relicta Umbriaticenſi, Caſertanam accepit Eccleſiam, quam hactenus eximie adminiſtrat, cujus modeſtia haud ſinit me in ſuis laudibus longius progredi. Plurimum illi debemus, cum in ſcribenda anteceſſorum ſuorum ſerie non parum juverit noſtram qualemcumque induſtriam. Vivit, diuque vivat digniſſimus Præſul Eccleſiæ ſuæ decus & ornamentum.

ADDITIO.

(,, *Epiſcopale Palatium vulgò*, la Cavallerizza,
,, *novo à fundamentis excitato opere perfecit. Mortalitatem tandem in gentilitia Domo explevit &*
,, *ipſe Neapoli die 16. Aprilis 1660. ſepultuſque fuit*
,, *in Divi Franciſci monialium.*

XLVI ,, JOANNES BAPTISTA *Ventellia, Capuanus, U.J.D., Canonicus Primicerius majoris Ec-*
,, *cleſiæ ſuæ patriæ, & Vicarius Generalis ſui Archie-*
,, *piſcopi Cardinalis Camilli Melzii, ob vitæ inte-*
,, *gritatem, doctrinam, ac miram in rebus agendis*
,, *dexteritatem ab Alex. VII. Summo Pontifice motu*
,, *proprio per Cardinalem Conradum Datarium Ro-*
,, *mam accitus anno 1660. die 20. Septembris hanc*
,, *Eccleſiam ultrò oblatam regendam ſuſcepit. In ipſa*
,, *Congregationes caſuum moralium inſtituit, quibus*
,, *ipſe ſæpiſſimè intererat, & in quibus more PP.*
,, *Congregationis oratorii, in qua ipſe juventutem*
,, *ſuam tranſegerat, familiares de re ſacra ſermo-*
,, *nes inſerebat. Dumque Eccleſiam ſuam ſpiritua-*
,, *liter, & materialiter exornare meditatur, vix di-*
,, *ligentiſſima diœceſis viſitatione peracta, die 23.*
,, *Decembris 1662. Præſul vitæ ſanctiſſimæ obiit in*
,, *propria, in qua natus erat, domo in Capuano vico*
,, *vulgò*, il Caſal delle Corti, *ſua hærede inſtituta*

A ,, *Eccleſia, quam ibi ipſe conſtruxerat. Sepultus an-*
,, *tem fuit in æde Minorum Capuccinorum Capuæ.*
,, *Typis dedit duo volumina, primum, cui titulus:*
,, *Practica Tribunalium Eccleſiaſticorum; alterum*
,, *de poteſtate Archiepiſcopi. Deciſiones Curiæ Ar-*
,, *chiepiſcopalis Capuanæ, & ſermones Paſtorales*
,, *pro ſingulis anni feſtis diebus edere parabat, quod*
,, *morte interreptus non potuit.*

,, JOSEPH *de Auxilio, Neapolitanus, majoris Ec-* XLVII.
,, *cleſiæ Neapolitanæ Canonicus, ab Alexandro VII.*
,, *Ventelliæ ſucceſſor datus 2. Julii 1663. poſſeſſionem*
,, *initt ſuæ Eccleſiæ die prima Septembris ejuſdem*
,, *anni. Singulis annis diœceſim integram viſitavit,*
,, *omnium neceſſitatibus proſpexit ſemper; Eccleſiam,*
,, *quam Epiſcopus Brunorus Sciamanna ædificare*
,, *inceperat, ipſe perfecit, illamque Divo Januario*
,, *dicatam voluit, dotavitque annuis redditibus, ut*
,, *unus in ea ſaltem Sacerdos ſingulis feſtis diebus*
,, *rem ſacram faceret. E vivis abiit Neapoli die 28.*
,, *Julii 1668 ibique ſepultus magna, & quidem inte-*

B ,, *gerrimæ vitæ fama.*

,, Fr. BONAVENTURA *Caballus illi ſucceſ-* XLVIII.
,, *ſit, Præſul undequaque clariſſimus. Si generis qua-*
,, *litatem conſideras, ſua gens, quæ in Regno Nea-*
,, *politano primaria nobilitate fruitur, ab illa deri-*
,, *vat Caballa antiquiſſima Veneta Patritia, quæ*
,, *adhuc in illa floret Republica. Pater illi Joannes*
,, *Franciſcus, Mater Catarina Tocco Nobiliſſima*
,, *Tropienſis ex antiquis Epiri, Ætoliæ, & Acarna-*
,, *niæ in Græcia Deſpotis. Si naturæ, ac fortunæ bo-*
,, *na rependis, divisſe ſuffiriat, utraque ſuos in eum*
,, *theſauros effuderunt. Si gratiæ, hæc, quæ ſuum om-*
,, *ninò voluit, ſuis donis ſuperabundè cumulavit,*
,, *adeò ut cum & animi, corporiſque dotibus, ſuorum,*
,, *imò omnium ſibi amores conciliaſſet. Unum ipſum*
,, *ad perpetuandam familiam ſui genitores deſtina-*
,, *rant; quod ubi reſcivit Joannes Baptiſta (hoc illi*
,, *nomen in luſtrali fonte fuerat inditum) ſe nonniſi*
,, *prodigioſè natum, uni prodigiorum authori litan-*
,, *dum eſſe pronunciavit: à quo ſancto propoſito dum*

C ,, *mater omnimodè removere ſtudet, ſub ruinis Ter-*
,, *ræmotuum, qui Calabriam anno 1637. devaſtarunt,*
,, *oppreſſa occubuit. Quare Joannes Baptiſta aſpe-*
,, *rum illicò vivendi genus inter Fratres Minores*
,, *Obſervantes D. Franciſci audiens Bonaventura,*
,, *aſpecius etiam inter eoſdem, ſed quos vocant Re-*
,, *formatos, amplexus deindè fuit Neapoli, Romæ,*
,, *& Bononiæ ſcientiarum ſtadium encurrit, in qui-*
,, *bus adeò excelluit, ut in omnibus ſemper palmam*
,, *retulerit, illaſque ex Cathedra docuerit. Miram*
,, *habuit in dicendo vim, ut nobiliora Europæ pulpi-*
,, *ta ſummo ſibi decori adſcripſerint ab illo ornari.*
,, *Neapolis in ſua æde Principe, Roma in ſacello*
,, *Pontificio, Veneta Reſpublica declamantem omni-*
,, *bus etiam ſtudiis audire voluit, illumque non modò*
,, *veluti filium matrem prorſus amoris ſignificatione*
,, *non dubia, ſed quaſi regio excepit more. Munera in-*
,, *ſuper generoſa, quæ recuſarat, ipſo inſcio, Aman-*
,, *theam uſque ad ſuos tranſmiſit, & præcipuè Matro-*
,, *na quædam de Caballa gente, quæ illum in paucis*

D ,, *ſumma veneratione proſequebatur. Piiſſimus Im-*
,, *perator Leopoldus I glor. mem. nonniſi ad illum le-*
,, *gationem Nobilium Viennam honoris ergo tranſ-*
,, *miſit, ut impendio Cæſareo, uti cum magnis Prin-*
,, *cipibus fieri aſſolet, Viennam uſque deduceretur.*
,, *Summo ibi loco habitus fuit ab omnibus Aulæ pro-*
,, *ceribus, in qua Italicè, ac Latinè communi ſemper*
,, *plauſu peroravit. Cum pretioſa munera à Cæſare*
,, *oblata, conſtantiſſimè, ut ſuus mos erat, recuſaſſet,*
,, *quippè nullam à ſuis Evangelicis laboribus tem-*
,, *poralem unquam retributionem voluit, idem Cæ-*
,, *ſar Amantheam uſque tranſmittenda curavit cum*
,, *lemmate in quibuſdam operibus argenteis magni*
,, *valoris, ac mira arte perfectis.* Ex munificentia
,, Cæſaris erga D. Leonardum Caballum fratrem
,, R.P. Bonaventuræ Caballi.

,, *Tot, tantiſque fatiſcentem meritis ſuus ordo*
,, *Commiſſarium Generalem bis renunciavit, plau-*
,, *dente Roma, quæ ob vitæ probitatem, & omnigo-*

,, *nam*

nam Eccleſiaſticam doctrinam purpureo galero ornandum iri quamprimò cenſebat. Sed hæc publica vota in mitra poſteà Caſertana defloruerunt, quam ipſe intrepidè ſemper recuſavit, non quidem, ut ſuo imparem merito, ſed quia ſuis imparem viribus, adeò de ſe humillimè ſentiebat; qui à dignitatibus alienum ſemper geſſerat animum, illam tamen Pontificio accedente iterato præcepto, coactus accipere die 12. Februarii 1669. cum primùm fuiſſet electus die 10. Decembris 1668. Epiſcopus itaque renunciatus, nec ſuum vivendi genus, nec aſperas veſtes ſubtilioribus umquam immutavit, eaſdem mortificationes, abſtinentias, quadrageſimas, jejunia, macerationes, pœnitentias, quas dum Monachus, nunc & Epiſcopus peragebat. Cleri mores componere, Religionem amplificare, vitia reſcindere, pietatem protendere prima illi cura fuit. Diœceſim quotannis diligentiſſimè inviſebat, omnium factus illius Eccleſiarum, & perſonarum ſollicitudo, illis omnibus attentiſſimè proſpiciens, ac ſi una prorſus ædes, una foret perſona, non multæ. Princeps templum reſtauravit, illius feneſtras priſco more nimis arctas, ut lucidior, ac lætior foret interior ipſius facies, prolatavit, uniformeſque reddidit, vitriſque illas pulcherrimo ordine diſpoſitis exornavit. Sacrarium ſacra, & pretioſa ſupellectili ditavit. Sacellum Ss. Crucifixi, ubi nunc venerabile Altaris Sacramentum aſſervatur, auro largiſſimè profuſe incruſtavit. Synodum, conſtitutionibus Epiſcopi Sciamannæ altas addendo, bis coegit. Verè pater pauperum, illorum omnibus indigentiis ſemper præſto fuit. Cum aliquando nihil haberet erogandum, propriis ſe veſtibus ſpoliabat, ut Chriſtum in ſuis pauperibus nudum operiret. Honeſtis puellabus ſemper dotem, egenis mendicare erubeſcentibus clam, & ſæpè propriis manibus ſtipem largiebatur. Ob infirmitatem, aut ſenium, victum ſibi proprio labore comparare impotentibus numquam defuit, licet ſuus Epiſcopalis cenſus mille ſcutorum penſioni fuerit obnoxius, quorum centum, quæ debebantur Carolo Cardinali Carrafæ Epiſcopo Averſano ſciens idem Eminentiſſimus Princeps, quam meliori ſorte per manus Epiſcopi Caballi fruerentur, illi ſemper benigniſſimè indulſit. In ſua diœceſi conciones ſemper habuit, & licet dicendi gratia, ut ſupra viſum, mirè polleret, inculpatæ potiùs vitæ perpetuo tenore ſuam plebem Deo lucratus fuit, ipſos Patritios, ipſoſque Dynaſtas manſuetos, humiles, Eccleſiæ veluti famulos ſua ſanctitate reddidit. Illum omnes ut verè Patrem venerabantur, illum in omnibus conſulebant, & licet aliquando Epiſcopi opinio ſuæ non arrideret, ultrò libenſque illi acquieſcebant, hac ſola firmiſſima ratione moti, quia ita Epiſcopo viſum, obedientiæ meritum coronante Domino, quia ſemper illis omnia juxta Epiſcopi oraculum eveniebant. Etiam Epiſcopus in quacumque celebri Eccleſiaſtica ſollemnitate, & præcipuè Neapolim accerſebatur, ut Panegyricas orationes recitaret. Gratiſſimus illi Neapolitanus ordo, cum benè ſciret Caſertanum Præſulem nec potum frigidæ pro ſuis umquam laboribus accepiſſe, Venetæ Reipublicæ, Auguſtiſſimi Leopoldi imitatus exempla, clanculum opus grande argenteum cum Civitatis inſignis, & epigraphe ad illius Germanum D. Leonardum dono miſit. Calculi dolore correptus anno 1689. in palatio Epiſcopali, quò venerat feſtum Corporis Domini celebraturus, ibi in eodem feſto munitus omnibus Eccleſiæ Sacramentis ſuper una culcitrula paleis fulta inter lachrymas ſuorum diœceſanorum, qui in ſuum cubiculum accedentes, ac recedentes convenerant ferè omnes, ultimam ab eo benedictionem, ultimos ſalutares monitus accepturi, verè ſanctus, ut publica vox fuit, verè pauperrimus die 10. Junii expiravit, omnibus ſui deſiderium relinquens, & præcipuè ſuæ diœceſi, ſuo ordini, toti quinimmò Italiæ, & Europæ, quò fama ſuæ probitatis æquè, ac doctrinæ pervenerat. Teſtari ob notoriam paupertatem non potuit, immò cum, ut egeſtati, ac præſertim verecundæ obviam iret, ære alieno obſtrictus eſſet, Apoſtolica Camera poſt ejus obitum ſolvit, omnes tamen divites reliquit ſuarum exemplo virtutum, quæ in ipſo heroice effulſerunt. Suum Cadaver humatum voluit in Divæ Luciæ ſuorum PP. Reformatorum Divi Franciſci in communi ſepulcro, & in illo propriè loculo, in quo paucis antè annis ſepultus fuerat ſuus uſque ad mortem Socius Fr. Gabriel de Ariano Laicus ſui ordinis Reformati. Die Veneris à ſuis fratribus in ſui conventus Eccleſia elatus fuit; Sabbato autem ſequenti Capitulum, & Clerus Caſertanus in eadem Eccleſia illi juſta perſolvit, ut etiam illic ſingulæ religioſæ familiæ potiùs flendo, quàm canendo, adſtante omni populo, & præcipuè pauperibus, qui numquam illi manus, ac pedes oſculari ceſſarunt, niſi quando per vim ex eorum conſpectu ereptus fuit. Ad perpetuam autem tanti Præſulis memoriam hanc voluit incidi epigraphen vivens hodiè feliciter Epiſcopus Schinoſi.

Frater Bonaventura Caballus Nobili
Genere Amantheæ in Calabris natus
Ordinis ſui Minorum ſcilicet ſtrictioris
Obſervantiæ lux, decus, biſque in Urbe
Generalis Commiſſarius ob mirabilem
in concionando vim in magno apud Italos, in magno apud exteros præcipuèque
apud Leopoldum Cæſarem numero habitus, à Clemente IX. Epiſcopus renunciatus Caſertanus, ita ergà ſe, & gregem
ſe geſſit, ut ad præſcriptum à D. Paulo
Paſtoris formam, nihil ipſi addendum,
aut demendum viſum ſit. Maximèque
conſpicuus pietate in Deum, amore in
ſubditos, miſericordia in pauperes, obiit
anno ſalutis 1689., ætatis 70. Præfuit 24.
Viro incomparabili, & optimè merito
Joſephus Schinoſi Eccleſiæ Caſertanæ
Epiſcopus hoc monumentum fieri curavit Anno Domini MDCC.

Suas conciones licèt prælo dignas nullatenus publici juris eſſe voluit, adeò illas utpotè ſuas parvifaciebat. Quædam Panegyricæ orationes ab ipſo extortæ, ipſo vel neſciente, vel reluctante impreſſæ fuerunt. Scripſit anno 1653. nonniſi ſupremi Hierarchæ juſſu vitam B. Nicolai Albergati Epiſcopi Bononienſis, & S.R.E. Cardinalis ſummo Reipublicæ litterariæ plauſu, & Eminentiſs. Albergati tunc viventis.

XLIX HIPPOLYTUS *Berarduccius, Patritius Vigilienſis, profeſſione vitæ Benedictinus, Congregationis Sanctæ Juſtinæ de Patavio, optimus Theologus, ſcholaſticus, & moralis, vitæ exemplaritate conſpicuus, ex Abbate Monaſterii Sancti Laurentii de Averſa huic Caſertanæ Eccleſiæ ab Alexandro VIII die 3. Junii 1690. præficitur. Unicum illi ſtudium Prædeceſſoris inhærere veſtigiis, clerum colere, pauperes juvare, Eccleſiaſticam immunitatem tueri, diœceſim inviſere, ſi qui irrepſerant poſt mortem Caballi, abuſus tollere, Epiſcopi partes omnes ad amuſſim implere. Pecuniam non modicam congeſſit pro renovando principe templo, quod ultimo interceptus morbo, ſucceſſori perficiendum reliquit. Poſt vitam religioſam verè, & exemplarem armatus omnibus Eccleſiæ Sacramentis obiit die 25. Septembris anno 1695. ætatis ſuæ 82. Suum mortale ſepultum voluit in Puccia, in vico ſuæ Diœceſis, quibus Sanctus Benedictus ſui ordinis inſtitutor, titulum, nomenque dat, ibique Capitulum, & Clerus Caſertæ ultima illi officia perſolvit. Hoc autem epitaphio ipſius ſepulchrum loqui voluit vivens illius ſucceſſor Joſeph Schinoſi.*

„ Hip-

» Horacio ad commodum ſuperaddito
» Viridario ad ſolamen ſubſtrato
» Ann. Sal. MDCCIX.

» *In Monaſterio Virginum D. Dominici,*

» Virgini Deiparæ
» Virginum Collegium
» Quod priùs à fundamentis excitaverat
» Mox intromiſſis Chriſtu Sponſo ſponſis
» Sacrum voluit
» Joſephus Schinoſi Patritius Conſentinus,
» & Traneuſis Epiſc. Caſert.
» Anno Sal. MDCCXV.

» *Licet tot millia in hiſce operibus erogaverit, num-*
» *quam autem de illo pauperes, numquam de illo*
» *Virgines, numquam Viduæ, pupilli Orphani que-*
» *ſti ſunt, nec etiam Caritatis temporibus, quibus*
» *integrus, & quam multas aluit familias, quia*
» *non modo ſuæ Eccleſiæ, ſed proprium ſuum cen-*
» *ſum communem cum ſuis habet pauperibus; multu*
» *etiam, & quàm maxima de tanto præſule dicen-*
» *da forent, quæ lubens omittimus, ne illius mode-*
» *ſtiæ graves ſimus; unum illud enixius à Domino*
» *rogamus, ut Caſertanæ Diæceſis unico, in quo*
» *omnia continentur, annuat voto, quod nonniſi*
» *aliud eſt, quam ſalus Præſulis.)*

S U E S S A N I

E P I S C O P I.



SUESSA, Campaniæ Felicis urbs vetuſtiſſima paulo remotior a Lyri fluvio in Appia via ante Romæ edificationem condita fuit, in ipſo amœno colle quo ad Orientem reſpicit Maſsicum Montem, à Meridie Gaurum, ab Occaſu octo milliarium intervallo à Tyrrheno Mari, à Neapoli duodecim, ab antiqua Sinueſſa octo diſtans. Fuit quondam lata & patens Campaniæ civitas, hodie anguſtioribus contenta limitibus ad tria millia alit mortalium: titulo Ducatus, & Epiſcopali dignitate decoratur. A quo verò ſit prima fundatione conſtructa, difficulter ex hiſtoriarum monumentis erui poteſt. Sunt qui Rao (Gomerium vocant) Japhet filio Noe nepoti ejus ſundationem attribuant, & à Sem Patrui nomine nuncupatam ante Chriſtum natum M. M. CLXXIX. ante vero Romam conditam M. CCCCXXVII. quam vacillantibus conjecturis, meram Annii Viterbienſis, & quorundam recentiorum eſſe fabulam antiquarum rerum periti exiſtimarunt. Rejectis fabellis, conſtat Sueſſam antiquiſsimam Felicis Campaniæ fuiſse, longe tamen diverſam à Sueſa Pometia Volſcorum civitate, & ferunt Herculeam aliquando vocitatam, vel à templo in ejus honore condito, cujus adhuc extant veſtigia, vel quod illuc ille pertranſiens à Sueſanis honorifice ſuſceptus, & pro numine ſit adoratus, In cujus memoriam cuſa nu-

A miſmata cum excitato leone, quo pro civitatis inſigni uſque in hodiernum diem utuntur, hoc dilemmate SUESSÆ VETUSTÆ INSIGNIA. Pometiam Sueſsam Volſcorum, de qua Silius loquitur, & Plinius, dictam ſuiſse à Pometiæ civibus, qui eam inhabitarunt, auctores ſunt Livius, & Dionyſius. Hi enim à Tarquinio Priſco Quinto Romanorum Rege devicti Sueſsam demigrarunt, benigneque accepti ab eorum nomine deinceps Sueſſam Pometiam, aliquando abſolute Pometiam, & Seſsam dixere; ſed & Auruncam, & Auſoniam vocatam lego apud Livium, & Vellejum, cum Aurunci à Sidicinis populis devicti in eam ſe recepiſſent anno ab Urbe condita CCCCXVI. *Inter Sidicinos, inquit Livius, Auruncoſque bellum ortum; Aurunci à T. Manlio Conſ. in deditionem accepti, nihil inde moverunt, eo petendi auxilii ab Romanis cauſa juſtior fuit; ſed priuſquam Conſules ab Urbe (juſſerat enim Senatus defendi Auruncos) metu oppidum deſeruiſſe, profugoſque cum conjugibus ac li-*
B *beris Sueſſam communiſſe, quæ nunc Aurunca appellatur, mœnia antiqua eorum, urbemque à Sidicinis deletam.* Cæterum ſummæ antiquitatis ac potentiæ debetur Sueſſæ, quod illis primis temporibus, quibus Roma Orbis caput adolere cœpit, cum illis civitatibus fuit, quæ diu cum ea certarunt, ac deinceps poſt varia bellorum genera ab Romanis vi captæ, & expugnatæ in eorum poteſtatem devenerunt. Sub Annibale multas clades paſſa eſt, & ſub Adriano, Antoninoque Imp. plurimum floruit: ſub Conſulibus olim in amicitiam populi Romani recepta, ductaque Colonia eſt anno ab urbe condita CCCCXL. ut Polybius narrat; & Livius lib. 9. inquit, *Sueſſa & Pontia Coloniæ deductæ ſunt L. Papyrio Curſore quintum, & C. Junio Bubulco iterum Conſulibus.* Municipium inde fuit, & civitate donata, quemadmodum ex Cicerone, veteribuſque inſcriptionibus conſtat, quarum in foro adhuc duæ ſpectantur,

C

Cajo. Titio.
Chreſonio. Aug. Fil.
Huic. Ordo. Decurion.
Quod. Pro ſalute. Et. Indulg. Imp.
Ant. Pii.
Fel. Et. Volun. Pop. Munus. Fam.
Gladiat. Cum. Sua. Die.
Privat. Secund.
Dignit. Municip. Ediderit.
Optimo. Exemplo. in Municip.
Sueſſan.
Et. Ut. Quæ. Digitus. In. Domo. Ejus
Flueret
Commodiſque. Publ. ac St. Decurio
Fueretur. & Titio.
Cheres. Emeeit.
Patris. Honorem Decurion. Gratuit.
Decrevit
Ordo. Decur. & Auguſal. & Plebis
D *Munivtrunt.*

Alia ibidem,

Imp. Cæſ. Divi. Trajani. Part. F.
Divi Nervæ Nep.
Trajan. Adr. Aug. Pont. Max.
Trib. Pot. VI. Con. III.
Viam
Sueſſanis Municipibus
Sua Pec. Fec.

Nuper aliæ effoſſa eſt vetus Inſcriptio ſub turri Campanaria ad S. Sylveſtrum, quam in foro Troghi expoſuerunt.

Mavorti
Q. F. Meſſio Eguatio Lolliono
V C.
Q. K. Præfecto Urbano
Auguri publico P. R.
DD NN. Aug. Fil. Cæſarum
Curatori alvei Tiberis
Et Glavacarum Sacræ urbis
Curatori operum publicarum
& minuciæ Conſulari Campaniæ
Ord. Populuſque
Sueſſanus.

Paſſim plures veteres inſcriptiones Sueſſæ, ejuſque in agro leguntur, & veteris Amphitheatri ruinæ, templa viſuntur Herculis & Æſculapii, quæ ſummam ejus vetuſtatem exhibent. Solum habet amœnum, & omnium rerum ad humanum uſum ferax, cœli aeriſque benignitate nullis cedens. Hanc ortu ſuo viri clariſſimi ſummopere illuſtrarunt, inter cæteros Cajus Lucillus Satyrarum ſcriptor, & Tr. pilius poeta Comicus, quorum meminit Euſebius. Hic Auguſtinus Niphus natus eſt, in omni ſcientiarum genere verſatiſſimus, ſummuſque Philoſophus, qui ſui nominis celebritate patriam quoque celebriorem atque illuſtriorem reddidit. Conſalvus de Cordnba belli fulmen, & Hiſpanum decus, Sueſſæ Princeps fuit, cujus poſteri adhuc ejus Duces ſunt. Illam aliquando dominatæ ſunt Balzea deinde Maraana familiæ nobiliſſimæ. De Sueſſa, deque viris illuſtribus ſcripſerunt Auguſtinus Niphus, & Lucius Saccus. Cæterum Sueſſam commendabilem fecit civium pietas, qui, ut fert traditio, relicto Idolorum cultu ad verum Chriſti religionem Petro Apoſtolorum Principe Evangelium diſſeminante ſe ſe adduxerunt, & ſemel plantatam fidem mirificis progreſſionibus dilatatam, Ariſtonus, Creſcentius, Eutychianus, Urbanus, Vitalis, Juſtus, Feliciſſimus, Felix, Martha, & Symphoroſa ſuo ſanguine ad perennitatem ſtabilierunt. Etenim ſub Diocletiani ſæviſſima perſecutione corona Martyrii Sueſſæ condecorati fuerunt, ut ſcilicet idem Lucius Saccus Romanum Martyrologium horum Sanctorum Martyrum agonem in Campania fuiſſe refert die 2. Julii. Idem Saccus hallucinatur dum narrat primum Sueſsæ Epiſcopum ordinatum fuiſſe Simirium à B. Petro Apoſtolo, Romæ ſub Nerone Martyrio coronatum, cum Sinitius, vel Sinitius Romanus patria, Divi Petri Diſcipulus, non Sueſſæ in Campania, ſed Sueſſionenſis in Gallia primus Epiſcopus fuerit, inde Remenſis, ubi palmam Martyrii ſub Nerone ſumpſit, corpus ejus ibidem reconditum fuit, agiturque natalis dies prima Septembris. Acta brevi elogio conſcripſit doctus vir Andreas de Sanſsay in ſuo Gallicano Martyrologio in hunc modum. *Remis Natalis Sanctorum Martyrum pariterque Pontificum Sixti, & Sinicii, Galliæ Belgicæ ſecundæ Apoſtolorum. Qui Patria Romani, cum B. Memmio Roma à S. Petro has in partes ablegati: hancque Metropolim auſpice Chriſto adeuntes, trophæa ipſius Redemptoris illic prima collocaverunt. Hinc ad Sueſſiones digeſti populum hunc fidei etiam Sacramentis initiarunt. Cui civitati Epiſcopus primus Sinicius à Sixto, Apoſtolicis muneris coryphæo, præfectus eſt. Tum Sixtus ipſe Remos reverſus, civitatem hanc ethnicis ſpurcitiis prorſus expurgare iaſtitit, fana deſtruxit, ædiculam divinis officiis conſecravit, Clerum conſtituit, populumque plurimum Chriſto acquiſivit. Cum autem decennium Apoſtolico operi impendiſſet, cupidus extremi pro Domino ſubeundi agonis cœlitus imminentis exceſſus admonitus, poſt glorioſum certamen, quo Martyr occubuit, ad præmium deſtinatum feliciter migravit. Cujus funus religioſe curavit Sinicius: qui & vetuſtate anno eodem die quo Sixtus, tanta pro fidei aſſertione ſuprema colluctatione, Remis ubi reſederat juſſu deceſſoris, ut*

A *ortam Eccleſiam curaret, tutaretque lancea itidem Martyrii redimitus æternam abiit ad gloriam. Eodem vero tumulo cum Sixto illatus, Baſilicæ quæ in utriuſque honorem ſubinde conſtructa eſt, initium nuncupationemque indidit: tandiu vero ibi uterque quievit, quouſque ad ampliorem honorificationem, intra Urbem ab Henrico Archiepiſcopo delata amborum pretioſa ſpolia, in Eccleſia Sancti Remigii pone altare Sancti Petri eorum præceptoris, cultu condigno recondita ſunt, hactenuſque in ſacrario illius ædis ſaceis monilibus ditiſſime, ea qua decet religione obſervantur.* Hæc ille. Siniſii meminit etiam Claudius Robertus in Catalogo Sueſsionen. Præſu um ex Flodoardo lib. 1. c. 3. Vernero in Faſciculo temporum. Maneat igitur Sinicius Sueſſionenſis Eccleſiæ in Gallia primus Epiſcopus. Quis autem Sueſſanus primus fuerit Epiſcopus ignoratur. Reponit Saccus inter hujus urbis Antiſtites Sanctum Caſtrenſem; ſed hic in Africa fuit Epiſcopus, qui in perſecutione Vvandalica à propria Sede cum pluribus aliis Epiſcopis expulſus circa annum Domini 440. Sueſsa
B appulit, quandoque in agro Sueſsano degit, ubi ex ejus nomine pagus & Eccleſia conſtructa eſt: ejus acta conſcripſit in Capuano Sanctuario Michael Monachus parte 1. Fortunatus Sueſsæ Epiſcopus fuit in Concilio Romano ſub Symmacho Papa anno 501. & hic primus eſt, qui Sueſsanus Epiſcopus reperiatur: poſt hunc ad annum milleſimum uſque Sueſsanorum Epiſcoporum memoria periit. Sueſſanus Epiſcopus priſcis ſeculis Pontifici juriſdictionis fuit, inque Campania Felici enumerabatur, qui jam inde à naſcente Eccleſia Epiſcopali dignitate condecoraretur, donec ex voluntate ejuſdem Romani Pontificis Capuani Archiepiſcopi Suffraganeus eſt declaratus anno 968 *a.* à Joanne XIII. Pontifice, quando Capuana Eccleſia in Metropolitanam evaſit; noſtroque hoc ſæculo hactenus ſub eodem quieſcit arbitrio, privilegiis, ac dignitatibus à Regibus Principibuſque condecoratus, ac ſatis latam Diœceſim continet, cujus annuus reddi-
C tus ad ſcutata iliarum partium 1200. aſcendit; taxatur vero in libris Fiſci Apoſtolici ad flor. 200. Templum prope mœnia civitatis ruinoſum viſitur, quod primi illi Chriſtiani nominis cultores in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ conſtruxerunt; ferunt Cathedralem fuiſſe, quod inde vetuſtate fatiſcente, in medium urbis tranſtulerunt an. MCXIII. cujus dies conſecrationis agitur 14. Julii. Baſilica hæc Cathedralis Deiparæ Virgini Divoque Petro („ *ac Paulo*) Apoſtolis conſecrata pulcherrimo opere aſſurgit, viginti marmoreis columnis ſuffulta; totidem habet inferior Eccleſia, quam Subconfeſſionem, ſeu cryptam vocant. Sanctorum Reliquiis ſuperbit, inter quas inſigniores habentur vivificæ Crucis fruſtulum, una ſpina ex corona Salvatoris noſtri, dens unus S. Marci Evangeliſtæ, digitus S. Sebaſtiani Martyris, & brachium S. Leonis Papæ IX. quod olim ab ejus corpore abreptum fuiſſe docet inventio ejuſdem ſancti Corporis habita anno 1608. ſub Paulo V. in Vaticanæ Baſilicæ
D nova conſtructione, tunc inventum eſt brachio uno carens ſacrum pignus, cujus rei certiorem fecit Sueſſanum Antiſtitem Sacra Rituum Congregatio. Inſignitur Baſilica hæc nobili Capitulo vigintiquinque *b* Canonicorum, quorum quatuor dignitate eminent, Primicerii duo, Archidiaconus & Decanus: ſunt in ea alii Presbyteri & Clerici divinum penſum quotidie ſolventes. [„ *Animarum cu-* „ *ra non exercetur in ea; habet tamen ſacrum fon-* „ *tem ad regenerandum mortales. Sex his in Divi-* „ *nis praſunt Eccleſiæ Parochiales.*] Sparſim per urbem, ac Diœceſim plura Monaſteria, templa, piaque loca, Puerorum Seminarium, Mons Pietatis, Xenodochia, & Epiſcopale palatium non longè à Cathedrali ſpectantur. Eminet in iis D. Dominici templum, ac Cœnobium à Joanne Antonio Marzano Sueſsæ Duce anno 1425. conditum, ſub Fratris Antonini Florentini directione, ille qui poſtea Archiepiſcopus Florentinus fuit, & inter San-

b 28. Canonicorum.

ctos relatus. Eccleſia & Cœnobium Sanctiſſimæ
Trinitatis Ord. Eremitarum Sancti Auguſtini, opus
Roberti Marzani Squillaci Comitis anno 1363. Se-
ptum S. Franciſci Conventualium extra urbem in
veteris Amphiteatri ruinis ab ipſomet Seraphico
exædificatum Monaſterium Minorum Obſervan-
tium, hoc in gratiam S. Bernardini Senis condidit
idem memoratus Marzanus Sueſſæ Dux anno 1433.
ubi jacet in magnifico tumulo. Humile, ſed devo-
tum Capuccinorum Fratrum Cœnobium haud pro-
cul à civitate diſtat Beatæ Virgini & Sanctiſſimæ
Trinitati ſacrum, à Sueſſanis erectum anno 1540.
alterum eſt ſeptum ejuſdem inſtituti, ubi novitii in-
ſtituuntur. Domus Clericorum Regularium infir-
mis miniſtrantium, quorum fundator extitit vir
pius Camillus de Lellis Theatinus civis Monialium
Cœnobia tria, duo in ipſa Civitate, S. Germani
ſcilicet Ord. S. Benedicti nobile, ac dives, funda-
tum anno 1200. S. Eliſabeth regulæ ad S. Annæ,
tertium prope mœnia Ord. S. Claræ ad titulum San-
cti Stephani Martyris; plures ſunt etiam laicorum
confraternitates. [„ *Diœceſis extenditur ad 40. mil.*
„ *& 36. loca ſub ſe continet.*] Porro Epiſcoporum
Sueſſanorum ſeriem cum ex diptycis monumentis
ejuſdem Eccleſiæ, tum ex Romanis Ephemeridi-
bus, diverſiſque auctoribus, in hunc modum con-
cinnavimus.

I. 1. FORTUNATUS primus Epiſcopus eſt,
qui reperiatur Sueſſanæ Eccleſiæ præfuiſſe, inter-
fuitque Synodis Romæ celebratis à Symmacho Pa-
pa anno 499. & 501. [„ *Item 502. & 504.*]

II. („ RISUS *ex Diptycis hujus Eccleſiæ, qui ex*
„ *Ughello cum ante annum milleſimum vixiſſe viden-*
„ *tur, hoc loco numerandus eſt.*

III. „ JACOBUS, *cujus etiam tempus incertum, Mo-*
„ *nachus Caſinas ex Emortuali Caſinenſi obiit 7.*
„ *Kal. Martii.*

IV. „ JOANNES *adfuit Concilio Romano an. 998.*)

VI. 2 MILO Monachus Caſinas Capuani Mona-
ſterii Præpoſitus anno Domini 1071. evaſit Epiſ-
copus Sueſſanus, cujus meminit Chronic. Caſin.
lib. 3. cap. 26.

V. 3. BENEDICTUS ab Adenulpho Capuano
ordinatus an. 1092. Archiepiſcopo anno 1092. ordinatus eſt Sueſſanus
Epiſcopus, & confirmationem ab eodem obtinuit
omnium bonorum, ac jurium ſui Epiſcopatus, que-
madmodum ſui prædeceſſores ab aliis Archiepiſco-
pis Capuanis acceperant, hoc ſpeciali diplomate,
ubi Diœceſis Sueſſanæ Eccleſiæ deſignatur, quod
exſcripſit Michael Monachus in ſuo Capuano San-
ctuario.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Triceſimo ſecundo anno Principatus Domini Pan-
dolfi, & viceſimo octavo Principatus Domini Pan-
dolfi ejus filii, glorioſis Principibus, & primo anno
Principatus Domini Landolfi . . . . . . ac
nepos ſuperius dicti D. Pandolfi magni, & excellen-
tiſſimi Principis, menſe Martio quintadecima Indi-
ctione, Adenulfus divina fuvente gratia humilis Ar-
chipræſul, Clero, Ordini, & Plebi Civitatis Sueſſa-
næ Eccleſiæ dilectiſſimis filiis in Domino ſalutem. Pro-
babilibus deſideriis nihil attulimus tarditatis, fra-
trem jam, & Coepiſcopum noſtrum Benedictum vobis
ordinavimus Præſulem, cui dedimus in mandatis, ne
unquam ordinationes præſumat illicitas, nec biga-
mum, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, ne-
que illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitia-
tum, aut enpœnitentem, vel Curiæ, aut conditioni obno-
xium, notatamque ad ſacrum Ordinem permittat ac-
cedere, ſed ſi quis hujuſmodi fortè repeeerit, non au-
deat promovere. Igitur quoniam te, dilectiſſime frater
Benedicte, ad Epiſcopatum provenimus, concedimus,
& confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus Epiſcopa-
tum Sueſſanum, & tuam Sedem, ſicuti jam conceſſum,

A *& confirmatum eſt à noſtris anteceſſoribus, tuiſque*
deceſſoribus. In primis incipientibus à prima parte,
mare: à ſecunda parte, ab ipſo fluvio de Gariliano:
de tertia parte rivo, qui dicitur vivo, & quomodò
aſcendit per locum, qui dicitur Caſtelluzzo Saraci-
niſco & vadit per ſerra de monte, qui nominatur
Tortellitu, qui decernit inter Comitatum Theanen-
ſem, & Sueſſanum, & ſicut vadit directum in rivo, qui
dicitur Pontefractus, & proinde exiit in ſilicr: de
quarta vero parte, fiae de Serra de monte Marſico, &
quomodo vadit in mare, qui decernit inter Comita-
tum Cultlonenſem, & Sueſſanum, cum omnibus Eccle-
ſiis, quæ ſunt inter has prædictas fiaes, & cum iſtis
Eccleſiis, quas nominatim declaramus; hoc eſt Ec-
cleſia S. Mariæ & S. Petri intus jam dictam Civita-
tem, quæ eſt tua Sedes: & Eccleſia S. Joannis ante por-
tam, & Eccleſia S. Mariæ in Caſtellone, & Eccleſia
S. Angeli, ibique & Eccleſia S. Nicolai, ibique & Ec-
cleſia S. Euſtaſii, & Eccleſia S. Nicolai, & Eccleſia S.
Silveſtri in prædictam Civitatem: foras Civitatem
B *nominamus has Eccleſias, Eccleſia S. Andreæ, &*
Eccleſia S. Mariæ, & Eccleſia S. Joannis, & Eccleſia S.
Secundini, & Eccleſia S. Severi, & Eccleſia S. Aga-
thæ, & Eccleſia S. Martini, & Eccleſia s. Nazarii in
Pompiniano, & Eccleſia s. Joannis, & Eccleſia S. Tho-
mæ, & Eccleſia S. Angeli ad Trentola, & Eccleſia ſan-
ctæ Mariæ ad Suptiliano, & Eccleſia s. Angeli, & Ec-
cleſia s. Gervaſii, & Eccleſia s. Mauri, & Eccleſia s.
Mariæ in Gualdi, & Eccleſia s. Stephani in Piſcino-
la, & Eccleſia s. Eraſmi, ibique non longe & Eccle-
ſia s. Urbani, & Eccleſia s. Laurentii, & Eccleſia s. Ro-
ſi, & Eccleſia s. Eleutherii, & Eccleſia s. Barbaræ, &
Eccleſia s. Luciæ, & Eccleſia s. Viti, & Eccleſia s. Ca-
ſiæ, & Eccleſia s. Gregorii, & Eccleſia s. Petri de Cen-
tora, & Eccleſia Sancti Thomæ de Porcile, & Eccle-
ſia s. Marci de Auricola, & Eccleſia s. Martini, & Ec-
cleſia s. Eraſmi ad pede de monte, & Eccleſia s. Ste-
phani, & Eccleſia S. Mariæ Flavi, & Eccleſia s. Ste-
phani, & Eccleſia s. Donati, & Eccleſia S. Antemi,
& Eccleſia S. Mariæ de Baloneo, & Eccleſia S. Petro,
C *ibiq; & Eccleſia s. Joannis ad ipſi currenti, & Eccleſia*
s. Laurentii, & Eccleſia s. Angeli, & Eccleſia s. Archan-
geli, & Eccleſia s. Eraſmi de Saltu, & Eccleſia s. Caſti,
& Eccleſia s. Felicis de Caſcano, & Eccleſia s. Eraſ-
mi, ibique & Eccleſia Sancti Eraclii, & Eccleſia s.
Joannis ad Forum Gariliani, & Eccleſia s. Angeli ad
Baloneo piciola, & omnes alias Eccleſias, quæ conſtru-
ctæ ſunt, atque conſtruendæ pertinentes ſupraſcriptæ
veſtræ Diœceſi cum omnibus hereditatibus ad eaſdem
Eccleſias pertinentibus, quas modo habere, & poſſi-
dere videtur, quas in antea pro parte ipſarum Eccle-
ſiarum acquirere potueris, & cum omnibus Presby-
teris, omnibuſque Eccleſiaſticis ordinibus ad tuam
Diœceſim pertinentibus, excepto quod non concedi-
mus tibi, tuiſque ſucceſſoribus, Eccleſias, quæ infra
tuam Diœceſim conſtructæ ſunt, vel conſtruendæ ſunt,
& hæreditates, ſervos, ancillas, qui hæreditates
prædictorum ſervorum pertinentes noſtro Archiepiſ-
copatui, ſeu noſtris Abbatiis, quæ modo ibidem ha-
bemus, & quæ in antea parare, & conquirere potue-
D *rimus, quæ omnia noſtra, noſtrorumq; ſucceſſorum re-*
ſervavimus poteſtati: Afros paſſim & ad eccleſiaſti-
cos ordines pretendentes nulla ratione ſuſcipias; quia
aliquot eorum Manichæi rebaptizati ſæpius ſunt pro-
bati, miniſteria tanquam ornatum Eccleſiæ, vel
quicquid illud eſt in patrimonio eiſdem non minuere
ſtudeas, ſed augere. De redditu verò Eccleſiæ, vel
oblationibus fidelium quatuor facias portiones, qua-
rum unam tibimetipſi retineas, alteram Clericis pro
officiorum ſuorū ſedulitate diſtribuas, tertiam paupe-
ribus, & peregrinis, quartam Eccleſiaſticis fabricis
noveris reſervandam. De quibus divino eris reddi-
turus judicio rationem: ordinationes presbyterorum,
ſeu Diaconorum non niſi primi, quarti, ſeptimi, &
decimi menſium jejunii, ſeu in ingreſſu quadrageſi-
malis, atque mediante veſpere Sabbathi noveris cele-
brandas, Sacroſancti Baptiſmi Sacramentum non niſi
in Paſchali feſtivitate, & Pentecoſtes, noveris eſ-

ſe præbendum, exceptis his, qui mortis urgerentur periculo, ne inbaptizati pereant, talibus oportuerit remediis ſubvenire. Damus interim in præceptis, ut tu, & ſucceſſores tui veniatis cauſa manducandi nobiſcum, & cunctis ſucceſſoribus quando vos accerſere facimus ad celebrandam miſſarum ſolemnia, ſeu peragendum quaſcumque eccleſiaſticae cauſae. Poſt diſceſſum ſiquidem tuum, ſucceſſores tui quot in Epiſcopatu Sueſſano eligendi ſunt, conſenſu noſtro, noſtrorumque ſucceſſorum veniant Capuam, & à nobis, ſive à noſtris ſucceſſoribus conſecrationem Epiſcopatus accipiant, ſicut continetur in privilegio, quod ab Eccleſia B. Petri Apoſtolorum Principis accepimus & corroboratum apud noſtrum Archiepiſcopatum habemus à D. Benedicto Summo Pontifice, & univerſali Papa. Hujus ergo Sedis noſtræ præcepta ſervantes, devotis animis obſequi vos oportet, ut irreprehenſibile, placidumque ſint corpus Eccleſiæ per Chriſtum Dominum noſtrum: ex juſſione autem prædicto Sancto Antiſtiti ſcripſi. Ego Joannes Diaconus, & Scriba ipſius Sanctæ Capuanæ Eccleſiæ, & in ſacratiſſimo ejus palatio in annos vigintiquinque Archipræſulatus ejus in menſe Martio, & quinta decima dicta Indictione.

Datum 14. Kal. Aprilis.

Data eſt hæc bulla, ut ex eadem deducit Monachus anno 1032. namque nominatur Paldolfus Pater, Paldolfus filius, Landulfus nepos. Paldolfus pater fuit Paldolfi cognomento de Sancta Agatha, qui principatus eſt ab anno 1001. Paldolfus filius de Sancta Agatha factus eſt à patre conſors principatus anno 1005. Landulfus alterius Paldolphi nepos & alterius Paldolphi filius principatus eſt anno 1032. & hoc anno ſcripta eſt hæc bulla, qui fuit Atenulphi 2. Capuani Archiepiſcopi 25. qui factus eſt Archiepiſcopus anno 1008. Cæterum Benedictus diu Eccleſiam Sueſſanam tenuit, ſubſcripſitque Concilio Romæ habito à Nicolao II. anno 1059 *a*. quod extat in Bibliotheca Vaticana.

4. RISUS *b* Sueſſanus Epiſcopus memoratur in monumentis ejuſdem Eccleſiæ, videtur vixiſſe ante annum milleſimum.

5. JACOBUS Monachus Caſinas, cujus meminit Arnold. Wion. lib. 2. Ligni vitæ. Obiit die 7 Kal. Martii ex Calendario Caſinen. ſed quo floruit tempore incertum.

a Vide Concil. Collect. Harduini tom. 6. par. 1. col. 1067.
b Hunc, & ſequentem Jacobum immediate poſt Fortunatum locavimus.

VII. 6. JOANNES Caſinenſis Monachus Epiſcopus Sueſſanus ſubſcripſit diplomati Sennetis Archiepiſcopi Capuani pro Eccleſia Caſertana anno 1113. Arnald. Wion. habet hunc vixiſſe anno 1108. ad eam dignitatem vocatus: memoratur quippè hoc eodem anno in monumentis Cajetanæ Eccleſiæ.

VIII. 7 GAUFRIDUS Sueſſanæ Eccleſiæ Præſul ſubſcripſit privilegio Honorii II. Papæ conceſſo Eccleſiæ Piſanæ anno 1126.

IX. 8. ROBERTUS florebat anno 1144.

X. 9. HERVEUS, cujus prima mentio habetur anno 1171. in quodam documento inter Sueſſanos, & Theanenſes habito. Idem inter fuit Laterano Concilio ſub Alexandro III. anno 1179. cui ſcribit Clemens III. Dat. Later. 5 Kal. Febr. 1188. Ind. 7. Teſtis fuit etiam privilegio Henrici VI. Imperatoris Caſinenſi Cœnobio elargito an. 1191. & alteri ejuſdem Imp. conceſſo Berardo Aſculano Archidiac. an. 1195. quod retulimus in Epiſcopis Aſculanis tom. 1. ubi Greveus dicitur: aliquando Henricum vocatum video.

XI. 10. PANDULPHUS ſub Honorio III. vixit an. 1224.

XII. 11. JOANNIS an. 1259. & 1264. mentio habetur in monumentis ejuſdem Eccleſiæ, obiit vero anno 1283. ex Chron. Sueſſæ.

XIII. 12. ROBERTUS de Aſprello Civis & Epiſcopus Sueſſanus an. 1284. electus, & conſecratus maximo cum honore, ac deinceps uſque ad an. 1297. de eo in monumentis reperitur mentio, quo fortaſſe anno defunctus eſt. Poſt hunc Saccus reponit quendam Fr. Deodatum de Caſtelluccio Etruſcum Divi Dominici cucullatum, quem ex Michaele Pio lib. de vir. Illuſt. Ord. Præd. vixiſſe refert circa annum Dom. 1299. ſed in reg. Vatic. ejus electio non reperitur.

13. GUIDO in demortui Roberti locum ſubrogatur à Bonifacio VIII. an. 1297. 7. Kal. Martii, Pont. an. 3. ut in epiſt. 48. fol. 207. reg. Vatic. habetur. Non diu Pontifex fuit, ante an. 1301. defunctus. XIV.

14. ROBERTUS hujus nominis II. poſt obitum Guidonis electus eſt Epiſcopus Sueſſanus. Circa an. 1306. Executor ultimæ voluntatis Joannis de Taliacozzo militis Sueſſani, denominatur in reg. regeſt. Neap. Caroli II. an. 1301. Obiit circa finem an. 1307. vel paulo ante; memoratur in regeſt. Vatic. Clement. V. XV.

15. BERTRANDUS, Rector Parochialis Eccleſiæ de Cur Tholoſanæ Diœc. defuncto Roberto, ab una Capituli Sueſſani parte Antiſtes electus eſt, cum ab aliis Thomas D. Roberti de Seſſa ad ejuſdem dignitatis gradus fuiſſet vocatus. Uterque ad Curiam acceſſerunt, ut Pontificis expectarent arbitrium, diſcuteretur que eorum electio, interim Thomas Avenione diem clauſit extremum, & Bertrandus de plenitudine poteſtatis à Clem. V. delectus eſt Epiſcopus Sueſſanus id. Septembris anno 1309. Pontif. ejuſdem anno quarto, ita in regeſt. Vatic. epiſt. 796. fol. 167. ann. 4. Clementis. Ejus mentio tum in Arch. reg. Neap. tum in monumentis ejuſdem Eccleſiæ habetur ad annum uſque 1323. XVI.

16. JACOBUS Matritius de Sueſſa, patriæ adlectus eſt Epiſcopus à Canonicorum Collegio die 31. Martii 1323. confirmationem haud obtinuit à Joanne XXII. uſque ad ann. 1326. reperi enim in lib. ſolut. Prælat. quod Jacobus cum ſolitum ſacro Collegio exſolviſſet ſubſidium die 24. Aprilis eodem anno electus enunciatur. Defunctus fertur circa anno Dom. 1330. in Emortuali Montis Caſini. Obitus ejuſdem Jacobi Sueſſani memoratur 7. Kal. Martii. XVII.



17. JOANNES de Paulo, nobilis Civis Sueſſanus, ex Primicerio Patriæ eligitur Epiſcopus anno 1330. cujus merita recenſentur in Elogio ad ejus memoriam excitato in Sueſſana Cathedrali poſt annum trecenteſimum ab obitu, qui incidit in annum Chriſti 1334. XVIII

D.O.

D. O. M.

Joanai
Ex Patritia de Paalis familia
viro gtaeris aobilitate claro aat-
vtrſi juris peritia clariori, vitæ
ſaaɛtitate clariſſimo
Sueſſaao Poatifici
Joſeph de Paulo J. U. D. Arthi-
diaconas Saeſſaaas Prothonotar.
Apoſt. Gratiis ſuo trtecatefimo
poſt aaao pietatis moaumeatum.
CIↃIXXXIV.

Joanois hujus electionem, ſeu confirmationem in regeſt. Vatic. Joanois XXII. Papæ non videmus, neque in lib. ſolut. Prælat. de eo fit mentio. Ex hac verò familia de Paolo duo viri vitę ſanctimonia clariſſimi prodierunt, Jacobus & Thomas Ord. Præd.
B quorum meminit Theodotus Valle io Compeodio virorum Illuſtr. Ord. Præd. qui io Neapol. Regno floruerunt.

XIX. 18. Fr. UGO Ordinis Minorum Epiſcopus Sueſſanus, ac Regis Robetti à ſacris confeſſionibus erat an. 1337. cujus meminit regeſt. Neapol. obiit ſub Clemente VI. ao. 1343. ſepultus io Eccleſia S Joannis Sueſſæ.

XX. 19. ALEXANDER de Miro, Canonicus Hydruntinus, à Clemente VI. in locum fratris Hugonis cteatus eſt bujus Sedis Epiſcopus 11. Kal. Maii anno ſal. 1343. Pontiſ. a. Ex reg. Vatic. ep. 65. fol. 81. exceſſit eodem ſedente Pontifice aono 1350.



XXI 20. Ft. JACOBUS Petruccius, Seneoſis, Ordinis Minorum alumnus Alexandro immediatè ſucceſſit ad eam dignitatem vocatus à Clemente VI. anno 1350. ex regeſt. Vatic. ep. 31. ſol. 18. an. Pontiſ. 9. ſedit plus minus annis ſeptem. Is longe fuit diverſus ab alio Jacobo ejuſdem Ord. patriæ & familiæ Epiſcopo Aleriensi in Corſica de quo in 3. noſtro tomo egimus.

D



XXII. 21. Fr. HENRICUS de Grandonibus; Flo-

A rentinus, Ordinis Prædicatorum Cœnobii S. Mariæ Novellæ alumnus, ob eximiam ejus doctrinam Sueſſanus Epiſcopus creatus eſt ab Innocentio VI. anno 1358. per obitum Jacobi, Apoſtolicæ Cameræ debitum penſum pollicetur eodem anno die 28. Septembris, & recognovit pro Jacobo deceſſore, è vivis exemptus eſt anno 1363. ejus meminit regeſt. Vatic. & Chronic. Monaſterii ſupradicti. Grandona familia, quæ & Brandina nuncupabatur in Florentina Republica viros protulit illuſtres, & noſtri Henrici temporibus vexillifer juſtitiæ fuit Georgios Chelli filius Brandini de Grandonibos, & Andreas Jacobi anno 1394. eadem dignitate condecoratus eſt. Hujus gentis inſignia ſcutulata Crox ex zapphyro, auroque doplici ſerie teſſerularum in parmula omnino cerulea.



22. Fr. MATTHÆUS de Brunis, Florentinus, Bruni Beni filius, pronepos B. Joannis de Veſpiniano, frater Germaous Franci viri doctrina illuſtris, Urbsoi V. mox Gregotii II. à ſecretis, fraternas virtotes æmulatus, Ord. Prædicat. am- XXIII
C plexus inſtitutum, eodemque in celebri Monaſterio s. Mariæ Novellæ educatus, virtureque inſignis ab Urbano V. electus eſt Epiſcopus Sueſſanus, anoo 1363. Id. Novembris Pontiſ. 2. Fratri Hentico immediatè ſucceſſit. Per decem omninò annos hanc rexit Eccleſiam, ſed cum in ſuſpicionem veniſſet Urbano VI. tunc Sueſſæ degente, ne partes Pſeodo-Pontificis ſequeretor occultè, ab ipſo Epiſcopatu abſolutus, liber quò vellet abire permiſſus, ad Clauſtrum rediit, obi obiit, ſepultuſque eſt variaotis fortonæ exemplar futurus. Hujus meminit Petrus Monaldus in lib. de familiis Florentinis. („ *Ex monumentis conveatus Piſaai Ord. Prædi-* „ *catorum apud Foatanam in Theatro Domin. habe-* „ *tur Fr. Deodatum Picciaam, Epiſcopum Buze-* „ *utaſem, ſuffragaaeam operam exbibuiſſe per bæe* „ *tempora in Sueſſaaa Eccleſia.*)



23. PHILIPPUS de Toralto, nobilis Ca- XXIV

nonicus Sueſſanæ Eccleſiæ, in amoti locum Matthæi creatus eſt Epiſcopus Sueſſanus ab Urbano VI. anno 1383. 7. Kalen. Novembris ex Bulla, datum Sueſſæ. Obiit anno 1392. ex lib. Provisionum Prælat (" *Hujus meminit de Lellis in opere de familiis* " *nobilibus Neapolitani regni par. 3. p. 175. 177 ubi* " *etiam plura de hujus familiæ nobilitate*. Man" doſius.)




XXV 24. ANTONIUS Monachus, & Abbas S. Mariæ Inſulæ Pontianæ Ordinis Ciſtercienſis Cajetanæ Diœceſis, factus eſt Epiſcopus Sueſſanus à Bonifacio IX. anno 1392. è vivis ſublatus eſt an. 1402. ex lib. de diverſis formis. Lucius Saccus in ſuo Catalogo refert hunc vitam produxiſſe poſt ann. 1404. & poſt ipſum reponit quendam alium Antonium de Zennis an. 1412. ſed in libris Proviſionum, ſolutionum, obligationum Prælatorum longè diversè ab illo enumerantur Sueſſani Epiſcopi poſt Antonium, qui aſſeritur obiiſſe anno 1402. cui ſucceſſit Dominicus.

XXVI 25. DOMINICUS antea Epiſcopus Iſernienſis defuncto Antonio ſucceſſit, translatuſque eſt ad hanc Sueſſanam ſedem anno 1402. 15 Kal. Septemb. à Bonifacio IX. Fato functus eſt ſub Martino V. anno 1417 ex iiſdem libris.

XXVII 26. GENTILIS Epiſcopus Neocaſtrenſis à Martino V. huc transfertur 7. Kalend Febr. anno 1418. cum eſſet Conſtantiæ. Oportet exceſſiſſe, vel ad aliam dignitatem translatum fuiſſe ante annum 1425. cum eo anno Sueſſanæ Eccleſiæ Commendatarius eſſet Card. Tarentinus.

XXVIII. (" JOANNES *ex Comitibus Tagliacotii, di*" *ctus Cardinalis Tarentinus ab eo Archiepiſcopatu,* " *quem ſuſtinebat, hujus Eccleſiæ Commendatarius* " *erat an* 1425. Lucentius.)

XXIX 27. JACOBUS Martini de Seſſa ex ceſſione Commendæ Card. Tarentini electus eſt patriæ Epiſcopus à Martino V. anno 1426. 4. Kal. Septemb. Sedit uſque ad annum 1462. quo è vivis exemptus eſt, ſepultus jacet in Cathedralis Sacello Sanctiſſimi Sacramenti, quod vivens ædificaverat.



XXX 28. ANGELUS Gerardinus, Amerinus, ſucceſſit Jacobo. Hic à teneris annis liberalibus diſciplinis eruditus, juvenili ardore fervens ad arma ſe convertens, ſub Alexandro Sfortia militans in caſtris, non minori animi fortitudine, quam prudentiæ laude verſatus eſt, à quibus litterarum amore revocatus, ſtudiis, pari animi propenſione ſe adjiciens, omnes hiſtoriæ campos ſedulo peragravit, indagatiſque Pontificii, ac Civilis juris latebris, lauream poſt exacta ſtudiorum curricula, ſumma cum ingenii commendatione promeruit. Subinde Peruſini Gymnaſii rector deſignatus, eo munere digniſſime exacto, ſub Nicolao V Pont. Max. Acolythus, & Minoris Ordinis Abbreviator, ac S. Pœnitentiariæ regens, ſub Callisto III. Majoris Ordinis, & ab Epiſtolis Apoſtolicis adlectus, ab eodem contra Jacobum Piccininum belli Ducem Senenſium rempub. & ditionem Apoſtolicam invadentem militum legatus miſſus eſt, qua in expeditione propulſato hoſte, ac ditione Apoſtolica defenſa, Senenſiumque rebus firmatis, hoſtem, ejuſque militem in oppido Orbetello tam obſtinatè obſedit, ut æquè prudenter, ac fortiter pacem inter Pontificem ac Piccininum firmaverit, ea conditione accepta, ut ablata Senenſibus reſtituerentur. Mox novum fœdus inter Pontificem, & Franciſcum Sfortiam Mediolani Ducem compoſuit. Inde rediens Viterbium ob factiones Gattenſium adiens, perduelles factioſos expulit, eoſque pacatos in Pontificis obſequio retinuit. Tum Bononiam juſſu ejuſdem contendens ut oppida Centi, & Plebis à Bononienſibus occupata; & ablata Epiſcopo reſtituerentur, feliciter in ditionem præſulis reduxit. Calliſto interim è vivis ſublato, in Urbem reverſus, à Pio II. Datarius deſignatur, ſtatimque Prothonotarius Majoris Ordinis creatus, ad Ducem Mediolani legatus mittitur ad tuendas res Ferdinandi Regis, qui Alfonſo in regno ſucceſſerat. Inde ad componendas controverſias Allobrogum, & Mediolani Ducum deſtinatus, veteres eorum lites Pontificia auctoritate conciliavit. Inde ad Renatum Andegavenſem Ferdinandi Regis Neapolitani hoſtem Marſiliam profectus, pari felicitate, & animi fortitudine in arduo negocio ſe geſſit. Ea legatione peracta, Renati animo compoſito, in Gallia ſubſtitit Apoſtolico mandatu, ut Comitatui Venuſino gubernando & recuperando inſiſteret, atque præeſſet. Carpentoractenſes, qui patriam Renato tradere voluerunt, compeſcuit, exinde ſumma dexteritate Avenionenſem civitatem cum Comitatu à Cardinali Auxio ante triginta annos occupatam, ſolus ipſe Apoſtolica auctoritate moderatus eſt. Peracto munere ad Romanam Aulam rediens, ſtatim à Pio in Neapolitanum Regnum mittitur ad conciliandos Ferdinando Regi Duces, & magnates ab eo diſſentientes Inde Florentiam Pontificis, & Regis nomine, ut partes Ferdinandi Reſpub. tueretur, re peracta, à Ferdinando Legatus, & Orator regius Pio remiſſus, annuam tributi penſionem in Feſto Divi Petri cum albo equo auratis phaleris inſtructo Pontifici regio nomine pro regno ſolvit, & ſequenti anno idem tributum ipſi Pontifici Pientiæ exolvit, ubi natali ſoli & voluptatis ſtudio, ut ſolemnibus, quibus poſſet ornamentis patriam augeret Sueſſanus Epiſcopus creatus anno 1462. 4. Id. Septembris, atque inde in Æmiliam profectus, in rebellantes Malateſtas, eos à principatu dejecit, omnibus, excepto Arimino, illorum oppidis, ac fortalitiis, quæ cum Fano fortunæ ultra trecenta fuerunt, partim expugnatis, partim neceſſaria deditione in fidem receptis. Quibus rebus compoſitis, totius Provinciæ præfectura eidem delata eſt. Poſt hæc, expeditione Sanctæ Cruciatæ contra Maumeth Turcarum Tyrannum à Pontifice ſuſcepta, cruce ſignatis militibus præfectus, re infecta, cum Pius ipſe in expeditione Anconæ deceſſiſſet, & Paulo II. ſucceſſori parum charus eſſet, Neapolim ſecedens, regi chariſſimus fuit, & ab eo ad Paulum, ad Venetos, ac demum ad citerioris Hiſpaniæ Regem legatus pacis

fœderum, conubiorumque ſalutaris auctor fuit, atque à Joanne Aragonum Rege in Urbem ad Pontificem remiſſus eſt. Moa à Sixto IV. bis in Galliam Legarus, deinde Avenionenſium Prolegatus renunciarus, Pontificiam poteſtatem ſolide ſtabilivit, eamque ſumma cum laude adminiſtravit. Peruſiæ & Umbriæ deinde præfuit, mox in univerſam Germaniam, & ad Cæſarem Legatus, Epiſcopatu Caminenſi donatus eſt. Seditioſum Concilinm ab Archiepiſcopo Maguntino inchoatum non minori fortitudine, quàm induſtria facile diſſolvit. Sub Innocentio VIII. ad Ferdinandum, & Eliſabeth Hiſpaniarum Reges Nuncius miſſus, ea legatione egregie functus, vix Romam regreſſus exorto Pontificem inter, Regemq; Neapolitanum bello, iterum Caſtrorum legatus deſignatur, qui cum in eam rem ardentius incubuiſſet, gravi infirmitate contracta ſeptuagenario major obiit apud Vejos 3. Non. Auguſti anno 1486. ſummo ſui deſiderio poſteris relicto. Cadaver ſuorum cura Amelia in patriam vectum in Sacello Sancti Antonii Gerardinorum in templo S. Franciſci inter ſuos conditum eſt, ſtatua marmorea, & ſequenti inſcriptione decoratum.

D. O. M.

Angelo Gerardino Amerino,
Sueſſano & Caminenſi Epiſcopo
de Pontificio culmine, de Gerardina familia, deque omnium hominum genere meritiſſimo, Joannes Epiſcopus Cathacenſis, Frater Antonius Prothonotarius Regum Hiſpaniarum Legatus, Bernardinus, & Baptiſta Equites Amerini, ac prætores Neapolitani, & Florentini, Fratres dilectiſſimi Patruo indulgentiſſimo Poſuerunt.
Vixit annos LXXIIII.
menſ. IIII. Dies XV.

Ibidem.

Ille Gerardini generis celeberrimus auctor,
Angelus Antiſtes pulchra Sueſſa tuus,
Hic jacet, heu qualem amiſit ſacer Ordo patronum,
Perdidit & qualem gens Amerina patrem!
. . . ſimili luſtraverat æquora terras
Dum patriæ vigilans conſulit, & Patribus.
Sed minus in geſtis alios ſuperaddere faſces
Dum ſtudet immenſum non tulit unus onus.
Concidit ergo aliis, & non ſibi, quando peregit
Fortia quod dederat fata ſecutus iter.

De Angelo cecinit hæc carmina Laureatus poeta Antonius Gerardinus in Pubullia quinta, quæ inſcribitur *Illuſtres*, extantque m s. apud Angeli poſteros.

Eterna nam ſemper eris tum laudis amator,
Laudis erit multi cura relicta tuæ.
Et tua facta petunt vivum de marmore ſignum,
Et titulis ſubvocaſ dignior eſſe tibi.
Quatuor effigiem ſtant pater Angele fratres
Ad ſellæ ſtantes aurea pulchra tuæ.
Sit pater in dextera Cathacenſis fortè Joannes
Gemmifera Præſul tectus, & ipſa mitra.
Sceptriger ad lævam ſtet Bernardinus equeſtris
Ordinis & regis munera ſemper agent.
Hinc Baptiſta equitus fraterque Hieronymus ambo
Suſtineant ampli pallia fluxa ſinus.

A

Hæc ego deinde rudis contentus imagine ſaxi
Ante tuos videas carmina feſſa pedes.
Grande Gerardini generis per ſæcula nomen,
Et late ſparſos gentis in orbe lares.
Antiquæ renovas ſub avito culmine terræ,
Hac finis auctoris tecta perire domus?
Inſtauras patriam meritis, quam moribus ornas,
Et legum & viris dicere coneris opus.
Translatus deinde Sinueſſam Præſul, in urbem
Jura, forum, ritus, templa, domuſque novas.
Per te Pontificum ſuprema potentia crevit,
Et per te Regum eſt accumulatus honos.
Legatus populoſque domas, pelliſque Tyrannos,
Picenum, Æmilia & Lidio teſtis erit.
Legatus peragras terras, luſtraſque profundum,
Legatus Regum, fœdera ſancta jacis.

B



C

29. PETRUS, vel Pyrrhus Ajoſſa de Troja, Epiſcopus civitatis Caſtellanæ, & Hortanæ, ab Innocentio VIII. defuncto Angelo ad hanc Sueſſanam Eccleſiam prid. Non. Septemb. 1486. translatus eſt in gratiam Ferdinandi Primi Regis, cujus fuit à conſiliis. Interfuit coronationi Alphonſi II. anno 1494. die 2. Junii ſub Ferdinando II. Alphonſi filio, teſte Bembo in Hiſt. Cum ad Gallos defeciſſet captus, carcerique mancipatus juſſu ejuſdem Ferdinandi tunc cum morte colluctante capite plexus eſt. Meminit ejuſdem Guicciardinus lib. 3. dum illum Sueſſæ incautè agentem à Federico Calabriæ Duce captum narrat anno 1496. XXXI

30. JOANNES Foracapra, Sueſſanus, ex Canonico Salernitano promotus dicitur in Epiſcopum Sueſſanum ab Alexandro VI. anno 1493. die 6. Maii per obitum Petri, quod omninò ſtare non poteſt, cum Petrus, vel Pyrrhus anno 1494. 2. Junii coronationi Alphonſi II. interfuerit, & capite truncatus aſſeratur anno 1496. à Bembo, aliiſque ejus ævi ſcriptoribus; ſed cum acta Conſiſtorialia habeant Joannem hunc in demortui Petri locum Sueſſanum fuiſſe allectum Epiſcopum anno 1493. mendum irrepſiſſe puto in annorum computatione, vel quod uni evenit, alteri tribuatur. Joannes verò Romæ obiit die 25. Novembris anno 1499. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Petri de Monte Aureo, ut in Diariis Alexandri VI. ſcriptum legimus. Saccus ſcribit illum Sueſſæ excesſiſſe anno 1500. ac ſepultum fuiſſe in Cathedrali, ubi ad tumulum legitur FORACAPRA, quod omninò falſum eſt, niſi aſſerere velimus ejus cadaver Roma vectum fuiſſe Sueſſam. XXXII.

D

31. MARTINUS Zapata, Hiſpanus, Alexandri VI. intimus cubicularius, ſecundo à Joannis obitus die, hoc eſt 27. Novembris 1499. declaratus eſt Epiſcopus Sueſſanus. Quinque omninò XXXIII.

annos

annos hanc rexit Eccleſiam, obiitque extra Romanam Curiam anno 1505. ex Act. Conſiſtorial.

XXXIV. 32. FRANCISCUS de Sinibaldis, Auximanus, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus; evaſit Sueſſanus Epiſcopus die 28. Novembr. 1505. cum Canonicatus retentione, quem an. 1477. per reſignationem Sinibaldi patrui acceperat. Interfuit Lateranenſi Concilio inter aſſiſtentes Epiſcopos anno 1512. mortem obiit anno 1516. de quo in monumentis Archivii Baſilicæ Vaticanæ ſæpè mentio.

XXXV. 33. FRANCISCUS Guaſtaferrus, nobilis Cajetanus, ad Epiſcopatum Sueſſanum traductus eſt à Leone X. anno 1516. Viginti & ſeptem annos eximiè eam adminiſtravit Eccleſiam, exceſſit probus doctuſque Præſul die 11. Maii 1543. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

D. IMM. S.
FRANCISCO GUASTAFERRO
CAJETANO
EPISCOPO SUESSANO
M. D. XLIII.


XXXVI. 34. TIBERIUS Criſpus, *a* Romanus, ſub Paulo III. cujus erat ſanguine conjunctiſſimus, Peruſiæ Gubernator, & Adrianæ Molis præfectus, Sueſſaous Epiſcopus adlectus eſt die 29. Junii 1543. pauloque poſt ob egregium ingenium, admirandamque Philoſophiæ cognitionem S. R. E. Diac. Card. S. Agathæ creatus eſt, tres annos hanc adminiſtravit Eccleſiam, factus Amalphitanus Archiepiſcopus eam liberè reſignavit. Sutrii obiit pridie Non. Octobris 1566 ubi ſepelitur in Cathedrali.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 726.

XXXVII. 35. BARTHOLOMÆUS Albanus Urbevetanus, Criſpi Cardinalis ex ſorore nepos, ex ceſſione ejuſdem, tameo eum regreſſu creatus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 7. Junii 1546. Sedit omnibus eximiè charus ann. 6. & ad Surrentinum Archiepiſcopatum traoslatus fuit anno 1552. de quo ibi.

XXXVIII. 36. GALEATIUS Florimontius, *b* Sueſſanus, antea Epiſcopus Aquinas, vir doctrina, pietate, & rerum peritia longè clariſſimus, ad patriæ ſedem translatus eſt die 22. Octob. 1552. Unus è quatuor Concilii Tridentini Judicibus fuit, variiſque muneribus pro Romana Eccleſia functus, plenus meritis, ac dierum in patria mortalitatem explevit anno 1567. cum paulo antea ſuæ dignitatis nuncium remiſiſſet, de quo vide quæ de ipſo ſcripſimus tom. 1. in ſerie Aquinatenſium Præſulum.

b De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 201. & Nicodemus in additionibus p. 1. Manuſ.



XXXIX. 37. JOANNES Placidus, nobilis Senenſis, Jacobi filius, ex ceſſione Galeatii electus eſt Sueſſanæ Eccleſiæ Epiſcopus die 17. Junii 1566. cujus cum laude meminit Claudius Ptolomeus; erat enim vir politioris literaturæ cultura clarus, qui cum ann. 25. ſumma prudeotia demandatam Eccleſiam rexiſſet, die 20. Jaouarii 1591. deceſſit, ſepultuſque eſt in Cathedrali, nulla inſcriptione proloquente. Teſſerarius alveolus Placidæ gentis dividitur auro & oſtro.



38. ALEXANDER Riccardus, nobili familia natus, ob egregiam virtutem, omniumque ſcientiarum cognitionem Gregorio XIV. eximiè charus, ab ipſo inſula Sueſſana condecoratus eſt anno 1591. variis muneribus egregiè functus extrema clauſit die 16. Maii 1604. in Cathedrali humatus nobili in tumulo hoc habet epitaphium. XL.

D. O. M.

Alexandro Riccardo Epiſcopo
Sueſſano integerrimo, ac libera-
liſſimo in pauperes,
Viro omnium diſciplinarum
cognitione perfecto graviſſimis
laboribus apud
Henr. Card. Cajetanum Leg.
in Gallia, in Pariſienſi præſertim
obſidione, & in Polonia pro Chri-
ſtiana Repub. defuncto, de-
mum, ne gregem mutato
Cælo deſereret è vita recepto
Fabius Riccardus Reg. Conſ.
Fratri de univerſa familia
opt. mer. Poſuit.
Obiit fundatæ ſalutis ann.
MDCIV.
Kal. Junias, natus ann. LVI.

Fratrem habuit Alexander Julium Cæſarem Archiepiſcopum Barenſem defunctum ann. 1601. cui cœnotaphium poſuerat eodem anoo, quo ipſe exceſſit.

39. FAUSTUS Rebalius, Landenſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, electus eſt Epiſcopus die 3. Aug. 1604 Mortem obiit an. 1624. Februario menſe; jacet in inferiori Eccleſia Cathedrali. XLI

40. ULYSSES Gherardinus della Roſa è Cætonæ oppido ditionis Senenſis, Scipionis Burgeſii Cardinalis in paucis charus, ab Urbano VIII. Sueſſanam accepit Eccleſiam aono 1624. die prima Julii. XLII

ADDITIO.

c „ *Hic Præſul ex illa fuit vetuſtiſſima, ac nobi-*
„ *liſſima Gherardina Gente, quæ idcircò de Roſa*
„ *etiam dicta fuit, quia anno 1419. Martinus V.*
„ *Summus Pontifex cum in Florentia Urbe moraretur, Roſam auream in Dominica Lætare, ſacratam, quæ ad maximos Chriſtianos Principes dono ſolet immitti, ſollemniter obtulit Jacobo Thaddæi Gherardini tunc illius Reipublicæ Priori, quam ideò in teſtimonium irrefragabile Pontificiæ munificentiæ in manibus ſui gentilitii leonis voluit appingi. Hic digniſſimus Præſul mores Clericorum correxit, princeps templum refecit, palatium Epiſcopale amplificavit, Bonos omnes, ac præcipuè*

c August. Oldoinus in Additionibus ad Ciaconium t. 2. col. 624. præter reliquos Authores, & publica Documenta.

Sa-

Sapientes miro prorſus amore dilexit, ac beneficiis proſecutus fuit; Eccleſiæ ſuę jura illibata ſervavit. Obiit ſanctiſſimis moribus ornatus Epiſcopus ſumma cum ſui nominis laude anno 1670. die 9. Januarii, elatuſque fuit publicis lacbrymis, quia verè omnium Pater extitit. In ejus funere peroravit Paulus Ayrolus Epiſcopus Carinolenſis, ſic in defuncti maximum ceſſit encomium laudari à laudato Viro. Varia etiam ejus virtutes concinentia prodiere Poematia, & hæc hodie ipſius ſepulchro Epigraphe legitur inciſa.

D. O. M.

Ulyſſis Gherardini à Roſa Senenſis,
Epiſcopi Sueſſani
Viator errores nè perquire;
Preſſit certo curſu veſtigia Pontificum
Sanctiſſimorum.
Eruditionem, vigilantiam, charitatem
fortitudinem, magnificentiam
concinunt cum fama immortali
oculata ejus opera
Baſilicæ Cathedralis inſtauratio,
Palatii Epiſcopalis amplificatio.
Erraſſe tamen dices citrà errorem
Ulyſſe Homerico felicius, ac diuturniùs
Infinitis pro Eccleſia exantlatis laboribus
errore mortalitatis emenſo Decies
Decennali, & ampliùs
Sedit Ann. XLV., Menſ. VI. D. VIII.
Deceſſit Centenario major Annis duobus
V. Idus Januarii MDCLXX.
Petrus Joſephi filius, & Eraſmus fratris
filius de Lanzamanis
à Caſtellono ad Cajetam Canonici Sueſſani
intimi familiares titulis obſtricti
plurimis
monumentum hoc P. P.
Anno Domini MDCLXX.

XLIII THOMAS *de Aquino, Clericus Regularis Theatinus, ex nobilibus parentibus in Terra, quam* di Somma *appellant, prope Neapolim ortus, Theologus, & Concionator eximius, decoratus eſt Mitra Sueſſana* 30 *Junii* 1670. *Diutiſſimè, ac laudabiliter præfuit defunctus menſe Septembri an.* 1705.

XLIV *Fr.* RAPHAEL *Maria Filamondus, Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum, S. Theologiæ magiſter, Concionator, & primus Bibliothecarius Caſanatenſis Bibliothecæ, ac ſacræ Congregationis Indicis Conſultor, hujus Eccleſiæ ſponſus deſignatur* 14. *Decemb.* 1705. *Nondum anno exacto deceſſit* 15 *menſis Auguſti* 1706.

XLV. FRANCISCUS *Gori, Cathacenſis Epiſcopus, Sueſſanus dictus eſt* 4. *Octobris* 1706. *Et huic brevi menſium curriculo gregem ſibi commiſſum paſci licuit, fato raptus an.* 1708.

XLVI ALOYSIUS *Maria Macedonius, Neapolitanus, J. U. D. ac presbyter Congregationis Miſſionum Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ, nec non unus ex duodecim Capellanis præbendatis Capellæ S. Januarii in eadem Metropolitana, poſt diuturnum interpontificium, Sueſſanæ Eccleſiæ datus eſt Paſtor* 8. *Junii* 1718.

THEANI
EPISCOPI.



THEANUM inter Campaniæ Felicis urbes vetuſtiſſimum, Sidicinum ad alterius Apuli Theani diſcrimen nuncupatum, ſitum eſt in Colle ad Maſſici montis radices, haud procul à Falerno, inter Sueſſam & Cales propinquiores civitates, à Sueſſa in ortu VIII. M. P. à Cales IV. à Capula Metropoli in occaſum XII. à Regia Neapoli XXVIII. diſtans. Quis eam condiderit, certò affirmari non poteſt: alii ab Auſoniis, alii à Sedicinis Oſcorum populis, à quibus initium accepiſſe, & nomen eradiderunt; ante tamen urbis Romæ exædificationem fuiſſe Teanum ex Romanę hiſtorię ſcriptoribus facilè erui poteſt. Etenim celebris eſt ejus memoria bello & pace cum Romanis ſæpe peractis apud Ciceronem orat. 2 contra Rullum, Ptolomęum, Vitruvium, Liviumque. Urbium in Via Latina ſitarum maximam vocat Strabo: *Theanum, inquit, Sidicinum, quod proximè ſequitur, poſt Caſinum, ipſo cognomine oſtendit ſe ad Sidicinos pertinere, qui ſunt Oſci, gens Campanorum ſuperſtes, ita ut poſſit Campania dici: ipſa quoque urbium in Via Latina ſitarum maxima:* ab eodem cum Capua comparatum lego Theanum: *At verò in Mediterraneis eſt Capua, re vera id, quod nomine ejus ſignificatur, reliquias enim ſi ei compares, oppida ſane, excepto Theano Sedicino, quæ urbs eſt magni nominis.* In Samnites, Auruneos, Romanoſque non ſemel Sedicinos arma ſumpſiſſe Livius narrat, Auruncos ab ipſis victos, patria expulſos, eorum mœnia & urbes diruipiſſe, Romanos longè ab eorum mœnibus arma ferre, Dictatorem à T. Victurio, Sp. Poſtumio Coſſ. ann. ab urbe condita CCCCXXI. dictum ob illorum metum dixiſſe idem commemorat. In amicitiam deinde Populi Romani Sedicini fuerunt recepti, ac poſt Capuæ deditionem anno urbis 539. à Fulvio Flacco Proconſule Theano triginta duo Capuani Senatores capite plexi ſunt. *Cum hoc,* ait Livius, *equitata nocte Theanum profectus prima luce portam intravit, atque in forum perrexit, concurſuque ad primum equitum ingreſſum facto Magiſtratum Sidicinum citari juſſit, imperavitque, ut produceret Campanos, quos in cuſtodia haberet, & producti omnes virgiſque cæſi, ac ſecuri percuſſi.* Ab Octaviano Auguſto, ut Plinius, Frontinuſque ſcribunt, Theanū ducta Colonia eſt. Ab eo tempore quo in ſocietatem & amicitiam receptum eſt, uſque ad Gothorum, Longobardorumque tempora ſub Romano Imperio Theanum fuit, poſtea in diverſorum Principum, Ducumque, ac tandem in Neapolitanorum Regum poteſtatem devenit. Ager Theani undique fertiliſſimus eſt, & amœnus. Protulit hæc civitas viros in omni virtute conſpicuos, præcipuè ſanctimonia vitæ, inter quos fuit S. Urbanus tertius ejuſdem urbis Epiſcopus. Sanctus vero Paris natione Græcus ſemel à S. Priſco Capuano Epiſcopo Petri Apoſtolorum Principis diſcipulo plantatam Chriſti fidem eliminatis Idolis, factuſque à S. Sylveſtro Papa primus Epiſcopus an-

no

no 333. mirificè conſtabilivit. Sanctus Amaſius deinde eidem ſucceſſit, & poſt ipſum S. Urbanus, qui Eccleſiam Theanenſem ſanctiſſimè rexerunt, & Epiſcopatum ampliarunt, quem poſt plurima ſæcula Romani Pontifices Metropolitanæ Capuanæ ſuffraganeum conſtituerunt.

Joannes XVIII. Pontifex Diœceſim Theanenſem diſtinxit anno 1006. Cathedralis Baſilica Sancto Apoſtolo & Evangeliſtæ Joanni conſecrata pulchræ ſtructuræ, ſed mediocris magnitudinis, tribus navibus ſuffulta eſt: ſunt in ea Sanctorum Martyrum, & Confeſſorum reliquiæ plurimæ: corpora Sanctorum Epiſcoporum Paridis, Amati, Urbani, Brachium S. Terentiani, corpus S. Albinæ Virginis & Martyris, & S. Juliani Martyris, & corpus S. Reparatæ Virginis & Martyris, ex reliquiis S. Petri Apoſtoli, S. Jacobi Majoris, S. Joannis Baptiſtæ, & Urſulæ Virg. & Martyris, Lucæ Evangeliſtæ, & Bartholomæi, & Matthæi Apoſtolorum, cum una ex coſtis S. Laurentii Martyris, S. Macarii, Gregorii Papæ, Agapiti & Zenonis, Joannis & Pauli, Proti & Hyacinthi. Sacris in ea miniſtrant Canonici ſexdecim, ex quibus duo dignitate eminent, quarum prima eſt Decanatus. Olim Canonici Cardinales denominabantur. Duo ſunt in civitate antiqua s. Benedicti Monialium Cœnobia, nonnulla virorum, plures laicorum Fraternitates, Mons pietatis. Diœceſis ſatis ampla eſt; continet caſtra & villas decem & octo, caſalia ſexdecim. Eſt in hac Diœceſi Commenda S. Paridis. Menſæ Epiſcopalis cenſus eſt ad ducatos Regni *a*. taxatur in libris Cameræ Apoſtolicæ ad flo. 250. Qui in hac ſede floruerunt Epiſcopi, ſunt qui ſequuntur, quos ex diverſis monumentis aliunde eruimus, cum omnia hujus Eccleſiæ documenta in miſerabili illo incendio Cathedralis ſub Leone X. Pontifice igne conſumpta fuerint.

a 1000.

I. 1. S. PARIDEM Athenienſem, S. Sylveſter Papa in Eccleſiaſticis diſciplinis eximiè excultum noſtræ ſalutis anno 333. primum Theanenſem Præſulem conſecravit. Etenim, ut acta ejus teſtantur, in poſtrema Chriſtianorum perſecutione in Italiam veniens, Angelo Duce, apud Theanum ſubſiſtit, qui cum dragonem ingentem (quem Theanenſes colebant, temploque illi extructo, cibos quotidie parabant) baculo interemiſſet, ſeditione in eum commota pro tanto beneficio, draco enim ille accolas noxio flatu inficiebat, cui gratias referre par erat, carcere includitur, ac urſo feroci, & famelico devorandus objicitur. Qui cum ad Paridis pedes proſtratus illos humiliter lamberet, populus tanto miraculo commotus cum ſuo Præfecto ad baptiſmum pervenit. Ipſe verò à Theanenſibus in Paſtorem expoſtulatus, Romæ à S. Sylveſtro Epiſcopus ordinatur. Reverſus Theanum, Eccleſias extruendas curavit, Clericos inſtituit, inter quos Urbanum, qui ei in Epiſcopatu ſucceſſit, Diaconum ordinavit, cum antea fontem, ubi draconem interfecerat, infectum, ſua benedictione expurgaſſet, ut variis curandis languoribus prodeſſet. Cumque aliquot annos ſanctiſſime Eccleſiæ Theanenſi præfuiſſet, Nonis Auguſti migravit ad Chriſtum circa annum Domini 346 cui Theanenſes Eccleſiam ejus nomini condiderunt, ubi ejus ſacrum corpus aſſervarunt, multiſque poſt mortem claruit miraculis, præcipuuſque Theani habetur Protector. Hujus meminit Martyrol. Rom. Baroniuſque in notis ad hunc diem Paulus Rhegius in viris Sanctorum Regni, Ferrarius ex officio Eccleſiæ Theanenſis, de eo etiam in actis S. Amaſii ſucceſſoris.

II. 2. S. AMASIUS, *b* natione Græcus, ſucceſſit Paridi circa annum Domini 346. à Julio primo Pontifice conſecratus, cujus Acta breviter recitantur in Theanenſi Eccleſia in hunc modum. Amaſius Græcus Catholicæ Religionis propugnator, Conſtantii Imperatoris perſecutione in Italiam ad Julium Romanum Pontificem confugit, à quo benignè ſuſceptus mandata accepit, ut per circumpoſitas illuſtres Eccleſias Verbum Dei inſtauraret prædi-

b De eo Bollandus in Actis 22. Jan. tom. 2. pag. 420.

A caret: nec mora, à Pontifice cum benedictione dimiſſus, Soram civitatem Campaniæ feſtinus ſe recepit, cujus magna pars Arrianæ hæreſis deteſtabili dogmate erat corrupta. Ipſam igitur urbem ingreſſus a quadam vidua hoſpitii benignitate ſuſcipitur. Huic erat filius unicus ſenio paralyticus, quem precibus matris inſperatæ ſaluris oratione ſanavit, populorum concurſu & ſingulari lætitia, quod diverſarum civitatum infirmos ſe offerentes, omnes invocato Jeſu nomine & ſanitati reſtituit, & redire ad propria incolumes dimiſit; nam cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, claudis greſſum reſtituit, leproſos mundavit, & ſpiritibus oppreſſos ſolo imperio liberavit, quibus operibus ejus nominis fama per remota etiam loca ſumebat augmentum, & quem major civitatis pars conceperat affluentis eloquio propellebat errorem; qua de re quamplures Sorani potentes & nobiles zelo perverſitatis accenſi, ut eorum ſectæ ſe conjungeret, vel diſcederet exorarunt, alias irrevocabili ſen-

B tentia Auguſtali, capite plecteretur. Quibus magis Dei legi; quam hominum præcepto obedire oportere reſpondit, à cujus defenſione non deſiſtam. Unde in eum irruentes, & contumeliis, & flagellis ceciderunt, ac ferè mortuum reliquerunt, qui tunc ab urbe Sorana Deo, & baculo adiutus receſſit, & Arinum, deinde Pedemontem Aquinatis, tandem Theanum corporis vires recuperandi cauſa ſe contulit. Audito Amaſii adventu Sanctus Levita nobilis Theanenſis nomine Urbanus, qui tertius in dictæ Eccleſiæ regimine ſucceſſit, cum quibuſdam fratribus & gaudio ei eſt obviam factus, & recipiens itineris labores relevavit, ac eum a propoſito itinere avocavit, ut ſupernæ diſpoſitionis gratiam expectaret: ne poſt tanti Paſtoris Paridis ſenectutis gravedine laborantis obitum teneræ adhuc ſtatus Eccleſiæ cogatur hoſtilis perfidiæ inſidias formidare. Paride igitur ad ſyderea regna translato, Clerus, & populus pro ſubſtitutione novi Pontificis in majori convenerunt Eccleſia,

C ac omnes una voce Urbanum acclamantes, ad Pontificiam Sedem trahebant, quam humiliter ipſe gratias omnibus de ſui capitis agens exaltatione recuſavit, eis conſulens, ut eorum in ſenem Amaſium Sacerdotem, quem multis commendavit, vota transferrent; cui annuentes cives Amaſium in Paſtorem ſibi, & animarum rectorem præficiunt, ac conſecrandum Julio primæ Sedis Epiſcopo obtulerunt; qui congaudens gratias Domino retulit, eumque Romæ in Baſilica Principis Apoſtolorum conſecravit, & cum benedictione ad propria remeari dimiſit, ubi ita ſæcularium exteriorumve curam Sancto Levitæ Urbano diſpenſandam relinquens, ſe totum divinis obſequiis, & literis ſpiritualibus mancipavit: quod quilibet omni languore depreſſus ejus beneficia guſtavit. Soranis quoque epiſtolas, cum ſomnis admonitus, ut Caput Sanctæ Reſtitutæ Roman. Virg. & Mart. ſuo jungeretur corpori, miſit. Cum verò Theanenſem ſibi commiſſam Eccleſiam aliquandiu, & miraculis & exem-

D plis rexiſſet, ſuæ conſcius mortis cœmeterium ſibi cum columnis Civium auxilio conſtrui poſtulavit, in quo monito, & benedicto populo, profuſa lachtymarum vi ſacrum viaticum ſumpſit. Demum ejus dies migrationis venit: omnibus Eccleſiæ ſacramentis communitus, Pſalmiſque Pœnitentialibus devotè recitatis, conformatis in Crucis ſimilitudinem manibus, orans, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, obdormivit in Domino, & hymnis & canticis ſpiritualibus, decimo Kalendas Februarii diligenter eſt tumulatus. Sed poſt Sancti obitum Crucis Chriſti ſanguine religione fundata, ferè per orbem in pace perfuſa, Sorani illi, qui in Sanctum fuerant debacchati, pœnitentia ducti, in ejus gratiam, celebremque memoriam, Eccleſiam in ſolo proprio propriis facultatibus conſtruentes, eamque & beneficiis, & privilegiis dotantes, Inſtrumentis publicis munierunt, ad quam annis ſingulis Clerus, & Soranus populus cum luminaribus

acce-

accedeotes, Amaſii tranſitum devotè recolebaot. Hactenus Acta. Ejus ſacrum Corpus jacet io Cathedrali, de quo Martytologium Rom. Baroniuſque io notis, & Ferrarius ad hunc diem. Obiit autem S. Amaſius poſt annum Dom. 355. Liberio Pontifice, & Conſtantino Auguſto Imp.

III. 3. S. URBANUS tertius Theanenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſecratus eſt poſt S. Amaſium. Is S. Paridis diſcipulus & Diacoous cum poſt magiſtri exceſſum à populo illi ſubrogandus eſſet, quod illum Theani natum, & educatum omnes probè noſſent, electiooem deteſtatus eſt, ac ut Amaſium virum ſanctiſſimum eligerent perſuaſit. Cum autem & ipſe Amaſius migraſſet è vita, ſummo omnium conſenſu ad onus paſtorale electus, licet reluctans, ſe taoti muneris indignum diceret, tandem civium precibus juſtis, paſſus eſt ſe conſecrari. Suſcepto itaque munere, aſſiduis prædicatiooibus populum à vitiis, à contentionibus, & inanibus operibus revocabat, pauperum curam gerens, ac viduarum & oppreſſorum defenſioni invigilans. Cumque divina in eo gratia præluceret, languentes & ægroti ad eum confluebant, quod illum cęcis viſum, claudis ambulaodi, & mutis loquendi facultatem reſtituere, & à Dæmone oppreſſos liberare cernereot. Cum ioter viſitandam Diœceſim, Eccleſias complures reficiendas, & divinum cultum reſtituendum curaſſet, denique ſanctis operibus cumulatus, piis laboribus perſunctus, ætateque coofectus cum obitus ſui diem præſciiſſet, extructo ſibi apud fluvium & portam urbis ioferiorem, tumulo, migravit in Cœlum 8. Id. Decemb. Hæc ex Actis ejuſdem Eccleſiæ à Ferrario excerpta. Urbani meminit Martyrol. Rom. & Baronius io notis, quo verò tempore obierit, in ejus vita noo apparet, putatur tamen ſub Liberio Papa obiiſſe. Poſt Urbanum ferè per quinque integra ſæcula, qui præfuerunt io hac Theanenſi Eccleſia deſideraotur Epiſcopi, eorum memoria cum monumeotis ioteriere io illo miſerabili Archivii incendio, quod præterito ſæculo accidiſſe oarratur.

IV. 4. LUPUS Theanenſis Epiſcopus deſanctus circa annum Dom. 860. cujus tantum mentio extat apud Leonem Oſtienſem io Chronic. Caſinen. lib. 1. c. 32.

V. 5. HILARIUS Diaconus, & Monachus Caſinas immediatus fuit ſucceſſor Lupi, ut idem Oſtienſis teſtatur eodem lib. capitulo vo. *His*, ait, *diebus* (temporibus ſcilicet Bertarii Abbatis Caſinenſis circa annum ſalutis 860.) *defuncto Lupo Theanenſis Eccleſiæ Præſule, Hilarius Diaconus, & Monachus hujas Monaſterii in eadem Civitate Epiſcopus ordiaatur*. Paucis annis præfuiſſe videtur ex ſucceſſore; tamen obitus diea, aonuſque ignoratur.

VI. 6. STEPHANUS hujas Sedis Epiſcopus circa annum Chriſti 866. Oratorium parvum, quod intra Monaſterium S. Sophiæ Beneventi Bertarius Abbas Caſinas compleverat io honorem Saocti Patris Benedicti, teſte Leone Oſtienſi lib. primo cap. 35. conſecravit.

VII. 7. LEO Monachus Caſinas, ac Theanenſis Epiſcopus florebat anno 879 apud Baronium ex Leoois Oſtienſis lib. 1. cap. 40. cum oarrat, Leonem cum Bertario Caſinenſi Abbate diſſuaſiſſe Joaonem VIII. Papam, ne Landulphum Capuanum Civem laicum Epiſcopum crearet, de qua re extat ejuſdem Pontificis epiſtola ad ipſum Leonem, & ad ipſum electum Landulphum num. 207. Leonis meminit Trithemius de Script. Eccleſ. lib. 4. cap. 268. Eidem ſcripſit Stephanus Papa V. ut io c. Romanus diſt. 8r.

VIII. 8. ANGELARIUS ex Monacho & Præpoſito Caſineoſi, viceſimus Abbas ejuſdem Monaſterii effectus eſt apud Theanum anno ſalutis 884. Succeſſit enim teſte Leone Oſtieoſi c. 45. lib. 1. Sancto Bertario à Saracenis Martyrio coronato poſt incenſum Cœnobium Caſinenſe, nec multo poſt Angelarius ab univerſo Clero & Populo Theanenſi io demortui Epiſcopi locum, ac munus ob inſignes virtutes, & egregia promerita ſubrogatur. Vita ibidem functus eſt nonis Decembris anno 889. in Cathedrali humatus. Poſt Angelarii obitum cum quis ejuſdem Eccleſiæ fuerit ordinatus Epiſcopus non habemus, ac deinceps uſque ad annum noſtræ ſalut. 1006. hujus Sedis deſiderantur Epiſcopi.

9. SANDRARIUS floruit circa ann. Dom. IX.
1006. Hujus mentio extat in Bulla Cœleſtini III. ad Theodinum Theanenſem Epiſcopum, qui habet Sandrarium privilegio cohoneſtatum fuiſſe à Joanne XVIII. Papa.

[„ ARDUINUS *Tianeaſis ſubſcripſit Romano* X.
„ *Concilio an. 1059. habito, ut videre eſt apud Harduini Conciliorum noviſſimam editionem. t. 6 par. 1. col. 1067. c.*]

10. GUILLELMUS interfuit conſecrationi XI.
Eccleſiæ Caſineoſis præſidente Alexandro II. anno 1071. apud Anonymum Caſinenſem.

11. PANDULPHUS Monachus Caſinas à XII.
Paſchali II. Theaoenſis Epiſcopus conſecratus eſt, cujus meminit Petrus Diac. lib 4 Chron Caſin. c. 75. Teſtis fuit Bullæ Honorii II. conceſſæ Eccleſiæ Piſanæ anno 1126. Vir doctus fuit Pandulphus, & Eccleſiaſticæ libertatis acerrimus propugnator. Hic perperam Oſtienſis Epiſcopus dicitur ab Wione lib. 2. Ligni vitæ c. 9. ex Petro Diac Caſin. c. 25. de viris Illuſt. Caſinen. nuper publici juris factus à V. C. Jo. Baptiſta Marj.

12. RAUL interfuit Coovent ui Capuæ celebra- XIII.
to à Rogerio Rege an. 1144.

13. PETRUS Theanenſem Sedem ſuſcepit re- XIV.
gendam ante annum 1171. ejuſdemque memoria extat ad aonum uſque 1191. quo teſtis fuit privilegio Henrici VI Imp. Eccleſiæ Caſinenſi conceſſo Paulò poſt, deceſſiſſe neceſſe eſt aſſerere, cum an. 1193. Theodinus ejus ſucceſſor nobili indulto à Cœleſtino III. condecoratus eſt. Is anno 1171. adverſus Sueſſanos Cives, Herveumque ejuſdem Civitatis Epiſcopum de cujuſdam aquæ decurſu coram Comite Roberto, Caſertæ, Apuliæ & Terræ laboris magno Comeſtabili, & Juſtitiario proclamavit, libellum judicii profert Camillus Peregrinus par. 1. hiſt. Principum Longobardorum tenoris ſequentis.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione ejus M.CLXXI. Regni Domini noſtri Secundi Guglielmi Dei gratia magnifici Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno 6. menſe Junii, Indict. 4. in præſentia D. Comitis Roberti, Caſertæ, Apuliæ, & Terræ laboris magni Comeſtabilis, & magni Juſtitiarii, qui apud Magdalonam Curiam tenebat. Nobis Alexandro, Joanne, & Bartholomæo Civitatis Capuæ Judicibus, & Valleriano Averſanæ Civitatis Judice, & Joanne & Donato Judicibus Magdaloni in judicio reſideatibus, præſentibus Joanne Caccavicarro, qui ex mandato Domini Comitis, ut Judex, in Curia ſedebat, Atenolfo de Patricio, Petro Fratre, Pandulfo de Marczano, Diſolfo filio ejus, Riccardo de Citro Regio Comeſtabile, Aſcitino, Riccardo notario, & aliis quampluribus; Petrus venerabilis Theanenſis Epiſcopus cum Judicibus, militibus, & Civibus Theani proclamaverunt, adverſus Cives Sueſſæ, qui in Curia aderant, quod ipſi furtivè quandam aquam invaſerunt, & eam ad Civitatem Sueſſæ derivabant, quam aquam tam longo tempore poſſederunt, quod hominum memoriam excedebat. Herveus verò venerabilis Sueſſæ Epiſcopus, Judices, milites, & alii quamplures Cives Sueſſæ, qui pro parte Civium Sueſſæ ad reſpondendum venerant, aquam illorum ſe furtivè non invaſiſſe, ſed aquam, quam ſe quaſi poſſidere dicebant, ex dono, & conceſſione, & ordinatione Domini Regis Rogerii beatæ memoriæ ſe poſſediſſe dixerunt; Super quo produxerant teſtes Anaeum de Rivo Matricio, & Landonem Barrellum, quos donationi, conceſſioni, &

ordi-

ordinationi D. Regis Rogèrii interfuiſſe dicebant. Item iſtud aliud allegabant, tempore Simionis Seneſchalchi de hoc fuiſſe oetam controverſiom inter cives Theani, & Cives Sueſſæ, & teſtificatum fuit in preſentia Simionis Seneſcalchi per Evulum de Mazzano, Anneum de Rivomatuſio, & per eundem Simionem Seneſcalchum, quod prædictus D. Rea hujuſmodi aquam Civitati Sueſſæ conceſſit. Item dicebant, quod ea præcepto ipſius Comitis Roberti quidam ex Civibus Sueſſę, & quidam ea Civibus Theani cum ipſo Petro Theani Epiſcopo ſuper ipſa aqua convenerant, & ea utriuſq; partis conventione ſtatutum eſt, ut ea macerie ſupra liceret Sueſſonis aquam habere, & à macerie infra Theanenſes aquam haberent. Et de his omnibus Sueſſani ſe teſtes habere dicebant. Pars verò Theanenſium ordinationem & conceſſionem Domini Regis in dubiū eevocabat. Item nec mandato Theanenſium, nec pro aquæ controverſia finienda ante prædictum Seneſcalchum veneraat, & ipſam conventionem, etſi fuit, ut aſſerebatur, mandato, vel voluntate Teanenſium factam fuiſſe negabat. Pars itaque Sueſſanorum ad probandum quod dixerat, in primis produxit coram nobis Anneum de Rivo Matritio, & Landonem Burcelum, qui unus poſt alium ſunt nobis teſtificati, dicentes, ſe interfuiſſe, vidiſſe, & audiviſſe quando prædictus Dominus noſter Rea Rogerius preſente Evulo de Mallano in Palatio Caſtri Sueſſæ ſtans ad feneſtram ordinavit, conceſſit & donavit Sueſſanis, ut à partibus Roccę Monſini, & ab eis pertinentiis aquæ caperent Sueſſoni, & ad Civitatem ſuam aquam ducerent, & præcepit Evulo de Mallano, ut illud eis aſſignoret, & diaerunt, quod ea tempore prędictę conceſſionis ipſam aquom Sueſſani uſque nunc ad Civitatem ſuam duxerunt. Item produxit Sueſſanorum pars Riſonem Judicem Sueſſæ, & Philippum Notarium Græcum, qui unus poſt alium nobis teſtificati ſunt dicentes, ſe vidiſſe, & audiviſſe prædictum Evulum de Mallano, & Anneum de Rivo matritio in preſentia prędicti Seneſcalchi preſentibus Teanenſibus, & pręd. Teanenſe Epiſcopo, teſtificatos fuiſſe conceſſionem ipſius aquæ à memorata Domino noſtro Rege Rogerio factam & ipſum Seneſcalchum id ipſum ſuo teſtimonio confirmaſſe, & Petro de Ravello injunxiſſe, ut conceſſionem Domini Regis Rogerii Sueſſanis adimplere faceret. Demum pars Sueſſanorum produxit coram nobis præfatum Sueſſanum Epiſcopum, & jam dictum Anneum, & Boemundum Sueſſæ, qui unus poſt alium nobis teſtificati ſunt ſe vidiſse & audiviſse eo tempore, quando Epiſcopus, non Epiſcopatus honorem fuerat adeptus, ex mandato prædicti Comitis Roberti Sueſsanes cum Theanenſibus de aqua ad prædictam conventionem veniſse, ut à macerio ſupra, aqua eſset Sueſsanorum: à macerie infra, Theanenſium. A nobis autem præfatis Judicibus jam dictorum teſtium verbis propalatis, pars Theanenſium præfatum Anneum de Rivo Matritio, & Landonem Burrellum falſum teſtificatos fuiſse per pugnā ſe probare velle dicebant, nos verò præfati Judices ea pręcepto Domini Comitis cum Joanne Caecavicarro & … Joanne Bello, Ricardo Citri Regio Comeſtabulo, Atenolfo de Patricio, Petro featre, Pandulfo de Marczane, Aſcitino, Riccaedo Notario, in partem ivimus; & habito conſilio, reverſi judicavimus pugnam in hoc caſu locum non habere: tum quia inter Longobardos erat quæſtio, tum quia de his, quæ non viderant Theanenſes, pugnare non debebant. Et quia prædictus Comes volebat, ut hæc lis eationabiliter finem acceptaret, noſtro præcepto prædictus Anneus, & ſubpoſitæ perſonæ, & jom dictus Lando propria manu ſuum teſtimonium jurejurando confirmavere. Quo facto, de poſseſſione judicavimus, ut Cives Sueſsani, ſicut memoratus Rex Rogerius ordinoverat, aquam ad Sueſsanam Civitatem ducerent, & in poſſeſſione aquę eſsent ita quod Theanenſes eandē aliquod impedimentum eis non facerent, ipſius ſanctiſſimæ Regiæ donationis, conceſſionis, & ordinationis confirmatione Domino noſtro glorioſiſſimo Regi reſervata. Ut dictum, quod factum eſt, memoriam non effugiat pro ſecuritate quoque Civium Sueſsanorum, nos qui ſupra Alexander, & Joannes Capuæ Judices hæc omnia in ſcripto redigenda tibi Petro nos commiſimus . . . .

Ego qui ſupra Alexander Judex.
Ego qui ſupra Bartholomæus Judex;
Ego qui ſupra Joannes Judex.
Ego qui ſupra Joannes Judex.
Ego Vallerianus Judex.
Donatus Judex.
Ego Adenolfus de Patricio interfui.
Ego Riccardus Citri Regius Comeſtabulus interfui.

Poſt hæc Petrus anno Dom. 1174. Eccleſiam S. Mariæ de Theano Cœnobii S. Mariæ de Capua obnoxiam conſecravit, interfuitque anno 1179. Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato, eodemque anno, eoque Præſule 9. Kal. Decembris abſolutum eſt nobile Ciſtercienſis Ordinis Cœnobium Sanctæ Mariæ de Ferraria, quod in ſua Theanenſi Diœceſi apud oppidum Bayranum quidam Joannes de Ferraris vir religioſus, Monachuſque Foſsæ novæ ejuſdem inſtituti Tarracinenſis Diœceſis anno Chriſti 1171. exędificare cęperat in fundo Richardi Comitis de Sangro, qui ob devotionem, quam erga Ciſtercienſem Ordinem gerebat, ſolum donaverat, Cœnobio ex fundatoris nomine S. Mariæ de Ferraria cognomen indidere, Monachi verò unà cum Petro primo Abbate ex eodem Foſsæ novæ Monaſterio evocati fuere. Novellæ plantationi plura addiderunt bona Tancredus, ejuſque ſucceſsor Guillelmus Siciliæ Reges, alii Principes viri privilegiis exinde eximiis exornarunt, tum illi, cum alii eorum ſucceſsores Reges, Lucius, Clemens, Cœleſtinus III. Romanorum Pontifices, & alii plures, qui poſt ipſos Romanam ſupplerunt Sedem, ſuis diplomatibus religioſum domum cohoneſtarunt. Cœleſtini diploma placuit hic ad verbum ab exemplari exſcriptum recenſere, ubi plures digniſſimi ejus Cœnobii benefactores perennantur.

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis fil. Nicolao Abbati S. Mariæ de Ferraria, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, (quod abſit) ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, ut præfatam Eccleſiam s. Mariæ de Ferraria, quæ in fundo à nobili viro Riccardo quondam Comite de Sangro pia vobis donatione conceſſo ad divinum obſequium conſtruxiſtis, ſed & cambium quod feciſtis cum Ven. Fratre noſtro Matthęo Capuano Archiepiſcopo, & Eccleſia Capuana, à quibus recepiſtis duas Eccleſias dirutas, ideſt Eccleſiam s. Martini, in qua Ciſtercienſem Ordinem inſtituere ſtatuiſtis, & s. Lucię cum omnibus tenimentis earum, ſicut habetis in publico Inſtrumento, & locum illum, ubi eſt Eccleſia s. Angeli, cum ipſa Eccleſia & tenimento ſuo in jus, & proprietatem S. Petri & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ad inſtar fel. rec. Lucii & Clementis prædeceſſorum noſtrorum ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quęcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Prædia, quę cōtulit vobis Illuſt. mem. VV. Com. Rex Sicilię, Scilicet ſtartiam de Camillano, ſtartiam de Palmento & giardinum Vallecari, ſtartiam S. Stephani, & Pantanolli, & Rivum Januli & fontis Stellæ, & S. Petri Lacuſancti, uſum paſcuorum, & omnium ſilvarum in eodem tenimento, Vajani, ſtartiam de Fla-

ſi, & pedis montis, quam dedit vobis Tancredus illuſtris Siciliæ Rex in tenimento Theani: Tenimentum, quod habetis intro monte, & in omnibus partibus ejus, & quicquid habetis in Vairano. Prædium quod contulit vobis Joannes Notarius juxta flumen Vulturcani, & quicquid vobis contulit Vgo de Prata, quicquid habetis in Territorio s. Angeli, & omnia paſcua in terra ejuſdem Ugonis, & quod habetis in Catalaſca, fundum de ſilva plana, quem habetis ex dono Gimundi. Terram, quam contulit vobis mulier nobilis Matthia, & prædictus Ugo in flumine Lete, ubi habetis molendinum ſollæ. Eccleſiam s. Crucis cum ſuo tenimento: Rationes Eccleſiarum, quas habetis in Neapoli. Beneficium, quod dedit vobis nobilis vir Joannes Comes Aliſiæ in eadem civitate, & domos, & terras, quas ibi habetis. Tenimentum VV. de latina, quod dedit vobis nobilis vir Goffredus de Monte-fuſculo. Prędium quod contulit vobis Comes VV. de Caſerta in tenimento Teneſciæ, quod fuit Joannis militis Baſſi. Molendinum, quod vobis contulit Comes Rogerius de Molina in Iſernia. Et Molendinum de Pintima, quod dedit vobis Malgerius Torellus, & quod habetis in Petra, & in Martiano, & in Iſernia; domus, apothecam, & terras, quas Joannes Riccardi dedit vobis in Capua, & domos, quas dedit vobis Petrus Aliſiæ in eadem civitate, & quod Sergius contulit vobis in Adverſam. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus, vel ſumptibus colitis tam de terris cultis, quàm incultis, &c. Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos, &c. Probibemus inſuper ne ulli fratrum veſtrorum, &c. Diſcedentem verò, &c. Quod ſi quis forte, &c. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes probibemus auctoritate Apoſtolica, ne quis infra ambitum locorum, ſengranetiarum veſtrarum furtum, rapinamve committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere, ſeu aliquam violentiam temerè audeat exercere. Illud inſuper auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne infra dimidiam leucam prope Abbatiam veſtram aliqu de novo habitatio fiat, de qua vobis debeat ſervatæ hactenus libertatis, & pacis aliquod præjudicium generari. Ordinationes verò Monachorum veſtrorum à Diœceſ. &c. Decernimus ergo, ut nulli omninò liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, &c Salva Sedis, &c. Si qua igitur in futurum, &c. Cunctis autem eidem loco ſua jura, &c. ſit Pax, &c. Amen.

Perfice greſſus meos in ſemitis † tuis. S. Petrus, S. Paulus.

Cæleſtinus Papa Tertius.

Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Albinus Albanen. Epiſc.
Ego Octavianus Oſtien. & Vellitren. Epiſcopus.
Ego Joannes Præneſt. Epiſc.
Ego Petrus Portuenſis. & S. Rufinę Epiſcopus.
Ego Pandolphus Baſilicę s 2. Apoſtolorum presb. Cardinalis.
Ego Melior Ss. Joannis & Pauli presb. Card. & Pam.
Ego Joannes tit. S. Stephani in Cælio Monte presb. Card.
Ego Centius tit. S. Laurentii in Lucina presb. Card.
Ego Goffredus tit. S. Praxedis presb. Card.
Ego Bernardus S. Petri ad Vincula presb. Card. tit. Eudoxiæ.
Ego Gratianus Ss. Coſmæ & Damiani D. Card.
Ego Gregorius S. Marię in Portica D. Card.
Ego Gregorius S. Marię in Aquiro D. Card.
Ego Gregorius S. Georgii ad velum aureum Diac. Card.
Ego Joannes S. Sergii & Bacchi D. Card.
Ego Nicolaus S. Marię in Coſmedin D. Card.

Datum Laterani per manum Aegidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. Sexto Non. Martii Ind. 11 Incarn. Domini M.C.XCII. *Pontif. verò D. Cæleſtini Papę III. anno ſecundo.*

Extat Privilegium Friderici Imperatoris, & Siciliæ Regis factum Thadæo Abbati Sanctæ Mariæ de Ferraria contra ea quæ fecit Nicolaus ejuſdem loci Abbas, qui ab Imperatore propter imperfectionem ſuam remotus eſt à regimine Abbatiali, &c. privilegium deſideratur.

Protulit illuſtris hæc Abbatia viros ſanctimoniæ vitæ claros, floruitque per aliquot ſæcula quouſque per hominum malitiam, injuriamque bellorum penè deſoluta, & in commendam data fuit: pauci hactenus in ea degunt Monachi. Hujus Cœnobii profeſſus extitit Benedictus humilis converſus, qui vitam Eremiticam duxit ſupra montem juxta oppidum Venafri, & ſanctè, ut vixerat, obiit die 18. Martii anno 1278. claruitque miraculis; ex eo quoque aſſumpti ſunt ad regimen Abbatiæ s. Mariæ de Arabona ejuſdem Ordinis Teatinen. Diœceſis B. Albimanus primus ejuſdem Monaſterii Abbas, & Sanctillus ſucceſſor ejus in omnis ſanctitatis vita venerabiles. Jacet in hac Eccleſia Comes Malgerius Roſelli, qui cum omnia bona ſua Monaſterio dono dediſſet, Monaſticum habitum ſumpſit, in eoque pie obiit anno 1291. ſequenti verò ſubſequuta eſt Comitiſſa ejus uxor ſpecialis & ipſa benefactrix, juxta virum ſuum ſepulta. Placet hujus Cœnobii Abbates enumerare, quorum memoria ex monumentis ejuſdem ad nos pervenit.

Petrus primus Abbas ex Cellerario Monaſterii Foſſæ novæ Tarracinen. Diœc. aſſumptus anno 1179.
Nicolaus 2. anno 1193.
Thadæus egregius vir 4. Abbas rexit, ac præfuit eximiè ab anno 1200. ad annum uſque 1227.
Bartholomæus 6. fuit hujuſce Cęnobii Abbas, cujus dies obitus memoratur in veteri m. s. edito Martyrologio 3. Kalen. Octobris, hujus Codicis pars extat in Bibliotheca Anicìana.
Joannes Petrus anno 1321.
Thomas de Coratio 16. Abbas. Obiit 17. Kal. Decemb. ex prænotato Martyrol.
Thomas de Miniano anno 1381.
Nicolaus de Aliſa 19 Abbas. Obiit 17. Kal. Junii.
Andreas de Capua 1418.
Thomas de Aquino anno 1426. ultimus Abbas Regularis reſignavit anno 1449. Obiit verò anno 1461. 3. Kal. Octobris.
Ladislaus Dentice Epiſcop. Lucerinus primus Commendatarius anno 1449. hanc tenuit Abbatiam ad annum uſque 1476.
Jo. Card de Aragonia Ferdinandi Regis filius hanc habuit Abbatiam commendatam an. 1476. obiit 1485.
Hieronymus Card. Recanatenſis tit. Sancti Chryſogoni 3 Commendatarius anno 1485.
Camillus de Varano ſub Pio IV.
Fabritius Carafa.
Joannes Baptiſta Card. Pallotus, qui nunc vivit.

Cæterum redeamus ad Petrum Theanenſem Epiſcopum, à quo digreſſi fuimus. Hic ſummo labore, & infracto animo clericos Minianenſes ſuæ Diœceſis ad Cathedraticum ſolvendum cohibuit, & cum Guamundo Roccæ Romanæ Domino de juribus Eccleſiæ ſuæ olim à prædeceſſore ſuo acquiſitis per liberam donationem Andreæ Guamandi patris diu certavit, tandem cum ad ſaniorem mentem Guimundus deveniſſet, per publicum documentum anno Dom. 1189 ea omnia liberè Petro dimiſit, cujus documenti exemplar habetur inſertum in Cœleſtini III. bulla ad Theodinum Epiſcopum Petri ſucceſſorem, quam mox dabimus in Theodino. Pervenit Petrus ad annum 1192. & bono fine quievit.

14. THEODINUS defuncto Petro ſucceſſit anno 1193. hanc ipſam Eccleſiam cum laude præcipua adminiſtravit, ſiquidem Theanenſem Diœceſim ad antiquam diſtinctionem traduxit, & eam confirmandam obtinuit à Cœleſtino III. ut ejuſdem Pontificis bulla promit, cujus tenor ab exemplari apud nos, ita ſe habet. XV.

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilis Fratri Theodino Theanenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

In eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino licet immeriti conſtituti, fratres noſtros Epiſcopos tam vicinos, quàm longè poſitos fraterna debemus charitate diligere, & eorum quieti & tranquillitati ſalubriter auxiliante Domino providere; Eapropter venerabilis in Chriſto Fr. Theodine Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus annuentes ad inſtar prædeceſſorum noſtrorum fel. recor. Paſcalis, Adriani, Alexandri, Lucii, & Clementis Romanorum Pontificum præſentis ſcripti auctoritate ſancimus, ut univerſi Parochiæ fines, ſicut à Joannis recol. me. XVIII. Papæ Privilegio, quod Sandeario Epiſcopo indultum eſt, determinati eſſe noſcuntur, ita omnino integri tam tibi, quàm tuis ſucceſſoribus perpetuò conſerventur, ſcilicet à primo latere, ſicut ingreditur aqua de Sexto fluvium Vulturnum, & ſicut ipſe fluvius deſcendit uſque ad montem Anezone, & quomodo aſcendit terra ipſius montis, & exit in finem de Melanico à ſecundo latere, quomodo vadit terra de monte, qui dicitur Petra Molaria, & de monte Majone, & deſcendit in Decem-pondera, & vadit in ſtaſſilum, & deſcendit . . . de ſcabello, & in ipſa rigazo mittit in Sagonem, ſicut idem Sagon vadit in locum, qui dicitur Balurum, ubi ſe conjungere videtur Rivi, qui dicitur Poeri à tertio latere, quando aſcenditur ſurſum per ipſum rivum uſque in Pontem de Cenſano, & revolvit per ſolium invadit in Pontem fractum, & aſcendit in vallonem & progreditur in Cartelera, & exit in vadum, qui dicitur Area, & aſcendit in Caſtellucum, & exinde pergit in rigaginem, quæ ducit juxta Eccleſiam S. Mariæ, quæ eſt in Baloaco majore, & ipſa rigingo mittit in flumine de Gavigliano à 4. latere eſt idem fluvius, & aqua, quæ dicitur Branta, & vadit in Silicum, deinde pergit in furcam S. Marsiai, & exinde vadit per ipſos montes, & deſcendit per vallem de Almagno in ſupradicta aqua de ſento, intra quos fines Theanenſis civitas, & Caſtella continentur hæc, Petra Molaria, Rocca Romana, Riardus, Caſtrum S. Felicis, Sajanum, Caſtrum quod nominatur Petra Marzana, Bairanum, Penſinæ, Preſentianum, Mininnum, Caminũ, Caſale Caſpuli, Rocca Bauterani, Cucuruzium, Mertula, Gallucium, Rocca S. Crucis . . . . Terra Marzanellum, Cajanum, Colonia S. Joannis, Incluſas ſeu alia nonnulla, Monaſteria quoque, ſeu Eccleſiæ Clericorum, ſeu Monachorum. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunq; bona ipſa Theanenſis Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Porro ejuſdem Epiſcopatus clericos cujuſcunque ordinis ſint, & laicorum poteſtate ſubtractos ſub ſuo jure præcipimus permanere adhuc, cum jampridem inter bon. mem. Petrum prædeceſſorem tuum, & clericos Miutanenſes ſuper ſolutionem Cathedratici quæſtio mota fuiſſet, tandem fel. rec. Lucius Papa prædeceſſor noſter tunc tit. S. Praxedis Presb. & Joannes SS. Sergii & Bacchi Diaconi Cardinales ex delegatione Romani Pontificis recognoverunt de cauſa, & receptis, idoneis teſtibus, quod prædeceſſores ejuſdem Epiſcopi à ſingulis Presbyteris Miutanrii duodecim denarios per quadraginta annos nomine Cathedratici percepiſſet, & plurium aſſertione comperto, quod hujuſmodi conſuetudo in Capuanæ & Beneventanæ, & aliis circum adjacentibus provinciis ſervaretur Cathedraticum ipſum ſibi, & ſucceſſoribus ſuis à Sacerdotibus præſcripti Caſtri ſecundum conſuetudinem ſolvendum, quam utique ſententiam, ſicut ab eodem Lucio prædicto Cardinale prolata, & ſanctæ mem. Adriano, & dicto Lucio, atq; Clemente prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus noſcitur confirmata futuris cenſemus manere temporibus illibata. Præterea libertates, & immunitates à dilecto filio nobili viro Gimundo de Rocca Romana Theanenſis Eccleſiæ rationabiliter conceſſas, ſicut in ſcripto autentico confecto plenius continetur, ratas & eas futuris temporibus illibatas, ad majorem verò firmitatem ſcriptum illud de verbo ad verbum huic præſenti paginæ juſſimus inſerendum, quod ſic ſe habet.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Amen. Incarn. ejus 1189. & 23 anno Regni Domini noſtri ſecundi Gulielmi Dei gratia magnifici Regis, menſe Februarii indict. 7. Honori S. Matris Eccleſiæ, ejuſque Juri quiſque Chriſtianus tanto propenſius debet inſiſtere, quanto in ipſius utero renaſcendi ſumit initium, & per eam vitæ perpetuæ præſtolatur eventum, id eſt, quod nos Gumundus de Rocca Romana notum fieri volumus tam præſentibus, quàm abſentibus, quod cum multiplices, & variæ quæſtiones & ſuper diſtinctis capitulis inter Dominum Petrum venerabilem in Chriſto Patrem noſtrum Theanenſem Epiſcopum pro parte Eccleſiæ ſuæ & . . . verterentur, tandem per communium amicorum colloquia ad pacis unitatem, & concordiam ſtuduimus pervenire; aſſerebat enim idem venerabilis Epiſcopus Presbyteros, & Clericos in terra noſtra habitantes à nobis & balivis noſtris frequenter gravari & opprimi illicitis, & injuſtis exactionibus, & in collagiis animalium ſuorum: de tertia quoque parte Decimæ de Demaniis noſtris quæſtione movebat idem Dominus Epiſcopus, quod non permittebamus eum habere integre & quiete ſicut Pater noſter Dominus Andreas bon. mem. olim Roccæ Romanæ Dominus Eccleſiæ ſuæ conceſſerat, querebatur inſuper, quod non permitteremus eum ut Eccleſia S. Joannis Incluſas, ſecundum tenorem Privilegii ſui, quod remiſſum eſt Theanenſi Eccleſiæ per prænominatum Dominum Andream patrem noſtrum. Nos itaque ad bonum pacis & concordiæ plenitudinem reformari cupientes habito amicorum, & quorundam fidelium noſtrorum conſilio, ſimulque pro animarum Avi, & Genitoris noſtri ſalute, atque pro redemptione peccatorum noſtrorum in præſentia Nicolai Theanenſis Judicis, & Petri Notarii, aliorumque ſubſcriptorum teſtium, ad hanc ſuper prædictis Capitulis concordiam & pactionem ſtuduimus pervenire. Concedimus namque, & perpetua ſtabilitate firmamus, ut Presbyteri, & Clerici in terra noſtra habitantes, qui patrimonium, vel tenimentum laicale à nobis non habent, à nobis, vel à balivis noſtris nullam in perſonis, vel rebus ſuis moleſtiam patiantur, ſed ab eis adjutorium exigatur; ſed ſi fortè nobis ex gratia aliquid largiri voluerint, libere & abſque inquietatione animi Deo & Eccleſiæ ſervire permittantur. Si verò aliqui ſint, qui patrimonium, aut tenimentum à nobis habeant ſecundum quod exigimus à fratribus eorum, vel pro Juribus patrimonii ſeu tenimenti ab eis adjutorium exigatur. Si quis verò clericorum, vel ſacerdotum criminaliter, vel civiliter, ſeu de rebus Eccleſiaſticis amiſſarum, vel conventus ab Epiſcopo, vel ab alio apud Epiſcopum fuerint, Epiſcopi & Capituli Theanenſis omnis examinatio, judicium, & caſtigatio. Si verò clericus aliquis, vel laicus aliquem ſacerdotum, vel clericorum de terra noſtra apud Archiepiſcopum, qui in terra noſtra per Epiſcopum erit conſtitutus vel amicabiliter apud Syndicum Congregationis noſtræ terræ convenire voluerit, ſibi poterit diffiniri, liberè erit, ſi autem per eas terminari nequiverit, & per alterutram partem ad majorem Eccleſiam fuerit appellatum, ſive ſententia fuerit retractanda ad cognitionem majoris Eccleſiæ referatur, in iis autem omnibus, neque nos, neque Balivi noſtri in judiciis, ſeu exercitionibus clericorum, aut ſacerdotum nullatenus nos intermittemus. Clericos verò & ſacerdotes terræ noſtræ cum proceſſione ſolemni in Feſto S. Joannis ante Portam Latinam non ſolum accedere ad majorem Eccleſiam permittemus; verùm etiam venire nolentes diſtrictione pleniſſima compellemus. Præterea laicos homines, & fideles Theanenſis Eccleſiæ in Caſali Anguillari, & Scarpato ſeu in aliis adjacentibus locis habitantes, nullis oppreſſionibus, nullis gravaminibus, nullis exactionibus aliquo

modo fatigabimus, aut fatigare faciemus ſecundum dominium eorum coercebo, & judicabo, libera ſit Theanenſis Eccleſiæ ejus Rectorum; & ſi inteſtati deceſſerint, poſſeſſiones & bona eorum libere & abſque conditione ad Theanenſem Eccleſiam devolvantur. Animalia quoque & bona eorum non capiemus, non capi faciemus, neque nos, neque Balivi noſtri de eis, vel de rebus eorum aliquatenus nos intermittemus, hoc excepto, quod in Paſcha & in Nativitate Domini in Vexeniis ſecundum quod facere anteceſſoribus noſtris conſueverunt, viſitabunt, pro eo quod ipſi, & Eccleſiæ eorum ſecuritatem habent in terra noſtra, & commodum indè recipiunt in paſcuis, lingis, & aquis, ſicut alii homines de terra noſtra, ſi verò in ultima voluntate affectu ſupremæ voluntatis de rebus mobilibus nos amplecti aliquis eorum voluerit, nobis aliquid relinquendo, liberum eis ſit nobis ſicut cuilibet alio extraneo relinquere ſecundum coactionem cauſam noſtram, vel Balivorum noſtrorum, tertiam verò partem Decimæ Demanii noſtri liberè & abſolutè concedimus Theanenſi Eccleſiæ habendam ſecundum quod Dominus Andreas Pater noſter eidem Eccleſiæ conceſſit. Poſtremò Eccleſiæ S. Joannis ad cluſus ſecundum tenorem privilegii à Patre noſtro eidem Eccleſiæ collati liberè & abſolutè dimittimus, ſalvo quod Bonus homo Canonicus, qui ex conceſſione memorati Epiſcopi eandem Eccleſiam eſt adeptus in vita ſua pacificè & quietè poſſideat, & Anniverſaria ſecundum tenorem privilegii noſtri à Canonicis prædictæ Ecclеſiæ fiant. Prædicto autem Bono homine defuncto, Epiſcopus in demanio Eccleſiam ipſam habeat, eumque liberè, & ſine contradictione poſſideat. Hanc autem noſtram conceſſionem & ſuper prædictis Capitulis, ſeu conſtitutionibus, ordinatione, & compoſitione in manibus tuis Domine venerabilis Pater, Domine Theanenſis Epiſcope pro parte & vice Eccleſiæ tuæ in præſentia memorati Judicis, & Notarii, & ſubſcriptorum teſtium per traditionem confirmamas, obligantes nos & noſtros hæredes vobis qui ſupra venerabili Epiſcopo pro parte, & vice jam dictæ Eccleſiæ contra hanc noſtram concordiam, pactionem, atque conceſſionem nullo tempore venire. Nam ſi nos, qui ſupra Guimundus, vel noſtri hæredes, vel aliquis pro parte & vice noſtra hoc ſcriptum de hoc quod continet per qualecumque incendium dirumpere, vel removere, ſeu reformare conſenſerimus, aut in quavis parte refutare tentaverimus, centum Biſantios aureos pœnæ nos & hæredes noſtros vobis qui ſupra venerabili Theanenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus & parte jam dictæ Eccleſiæ componere obligavimus, & omnia supradicta complere; & hæc charta de hoc quod continet firma & ſtabilis permaneat ſemper, & de his omnibus complendis . . . noſtro vobis qui ſupra venerabili Theanenſi Epiſcopo dedimus, & fidejuſſores indè poſuimus per convenientiam, nos ipſos unde ſi neceſſe fuerit ad pignorandum obligavimus nos & noſtros hæredes vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & partem dictæ Eccleſiæ de rebus noſtris mobilibus, & immobilibus pignorari licita & illicita uſque ad legem, & taliter nos qui ſupra Guimundus de Rocca Romana, qualiter nobis actum & congruum fuit qui ſupra venerabili Patri Petro Theanenſi Epiſcopo pro parte & vice memoratæ Eccleſiæ Theanenſis notificemus, & te Petrum Notarium, qui interfuiſti ſcribere rogavimus. Scripſi Ego Petrus Notarius, & interfui in territorio Theanenſi, ubi dicitur Verclanicum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, vel ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia illibata, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodo profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiove monita niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſve ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, à Sanctiſſimo Corpore Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructus bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Octavianus Oſtie a. & Velitrenſis Epiſcopus.
Ego Petrus Portuenſis & S. Ruſinę Epiſcopus.
Ego Pandulphus Baſilicę 12. Apoſtolorum presb. Cardinalis.
Ego Joannes tit. S. Clementis Card. Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Jo. Felix presb. Card. tit. S. Suſannę.
Ego Romanus tit. S. Anaſtaſię presb. Card.
Ego Guido presb. Card. tit. S. Marię Tranſtyberim.
Ego Ugo presb. Card. tit. Ss. Silveſtri & Martini tit. Equitii.
Ego Gregorius tit. S. Marię in Porticu Diaconus.
Ego Gregorius S. Marię in Aquiro Diac. Cardinalis.
Ego Gregorius S. Georgii ad velum aureum Diac. Card.
Ego Lottarius Ss. Sergii & Bacchi Diac. Card.
Ego Nicolaus S. Marię in Coſmedin Diac. Card.

Datum Laterani per manum Aegidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. 3. Kal. Octobris Ind. 12. Incarn. Dominicę Anno 1193. Pontificatus verò Domini Cęleſtini Papę III. Anno tertio.

Quanto verò deinde tempore Theodinus hanc rexerit Eccleſiam, vel quo anno obierit, non habemus. Putatur tamen diù in ea adminiſtranda deſudaſse, cujus temporibus Innocentius III. anno 1201. & Fed. II. Imp. anno 1206. & 1222. Thaddæum Abbatem de Ferraria una cum Cœnobio ſub eorum protectione receperunt, quorum privilegia cum multum faciant hic ab exemplaribus exhibemus.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis fil. Thadęo Abbati in Monaſterio de Ferraria, ejuſque Fratribus tam pręſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religioni infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, ut præfatum Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, in quo divino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus & pręſentis ſcripti privilegio communimus. In præſens ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum & regulam B. Benedicti, & inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis, ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſt. ſitum eſt cum omnibus ſuis pertinentiis in territorio Vagrani ſtartias de perticella de Corneliano, & de Palmento; & quicquid ibidem rationabiliter poſſidetis. In territorio Theani ſtartias de Fraxo & Pedis Montis & quicquid aliud ibidem habetis. In Aliſia terram, quam habetis in cambio à Notario Benedicto, & Molendinum, quod habetis in eadem terra in territorio Caſtri Sancti

Angeli de Ravr Caatua limitatam, quæ dicitur Perdita, & terram quæ dicitur Gironis, quam dedit vobis Robertus de Foſſaceta Miles & quicquid aliud ibidem habetis. Poſſeſſiones cum Jure Molendini, quas dedit vobis Joannes de Miminiano in Aliſia & quæcunque alia lıtrationabiliter poſſidetis. In civitate Surſſæ integrum tenimentum poſſeſſionum, quas dedit vobis Taliacauzzus Dominus Cajaat, Oliveta, Domum, & partem Moliture Olivarum omnium Montanorum Caſtri Miniani cum libertate molendi in eis olivas veſtras, & ſi qua alia ibidem habetis juſtè. In territorio Calvi. & Silavimatam, quam habetis juxta flumen Vulturni in loco, qui dicitur S. Stephanus, & terras, quas habetis juxta flumina tugen. & Appia in loco qui dicitur Startia de Silice. In Capua domor, & poſſeſſiones, quas dedit vobis Joannes de Ricc. Joannes Concarrus, Marcus de Raino, Sibilia uxorque Joannis Fratris, Petrus de Aliſia, & Judex Alenander. In Teleſia, & in V. . . Tenimenta, quæ vobis contulit Comes de Caſeria, quorum alterum fuit Joannis Baſſi, alterum Joannis Forte. In Iſernia Molendinum, quod dedit vobis Rogerius Comes de Moliſio, medietatem duorum Molendinorum, quam vobis ibidem contulit Petrus de Brutorum vinea in loco, qui dicitur . . . In monte Rodon. quod dedit vobis Landulphus de fino in . . Terram, quam vobis contulit Matthia uxor quondam Roberti Lirinii, & Molendinum cum folla, quod habetis ibidem. Terras rum Molendino & olivis, quas habetis in Pantanis Indracon. Terras, quas dedit vobis Enricus de Monte fuſculo in Albiniano, terram, quam contulit vobis Maria de Albiniano, & tenimenta, quæ dedit vobis ibidem Benedictus Calatia Libertates inſuper, quas habetis per Regnum de Plateatrio, Paſſaggio, & herbatico. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus veſtris tam de terris cultis, quàm incultis, ſive de hortis & virgultis, & Piſcationibus veſtris vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas enigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit abſque Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere; diſcedentem verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis fortè retinere præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Monachos, vel Converſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari abſq; conſenſu totius Capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſius. Si quæ verò donationes, aut alienationes aliter quàm dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe decernimus. Ad hæc etiam prohibemus ne aliquis Monachus, ſive Converſus ſub profeſſione veſtræ domus conſtrictus, ſive conſenſu & licentia Abbatis, & majoris partis Capituli veſtri pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra pretium Capituli veſtri providentia conſtiturum, niſi propter manifeſtam domus veſtræ utilitatem. Quod ſi facere præſumpſerit, non teneatur Conventus pro his aliquatenus reſpondere: licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineat quæſtionem, fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne per defectum teſtium jus veſtrum in aliquo valeat deperire.

Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne ullus Epiſcopus, vel qualibet alia perſona ad Synodos, vel conventus forenſes vos ire, vel judicio ſæculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec domos veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel conventus aliquos publicos convocandi venire præſumat, nec regularem electionem Abbatis veſtri impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo qui pro tempore fuerit contra Statuta Ciſtercienſis Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si verò Epiſcopus, in cujus Parochia Domus veſtra fundata eſt cum humilitate & benedictione qua

A convenit, requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere, & alia quæ ad officium Epiſcopale pertinent vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit, proprios novitios benedicere, & alia quæ ad officium ſuum pertinent exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, quæ à veſtro fuerint indebite denegata, illud adjicientes, ut in recipiendis profeſſionibus, quæ à benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea ſint Epiſcopi forma, & expreſſione contenti, quæ ab origine ordinis noſcitur inſtituta, ut ſcilicet Abbates ipſi ſalvo ordine ſuo profiteri debeant, & contra Statuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur; Pro conſecrationibus verò Altarium, vel Eccleſiarum, ſive pro Oleo Sancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere; ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diœceſ impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire Antiſtitem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, B qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Quod ſi ſedes Diœceſani Epiſcopi vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere liberè, & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen ut ex hoc in poſterum propriis Epiſcopis nullum præjudicium generetur. Quia verò interdum propriorum Epiſcoporum copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis per vos tranſire contigerit, ab eo . . . . . conſecrationem Altarium, ordinationes Monachorum auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Porrò ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſteria veſtra, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas non ſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, quæ ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros, pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex caritate præſtiterint, vel ad laborandum C adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam duximus irritandam, nec literæ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis, & contra tenorem Apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non & libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat præfatum D Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſq; dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Fac

Fat mecum Domine ſignum in bonum.

† S. Petrus S. Paulus.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Octavianus Oſtien. & Velliren. Epiſcopus.

Ego Joannes Albanen. Epiſc.

Ego Gulielmus Remen. Archiepiſc. S. Sabinę Presb. Card.

Ego Petrus tit. Sanctæ Cæciliæ Presbyter Cardinalis.

Ego Jordanus S. Pudentianæ tit. Paſtoris presb. Card.

Ego Guido S. Mariæ Tranſtyb. tit. Calixti presb. Card.

Ego Ugo presb. Card. S. Martini tit. Equitii.

Ego Centius tit. S. Laurentii in Lucina presb. Card.

Ego Goffridus tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis.

Ego Joannes tit. Sanctæ Priſcæ presbyter Cardinalis.

Ego Cincius presb. Card. D. Jo. & Pauli tit. S. Pamachii.

Ego Petrus tit. Sancti Marcelli presbyt. Cardinalis.

Ego Benedictus tit. S. Suſannæ presbyter Cardinalis.

Ego Gratianus Ss. Coſmæ & Damiani, Diac. Card.

Ego Petrus Berrii S. Adriani Diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu Diac. Cardinalis.

Ego Gregorius S. Georgii ad velum aureum Diac. Card.

Ego Gregorius Sancti Angeli Diaconus Card.

Ego Ugo S. Euſtachii Diac. Card.

Ego Matthæus Sancti Theodori Diaconus Cardinalis.

Ego Joannes S. Mariæ in Coſmedin Diac. Cardinalis.

Datum Anagni per manum Blaſii S. R. E. Subdiaconi & Notarii decimo Kal. Januar. Indict. 5. Incarn. Domini anno 1201. Pontificatus verò Innocentii Papæ Tertii an. 4.

Friderici vero privilegia eidem Monaſterio aſſerta inter plurima unum libet exſcribere.

In nomine Dei æterni Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Fredericus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Inter cætera pietatis commercia, & inſignia Majeſtatis illud uberiori fructu colligimus, & perpetuitatis ærario conſervamus, quod venerabilibus locis, & in caſtris Dei militantibus provida deliberatione largimur, dum enim beneficiorum ſtipendiis indigentium relevamus inopiam dedicatis ad Divina obſequia fratribus liberiorem famulandi Domino copiam impartimur. Eapropter univerſis fidelibus noſtris, tam præſentibus, quàm futuris preſens ſcriptum cernentibus innoteſcat, quod mittentes ad noſtræ celſitudinis Curiam Thadæus venerabilis Abbas, Conventus ſacri Monaſterii S. Mariæ de Ferraria Ciſtercien. Ordinis ſignificaverunt ſublimitati noſtræ quod Frater Nicolaus, qui quondam fuerat Abbas ejuſdem Monaſterii præ imperfectione ſua removendum à cura regiminis ſe prænoſcens antiqui hoſtis ſtimulis inſtigatum, quędam privilegia domus inaudita ſcindens nequitia diſſipavit, ſicut ex privilegio Dominæ Imperatricis Conſtantiæ matris noſtræ Felicis Auguſtę recordationis inclytæ ipſi Monaſterio facto, & noſtrę Curiæ præſentato vobis innotuit, manifeſtè ſignificaverunt etiam nobis quod ſigillum privilegii D. Imperatoris Henrici Patris noſtri Felicis Auguſti memoriæ recolendæ eidem Monaſterio facti; cum ad edictum

A *noſtrum idem privilegium poſt generalem Curiam Capuæ ſolemniter celebratam, nobis aſſignaverunt, cum aliis privilegiis Monaſterii memorati in cuſtodiis invenia dignoſcitur eſſe fratrum, ſicut veraciter conſtat nobis ex ipſo privilegio noſtræ Celſitudini præſentato. Propter quod prece ſupplici petierunt, ut pro ſecuritate, ac pace ipſius Monaſterii, ipſis, ſucceſſoribuſque ſuis & eidem Monaſterio concedere, & confirmare dignaremur, quicquid idem Monaſterium juſte acquiſivit, vel poſſidere dignoſcitur uſque ad hæc tempora noſtri Imperii tam in poſſeſſionibus, quàm & in libertatibus, donatione, conceſſione, & confirmationis Vviglielmi II. Conſubrini noſtri & prædictorum Felicium Auguſtorum Parentum noſtrorum inclytę recordationis. Videlicet locum ipſum, in quo idem Monaſterium fundatum eſt, & Terras cultas, & incultas, quæ ſunt propè idem Monaſterium infra & extra rivos Jannii, & ballanorum, flumen Vulturni, Montes majores S. Petri, & S. Eleutherii, & viam publicam, qua per fines Tramontium itur à Petra fina ad*
B *Torum Studonis triginta modios Terrarum frantii. Præſentiani. Cornilianum Pantanellum. Perticella, Startiam S. Petri Jotus S. jardinum galerani, duo aratra in bagnoli, vel ſcalerata Roccæ Dragonis, in Tenimento Theani. Startias de fraxo, & de Pedimentis cum alimentis omnibus, & acceſſionibus ſuis, in Prato rotundo, terræ cantiæ, & Deiſiana. Caſtellis ad Mare prope flumen venæ, quatuor aratra bubus ſerrarum, quatuor per quodlibet aratrum deputatis. In Aliſia ſtartiam de Corvaro cum molendino quod eſt ibidem. Et quicquid aliud in poſſeſſionibus domorum, nemorum, ac terrarum cultarum, vel incultarum, & ubicunq; habet, & poſſidet, vel idem Monaſterium acquiſivit ex dono, & conceſſione Conradi Marchionis Moliſii, Joannis Comitis Aliſræ. Gulielmi Comitis Caſertæ, Comitis Teleſiæ. Rogerii Comitis Moliſii. Riccardi Comitis Sangri, Guffridi de Draconis, Ugonis, Ratnonis, Simonis, & Matthiæ amitæ ipſorum de Prata. Giſmundus de Rocca Romana, Tallacotii filii, & Jacobi nepotis ipſius. Filippi de Buſſone. Rat-*
C *nonis, Raonis juſſ. Malgerii ſorelli militis Ugonis de Cerolanis, & Ugonis Conſubrini ipſius. Tallacotti de Cajano. Roberti de Foſſa ceca. Pandulphi . . . . . & Johannis Zacti fratris ejus. Mariæ de Albiniano. Roberti Totomonis de Pentomis. Matthæi de Surrento. Roberti de Prata. Simonis Spatarii de Vinelatorio. Guilielmi de Cantalupo, Ugonis de Sancto Petro in fine, & aliorum fratrum ſuorum, nec non & Guarinam, Surretellas, paſtina de Alderado. Molendinum Corradi cum tornis, & balcatorio. Campum majorem, & Campum de Capite campi. Montem Pediculi cum libero uſu paſcuorum, lignantium, aquarum, & piſcationum Mateſii flaminis, & Caſtris Pedismontis, vineas, domos, Cannabiſcertum, & alias terras, domos, & molendina Civitatis Aliſię cum quadam terra de ceſis, Terras, molendina, balcatoria, & cavatoria Pratellæ, domos, terras, molendina, & Torſam Civitatis Teleſiæ, cum tenimentis Johannis Baſſi & Bartholomæi Pagano, terras & molendina Pentimarum. Startiam de Silice cum Molendino Cin-*
D *nei, & domo Averſæ. Molendinum & terras quaſdam Roberti filii minoris de Capua. Domos, terraſque Mariæ uxoris Mazoleni protojudicis Capuani protonotarii, & Johannis de Riccardo. Startiam de Cerro, quandam peciolam terræ arbuſtatam exiſtentem, & alias ſtartias, quas idem Monaſterium habet & poſſidet, vel noſcitur poſſidere titulo oblationis, emptionis, & concambii. In Vaitano. In Cajatia Civitate, ad s. Maximum & s. Damianum, & s. Germanum, in Aliſia, Aglano, Mintano, Capua s. Agatha Beneventana, Prata, Marchano, Leajario Marzano, Calvi civitatis, Civitatis Sueſſæ, & Trajecti, Capriata, Venafro civitate, Monte rodone, Bojano civitate, Campoclaro, Albiniano, Daja, S. Johanne in Cluſa & præcipuè cambium terrarum S. Angeli de Rave cauina ad Geronem. S. Maurum, S. Stephanum, limatam, peditam, & cataliſcam, Curtem Johannis de Nicolao & alias terras Todini. Nos autem precibus eorum intra ſacrarium exauditionis noſtræ benignè admiſſis, Confide-*

rantes religionem, & honſtatem eorum, qui Deo & hominibus placere noſcuntur, jam dictum Monaſterium cum omnibus ſupradictis tenimentis, & poſſeſſionibus ſuis, & omnium Eccleſiarum, vel Grangiarum ſuarum ſub noſtra ſpeciali protectione & defenſione in jus regium recipientes præſenti divali pagina ipſo Monaſterio præfato Abbati, ſucceſſoribus, ac fratribus ejus donomus, concedimus, & in perpetuum confirmamus præſcripta omnia libera & exempta ab omni ſervitio, vel qualibet exactione, & de abundantiori quoque gratia noſtræ ſublimitatis, eidem Monaſterio donamus, concedimus, & in perpetuum confirmamus quicquid de feudis ſuis. Niel civis Beneventanus, Bartholomæus de Petra pulcina, Nazarius gener ejus, Severinus Dominus Teeræ rubeæ, & Tammatii. Michel filius ejus, & Girardus de Monteleone ipſi Monaſterio contulerunt ſecundum quod continetur in Inſtrumentis, quæ ſunt indè confecta; videlicet palatam totam, & omnes pertinentias ejus cum tereis omnibus, quas idem Monaſterium habet in Petra pulcina, terra rubea, Tammaro, Monte leone cum medietate cujuſdam Molendini, quod ibidem. Concedimus etiam & perpetuo robore confirmamus dicto Abbati, ſucceſſoribus, ac fratribus ejus omnes donationes, ſeu oblationes, quas fecit dicto Monaſterio Frater Machabæus cum fratribus ſuis, de omnibus Eccleſiis & locis, quos ipſi acquiſiverunt cum omnibus tenimentis, & rationibus ſuis, & quicquid aliud ubicunque idem Monaſterium poſſedit, vel poſſidet per privilegia, vel publica Inſtrumenta, donatione, oblatione, conceſſione, & confirmatione præſcriptorum Regis Vuillelmi Secundi Conſubrini noſtri, & Felicium Auguſtorum Parentum noſtrorum, vel aliarum perſonarum. Hæc autem prædicta omnia, & ſingula, terris cultis & incultis, ſilvis & nemoribus, pratis, & paludibus, & libero uſu Aquæ ductus faciendæ, ac quæcunque alia idem Monaſterium in preſenti poſſidet, vel in antea oblatione, donatione, conceſſione, & venditione, dante Domino poteſit adipiſci, tam de demanio, quàm de feudis, & tenimentis eorum omni jure noſtrę majeſtatis, ſeu quibuslibet benefactorum noſtrorum quod indè pertineat, non obſtantibus privilegiis, ſeu litteris à noſtra Majeſtate hactenus impetratis, vel amodò impetrandis eidem concedimus, & in perpetuum confirmamus, de affluenti quoque gratia noſtrę liberalitatis eximimus Monaſterium ipſum, grangias, & homines ipſi, ab omnibus datiis, collectis, adjutoriis, bannis, publicis, vel privatis; & defenſionibus, Comitum, Baronum, & aliorum fidelium, & officialium noſtrorum. Confirmantes eidem omnes libertates, & immunitates, quæ à Romanis Pontificibus, ſeu ab aliis noſtris fidelibus hactenus indultæ ſunt dicto Monaſterio aliquas in poſterum indulgendas. Volumus inſuper & mandamus ut nullus infra ſepta Monaſterii ſupradicti, vel Grangiarum ſuarum hominem capiat, vel interficiat, vel in aliquo lædere, ſeu moleſtare præſumat. Et quicunque criminoſus ad prędicta loca confugerit, ſecuſus ſit, donec ibi permanſerit. Injuriarum, & contumeliarum quoque tumultus, rapinas, rupturas, & violentias in prædictis locis fieri prohibemus. Fugientes, & deſerentes ſæculum, eique perpetuò renunciantes cum omnibus rebus ſuis, licitè fratribus prædicti Monaſterii ad . . . . . tempore & abſque alicujus contradictione retinere. Concedimus etiam & dictæ Majeſtatis gratia perpetuò confirmamus libera paſcua pro animalibus ſuis abſq; herbatico & glandatico, & abſque exactione qualibet univerſas demanii noſtri teeras, necnon & liberum uſum incidendi viridia, ſiccaque ligna, ubiq; muniendi vios, & aliunde reddendi, & ducendi aquas per terras ſuas, faciendi molendinu, fulloria, & qualibet alia eorum ordini congruentia in locis ſuis. Ea . . . præterea fratres, & homines dicti Monaſterii cum rebus ſuis, teera, marique & fluminibus, ab omnibus plateaticis, paſſagiis, pedagiis, doanaticis, falangaticis, herbaticis, ſeu quibuslibet generibus exactionum, vel angariarum. Concedentes eidem liberam facultatem vendendi res ſuas, & alienas emendi ad menſuram propriam ſine datione, ſeu qualibet exactione, & habendi Judices & Notarios, quos voluerint in agendis ſuis; ac faciendi liticarias in aquis juxta teeras ſuas, & ut ſæcularium judicia de rebus & perſonis ſuis minimè ſubjaceatur. Nec teneatur alicui contra ſtatuta ordinis eorum jurare. Præterea irritamus penitus & annihilamus omnes ſtipulationes, alienationes factas, vel promiſſiones, ſeu pacta, quæ aliquando Abbas ſeu fratres, vel Rectores cum Conventu dicti Monaſterii fecerunt, aut fecerint in præjudicium ipſius, diſtrictius inhibentes, ne aliquis id, quod dicto Monaſterio ſemel dedit, aut dederit, auferre audeat ab eodem, nullis hujuſmodi paginæ litteris obviantibus à noſtra majeſtate hactenus impetratis, vel amodò impetrandis. Et ſi apparuerint aliquæ litteræ contrariæ hujuſmodi noſtræ donationis, conceſſionis, & confirmationis, careat effectu. Et licet in omnibus privilegiis clauſula illa de ſalvo mandato, & ordinatione noſtra conſueverit annotari, in iſto tamen privilegio, de ſpeciali gratia juſſimus non apponi. Ad hujus autem noſtræ protectionis, & confirmationis memoriam, & robur perpetuò valiturum, præſens privilegium pee manus Johannis de Lauro Notarii & fidelis noſtri ſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Anno, menſe, & Indict. ſubſcriptis.

Data Meſſanæ Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo duceteſimo vigeſimo ſecundo, menſe Octobris, decimæ Indictionis. Imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia Excellentiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ. Anno Romani Imperii ejus ſecundo, & Regni Siciliæ vigeſimo quarto feliciter. Amen.

Forte etiam Theodino Epiſcopo Gregorius IX. ſuo diplomate idem Ferrarienſe Cœnobium decoravit in hunc modum.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis filiis Thadæo Abbati S. Marię de Ferraria Ciſtercienſis Ordinis, ejuſque featribus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Mariæ de Ferraria, in quo divino eſtis obſequio mancipati, & Eccleſiæ S. Mariæ de Intus ad exemplar fel. record. Lucii, & Honorii prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum in jus & proprietatem B. Petri, & Eccleſiæ Romanæ ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In præſens ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam, atque Inſtitutum Ciſtercienſium Fratrum in eodem Monaſterio, & vita Eremitica, quæ in prædicta Eccleſia de intus inſtituta eſſe noſcuntur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſerventur, & uterque locus Abbatis proviſione regatur, & ſub diſpoſitione, & providentia Abbatis & Fratrum Foſſæ novæ conſiſtat, nec alicubi, niſi Monaſterio Foſſæ teneatur ex debito reſpondere. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, & præfatam Eccleſiam S. Mariæ de Intus cum omnibus pertinentiis ſuis, poſſeſſiones, & terras cultas & incultas de Toſis & Torellis, cum Vallibus, & limatis poſitas juxta fluvium Vulturni, & juxta teeras S. Marię Pedis montis & juxta montes majores S. Petri, & S. Eleutherii. Terras, quas habetis in Trimontibus, & in Vallanis juxta viam, & Thorum Sinduni, & juxta rivũ Vallanoſũ, teeras quas habetis ultra rivum

Januli, & juxta foſſatum palmæ. Tereas, quas habetic in Curta Tobia juxta rivum Inuuli, & Avellaneta, ac flumen Vulturni. Grangias quæ dicitur S. Angeli de Rave Canina, S. Mariæ de Mateſo, S. Greg. montis pedaculi, S. Spiritus de ponte. Vulturni, de Patinariu, de Nucéela, de Titerno, de Farrali, de Rubente, de Orculis, de Tufaria, de Turri palatii, & de Cannabiſito, cum omnibus pertinentiis, & acceſſionibus ſuis. Terrac quoque culcas, & incultas, quas babetis propè Angleriam, Capua juxta viam carraram, & ſteacamcum Palude. Terras, quas babetis in Bellona, & aliis Capuæ pertinentiic cum molendino Triſini, Poſſeſſiones & terras quas babetis in tenimento Averſa ad Pettoritam, & Felicemcum molendino Clanci. Terras, quas babetis in tenimento Caruzzi ad S. Maximum. Poſſeſſiones, & terras, quas babetis ad peeram Pallicinam, & in Pexco peopè eandem petram pollicinam, Pracam pelatam, & Caſale S. Angoli de cerra rubea cum omnibus poſſeſſionibus & cerris ſuis. Poſſeſſiones etiam, domos, terras, & molendina, quæ babetis in tenimento Aliſia ad Cervanum, ad Vineas donatas ad Millem & Corvariam. Poſſeſſiones, quas babecis in tenimento S. Angeli de Rave canina ad Fontanas, ad S. Maurum, ad S. Coſmam, & ad Poſtam. Poſſeſſiones, & cerras, quas babetis in Sueſſa, in bauialibus, in ſcelerata, in delfina, in Peatorotundo, in Vatrano, in Præſentiano, in Pentumis, in Sento, in Mignano, in Venafro, in monte rodone, in Iſernia, in Campo flaro, in Bojano, in Vinclatorio, & in Teleria, Poſſeſſiones inſuper, domoc, oliveta, & torras, quas babetis in S. Germano, in S. Victoro, in S. Peteo in fine, in Thiano, in Praca, & Pratilla, & Valle S. Nicandei, in Baja, in Albiniano, atq; in S. Joanne incluſa, in Benevento, in Salerno, in Caſtelnovo, in Campera ad S. Marinam de Sella, ad Arianum, ad Savinianum, & ad Poncem latronem, Molendina, valiatorium, & follam, quæ babetis in flumine Lete, in Rivo Januli, & in Tanaro. Campum cum Campo de capito campi matceii. Molendinum, & Valiatorium de flumine Tojani, Sirratellas, & Paſtina de Alderado cum aliis, quæ babetis in S. Agata, & Caleno, & in Atiliano, libeetates quoq; quas babetis per Regnum de Plateatico, viatico, paſſaggio, & duanatici, ſelangacico, & berbatico cum pratis, vineis, terris, vivagiis, paſcuic in boſco & in plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libercatibus, & immunitatibus ſuis. Sanè laborum veſtrorum de poſſeſſionibus babitis ante Concilium generale, & etiam Novalium, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de bortis, & virgultis, & piſcationibuc veſteis, vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat, liceat quoq; vobis Clericos, vel laicos, liberos, & abſolutos è ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eoe abſq; contradictione aliqua retinere. Probibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſic abſq; Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere. Diſcedentes veeò abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Quod ſi quis fortè retincre præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Monachos, vel Converſos regularem ſententiam promulgare, illud diſtrictius inbibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſię veſtræ collatum pręſumat alicui perſonaliter dare, ſive aliquo modo alienare abſque conſenſu totius Capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſiuc. Si quæ verò donationes vel alienationes aliorum quam dictum eſt, factæ fuerint, eas decernimus non valere. Ad hæc etiam probibemus, ne aliquis Monachuc, ſive Converſus ſub profeſſione veſtræ domuc adſtrictus ſine conſenſu, & licentia Abbatis, & majoris partis Capituli veſtri pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuò accipiat, ultra pretium Capituli veſtri providentia conſtitutum, niſi propter manifeſtam domus veſtræ utilitatem. Quod ſi facere fortè præſumpſerit, non teneatue Conventus pro bis aliquatenus reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineat quæſtionem Fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium, Jus veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper auctoritate Apoſtolica inbibemus, ne ullus Archiepiſcopus, ſive Epiſcopus, vel quęlibet alia perſona ad Synodos vel Conventus forenſes vos ire, vel Judicio ſæculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtrie ſubjacere compellac, nec ad domos veſtrac cauſa ordinec celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos Conventus publicoc convocandi venire pręſumat, nec regularem electionem Abbatis veſtri impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Porrò ſi Archiepiſcopi, ſeu Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverit, ſive etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum quæ ab Apoſtolica benignitate indultæ ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia en caritate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboracis, & alii ferianiur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Apoſtolicæ Sedis indulta prolatam decernimus non tenere, nec litteræ illæ firmitatem babeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis contra tenorem Apoſtolicorum privilegiorum conſticerit impetrari. Præterea, cum commune interdictum fuerit, liceat vobis nibilominus in veſtro Monaſterio exclufis excommunicatis, & interdictis divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum providere volentes auctoritate Apoſtolica probibemus ne infra clauſuras locorum, ſeu granciarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, bominem temerè capere, vel interficeee, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino bominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, aut ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igicur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona banc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tempeaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxeric, poteſtatis, bonoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei & Dom. Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Dom. noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & bic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Fac mecum Domine ſignum in bonum. Sanctuc † Petrus. S. Paulus.

Gregorius Papa IX.

Ego Gregoriuc Catbolicæ Eccleſiæ Epiſcopue.
Ego Pelagius Albanen. Epiſc.
Ego Conradus Portuenſis S. Ruſinæ Epiſ.
Ego Guido Prænestinorum Epiſc.
Ego Oliverius Sabinen. Epiſc.
Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſtolorum Precb. Card.
Ego Thomas tit. S. Sabinæ Card.
Ego Joannes tit. S. Praxedis Precb. Card.
Ego Octavianus Sanctorum Sergii & Bacchi Card.
Ego Raynerius S. M. in Coſmedin Diac. Card.
Ego Stephanus S. Adriani Diac. Card.
Ego Aegidius SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.

Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum Diacon. Card. A

Datum Laterani per manum magiſtri Sinibaldi Auditoris contradictarum litterarum Domini Papæ nonis Maii. Indict. xv. Incarnat. Dom. Ann. 1227. Pontif. verò D. Gregor. Papæ IX. anno primo.

XVI. 15. ROFFRIDUS, Archipresbyter S. Germani, anno 1229. electus eſt Theanenſis Epiſcopus teſte Riccardo de S. Germano in Chron. ad hunc annum. *Tunc*, inquit, *Roffridus Archipresbyter S. Germani per Albanenſem Epiſcopum Papa mandante in Theanenſem Epiſcopum eſt aſſumptus*. Ejus obitus memoratur ab eodem ad annum 1239. *menſe eodem*, ſcilicet Octobris, *Roffridus Theanenſis Epiſcopus apud Coraetum obiit*. Dies vero notatur in Emortuali Caſinenſi x. Kal. Novembris. (*„ Exul „ factus eſt ab impio Federico Imper. unacum Venafrano, Calenenſi, & Aquinatenſi Epiſcopis.*)

XVII. 16. HUGO electus Theanenſis Epiſcopus, quem conſecrandum mandavit Innocentius IV. Pontifex Capuanæ Eccleſiæ ſuffraganeis, commiſitq; Alfano (1) Archiepiſcopo, ut cæteros Coepiſcopos ad ſacrum ritum peragendum evocaret. Litteræ extant in reg. Vatic. num. 332. fol. 387. Dat. 3. Id. Novemb. anno 12. Pontificatus, qui fuit Chriſti 1254. B

XVIII 17. GUILLELMUS ex Decano Cathedralis evaſit Epiſcopus. Hic S. Thomæ Aquinati à Theano ad Lugdunenſe Concilium, properanti anno 1274. comitem ſe adjunxit. Diu hanc Sedem rexit, obiitque ſub Bonifacio VIII. anno 1295.

XIX. 18. NICOLAUM Epiſcopum Soranum ad hanc Sedem tranſtulit Bonifacius VIII. ſucceſſitque Guillelmo anno 1295. 2. Id. Aug. anno Pontif. 2. ut in reg. Vatic. ep. 323. fol. 77. Teſtamentum condidit anno 1304. quod extat in Archivio Baſilicæ Vatic. Faſciculo 392. ubi memorantur Amator ejus filius, ejuſque nepos Oddo de Fumone.

XX 19. ADENULPHUS defuncto Nicolao hanc Sedem regendam ſuſcepit. Mortuus eſt ſedente Clemente V. anno 1309. C

XXI 20. GOFFRIDUS de Gallutio *a*, Theanenſis, Rogerio viro nobiliſſimo patre, Sabia Roberti de Aquila filia ſorore Rogerii de Aquila Fundorum Comitis matre natus, poſt Adenulphum in hac Eccleſia ſe ingeſſit, cui electioni cum ſe aliqui oppoſuiſſent, Clemens V. Archiepiſcopo Neapolitano, Epiſcopove Marſicano commiſit, ut contra ipſum inquirerent; Clementis litteræ ſunt in ejus regiſtro anni Pontif. 5 ſalutis 1310. num. 328. fol. 92 Fortè inventa eſt ejus electio canonicè celebrata, namq; Goffridus viginti & octo annos in ea administranda conſumpſit, obiitq, ſub Benedicto XII. circa an. Dom. 1338. ut in reg. ejuſdem habetur.

a De familia Gallutia agit Cammill. de familiis Neapolit. p. mihi 102. *Manſell.*

XXII. 21. PETRUS, Archidiaconus Biterenſis, à Benedicto XII. creatus eſt Theanenſis Epiſcopus x. Kal. Aprilis anno 1338. caſſata electione Pauli de Gallutio Decani, & Petri Murat Canonici Theanen. à Capitulo in diſſenſione celebrata. Explicantur hæc in epiſt. 80. anni 4. Benedicti In ejus regiſtro. Mortem obiit Petrus anno 1343. D

XXIII 22. HOMODEUS cum eſſet Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, Turenſis Eccleſiæ Archipresbyter ad hanc Sedem promotus eſt à Clemente VI. anno 1343. 17. Kal. Aug. annullata prius electione Capituli facta in perſona ejuſdem Pauli de Gallutio Decani Theanenſis, quem diximus in ſchiſmate Canonicorum defuncto Petro electum fuiſſe, & à Benedicto deturbatum de Sede. Præfuit Homodeus annis 6. obiit verò anno 1349. ex reg. Vatic.



23. Fr. BARTHOLOMÆUS de Papazurris, Romanus, Ordinis Prædicatorum dignus alumnus, doctrina & nobilitate ſanguinis clarus per Clementem VI. Theanenſem Sedem aſſequutus eſt 3. Kal. Junii anno 1349. cujus electio habetur in ep. 10. fol. 23. an. 7. reg. Vatic. translatus deinde eſt ad Theatinam Eccleſiam anno 1353. XXIV




24. MARINUS de Judice *b*, filius Philippi filii Marini, Canonicus, & Archidiaconus Amalphitanus, ſucceſſit Bartholomæo. Hanc Sedem aſſequutus eſt ab Innocentio VI. anno 1353. 9. Kal. Junii ex reg. Vatic. ep. 47 fol. 77. ann. 1. de quo etiam mentio in lib. ſolut. Prælatorum ann. 1356. & 1358. die 8. Febr. pauloq; poſt translatus eſt ad Amalphitanum Archiepiſcopatum, indè ad Tarentinum; tandem ſub Vrbano VI. evaſit S.R.E. Cardinalis, ſub quo miſerè obiit an. 1385. ut alibi enarravimus. Hic an. 1242. die 25. Apr. ind 15. Archidiaconus erat Amalphitanus, ac Rector Eccl. S. Angeli in porta civitatis Atrani ex inſtrumento tabularii Amalphitani Epiſcopii, ubi Pater, Avuſq; ejus recenſentur. XXV.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 634.

25. JOANNES Marini ſucceſſor, defunctus eſt anno 1363. XXVI

26. Fr. FRANCISCUS Siculus, Patria Meſſanenſis, Ordinis Prædicatorum, adlectus eſt per obitum Joannis 13. Kal. Junii 1363. ab Vrbano V. ſub quo exceſſit anno 1369. ex reg. Vatic. XXVII.



27. THOMAS de Porta, nobilis civis & Canonicus XXVIII.


(1) Hoc opus fuit principaliter mandatum Fr. Romano Epiſcopo Alliſano, non autem, ut perperam Ughellus, Alfano Capuano Archiepiſcopo. Marinus eo tempore Capuanis præerat, & exulabat à grege perſequente Imperatore. *Lucentius.*

nicus Salernitanus, Franciſco ſucceſſit 2. Non. Martii 1369. doctus & probus Præſul fuit, diuque Eccleſiam hanc bene adminiſtravit, cujus obitus dies & annus obſcuri ſunt. A

XXIX 28. ALEXANDER ſucceſſit Thomæ, de quo in lib. oblig. ſub Bonifacio IX. mentio habetur.

29. JOANNES *a* intruſus à Clemente VII. Antipapa die 12. Junii recognovit pro Eccleſia Theanenſi Sacrum Collegium ex eodem libro.

a Omittitur, ut Pſeudoepiſcopus.



B

XXX 30. ANTONIUS ab Vrbano VI. legitimus declaratus eſt Epiſcopus Theanenſis defuncto Joanne, cujus mentio habetur in reg. ejuſdem an. Pontif. 11. qui fuit ſal. 1388. 18. Kal. Febr. indè translatus ad Epiſcopatum Handrienſem, & Pennenſem à Bonifacio IX. an. 1393. 17. Septemb.



XXXI 31. NICOLAUS de Diano, Theanenſis, nobilitate generis, & rerum experientia, ac doctrina vir longè clariſſimus, à Bonifacio IX. delectus eſt Theanenſis Epiſcopus die 23. Octobris 1393. cum eſſet Ladislai Regis intimus Conſiliarius eo volente à Gregor. XII. translatus eſt ad Neapolitanam Eccleſ. quam legitimè adipiſci haud potuit ſchiſmate æſtuante; verùm electo Martino V. ab eodem iterum declaratus eſt Neapolitanus Archiepiſcopus an. 1418. diuque in eo Sacerdotio vixit, ut diximus in ejus Eccleſiæ Archiepiſcoporum ſerie.

XXXII. 32. Fr. JOANNES Ordinis Minorum Theanenſis dicitur fuiſſe Epiſcopus in libro oblig. Alexandri V. à quo an. 1409. ut ſuam poſſet ſuſtentare perſonam, cum à Ladislao Rege, ne poſſeſſionem adipiſceretur, hactenus fuiſſet præpeditus, quædam Eccleſiaſtica beneficia liberaliter accepit. Ceterum de hoc Joanne neque in libris citatis, neque in aliis monumentis reperimus quid factum ſit.

XXXIII. 33. GASPAR de Diano, Nicolai ſuperioris ex fratre nepos, patruo à Gregorio XII. ad Neapolitanam Eccleſiam translato ab eodem & ipſe declaratus eſt Epiſcopatus Theanenſis Commendatarius ann. Pontificatus 6. Chriſti 1412. 2. Kal. Julii. Verùm gliſcente ſchiſmate, munus conſecrationis non accepit, tametſi Theanenſis nuncuparetur Epiſcopus, cum a Martino V. ann. 1422. Conſanus factus eſt Archiepiſcopus, indè ab Eugenio IV. ad Neapolitanam Eccl. translatus an. 1438. de quo ibi.

34. JOANNES Chriſtophorus Criſponus, Neapolitanus, Juris Vtriuſq; Doctor eximius. per dimiſſionem Commendæ hujus Eccleſiæ ab electo Gaſpare factam, à Martino V. creatus eſt Epiſcopus 7. Kal. Feb an. 1418. Sedit maxima ſui nominis fama an. 25. fato verò functus eſt an. 1443. ex Actis Conſiſtor. XXXIV.



35. MARTINUS de Belinzo, Monachus Ordinis Ciſtercienſis, Sacræ Theologiæ vir longè clariſſimus, Eugenii IV. in paucis charus, ab ipſo Theanenſis renunciatus 5. Kal. Martii an. 1443. Diu hanc rexit Eccleſiam, & bono fine quievit circa an. Dom. 1459. de quo Acta Conſiſtorialia. XXXV.


36. NICOLAUS Fortiguerra *b*, Piſtorienſis, Bartholomæi filius, Juvenis adhuc nobiliter eruditus, legumq; peritia excultus Romam conceſſit Eugenio IV. ad clavum ſedente, exceptus eſt inter honorarios Aulicos ſub eodem Pontifice, Nicolao V. Calliſtoque III. diverſis in locis Eccleſiæ operam ſuam navavit egregiè, cujus cum Pius II. introſpexiſſet virtutes, illum Theanenſem pronunciavit Epiſcopum, mox Card. Presb. ad titulum S. Cæciliæ creavit ann. 1460. adverſus Eccleſiæ hoſtes legatum inſtituit, quibus devictis, Pio, aliiſq. Pontificibus magno uſui fuit, cujus integritatem & virtutes maximè commendarunt Cardinalis Papienſis epiſtola ad Cardinalem Spoletanum, Pius II. in Commentariis, Garimbertus, Ciaconius, cæterique qui de Cardinalibus ſcripſerunt. Mortuus eſt digniſſimus hic Cardinalis Viterbii, dum legatione fungeretur an. 1473. corpus exanime Romam ad S. Cæciliæ templum delatum in ſepulchro marmoreo, epitaphium inciſum. XXXVI. C

b De eo Ciaconius Oldoini t. 2. c. 1037.

Nicolao Piſtorienſi cognomento Fortiguerra S. Cæciliæ Presbytero Cardinali expugnato Fano, ſuperata Flaminia, devictis Sabinis Everſaniſque hoſtibus de Eccleſia benemerito Fratres pientiſſimi, faciundum curarunt. Is ut foris invicti, ita domi ſententiis dicendis gravis & conſtantis animi eſt habitus. Vixit annos LIV. menſ. II. dies XIV. MCDLXXIII. D.

Piſtorii Piam domum, Sapientiam Fortiguerrarum appellatam inſtituit, ubi Piſtorienſes juvenes ad omnem ſcientiam adipiſcendam alerentur In ea ejuſdem Card. marmorea ſtatua conſpicitur, ad cujus pedes Piſtorienſes hæc poſuere carmina.

Ille ego ſum Patriæ verus Pater, inclyta virtus
Tyrrhenæ gentis, gloria & Italiæ.
Surgit in immenſum totum mea fama per Orbem,
Qua viget, & notum eſt nobile Piſtorium.
Quæque hæc æternam pateant Gymnaſia Muſis
Sunt quoque dotata, & munere ſtructa meo,
Denique Nicoleos ſum, Fortiguerra, galero
Qui ſacro irradians progeniem decoro.



XX XVII. 37. VRSUS de Vrſinis de Monte Rotundo, Laurentii filius, Baptiſtæ Cardinalis Sixti IV. germanus frater, Fulvii Card. patruus, Raynaldi Archiepiſcopi Florentini & Claricis Leonis X. Pontificis matris patruelis, Romanæ nobilitatis vir primarius, Abbas Commendatarius S. Vincentii de Vulturno, Theanenſem aſcendit ad Sedem an. 1474. 14. Kal. Aprilis. Fato functus eſt in Pannonnia Apoſtolicę Sedis ad Regem legatus an. 1495.

B

XX XVIII. 38. FRANCISCUS Borgia *a*, Hiſpanus, Caliſti III. Papæ filius, Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius, evaſit Theanenſis Epiſcopus ann. 1495. die 19. Auguſti, translatus ad Cuſentinam Eccleſiam die 6. Novemb. 1499. ſequenti anno purpura decoratus Presb. Card tit. S. Cæciliæ creatus eſt ab Alexandro VI. in commendam habuit deinde Theanenſem Eccleſiam, quam ad favorem alterius Franciſci Borgia dimiſit ann. 1508. Is eſt ille Cardinalis Borgia, qui cum tribus Cardinalibus Florentiæ ſubſtitit, Mediolanumque conceſſit, unde Julium II. Pontificem ad Piſanum Conciliabulum vocarunt: Septuagenarius Regio Lepidi Piſas iturus è vivis abiit anno 1511. prid Non. Novemb. ibidem ſepultus antequam ſe purpura Julii decreto ſpoliatum agnoſceret, ut Garimbertus narrat lib. 4. cap. ult.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 2[illegible].

C

XX XIX. 39. FRANCISCUS Borgia, Hiſpanus, Cardinalis Superioris propriè affinis, eo cedente factus eſt Epiſcopus Theanenſis die 5. Junii 1508. Sedit ann. 13. ceſſitq; ad favorem Jo. Cardinalis Salviati ann. 1531.

XL. 40. JOANNES Cardinalis Salviatus *b*, Florentinus, factus eſt hujus Eccleſiæ Commendatarius die 3. Julii 1531. quam dimiſit an. 1535.

b De eo citatus Ciaconius t. 3. co. 4[illegible].

XLI 41. ANTONIUS MARIA Sertorius, Mutinenſis, Comitis Jacobi Philippi, & Antoniæ Pallavicinæ ex Marchionibus Buſſeti filius, frater Julii Archiepiſcopi S. Severinæ, nepos Joannis Matthæi Epiſcopi Vulaterrani, delectus eſt Epiſcopus Theanenſis, die 30. Aprilis 1535. fuit Abbas Nonantulanus, & S. Vincentii de Vulturno, Piſtoriensiſque Præpoſitus, extinctus eſt an. ætatis ſuæ 38. ſalutis noſtræ 1556. Jacet in Eccleſia S. Silveſtri de Nonantula, quam Abbatiam anno ſuperiori ceſſerat ad favorem Julii Archiepiſcopi fratris germani: ille verò eam acceperat à Clemente VII. per dimiſſionem Joannis Mariæ patrui S. Severinæ Archiepiſcopi Nonantulanorum ſeriem Abbatum dedimus tom. 4. in Epiſcopis Tarviſinis.

D

XLII 42. Fr. HIERONYMUS Michael Nicheſolus, Veronenſis, vetuſta, ac nobili familia natus Ord. Præd. alumnus, in Theologica facultate vir egregius, demortuo Sertorio ſucceſſit die 11. Januarii 1557. Claruit in Concil. Trident. Theani obiit an. 1566. ubi jacet in Cathedrali cum epitaphio ejus laudes referente.

Hic jacet R. P. D. Hieronymus Nicheſolo Veronenſis, Ord. Præd. Epiſcopus Eccleſię Theanen. vir & generis nobilitate, & doctrina clarus. Obiit anno MDLXVI. currente Auguſto ætatis ſuæ IL.

A

Ex hac gente Gibertus Epiſcopus S. Leonis in Calabria floruit, & Galeſius Bellunenſis fuit Epiſcopus; de qua legendus Julius à Puteo eruditiſſimus nobiliſq; Veronen. in elogiis Advocatorum patrię.

43. Fr. ARCHANGELUS Blanchus *c*, Vigiebanenſis, Ordinis Prædicatorum à Pio V. cujus erat à ſacris confeſſionibus Theanenſi Epiſcopatu exornatus die 13. Septemb. 1566. mox Cardinalis creatus Theanenſis dictus eſt. Novem omninò annos hanc rexit Eccleſiam, eamque dimiſit anno 1575. Cujus virtutes brevi elogio complexus eſt Ciaconius; mortuum Romæ die 15. Kal. Febr. 1580. ſepelierunt in Eccleſia S. Sabinæ in Aventino Monte, hoc epitaphio ad tumulum inſcripto. XLIII.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 3. c. 1048.

D. O. M.

Fr. Archangelus de Blanchis S.R.E. Card. pietate, vitæ innocentia, & doctrina ornatiſſimus, qui in diſciplina Dominicana, & in obeundo munere inquirendi in hæreticos Pii V. Pont. Max. Collega, ab eodem primum Epiſc. Theani creatus, mox in Sacrum Collegium Patrum Card. cooptatus, virtutis ſpecimen præbuit, ab ſumma ſpe rerum maximarum è medio curſu revocatus hic ſitus eſt. Vixit ann. LXIII. menſ. III. dies XV. Obiit MDLXXX. Cohæredes D. Franciſcus Blanchus & Defendens Frater PP.

B

44. JOANNES Paulus Marincola *d*, vir doctus, qui geſta Pauli IV. ſcripſit, ex ceſſione Card. Blanchi delectus eſt Epiſcopus Theanenſis die 16. Sept. 1575. Sedit ann. 13. ac liberè nuncium remiſit Sixto V. ſedente. XLIV

d De cujus operibus legenda vita Card. Bellarmini à Bartolo conſcripta l. 1. c. 17. in fine. *Mondaſ.*

C

(„ *Lælius Landus renunciatus fuit mox Epiſcopus, qui tamen oblatam ſibi dignitatem conſtantiſſimè reſpuit. Is Sueſſę in Campania priſco, & nobili genere natus, tanta eruditione, ac vitæ Sanctimonia præſtitit, ut Sanctiſſimis juxta doctiſſimiſque Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis ſit comparandus. Ab ineunte ætate optimis uſus litterarum magiſtris poſt ſtrenuè Philoſophiæ navatam operam ſe totum gravioribus addixit ſtudiis. Latinæ, Græcæ, Hebręæ, Aſſyriæ, atque Chaldęæ linguarum peritiſſimus extitit. Theologiæ vero ſcientia, & Sacrarum rerum adeò exacta notitia claruit, ut inter primos ſui temporis Theologos, nedum ab eruditiſſimis quibuſque viris, ſed ab ipſiſmet Summis Pontificibus haberetur. Familiarium Antonii Carrafæ S.R.E. Cardinalis longè doctiſſimi adſcriptus numero, Auditoriſque, & Theologi munere apud ipſum perfungens, veterum Conciliorum editioni, emendationi Sacrorum Bibliorum LXX. Interpretum, itemq; latinæ vulgatæ editionis una cum pluribus aliis doctiſſimis viris ex toto Catholico orbe delectis egregie inſudavit. Graviſſimo ſcripto ad Gregorium XIII. ſummum Pontificem miſſo Bajanorum operum venena detexit, explofitque. Pro Ruthenorum erroribus confutandis, ipſiſque*

D

ad catholicam communionem reducendis apud Clementem VIII. plurimum laboravit. Ab eodem ſanctæ obedientiæ præcepto Neritinum Epiſcopatum coactus accipere, Romæque conſiſtere juſſus celeberrimæ de Auxiliis Divinæ Gratiæ controverſiæ cenſor adſcitus eſt. Graviſſimo pariter Epiſcopalium examinatorum Cœtui adſcriptus 1599. menſe Martio una cum pluribus aliis ſelectiſſimis viris doctrinæ S. Franciſci Saleſii, qui Gebennenſis Epiſcopi Coadjutor erat renunciandus publicum coram ipſo Pontifice fecit experimentum. Ad Neritinam demum profectus Eccleſiam poſtquam illam ſanctiſſimis moribus erudiſſet, ipſiuſque bona, & jura adverſus potentiores Japygiæ Regulos infracta animi conſtantia deffendiſſet, tot inſignium laborum præmia recepturus in cœlo Cupertini in ſancta diœceſis viſitatione migravit ad Chriſtum VIII. Kal. Decembr. anno 1610. ætatis 80. Epiſcopatus verò 14. de quo ſuo loco jam diximus.)

45. VIN-

XLV. 45. VINCENTIUS Branchaleo electus eſt hujus Eccleſ. Epiſcopus à Sixto V. die 9. Martii 1588. brevis Pontifex fuit, cum vix ſeptimum menſem in ea dignitate vixerit.

XLVI 46. VINCENTIUS Seraphinus, Aſculanus, in demortui Branchaleonis locum ſuffrctus eſt ab eodem Sixto V. Pontifice die 3. Octob. 1588. Præfuit an. 27. Obiit 1615. Jaçet in Cathedrali cum hoç Epitaphio.

D. O. M.

Oſſibus, & memoriæ Reverendiſſ. Domini D. Vincentii Seraphini Aſculani V. I. D. Epiſcopi Thean. Obiit ann. MDCXV. menſe vero Decemb.

XLVII. 47. ANGELUS de Ciaja, nobilis Senenſis, Cardinalis Bellarmini ex ſorore nepos, à Paulo V, Theanenſi Sacerdotio donatus eſt an. 1615. *a* die 24. Februarii. Mortem oppetiit anno ſui Præſulatus ſecundo, ſalutis verò 1617. ſepultus jacet in Cathedrali. (,, *Laudatur à Jano Nicio Erithræo in Pi-* ,, *nacotheca 3. imag. 44. De Angeli obitu conſulenda* ,, *vita Card. Bellarmini à Bartolo edita l. 3. c. 6. No-* ,, *viſſime de eo Cotta in Muſæo Novarienſi p. 71.* ,, Mandoſius.)

a An. 1616

XLVIII. 48. MICHAEL ANGELUS Sergoſa de Hedia, Hiſpanus, præficitur in Epiſcopum die 27. Febr. 1617. exceſſit anno 1623. & prope prædeceſſorem ſepulchrum accepit.

XLIX 49. OVIDIUS Lupari, Bononienſis, Theani creatus eſt Epiſcopus 9. Junii 1623. obiit 1626. ſepultus in tumulo quod ſibi vivens in Cathedrali paraverat.

D. Ovidius Lupari Bononien. Eccleſiæ Thean. Epiſcopus, nobilitate clarus, pietate clarior, & integritate clariſſimus, Hic quietis locum ejus cineribus deſtinavit An. Domini MDCXXVI Maii die XXVIII.

L. 50. JOANNES de Guevara, Neapolitanus *b*, genere Hiſpanus Clericorum Regularium Minorum Generalis, ab Vrbano VIII. ad Theanenſem Epiſcopatum vocatus die 23. Maii 1627. primus fuit, qui in ea Congregatione infulam intulit. Scripſit librum, quem atticulavit, *Orologio Spirituale de Principi*, ad Ferdinandum II. Hetturiæ Magnum Ducem, Romæ typis excuſum apud Maſcardum. In Ariſtotelis Mathemarica Commentatios una cum additionibus quibuſdam ad eandem mareriam pertinentibus, Romæ apud eundem Typis editos, aliaque ſui ingenii præclariſſima monumenta poſteris reliquit. Vale dixit huic mortali ſæculo ann. 1641. jacet in Cathedrali ubi hoc Epitaphium proſtat legentibus.

b De eo Toppius in Bibl. Neapol p. 129. & Nicolaus Antonius in appendice ad Bibl. ſcript Hiſpan. p. 156. Mandoſ.

Jo. de Guevara in quo pugnavit nobilitas cum ſapientia, hæc cum prudentia decertavit, quo extincto familiæ ſpendor, Theologiæ, ac Matheſis lux, Vrbano Pontifici Max. Hercules non parvulus deeſt. Theanenſe Capitulum Patri ac Præſuli poſuit. Obiit die XXIII. Aug. MDCXXXXI. Ann. LX.

LI. 51. MUTIUS de Roſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, electus die 14. Julii 1642. Romæ obiit ſub Innocentio X. anno 1653. (,, *De quo Ciampinus in enarratione ſynoptica Abbreviatorum* ,, *Parci Majoris p. 79.* Mandoſius.)

LII 52. PAULUS Squillantus, Canonicus Neapolitanus, ſucceſſit Mutio die 7. Decembris 1654. *Obiit Squillantus repentina morte die 2. Junii 1660. ſepultuſque eſt in Cathedrali. (,, *Congregationem* ,, *Sacerdotum inſtituit, quæ uſque adhuc perſeve-* ,, *rat maximo Diœceſis ſpirituali profectu. Obiit* ,, *Apoplexia correptus, & ejus ſepulchro addita fuit* ,, *hæc Epigraphe.*

* Ex Append. t. 9.

,, Paulus Squillantius Juriſconſultus,
,, Theanenſis Antiſtes, Scientia, Comi-
,, tate, Pietateque inſignis, verè Pater
,, Pauperum, & qui poſt aurum non abiit,
,, Egenorumque, & Aegrotantium munitis erector, expleto luſtro ſui Pontifi-
,, catus obiit 4. Non. Junii Anno ſalutis
,, humanæ MDCLX.
,, D. Joannes Berardinus de Angelis
,, grati animi poſuit.)

LIII. 53. OCTAVIUS Boldonius, ex familia nobili Mediolani Octavio Patre Eq. & Com. Palatino, viro in paucis integro, eruditoque natus, ab anno ætatis quintodecimo ad ſexageſimum vixit Clericis Regularibus, quos Barnabitas vocant, addictus, geminam in ea nobili palæſtra conſecutus laudem, Regularis diſciplinæ, literaturæque omnis ſeveræ, amœnæ. Vtramque mox eſt profeſſus reluctante quavis valetudine, quæ primam juventam acerrimè divexavit; alteram, ſacro primum tyrocinio alumnorum Ordinis, poſt Collegiis totis præpoſitus per annos plures: alteram in publicis Academiis præſertim Mediolani ad S. Alexandrum, Alumnis egregiis ſacræ, ac profanæ Reipublicæ datis compluribus. Quo tempore libros nonnullos edendi occaſionem oblatam non reſpuit, inter quos extant hi, videlicet: *THEATRUM temporaneum æternitati Cæſaris Montii Card. ſacrum*, opus ingenio plenum, genus omne ſcribendi oſtentans, Hiſtoricum, Epiſtolare, Oratorium, elogiaſticum, Poeticum, Græcis nonnullis, Etruſciſque latino immixtis, non quaſi cinnus aliquis, aut moles tumultuaria; ſed uno filo deductum per omnes partes Encomium inſtar integri Panegyrici. Prodiit Mediolani ann. ſalut. 1636. Item liber, cui titulus ΚΟΣΜΟΠΟΗΑ, *ſeu Mundus è Gentilitiis Medicæorum globis, architecta ſapientia perfectus* Ad Sereniſſ. Conjuges Magnos Duces Etruriæ FERDINANDUM II. & VICTORIAM, & hoc pene extemporale opus, ſtylo uti ſuperius multiplici, aliquanto tamen limatius; editum Peruſiæ Auguſtæ an. 1641. Ad hæc DIES ATTICI. *Sive exercitationes Græcanicæ* nova methodo, & via longe planiſſima ad linguam perdiſcendam cum laboris compendio. Prodivit Mediolani ann. 1639. Præterea EXTEMPORALIUM *Rhetoricorum Primæ Partis Pars Prior. ORATORIA. Præfationum brevium formulas complectens ad diſputationem de quacunque ſcientia cum Gratiis poſt diſputationem.* Opus impreſſum Romæ ann. 1652. & raptim dictatum, pollicens reliquum corpus (quod ab Auctore ipſo accepimus) ideſt Partem alteram primæ partis. Orationes continentem ſecundam corporis partem Elogiaſticam, Tertiam Poeticam. Ac Elogiaſtica quidem prævertit Orationes, volumine prægrandi, eruditione immenſa, cui titulus inditus EPIGRAPHICA, *ſeu Elogia, Inſcriptioneſque quodvis genus pangendi ratio*. Edita eſt Auguſtæ Peruſiæ anno ſuperiore 1660. dicata Alumno ſuo inclyto, Sereniſſ. COSMO Etruriæ Principi, cujus jam emeriti precibus ab Sanctiſſ. ALEXANDRO VII. Pont. Max. aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Theanenſem, cum ea ſedes vacaret paucis ante menſibus ex deceſſu Pauli Squillantis. Ergo Octavius Boldonius non ſine maximo deſiderio univerſi Ordinis ſui initiatus ex Clerico Regulari epiſcopus inivit feliciter provinciam die 19. Februarii, ann. 1661. modeſtiæ ſingolaris præferens facem, pompæ ſolemnis in ingreſſu remiſſa Civitati im-

pen-

A penſa: quæ tamen Civitas ingeminatis lætitiæ ſignis ingredientem excepit. Adorſus eſt naviter epiſcopales labores, inter quos inſtituit frequentes ipſe per ſe habere ſacras Conciones, de ſuggeſtu quandoque in Pontificalibus, plerumque de ſede, reparans ſanctorum Patrum veterem uſum, & Apoſtolici ſucceſſoris Eloquentiam conſectans, magnam ex Populo ea re commoto ſpem colligens tollendi corruptelas morum, inferendi pietatem ac religionem. Annuat his cœptis felicibus Deus Opt. Max. id quod ejus regionis Populi univerſi comprecantur.

A D D I T I O.

(„ Præſul, ut amœnioribus litteris, ita omnibus ſcientiis ornatiſſimus hanc ſibi commiſſam Eccleſiam ſumma cum laude viginti annorum ſpatio rexit. Obiit anno ſalutis 1680. inſigni ſua Bibliotheca relicta R R. PP. Reformatis D. Franciſci in Conventu D. Antonii extrà mœnia Theani. B *Ejus ſepulchro hæc legitur inſcriptio ab ipſomet vivente concinnata.*

Jeſu Piiſſ.
Vivens Feci
Annis. fatigatus. & Curis.
En. dormio. Placidus.
Ad. pedes. dulciſſimi. Fratris
Joannis. Nicolai. Mei.
O. Si.
Archangelica. Tuba
expergefactus.
Ad. Eoſdem. in Cœlo. pedes
Prenſandos. admittar.
Octavius Boldonius
Epiſcopus. Theanenſis. &
SS. D. N. Papæ. Præſul. Adſiſtens
Anno MDCLXXX.
Orbis ſervati.
Ætatis Meæ 80.
Epiſcopatus Mei 20.
Favete Divi.
Favete Pii.

LIV. „ JOSEPH *Nicolaus Gibertus, nobili genere natus, ſed longè doctrina, ac pietate nobilior, cum multorum annorum ſpatio Spoletinæ Eccleſiæ Vicarius fuiſſet, hanc Theanenſem ab Innocentio XI regendam ſuſcepit, cujus poſſeſſionem iniit die 13. Junii 1681. Pravos mores evellere, abuſus tollere, Clerum reformare, Divinum Cultum augere, prima, vel ipſi unica fuit cura. Quamobrem Synodum habuit tanta doctrina, prudentia, ac zelo concinnatam, ut typis editam multi Præſules, plauſu, ac veneratione excipientes, ipſius adamuſſim obſervantiam in ſuis voluerint Eccleſiis. Vitæ fuit illibatæ, & irreprehenſibilis, liberaliſſimus erga pauperes, & egenos omnium factus exemplar Præſulum, & forma Paſtorum.* D *Sodalitio Sacerdotum ab Epiſcopo Squillantio inſtitutum aliud adjunxit pro Chriſtianæ doctrinæ explicatione, quod quidem ſummo diœceſis lucro ceſſit. Cathedralem ædem terræmotibus, ac fulminibus concuſſam, & deturpatam refecit, exornavit. Seminarii Epiſcopalis dilatatis ædibus, aſſignatiſque ex Apoſtolico indulto variis redditibus ad fabricam D. Petri de Urbe ſpectantibus, alumnorum numerum auxit. Innocentio XI. ob morum prorſus ſimilitudinem fuit charus in paucis, adeò ut ipſi difficillima addixerit munera fidei quæſitoris, & Commiſſarii Generalis Fabricæ D. Petri de Urbe in Regno Neapolitano, quæ tali æquè dexteritate exercuit, ac prudentia, ut ab omnibus & timeretur, & amaretur. Quo tempore ſe nobiliſſimæ Neapolitanæ Sodalitati SS. Trinitatis adſcripſit, ut peregrinis, & convaleſcentibus, aliiſque calamitoſis perſonis in ipſius hoſpitium convenientibus inſerviret, quod quidem Chriſtianæ Charitatis officium, Chriſtum ſemper in ſuis pauperibus recognoſcens, ſemper ac potuit, cum maxima animi ſui jucunditate præſtitit. Continuis laboribus, ac gravi negotiorum mole defatigatus oculorum lumen amiſit, quare ſe tunc Epiſcopali omninò imparem ratus oneri, in manus ſummi Pontificis Eccleſiam reſignavit. Minimè verò annuere voluit idem Innocentius XI. qui reſpondit, meliorem eſſe Præſulem Cæcum, & vigilantem, quàm cum oculari luce, & dormientem. Tandem poſt multas humillimas preces ei arriſit Innocentius XII. Quare in Neapolitana Urbe ſuum, uſque dum vixit, incolatum fecit, & Cæcus etiam functionibus omnibus ſui ſodalitii SS. Trinitatis interfuit, & per manum ductus Peregrinorum pedes lachrymis ſuorum potius oculorum, quam alia lavabat aqua. Eminentiſſimus Neapolitanus Archiepiſcopus Cantelmus,* B *qui Giberti integerrimam benè noverat vitam, & inter ſuas ſpirituales delicias recenſebat, eum ſæpe videre, cum eo colloqui, Vicarium ſui ſacerdotii D. Antonii Abbatis conſtituit, in quo munere cæcus multa etiam ſe geſſit vigilantia. Diem ſuum extremum obiit meritorum plenus cum adſiſtentia uſque ad ultimum vitæ anhelitum ejuſdem Eminentiſs. Cantelmi, qui ei juſta perſolvit, & pro quiete ejus felicis animæ rem ſacram fecit præſentibus, ac ſitientibus omnibus Ordinibus Neapolitanæ Civitatis, à quibus omnibus ſemper Sanctus habitus fuit. Tres mille aureos legavit Congregationi Sacerdotum* vulgo P. Pavoni *in Collegio Maximo Neapolitano ſocietatis Jeſu, & alteri, quæ audit* delli Sacerdoti citteati *ut quolibet invicem anno Apoſtolicas perpetuò miſſiones in ſua dilectiſſima Theani diœceſi peragerent: ita ſi cæcus vigilavit, mortuus adhuc vivit in cibo ſpirituali, qui ſuis olim ovibus ſua miniſtratur induſtria. In eadem Eccleſia D. Antonii ſepultus* C *fuit ſub hac inſcriptione.*

D. O. M.

Joſepho Nicolao Giberto Geneſino
Epiſcopo Theanenſi
De Sancta Sede, & Eccleſia
muniis plurimis
Summa Integritate, Juſtitia,
& Doctrina perfunctia
Optimè merito.
Divo Antonio Abbati, cujus flammas
in corde fovebat,
ſuos Cineres dicanti
Theophylus Gibertus Nepos
P.
Anno Domini MDCLXXXXIX.

Vixit annos natus ſexaginta ſex,
D obiit die VI. Octobris.

„ DOMINICUS *Pacificus, Patritius Averſanus,* LV. *V. I. D. poſtquam ferè triginta annorum ſpatio in ſua patria Vicarius generalis fuiſſet, per renunciationem Giberti ab Innocentio XII Epiſcopus hujus Eccleſiæ declaratus, cujus iniit poſſeſſionem die 15. Martii 1689 Ut verò in hac ſedit Cathedra, nil aliud ſtuduit, quàm ſe Giberti ſucceſſorem probare. Synodum ipſius confirmavit. Erga pauperes, cùm eſſet de ſuo ditiſſimus, palmas ſemper extenſas habuit. Infirmos continuò inviſebat, Euchariſticam ad eos dapem, aut ipſe deferebat, aut ſi ab aliis deferebatur, deferentem ipſe comitabatur. Morientibus Summi Pontificis nomine benedictionem indulgebat. Cùm ex Indulto Apoſtolico per ſex tantùm menſes in ſua Eccleſia quolibet anno reſideret, fructus ſex menſium abſentiæ in beneficium ejuſ-*

dem

„ *demſemper expendidit, quare eadem eeperitur*
„ *ingenioſe decorata opere tectorio, ac pictaris cele-*
„ *bris pennicilli, novo organo affabrè inciſo, & au-*
„ *ro incraſtato, laqueari perpolito, ara maxima*
„ *electis lapidibus ſtudioſè concinnata, ſacelloque*
„ *ſacru, & pretioſa ſupellectili ditato. Suo tempore*
„ *tres alii fundati fuere Canonicatus. Diem ſuum*
„ *obiit in patria in gentilitia domo repentino inſulta*
„ *correptus menſe Septembri 1717. Eamque zelan-*
„ *tiſſimus, ac ſanctiſſimus Cardinalis Epiſcopus In-*
„ *nicus Cardinalis Caracciolus ſummo honore proſe-*
„ *catus fuit, namque terræ amandatum voluit E-*
„ *piſcopalibus ornatum inſignits, ac ſi in propria*
„ *Eccleſia fato ceſſiſſet.*
LVI. „ *Dominicum Pacificum* JOSEPHUS *de Putto*
„ *Salernitanus, patriæ Cathedralis Canonicus,*
„ *V. J. D. die 13. Februarii 1718. excepit. Præ-*
„ *ſul moribus antiquis, cujus unicum ſtudium,*
„ *abuſus, qui per abſentiam Anteceſſoris irrepſe-*
„ *rant, ab electiſſima vinea eradicare, & illi, in*
„ *quo eam reliquis inculpatæ vitæ Gibertus Epiſco-*
„ *pus, nitori reſtituere. Magno ſumptu prænobile*
„ *ſacellum juxtà exemplar illius, quod piiſſima Nea-*
„ *politana civitas in æde principe pro Divo Janua-*
„ *rio, reliquiſque ſuis DD. Patronis excitarat, quod*
„ *vulgò* Il teſoro *jam condere incœpit, in eo repoſi-*
„ *turus corpus D. Paridis primi Epiſcopi, primique*
„ *Patroni, quod nunc in Eccleſia anguſta, & ſub-*
„ *terranea colitur, & ſtatuas omnes reliquorum In-*
„ *digetum Protectorum. Seminarium creſcente in*
„ *dies Alumnorum numero jam ampliavit, Magiſtris*
„ *tam morum, quàm omnium diſciplinarum ditavit.*
„ *Antiquam, & nobile ſodalitium ſub titulo Pieta-*
„ *tis, quod nullo ſtipendio defunctos ſociat uſque ad*
„ *ſepulturam, reſtauravit, & in ſui ratione inſtitu-*
„ *ti confirmavit, cui non ſolùm Patritii, & melio-*
„ *ris conditionis viri, ſed ipſemet Epiſcopus nomen*
„ *dedit, qui ſemper ac Epiſcopalibus non detinetur*
„ *functionibus, ſacco laudati ſodalitii indutus eam*
„ *miſericordiæ corporalis partem erga defunctos e-*
„ *xercet. Et hæc omnia periclitamenta ſunt veluti*
„ *animi ſui, nam majora ſiſus Dei omnipotentis præ-*
„ *ſidio pro grege ſuo meditatur.*]

VENAFRANI

EPISCOPI.



VENAFRUM antiqua civitas ad radices Apennini montis inter M. Caſinum, & Æſerniam haud longè à Vulturno flumine ſupra collem ſituata eſt M. P. à Capua Metropoli diſtans. Hanc Ptolomæus, Pliniuſque in Campaniam Felicem, primamque Italiæ regionem rejiciunt, alii in Samnio collocatam volunt. Hactenus nullus veterum ſcriptorum ejus primigeniam originem retexuit, ex recentiorum verò nonnullis fabellis additis, aliqui hujus civitatis auctorem faciunt Afrum ex poſteris Abrahæ, & ab ejus nomine, venaque olei appellatam volunt. Non deſunt qui Venafrum ab Oſcorum Italiæ gente vetuſtiſſima conditum fuiſſe aſſerant, ex Latino, Græcove compoſitum, ex Venere, & Aphros, ideſt ſpuma Veneris dictum, eo

A quod locus ipſe aptiſſimus ſit generationi, ac felicitati, omnia enim uberrimè gignit, quæ hominibus, pecudibuſque pernecеſſaria ſunt, triticum, legumina, oleum optimum, omnium genera pomorum, paſcua, ſilvas, quibus omne humanum genus pecudumque nutrit. Cœlum habet ſaluberrimum, pulcherrimam planitiem, atque feracem, montes in gyrum poſitos, oliveta, vineta, venationes, aucupia, perennes fontes, & incolarum genia acutiſsima. In regione igitur Campaniæ feliciſſimæ cenſetur Venafrum, cujus origo ob vetuſtatem omninò latet. In eo Coloniam Romanorum fuiſſe deductam Plinius affirmat lib. 3. de locis mediterraneis. Frontinus de Coloniis: *Venafrum oppidum Triumviri deduxerunt ſine colonis, iter populo debitur, pedes 20. ager ejus limitibus intercifivis eſt aſſignatus, ſed ſumma montium jure templi Deæ ab Auguſto ſunt conceſſa*. Merula 117. locum ex deductis Coloniis Venafro attribuit. Auguſti temporibus, antea præfectura fuit. Illud pene cum aliquibus Samnii civita-
B tibus P. Syllam deleviſſe innuere videtur Strabo, Pompejanæ deindè factionis ex quadam Ciceronis epiſtola ad Atticum fuiſſe tradunt. Ejus præter relatos auctores honorificè meminere Varro, Catoque de re Ruſtica, Vitruvius, Appianus, Silius, Ammianus, Frontinus, Oroſius, Eutropius, Juvenalis, Martialis, Venuſinuſque Horatius; ii præcipuè oleum Venafranum collaudant. Antiquitatem, magnitudinem Venafri, ſoliique ubertatem ſatis deſcribit Joannes de Amicis Venafranus in ſuo Conſiliorum libro num. 105. Antonius Sanfelicius in deſcriptione Campaniæ ſitum luculenter conſcripſit. Vincentius Ciarlanti eruditus amicus noſter Venafri laudes non tacuit in ſua Samnii hiſtoria; & non ſemel, ſed parcè laudatus Camillus Pellegrinus in Apparatu ad Capuæ antiquitates. Chriſtiani Evangelii fidem jam inde ab Apoſtolorum temporibus Venafrum hauſiſſe conſtans traditio eſt, cum illa feliciſsima ſalutis exordia Nican-
C dri & Marciani Martyrum invictiſsimorum ſanguine madniſſent, Domitiano perſequente Imperatore ſub Maximo Præſide die 23. Martii. Nicandri civitatis Patroni oſſa in Eccleſia ejus nomini dicata conquieſcunt. Venafranus Epiſcopatus antiquus eſt, non conſtat tamen quis illum conſtituerit, vel qui primus hac dignitate condecoratus fuerit. Conſtantinus primus occurrit hujus Eccleſiæ Epiſcopus, qui ſub Symmacho Papa anno ſalut. 499. Lateranenſi Concilio interſuit, poſt hunc per multa ſæcula deſiderantur Epiſcopi; etenim non ſemel hæc civitas cum cæteris vicinis urbibus bellorum injuria, barbarorumque incurſionibus penè deſolata eſt. Unus idemque Præſul Venafranam, Bovianam, Æſerninamque Eccleſias aliquandiù rexit, quouſque unicuique attributus eſt proprius Paſtor Eccleſiæ Capuanæ ſuffraganeus. Ingentibus Epiſcopatus hic beneficiis à Regibus, Ducibus, Principibuſque decoratus eſt, quamvis eadem bellorum, ac Barbarorum injuria vetera monumenta extincta, conſumptaque fuerint. Taxatur in lib Ca-
D meræ Apoſtolicæ ad florenos 75. fructus verò ad 1600. ſcutata illarum partium aſcendunt. Amplam habet Epiſcopus Cathedralem Deiparæ Annunciatæ ſacratam extra urbis mœnia, quo in loco volunt veterem fuiſſe civitatem. Divina in ea Canonici 23. celebrant, quorum, quinque dignitatibus ſunt inſigniti: in ſex Parochias civitas diſtincta eſt. Tria virorum Monaſteria, quatuor Xenodochia, ſex laicorum Confraternitates; animæ fidelium in ea recenſentur 3500. Diœceſis in ſatis amplam latitudinem ſe extendit, oppidaque novem, & pagos duos continet. Eccleſiis, & Oratoriis ornata eſt. Præſulum hujus Eccleſiæ ſeriem, quam modò damus, ex diverſis ſcripturis, monumentiſque eruimus.

A D D I T I O.

(„ Falluntur qui aſſerunt Venafri nomen compoſitum ex Latina, Græcaque dictione, Venere ſcilicet, & Aphros. Si enim perpendatur vox Aphros, nuſquam Venafrum ei reſpondit per ſimplicem literam F. non per compoſitam Ph. tum in antiquis, tum in modernis inſcriptionibus delineatum. De ejus nomine ſi conjectari licet, veriſimile videtur ex aliquo hujuſmodi nominis viro non denominationem, ſed ipſum nomen traxiſſe. Lapis ex parte corroſus, & antiquiſſimus viſitur in angulo parochialis Eccleſiæ ſancti Simeonis hujus Civitatis hanc præferens mortualem inſcriptionem.

HIC SITA
SUNT OSSA
Q. VENAFRI
HERMISCI
VEVEJA ϽL
DANAIS
DE SUO FECIT.

Alter lapis extra civitatem via, quæ Neapolim ducit, Venafranum nomen perſonæ accomodatum prodit his litteris.

D. M. S.
CALLIOPE,
VIXIT ANNIS XXI.
VENAFRANIA FESTA
SOROR.

Liquet autem ile, qui in Romanorum antiquis nominibus verſantur, Venafrania proprium, & primarium nomen eſſe, Feſta verò fœminæ agnomen eſſe. Sed de his Plutarchus in vita C. Marii in principio ad Poſſidonii mentem. Romana colonia ex Plinio, aliiſque ſcriptoribus Venafrum fuit, & ea manſit etiam poſt Trajani tempora, ut ſequens inſcriptio docet.

Sex. Pulfennio C. F.
Ter Salutari M. L.
V. S.
Præf. cohort. IIII. Gall. Equit.
Trib. Milo Cohort. I. Mil. Vindelic.
Præf. Alæ I. Pannon.
Curat. Kal. Coloniæ Sueſſanæ
Curat. Templi, & Arcæ
Vitraſianæ Calen.
Flamini D. Trajani
IIVIR. Q. III.
Patro Coloniæ.

Amplum habuit amphiteatrum ad gladiatorum ludos, cujus veſtigia adhuc ſuperſunt: plurimæque proſtant marmoreæ inſcriptiones, quæ indicunt quanta fuerit hæc civitas Romanorum florente fortuna. Inde tamen error eſt, quod ſcribatur excidium Venafri à Sylla illatum ex Strabonis auctoritate incuria tum Petri Gravinæ, quam Joannis de Amicis, quibus noſter Ughellus fidem præſtitit. Non enim Venafrum, ſed Teleſia Venafro proxima una cum plurimis aliis civitatibus Samnii, ut Strabo indicat, à Sylla deſtructa fuit. Neque antea pro Samnitibus Venafrum contra Romanos ſtetit, ſed à Samnitibus una cum Romano præſidio manumiſſa Duce Mario Egnatio, ut refert Appianus Alex. l. 1. de bello civili. Teleſiam verò Venafro conjunctam ponit Blondus eo loco, ubi flumen, quod hodie Vandra dicitur, Vulturno conjungitur: altera enim Teleſia eſt longe diſtans, à qua intitulationem accipit Epiſcopus Teleſinus. Antiquitus ex ipſo Vulturni amne maximo ſumptu aquæ Venafrum adducebantur; & viſuntur adhuc ingentis aquæductus veſtigia; Meminit de eo Cicero ad Q. Fratrem lib. 3. Epiſt. 1. & ſingulis milliaribus, ut conjicitur, Auguſti edicto ejus cuſtodia indicebatur. Extat uſque nunc marmorea inſcriptio ante portam oppidi Collium Abbatiæ S. Vincentii in Vulturno una, altera in pago Pazzillorum hujuſmodi.

JUSSU IMP.
CÆSARIS
AUGUSTI CIRCA EUM
RIVOM, QUI AQUÆ
DUCENDÆ CAUSA
FACTUS EST OCTONOS
FED. AGER
DEXTRA
SINISTRAQ. VACUUS
RELICTUS EST.

De Nicandri, & Marciani martyrio agit Martyrologium Romanum, & Baronius in notis ad diem 17. Junii: poſt triduum Daria Nicandri uxor, quæ conjugem ſuum immani pro Chriſto ad ſuſtinenda tormenta hortata fuerat, & ipſa capitalem ſententiam ſubiit. Horum corpora, ut antiqua fert traditio, quieſcunt in Venafrana Capuccinorum Eccleſia ipſis dicata: illud tamen S. Marciani Atinum ſe poſſidere gloriatur, ut Baronius ſcribit in allegatis notis. Eoſdem ſanctos Patronos habet hæc civitas, & tutelares. De ipſorum ſacris lipſanis apud Venafranos extantibus liquet ex monumentis Mſſ. tum Græcis, tum Latinis repertis in Bibliothecis Romanis Vaticana, & Vallicellana, ac noviſſime recognitis, ad quorum exemplar tranſcriptæ fuerunt lectiones in eorum anniverſaria celebritate recitandæ, nuper à ſacra rituum congregatione approbatæ inſtante Ludovico Ciogni Venafrano Præſule, ex quibus etiam habetur eos ſubiiſſe martyrium non Domitiani, ſed Diocletiani perſecutione exæſtuante. Mira quippe eſt diverſitas Auctorum, qui acta horum martyrum ſcripſerunt, & præcipue de loco, & tempore. Hiſtoria Atinenſis Eccleſiæ, quæ tranſcribitur ab Ughello in Atinenſibus, haud ſinceræ fidei habetur. Illud autem conſtat ſub ara majori Eccleſiæ, ubi ſacra pignora aſſervari opinio eſt, aquæ fontem conſpici, quæ manna dicitur, & in magna veneratione habetur, quod ex ſacris oſſibus guttatim manare credatur. Obſervatione dignum contigit an. 1683. quo areſcente aere, ſiccoque ſolo, cum reliqui urbis putei, & fontes ne guttam aquæ manarent, ſolus hic fonticulus occulto rore perfuſus ſcatebat, cujus profundum quatuor vix eſt palmorum, cæteri vero ejuſdem cœnobii putei deſſicati omnino 25. palmorum, & ultra deſcenſu ad penetralia terræ perveniunt.

Cathedrale templum amplum eſt, & antiquæ ſtructuræ extra mœnia civitatis exurgens, quo in loco fuiſſe volunt veterem civitatem, & Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ ſacrum eſt. Divina ibi perſolvunt Canonici duodeviginti, quorum tres tantum dignitate eminent, videl. Archidiaconus, Primicerius primus, & Primicerius ſecundus, qui etiam dicitur Cantor, & chorali præeſt libro, & cantoribus: adeſt etiam hos inter utraque præbenda. Sunt etiam alii Canonici, qui Hebdomadarii dicuntur numero novem violaceas deferentes almutias, nam primi rubeas habent. Horum munus eſt hebdomadarii vicem in recitando officio explere, & miſſam Conventualem celebrare. Sunt inſuper alii Canonici ſupranumerarii, qui expectantes dicuntur, & his prima præbenda vacatura contingit ex indulto Clementis VII. quam expectativam non eſſe ſublatam Apoſtolico decreto declaratum fuit inſtante Ladislao de Aquino Ve-

„ nafrano Epiſcopo ſub die 7. Maii 1595. Hi ſupra
„ numerarii nec inſignia deferunt, nec vocem in ca-
„ pitulo habent, & participant tantùm de quotidia-
„ nis diſtributionibus. Laicorum confraternitates
„ ſeptem in urbe, quarum præcipua ea eſt S. Anto-
„ nii de Padua in Eccleſia B. Virginis M. ab Angelo
„ Annunciatæ extans. Hæc Eccleſia nobilis, &
„ ampla eſt, & Eccleſiaſticis functionibus apta;
„ ideoque ea plurimum utitur Epiſcopus ad populi
„ commoditatem propter Cathedralis diſtantiam.
„ Sex parochiis civitas diſtincta eſt, & his animæ
„ bis mille ſubjacent. Quatuor inſignitur Regula-
„ rium virorum cœnobiis, Conventualium ab ipſo S.
„ Franciſco fundatum, Eremitarum ſancti Augu-
„ ſtini, Carmelitarum, & Capuccinorum; & en-
„ tra civitatem adeſt Eccleſia S. Petri Cœleſtini cum
„ ſatis commodo diverſorio pro monachis ejus ordi-
„ nis, & eſt juris Abbatiæ Æſernienſis. Sanctimo-
„ nialium monaſterio ſplendet, quod ædificari cœ-
„ ptum an 1627. Clauſura datam fuit an. 1657. &
„ ex inſtitutione Hippolytæ Vallettæ fundatricis te-
„ netur erudiendis pueris magiſtrum providere.
„ Xenodochia, quę olim quatuor erant, ob eorum
„ tenuitatem in unum coiverunt ſub intitulatione
„ SS. Roſarii. Mons Pietatis, & Seminarium hu-
„ ctenus deſiderantur. Nuper congregatio excitata
„ fuit ſub invocatione S. Angeli Cuſtodis, quę per
„ Præfectum, & Confratres dirigitur, in qua ha-
„ beri ſoleat conferentię Moralis Theologiæ, & plu-
„ ra expleri ad animarum ſalutem exercitia. Pa-
„ latium pro Epiſcopi habitatione intra civitatem
„ commodo in loco exſurgit. Epiſcopalis menſæ an-
„ nui redditus valde diminuti mille ſcutata ejus
„ monetæ de præſenti non attingunt; tanti Romana
„ eſt flor. 70. Epiſcopus nullam habet Baronalem,
„ ſeu laicalem juriſdictionem, nec bona feudalia
„ poſſidet; pendet tamen lis de quodam jure paſcen-
„ di cum regio fiſco in Camera regia. Lucen-
„ tius.]

I. 1. CONSTANTINUS Venafranus Epiſcopus anno 499. in Romano Concilio ſub Symmacho Papa ſedit, cujus ſucceſſores per ſex integra ſæcula ignorantur.

(„ Idem Conſtantinus ſedebat etiam ante Symma-
„ chum temporibus Gelaſii primi, cum hujus extent
„ ad ipſum litteræ, quæ recitantur in 2. par. decre-
„ ti cauſ. 17. q. 4 cap. 34. Habetur deinde tempore
„ Magni Gregorii Venafranam Eccleſiam Paſtore
„ caruiſſe ob hoſtium incurſiones, & ſævitiem pro-
„ hibentium exercitationem Apoſtolici miniſterii, ut ex
„ Grat. diſt. 71. c. 5. & Epiſtola habetur M. Gregorii
„ ſcripta Anthemio Subdiacono, qua ei injungit ca-
„ ſtigationem Opilionis Subdiaconi, & Creſcentii
„ Clerici Venafranæ Eccleſiæ, quod vaſa ſacra, &
„ miniſteria Eccleſiaſtica Judęis vendiderint, ut ex
„ lib. 2. Epiſt. Ind. 10. Lucentius.]

II. 2. GERARDUS Venafri, Boviani, ac Æſerniæ Epiſcopos conſecratus eſt ab Atenulfo Capuano Epiſcopo an. 1032.

III. 3. PETRUS Ravennas Monachus montis Caſini à Nicolao II. apud Acerras conſecratus eſt Venafranæ, & Æſernienſis Eccleſiæ Epiſcopus, anno 1059 teſte Leone Oſtienſi in Chron. Caſin. lib. 3. cap. 15. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſin. ann. 1071.

IV. 4. LEO Epiſcopus Venafranus anno 1090. interfuit dedicationi Eccleſiæ S. Martini apud montem Caſinum, cujus meminit Pet. Diac. lib. 4. c. 8. Chronic. Caſinen.

V. 5. MAURUS Venafranus, & Æſernienſis Epiſcopus an. 1113. („ Sed & ante an. 1105. de quo
„ vide in Æſernienſibus.)

VI. 6. RAYNALDUS in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato an. 1179. ſubſcriptus reperitur Epiſcopus Venafranus: idem Venafranus, & Aeſernienſis Præſul denominatur in Bulla

Italia Sacra Tom. VI.

Lucii III. anno 1182. Dat. Velletri 13. Kal. April. ad favorem Aeſernienſis Eccleſiæ, quam in ejus Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie retulimus.

7. N. Venafranus Epiſcopus à Federico II. Imper. exilio mulctatus, indè carceri mancipatus, in ea necatus occubuit an. 1230. ut ſcribit Nicolaus Card. de Aragonia in m. s. Hiſt. VII.

8. R. Epiſcopus Venafranus, ab eodem Federico Imper. una cum Epiſcopis Theanen. Calinen. & Aquinen. exul factus Junio menſe 1239. Romam venit ad Pontificem Gregorium, & ſequenti menſe ejuſdem anni mortuus eſt apud S. Joannem in Laterano, ut ſcribit Richardus de S. Germano in Chronic. VIII.

9. M. RAYNALDUS ex Capellano Stephani tit. S. Mariæ in Transtyberim Presbyt. Card à Venafrano Capitulo ex mandato Papæ electus Venafranus Epiſcopus ab eodem Pontifice Innocentio IV. munus confirmationis accepit 15. Kal. Martii anno 1250. Id habetur in epiſt. 140. ſol. 132. ann. Pontificat. 9. in reg. Vatic. IX.

10. JOANNES hujus Eccleſiæ Præſul obiit anno 1294. X.

11. ANDREAS de Averſa Bonifacii VIII. familiaris & charus in demortui Joannis locum, qui ſub Cœleſtino V. diem ſuum clauſerat, electus eſt Venafranus Epiſcopus 3. Kal. Junii 1295. ex reg. Vatic. ep. 581. ſol. 132. ann. 1. Obiit ſub eodem Pontifice anno 1299. Memoratur in monumentis Fontis laureati anno 1298. XI.

12. JORDANUS ex Canonico S. Mariæ de Carmineta Terracinæ Diœceſis ſucceſſit Andreæ Kalend. Junii 1299. ad hanc dignitatem vocatus ab eodem Bonifacio VIII. ex eodem reg. Vatic. ep 29. ſol. 143. ann. 5. Obiit nondum exacto anno à ſua præfectura. XII.

13. (1) DOCIBILIS de Sermoneta ex Archipresbytero de Carmineto ſuffectus eſt per obitum Jordani 19. Kalend. April. 1300. ex eodem regeſt. ep. 86. ſol. 295. ann 8. Bonifacii. Diem ſuum obiit anno 1301. XIII.

14. PEREGRINUM Præpoſitum Eccleſiæ Venarum Ordinis S. Auguſtini Patavinæ Diœceſis Bonifacius ad Venafranam evexit Eccleſiam 9. Kal. Octob. 1301. ut in epiſt. 235. ſol. 63. an. 7. reg. Vat. Obiit hic ante annum 1306. XIV.

15. SPARANUS de Sancto Severo, regius Conſiliarius, ſucceſſor Peregrini à Carolo II. Rege an. 1306. benigne reſcriptum accepit contra Barones ſuæ Diœceſis illum perturbantes in collectione Decimarum ac beneficiorum Epiſcopatus ſui, quæ omnia confirmavit deinde Robertus Rex Caroli ſucceſſor. Hæc memorantur in reg. regio, de quo mentio anno 1324. XV.

16. PETRUS ſucceſſit Sparano, is qui anno 1326 *a.* translatus eſt ad Eccleſiam Nolanam ex reg. Vatic. XVI.

a An. 1328. 5. Id. Septemb.

17. JOANNES Goccus, antea Epiſcopus Amelrinus, huc translatus à Joanne XXII. an. 1328. Id. Septembris regeſt. Vatic. Caput S. Nicandri in theca argentea incluſit an. 1344. („ his litteris XVII.
„ circa collum inſculptis.

„ Dominus Johannes de Gocco Epiſcopus
„ Benefanus fecit fieri hoc opus per manus
„ magiſtri Barbati de Sulmona A. D. MC
„ CCXXXX. *Lucentius.*)

Mortalitatem explevit anno 1348.

18. Fr. PETRUS de Boſſiano, Ord. Prædicatorum electus à Clemente VI. per obitum Joannis 1348. 8. Kalend. Julii ex regeſt. Vatic. epiſt. 198. ſol. 91. Fato functus eſt ſub Urbano V. („ an- XVIII
„ no 1366.]

19. GUIDO, Epiſcopus Trojanus, ad hanc Sedem translatus 4. Id. Auguſt. anno 1366. ab Urbano V. XIX.

(1) ROMANUS, natione Veliternus, ex Monacho Vallumbroſano electus fuit Venafranus Epiſcopus an. 1300. ſi credendum Simio in Catalogo virorum illuſtrium Ord. Vallumbr. p. 264. Paulo poſt Romæ deceſſit nondum conſecratus. *Mandoſius.*

rantes religionem, & honeſtatem eorum, qui Deo & hominibus placere noſcuntur, jam dictum Monaſterium cum omnibus ſupradictis tenimentis, & poſſeſſionibus ſuis, & omnium Eccleſiarum, vel Grangiarum ſuarum ſub noſtra ſpeciali protectione & defenſione in jus regium recipientes præſenti divali pagina ipſo Monaſterio præfato Abbati, ſucceſſoribus, ac fratribus ejus donamus, concedimus, & in perpetuum confirmamus præſcripta omnia libera & exempta ab omni ſervitio, vel qualibet exactione, & de abundantiori quoque gratia noſtræ ſublimitatis, eidem Monaſterio donamus, concedimus, & in perpetuum confirmamus quicquid de feudis ſuis. Niel civis Beneventanus, Bartholomæus de Petra pulcina, Nazarius gener ejus, Severinus Dominus Terræ rubeæ, & Tammatii. Michel filius ejus, & Girardus de Monteleone ipſi Monaſterio contulerunt ſecundum quod continetur in Inſtrumentis, quæ ſunt indè confecta; videlicet palatam totam, & omnes pertinentias ejus cum terris omnibus, quas idem Monaſterium habet in Petra pulcina, terra rubea, Tammaro, Monte leone cum medietate cujuſdam Molendini, quod ibidem. Concedimus etiam & perpetuo robore confirmamus dicto Abbati, ſucceſſoribus, ac fratribus ejus omnes donationes, ſeu oblationes, quas fecit dicto Monaſterio Frater Machabæus cum fratribus ſuis, de omnibus Eccleſiis & locis, quos ipſi acquiſiverunt cum omnibus tenimentis, & rationibus ſuis, & quicquid aliud ubicunque idem Monaſterium poſſedit, vel poſſidet per privilegia, vel publica Inſtrumenta, donatione, oblatione, conceſſione, & confirmatione præſcriptorum Regis Vvillelmi Secundi Conſubrini noſtri, & Felicium Auguſtorum Parentum noſtrorum, vel aliarum perſonarum. Hæc autem prædicta omnia, & ſingula, terris cultis & incultis, ſilvis & nemoribus, pratis, & paludibus, & libero uſu Aquæ ductus faciendæ, ac quæcunque alia idem Monaſterium in præſenti poſſidet, vel in antea oblatione, donatione, conceſſione, & venditione, dante Domino poterit adipiſci, tam de demanio, quàm de feudis, & tenimentis eorum omni jure noſtræ majeſtatis, ſeu quibuslibet benefactorum noſtrorum quod indè pertineat, non obſtantibus privilegiis, ſeu litteris à noſtra Majeſtate hactenus impetratis, vel amodò impetrandis eidem concedimus, & in perpetuum confirmamus, de affluenti quoque gratia noſtræ liberalitatis eximimus Monaſterium ipſum, grangias, & homines ipſi, ab omnibus datiis, collectis, adjutoriis, bannis, publicis, vel privatis; & defenſionibus, Comitum, Baronum, & aliorum fidelium, & officialium noſtrorum. Confirmantes eidem omnes libertates, & immunitates, quæ à Romanis Pontificibus, ſeu ab aliis noſtris fidelibus hactenus indultæ ſunt dicto Monaſterio aliquas in poſterum indulgendas. Volumus inſuper & mandamus ut nullus infra ſepta Monaſterii ſupradicti, vel Grangiarum ſuarum hominem capiat, vel interficiat, vel in aliquo lædere, ſeu moleſtare præſumat. Et quicunque criminoſus ad prædicta loca confugerit, ſecurus ſit, donec ibi permanſerit. Injuriarum, & contumeliarum quoque tumultus, rapinas, rupturas, & violentias in prædictis locis fieri prohibemus. Fugientes, & deſerentes ſæculum, eique perpetuò renunciantes cum omnibus rebus ſuis, licitè fratribus prædicti Monaſterii ad . . . . . tempore & abſque alicujus contradictione retinere. Concedimus etiam & dictæ Majeſtatis gratia perpetuò confirmamus libera paſcua pro animalibus ſuis abſq; herbatico & glandatico, & abſque exactione qualibet univerſas demanii noſtri terras, necnon & liberum uſum incidendi viridia, ſiccaque ligna, ubiq; mutandi vias, & aliunde reddendi, & ducendi aquas per terras ſuas, faciendi molendina, fulloria, & quælibet alia eorum ordini congruentia in locis ſuis. Ea . . . . præterea fratres, & homines dicti Monaſterii cum rebus ſuis, terra, marique & fluminibus, ab omnibus plateaticis, paſſagiis, pedagiis, doanaticis, falangaticis, herbaticis, ſeu quibuslibet generibus exactionum, vel angariarum. Concedentes eidem liberam facultatem vendendi res ſuas, & alienas emendi ad menſuram propriam ſine datione, ſeu qualibet exactione, & habendi Judices & Notarios, quos voluerint in agendis ſuis; ac faciendi litticarias in aquis juxta terras ſuas, & ut ſæcularium judicia de rebus & perſonis ſuis minimè ſubjaceatur. Nec teneatur alicui contra ſtatuta ordinis eorum jurare. Præterea irritamus penitus & annihilamus omnes ſtipulationes, alienationes factas, vel promiſſiones, ſeu pacta, quæ aliquando Abbas, ſeu fratres, vel Rectores cum Conventu dicti Monaſterii fecerunt, aut fecerint in præjudicium ipſius, diſtrictius inhibentes, ne aliquis id, quod dicto Monaſterio ſemel dedit, aut dederit, auferre audeat ab eodem, nullis hujuſmodi paginæ litteris obviantibus à noſtra majeſtate hactenus impetratis, vel amodò impetrandis. Et ſi apparuerint aliquæ litteræ contrariæ hujuſmodi noſtræ donationis, conceſſionis, & confirmationis, careat effectu. Et licet in omnibus privilegiis clauſula illa de ſalvo mandato, & ordinatione noſtra conſueverit annotari, in iſta tamen privilegio, de ſpeciali gratia juſſimus non apponi. Ad hujus autem noſtræ protectionis, & confirmationis memoriam, & robur perpetuò valiturum, præſens privilegium per manus Johannis de Lauro Notarii & fidelis noſtri ſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Anno, menſe, & Indict. ſubſcriptis.

Data Meſſanæ Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo duceteſimo vigeſimo ſecundo, menſe Octobris, decimæ Indictionis. Imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia Excellentiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ. Anno Romani Imperii ejus ſecundo, & Regni Siciliæ vigeſimo quarto feliciter. Amen.

Forte etiam Theodino Epiſcopo Gregorius IX. ſuo diplomate idem Fererrienſe Cœnobium decoravit in hunc modum.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis filiis Thadæo Abbati S. Mariæ de Ferraria Ciſtercienſis Ordinis, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Mariæ de Ferraria, in quo divino eſtis obſequio mancipati, & Eccleſiæ S. Mariæ de Intus ad exemplar fel. record. Lucii, & Honorii prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum in jus & proprietatem B. Petri, & Eccleſiæ Romanæ ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In præſens ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam, atque Inſtitutum Ciſtercienſium Fratrum in eodem Monaſterio, & vita Eremitica, quæ in prædicta Eccleſia de Intus inſtituta eſſe noſcuntur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſerventur, & uterque locus Abbatis proviſione regatur, & ſub diſpoſitione, & providentia Abbatis & Fratrum Foſſæ novæ conſiſtat, nec alicubi, niſi Monaſterio Foſſæ teneatur ex debito reſpondere. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, & præfatam Eccleſiam S. Mariæ de Intus cum omnibus pertinentiis ſuis, poſſeſſiones, & terras cultas & incultas de Toris & Torellis, cum Vallibus, & limatis poſitas juxta fluvium Vulturni, & juxta terras S. Mariæ Pedis montis & juxta montes majores S. Petri, & S. Eleutherii. Terras, quas habetis in Trimontibus, & in Vallanis juxta viam, & Thorum Sinduni, & juxta rivũ Vallinorũ, terras quas habetis ultra rivum

Ja-

A *Janult, & juxta foſſatum palmæ. Terras, quas habetis in Curta Tobia juxta rivum Innuli, & Avellaneta, ac flumen Vulturni. Geangias quæ dicitur S. Angeli de Rave Canina, S. Mariæ de Mateſo, S. Greg. montis pedaculi, S. Spiritus de ponte. Vulturni, de Paſinaria, de Nucéria, de Titerno, de Farrali, de Rubente, de Orculis, de Tuſaria, de Turri palatii, & de Cannnbiſito, cum omnibus pertinentiis, & acceſſionibus ſuis. Terras quoque cultas, & incultas, quos habetis propè Angleriam, Capua juxta viam carraram, & ſtratam cum Palude. Terras, quas habetis in Bellonn, & aliis Capuæ pertinentiis cum molendino Triſixi, Poſſeſſiones & terras quas habetis in tenimento Averſa ad Pettoritam, & Felicem cum molendino Clanci. Terras, quas habetis in tenimento Caruzzi ad S. Maximum. Poſſeſſiones, & terras, quas habetis ad petram Pallictaom, & in Pexto propè eandem petram pollicinam, Pratam pelatam, & Caſale S. Angeli de terra rubea cum omnibus poſſeſſionibus & terris ſuis. Poſſeſſiones etiam, domos, terras, & molendina, quæ habetis in tenimento Altſia ad Cervanum,* B *ad Vineas donatas ad Millem & Corvariam. Poſſeſſiones, quas habetis in tenimento S. Angeli de Rave canina ad Fontanas, ad S. Mourum, ad S. Coſmam, & ad Poſtam. Poſſeſſiones, & terras, quas habetis in Sueſſa, in banialibus, in ſceleratn, in delfina, in Pratorotundo, in Valrnno, in Præſentiano, in Pentumis, in Sexto, in Mignano, in Venafro, in monte rodone, in Iſernia, in Campo ſiaro, in Bojano, in Vinclaterio, & in Teleria, Poſſeſſiones inſuper, domos, olivetn, & terras, quas habetis in S. Germano, in S. Victoro, in S. Petro in fine, in Thiano, in Pratn, & Pratilla, & Valle S. Nicandri, in Baja, in Albiniano, atq; in S. Joaune incluſa, in Benevento, in Salerno, in Caſtelnovo, in Camporn ad S. Marinam de Selln, ad Arianum, ad Snvinianum, & ad Pontem latronem, Molendina, valiatorium, & follam, quæ habetis in flumine Lete, in Rive Januli, & in Tanaro. Campum cum Campo de capite campi materii. Molendinum, & Valiatorium de flumine Tojani, Sirratellas, & Paſtinn de Alderado cum aliis, quæ habetis in S. Agata,* C *& Caleno, & in Atiliono, libertates quoq; quas habetis per Regnum de Plateatico, viatico, paſſaggio, & duanatici, ſelangatico, & herbatico cum pratis, vineis, terris, vivagiis, paſcuis in boſco & in plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sanè laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale, & etiam Novalium, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de hortis, & virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigero, vel extorquere præſumat, liceat quoq; vobis Clericos, vel laicos, liberos, & abſolutos è ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſupee, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit abſq; Abbatis ſui licentin de eodem loco diſcedere. Diſcedentes verò abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Quod ſi quis fortè retinere præſumpſerit, licitum vobis ſit in* D *ipſos Monachos, vel Converſos regularem ſententiam promulgare, illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſię veſtræ collatum pręſumat alicui perſonaliter dare, ſive aliquo modo alienare abſque conſenſu totius Capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſius. Si quæ verò donationes vel alienationes aliorum quam dictum eſt, factæ fuerint, eas decernimus non valere. Ad hæc etiam prohibemus, ne aliquis Monachus, ſive Converſus ſub profeſſione veſtræ domus adſtrictus ſine conſenſu, & licentia Abbatis, & majoris partis Capituli veſtri pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuò accipiat, ultra pretium Capituli veſtri providentia conſtitutum, niſi propter manifeſtam domus veſtræ utilitatem. Quod ſi facere fortè præſumpſerit, non teneatur Conventus pro his aliquatenus reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineat quæſtionem Fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium, Jus veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne ullus Archiepiſcopus, ſive Epiſcopus, vel quęlibet alia perſona ad Synodos vel Conventus forenſes vos ire, vel Judicio ſæculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos Conventus publicos convocandi venire pręſumat, nec regularem electionem Abbatis veſtri impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Porrò ſi Archiepiſcopi, ſeu Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverit, ſive etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum quæ ab Apoſtolica benignitate indultæ ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex caritate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Apoſtolicæ Sedis indulta prolatam decernimus non tenere, nec litteræ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis contra tenorem Apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Præterea, cum commune interdictum fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro Monaſterio excluſis excommunicatis, & interdictis divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus ne infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, aut ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei & Dom. Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Dom. noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Fac mecum Domine ſignum in bonum. Sanctus † Petrus. S. Paulus.

Gregorius Papa IX.

Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Pelagius Albanen. Epiſc.
Ego Conradus Portuenſis S. Rufinæ Epiſ.
Ego Guido Præneſtinorum Epiſc.
Ego Oliverius Sabinen. Epiſc.
Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presb. Card.
Ego Thomas tit. S. Sabinæ Card.
Ego Joannes tit. S. Praxedis Presb. Card.
Ego Octavianus Sanctorum Sergii & Bacchi Card.
Ego Raynerius S. M. in Coſmedin Diac. Card.
Ego Stephanus S. Adriani Diac. Card.
Ego Aegidius SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.

Ego

Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum Diacon. Card.

Datum Laterani per manum magiſtri Stuibaldi Auditoris contradictarum litterarum Domini Papæ nonis Maii. Indict. xv. Incarnat. Dom. Ann. 1227. Pontif. verò D. Gregor. Papæ IX. anno primo.

XVI. 15. ROFFRIDUS, Archipresbyter S. Germani, anno 1229. electus eſt Theanenſis Epiſcopus teſte Riccardo de S. Germano in Chron. ad hunc annum. *Tunc*, inquit, *Roffridus Archipresbyter S. Germani per Albanenſem Epiſcopum Papa mandante in Theanenſem Epiſcopum eſt aſſumptus.* Ejus obitus memoratur ab eodem ad annum 1239. *menſe eodem*, ſcilicet Octobris, *Roffridus Theanenſis Epiſcopus apud Cornetum obiit.* Dies vero notatur in Emortuali Caſinenſi x. Kal. Novembris. (» *Exul* » *factus eſt ab impio Federico Imper. una cum Vena-* » *frano, Calenenſi, & Aquinatenſi Epiſcopis.*)

XVII. 16. HUGO electus Theanenſis Epiſcopus, quem conſecrandum mandavit Innocentius IV. Pontifex Capuanæ Eccleſiæ ſuffraganeis, commiſitq; Alſano (1) Archiepiſcopo, ut cæteros Coepiſcopos ad ſacrum ritum peragendum evocaret. Litteræ extant in reg. Vatic. num. 332. ſol. 387. Dat. 5. Id. Novemb. anno 12. Pontificatus, qui fuit Chriſti 1254.

XVIII 17. GUILLELMUS ex Decano Cathedralis evaſit Epiſcopus. Hic S. Thomæ Aquinati à Theano ad Lugdunenſe Concilium, properanti anno 1274 comitem ſe adjunxit. Diu hanc Sedem rexit, obiitque ſub Bonifacio VIII. anno 1295.

XIX. 18. NICOLAUM Epiſcopum Soranum ad hanc Sedem tranſtulit Bonifacius VIII ſucceſſitque Guillelmo anno 1295. 2. Id. Aug. anno Pontiſ. 2. ut in reg. Vatic. ep. 323. ſol. 77. Teſtamentum condidit anno 1304. quod extat in Archivio Baſilicæ Vatic. Faſciculo 392. ubi memorantur Amator ejus filius, ejuſque nepos Oddo de Fumone.

XX 19. ADENULPHUS defuncto Nicolao hanc Sedem regendam ſuſcepit. Mortuus eſt ſedente Clemente V. anno 1309.

XXI 20. GOFFRIDUS de Gallutio *a*, Theanenſis, Rogerio viro nobiliſſimo patre, Sabia Roberti de Aquila filia ſorore Rogerii de Aquila Fundorum Comitis matre natus, poſt Adenulphum in hac Eccleſia ſe ingeſſit, cui electioni cum ſe aliqui oppoſuiſſent, Clemens V. Archiepiſcopo Neapolitano, Epiſcopove Marſicano commiſit, ut contra ipſum inquirerent; Clementis litteræ ſunt in ejus regiſtro anni Pontiſ. 5 ſalutis 1310. num. 328. ſol. 92 Fortè inventa eſt ejus electio canonicè celebrata, namq; Goffridus viginti & octo annos in ea adminiſtranda conſumpſit, obiitq; ſub Benedicto XII. circa an. Dom. 1338. ut in reg. ejuſdem habetur.

a De familia Galluti agit Cammaril. de familiis Neapolit. p. mihi 101. *Mandelf.*

XXII. 21. PETRUS, Archidiaconus Biterenſis, à Benedicto XII. creatus eſt Theanenſis Epiſcopus x. Kal. Aprilis anno 1338. caſſata electione Pauli de Gallutio Decani, & Petri Murat Canonici Theanen. à Capitulo in diſſenſione celebrata. Explicantur hæc in epiſt. 80. anni 4. Benedicti in ejus regiſtro. Mortem obiit Petrus anno 1343.

XXIII 22. HOMODEUS cum eſſet Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, Turenſis Eccleſiæ Archipresbyter ad hanc Sedem promotus eſt à Clemente VI. anno 1343. 17. Kal. Aug. annullata prius electione Capituli facta in perſona ejuſdem Pauli de Gallutio Decani Theanenſis, quem diximus in ſchiſmate Canonicorum defuncto Petro electum fuiſſe, & à Benedicto deturbatum de Sede. Præfuit Homodeus annis 6. obiit verò anno 1349. ex reg. Vatic.



23. Fr. BARTHOLOMÆUS de Papazurris, Romanus, Ordinis Prædicatorum dignus alumnus, doctrina & nobilitate ſanguinis clarus per Clementem VI. Theanenſem Sedem aſſequutus eſt 3. Kal. Junii anno 1349. cujus electio habetur in ep. 10. ſol. 23. an. 7. reg. Vatic. tranſlatus deinde eſt ad Theatinam Eccleſiam anno 1353. XXIV



24. MARINUS de Judice *b*, filius Philippi filii Marini, Canonicus, & Archidiaconus Amalphitanus, ſucceſſit Bartholomæo. Hanc Sedem aſſequutus eſt ab Innocentio VI. anno 1353. 9. Kal. Junii ex reg. Vatic. ep. 47 ſol. 77. ann. 1. de quo etiam mentio in lib. ſolut. Prælatorum ann. 1356. & 1358. die 8. Febr. pauloq; poſt tranſlatus eſt ad Amalphitanum Archiepiſcopatum, indè ad Tarentinum; tandem ſub Urbano VI. evaſit S.R.E. Cardinalis, ſub quo miſerè obiit an. 1385. ut alibi enarravimus. Hic an. 1242. die 25. Apr. ind 15. Archidiaconus erat Amalphitanus, ac Rector Eccl. S. Angeli in porta civitatis Atrani ex inſtrumento tabularii Amalphitani Epiſcopii, ubi Pater, Avuſq; ejus recenſentur. XXV.

b De eo Ciaconius Oldoinus t. 2. col. 634.

25. JOANNES Marini ſucceſſor, defunctus eſt anno 1363. XXVI

26. Fr. FRANCISCUS Siculus, Patria Meſſanenſis, Ordinis Prædicatorum, adlectus eſt per obitum Joannis 13. Kal. Junii 1363. ab Urbano V. ſub quo exceſſit anno 1369. ex reg. Vatic. XXVII.



27. THOMAS de Porta, nobilis civis & Canonicus XXVIII.


(1) Hoc opus fuit principaliter mandatum *Fr.* Romano Epiſcopo Allifano, non autem, ut perperam Ughellius, Alfano Capuano Archiepiſcopo. Marinus eo tempore Capuanis præerat, & exulabat à grege perſequente Imperatore. *Lucentius.*

nicus Salernitanus, Franciſco ſucceſſit 2. Non. Martii 1369. doctus & probus Præſul fuit, diuque Eccleſiam hanc bene adminiſtravit, cujus obitus dies & annus obſcuri ſunt. A

XXIX 28. ALEXANDER ſucceſſit Thomæ, de quo in lib. oblig. ſub Bonifacio IX. mentio habetur.

29. JOANNES *a* intruſus à Clemente VII. Antipapa die 12. Junii recognovit pro Eccleſia Theanenſi Sacrum Collegium ex eodem libro.

a Omittitur, ut Pſeudoepiſcopus.



B

XXX 30. ANTONIUS ab Vrbano VI. legitimus declaratus eſt Epiſcopus Theanenſis defuncto Joanne, cujus mentio habetur in reg. ejuſdem an. Pontif. 11. qui fuit ſal. 1388. 18. Kal. Febr. indè translatus ad Epiſcopatum Handrienſem, & Pennenſem à Bonifacio IX. an. 1393. 17. Septemb.



XXXI 31. NICOLAUS de Diano, Theanenſis, nobilitata generis, & rerum experientia, ac doctrina vir longè clariſſimus, à Bonifacio IX. delectus eſt Theanenſis Epiſcopus die 23. Octobris 1393. cum eſſet Ladislai Regis intimus Conſiliarius eo volente à Gregor. XII. translatus eſt ad Neapolitanam Eccleſ. quam legitimè adipiſci haud potuit ſchiſmata æſtuante; verùm electo Martino V. ab eodem iterum declaratus eſt Neapolitanus Archiepiſcopus an. 1418. diuque in eo Sacerdotio vixit, ut diximus in ejus Eccleſiæ Archiepiſcoporum ſerie.

XXXII. 32. Fr. JOANNES Ordinis Minorum Theanenſis dicitur fuiſſe Epiſcopus in libro oblig. Alexandri V. à quo an. 1409. ut ſuam poſſet ſuſtentare perſonam, cum à Ladislao Rege, ne poſſeſſionem adipiſceretur, hactenus fuiſſet præpeditus, quædam Eccleſiaſtica beneficia liberaliter accepit. Ceterum de hoc Joanne neque in libris citatis, neque in aliis monumentis reperimus quid factum ſit.

XXXIII. 33. GASPAR de Diano, Nicolai ſuperioris ex fratre nepos, patruo à Gregorio XII. ad Neapolitanam Eccleſiam tranſlato ab eodem & ipſe declaratus eſt Epiſcopatus Theanenſis Commendatarius ann. Pontificatus 6. Chriſti 1412. 2. Kal. Julii. Verùm glicente ſchiſmate, munus conſecrationis non accepit, tametſi Theanenſis nuncuparetur Epiſcopus, cum à Martino V. ann. 1422. Conſanus factus eſt Archiepiſcopus, indè ab Eugenio IV. ad Neapolitanam Eccl. translatus an. 1438. de quo ibi.

34. JOANNES Chriſtophorus Criſponas, Neapolitanus, Juris Vtriuſq; Doctor eximius. per dimiſſionem Commendæ hujus Eccleſiæ ab electo Gaſpare factam, à Martino V. creatus eſt Epiſcopus 7. Kal. Feb an. 1418. Sedit maxima ſui nominis fama an. 25. fato verò functus eſt an. 1443. ex Actis Conſiſtor. XXXIV.



35. MARTINUS de Belinzo, Monachus Ordinis Ciſtercienſis, Sacræ Theologiæ vir longè clariſſimus, Eugenii IV. in paucis charus, ab ipſo Theanenſis renunciatus 5. Kal. Martii an. 1443. Diu hanc rexit Eccleſiam, & bono fine quievit circa an. Dom. 1459. de quo Acta Conſiſtorialia. XXXV.

36. NICOLAUS Fortiguerra *b*, Piſtorienſis, Bartholomæi filius, Juvenis adhuc nobiliter eruditus, legumq; peritia excultus Romam conceſſit Eugenio IV. ad clavum ſedente, exceptus eſt inter honoratios Aulicos ſub eodem Pontifice, Nicolao V. Calliſtoque III. diverſis in locis Eccleſiæ operam ſuam navavit egregiè, cujus cum Pius II. introſpexiſſet virtutes, illum Theanenſem pronunciavit Epiſcopum, mox Card. Presb. ad titulum S. Cæciliæ creavit ann. 1460. adverſus Eccleſiæ hoſtes legatum inſtituit, quibus devictis, Pio, aliiſq. Pontificibus magno uſui fuit, cujus integritatem & virtutes maximè commendarunt Cardinalis Papienſis epiſtola ad Cardinalem Spoletanum, Pius II. in Commentariis, Garimbertus, Ciaconius, cæterique qui de Cardinalibus ſcripſerunt. Mortuus eſt digniſſimus hic Cardinalis Viterbii, dum legatione fungebatur an. 1473. corpus exanime Romam ad S. Cæciliæ templum delatum in ſepulchro marmoreo, epitaphium inciſum. XXXVI.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 2. c. 1017.

C

Nicolao Piſtorienſi cognomento Fortiguerra S. Cæciliæ Presbytero Cardinali expugnato Fano, ſuperata Flaminia, devictis Sabinis Everſaniſque hoſtibus de Eccleſia benemerito Fratres pientiſſimi, faciundum curarunt. Is ut foris invicti, ita domi ſententiis dicendis gravis & conſtantis animi eſt habitus. Vixit annos LIV. menſ. II. dies XIV. MCDLXXIII.

D

Piſtorii Piam domum, Sapientiam Fortiguerrarum appellatam inſtituit, ubi Piſtorienſes juvenes ad omnem ſcientiam adipiſcendam alerentur In ea ejuſdem Card. marmorea ſtatua conſpicitur, ad cujus pedes Piſtorienſes hæc poſuere carmina.

Ille ego ſum Patriæ verus Pater, inclyta virtus
Tyrrhenæ gentis, gloria & Italiæ.
Surgit in immenſam totam mea fama per Orbem,
Qua viget, & notum eſt nobile Piſtorium.
Quæque hæc æternum pateant Gymnaſia Muſis
Sunt quoque dotata, & munere ſtructa meo,
Denique Nicoleos ſum, Fortiguerra, galero
Qui ſacro irradians progeniem decoro.



XX XVII. 37. VRSUS de Vrſinis de Monte Rotundo, Laurentii filius, Baptiſtæ Cardinalis Sixti IV. germaoos frater, Fulvii Card. patruus, Raynaldi Archiepiſcopi Florentini & Claricis Leonis X. Pontificis matris patruelis, Romanæ nobilitatis vir primarius, Abbas Commendatarius S. Vincentii de Vulturno, Theanenſem aſcendit ad Sedem an. 1474. 14. Kal. Aprilis. Fato functus eſt io Paonnonia Apoſtolicę Sedis ad Regem legatus an. 1495.

XX XVIII a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 196. 38. FRANCISCUS Borgia *a*, Hiſpanus, Caliſti III. Papæ filius, Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius, evaſit Theanenſis Epiſcopus ann. 1495. die 19. Auguſti, translatus ad Cuſentioam Eccleſiam die 6. Novemb. 1499. ſequeoti anoo purpura decoratus Presb. Card tit. S. Cæciliæ creatus eſt ab Alexandro VI. io commendam habuit deinde Theanenſem Eccleſiam, quam ad favorem alterius Franciſci Borgia dimiſit aon. 1508. Is eſt ille Cardinalis Borgia, qui cum tribus Cardinalibus Florentiæ ſubſtitit, Mediolanumque conceſſit, onde Julium II. Pootificem ad Piſanum Conciliabulum vocarunt: Septuagenarius Regio Lepidi Piſas iturus è vivis abiit aono 1511. prid Noo. Novemb. ibidem ſepultus aotequam ſe purpura Julii decreto ſpoliatum agnoſceret, ut Garimbertus narrat lib. 4. cap. ult.

XX XIX. 39. FRANCISCUS Borgia, Hiſpaous, Cardinalis Superioris propriè affinis, eo cedente factus eſt Epiſcopus Theanenſis die 5. Juoli 1508. Sedit ann. 23. ceſſitq; ad favorem Jo. Cardinalis Salviati ann. 1531.

XL b De eo citatus Ciaconius t. 3. co. 496 40. JOANNES Cardinalis *Salviatus b*, Florentious, factus eſt hujos Eccleſiæ Commeodatarius die 3. Julii 1531. quam dimiſit an. 1535.

XLI 41. ANTONIUS MARIA Sertorius, Mutinenſis, Comitis Jacobi Philippi, & Antoniæ Pallavicinæ ex Marchiooibus Buſſeti filius, frater Julii Archiepiſcopi S. Severinæ, nepos Joannis Marthæi Epiſcopi Volaterrani, delectus eſt Epiſcopus Theanenſis, die 30. Aprilis 1535. fuit Abbas Noaotolanus, & S. Vincentii de Vulturno, Piſtorieoſiſque Præpoſitus, extinctus eſt an ætatis ſuæ 38. ſalotis noſtræ 1556. Jacet in Eccleſia S. Silveſtri de Nonantula, quam Abbatiam anno ſuperiori ceſſerat ad favorem Julii Archiepiſcopi fratris germaoi: ille verò eam acceperat à Clemente VII. per dimiſſionem Joannis Mariæ patrui S. Severinæ Archiepiſcopi Nonantulanorum ſeriem Abbatum dedimus tom. 4. in Epiſcopis Tarviſiois.

XLII 42. Fr. HIERONYMUS Michael Nicheſolus, Veronenſis, vetoſta, ac nobili familia natus Ord. Præd. alumnus, io Theologica facultate vir egregius, demortuo Sertorio ſuccedit die 11. Januarii 1557. Claruit in Concil. Trident. Theaol obiit an. 1566. ubi jacet in Cathedrali cum epitaphio ejus laudes referente.

Hic jacet R. P. D. Hieronymus Nicheſola Veraneaſis, Ord. Præd. Epiſcopus Eccleſię Theanen. vir & generis aobilitate, & doctrina clarus. Obiit anno MDLXVI. currente Auguſto ætatis ſuæ IL.

A Ex hac gente Gibertus Epiſcopus S. Leonis in Calabria floruit, & Galeſius Belluneoſis fuit Epiſcopus: de qua legeodus Julius à Puteo eruditiſſimus oobiliſq; Veroneo. in elogiis Advocatorum patrię.

43. Fr. ARCHANGELUS Blanchus *c*, Viglebanenſis, Ordinis Prædicatorom à Pio V. cujus erat à ſacris confeſſionibus Theaoenſi Epiſcopato exornatus die 13. Septemb. 1566. moa Cardinalis creatus Theaoeoſis dictus eſt. Novem omninò annos hanc rexit Eccleſiam, eamque dimiſit anno 1575. Cujus virtutes brevi elogio compleaus eſt Ciaconius; mortuum Romæ die 15. Kal. Febr. 1580. ſepelieruot in Eccleſia S. Sabioæ in Aventino Monte, hoc epitaphio ad tumulum inſcripto. XLIII. c De eo Ciaconius Oldoins t. 3. c. 1048.

D. O. M.

B *Fr. Archangelus de Blanchis S.R.E. Card. pietate, vitæ innocentia, & doctrina ornatiſſimus, qui in diſciplina Dominicana, & in obeundo munere inquirendis in hæreticos Pii V. Pont. Max. Collega, ab eodem primum Epiſc. Thean. creatus, mox in Sacrum Collegium Patrum Card. cooptatus, virtutis ſpecimen præbuit, ab ſumma ſpe rerum maximarum è medio curſu revocatus hic ſitus eſt. Vixit ann. LXIII. menſ. III. dies XV. Obiit MDLXXX. Cohæredes D. Franciſcus Blanchus & Defendens Frater PP.*

44. JOANNES Paulus Marincola *d*, vir doctus, qui geſta Pauli IV. ſcripſit, ex ceſſione Card. Blanchi delectus eſt Epiſcopus Theanenſis die 16. Sept. 1575. Sedit ann. 13. ac liberè noncium remiſit Sixto V. ſedeote. XLIV d De cujus operibus legenda vita Card. Bellarmini à Bartolo conſcripta l. 3. c. 17. in fine. Mandoſ.

(,, *Lælius Landus renunciatus fuit mox Epiſco-*
,, *pus, qui tamen oblatam ſibi dignitatem conſtantiſ-*
,, *ſimè reſpuit. Is Sueſſę in Campania priſco, & no-*
,, *bili genere natus, tanta eruditione, ac vitæ San-*
,, *ctimonia præſtitit, ut Sanctiſſimis juxta doctiſſi-*
C ,, *miſque Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis ſit comparan-*
,, *dus. Ab ineunte ætate optimis uſus litterarum*
,, *magiſtris poſt ſtrenuè Philoſophiæ navatam ope-*
,, *ram ſe totum gravioribus addixit ſtudiis. Latinæ,*
,, *Græcæ, Hebrææ, Aſſyriæ, atque Chaldeæ lingua-*
,, *rum peritiſſimus extitit. Theologiæ vero ſcientia,*
,, *& Sacrarum rerum adeò exacta notitia claruit, ut*
,, *inter primos ſui temporis Theologos, nedum ab*
,, *eruditiſſimis quibuſque viris, ſed ab ipſiſmet Sum-*
,, *mis Pontificibus haberetur. Familiarium Antonii*
,, *Carrafæ S.R.E. Cardinalis longè doctiſſimi adſcri-*
,, *ptus numero, Auditoriſque, & Theologi munere*
,, *apud ipſum perfungens, veterum Conciliorum edi-*
,, *tioni, emendationi Sacrorum Bibliorum LXX. In-*
,, *terpretum, itemq; latinæ vulgatæ editionis una*
,, *cum pluribus aliis doctiſſimis viris ex toto Catholi-*
,, *co orbe delectis egregie inſudavit. Graviſſimo ſcri-*
,, *pto ad Gregorium XIII. ſummum Pontificem miſſo*
,, *Bajanorum operum venena detexit, exploſitque.*
,, *Pro Ruthenorum erroribus confutandis, ipſiſque*
D ,, *ad catholicam communionem reducendis apud Cle-*
,, *mentem VIII. plurimum laboravit. Ab eodem ſan-*
,, *ctæ obedientiæ præcepto Neritinum Epiſcopatum*
,, *coactus accipere, Romæque conſiſtere juſſus cele-*
,, *berrimæ de Auxiliis Divinæ Gratiæ controverſiæ*
,, *cenſor adſcitus eſt. Graviſſimo pariter Epiſcopa-*
,, *lium examinatorum Cœtui adſcriptus 1599. menſe*
,, *Martio una cum pluribus aliis ſelectiſſimis viris*
,, *doctrinæ S. Franciſci Saleſii, qui Gebennenſis Epi-*
,, *ſcopi Coadjutor erat renunciandus publicam coram*
,, *ipſo Pontifice fecit experimentum. Ad Neritinam*
,, *demum profectus Eccleſiam poſtquam illam ſan-*
,, *ctiſſimis moribus erudiſſet, ipſiuſque bona, & jura*
,, *adverſus potentiores Japygiæ Regulos infracta*
,, *animi conſtantia deffendiſſet, tot inſignium labo-*
,, *rum præmia recepturus in cœlo Cupertini in ſan-*
,, *cta diœceſi viſitatione migravit ad Chriſtum VIII.*
,, *Kal. Decembr. anno 1610. ætatis 80. Epiſcopatus*
,, *verò 14. de quo ſuo loco jam diximus.)*

45. VIN-

XLV. 45. VINCENTIUS Branchaleo electus eſt hujus Eccleſ. Epiſcopus à Sixto V. die 9. Martii 1588. brevis Pontifex fuit, cum vix ſeptimum menſem in ea dignitate vixerit.

XLVI 46. VINCENTIUS Seraphinus, Aſculanus, in demortui Branchaleonis locum ſuffectus eſt ab eodem Sixto V. Pontifice die 3. Octob. 1588. Præfuit an. 27. Obiit 1615. Jacet in Cathedrali cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

Oſſibus, & memoriæ Reverendiſſ. Domini
D. Vincentii Seraphini Aſculani V. I. D. Epiſcopi Thean. Obiit ann. MDCXV. menſe
vero Decemb.

XL VII. 47. ANGELUS de Ciaja, nobilis Senenſis, Cardinalis Bellarmini ex ſorore nepos, à Paulo V. Theanenſi Sacerdotio donatus eſt an. 1615. *a* die 24. Februarii. Mortem oppetiit anno ſui Præſulatus ſecundo, ſalutis verò 1617. ſepultus jacet in Cathedrali. („ *Laudatur à Jano Nicio Erithræo in Pinacotheca 3. imag. 44. De Angeli obitu conſulenda vita Card. Bellarmini à Bartolo edita l. 3. c. 6. Noviſſime de eo Cotta in Muſæo Novarienſi p. 71.* „ Mandoſius.)

a An. 1616.

XL VIII. 48. MICHAEL ANGELUS Sergoſa de Hedia, Hiſpanus, præficitur in Epiſcopum die 27. Febr. 1617. exceſſit anno 1623. & propè prædeceſſorem ſepulchrum accepit.

XLIX 49. OVIDIUS Lupari, Bononienſis, Theani creatus eſt Epiſcopus 9. Junii 1623. obiit 1626. ſepultus in tumulo quod ſibi vivens in Cathedrali paraverat.

D. Ovidius Lupari Bononien.
Eccleſiæ Thean. Epiſcopus, nobilitate clarus, pietate clarior, &
integritate clariſſimus, Hic quietis locum ejus cineribus deſtinavit An. Domini MDCXXVI
Maii die XXVIII.

L. 50. JOANNES de Guevara, Neapolitanus *b*, genere Hiſpanus Clericorum Regularium Minorum Generalis, ab Urbano VIII. ad Theanenſem Epiſcopatum vocatus die 23. Maii 1627. primus fuit, qui in ea Congregatione infulam intulit. Scripſit librum, quem attitulavit, *Orologio Spirituale de Principi*, ad Ferdinandum II. Hetruriæ Magnum Ducem, Romæ typis excuſum apud Maſcardum. In Ariſtotelis Mathematica Commentarios una cum additionibus quibuſdam ad eandem materiam pertinentibus, Romæ apud eundem Typis editos, aliaque ſui ingenii præclariſſima monumenta poſteris reliquit. Vale dixit huic mortali ſæculo ann. 1641. jacet in Cathedrali ubi hoc Epitaphium proſtat legentibus.

b De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 319. & Nicolaus Antonius in appendice ad Bibl. ſcript. Hiſpan. p. 354. Mandoſ.

Jo. de Guevara in quo pugnavit nobilitas cum ſapientia, hæc cum prudentia decertavit, quo extincto familiæ ſpendor, Theologiæ, ac Matheſis lux, Urbano Pontifici Max. Hercules non parvulus deeſt. Theanenſe Capitulum Patri ac Præſuli poſuit.
Obiit die XXIII Aug. MDCXXXXI.
Ann. LX.

LI. 51. MUTIUS de Roſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, electus die 14. Julii 1642. Romæ obiit ſub Innocentio X. anno 1653. („ *De quo Ciampinus in enarratione ſynoptica Abbreviatorum Parci Majoris p. 79.* Mandoſius.)

LII 52. PAULUS Squillantus, Canonicus Neapolitanus, ſucceſſit Mutio die 7. Decembris 1654. *Obiit Squillantus repentina morte die 2. Junii 1660. ſepultuſque eſt in Cathedrali. („ *Congregationem Sacerdotum inſtituit, quæ uſque adhuc perſeverat maximo Diœceſis ſpirituali profectu. Obiit Apoplexia correptus, & ejus ſepulchro addita fuit hæc Epigraphe.*

* Ex Append. t. 9.

„ Paulus Squillantius Juriſconſultus,
„ Theanenſis Antiſtes, Scientia, Comitate, Pietateque inſignis, verè Pater
„ Pauperum, & qui poſt aurum non abiit,
„ Egenorumque, & Aegrotantium montis erector, expleto luſtro ſui Pontificatus obiit 4. Non. Junii Anno ſalutis
„ humanæ MDCLX.
„ D. Joannes Berardinus de Angelis
„ grati animi poſuit.)

53. OCTAVIUS Boldonius, ex familia nobili Mediolani Octavio Patre Eq. & Com. Palatino, viro in paucis integro, eruditoque natus, ab anno ætatis quintodecimo ad ſexageſimum vixit Clericis Regularibus, quos Barnabitas vocant, addictus, geminam in ea nobili palæſtra conſecutus laudem, Regularis diſciplinæ, literaturæque omnis ſeveræ, amœnæ. Utramque mox eſt profeſſus reluctante quavis valetudine, quæ primam juventam acerrimè divexavit; alteram, ſacro primum tyrocinio alumnorum Ordinis, poſt Collegiis totis præpoſitus per annos plures: alteram in publicis Academiis præſertim Mediolani ad S. Alexandrum, Alumnis egregiis ſacræ, ac profanæ Reipublicæ datis compluribus. Quo tempore libros nonnullos edendi occaſionem oblatam non reſpuit, inter quos extant hi, videlicet: *THEATRUM temporaneum æternitati Cæſaris Montii Card. ſacrum*, opus ingenio plenum, genus omne ſcribendi oſtentans, Hiſtoricum, Epiſtolare, Oratorium, elogiaſticum, Poeticum, Græcia nonnullis, Etruſciſque latino immixtis, non quaſi cinnus aliquis, aut moles tumultuaria; ſed uno filo deductum per omnes partes Encomium inſtar integri Panegyrici. Prodiit Mediolani ann. ſalut. 1636. Item liber, cui titulus ΚΟΣΜΟΠΟΗΑ, *ſeu Mundus è Gentilitiis Medicæorum globis, architecta ſapientia perfectus* Ad Sereniſſ. Conjuges Magnos Duces Etruriæ FERDINANDUM II. & VICTORIAM, & hoc penè extemporale opus, ſtylo nti ſuperius multiplici, aliquanto tamen limatius; editum Peruſiæ Auguſtæ an. 1641. Ad hæc DIES ATTICI. *Sive exercitationes Græcanicæ* nova methodo, & via longe planiſſima ad linguam perdiſcendam cum laboris compendio. Prodivit Mediolani ann. 1639. Præterea EXTEMPORALIUM *Rhetoricorum Primæ Partis Pars Prior. ORATORIA. Præfationum brevium formulas complectens ad diſputationem de quacunque ſcientia cum Gratiis poſt diſputationem.* Opus impreſſum Romæ ann. 1652. & raptim dictatum, pollicens reliquum corpus (quod ab Auctore ipſo accepimus) ideſt Partem alteram primæ partis. Orationes continentem ſecundam corporis partem Elogiaſticam, Tertiam Poeticam. Ac Elogiaſtica quidem prævertit Orationes, volumine prægrandi, eruditione immenſa, cui titulus inditus EPIGRAPHICA, *ſeu Elogia, Inſcriptioneſque quodvis genus pangendi ratio*. Edita eſt Auguſtæ Peruſiæ anno ſuperiore 1660. dicata Alumno ſuo inclyto, Sereniſſ. COSMO Etruriæ Principi, cujus jam emeriti precibus ab Sanctiſs. ALEXANDRO VII. Pont. Max. aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Theanenſem, cum ea ſedes vacaſſet paucis ante menſibus ex deceſſu Pauli Squillantis. Ergo Octavius Boldonius non ſine maximo deſiderio univerſi Ordinis ſui initiatus ex Clerico Regulari epiſcopus inivit feliciter provinciam die 19. Februarii, ann. 1661. modeſtiæ ſingularis præferens facem, pompæ ſolemnis in ingreſſu remiſſa Civitati im- LIII.

pen-

penſa: quæ tamen Civitas ingeminatis lætitiæ ſignis ingredientem excepit. Adorſus eſt naviter epiſcopales labores, inter quos inſtituit frequentes ipſe per ſe habere ſacras Conciones, de ſuggeſtu quandoque in Pontificalibus, plerumque de ſede, reparans ſanctorum Patrum veterem uſum, & Apoſtolici ſucceſſoris Eloquentiam conſectans, magnam ex Populo ea re commoto ſpem colligens tollendi corruptelas morum, inferendi pietatem ac religionem. Annuat his cœptis felicibus Deus Opt. Max. id quod ejus regionis Populi univerſi comprecantur.

A D D I T I O.

(„ *Præſul, ut amœnioribus litteris, ita omnibus ſcientiis ornatiſſimus hanc ſibi commiſſam Eccleſiam ſumma cum laude viginti annorum ſpatio rexit. Obiit anno ſalutis 1680. inſigni ſua Bibliotheca relicta R R. PP. Reformatis D. Francisci in Conventu D. Antonii extra mœnia Theani. Ejus ſepulchro hæc legitur inſcriptio ab ipſomet vivente concinnata.*

Jeſu Piiſſ.
Vivens Feci
Annis. fatigatus. & Curis.
En. dormio. Placidus.
Ad. pedes. dulciſſimi. Fratris
Joannis. Nicolai. Mei.
O. Si.
Archangelica. Tuba
expergefactus.
Ad. Eoſdem. in Cęlo. pedes
Prenſandos. admittar.
Octavius Boldonius
Epiſcopus. Theanenſis. &
SS. D. N. Papæ. Præſul. Adſiſtens
Anno MDCLXXX.
Orbis ſervati.
Ætatis Meæ 80.
Epiſcopatus Mei 20.
Favete Divi.
Favete Pii.

LIV. JOSEPH *Nicolaus Gibertus, nobili genere natus, ſed longè doctrina, ac pietate nobilior, cum multorum annorum ſpatio Spoletinæ Eccleſiæ Vicarius fuiſſet, hanc Theanenſem ab Innocentio XI regendam ſuſcepit, cujus poſſeſſionem iniit die 13. Junii 1681. Pravos mores evellere, abuſus tollere, Clerum reformare, Divinum Cultum augere, prima, vel ipſi unica fuit cura. Quamobrem Synodum habuit tanta doctrina, prudentia, ac zelo concinnatam, ut typis editam multi Præſules, plauſu, ac veneratione excipientes, ipſius adamuſſim obſervantiam in ſuis voluerint Eccleſiis. Vitæ fuit illibatæ, & irreprehenſibilis, liberaliſſimus erga pauperes, & egenos omnium factus exemplar Præſulum, & forma Paſtorum. Sodalitio Sacerdotum ab Epiſcopo Squillantio inſtitutum aliud adjunxit pro Chriſtianæ doctrinæ explicatione, quod quidem ſummo diœceſis lucro ceſſit. Cathedralem ædem terræmotibus, ac fulminibus concuſſam, & deturpatam reſecit, exornavit. Seminarii Epiſcopalis dilatatis ædibus, aſſignatiſque ex Apoſtolico indulto variis redditibus ad fabricam D. Petri de Urbe ſpectantibus, alumnorum numerum auxit. Innocentio XI. ob morum prorſus ſimilitudinem fuit charus in paucis, adeò ut ipſi difficillima addixerit munera fidei quæſitoris, & Commiſſarii Generalis Fabricæ D. Petri de Urbe in Regno Neapolitano, quæ tali æquè dexteritate exercuit, ac prudentia, ut ab omnibus & timeretur, & amaretur. Quo tempore ſe nobiliſſimæ Neapolitanæ Sodalitati SS. Trinitatis adſcripſit, ut peregrinis, & convaleſcentibus, aliiſque calamitoſis perſonis in ipſius hoſpitium convenientibus inſerviret, quod quidem Chriſtianæ Charitatis officium, Chriſtum ſemper in ſuis pauperibus recognoſcens, ſemper ac potuit, cum maxima animi ſui jucunditate præſtitit. Continuis laboribus, ac gravi negociorum mole defatigatus oculorum lumen amiſit, quare ſe tunc Epiſcopali omninò imparem ratus oneri, in manus ſummi Pontificis Eccleſiam reſignavit. Minimè verò annuere voluit idem Innocentius XI. qui reſpondit, meliorem eſſe Præſulem Cæcum, & vigilantem, quàm cum oculari luce, & dormientem. Tandem poſt multas humillimas preces ei annuit Innocentius XII. Quare in Neapolitana Urbe ſuum, uſque dum vixit, incolatum fecit, & Cæcus etiam functionibus omnibus ſui ſodalitii SS. Trinitatis interfuit, & per manum ductus Peregrinorum pedes lachrymis ſuorum potius oculorum, quam alia lavabat aqua. Eminentiſſimus Neapolitanus Archiepiſcopus Cantelmus, qui Giberti integerrimam benè noverat vitam, & inter ſuas ſpirituales delicias recenſebat, eum ſæpe videre, cum eo colloqui, Vicarium ſui ſacerdotii D. Antonii Abbatis conſtituit, in quo munere etiam multa etiam ſe geſſit vigilantia. Diem ſuum extremum obiit meritorum plenus cum adſiſtentia uſque ad ultimum vitæ anhelitum ejuſdem Eminentiſſ. Cantelmi, qui ei juſta perſolvit, & pro quiete ejus felicis animæ rem ſacram fecit præſentibus, ac flentibus omnibus Ordinibus Neapolitanæ Civitatis, à quibus omnibus ſemper Sanctus habitus fuit. Tres mille aureos legavit Congregationi Sacerdotum vulgo P. Pavonii in Collegio Maximo Neapolitano ſocietatis Jeſu, & alteri, quæ audit* delli Sacerdoti ritirati *ut quolibet triennio anno Apoſtolicas perpetuò miſſiones in ſua dilectiſſima Theani diœceſi peragerent: ita ſi cæcus vigilavit, mortuus adhuc vivit in cibo ſpirituali, qui ſuis olim ovibus ſua miniſtratur induſtria. In eadem Eccleſia D. Antonii ſepultus fuit ſub hac inſcriptione.*

D. O. M.

Joſepho Nicolao Giberto Geneſino
Epiſcopo Theanenſi
De Sancta Sede. & Eccleſia
muniis plurimis
Summa Integritate, Juſtitia,
& Doctrina perfunctis
Optimè merito.
Divo Antonio Abbati, cujus flammas
In corde fovebat,
ſuos Cineres dicanti
Theophylus Gibertus Nepos
P.
Anno Domini MDCLXXXXIX.

Vixit annos natus ſexaginta ſex,
obiit die VI. Octobris.

DOMINICUS Pacificus, Patritius Averſanus, LV.
V. I. D. poſtquam ferè triginta annorum ſpatio in ſua patria Vicarius generalis fuiſſet, per renunciationem Giberti ab Innocentio XII Epiſcopus hujus Eccleſiæ declaratus, cujus iniit poſſeſſionem die 15. Martii 1689 Ut verò in hac ſedit Cathedra, nil aliud ſtuduit, quàm ſe Giberti ſucceſſorem probare. Synodum ipſius confirmavit. Erga pauperes, cùm eſſet de ſuo ditiſſimus, palmas ſemper extenſas habuit. Infirmos continuò inviſebat, Euchariſticam ad eos dapem, aut ipſe deferebat, aut ſi ab aliis deferebatur, deferentem ipſe comitabatur. Morientibus Summi Pontificis nomine benedictionem indulgebat. Cùm ex Indulto Apoſtolico per ſex tantùm menſes in ſua Eccleſia quolibet anno reſideret, fructus ſex menſium abſentię in beneficium ejuſ-

dem

„ *demſemper expendidit, quare eadem reperitur ingenioſe decorata opere tectorio, ac picturis celebris penicilli, novo organo affabrè inciſo, & auro incruſtato, laqueari perpolito, ara maxima electis lapidibus ſtudioſè concinnata, ſacelloque ſacra, & pretioſa ſupellectili ditato. Suo tempore tres alii fundati fuere Canonicatus. Diem ſuum obiit in patria in gentilitia domo repentino inſultu correptus menſe Septembri 1717. Eumque zelantiſſimus, ac ſanctiſſimus Cardinalis Epiſcopus Innicus Cardinalis Caracciolus ſummo honore proſecutus fuit, namque terræ amandatum voluit Epiſcopalibus ornatum inſignitis, ac ſi in propria Eccleſia fato ceſſiſſet.*

LVI. „ *Dominicum Pacificum* JOSEPHUS *de Puteo Salernitanus, patriæ Cathedralis Canonicus, V. J. D. die 15. Februarii 1718. excepit. Præſul moribus antiquis, cujus unicum ſtudium, abuſus, qui per abſentiam Anteceſſoris irrepſerant, ab electiſſima vinea eradicare, & illi, in quo eam reliquit inculpatæ vitæ Gibertus Epiſcopus, nitori reſtituere. Magno ſumptu prænobile ſacellum juxtà exemplar illius, quod piiſſima Neapolitana civitas in æde principe pro Divo Jannario, reliquiſque ſuis DD. Patronis excitarat, quod vulgò* Il teſoro *jam condere incæpit, in eo repoſiturus corpus D. Paridis primi Epiſcopi, primique Patroni, quod nunc in Eccleſia anguſta, & ſubterranea colitur, & ſtatuas omnes reliquorum Indigetum Protectorum. Seminarium creſcente in dies Alumnorum numero jam ampliavit, Magiſtris tam morum, quàm omnium diſciplinarum ditavit. Antiquum, & nobile ſodalitium ſub titulo Pietatis, quod nullo ſtipendio defunctos ſociat uſque ad ſepulturam, reſtauravit, & in ſui ratione inſtituti confirmavit, cui non ſolùm Patritii, & melioris conditionis viri, ſed ipſemet Epiſcopus nomen dedit, qui ſemper ac Epiſcopalibus non detinetur functionibus, ſacco laudati ſodalitii indutus eam miſericordiæ corporalis partem erga defunctos exercet. Et hæc omnia periclitamenta ſunt veluti animi ſui, nam majora fiſus Dei omnipotentis præſidio pro grege ſuo meditatur.*]

VENAFRANI
EPISCOPI.



VENAFRUM antiqua civitas ad radices Apennini montis inter M. Caſinum, & Æſerniam haud longè à Vulturno flumine ſupra collem ſituata eſt M.P. à Capua Metropoli diſtans. Hanc Ptolomæus, Pliniuſque in Campaniam Felicem, primamque Italiæ regionem reiiciunt, alii in Samnio collocatam volunt. Hactenus nullus veterum ſcriptorum ejus primigeniam originem retexuit, ex recentiorum verò nonnullis ſabellis additis, aliqui hujus civitatis auctorem faciunt Aſrum ex poſteris Abrahæ, & ab ejus nomine, venaque olei appellatam volunt. Non deſunt qui Venaſrum ab Oſcorum Italiæ gente vetuſtiſſima conditum fuiſſe aſſerant, ex Latino, Græcove compoſitum, ex Venere, & Aphros, ideſt ſpuma Veneris dictum, eo quod locus ipſe aptiſſimus ſit generationi, ac felicitati, omnia enim uberrimè gignit, quæ hominibus, pecudibuſque pernecesſaria ſunt, triticum, legumina, oleum optimum, omnium genera pomorum, paſcua, ſilvas, quibus omne humanum genus pecudumque nutrit. Cœlum habet ſaluberrimum, pulcherrimam planitiem, atque feracem, montes in gyrum poſitos, oliveta, vineta, venationes, aucupia, perennes fontes, & incolarum genia acutiſſima. In regione igitur Campaniæ feliciſſimæ cenſetur Venaſrum, cujus origo ob vetuſtatem omninò latet. In eo Coloniam Romanorum fuiſſe deductam Plinius affirmat lib. 3. de locis mediterraneis. Frontinus de Coloniis: *Venaſrum oppidum Triumviri deduxerunt ſine colonis, iter populo dabitur, pedes 20. ager ejus limitibus intercifivis eſt aſſignatus, ſed ſumma montium jure templi Deæ ab Auguſto ſunt conceſſa.* Merula 117. locum ex deductis Coloniis Venaſro attribuit. Auguſti temporibus, antea præfectura fuit. Illud pene cum aliquibus Samnii civitatibus P. Syllam deleviſſe innuere videtur Strabo, Pompejanæ deindè factionis ex quadam Ciceronis epiſtola ad Atticum fuiſſe tradunt. Ejus præter relatos auctores honorificè meminere Varro, Catoque de re Ruſtica, Vitruvius, Appianus, Silius, Ammianus, Frontinus, Oroſius, Eutropius, Juvenalis, Martialis, Venuſinuſque Horatius; ii præcipuè oleum Venaſranum collaudant. Antiquitatem, magnitudinem Venaſri, ſolique ubertatem ſatis deſcribit Joannes de Amicis Venaſranus in ſuo Conſiliorum libro num. 105. Antonius Sanfelicius in deſcriptione Campaniæ ſitum luculenter conſcripſit. Vincentius Ciarlanti eruditus amicus noſter Venaſri laudea non tacuit in ſua Samnii hiſtoria; & non ſemel, ſed parcè laudatus Camillus Pellegrinus in Apparatu ad Capuæ antiquitates. Chriſtiani Evangelii fidem jam inde ab Apoſtolorum temporibus Venaſrum hauſiſſe conſtans traditio eſt, cum illa feliciſſima ſalutis exordia Nicandri & Marciani Martyrum invictiſſimorum ſanguine maduiſſent, Domitiano perſequente Imperatore ſub Maximo Præſide die 23. Martii. Nicandri civitatis Patroni oſſa in Eccleſia ejus nomini dicata conquieſcunt. Venaſranus Epiſcopatus antiquus eſt, non conſtat tamen quis illum conſtituerit, vel qui primus hac dignitare condecoratus fuerit. Conſtantinus primus occurrit hujus Eccleſiæ Epiſcopus, qui ſub Symmacho Papa anno ſalut. 499. Lateranenſi Concilio interſuit, poſt hunc per multa ſæcula deſiderantur Epiſcopi; etenim non ſemel hæc civitas cum cæteris vicinis urbibus bellorum injuriis, barbarorumque incurſionibus penè deſolata eſt. Unus idemque Præſul Venaſranam, Bovianam, Æſerninamque Eccleſias aliquandiù rexit, quouſque unicuique attributus eſt proprius Paſtor Eccleſiæ Capuanæ ſuffraganeus. Ingentibus Epiſcopatus hic beneficiis à Regibus, Ducibus, Principibuſque decoratus eſt, quamvis eadem bellorum, ac Barbarorum injuria vetera monumenta extincta, conſumptaque fuerint. Taxatur in lib Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 75. fructus verò ad 1600. ſcutata illarum partium aſcendunt. Amplam habet Epiſcopus Cathedralem Deiparæ Annunciatæ ſacram extra urbis mœnia, quo in loco volunt veterem fuiſſe civitatem. Divina in ea Canonici 23. celebrant, quorum, quinque dignitatibus ſunt inſigniti: in ſex Parochias civitas diſtincta eſt. Tria virorum Monaſteria, quatuor Xenodochia, ſex laicorum Confraternitates; animæ fidelium in ea recenſentur 3500. Diœceſis in ſatis amplam latitudinem ſe extendit, oppidaque novem, & pagos duos continet. Eccleſiis, & Oratoriis ornata eſt. Præſulum hujus Eccleſiæ ſeriem, quam modo damus, ex diverſis ſcripturis, monumentiſque eruimus.

A D D I T I O.

(„ *Falluntur qui aſſerunt Venafri nomen compoſitum ex Latina, Græcaque dictione, Venere ſcilicet, & Aphros. Si enim perpendatur vox Aphros, nuſquam Venafrum ei reſpondit per ſimplicem literam F. non per compoſitam Ph. tum in antiquis, tum in modernis inſcriptionibus delineatum. De ejus nomine ſi conjectari licet, veriſimile videtur ex aliquo hujuſmodi nominis viro non denominationem, ſed ipſum nomen traxiſſe. Lapis ex parte corroſus, & antiquiſſimus viſitur in angulo parochialis Eccleſiæ ſancti Simeonis hujus Civitatis hanc præferens mortualem inſcriptionem.*

HIC SITA
SUNT OSSA
Q. VENAFRI
HERMISCI
VEVEJA ↄL
DANAIS
DE SUO FECIT.

Alter lapis extra civitatem via, quæ Neapolim ducit, Venafranum nomen perſonæ accomodatum prodit his litteris.

D. M. S.
CALLIOPE,
VIXIT ANNIS XXI.
VENAFRANIA FESTA
SOROR.

Liquet autem iis, qui in Romanorum antiquis nominibus verſantur, Venafrania *proprium, & primarium nomen eſſe,* Feſta *verò fœminæ agnomen eſſe. Sed de his Plutarchus in vita C. Marii in principio ad Poſſidonii mentem. Romana colonia ex Plinio, aliiſque ſcriptoribus Venafrum fuit, & ea manſit etiam poſt Trajani tempora, ut ſequens inſcriptio docet.*

Sex. Pulfennio C. F.
Ter Salutari M. L.
V. S.
Præf. cohort. IIII. Gall. Equit.
Trib. Milo Cohort. I. Mil. Vindelic.
Præf. Alæ I. Pannon.
Curat. Kal. Coloniæ Sueſſanæ
Curat. Templi, & Arcæ
Vitrafiunæ Calen.
Flamini D. Trajani
IIVIR. Q. III.
Patro Coloniæ.

Amplum habuit amphiteatrum ad gladiatorum ludos, cujus veſtigia adhuc ſuperſunt: plurimæque proſtant marmoreæ inſcriptiones, quæ indicant quanta fuerit hæc civitas Romanorum florente fortuna. Interim tamen error eſt, quod ſcribatur excidium Venafri à Sylla illatum ex Strabonis auctoritate incuria tam Petri Graviæ, quam Joannis de Amicis, quibus noſter Ughellus fidem præſtitit. Non enim Venafrum, ſed Teleſia Venafro proxima una cum plurimis aliis civitatibus Samnii, ut Strabo indicat, à Sylla deſtructa fuit. Neque antea pro Samnitibus Venafrum contra Romanos ſtetit, ſed à Samnitibus una cum Romano præſidio manumiſſa Duce Mario Egnatio, ut refert Appianus Alex. l. 1. de bello civili. Teleſiam verò Venafro conjunctam ponit Blondus eo loco, ubi flumen, quod hodie Vandra dicitur, Vulturno conjungitur: altera enim Teleſia eſt longe diſtans, à qua intitulationem accipit Epiſcopus Teleſinus. Antiquitus ex ipſo Vulturni amne maximo ſumptu aquæ Venafrum adducebantur; & viſuntur adhuc ingentis aquæductus veſtigia; Meminit de eo Cicero ad Q. Fratrem lib. 3. Epiſt. 1. & ſingulis milliaribus, ut conjicitur, Auguſti edicto ejus cuſtodia indicebatur. Extat uſque nunc marmorea inſcriptio ante portam oppidi Collium Abbatiæ S. Vincentii in Vulturno una, altera in pago Pozzillorum hujuſmodi.

JUSSU IMP.
CÆSARIS
AUGUSTI CIRCA EUM
RIVOM, QUI AQUÆ
DUCENDÆ CAUSA
FACTUS EST OCTONOS
PED. AGER
DEXTRA
SINISTRAQ. VACUUS
RELICTUS EST.

De Nicandri, & Marciani martyrio agit Martyrologium Romanum, & Baronius in notis ad diem 17. Junii: poſt triduum Daria Nicandri uxor, quæ conjugem ſuum immani pro Chriſto ad ſuſtinenda tormenta hortata fuerat, & ipſa capitalem ſententiam ſubiit. Horum corpora, ut antiqua fert traditio, quieſcunt in Venafrana Capuccinorum Eccleſia ipſis dicata: illud tamen S. Marciani Atinum ſe poſſidere gloriatur, ut Baronius ſcribit in allegatis notis. Eoſdem ſanctos Patronos habet hæc civitas, & tutelares. De ipſorum ſacris lipſanis apud Venafranos extantibus liquet ex monumentis Mſſ. tum Græcis, tum Latinis repertis in Bibliothecis Romanis Vaticana, & Vallicellana, ac noviſſime recognitis, ad quorum exemplar tranſcriptæ fuerunt lectiones in eorum anniverſaria celebritate recitandæ, nuper à ſacra rituum congregatione approbatæ inſtante Ludovico Ciogni Venafrano Præſule, ex quibus etiam habetur eos ſubiiſſe martyrium non Domitiani, ſed Diocletiani perſecutione exæſtuante. Mira quippe eſt diverſitas Auctorum, qui acta horum martyrum ſcripſerunt, & præcipue de loco, & tempore. Hiſtoria Atinenſis Eccleſiæ, quæ tranſcribitur ab Ughello in Atinenſibus, haud ſinceræ fidei habetur. Illud autem conſtat ſub ara majori Eccleſiæ, ubi ſacra pignora aſſervari opinio eſt, aquæ fontem conſpici, quæ manna dicitur, & in magna veneratione habetur, quod ex ſacris oſſibus guttatim manare credatur. Obſervatione dignum contigit an. 1683. quo areſcente aere, ſiccoque ſolo, cum reliqui urbis putei, & fontes negarent aquæ manarent, ſolus hic fonticulus occulto rore perfuſus ſcatebat, cujus profundum quatuor vix eſt palmorum, cæteri vero ejuſdem cœnobii putei deſſicati omnino 33. palmorum, & ultra deſcenſu ad penetralia terræ perveniunt.

Cathedrale templum amplum eſt, & antiquæ ſtructuræ extra mœnia civitatis exurgens, quo in loco fuiſſe volunt veterem civitatem, & Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ ſacrum eſt. Divina ibi perſolvunt Canonici duodeviginti, quorum tres tantum dignitate eminent, videl. Archidiaconus, Primicerius primus, & Primicerius ſecundus, qui etiam dicitur Cantor, & chorali præeſt libro, & cantoribus: adeſt etiam hos inter utraque præbenda. Sunt etiam alii Canonici, qui Hebdomadarii dicuntur numero novem violaceas deferentes almutias, nam primi rubeas habent. Horum munus eſt hebdomadarii vicem in recitando officio explere, & miſſam Conventualem celebrare. Sunt inſuper alii Canonici ſupranumerarii, qui expectantes dicuntur, & his prima præbenda vacatura contingit ex indulto Clementis VII. quam expectativam non eſſe ſublatam Apoſtolico decreto declaratum fuit inſtante Ladislao de Aquino Ve-

A ,, naſrano Epiſcopo ſub die 7. Maii 1595. Hi ſupra
,, numerariis nec inſignia deferunt, nec vocem in ca-
,, pitulo habent, & participant tantùm de quotidia-
,, nis diſtributionibus. Laicorum confraternitates
,, ſeptem in urbe, quarum præcipua ea eſt S. Anto-
,, nii de Padua in Eccleſia B. Virginis M. ab Angelo
,, Annunciatæ entans. Hæc Eccleſia nobilis, &
,, ampla eſt, & Eccleſiaſticis functionibus apta;
,, ideoque ea plurimum utitur Epiſcopus ad populi
,, commoditatem propter Cathedralis diſtantiam.
,, Sex parochiis civitas diſtincta eſt, & his animæ
,, bis mille ſubjacent. Quatuor inſigniuntur Regula-
,, rium virorum cœnobiis, Conventualium ab ipſo S.
,, Franciſco fundatum, Eremitarum ſancti Augu-
,, ſtini, Carmelitarum, & Capuccinorum; & en-
,, tra civitatem adeſt Eccleſia S. Petri Cœleſtini cum
,, ſatis commodo diverſorio pro monachis ejus ordi-
,, nis, & eſt juris Abbatiæ Æſerni enſis. Sanctimo-
,, nialium monaſterio ſplendet, quod ædificari coe-
,, ptum an. 1627. Clauſuræ datum fuit an. 1657. &
B ,, ex inſtitutione Hippolytæ Valleſtæ fundatricis te-
,, netur erudiendis pueris magiſtrum providere.
,, Xenodochia, quæ olim quatuor erant, ob eorum
,, tenuitatem in unum coiverunt ſub intitulatione
,, SS. Roſarii. Mons Pietatis, & Seminarium ha-
,, ctenus deſiderantur. Nuper congregatio excitata
,, fuit ſub invocatione S. Angeli Cuſtodis, quę per
,, Præfectum, & Confratres dirigitur, in qua ha-
,, beri ſolent conferentię Moralis Theologiæ, & plu-
,, ra exerciti ad animarum ſalutem exercitia. Pa-
,, latium pro Epiſcopi habitatione intra civitatem
,, commodo in loco exſurgit. Epiſcopalis menſæ an-
,, nui redditus valde diminuti mille ſcutata ejus
,, monetæ de præſenti non attingunt; taxa Romana
,, eſt flor. 70. Epiſcopus nullam habet Baronalem,
,, ſeu laicalem jurisdictionem, nec bona feudalia
,, poſſidet; pendet tamen lis de quodam jure paſcen-
,, di cum regio fiſco in Camera regia. Lucen-
,, tius.]

C I. 1. CONSTANTINUS Venaſranus Epiſcopus anno 499. in Romano Concilio ſub Symmacho Papa ſedit, cujus ſucceſſores per ſex integra ſæcula ignorantur.

(,, Idem Conſtantinus ſedebat etiam ante Symma-
,, chum temporibus Gelaſii primi, cum hujus extent
,, ad ipſum litteræ, quæ recitantur in 2. par. decre-
,, ti cauſ. 17. q. 4 cap. 34. Habetur deinde tempore
,, Magni Gregorii Venaſranam Eccleſiam Paſtore
,, caruiſſe ob hoſtium incurſiones, & ſævitiem pro-
,, hibentium executionem Apoſtolici miniſterii, ut ex
,, Grat. diſt. 71. c. 5. & Epiſtola habetur M. Gregorii
,, ſcripta Anthemio Subdiacono, qua ei injungit ca-
,, ſtigationem Opilionis Subdiaconi, & Creſcentii
,, Clerici Venaſranæ Eccleſiæ, quod vaſa ſacra, &
,, miniſteria Eccleſiaſtica Judęis vendiderint, ut ex
,, lib. 1. Epiſt. Ind. 10. Lucentius.]

II. 2. GERARDUS Venaſri, Boviani, ac Æſerniæ Epiſcopus conſecratus eſt ab Atenulſo Capuano Epiſcopo an. 1032.

D III. 3. PETRUS Ravennas Monachus montis Caſini à Nicolao II. apud Acertas conſecratus eſt Venaſranæ, & Æſernienſis Eccleſiæ Epiſcopus, anno 1059. teſte Leone Oſtienſi in Chron. Caſin. lib. 3. cap. 15. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſin. ann. 1071.

IV. 4. LEO Epiſcopus Venaſranus anno 1090. interſuit dedicationi Eccleſiæ S. Martini apud montem Caſinum, cujus meminit Pet. Diac. lib. 4. c. 8. Chronic. Caſinen.

V. 5. MAURUS Venaſranus, & Æſernienſis Epiſcopus an. 1113. (,, Sed & ante an. 1105. de quo
,, vide in Æſernienſibus.)

VI. 6. RAYNALDUS in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato ann. 1179. ſubſcriptus reperitur Epiſcopus Venaſranus: idem Venaſranus, & Aeſernienſis Præſul denominatur in Bulla

A Lucii III. anno 1183. Dat. Velletri 13. Kal. April. ad favorem Aeſernienſis Eccleſiæ, quam in ejus Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie retulimus.

7. N. Venaſranus Epiſcopus à Federico II. Imper. exilio mulctatus, indè carceri mancipatus, in ea necatus occubuit an. 1230. ut ſcribit Nicolaus Card. de Aragonia in m s Hiſt. VII.

8. R. Epiſcopus Venaſranus, ab eodem Federico Imper. una cum Epiſcopis Theanen. Caſinen. & Aquinen. exul factus Junio menſe 1239. Romam venit ad Pontificem Gregorium, & ſequenti menſe ejuſdem anni mortuus eſt apud S. Joannem in Laterano, ut ſcribit Richardus de S. Germano in Chronic. VIII.

9. M. RAYNALDUS ex Capellano Stephani tit. S. Mariæ in Tranſtyberim Presbyt. Card à Venaſrano Capitulo ex mandato Papæ electus Venaſranus Epiſcopus ab eodem Pontifice Innocentio IV. munus confirmationis accepit 15. Kal. Martii anno 1250. Id habetur in epiſt. 140. ſol. 132. ann. B Pontificat. 9. in reg. Vatic. IX.

10. JOANNES hujus Eccleſiæ Præſul obiit anno 1294. X.

11. ANDREAS de Averſa Bonifacii VIII. familiaris & charus in demortui Joannis locum, qui ſub Cœleſtino V. diem ſuum clauſerat, electus eſt Venaſranus Epiſcopus 3. Kal. Junii 1295. ex reg. Vatic. ep. 581. ſol. 132. ann. 1. Obiit ſub eodem Pontifice anno 1299. Memoratur in monumentis Fontis laureati anno 1298. XI.

12. JORDANUS ex Canonico S. Mariæ de Carmineta Terracinæ Diœceſis ſucceſſit Andreæ Kalend. Junii 1299. ad hanc dignitatem vocatus ab eodem Bonifacio VIII. ex eodem reg. Vatic. ep. 29. ſol. 143. ann. 5. Obiit nondum exacto anno à ſua præfectura. XII.

13. (1) DOCIBILIS de Sermoneta ex Archipresbytero de Carmineto ſuffectus eſt per obitum Jordani 19. Kalend. April. 1300. ex eodem regeſt. ep. 86. ſol. 295. ann 8. Bonifacii. Diem ſuum obiit C anno 1301. XIII.

14. PEREGRINUM Præpoſitum Eccleſiæ Venarum Ordinis S. Auguſtini Paravinæ Diœceſis Bonifacius ad Venaſranam evexit Eccleſiam 9. Kal. Octob. 1301. ut in epiſt. 235. ſol. 63. an. 7. reg. Var. Obiit hic ante annum 1306. XIV.

15. SPARANUS de Sancto Severo, regius Conſiliarius, ſucceſſor Peregrini à Carolo II. Rege ann. 1306. benigne reſcriptum accepit contra Barones ſuæ Diœceſis illum perturbantes in collectione Decimarum ac beneficiorum Epiſcopatus ſui, quæ omnia confirmavit deinde Robertus Rex Caroli ſucceſſor. Hæc memoratur in reg. regio, de quo meminit anno 1324. XV.

16. PETRUS ſucceſſit Sparano, is qui anno 1326 n. tranſlatus eſt ad Eccleſiam Nolanam ex reg. Vatic. XVI. ſAn. 1328. 5. Id. Septemb.

17. JOANNES Goccus, antea Epiſcopus Amelrinus, huc tranſlatus à Joanne XXII. an. 1328. Id. Septembris regeſt. Vatic. Caput S. Nicandri in D theca argentea incluſit an. 1344. (,, his litteris
,, circa collum inſculptis. XVII.

,, Dominus Johannes de Gocco Epiſcopus
,, Beneſanus fecit fieri hoc opus per manus
,, magiſtri Barbati de Sulmona A. D. MC
,, CCXXXX. Lucentius.)

Mortalitatem explevit anno 1348.

18. Fr. PETRUS de Boſſiano, Ord. Prædicatorum electus à Clemente VI. per obitum Joannis 1348. 8. Kalend. Julii ex regeſt. Vatic. epiſt. 198. ſol. 91. Fato ſunctus eſt ſub Urbano V. (,, an-
,, no 1366.] XVIII

19. GUIDO, Epiſcopus Trojanus, ad hanc Sedem tranſlatus 4. Id. Auguſt. anno 1366. ab Urbano V. XIX.

(1) ROMANUS, natione Velliternus, ex Monacho Vallumbroſano electus fuit Venaſranus Epiſcopus an. 1300. ſi credendum Siaſio in Catalogo virorum illuſtrium Ord. Vallumbr. p. 264. Paulo poſt Romæ deceſſit nondum conſecratus. Mandoſius.

XX 20. NICOLAUS hanc regebat Eccleſiam anno 1387. Hic tanquam hæres qu. Nicolai de Prata Archidiaconi Venaſrani quædam bona ejuſdem per ſancitam concordiam obtinuit anno 1394. Defunctus eſt anno 1396. Bonifacio IX. ad clavum ſedente, ut notatur in libro Proviſionum Prælatorum. Mimini me legiſſe in lib. Solutionum Clementis VII. Pſeudopontificis Carolum quendam ab eodem Antipapa in hac Venaſrana Eccleſia intruſum ſolitum ſubſidium perſolviſſe Collegio Cardinalium Clementis anno 1388. die 26. Febr. quem tanquam adulterinum ab hac ſerie exulare compellimur.

XXI 21. Fr. ROGERIUS de Caſtro Petræ Ordin. Heremitarum S. Auguſtini defuncto Nicolao delectus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus à Bonifacio IX. anno 1396. 13. Kal. Octobris. Mortalitatem explevit anno 1399. ex lib. Proviſ. Prælat.

XXII. 22. ANDREAS Flaſcone de Prata, Eccleſiæ Theanenſis Decanus, eligitur per obitum Rogerii 13. Kal. Octobr. 1399. Hanc rexit Eccleſiam per aliquot annos.

B

XXIII 23 CAROLUS („ *Anchamonus*) Epiſcopus erat Venaſranus anno 1420. translatus eſt ad Biteſtenſem anno 1422. 2. Id. Aprilis.

XXIV 24. ANTONIUS Mancinus ex Primicerio electus eſt Epiſcopus (1) à Martino V. anno 1427. 15 Kal. Januarii. Sedit plus minus annis 38. valdeque proficuus fuit in hac Eccleſia adminiſtranda, cujus jura, ac bona uſurpata, regia benevolentia adjutus indefeſſo labore recuperavit. Moritur anno 1465.

XXV 25. JOANNES Gattula de Cajeta, Commendatarius Abbatiæ Sancti Eraſmi de Caſtellana, Epiſcopus Venaſranus fuit electus anno 1465. 7. Kal. Octobris, de quo mentio in monumentis ejuſdem Eccleſiæ ad annum uſque 1471. quo è vivis exemptus eſt.

XXVI 26. ANGELUS de Alberto Hiſpanus à Sixto IV. creatus eſt Epiſcopus 17. Kal. Septemb. 1471. Sub Alexandro VI. Campaniæ & Maritimæ Prolegatus fuit. Obiit verò anno 1504.

C



D

XXVII. 27. RICCOMANNUS de Buffaliois, Tiphernas, Romæ natus 1489. 11. Januar. parentibus Jo: Petro, & Magdalena de Vitellis, vir doctus, pius, exemplariſque vitæ, eligitur à Julio II. anno 1504. die 2. Octob. ſub quo Lateranenſi Concilio interfuit an. 1512. Plura ejus pietatis monumenta extant in hac Eccleſia, quam ſancte adminiſtravit annos 22. Eximia devotione accenſus Hieruſalem longa peregrinatione adiit, inviſitque Domini ſepulchrum. Quadragenario minor Romæ obiit; ſepultus eſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ novæ anno 1528.

A


XXVIII. 28. HIERONYMUS Cardinalis Grimaldus a die 9. Octob. 1528. conſtitutus eſt hujus Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator. Reſignavit deinde ad favorem ſequentis anno 1536.

a De eo Ciacon. Oldoin. t. 3 col. 494.

XXIX 29. BERNARDINUS de Soria, Hiſpanus, patria Burgenſis („ *Ordinis S. Franciſci ſtrictio-* „ *ris Obſervantiæ*) ab Epiſcopatu Ravellen. ad hunc translatus die 2. Junii 1536. Obiit 1548.



30. JOANNES BAPTISTA Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus, Venaſranus adiectus eſt Epiſcopus die 24. Martii 1548. fuitque Julii III. Sacelli Apoſtolici Aſſiſtens. Romæ mortalitatem explevit anno 1557. XXX



31. JOANNES ANTONIUS Carraſa, Neapolitanus, Pauli IV. affinis, ad hoc Sacerdotium aſſumptus eſt 9. Aprilis ann. 1557. Romæ defunctus eſt anno 1558. XXXI




32. ANDREAS MATTHÆUS Aquaviva de XXXII.

(1) Ejus electionis Apoſtolicum diploma integrum ſervatur adhuc apud ejus gentiles, inque eo bis edicitur huic Eccleſiæ vacanti per obitum Andreæ fuiſſe proviſum de perſona Antonii Mancini. Hinc afferendum cenſeo vel Andream de Prata ceſſiſſe hujus Eccleſiæ regimini ſervato ſibi regreſſus jure, ad eamque iterum rediiſſe poſt diſceſſum Caroli, & in ea perduraſſe uſque ad an. 1427. & eo anno obiiſſe, vel ſane Carolum Rogerio, & Andream Carolo ſucceſſiſſe. *Lucentius*.

de Aragonia die 18. Julii 1558. evaſit Epiſcopus. Præfuit annis 15. translatuſque eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Cuſentinam ao. 1573.

XXXIII. 33. HORATIUS Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus electus 17. Septemb 1573. Obiit 1581. [,, *In altera ex minoribus Cathedralis januis,* ,, *quæ fabrica obſtructa reperitur, in cujus medio* ,, *extat ex lapide S. Crucis ſignum, in ſuperiori ar-* ,, *cu Pario lapidi inſcripta granduiſculis litteris hæc* ,, *verba leguntur :* Hanc ſanctam portam, quæ ,, primo claudebatur ligno, nunc verò conſtrui- ,, tur, & crucis ſigno adornatur, Horatius Carac- ,, ciolus D. g. Epiſcopus Venafranus aperuit, & ,, clauſit A. D. MDLXXVI. ſub Gregorio Ponti- ,, fice XIII. *Piaculari ſiquidem anno jam Romæ* ,, *exacto dum in orbem univerſam Chriſtianam ſa-* ,, *cer ejus theſaurus ſequenti anno diffunderetur,* ,, *Venafri portæ hujus interpoſita celebritate exce-* ,, *ptus eſt.* Lucentius.]




XXXIV. 34. LADISLAUS de Aquino *a*, Neapolitanus, generis claritudine, ac innocentia vitæ clarus, Venafranus evaſit Epiſcopus die 30. Octobris 1581. quem Paulus V. an. 1617. ex Peruſiæ Gubernatore in Sacrum Collegium cooptavit ad titulum S. Mariæ ſuper Minervam. Romæ interiit die 12. Februarii 1621. in Comitiis, quibus Gregorius XV. creatus eſt, in cubiculo Præfecti Sacrarii Apoſtolici, corpus ad Minervam funeratum hoc elogio ad tumulum exſculpto.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 4. co 443

D. O. M.

Ladislao S. R. E. Card. excellenti & illuſtri nobilitate D. Thomæ Aquinatis Domus, magnis virtutibus claro in Comitiis non ad ſummum terrarum, ſed ad cœleſtia divino numine & beneficio evocato. Obiit anno Dom. MDCXXI. ætatis ſuæ LXXV. Joannes Riccius de Piſcia Patrono cariſſimo grati animi ergo monumentum P.



XXXV. 35. OCTAVIUS Urſinus, Romanus, Ladislao ſurrogatus eſt die 13 Septembr. 1621. Sedit ann. 11. Translatus eſt ad Eccleſiam Sigoinam anno 1632.

XXXVI. 36. Fr. VINCENTIUS Martinellus, Barenſis, Ordinis Prædicatorum, ex Epiſcopo Cuperſanenſi, ad hanc Venafranam Eccleſiam translatus eſt ab Urbano VIII. die 12. Kalend. Octobris anno 1632.

A D D I T I O.

(,, *Fr. Vincentius Martinellus de Aricia Roma-* ,, *nus Bario oriundus ord. Præd. ſacræ Theologiæ* ,, *Magiſter, & Magiſtri Apoſtolici Palatii ſocius,* ,, *Divinique verbi Præco eximius, Cuperſanus pri-* ,, *mum evaſit Epiſcopus, ad Venafranam deinde ſe-* ,, *dem translatus eſt 12. Kalend. Octobr. 1632. Ver-* ,, *bo docuit, exemplo, piiſque operibus oves pavit.* ,, *Provinciam ſynodum celebravit, quam Romæ ty-* ,, *pis edidit, cujus ſanctiones in viridi obſervan-* ,, *tia perdurare ſtuduerunt ſucceſſores Epiſcopi. In-* ,, *conſolabile ſui deſiderium fecit an. 1635. menſe* ,, *Auguſti die Dedicationis B. Mariæ ad nives fe-* ,, *ſto jam devote celebrato ſancti Dominici, cujus in-* ,, *tegerrimus fuerat alumnus. Cadaver in Cathe-* ,, *drali ſepultum hac Epigrapha decoratur.*

D. O. M.

,, Fr. Vincentio Martinello de Aricia
,, Romano Ordin. Prædic. S. T. M. con-
,, cionatori eximio, & cathedratico,
,, jam pridem S. A. P. Magiſtri ſocio in-
,, tegerrimo, & hæreticæ pravitatis cen-
,, ſori acerrimo, à S. D. N. Urbano VIII.
,, in Cuperſanenſem Antiſtitem jure o-
,, ptimo electo, quem poſt ſeptennium
,, ad Venafranam Eccleſiam tranſtulit:
,, totius Religionis ſplendori, Chriſtia-
,, næ virtutis ſimulachro, melliſluæ elo-
,, quentiæ Patri, & neglectæ pauperta-
,, tis ſuffragatori munificentiſſimo, ab o-
,, culis non à memoria hominum erepto
,, Nonis ſextilis an. Dom. MDCXXXV.
,, ætatis ſuæ XXXXVIII. Petrus Paulus
,, Martinellus hoc humanæ pietatis mo-
,, numentum, fraternique amoris argu-
,, mentum lugens P.

)

XXXVII. ,, HYACINTHUS *Cordella, Firmanus J.* ,, *U. D. ſacrorum Princeps effectus eſt die prima* ,, *Octobris 1635. In ſuſtinendo Eccleſiaſtico decore,* ,, *& Pontificii muneris ornamentis vir aptiſſimus.* ,, *Plurimo ære diſperſo palatium Epiſcopale am-* ,, *pliavit, oliveta menſæ Epiſcopalis jam fere in-* ,, *culta additis millenis olivarum plantis fertilio-* ,, *ra fecit. Duodecim ſanctorum Martyrum ab Ur-* ,, *be delatis ſacris pignoribus, ea in Templo SS.* ,, *Annuntiatæ decenter collocavit, ſacello ad eo-* ,, *rum cuſtodiam ſubſtructo. Eo præſule miſerabi-* ,, *le contagioſæ luis excidium ſenſit Venafrum, de-* ,, *perditis mortalium ter mille quingentis. Inte-* ,, *rim ipſe ſeceſſerat in proximam ſancti Vincen-* ,, *tii in Vulturno Abbatiam: ſummæ quippe exi-* ,, *ſtimationis Præſul ac indulgens animum erga do-* ,, *meſticos, familiareſque ſuos extitiſſet. Cum ve-* ,, *ro ex peſtis depopulatione plebem vacuam, &* ,, *redditus jam fere deperditos conſpiceret, &* ,, *ipſe ſenio ingraveſcens ad patrium ſolum redi-* ,, *re ſategit, translatuſque eſt ad Recanatenſem,* ,, *& Lauretanam Eccleſias 15. Decembr. 1666. De* ,, *eo Mandoſius in Theatro Archiatrorum ſummorum* ,, *Pontificum p. 89.*

XXXVIII. ,, SEBASTIANUS *Leopardi, Setinus* ,, *Terracinenſis diœceſis, Juris Utriuſque Doctor,* ,, *& collegiatæ Sanctæ Mariæ ſuæ Patriæ Archi-*

„ diaconus, qui Terracinenſis, & Urbevetani „ Epiſcoporum Vicarius Generalis in ſpiritualibus ſumma cum laude extitit ad hanc ſedem vocatus eſt 16. Martii 1667. dum ad magna progrederetur pro ſui gregis ſalute, morte ſublatus eſt die 2. Julii 1669. ſepelitur in Cathedrali.

XX XIX. „ LUDOVICUS Ciogni nobilis Romanus, parentibus natus Leonardo Militum Tribuno, & armorum Maritimæ, Campaniæ, totiusque Latii præfecto, & Domitilla Pedeſtia antiqua pariter, & Romana familia. Is in philoſophicis liberalibusque diſciplinis mirabiliter excultus ad ſublimem juriſperitiam pervenit, cujus lauream adeptus, dum in forenſibus judiciis integerrimè verſatur, plures civitates Eccleſiaſticæ ditionis 22. decurſa annorum ſuo guberaio illibate rexit. Hinc promeritus ad Epiſcopale munus aſſumi, hanc obti-

A

„ nuit Cathedram die prima Septemb. 1670. ætatis an. 45. Laudabili virtute, & magno animarum bono præfuit uſque ad anno 1690. quo bonus ſenex, omnibuſque gratus obiit ineunte menſe Auguſto: quieſcit in ſua Cathedrali. Sanctis Martyribus ſuæ civitatis Tutelaribus addictiſſimus, eorum officium reordinavit, & à ſacra Rituum congregatione recitari in univerſa diœceſi obtinuit. Majorem Campanam Principis Eccleſiæ jamdiu quaſſatam novo fuſorio opere grandiorem reſtituit.

„ CAROLUS Nicolaus de Maſſa diœceſis Surrentinæ, Vaticanæ Baſilicæ Beneficiatus, ſucceſſit 11. Decembris 1690. Claris virtutibus in munere ſuo exercendo refulgens deceſſit menſe Martio anni 1710. XL

„ MATTHIAS Joccia, Capuanus, patriæque Eccleſiæ Decanus, ad hanc ſedem evectus eſt die 11. Maii 1717.) XLI.

SURRENTINA METROPOLIS

Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi. (Aquenſis ; ſeu Vicoaquenſis.
(Lubrenſis , ſeu Maſſæ Lubrenſis.
(Stabienſis , ſive Caſtelli Maris.



SURRENTUM, olim Picentinorum Metropolis, in amœniſſimo Tyrrheni maris littore ad ſinum Crateris, inter oſtia Sarni fluminis à Campanis ſeparantis, & Atheneum promontorium inter urbes Campaniæ hodie habita; modica quidem, & in colle ſita, quam Vicus, & Maſſa urbeculæ, parvo intervallo diſſitæ circunſtant; à Neapoli in Auſtrum XXIV. M. P. abeſt, à Salerno in Africum ferè totidem, ab Amalphi in occaſu vix X. Ab Ulyſſe conditam aſſeruut ; exordium tamen incertum, tametſi fabuletur Annius in Commentariis à Sara muliere Imperiali ſumpſiſſe principium. Vix quicquam occurrit , quod de Surrento videatur poſſe narrari , quod Julius Cæſar Capaccius in ſua Neapolitana Hiſtoria diſertiſſimè non enarraverit . Ab ipſo igitur pauca , quæ de hac vetuſtiſſima urbe dicturi ſumus exſcribemus, cum ad ſatietatem , ac perbelle de ejus origine , ſitu , antiquitate, religione , illuſtribus viris , Eccleſiaque ſuis recenſeat in commentariis . Surrentum itaque Straboni , & aliis Sorrentum , Σύρεντον Ptolomæo unica r , quaſi Surenetum appellari , & Pontanus ſcripſit , & Sirenum parefecit habitatio , quamobrem lapides in ea regione olim Sirenum dicti , ut hoc habeat voluptuoſius hæc civitas , quod cum una tantum è Sirenibus Neapoli Parthenope contigerit, duas Surrentum habuerit , quaſi vero efficacius hominum animos allicere potuiſſet . A Sirenibus ſic fuiſſe dictam docet Papinius .

Eſt inter notos Sirenum nomine muros
Saxaque Tyrrhenæ templis ornata Minervæ.

Et inter ea loca Surrentinum Pol. collocat . Et Plinius , *Surrentum cum promontorio Minervæ Sire-* C

A *num quondam ſede* . Sireum Strabo appellat omnem illam oram , quæ à Sarno flumine , ad Minervæ (nunc Campanellæ) promontorium , Stabias , Aquam , Surrentum , Maſſam , & parvas illas inſulas , quæ Salernitanum ſinum ſpectant , amplectitur . Naturæ miraculo factum videtur , ut quæ civitas ad voluptatem , atque animi tranquillitatem condita fuerat , clementiſſima cœli , & ſaluberrimi maris aura perfluatur , colles , qui à ventorum meridionalium , & occidentalium impetu regionem tuentur , omni fructuum genere undique uberrimos habeat , inter duos duriſſimo ſaxo montes erectos Vicanum , atque Maſſanum hujuſmodi planiſſima in rupe haud altius è mari elevata , variarum arborum lætiſſima ſcena rident , quæ ad quinque millium paſſuum tractum exornat , eſt poſita , ut rupes levi è ſaxo , quo Neapolitani concinnandis feneſtris utuntur , in frigidiſſimis antris aquarum ſcaturigines ſuppeditet , oculiſque ſe pulcherrimam veluti littoralem murum obiiciat . Patet ad Cau-
B rum planities , qua nihil poſſe amœnius excogitari , qui viderint , facilè exiſtimabunt ; perpetuo enim continentur viridario , dumque ejus iter teritur , aut frondium opaco nemore contegimur , aut herbarum florida ſtramina premimus , aut fructuum ſuavitate ſaturamur . Inde Bacchus in craterem liquores fundit , inde teperrimas vitulas lacte ſaginatas turrita Cibele , quæ ibi ſuas collocari ſedes à Deorum concilio impetravit , non ad ſacrificiorum ritus , ſed ad juvandos , & exhilarandos mortales tanta mittit cum liberalitate , ut tunc ſe divitem præbeat , cum delicatiori cibo laudatiſſimè homines veſcuntur , cum , inquam ſapidiſſimos fructus , quorum tellus redundat excellentia & cupia , terra , marique viciniæ ſumma cum felicitate diſtribuat , Romana in antiquis aquæductibus magnitudo conſpicitur , quando per planitiem , lateritii operis ruinæ vagantur , & faciunt aquæ , ad quarum bonitatem nullæ accedunt , variis curſibus ductus irriguos , quorum perennitas majori laude regionem reddit celebriorem .

Dum

A *Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum Diacon. Card.*

Datum Laterani per manum magiſtri Sinibaldi Auditoris contradictarum litterarum Domini Papæ nonis Maii. Indict. xv. Incarnat. Dom. Ann. 1237. Pontif. verò D. Gregor. Papæ IX. anno primo.

XVI. 15. ROFFRIDUS, Archipresbyter S. Germani, anno 1229. electus eſt Theanenſis Epiſcopus teſte Riccardo de S. Germano in Chron. ad hunc annum. *Tunc*, inquit, *Roffridus Archipresbyter S. Germani per Albanenſem Epiſcopum Papa mandante in Theanenſem Epiſcopum eſt aſſumptus.* Ejus obitus memoratur ab eodem ad annum 1239. *menſe eodem*, ſcilicet Octobris, *Roffridus Theanenſis Epiſcopus apud Cornetum obiit*. Dies vero notatur in Emortuali Caſinenſi x. Kal. Novembris. (*„ Exul „ factus eſt ab impio Federico Imper. una cum Venafrano, Calenenſi, & Aquinatenſi Epiſcopis.*)

XVII. 16. HUGO electus Theanenſis Epiſcopus, quem conſecrandum mandavit Innocentius IV. B Pontifex Capuanæ Eccleſiæ ſuffraganeis, commiſitq; Alſano (1) Archiepiſcopo, ut cæteros Coepiſcopos ad ſacrum ritum peragendum evocaret. Litteræ extant in reg. Vatic. num. 332. fol. 387. Dat. 3. Id. Novemb. anno 12. Pontificatus, qui fuit Chriſti 1254.

XVIII 17. GUILLELMUS ex Decano Cathedralis evaſit Epiſcopus. Hic S. Thomæ Aquinati à Theano ad Lugdunenſe Concilium, properanti anno 1274. comitem ſe adjunxit. Diu hanc Sedem rexit, obiitque ſub Bonifacio VIII. anno 1295.

XIX. 18. NICOLAUM Epiſcopum Soranum ad hanc Sedem tranſtulit Bonifacius VIII ſucceſſitque Guillelmo anno 1295. 2. Id. Aug. anno Pontiſ. 2. ut in reg. Vatic. ep. 323. fol. 77. Teſtamentum condidit anno 1304. quod extat in Archivio Baſilicæ Vatic. Faſciculo 392. ubi memorantur Amator ejus filius, ejuſque nepos Oddo de Fumone.

XX 19. ADENULPHUS defuncto Nicolao hanc C Sedem regendam ſuſcepit. Mortuus eſt ſedente Clemente V. anno 1309.

XXI 20. GOFFRIDUS de Gallutio *a*, Theanenſis, Rogerio viro nobiliſſimo patre, Sabia Roberti de Aquila filia ſorore Rogerii de Aquila Fundorum Comitis matre natus, poſt Adenulphum in hac Eccleſia ſe ingeſſit, cui electioni cum ſe aliqui oppoſuiſſent, Clemens V. Archiepiſcopo Neapolitano, Epiſcopove Marſicano commiſit, ut contra ipſum inquirerent; Clementis litteræ ſunt in ejus regiſtro anni Pontiſ. 5 ſalutis 1310. num. 328. fol. 92 Fortè inventa eſt ejus electio canonicè celebrata, namq; Goffridus viginti & octo annos in ea administranda conſumpſit, obiitq, ſub Benedicto XII. circa an. Dom. 1338. ut in reg. ejuſdem habetur.

a De familia Gallutia agit Commentarius de familiis Neapolit. p. mihi 102. *Aldimar.*

XXII. 21. PETRUS, Archidiaconus Biterenſis, à Benedicto XII. creatus eſt Theanenſis Epiſcopus x. Kal. Aprilis anno 1338. caſſata electione Pauli de Gallutio Decani, & Petri Murat Canonici Theanen. à Capitolo in diſſenſione celebrata. Explicantur hæc in epiſt. 80. anni 4. Benedicti in ejus regiſtro. D Mortem obiit Petrus anno 1343.

XXIII 22. HOMODEUS cum eſſet Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, Turenſis Eccleſiæ Archipresbyter ad hanc Sedem promotus eſt à Clemente VI. anno 1343. 17. Kal. Aug. annullata prius electione Capituli facta in perſona ejuſdem Pauli de Gallutio Decani Theanenſis, quem diximus in ſchiſmate Canonicorum defuncto Petro electum fuiſſe, & à Benedicto deturbatum de Sede. Præfuit Homodeus annis 6. obiit verò anno 1349. ex reg. Vatic.



23. Fr. BARTHOLOMÆUS de Papazurris, Romanus, Ordinis Prædicatorum dignus alumnus, doctrina & nobilitate ſanguinis clarus per Clementem VI. Theanenſem Sedem aſſequutus eſt 3. Kal. Junii anno 1349. cujus electio habetur in ep. 10. fol. 53. an. 7. reg. Vatic. translatus deinde eſt ad Theatinam Eccleſiam anno 1353. XXIV




24. MARINUS de Judice *b*, filius Philippi filii Marini, Canonicus, & Archidiaconus Amalphitanus, ſucceſſit Bartholomæo. Hanc Sedem aſſequutus eſt ab Innocentio VI. anno 1353. 9. Kal. Junii ex reg. Vatic. ep. 47 fol. 77. ann. 1. de quo etiam mentio in lib. ſolut. Prælatorum ann. 1356. & 1358. die 8. Febr. pauloq; poſt translatus eſt ad Amalphitanum Archiepiſcopatum, indè ad Tarentinum; tandem ſub Urbano VI. evaſit S.R.E. Cardinalis, ſub quo miſerè obiit an. 1385. ut alibi enarravimus. Hic an. 1345. die 25. Apr. ind. 15. Archidiaconus erat Amalphitanus, ac Rector Eccl. S. Angeli in porta civitatis Atrani ex inſtrumento tabularii Amalphitani Epiſcopii, ubi Pater, Avuſq; ejus recenſentur. XXV.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 652.

25. JOANNES Marini ſucceſſor, defunctus eſt anno 1363. XXVI

26. Fr. FRANCISCUS Siculus, Patria Meſſanenſis, Ordinis Prædicatorum, adlectus eſt per obitum Joannis 13. Kal. Junii 1363. ab Urbano V. ſub quo exceſſit anno 1369. ex reg. Vatic. XXVII.



27. THOMAS de Porta, nobilis civis & Canonicus XXVIII.


(1) Hoc opus fuit principaliter mandatum Fr. Romano Epiſcopo Aliſano, non autem, ut perperam Ughellius, Alfano Capuano Archiepiſcopo. Marinus eo tempore Capuanis præerat, & exulabat à grege perſequente Imperatore. *Lucentius.*

nicus Salernitanus, Franciſco ſucceſſit 2. Non. Martii 1369. doctus & probus Præſul fuit, diuque Eccleſiam hanc bene adminiſtravit, cujus obitus dies & annus obſcuri ſunt.

XXIX .28. ALEXANDER ſucceſſit Thomæ, de quo in lib. oblig. ſub Boniſacio IX. mentio habetur.

29. JOANNES *a* intruſus à Clemente VII. Antipapa die 12. Junii recognovit pro Eccleſia Theanenſi Sacrum Collegium ex eodem libro.

a Omittitur, ut Pſeudoepiſcopus.



XXX 30. ANTONIUS ab Vrbano VI. legitimus declaratus eſt Epiſcopus Theanenſis defuncto Joanne, cujus mentio habetur in reg. ejuſdem an. Pontif. 11. qui fuit ſal. 1388. 18. Kal. Febr. indè translatus ad Epiſcopatum Handrienſem, & Pennenſem à Boniſacio IX. an. 1393. 17. Septemb.



XXXI 31. NICOLAUS de Diano, Theanenſis, nobilitate generis, & rerum experientia, ac doctrina vir longè clariſſimus, à Boniſacio IX. delectus eſt Theanenſis Epiſcopus die 23. Octobris 1393. cum eſſet Ladiſlai Regis intimus Conſiliarius eo volente à Gregor. XII. translatus eſt ad Neapolitanam Eccleſ. quam legitimè adipiſci haud potuit ſchiſmate æſtuante; verùm electu Martino V. ab eodem iterum declaratus eſt Neapolitanus Archiepiſcopus an. 1418. diuque in eo Sacerdotio vixit, ut diximus in ejus Eccleſiæ Archiepiſcoporum ſerie.

XXXII. 32. Fr. JOANNES Ordinis Minorum Theanenſis dicitur fuiſſe Epiſcopus in libro oblig. Alexandri V. à quo an. 1409. ut ſuam poſſet ſuſtentare perſonam, cum à Ladiſlao Rege, na poſſeſſionem adipiſceretur, hactenus fuiſſet præpeditus, quædam Eccleſiaſtica beneficia liberaliter accepit. Ceterum de hoc Joanne neque in libris citatis, neque in aliis monumentis reperimus quid factum ſit.

XXXIII. 33. GASPAR de Diano, Nicolai ſuperioris ex fratre nepos, patruo à Gregorio XII. ad Neapolitanam Eccleſiam translato ab eodem & ipſe declaratus eſt Epiſcopatus Theanenſis Commendatarius ann. Pontificatus 6. Chriſti 1412. 2. Kal. Julii. Verùm gliſcente ſchiſmate, munus conſecrationis non accepit, tametſi Theanenſis nuncuparetur Epiſcopus, cum à Martino V. ann. 1422. Conſanus factus eſt Archiepiſcopus, indè ab Eugenio IV. ad Neapolitanam Eccl. translatus an. 1438. de quo ibi.

A 34. JOANNES Chriſtophurus Criſponus, Neapolitanus, Juris Vtriuſq; Doctor eximius, per dimiſſionem Commendæ hujus Eccleſiæ ab electo Gaſpare factam, à Martino V. creatus eſt Epiſcopus 7. Kal. Feb an. 1418. Sedit maxima ſui numinis fama an. 25. fato verò functus eſt an. 1443. ex Actis Conſiſtor. XXXIV.



B

35. MARTINUS de Belinzo, Monachus Ordinis Ciſtercienſis, Sacræ Theologiæ vir longè clariſſimus, Eugenii IV. in paucis charus, ab ipſo Theanenſis renunciatus 5. Kal. Martii an. 1443. Diu hanc rexit Eccleſiam, & bono fine quievit circa an. Dom. 1459. de quo Acta Conſiſtorialia. XXXV.

36. NICOLAUS Fortiguerra *b*, Piſtorienſis, Bartholomæi filius, Juvenis adhuc nobiliter eruditus, legumq; peritia excultus Romam conceſſit Eugenio IV. ad clavum ſedente, exceptus eſt inter honorarios Aulicos ſub eodem Pontifice, Nicolao V. Calliſtoque III. diverſis in locis Eccleſiæ operam ſuam navavit egregiè, cujus cum Pius II. introſpexiſſet virtutes, illum Theanenſem pronunciavit Epiſcopum, mox Card. Presb. ad titulum S. Cæci- XXXVI.
C liæ creavit ann. 1460. adverſus Eccleſiæ hoſtes legatum inſtituit, quibus devictis, Pio, aliiſq. Pontificibus magno uſui fuit, cujus integritatem & virtutes maximè commendarunt Cardinalis Papienſis epiſtola ad Cardinalem Spoletanum, Pius II. in Commentariis, Gatimbertus, Ciaconius, cæterique qui de Cardinalibus ſcripſerunt. Mortuus eſt digniſſimus hic Cardinalis Viterbii, dum legatione fungeretur an. 1473. corpus exanime Romam ad S. Cæciliæ templum delatum in ſepulchro marmoreo, epitaphium inciſum.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 2. c. 1017.

Nicolao Piſtorienſi cognomento Fortiguerra S. Cæciliæ Presbytero Cardinali expugnato Fano, ſuperata Flaminia, devictis Sabinis Everſaniſque hoſtibus de Eccleſia benemerito Fratres pientiſſimi, faciendum curarunt. Is ut foris invictus, ita domi ſententiis dicendis gravis & conſtantis animi eſt habitus. Vixit annos LIV. menſ. II. dies
D *XIV. MCDLXXIII.*

Piſtorii Piam domum, Sapientiam Fortiguerrarum appellatam inſtituit, ubi Piſtorienſes juvenes ad omnem ſcientiam adipiſcendam alerentur. In ea ejuſdem Card. marmorea ſtatua conſpicitur, ad cujus pedes Piſtorienſes hæc poſuere carmina.

Ille ego ſum Patriæ verus Pater, inclyta virtus
Tyrrhenæ gentis, gloria & Italiæ.
Surgit in immenſam totum mea fama per Orbem,
Qua viget, & notam eſt nobile Piſtorium.
Quæque hæc æternam pateant Gymnaſia Muſis
Sunt quoque dotata, & manere ſtructa meo,
Denique Nicoleos ſum, Fortiguerra, galero
Qui ſacro irradians progeniem decoro.

UR-



XX XVII. 37. VRSUS de Vrſinis de Monte Rotundo, Laurentii filius, Baptiſtæ Cardinalis Sixti IV. germanus frater, Fulvii Card. patruus, Raynaldi Archiepiſcopi Florentini & Claricis Leonis X. Pontificis matris patruelis, Romanæ nobilitatis vir primarius, Abbas Commendatarius S. Vincentii de Vulturno, Theanenſem aſcendit ad Sedem an. 1474. 14. Kal. Aprilis. Fato functus eſt in Pannonnia Apoſtolicę Sedis ad Regem legatus an. 1495.

XX XVIII 38. FRANCISCUS Borgia *a*, Hiſpanus, Caliſti III. Papæ filius, Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius, evaſit Theanenſis Epiſcopus ann. 1495. die 19. Auguſti, translatus ad Caſentinam Eccleſiam die 6. Novemb. 1499. ſequenti anno purpura decoratus Presb. Card tit. S. Cæciliæ creatus eſt ab Alexandro VI. in commendam habuit deinde Theanenſem Eccleſiam, quam ad favorem alterius Franciſci Borgia dimiſit ann. 1508. Is eſt ille Cardinalis Borgia, qui cum tribus Cardinalibus Florentiæ ſubſtitit, Mediolanumque conceſſit, unde Julium II. Pontificem ad Piſanum Conciliabulum vocarunt: Septuagenarius Regio Lepidi Piſas iturus è vivis abiit anno 1511. prid Non. Novemb. ibidem ſepultus antequam ſe purpura Julii decreto ſpoliatum agnoſceret, ut Garimbertus narrat lib. 4. cap. ult.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 186.

XX XIX. 39. FRANCISCUS Borgia, Hiſpanus, Cardinalis Superioris propriè affinis, eo cedente factus eſt Epiſcopus Theanenſis die 5. Junii 1508. Sedit ann. 23. ceſſitq; ad favorem Jo. Cardinalis Salviati ann. 1531.

XL 40. JOANNES Cardinalis Salviatus *b*, Florentinus, factus eſt hujus Eccleſiæ Commendatarius die 3. Julii 1531. quam dimiſit an. 1535.

b De eo etiam Ciaconius t. 3. co. 406

XLI 41. ANTONIUS MARIA Sertorius, Mutinenſis, Comitis Jacobi Philippi, & Antoniæ Pallavicinæ ex Marchionibus Buſſeti filius, frater Julii Archiepiſcopi S. Severinæ, nepos Joannis Matthæi Epiſcopi Volaterrani, delectus eſt Epiſcopus Theanenſis, die 30. Aprilis 1535. fuit Abbas Nonantulanus, & S. Vincentii de Vulturno, Piſtorienſiſque Præpoſitus, extinctus eſt an ætatis ſuæ 38. ſalutis noſtræ 1556. Jacet in Eccleſia S. Silveſtri de Nonantula, quam Abbatiam anno ſuperiori ceſſerat ad favorem Julii Archiepiſcopi fratris germani: ille verò eam acceperat à Clemente VII. per dimiſſionem Joannis Mariæ patrui S. Severinæ Archiepiſcopi Nonantulanorum ſeriem Abbatum dedimus tom. 4. in Epiſcopis Tarviſinis.

XLII 42. Fr. HIERONYMUS Michael Nicheſolus, Veronenſis, vetuſta, ac nobili familia natus Ord. Præd. alumnus, in Theologica facultate vir egregius, demortuo Sertorio ſucceſſit die 11. Januarii 1557. Claruit in Concil. Trident. Theani obiit an. 1566. ubi jacet in Cathedrali cum epitaphio ejus laudes referente.

Hic jacet R. P. D. Hieronymus Nicheſola Veronenſis, Ord. Præd. Epiſcopus Eccleſię Theanen. vir & generis nobilitate, & doctrina clarus. Obiit anno MDLXVI. currente Auguſto ætatis ſuæ IL.

A Ex hac gente Gibertus Epiſcopus S. Leonis in Calabria floruit, & Galeſius Belluneoſia fuit Epiſcopus: de qua legendus Julius à Puteo eruditiſſimus nobiliſq; Veronen. in elogiis Advocatorum patrię.

43. Fr. ARCHANGELUS Blanchus *c*, Viglebanenſis, Ordinis Prædicatorum à Pio V. cujus erat à ſacris confeſſionibus Theanenſi Epiſcopatu exornatus die 13. Septemb. 1566. mox Cardinalis creatus Theanenſis dictus eſt. Novem omninò annos hanc rexit Eccleſiam, eamque dimiſit anno 1575. Cujus virtutes brevi elogio complexus eſt Ciaconius; mortuum Romæ die 15. Kal. Febr. 1580. ſepelierunt in Eccleſia S. Sabinæ in Aventino Monte, hoc epitaphio ad tumulum inſcripto. XLIII.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 3. c. 1048.

D. O. M.

Fr. Archangelus de Blanchis S.R.E. Card. pietate, vitæ innocentia, & doctrina ornatiſſimus, qui in diſciplina Dominicana, &
B *in obeando munere inquirendi in hæreticos Pii V. Pont. Max. Collega, ab eodem primum Epiſc. Theani creatus, mox in Sacrum Collegium Patrum Card. cooptatus, virtutis ſpecimen præbuit, ab ſumma ſpe rerum maximarum è medio curſu revocatus hic ſitus eſt. Vixit ann. LXIII. menſ. III. dies XV. Obiit MDLXXX. Cohæredes D. Franciſcus Blanchus & Defendens Frater PP.*

44. JOANNES Paulus Marincola *d*, vir doctus, qui geſta Pauli IV. ſcripſit, ex ceſſione Card. Blanchi delectus eſt Epiſcopus Theanenſis die 16. Sept. 1575. Sedit ann. 13. ac liberè nuncium remiſit Sixto V. ſedente. XLIV

d De cujus operibus legenda vita Card. Bellarmini à Bartolo conſcripta l. 1. c. 19. in fine. *Mandoſ.*

(„ *Lælius Landus renunciatus fuit mox Epiſcopus, qui tamen oblatam ſibi dignitatem conſtantiſſimè reſpuit. Is Sueſſę in Campania priſco, & nobili genere natus, tanta eruditione, ac vitæ Sanctimonia præſtitit, ut Sanctiſſimis juxta doctiſſi-*
C „ *miſque Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis ſit comparandas. Ab ineunte ætate optimis uſus litterarum magiſtris poſt ſtrenuè Philoſophiæ navatam operam ſe totum gravioribus addixit ſtudiis. Latinæ, Græcæ, Hebrçæ, Aſſyriæ, atque Chaldçæ linguarum peritiſſimus extitit. Theologiæ vero ſcientia, & Sacrarum rerum adeò exacta notitia claruit, ut inter primos ſui temporis Theologos, nedum ab eruditiſſimis quibuſque viris, ſed ab ipſiſmet Summis Pontificibus haberetur. Familiariam Antonii Caraffæ S.R.E. Cardinalis longè doctiſſimi adſcriptus numero, Auditoriſque, & Theologi munere apud ipſum perfungens, veterum Conciliorum editioni, emendationi Sacrorum Bibliorum LXX. Interpretum, itemq; latinæ vulgatæ editionis una cum pluribus aliis doctiſſimis viris ex toto Catholico orbe delectis egregie inſudavit. Graviſſimo ſcripto ad Gregorium XIII. ſummum Pontificem miſſo Bajanorum operum venena detexit, expluſitque. Pro Ruthenorum erroribus confutandis, ipſiſque*
D „ *ad catholicam communionem reducendis apud Clementem VIII. plurimum laboravit. Ab eodem ſanctæ obedientiæ præcepto Neritinam Epiſcopatum coactus accipere, Romæque conſiſtere juſſus celeberrimæ de Auxiliis Divinæ Gratiæ controverſiæ cenſor adſcitus eſt. Graviſſimo pariter Epiſcopalium examinatorum Cætui adſcriptus 1599. menſe Martio una cum pluribus aliis ſelectiſſimis viris doctrinæ S. Franciſci Saleſii, qui Gebennenſis Epiſcopi Coadjutor erat renunciandus publicum coram ipſo Pontifice fecit experimentum. Ad Neritinam demum profectus Eccleſiam poſtquam illam ſanctiſſimis moribus erudiſſet, ipſiuſque bona, & jura adverſus potentiores Japygiæ Regulos infracta animi conſtantia deffendiſſet, tot inſignium laborum præmia recepturus in cælo Cuperſiat in ſancta diœceſis viſitatione migravit ad Chriſtum VIII. Kal. Decembr. anno 1610. ætatis 80. Epiſcopatus verò 24. de quo ſuo loco jam diximus.*)

45. VIN-

XLV. 45. VINCENTIUS Branchaleo electus eſt hujus Eccleſ. Epiſcopus à Sixto V. die 9. Martii 1588. brevis Pontifex fuit, cum vix ſeptimum menſem in ea dignitate vixerit.

XLVI 46. VINCENTIUS Seraphinus, Aſculanus, in demortui Branchaleonis locum ſuffectus eſt ab eodem Sixto V. Pontifice die 3. Octob. 1588. Præfuit an. 27. Obiit 1615. Jacet in Cathedrali cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

Oſſibus, & memoriæ Reverendiſſ. Domini D. Vincentii Seraphini Aſculani V. I. D. Epiſcopi Thean. Obiit ann. MDCXV. menſe vero Decemb.

XLVII. 47. ANGELUS de Cioja, nobilis Senenſis, Cardinalis Bellarmini ex ſorore nepos, à Paulo V. Theanenſi Sacerdotio donatus eſt an. 1615. a die 04. Februarii. Mortem oppetiit anno ſui Præſulatus ſecundo, ſalutis verò 1617. ſepultus jacet in Cathedrali. („ *Laudatur à Jano Nicio Erithræo in Pinacotheca 3. imag. 44. De Angeli obitu conſulendu vita Card. Bellarmini à Bartolo edita l. 3. c. 6. Noviſſime de eo Cotta in Muſæo Novarienſi p. 71.* „ Mandoſius.)

a Ao. 1616

XLVIII. 48. MICHAEL ANGELUS Sergoſa de Hedia, Hiſpanus, præficitur in Epiſcopum die 27. Febr. 1617. exceſſit anno 1623. & propè prædeceſſorem ſepulchrum accepit.

XLIX 49. OVIDIUS Lupari, Bononienſis, Theani creatus eſt Epiſcopus 9. Junii 1623. obiit 1626. ſepultus in tumulo quod ſibi vivens in Cathedrali paraverat.

D. Ovidius Lupari Bononien. Eccleſiæ Thean. Epiſcopus, nobilitate clarus, pietate clarior, & integritate clariſſimus, Hic quietis locum ejus cineribus deſtinavit An. Domini MDCXXVI Maii die XXVIII.

L. 50. JOANNES de Guevara, Neapolitanus b, genere Hiſpanus Clericorum Regularium Minorum Generalis, ab Vrbano VIII. ad Theanenſem Epiſcopatum vocatus die 23. Maii 1627. primus fuit, qui in ea Congregatione infulam intulit. Scripſit librum, quem attitulavit, *Orologio Spirituale de Principi*, ad Ferdinandum II. Hetruriæ Magnum Ducem, Romæ typis excuſum apud Maſcardum. In Ariſtotelis Mathematica Commentarios una cum additionibus quibuſdam ad eandem materiam pertinentibus, Romæ apud eundem Typis editos, aliaque ſui ingenii præclariſſima monumenta poſteris reliquit. Vale dixit huic mortali ſæculo ann. 1641. jacet in Cathedrali ubi hoc Epitaphium proſtat legentibus.

b De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 110. & Nicolaus Antonius in appendice ad Bibl. ſcript. Hiſpan. p. 350. Mandoſ.

Jo. de Guevara in quo pugnavit nobilitas cum ſapientia, hæc cum prudentia decertavit, quo extincto ſ familiæ ſplendor, Theologiæ, ac Matheſis lux, Vrbano Pontifici Max. Hercules non parvulus deeſt. Theanenſe Capitulum Patri ac Præſuli poſuit. Obiit die XXIII. Aug. MDCXXXXI. Ann. LX.

LI. 51. MUTIUS de Roſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, electus die 14. Julii 1642. Romæ obiit ſub Innocentio X. anno 1653. („ *De quo Ciampinus in enarratione ſynoptica Abbreviatorum* „ *Parci Majoris p. 79.* Mandoſius.)

LII 52. PAULUS Squillantus, Canonicus Neapolitanus, ſucceſſit Mutio die 7. Decembris 1654. *Obiit Squillantus repentina morte die 2. Junii 1660. ſepultuſque eſt in Cathedrali. („ *Congregationem Sacerdotum inſtituit, quæ uſque adhuc perſeverat maximo Diœceſis ſpirituali profectu. Obiit Apoplexia correptus, & ejus ſepulchro additu fuit hæc Epigraphe.*

* Ex Append. t. 3.

„ Paulus Squillantius Juriſconſultus,
„ Theanenſis Antiſtes, Scientia, Comitate, Pietateque inſignis, verè Pater
„ Pauperum, & qui poſt aurum non abiit,
„ Egenorumque, & Aegrotantium montis erector, expleto luſtro ſui Pontificatus obiit 4. Non. Junii Anno ſalutis
„ humanæ MDCLX.
„ D. Joannes Berardinus de Angelis
„ grati animi poſuit.)

53. OCTAVIUS Boldonius, ex familia nobili Mediolani Octavio Patre Eq. & Com. Palatino, viro in paucis integro, eruditoque natus, ab anno ætatis quintodecimo ad ſexageſimum vixit Clericis Regularibus, quos Barnabitas vocant, addictus, geminam in ea nobili palæſtra conſecutus laudem, Regularis diſciplinæ, literaturæque omnis ſeveræ, amœnæ. Vtramque mox eſt profeſſus reluctante quavis valetudine, quæ primam juventam acerrimè divexavit; alteram, ſacro primum tyrocinio alumnorum Ordinis, poſt Collegiis totis præpoſitus per annos plures: alteram in publicis Academiis præſertim Mediolani ad S. Alexandrum, Alumnis egregiis ſacræ, ac profanæ Reipublicæ datis compluribus. Quo tempore libros nonnullos edendi occaſionem oblatam non reſpuit, inter quos extant hi, videlicet: *THEATRUM temporaneum æternitati Cæſaris Montii Card. ſacrum*, opus ingenio plenum, genus omne ſcribendi oſtentans, Hiſtoricum, Epiſtolare, Oratorium, elogiaſticum, Poeticum, Græcis nonnullis, Etruſciſque latino immixtis, non quaſi cinnus aliquis, aut moles tumultuaria; ſed uno filo deductum per omnes partes Encomium inſtar integri Panegyrici. Prodiit Mediolani ann. ſalut. 1636. Item liber, cui titulus ΚΟΣΜΟΠΟΗΑ, *ſeu Mundus è Gentilitiis Medicæorum globis, architecta ſapientia perfectus* Ad Sereniſſ. Conjuges Magnos Duces Etruriæ FERDINANDUM II. & VICTORIAM, & hoc penè extemporale opus, ſtylo uti ſuperius multiplici, aliquanto tamen limatius; editum Peruſiæ Auguſtæ an. 1641. Ad hæc DIES ATTICI. *Sive exercitationes Græcanicæ* nova methodo, & via longe planiſſima ad linguam perdiſcendam cum laboris compendio. Prodivit Mediolani ann. 1639. Præterea EXTEMPORALIUM *Rhetoricorum Primæ Partis Pars Prior. ORATORIA. Præfationum brevium formulas complectens ad diſputationem de quacunque ſcientia cum Gratiis poſt diſputationem*. Opus impreſſum Romæ ann. 1652. & raptim dictatum, pollicens reliquum corpus (quod ab Auctore ipſo accepimus) id eſt Partem alteram primæ partis. Orationes continentem ſecundam corporis partem Elogiaſticam, Tertiam Poeticam. Ac Elogiſtica quidem prævertit Orationes, volumine prægrandi, eruditione immenſa, cui titulus inditus EPIGRAPHICA, *ſeu Elogia, Inſcriptioneſque quodvis genus pangendi ratio*. Edita eſt Auguſtæ Peruſiæ anno ſuperiore 1660. dicata Alumno ſuo inclyto, Sereniſſ. COSMO Etruriæ Principi, cujus jam emeriti precibus ab Sanctiſſ. ALEXANDRO VII. Pont. Max. aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Theanenſem, cum ea ſedes vacaſſet paucis ante menſibus ex deceſſu Pauli Squillantis. Ergo Octavius Boldonius non ſine maximo deſiderio univerſi Ordinis ſui initiatus ex Clerico Regulari epiſcopus inivit feliciter provinciam die 19. Februarii, ann. 1661. modeſtiæ ſingularis præferens facem, pompæ ſolemnis in ingreſſu remiſſa Civitati im- LIII.

pen-

penſa: quæ tamen Civitas ingeminatis lætitiæ ſignis ingredientem excepit. Adorſus eſt naviter epiſcopales labores, inter quos inſtituit frequeotes ipſe per ſe habere ſacras Conciones, de ſuggeſtu quandoque in Pontificalibus, plerumque de ſede, reparans ſanctorum Patrum veterem uſum, & Apoſtolici ſucceſſoris Eloquentiam conſectans, magnam ex Populo eo re commoto ſpem colligens tollendi corruptelas morum, inſerendi pietatem ac religionem. Annuat his cœptis felicibus Deus Opt. Max. id quod ejus regionis Populi univerſi comprecantur.

ADDITIO.

(„ *Præſul, ut amænioribus litteris, ita omnibus ſcientiis ornatiſſimus hanc ſibi commiſſam Eccleſiam ſumma cum laude viginti annorum ſpatio rexit. Obiit anno ſalutis 1680. inſigni ſua Bibliotheca relicta R R. PP. Reformatis D. Franciſci in Conventu D. Antonii extrà mœnia Theani. Ejus ſepulchro hæc legitur inſcriptio ab ipſomet vivente concinnata.*

Jeſu Pliſſ.
Vivens Feci
Annis. fatigatus. & Curis.
En. dormio. Placidus.
Ad. pedes. dulciſſimi. Fratris
Joannis. Nicolai. Mei.
O. Si.
Archangelico. Tuba
expergefactus.
Ad. Eoſdem. in Cęlo. pedes
Prenſandos. admittar.
Octavius Boldonius
Epiſcopus. Theanenſis. &
SS. D. N. Papæ. Preſul. Adſiſtens
Anno MDCLXXX.
Orbis. ſervati.
Ætatis Meæ 80.
Epiſcopatus Mei 20.
Favete Divi.
Favete Pii.

LIV. „ JOSEPH *Nicolaus Gibertus, nobili genere natus, ſed longè doctrina, ac pietate nobilior, cum multorum annorum ſpatio Spoletinæ Eccleſiæ Vicarius fuiſſet, hanc Theanenſem ab Innocentio* XI *regendam ſuſcepit, cujus poſſeſſionem iniit die* 13. *Junii* 1681. *Pravos mores evellere, abuſus tollere, Clerum reformare, Divinum Cultum augere, prima, vel ipſi unica fuit cura. Quamobrem Synodum habuit tanta doctrina, prudentia, ac zelo concinnatam, ut typis editam multi Præſules, plauſu, ac veneratione excipientes, ipſius adamuſſim obſervantiam in ſuis voluerint Eccleſiis. Vitæ fuit illibatæ, & irreprehenſibilis, liberaliſſimus ergo pauperes, & egenos omnium factus exemplar Præſulum, & forma Paſtorum. Sodalitio Sacerdotum ab Epiſcopo Squillantio inſtitutum aliud adjunxit pro Chriſtianæ doctrinæ explicatione, quod quidem ſummo diœceſis lucro ceſſit. Cathedralem ædem terræmotibus, ac fulminibus concuſſam, & deturpatam refecit, exornavit. Seminarii Epiſcopalis dilatatis ædibus, aſſignatiſque ex Apoſtolico indulto variis redditibus ad fabricam D. Petri de Urbe ſpectantibus, alumnorum numerum auxit. Innocentio* XI. *ob morum prorſus ſimilitudinem fuit charus in paucis, adeò ut ipſi difficillima addixerit munera fidei quæſitoris, & Commiſſarii Generalis Fabricæ D. Petri de Urbe in Regno Neapolitano, quæ tali æquè dexteritate exercuit, ac prudentia, ut ab omnibus & timeretur, & amaretur. Quo tempore ſe nobiliſſimæ Neapolitanæ Sodalitati SS. Trinitatis adſcripſit, ut peregrinis, & convaleſcentibus, aliiſque calamitoſis perſonis in ipſius hoſpitium convenientibus inſerviret, quod quidem Chriſtianæ Charitatis officium, Chriſtum ſemper in ſuis pauperibus recognoſcens, ſemper ac potuit, cum maxima animi ſui jucunditate præſtitit. Continuis laboribus, ac gravi negociorum mole defatigatus oculorum lumen amiſit, quare ſe tunc Epiſcopali omninò imparem ratus oneri, in manus ſummi Pontificis Eccleſiam reſignavit. Minimè verò annuere voluit idem Innocentius* X I. *qui reſpondit, meliorem eſſe Præſulem Cæcum, & vigilantem, quàm cum oculari luce, & dormientem. Tandem poſt multas humillimas preces ei arriſit Innocentius* XII. *Quare in Neapolitana Urbe ſuum, uſque dum vixit, incolatum fecit, & Cæcus etiam functionibus omnibus ſui ſodalitii SS. Trinitatis interfuit, & per manum ductus Peregrinorum pedes lachrymis ſuorum potius oculorum, quam alia lavabat aqua. Eminentiſſimus Neapolitanus Archiepiſcopus Cantelmus, qui Giberti integerrimam benè noverat vitam, & inter ſuas ſpirituales delicias recenſebat, eum ſæpe videre, cum eo colloqui, Vicarium ſui ſacerdotii D. Antonii Abbatis conſtituit, in quo munere cęcus multa etiam ſe geſſit vigilantia. Diem ſuum extremum obiit meritorum plenus cum adſiſtentia uſque ad ultimum vitæ anhelitum ejuſdem Eminentiſſ. Cantelmi, qui ei juſta perſolvit, & pro quiete ejus felicis animæ rem Sacram fecit præſentibus, ac flentibus omnibus Ordinibus Neapolitanæ Civitatis, à quibus omnibus ſemper Sanctus habitus fuit. Tres mille aureos legavit Congregationi Sacerdotum* vulgo P. Pavonii *in Collegio Maximo Neapolitano ſocietatis Jeſu, & alteri, quæ audit* delli Saccedoti ritirati *ut quolibet invicem anno Apoſtolicas perpetuò miſſiones in ſua dilectiſſima Theani diœceſi peragerent: ita ſi cæcus vigilavit, mortuus adhuc vivit in cibo ſpirituali, qui ſuis olim ovibus ſua miniſtratur induſtria. In eadem Eccleſia D. Antonii ſepultus fuit ſub hac inſcriptione.*

D. O. M.

Joſepho Nicolao Giberto Geneſino
Epiſcopo Theanenſi
De Sancta Sede. & Eccleſia
muniis plurimis
Summa Inregeitote, Juſtitia,
& Doctrina perfunctis
Optimè merito.
Divo Aotonio Abbati, cujus flammas
in corde fovebat,
ſuos Cineres dicanti
Theophylus Gibertus Nepos
P.
Anno Domini MDCLXXXXIX.

Vixit annos natus ſexaginta ſex,
obiit die VI. Octobris.

„ DOMINICUS *Pacificus, Patritius Averſanus,* LV.
V. I. D. poſtquam ferè triginta annorum ſpatio in ſua patria Vicarius generalis fuiſſet, per renunciationem Giberti ab Innocentio XII *Epiſcopus hujus Eccleſiæ declaratus, cujus iniit poſſeſſionem die* 15. *Martii* 1689 *Ut verò in hac ſedit Cathedra, nil aliud ſtuduit, quàm ſe Giberti ſucceſſorem probare. Synodum ipſius confirmavit. Erga pauperes, cùm eſſet de ſuo ditiſſimus, palmas ſemper extenſas habuit. Infirmos continuò inviſebat, Euchariſticam ad eos dapem, aut ipſe deferebat, aut ſi ab aliis deferebatur, deferentem ipſe comitabatur. Morientibus Summi Pontificis nomine benedictionem indulgebat. Cùm ex Indulto Apoſtolico per ſex tantùm menſes in ſua Eccleſia quolibet anno reſideret, fructus ſex menſium abſentię in beneficium ejuſ-*

dem

„ *demſemper expendidit, quare eadem reperitur ingenioſe decorata opere ictorio, ac pictaris celebris peaaicilli, novo organo affabrè inciſo, & auro incruſtato, laqueari perpolito, ara maxima electis lapidibas ſtudioſè concianata, ſacelloque ſacru, & pretioſa ſupellectili ditato. Sao tempore tres alii fundati fuere Canonicatus. Diem ſaum obiit in patria in gentilitia domo repentino inſulta correptus menſe Septembri 1717. Eumque zelantiſſimus, ac ſanctiſſimas Cardinalis Epiſcopus Innicus Cardinalis Caracciolus ſummo honore proſecutus fuit, namque terræ amandatum voluit Epiſcopalibus oraatum inſignils, ac ſi in propria Eccleſia fato ceſſiſſet.*

LVI. „ *Domiuicum Pacificum* JOSEPHUS *de Paceo Saleruitanas, patriæ Cathedralis Canonicas, V. J. D. die 11. Februarii 1718. excepit. Præſul moribus antiquis, cujus unicam ſtadium, abuſus, qui per abſentiam Anteceſſoris irrepſerant, ab electiſſima vinea eradicare, & illi, in quo eam reliqait inculpatæ vitæ Gibertus Epiſcopus, nitori reſtituere. Magno ſumptu prænobile ſacellum juxta exemplar illius, quod piiſſima Neapolitana civitas in æde principe pro Divo Jauuario, reliquiſqae ſuis DD. Patronis excitarat, quod vulgò* Il teſoro *jam coadere incœpit, in eo repoſiturus corpus D. Paridis primi Epiſcopi, primique Patroni, quod nunc in Eccleſia anguſta, & ſubterranea colitur, & ſtatuas omnes reliquorum Indigetam Protectoram. Seminarium creſcente in dies Alamnoram numero jam amplixavit, Magiſtris tam morum, quàm omnium diſciplinarum ditavit. Antiquum, & nobile ſodalitium ſab titulo Pietatis, quod nullo ſtipendio defunctos ſociat uſqae ad ſepulturam, reſtauravit, & in ſui ratione inſtituti confirmavit, cui non ſolùm Patritii, & melioris conditionis viri, ſed ipſemet Epiſcopus nomen dedit, qui ſemper ac Epiſcopalibus non detinetur functionibas, ſacco laudati ſodalitii indutus eam miſericordiæ corporalis partem erga defunctos exercet. Ei hæc omnia periclitamenta ſaat veluti animi ſui, nam majora ſiſus Dei omnipotentis præſidio pro grege ſuo meditatur.*]

VENAFRANI
EPISCOPI.



VENAFRUM antiqua civitas ad radices Apennini montis inter M. Caſinum, & Æſerniam haud longè à Vulturno flumine ſupra collem ſituata eſt M.P. à Capna Metropoli diſtans. Hanc Ptolomæus, Pliniuſque in Campaniam Felicem, primamque Italiæ regionem reliciunt, alii in Samnio collocatam volunt. Hactenus nullus veterum ſcriptorum ejus primigeniam originem retexuit, ex recentiorum verò nonnullis fabellis additis, aliqui hujus civitatis auctorem faciunt Afrum ex poſteris Abrahæ, & ab ejus nomine, venaque olei appellatam volunt. Nnn deſunt qui Venafrum ab Oſcorum Italiæ gente vetuſtiſſima conditum fuiſſe aſſerant, ex Latino, Græcove compoſitum, ex Venere, & Aphros, ideſt ſpuma Veneris dictum, eo quod locus ipſe aptiſſimus ſit generationi, ac felicitati, omnia enim uberrimè gignit, quæ hominibus, pecudibuſque perneceſſaria ſunt, triticum, legumina, oleum optimum, omnium genera pomorum, paſcua, ſilvas, quibus omne humanum genus pecudumque nutrit. Cœlum habet ſaluberrimum, pulcherrimam planitiem, atque feracem, montes in gyrum poſitos, oliveta, vineta, venationes, aucupia, perennes fontes, & incolarum genia acutiſsima. In regione igitur Campaniæ feliciſsimæ cenſetur Venafrum, cujus origo ob vetuſtatem omninò latet. In eo Coloniam Romanorum fuiſſe deductam Plinius affirmat lib. 3. de locis mediterraneis. Frontinus de Coloniis: *Venafrum oppidum Triumviri deduxerunt ſine colonis, iter populo dabitur, pedes 20. ager cjus limitibus intereiſivit eſt aſſignatus, ſed ſumma montium jure templi Deæ ab Auguſto ſunt conceſſa.* Merula 117. locum ex deductis Colonlis Venafro attribuit. Auguſti temporibus, antea præfectura fuit. Illud pene cum aliquibus Samnii civitatibus P. Syllam deleviſſe innuere videtur Strabo, Pompejanæ deindè factionis ex quadam Ciceronis epiſtola ad Atticum fuiſſe tradunt. Ejus præter relatos auctores honorificè meminere Varro, Catoque de re Ruſtica, Vitruvius, Appianus, Silius, Ammianus, Frontinus, Oroſius, Eutropius, Juvenalis, Martialis, Venuſinuſque Horatius; ii præcipuè oleum Venafranum collaudant. Antiquitatem, magnitudinem Venafri, ſolique ubertatem ſatis deſcribit Joannes de Amicis Venafranus in ſuo Conſiliorum libro num. 105. Antonius Sanfelicius in deſcriptione Campaniæ ſitum luculenter conſcripſit. Vincentius Ciarlanti eruditus amicus noſter Venafri laudes non tacuit in ſua Samnii hiſtoria; & non ſemel, ſed parcè laudatus Camillus Pellegrinus in Apparatu ad Capuæ antiquitates. Chriſtiani Evangelii fidem jam inde ab Apoſtolorum temporibus Venafrum hauſiſſe conſtans traditio eſt, cum illa feliciſsima ſalutis exordia Nicandri & Marciani Martyrum invictiſsimorum ſanguine maduiſſent, Domitiano perſequente Imperatore ſub Maximo Præſide die 23. Martii. Nicandri civitatis Patroni oſſa in Eccleſia ejus nomini dicata conquieſcunt. Venafranus Epiſcopatus antiquus eſt, non conſtat tamen quis illum conſtituerit, vel qui primus hac dignitate condecoratus fuerit. Conſtantinus primus occurrit hujus Eccleſiæ Epiſcopus, qui ſub Symmacho Papa anno ſalut. 499. Lateranenſi Concilio interfuit, poſt hunc per multa ſæcula deſiderantur Epiſcopi; etenim non ſemel hæc civitas cum cæteris vicinis urbibus bellorum injuria, barbarorumque incurſionibus penè deſolata eſt. Unus idemque Præſul Venafranam, Bovianam, Æſerninamque Eccleſias aliquandiù rexit, quouſque unicuique attributus eſt proprius Paſtor Eccleſiæ Capuanæ ſuffraganeus. Ingentibus Epiſcopatus hic beneficiis à Regibus, Ducibus, Principibuſque decoratus eſt, quamvis eadem bellorum, ac Barbarorum injuria vetera monumenta extincta, conſumptaque fuerint Taxatur in lib Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 75. fructus verò ad 1600. ſcutata illarum partium aſcendunt. Ampiam habet Epiſcopus Cathedralem Deiparæ Annunciatæ ſacram extra urbis mœnia, quo in loco volunt veterem fuiſſe civitatem. Divina in ea Canonici 23. celebrant, quorum, quinque dignitaribus ſunt inſigniti: in ſex Parochias civitas diſtincta eſt. Tria virorum Monaſteria, quatuor Xenodochia, ſex laicorum Confraternitates; animæ fidelium in ea recenſentur 3500. Diœceſis in ſatis amplam latitudinem ſe extendit, oppidaque novem, & pagos duos continet. Eccleſiis, & Oratoriis ornata eſt. Præſulum hujus Eccleſiæ ſeriem, quam modò damus, ex diverſis ſcripturis, monumentiſque eruimus.

A D D I T I O.

(Falluntur qui aſſerunt Venafri nomen compoſitum ex Latina, Græcaque dictione, Venere ſcilicet, & Aphros. Si enim perpendatur vox Aphros, nuſquam Venafrum ei reſpondis per ſimplicem literam F. non per compoſitam Ph. tum in antiquis, tum in modernis inſcriptionibus delineatum. De ejus nomine ſi conjectari licet, veriſimile videtur ex aliquo hujuſmodi nominis viro non denominationem, ſed ipſum nomen traxiſſe. Lapis ex parte corroſus, & antiquiſſimus viſitur in angulo parochialis Eccleſiæ ſancti Simeonis hujus Civitatis hanc præferens mortualem inſcriptionem.

HIC SITA
SUNT OSSA
Q. VENAFRI
HERMISCI
VEVEJA ⅁L
DANAIS
DE SUO FECIT.

Alter lapis extra civitatem via, quæ Neapolim ducit, Venafranum nomen perſonæ accomodatum prodit his litteris.

D. M. S.
CALLIOPE,
VIXIT ANNIS XXI.
VENAFRANIA FESTA
SOROR.

Liquet autem iis, qui in Romanorum antiquis nominibus verſantur, Venafrania proprium, & primarium nomen eſſe, Feſta verò fœminæ agnomen eſſe. Sed de his Plutarchus in vita C. Marii in principio ad Poſſidonii mentem. Romana colonia ex Plinio, aliiſque ſcriptoribus Venafrum fuit, & ea manſit etiam poſt Trajani tempora, ut ſequens inſcriptio docet.

Sex. Pulfennio C. F.
Ter Salutari M. L.
V. S.
Præf. cohort. IIII. Gall. Equit.
Trib. Milo Cohort. I. Mil. Vindelic.
Præf. Alæ I. Pannon.
Curat. Kal. Coloniæ Sueſſanæ
Curat. Templi, & Arcæ
Vitraſianæ Calen.
Flamini D. Trajani
IIVIR. Q. III.
Patro Coloniæ.

Amplum habuit amphiteatrum ad gladiatorum ludos, cujus veſtigia adhuc ſuperſunt: plurimæque proſtant marmoreæ inſcriptiones, quæ indicant quanta fuerit hæc civitas Romanorum florente fortuna. In eo tamen error eſt, quod ſcribatur extidium Venafri à Sylla illatum ex Strabonis auctoritate incuria tam Petri Gravinæ, quam Joannis de Amitis, quibus noſter Ughellus fidem præſtitit. Non enim Venafrum, ſed Teleſia Venafro proxima una cum plurimis aliis civitatibus Samnii, ut Strabo indicat, à Sylla deſtructa fuit. Neque antea pro Samnitibus Venafrum contra Romanos ſtetit, ſed à Samnitibus una cum Romano præſidio manumiſſa Duce Mario Eguatio, ut refert Appianus Alex. l. 1. de bello civili. Teleſiam verò Venafro conjunctam ponit Blondus eo loco, ubi flumen, quod hodie Vandra dicitur, Vulturno conjungitur: altera enim Teleſia eſt longe diſtans, à qua intitulationem accipit Epiſcopus Teleſinus. Antiquitus ex ipſo Vulturni amne maximo ſumptu aquæ Venafrum adducebantur, & viſuntur adhuc ingentis aquæductus veſtigia. Meminit de eo Cicero ad Q. Fratrem lib. 3. Epiſt. 1. & ſingulis milliaribus, ut conjicitur, Auguſti edicto ejus cuſtodia indicebatur. Extat uſque nunc marmorea inſcriptio ante portam oppidi Collium Abbatiæ S. Vincentii in Vulturno una, altera in pago Pazzillorum hujuſmodi.

JUSSU IMP.
CÆSARIS
AUGUSTI CIRCA EUM
RIVOM. QUI AQUÆ
DUCENDÆ CAUSA
FACTUS EST OCTONOS
FED. AGER
DEXTRA
SINISTRAQ. VACUUS
RELICTUS EST.

De Nicandri, & Marciani martyrio agit Martyrologium Romanum, & Baronius in notis ad diem 17. Junii: poſt triduum Daria Nicandri uxor, quæ conjugem ſuum immani pro Chriſto ad ſuſtinenda tormenta hortata fuerat, & ipſa capitalem ſententiam ſubiit. Horum corpora, ut antiqua fecit traditio, quieſcunt in Venafrana Capuccinorum Eccleſia ipſis dicata: illud tamen S. Marciani Atinum ſe poſſidere gloriatur, ut Baronius ſcribit in allegatis notis. Eoſdem ſanctos Patronos habet hæc civitas, & tutelares. De ipſorum ſacris lipſanis apud Venafranos extantibus liquet ex monumentis Mſſ. tum Græcis, tum Latinis repertis in Bibliothecis Romanis Vaticana, & Vallicelliana, ac noviſſime recognitis, ad quorum exemplar tranſcriptæ fuerunt lectiones in eorum anniverſaria celebritate recitandæ, nuper à ſacra rituum congregatione approbatæ inſtante Ludovico Ciogni Venafrano Præſule, ex quibus etiam habetur eos ſubiiſſe martyrium non Domitiani, ſed Diocletiani perſecutione exæſtuante. Mira quippe eſt diverſitas Auctorum, qui acta horum martyrum ſcripſerunt, & præcipue de loco, & tempore. Hiſtoria Atinenſis Eccleſiæ, quæ tranſcribitur ab Ughello in Atinenſibus, haud ſinceræ fidei habetur. Illud autem conſtat ſub ara majori Eccleſiæ, ubi ſacra pignora aſſervari opinio eſt, aquæ fontem conſpici, quæ manna dicitur, & in magna veneratione habetur, quod ex ſacris oſſibus guttatim manare credatur. Obſervatione dignum contigit an. 1683. quo areſcente aere, ſiccoque ſolo, cum reliqui urbis putei, & fontes ne guttam aquæ manarent, ſolus hic fonticulus occulto rore perfuſus ſcatebat, cujus profundum quatuor vix eſt palmorum, cæteri vero ejuſdem cœnobii putei deſiccati omnino 23. palmorum, & ultra deſcenſu ad penetralia terræ pervenient.

Cathedrale templum amplum eſt, & antiquæ ſtructuræ extra mœnia civitatis exurgens, quo in loco fuiſſe volunt veterem civitatem, & Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ ſacrum eſt. Divina ibi perſolvunt Canonici duodeviginti, quorum tres tantum dignitate eminent, videl. Archidiaconus, Primicerius primus, & Primicerius ſecundus, qui etiam dicitur Cantor, & chorali præeſt libro, & cantoribus: adeſt etiam hos inter utraque præbenda. Sunt etiam alii Canonici, qui Hebdomadarii dicuntur numero novem violaceas deferentes almutias, nam primi rubeas habent. Horum munus eſt hebdomadarii vicem in recitando officio explere, & miſſam Conventualem celebrare. Sunt inſuper alii Canonici ſupranumerarii, qui expectantes dicuntur, & his prima præbenda vacatura contingit ex indulto Clementis VII. quam expectativam non eſſe ſublatam Apoſtolico decreto declaratum fuit inſtante Ladislao de Aquino Ve-

„ *naſrano Epiſcopo ſub die 7. Maii 1595. Hi ſupra numerarii nec inſignia deferunt, nec vocem in capitulo habent, & participant tantùm de quotidianis diſtributionibus. Laicorum confraternitates ſeptem in urbe, quarum præcipua ea eſt S. Antonii de Padua in Eccleſia B. Virginis M. ab Angelo Annunciatæ entans. Hæc Eccleſia nobilis, & ampla eſt, & Eccleſiaſticis functionibus apta; ideoque ea plurimum utitur Epiſcopus ad populi commoditatem propter Cathedralis diſtantiam. Sex parochiis civitas diſtincta eſt; & his animæ bis mille ſubjacent. Quatuor inſignitur Regularium virorum cœnobiis, Conventualium ab ipſo S. Franciſco fundatum, Eremitarum ſancti Auguſtini, Carmelitarum, & Capuccinorum; & extra civitatem adeſt Eccleſia S. Petri Cœleſtini cum ſatis commodo diverſorio pro monachis ejus ordinis, & eſt juris Abbatiæ Æſeratenſis. Sanctimonialium monaſterio ſplendet, quod ædificari cœptum an. 1627. Clauſuræ datum fuit an. 1657. & ex inſtitutione Hippolytæ Valletiæ fundatricis tenetur erudiendis pueris magiſtrum providere. Xenodochia, quæ olim quatuor erant, ob eorum tenuitatem in unum coiverunt ſub intitulatione SS. Roſarii. Mons Pietatis, & Seminarium hactenus deſiderantur. Nuper congregatio excitata fuit ſub invocatione S. Angeli Cuſtodis, quæ per Præfectum, & Confratres dirigitur, in qua haberi ſolent conferentiæ Moralis Theologiæ, & plura expleri ad animarum ſalutem exercitia. Palatium pro Epiſcopi habitatione intra civitatem commodo in loco exſurgit. Epiſcopalis menſæ annui redditus valde diminuti mille ſcutata ejus monetæ de præſenti non attingunt; taxa Romana eſt flor. 70. Epiſcopus nullam habet Baronalem, ſeu laicalem juriſdictionem, nec bona feudalia poſſidet; pendet tamen lis de quodam jure paſcendi cum regio fiſco in Camera regia.* Lucentius.]

I. 1. CONSTANTINUS Venafranus Epiſcopus anno 499. in Romano Concilio ſub Symmacho Papa ſedit, cujus ſucceſſores per ſex integra ſæcula ignorantur.

(„ *Idem Conſtantinus ſedebat etiam ante Symmachum temporibus Gelaſii primi, cum hujus extent ad ipſum litteræ, quæ recitantur in 2. par. decretal. cauſ. 17. q. 4. cap. 34. Habetur deinde tempore Magni Gregorii Venafranam Eccleſiam Paſtore caruiſſe ob hoſtium incurſiones, & ſævitiem prohibentium executionem Apoſtolici miniſterii, ut ex Grat. diſt. 71. c. 5. & Epiſtola habetur M. Gregorii ſcripta Anthemio Subdiacono, qua ei injungit caſtigationem Opilionis Subdiaconi, & Creſcentii Clerici Venafranæ Eccleſiæ, quod vaſa ſacra, & miniſteria Eccleſiaſtica Judæis vendiderint, ut ex lib. 2. Epiſt. Ind.* 10. Lucentius.]

II. 2. GERARDUS Venafri, Boviani, ac Æſerniæ Epiſcopus conſecratus eſt ab Atenulfo Capuano Epiſcopo an. 1032.

III. 3. PETRUS Ravennas Monachus montis Caſini à Nicolao II. apud Acerras conſecratus eſt Venafranæ, & Æſernienſis Eccleſiæ Epiſcopus, anno 1059. teſte Leone Oſtienſi in Chron. Caſin. lib. 3. cap. 15. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſin. ann. 1071.

IV. 4. LEO Epiſcopus Venafranus anno 1090. interfuit dedicationi Eccleſiæ S. Martini apud montem Caſinum, cujus meminit Pet. Diac. lib. 4. c. 8. Chronic. Caſinen.

V. 5. MAURUS Venafranus, & Æſernienſis Epiſcopus an. 1113. („ *Sed & ante an. 1103. de quo vide in Æſernienſibus.*)

VI. 6. RAYNALDUS in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato ann. 1179. ſubſcriptus reperitur Epiſcopus Venafranus: idem Venafranus, & Aeſernienſis Præſul denominatur in Bulla

Lucii III. anno 1182. Dat. Velletri 13. Kal. April. ad favorem Aeſernienſis Eccleſiæ, quam in ejus Eccleſiæ Epiſcoporum ſerie retulimus.

VII. 7. N. Venafranus Epiſcopus à Federico II. Imper. exilio mulctatus, indè carceri mancipatus, in ea necatus occubuit an. 1230. ut ſcribit Nicolaus Card. de Aragonia in m. s Hiſt.

VIII. 8. R. Epiſcopus Venafranus, ab eodem Federico Imper. una cum Epiſcopis Theanen. Calinen. & Aquinen. exul factus Junio menſe 1239. Romam venit ad Pontificem Gregorium, & ſequenti menſe ejuſdem anni mortuus eſt apud S. Joannem in Laterano, ut ſcribit Richardus de S. Germano in Chronic.

IX. 9. M. RAYNALDUS ex Capellano Stephani tit. S. Mariæ in Transtyberim Presbyt. Card à Venafrano Capitulo ex mandato Papæ electus Venafranus Epiſcopus ab eodem Pontifice Innocentio IV. munus confirmationis accepit 15. Kal. Martii anno 1250. Id habetur in epiſt. 140. fol. 132. ann. Pontificat. 9. in reg. Vatic.

X. 10. JOANNES hujus Eccleſiæ Præſul obiit anno 1294.

XI. 11. ANDREAS de Averſa Bonifacii VIII. familiaris & charus in demortui Joannis locum, qui ſub Cœleſtino V. diem ſuum clauſerat, electus eſt Venafranus Epiſcopus 3. Kal. Junii 1295. ex reg. Vatic. ep. 581. fol. 132. ann. 1. Obiit ſub eodem Pontifice anno 1299. Memoratur in monumentis Fontis laureati anno 1298.

XII. 12. JORDANUS ex Canonico S. Mariæ de Carmineta Terracinæ Diœceſis ſucceſſit Andreæ Kalend. Junii 1299. ad hanc dignitatem vocatus ab eodem Bonifacio VIII. ex eodem reg. Vatic. ep. 29. fol. 143. ann. 5. Obiit nondum exacto anno à ſua præfectura.

XIII. 13. (1) DOCIBILIS de Sermoneta ex Archipresbytero de Carmineto ſuffectus eſt per obitum Jordani 19. Kalend. April. 1300. ex eodem regeſt. ep. 86. fol. 295. ann 8. Bonifacii. Diem ſuum obiit anno 1301.

XIV. 14. PEREGRINUM Præpoſitum Eccleſiæ Venarum Ordinis S. Auguſtini Patavinæ Diœceſis Bonifacius ad Venafranam evexit Eccleſiam 9. Kal. Octob. 1301. ut in epiſt. 235. fol. 63. an. 7. reg. Vat. Obiit hic ante annum 1306.

XV. 15. SPARANUS de Sancto Severo, regius Conſiliarius, ſucceſſor Peregrini à Carolo II. Rege ann. 1306. benigne reſcriptum accepit contra Barones ſuæ Diœceſis illum perturbantes in collectione Decimarum ac beneficiorum Epiſcopatus ſui, quæ omnia confirmavit deinde Robertus Rex Caroli ſucceſſor. Hæc memoratur in reg. regio, de quo mentio anno 1324.

XVI. 16. PETRUS ſucceſſit Sparano, is qui anno 1326 *a*. translatus eſt ad Eccleſiam Nolanam ex reg. Vatic.

a An. 1328. 5. Id. Septemb.

XVII. 17. JOANNES Goccus, antea Epiſcopus Amelrinus, huc translatus à Joanne XXII. an. 1328. Id. Septembris regeſt. Vatic. Caput S. Nicandri in theca argentea incluſit an. 1344. („ *his litteris circa collum inſculptis.*

„ Dominus Johannes de Gocco Epiſcopus
„ Benefanus fecit fieri hoc opus per manus
„ magiſtri Barbati de Sulmona A. D. MC
„ CCXXXX. *Lucentius.*)

Mortalitatem explevit anno 1348.

XVIII 18. Fr. PETRUS de Boſſiano, Ord. Prædicatorum electus à Clemente VI. per obitum Joannis 1348. 8. Kalend. Julii ex regeſt. Vatic. epiſt. 198. fol. 91. Fato functus eſt ſub Urbano V. („ *anno 1366.*]

XIX. 19. GUIDO, Epiſcopus Trojanus, ad hanc Sedem translatus 4. Id. Auguſt. anno 1366. ab Urbano V.

(1) ROMANUS, natione Veliternus, ex Monacho Vallumbroſano electus fuit Venafranus Epiſcopus an. 1300. ſi credendum Stiſio in Catalogo virorum illuſtrium Ord. Vallumbr. p. 264. Paulo poſt Romæ deceſſit nondum conſecratus. *Mandoſius.*

XX 20. NICOLAUS hanc regebat Eccleſiam anno 1387. Hic tanquam hæres qn. Nicolai de Prata Archidiaconi Venafrani quædam bona ejuſdem per iancitam concordiam obtinnit anno 1394. Deſunctus eſt anno 1396. Bonifacio IX. ad clavum ſedente, ut notatur in libro Proviſionum Prælatorum. Mimini me legiſse in lib. ſolutionum Clementis VII. Pſeudopontificis Caroinm quendam ab eodem Antipapa in hac Venafrana Eccleſia intruſum ſolitum ſubſidium perſolviſſe Collegio Cardinalium Clementis anno 1388. die 26. Febr. quem tanquam adulterinum ab hac ſerie exulare compellimur. A

XXI 21. Fr. ROGERIUS de Caſtro Petræ Ordin. Heremitarum S. Auguſtini defuncto Nicolao delectus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus à Bonifacio IX. anno 1396. 13. Kal. Octobris. Mortalitatem expievit anno 1399. ex lib. Proviſ. Prælat.

XXII. 22. ANDREAS Flaſcone de Prata, Eccleſiæ Theanenſis Decanus, eligitur per obitum Rogerii 13. Kal. Octobr. 1399. Hanc rexit Eccleſiam per aliquot annos. B

XXIII 23 CAROLUS (,, *Anchamonus*) Epiſcopus erat Venafranus anno 1420. translatus eſt ad Bitectenſem anno 1422. 2. Id. Aprilis.

XXIV 24. ANTONIUS Mancinus ex Primicerio electus eſt Epiſcopus (1) à Martino V. anno 1427. 15 Kal. Januarii. Sedit plus minus annis 38. valdeque proficuus fuit in hac Eccleſia adminiſtranda, cujus jura, ac bona uſurpata, regia benevolentia adjutus indefeſſo labore recuperavit. Moritur anno 1465.

XXV 25. JOANNES Gattula de Cajeta, Commendatarius Abbatiæ Sancti Eraſmi de Caſtellana, Epiſcopus Venafranus fuit electus anno 1465. 7. Kal. Octobris, de quo mentio in monumentis ejuſdem Eccleſiæ ad annum uſque 1471. quo è vivis exemptus eſt.

XXVI 26. ANGELUS de Alberto Hiſpanus à Sixto IV. creatus eſt Epiſcopus 17. Kal. Septemb. 1471. Sub Alexandro VI. Campaniæ & Maritimæ Prolegatus fuit. Obiit verò anno 1504. C



D

XXVII. 27. RICCOMANNUS de Buffalinis, Tiphernas, Romæ natus 1489. 11. Januar. parentibus Jo: Petro, & Magdalena de Vitellis, vir doctus, pius, exemplariſque vitæ, eligitur à Julio II. anno 1504. die 2. Octob. ſub quo Lateranenſi Concilio interfuit an. 1512. Plura ejus pietatis monumenta extant in hac Eccleſia, quam ſancte adminiſtravit annos 22. Eximia devotione accenſus Hieruſalem longa peregrinatione adiit, inviſitque Domini ſepulchrum. Quadragenario minor Romæ obiit, ſepultus eſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ novæ anno 1528.

XXVIII. 28. HIERONYMUS Cardinalis Grimaldus a die 9. Octob. 1528. conſtitutus eſt hujus Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator. Reſignavit deinde ad favorem ſequentis anno 1536.

a De eo Ciacon. III doi t. 3 col. 494.

XXIX 29. BERNARDINUS de Soria, Hiſpanus, patria Burgenſis (,, *Ordinis S. Franciſci ſtrictio-,, ris Obſervantiæ*) ab Epiſcopatu Ravellen. ad hunc translatus die 2. Junii 1536. Obiit 1548.



XXX 30. JOANNES BAPTISTA Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus, Venafranus adlectus eſt Epiſcopus die 24. Martii 1548. fuitque Julii III. Sacelli Apoſtolici Aſſiſtens. Romæ mortalitatem explevit anno 1557.



XXXI 31. JOANNES ANTONIUS Carrafa, Neapolitanus, Pauli IV. affinis, ad hoc Sacerdotium aſſumptus eſt 9. Aprilis ann. 1557. Romæ defunctus eſt anno 1558.




XXXII. 32. ANDREAS MATTHÆUS Aquaviva de

(1) Ejus electionis Apoſtolicum diploma integrum ſervatur adhuc apud ejus gentiles, in quo ea his edicitur huic Eccleſiæ vacanti per obitum Andreæ fuiſſe proviſum de perſona Antonii Mancini. Hinc aſſerendum cenſeo vel Andream de Prata ceſſiſſe hujus Eccleſiæ regimini ſervato ſibi regreſſus jure, ad eamque iterum rediiſſe poſt diſceſſum Caroli, & in ea perduraſſe uſque ad an. 1427. & eo anno obiiſſe, vel ſane Carolum Rogerio, & Andream Carolo ſucceſſiſſe. *Lucentius*.

de Aragonia die 18. Julii 1558. evaſit Epiſcopus. Præfuit annis 15. translatuſque eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Cuſentiuam an. 1573. A

XX XIII. 33. HORATIUS Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus electus 17. Septemb. 1573. Obiit 1581.
[„ *In altera ex minoribus Cathedralis januis, quæ fabrica obſtructa reperitur, in cujus medio extat ex lapide S. Crucis ſignum, in ſuperiori arcu Parioſ lapidi inſcripta grandiuſculis literis hæc verba leguntur :* Hanc ſanctam portam, quæ primo claudebatur ligno, nunc verò conſtruitur, & crucis ſigno adornatur, Horatius Caracciolus D. g. Epiſcopus Venafranus aperuit, & clauſit A. D. MDLXXVI. ſub Gregorio Pontifice XIII. *Piaculari ſiquidem anno jam Romæ exacto dum in orbem univerſum Chriſtianum ſacer ejus theſaurus ſequenti anno diffunderetur, Venafri portæ hujus interpoſita celebritate exceptus eſt.* Lucentius.]

B



XXX IV. 34. LADISLAUS de Aquino *a*, Neapolitanus, generis claritudine, ac innocentia vitæ clarus, Venafranus evaſit Epiſcopus die 30. Octobris 1581. quem Paulus V. an. 1617. ex Peruſiæ Gubernatore in Sacrum Collegium cooptavit ad titulum S. Mariæ ſuper Minervam. Romæ interiit die 12. Februarii 1621. in Comitiis, quibus Gregorius XV. creatus eſt, in cubiculo Præfecti Sacrarii Apoſtolici, corpus ad Minervam funeratum hoc elogio ad tumulum exſculpto.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 4. co. 443

D. O. M.

Ladiſlao S. R. E. Card. excellenti & illuſtri nobilitate D. Thomæ Aquinatis Domus, magnis virtutibus claro in Comitiis non ad ſummum terrarum, ſed ad cœleſtin divino numine & beneficio evocato. Obiit anno Dom. MDCXXI. ætatis ſuæ LXXV. Joannes Riccius de Piſcia Patrono cariſſimo grati animi ergo monumentum P.



XX XV. 35. OCTAVIUS Urſinus, Romanus, Ladiſlao ſubrogatus eſt die 13. Septembr. 1621. Sedit ann. 11. Tranſlatus eſt ad Eccleſiam Signinam anno 1632. A

XX XVI. 36. Fr. VINCENTIUS Martinelius, Barenſis, Ordinis Prædicatorum, ex Epiſcopo Caperſanenſi, ad hanc Venafranam Eccleſiam tranſlatus eſt ab Urbano VIII. die 12. Kalend. Octobris anno 1632.

A D D I T I O.

(„ *Fr. Vincentius Martinellus de Aricia Romanus Bario oriundus ord. Præd. ſacræ Theologiæ Magiſter, & Magiſtri Apoſtolici Palatii ſocius, Divinique verbi Præco eximius, Caperſanus primum evaſit Epiſcopus, ad Venafranam deinde ſedem tranſlatus eſt 12. Kalend. Octobr. 1632. Verbo docuit, exemplo, piiſque operibus oves pavit. Proficuam ſynodum celebravit, quam Romæ typis edidit, cujus ſanctiones in viridi obſervantia perdurare ſtuduerunt ſucceſſores Epiſcopi. Inconſolabile ſui deſiderium fecit an. 1635. menſe Auguſti die Dedicationis B. Mariæ ad nives feſto jam devote celebrato ſancti Dominici, cujus integerrimus fuerat alumnus. Cadaver in Cathedrali ſepultum hoc Epigraphe decoratur.* B

D. O. M.

„ Fr. Vincentio Martinello de Aricia Romano Ordin. Prædic. S. T. M. concionatori eximio, & cathedratico, jam pridem S. A. P. Magiſtri ſocio integerrimo, & hæreticæ pravitatis cenſori acerrimo, à S. D. N. Urbano VIII. in Caperſanenſem Antiſtitem jure optimo electo, quem poſt ſeptennium ad Venafranam Eccleſiam tranſtulit: totius Religionis ſplendori, Chriſtianæ virtutis ſimulachro, mellifluæ eloquentiæ Patri, & neglectæ paupertatis ſuffragatori munificentiſſimo, ab oculis non à memoria hominum erepto Nonis ſextilis an. Dom. MDCXXXV. ætatis ſuæ XXXVIII. Petrus Paulus Martinellus hoc humanæ pietatis monumentum, fraternique amoris argumentum lugens P. C

)

XX XVII. „ HYACINTHUS *Cordella, Firmanus J. U. D. ſacrorum Princeps effectus eſt die prima Octobris 1635. In ſuſtinendo Eccleſiaſtico decore, & Pontificii muneris ornamentis vir aptiſſimus. Plurimo ære diſperſo palatium Epiſcopale amplavit, oliveta menſæ Epiſcopalis jam ferè inculta additis millenis olivarum plantis fertiliora fecit. Duodecim ſanctorum Martyrum ab Urbe delatis ſacris pignoribus, ea in Templo SS. Annunciatæ decenter collocavit, ſacello ad eorum cuſtodiam ſubſtructo. Eo præſule miſerabile contagioſæ luis excidium ſenſit Venafrum, deperditis mortalium ter mille quingentis. Interim ipſe receſſerat in proximam ſancti Vincentii in Vulturno Abbatiam: ſummæ quippe exiſtimationis Præſul ni indulgens nimium erga domeſticos, familiareſque ſuos extitiſſet. Cum vero ex peſtis depopulatione plebem vacuam, & redditus jam ferè deperditos conſpiceret, & ipſe ſenio ingraveſcens ad patrium ſolum redire ſatageret, tranſlatuſque eſt ad Recanatenſem, & Lauretanam Eccleſias 15. Decembr. 1666. De eo Mandoſius in Theatro Archiatrorum ſummorum Pontificum p. 89.* D

XX XVIII. „ SEBASTIANUS *Leopardi, Setinus Terracinenſis diœceſis, Juris Utriuſque Doctor, & collegiatæ Sanctæ Mariæ ſuæ Patriæ Archi-*

SURRENTINA METROPOLIS

Cujus ſuffraganei ſunt

Epiſcopi. (Aquenſis ; ſeu Vicoaquenſis.
(Lubrenſis , ſeu Maſſæ Lubrenſis.
(Stabienſis , ſive Caſtelli Maris.



SURRENTUM, olim Picentinorum Metropolis, in amœniſſimo Tyrrheni maris littore ad ſinum Crateris, inter oſtia Sarni fluminis à Campanis ſeparantis, & Atheneum promontorium inter urbes Campaniæ hodie habita; modica quidem, & in colle ſita, quam Vicus, & Maſſa urbeculæ, parvo intervallo diſſitæ circunſtant; à Neapoli in Auſtrum XXIV. M. P. abeſt, à Salerno in Africum ferè totidem, ab Amalphi in occaſu vix X. Ab Ulyſſe conditam aſſerunt; exordium tamen incertum, tametſi fabuletur Annius in Commentariis à Sara muliere Imperiali ſumpſiſſe principium. Vix quicquam occurrir, quod de Surrento videatur poſſe narrari, quod Julius Cæſar Capaccius in ſua Neapolitana Hiſtoria diſertiſſimè non enarraverit. Ab ipſo igi- B tur pauca, quæ de hac vetuſtiſſima urbe dicturi ſumus exſcribemus, cum ad ſatietatem, ac perbelle de ejus origine, ſitu, antiquitate, religione, illuſtribus viris, Eccleſiaque ſuis recenſeat in commentariis. Surrentum itaque Straboni, & aliis Sorrentum, Σύρρεντον Ptolomæo unica s, quaſi Surenetum appellari, & Pontanus ſcripſit, & Sirenum patefecit habitatio, quamobrem lapides in ea regione olim Sirenum dicti, ut hoc habeat voluptuoſius hæc civitas, quod cum una tantum è Sirenibus Neapoli Parthenope contigerir, duas Surrentum habuerit, quaſi vero efficacius hominum animos allicere potuiſſet. A Sirenibus ſic ſuiſſe dictam docet Papiuius.

Eſt inter notos Sirenum nomine muros
Saxaque Tyrrhenæ templis ornata Minervæ.

Er inter ea loca Surrentinum Pol. collocat. Et Plinius, *Surrentum cum promontorio Minervæ Sire-* C

A *num quondam ſede*. Sireum Strabo appellat omnem illiam oram, quæ à Sarno flumine, ad Minervæ (nunc Campanellæ) promontorium, Stabias, Aquam, Surrentum, Maſſam, & parvas illas inſulas, quæ Salernitanum ſinum ſpectant, amplectitur. Naturæ miraculo ſactum videtur, ut quæ civitas ad voluptatem, atque animi tranquillitatem condita fuerat, clementiſſima cœli, & ſaluberrimi maris aura perfluatur, colles, qui à ventorum meridionalium, & occidentalium impetu regionem tuentur, omni fructuum genere undique uberrimos babeat, inter duos duriſſimo ſaxo montes erectos Vicanum, atque Maſſanum hujuſmodi planiſſima iu rupe baud altius è mari elevata, variarum arborum læriſſima ſcena rident, quæ ad quinque millium paſſuum tractum exornat, eſt poſita, ut rupes levi è ſaxo, quo Neapolitani conciunandis feneſtris utuntur, iu ſtigidiſſimis antris aquarum ſcaturigines ſuppeditet, oculiſque ſe pulcherrimam veluti littoralem murum obiiciat. Patet ad Cau- B rum planities, qua nihil poſſe amœnius excogitari, qui viderint, facilè exiſtimabunt; perpetuo enim continentur viridario, dumque ejus iter teritur, aut frondium opaco nemore contegimur, aut herbarum florida ſtramina premimus, aut fructuum ſuavitate ſaturamur, Inde Bacchus in craterem liquores fundit, Inde teperrimas vitulas lacte ſaginatas turrita Cibele, quæ ibi ſuas collocari ſedes à Deurum concilio impetravit, non ad ſacrificiorum ritus, ſed ad juvandos, & exhilarandos mortales tanta mittit cum liberalitate, ut tunc ſe divitem præbeat, cum delicatiori cibo laudatiſſimè homines veſcuntur, cum, inquam ſapidiſſimos fructus, quorum tellus redundat excellentia & copia, terra, marique viciniæ ſumma cum felicitate diſtribuat, Romana in antiquis aquæductibus magnitudo conſpicitur, quando per planitiem, lateritii operis ruinæ vagantur, & faciunt aquæ, ad quarum bonitatem nullæ accedunt, variis curſibus ductus irriguos, quorum perennitas majori laude regionem reddit celebriorem. C

Dum

Dum in occidentali hac planitie Surrentum ſedet, curvi, longique littoris ſinum veluti Amphitheatrum proſpicit; Veſuvii fœdioris ruinas admiratur, Neapolitanorum ferè voces audit, Pauſilypana vivaria dinumerat, Puteolana prodigia, & Bajanas amœnitates ſpectat, Miſenatibus aquarum Caſtellis non invidit, & æquoris alibi placidos receſſus hujuſmodi contemnit, ut cum Papinio in Surrentino Polii dicat,

Mira quies pelagi, ponunt huc laxa furorem
Aequora, & inſani ſpirant clementius Auſtri.

Atque ita, ut cum Lyeus corollis redimitus littora & antra petit, Nymphæ cochlearum theſauris comas implicitè ex undis ad amores prodeant, & dum ſuos ibi caniſtros Pomona connectit, Tethis omnia piſcium genera ex algoſo gurgite, vel odoris ſcopulis promit, ut nihil Surrentino ſolo feracius, aut jucundius qui viderint, judicare poſſint. Aequor ſcilicet nitidis aquarum fontibus, placidorum ſinuum receſſibus, ſcopulorum viriditate, & feracitate, umbroſis ſpecubus, ex quibus dulcium aquarum guttæ exſtillant, aquatilium piſcatu celleberrimum. Mare inexpugabilem urbem reddit, ex quo undique negatur acceſſus. Mœnibus, aggeribuſque fortiſſimis è terra munitur, in quibus tamen ad quingenta oumerantur capita, ſi vero pagos adciveris ad mille centum ſeptuaginta oumerabis. Sed quid urbem? pomarium potius dicam, quod undique citrea mala, & medica, floreſque ſemper olet. Suntque & voluptati & lucro, propterea quod quicquid Surrenti naſcitur, non tantum à Neapolitanis, ſed ab omnibus gentibus deſideratur. Quid aquæ Surrentinæ? Quid aquarum præclara illa monumenta vigintiſeptem Servatorum piſcinis, maximum Romanorum opus, maximum urbis decus? Habet Surrentum ex ſitu, ex rerum copia, ex ſua nobilitate ſplendores, nihil erit abſque aquarum admirabilibus piſcinis. In ipſo ingreſſu, non arcus, aut porticus hæc Civitas adeuntibus; ſed nobiliſſimarum aquarum caſtella obiicit, quæ veluti Romæ triumphantis lumina inter alios illuſtrum rerum radios nitet. Aquæ gelidæ, ſalubres inter ſe mutuò perbellè commeantes, perlucidæ, puræ, ſuaves, omnis penitus qualitatis expertes, tenues dum bibuntur, & coquntur facillimè, ut ab aliis aquis alienæ magis potatæ, quam guſtatæ delectent, & juvent, & ſint medicamento bibentibus, nullam jecori, aut viſceribus pondere, aut frigiditate moleſtiam afferentes. Quapropter non immeritò nobilium cœtus ædilitio munere maxima ſolercia eis vacat. Nihil tamen ſub cœlo beatum. Pulchritudinis ſpeciem omnem Surrentina civitas amiſit, cum Piali Baſſanos anno 1558. idibus Junii, die quo Divi Antonii Patavini feſtum celebratur CXX. longis navibus præfectus, inſpectante Neapoli, barbaram ſævitiam oſtentans, noctu inopinato in urbem impetu facto, civibus partim in captivitatem redactis, partim perterritis & in fugam per vicinos colles conjectis, Surrentum, Maſſamque vaſtavit, dirupit, incendit, miſerrimamque matronarum, & ſacrarum Virginum raptu calamitoſiſſimo effecit. Ad duo millia hominum captiva ducta ſunt. Situm hujus urbis ambiguunt pagi, Prior, Formura, Ceſaranus, Baranicus, Lavaturus, Caſola, Sanctus Anellus, Gangorus, Carottus, Caſſanus, Meta, Ponſmajor, Alimonus, Sanctus Ligorius, S. Auguſtinus, Legitimus, Forma, Majanellus, Gomella, Cermena, Traſajellus, Arbor, Mortorus, in quibus præter delicias ruſticarum viget fœminarum cultus.

Nihil vicinis Rebuſpublicis Surrentina ceſſit, quæ Colonia quoque a Romanis deducta eſt, & quæ etiam Municipiorum Magiſtratus habuit, ut ex antiquis lapidibus, in quibus multa, quæ ad antiquorum monumenta pertinent, eluceſcunt. Habemus reipublicæ nomine etiam municipium, cum ſub Gratiano Reſpublica dicatur, poſterioribus enim hiſce temporibus alio pacto Reſpublica Surrentina dicitur, quam quo ſub Græcis floruit. Quod clarius declarat *Ordo & Populus*, ſub quo ſtatu Helenæ Imperatrici vovent etiam Surrentini, veluti & Neapolitani.

Piiſſimæ Ac. Venerabili. D. N. Helenæ. Aug.
Matri. D. N Maximi. Victoris.
Aug. Conſtantini.
Et. Aviæ. DD NN. Conſtantii
Et. Conſtantis
Ordo. Et. Populus. Surrentinorum.

Atque is lapis in majori Eccleſia Surrentina poſitus cum Neapolitano conferendus eſt; hic enim illum declarat, quippe Aviam Conſtantini, & Conſtantis eam dicit, qui Cæſares tantum in Neapolitano dicuntur. Patronos quoque Coloniæ leges, & M. Ulpium Pupienum habuere Surrentini. Gladiatorum habes ſpectacula, ludoſque Circenſes, Quinquennalitatis præterea Magiſtratum. Sed Reipub. Surrentinæ meminit nuper effoſſus lapis prope Cathedralem, quem cum aliis Antonius de Pezzo modernus digniſſimus Archiepiſcopus in atrio Archiepiſcopalis Palatii collocavit.

INSTAURATORI ORBIS
TERRARUM PERPETUO
AC PIISSIMO IMPERATORI
D. N. FLAVIO VALERIO
CONSTANTINO.
MAXIMO. PIO
FELICI SEMPER VI-
CTORI S. AUG. RESP.
SURRENTINORUM D.D.

Alius.

L. ARRUNTIO P. F. L. N.
MEN. RUFO EISDIO PROCU
IO. VIX. ANN. XXIIII.
HUIC DECURIONES STATU-
AS DUAS ALTERAM EX
PECUNIA PUBLICA ALTE-
RAM EX ÆRE A POPULO
CONLATO IN FORO PO-
NENDAS DECREVERUNT.

Alius etiam ibidem inventus lapis, ſic inſcriptus,

CAI. FLAVIO
GRATIANO
SEMPER
AUGUSTO.

Plures alias Romanas inſcriptiones affert Capaccius, ac de Surrento proſequitur. Suos etiam Surrentina civitas ſub Imperatoribus habuit Duces. Guimarus Salernitanorum Princeps, Normannorum ope, capto Surrento, Ducem ejus civitatis Guidonem fratrem conſtituit. Anno 1071. conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis Sergium Surrentinorum cum Sergio Neapolitanorum Duce interfuiſſe ſcribit Anonymus. Robertus quoque Normannus Salernitanorum, Amalphitanorum, Surrentinorum, Apulienſium, Calabrienſium, atque Siculorum Dux fuit. In Baſilii Imperio commemoratur Marinus filius quondam Domini Sergii, dudum Præfecti, & Fortioris civitatis Surrenti. Comitis, & Præſidis Surrentini mentio fit in Actis Sancti Tammarii. Et quidem præter Duces, Comiteſque Surrento nobiles cives omni propè memoria maximo ornamento fuerunt, ſive belli, ſive pacis artes tractantes, quorum memoriam retexuit idem Capaccius; at nil ſic Surrentum illuſtravit, quam paulo poſt Chriſtianam fundatam ſalutem, Evangelii lucem, vel ab ipſo Petro

Apoſtolorum Principe, vel ab ejus diſcipulis ſuſcepiſſe, totque protuliſſe Sanctos, quos colit. Ibi Renatus, Valerius, Athanaſius, Baculus, Antoninus Abbas, quorum nomine, tateia, miraculis, regio nitet, & beatiſſimi Cives exiſtimantur; ibi die 14. Kalend. Aprilis ſolemnis fit commemoratio Sanctorum, Quarti, Quartilli, Quintillæ, Marci, novemque iterum Sociorum, qui martyrio in hac Civitate coronati ſunt, quorum meminit Martyrologium Romanum, eorumque Eccleſia præterito ſæculo a Carmelitis reſtituta eſt. Cæterum haud abſurdum erit arbitrari, primis illis Chriſtianæ ſalutis ſæculis plures à Romanis Pontificibus Surrento Præfectos, qui Eccleſiam illam deſævientibus Chriſtiani nominis perſecutionibus regerent, & informarent ad ſalutem, quorum nominum uſque ad Renatum, qui vixit anno 425 nulla extat memoria. Poſt Renatum Epiſcoporum ſeries continuata eſt, tametſi nomina aliqua intercidesint. Templum Cathedrale titulo SS Apoſtolorum Philippi & Jacobi vetuſtum fundarunt priſci illi Præſules, quod Joannes XIII. Pont. Max. in Archiepiſcopalam erexit, ut fertur, poſt annum 968. Leopardo ordinato primo Archiepiſcopo, eidem Lubrienſi, Stabienſique adjunctis ſuffraganeis, quibus acceſſit Aquenſis, ſeu Vico Aquenſis. Romano Pontifici immediatè ſubiiciebatur Surrentina Eccleſia, antoquam in Metropolim erigeretur. Cathedralis itaque antiquæ ſtructuræ, ſed mirificè exornatæ quinque dignitates ſunt, Archidiaconatus, Primiceriatus, Cantoratus, Decanatus, ac Theſaurariatus. Duodecim in ea ſunt Canonici, eum ſeptem hebdomadariis, alioque minorum gentium clero divino cultui deſtinato. Canonici ex vetuſta conſuetudine purpurais Mozzettis, ut vocant, hebdomadarii verò cæruleis utuntur. („ *Inter Canonicos* „ *deſiderantur adhuc Prabendę Theologalis, & Pœnitentiaria. Capitulum habet curam Animarum,* „ *eamque exercet per dignitatem Decanatus. Domus* „ *pro Archiepiſcopo Eccleſiæ contigua eſt.*) Intra mœnia duo Sanctimonialium Benedictini Ordinis Monaſteria ſpectantur, piæ Ædes pro mulieribus mundi illecebras fugientibus, ac Puellarum Virginũ ſervatorium, novem virorum Cœnobia, quorum habetur præcipuum S. Renati; Monachorum Caſſineaſium nobile extra urbis mœnia exædificatum, vetuſtum quidem & privilegiis permultis illuſtre: Sanctæ Euphemiæ Ordinis Minorum Conventualium, S. Franciſci de Obſervantia, S. Mariæ ad Portum Capuccinorum Fratrum, S. Vincentii Ordin. Prædicatorum, Annunciationis S. Auguſtini Congregationis Carbonariæ, S. Mariæ de Monte Carmelo, s. Joſeph Diſcalceatorum ejuſdem Ord. & nupera domus S. Antonini Regularium Clericorum Theatinorum, duæ in Diœceſi Abbatiæ Conſiſtoriales S. Petri à Capella, & S. Petri de Marittonica, Laicorum plures Confraternitates, Hoſpitale, Pietatis Mons ad ſolamen egenorum, & Puerorum Seminarium ad Eccleſiaſticam diſciplinam diſſeminandam. Diœceſis perangusta eſt, ſeptem Parochiis diſtincta regitur, S. Archangeli nempe, Sancti Athanaſii, S. Mariæ de Caſerlano, S. Angeli, S. Mariæ de Mortula, Sanctiſſimæ Trinitatis, & S. Mariæ ad Lauram: beneficiis perplura ſimplicia parvi tamen valoris. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus vix ad mille & centum ſcutata aſcendit; in libris Cancellariæ Apoſtolicæ taxatur floren. 50. Hujus civitatis modo dabimus Præſulum ſeriem ex variis auctoribus, monumentiſque ſatis jejunis erutam, pleniorem daturi, ſi ſuppeditaſſent monumenta, quæ miſerabili ruina à Turcis cremata fuerunt.

1. N. Surrentinus Epiſcopus prædeceſſor S. Renati memoratur in Actis ejuſdem Sancti, nomen tamen non exprimitur. Vixit ante annum 425. aliis 430. aliis 440. Obiit vero circa annum Domini 450.

II. 2. S. RENATUS Cheothedrus, Andegavenſis patria, ejuſdemque civitatis Epiſcopus, ſolitariæ quietis ſtudio Romam, mox Surrentum ſe contulit: ubi vitam diu ab omni non modo labe alienam, ſed ab hominum etiam cętu ſejunctam, duxit: donec clarius in dies ejus fama ſanctitatis illuceſcente, è latebris, ubi ſe abdiderat, repugnanter extractus in ejus urbis Epiſcopali tunc Sede vacante ſedere coactus eſt. Addunt eum unicum illius ſeceſſus ſocium habuiſſe nomine Valerium, patria Surrentinum, quem ſui inſtituti ſectatorem, morumque egregium imitatorem probè ſtudiis omnibus pietatis excultum, demum poſt obitum dignitatis, ac muneris reliquit hæredem. Electum referunt Surrentinum Epiſcopum circa annum Domini 450. vel 430. ut alii volunt; obdormiſſe verò in Domino poſt paucos annos 3. Nonas Octobris. Locus, quem S. Renatus ſua præſentia cohoneſtavit, jam piorum civium munificentia in Ædem ejuſdem Sancti nomine, ac patrocinio nobilem traductus eſt, cui adjectum eſt ex ſacra Benedicti familia inſigne cœnobium, eamque religioſiſſimè Patres egregiè inſtructam, atque exornatam ſervant. Compertum etiam, exploratumque eſt, & certa Patrum traditione manavit, cum corpore Divi Valerii, quod in hujuſmodi æde religioſè aſſervatur partem quoque corporis S. Renati condi, colique, prona ſcilicet Surrentinorum in ſuos tutelares obſervantia, ac pietate. Anno 1603. in eadem Baſilica inventa ſunt Sanctorum horum Epiſcoporum corpora & authoritate Sacrorum Rituum Congregationis, ſolemni ritu ſub primario Altari condita ſunt hac Inſcriptione proloquente.

Alexander Cardinalis Florentinus
Sanctorum Epiſcoporum, Renati, & Valerii Surrentinæ civitatis, ejuſque patronorum corpora, quæ ſub primario altari Baſilicæ veteris collocata fidelium antiqua traditio credidit, atque colit, inventa ſunt ſine nomine ſub eodem Altari, nec alia ab illis exiſtimata Apoſtolica authoritate in novam Eccleſiam translata ſub primario itidem Altari ſunt ſolemni ritu recondita à Monachis hujus Monaſterii Congregationis Caſinenſis Anno ſalutis MDCIII. die XIIII. Novembris, ex decreto Apoſtolicæ Congregationis Sacrorum Rituum ſub die XXI. Auguſti MDCIIII.

Magna eſt controverſia inter Surrentinos, & Andegavenſes de exiſtentia corporis S. Renati. Surrentini apud ſe ex Actis ejuſdem, ac traditione Patrum, tum ex nupera inventione ſervatum volunt. Andegavenſes in Eccleſia Cathedrali Renati ſe exuvias ſacras venerari dicunt. De loco hæc referunt in monumentis. Produnt (inquiunt Andegavenſes) hiſtoriæ noſtrates, Infantem quendam ante Baptiſmum mortuum, à S. Maurilio Andegavenſi Epiſcopo Beati Martini diſcipulo ad vitam revocatum fuiſſe, eique quaſi bis nato, ea cauſa Renati nomen impoſitum: hunc verò Maurilii diſciplina inſtitutum eidem in Epiſcopatu ſucceſſiſſe quem Epiſcopatum cum per aliquot annos ſanctè, ſapienterque geſſiſſet, limina Apoſtolorum viſitaſſe, indeque Surrentum profectum ibi aliquandiu ſolitariam vitam egiſſe, tandemque ejuſdem civitatis Epiſcopum factum, ibidem feliciter obiiſſe. Addunt monumenta noſtra, Legatos ab Andegavis poſt mortem miſſos ad repetendam corpus Epiſcopi ſui, qui cum à Surrentinis repulſam paſſi fuiſſent, ad ſummum Pontificem confugerunt, cujus juſſu corpus Andegavis redditum fuerit, & ab iis in patriam tranſportatum. Habemus præterea Acta authentica, quibus conſtat idem ſanctum corpus ſæpius ab Epiſcopis noſtris

tranſ-

tranſlatum fuiſſe, & tandem in Eccleſia Cathedrali poſitum; ſed anno ſalutis 1562. cum ab Hæreticis Calviniſtis in ignem conjectum fuiſſet, illis defugientibus, reliquias ſuperſtites collectas tandem à Carolo Andegavenſi Epiſcopo in capſam inauratam tranſlatas fuiſſe, ubi in hunc uſque diem quieſcunt ad Altare S. Renati quod eſt in capite Eccleſiæ, impoſitæ. Eæ porrò magna in veneratione habentur, & tum civium, tum advenarum concurſu religiosè frequentantur, præcipuè à mulieribus ſterilibus. Locus donariis, & votivis imaginibus eorum, qui ejuſdem Sancti ope beneficia divina conſequuti ſunt, undique ornatus eſt. Hæc Andegavenſium pia Renati traditio. Idem ferè habet Andreas de Sauſſay tom. 2. Gallicani Martyrologii; ſed ne verbum quidem de Renati ordinatione in Surrentina Sede. Stupendum addit miraculum, Renatum ex divina promiſſione à ſterili matre genitum, pauloque poſt defunctum, quem Sanctus Maurilius Epiſcopus Andegavenſis ſeptem annos integros in monumento jacentem, excellentiſſimo (ut ait Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis) miraculo ad vitam ſuſcitavit. Quod etiam in hymno ejus nomini ſcripto legitur,

Venter conceptus ſterili parentum
Naſceris fleta, lachrymis Renatus
Præſulis, Chriſto Duce, vivus unda
Surgis alumna.
Surgit ut cadens roſa rore tacta
Rore ceu ſurgit foliis apertum
Lilium, ſurgit veluti profuſus
Rore Hiacynthus.
Surgis è mortis gremio futurus,
Fulgidum vitæ ſpeculum; futurus
Forma virtutum celebris; futurus
Aetheris aſtrum.

Diverſum tamen à Sauſſay refert Capaccius de S. Renati à mortuis reſurrectione ex Actis ejuſdem; *Renatus*, inquit, *Honorato Chenbedro viro Senatore, & Bononia Primaria fœmina natus eſt Andegavi circa annum* Domini 400. *poſt Gratiani necem Imperio ad Theodoſium delato. Steriles cum ſe cognoviſſent parentes, Maurilium Andegavenſem Antiſtitem ſanctitate virum præſtantem adeuntes, obteſtati ſunt, ut precibus Deum exoraret, ut iis procreandi filii tandem aliquando poteſtas concederetur. Id quod factum eſt. Adultum deinde Renatum Maurilio Seni commendarunt. Sed gravi morbo correptum ad Maurilium ducentes, tum eum morbo jam liberatum animadvertiſſent, Renatum appellarunt; quaſi verò ex mortuis ad vivos rediſſet. Quo nomine antea appellaverint, ſcriptores non meminere. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus hunc à mortuis excitatum ſcribit, & poſt Maurilium Pontificem in ejus locum à ſuis civibus eſſe ſuffectum.* Hæc ille. Sauſſayus habet, Renatum Neſrido in Cathedra Andegavenſi ſucceſſiſſe, & Thalaſio eandem ſedem commendaſſe, cum ad limina Apoſtolorum viſitanda iter arripuiſſet, qui ei ſucceſſit. S. Maurilius obiit, eodem Sauſſayo teſte anno ſalutis 436. die 13. Novembris. Claudius vero Robertus in ſua Gallia Chriſtiana refert ex Breviario Rothomagenſi obitum Renati in annum 410. Neſridus Maurilii ſucceſſor ordinatur anno 436. qui corpus S. Maurilii tranſtulit. Huic ſucceſſit S. Renatus circa annum Domini 450. qui Epiſcopus Surrentinus evaſit paulo poſt, relicto ſucceſſore in Andegavanſi Eccleſia Thalaſio in Concilio Andegavenſi ordinato anno 453. Ex qua annorum computatione videtur aſſerendum, S. Renatum ad Sedem Surrentinam moderandam acceſſiſſe circa ano Dom. 450. non verò ann. 425. vel 430. ut Diptycæ Surrentinæ Eccleſiæ ſcribunt. De Renato non agit Martyrolog. Romanum. Agitur tamen ejus dies feſtus ſolemni ritu apud Surrentinos, ubi vetus officium cum ejuſdem Sancti Actis recitatur pervetuſtis, de quo Ferrarius; vitam ipſius præter relatos authores ſcripſit David Rhomeus Presbyter Surrentinus, ætatis tamen Renatum, quem Surrentini colunt, diverſum à Renato Andegavenſi facit. Sunt etiam qui ſcribant Renatum neque unquam fuiſſe, neque Andegavorum Epiſcopum eſſe potuiſſe, de qua legendus Joannes Launoy Pariſienſis, adverſus quem extat Apologia Capituli Andegavenſis pro Sancto Renato Epiſcopo ſuo.

III. 3. S. VALERIUS de Apreda, *a* Surrentinus, D. Renati in Sancta converſatione diſcipulus & in Epiſcopatu ſucceſſor circa annum Domini 453. ejuſdem Sancti templo adjunctam ædem ædificat, cum ſanctiſſimè Surrentinam Eccleſiam per aliquot annos rexiſſet, evolavit ad cœlos 17. Kal. Febr. & in templo ejus & Renati nomine excitato conditus eſt, cujus Acta recitantur in Homeliis, quæ extant in Metropolitana in 2. die ejuſdem feſto, quorum initium, *Operante divina miſericordia redit & omnibus votis operata ſolemnitas, &c. Annua revolutione feſtivitas &c.* De Valerio agit Ferrarius hac die & in Catalogo SS. Italiæ.

a De Actis 6. Jan. t. 9. 19.

IV. 4. ROSARIUS Romano Concilio interfuit anno 499. cujus etiam mentio habetur in Diptycis Surrentinæ Eccleſiæ ann. 487. Poſt hunc aliqui deſiderantur Epiſcopi.

V. 5. JOANNES præerat Surrentinæ Eccleſiæ anno 580. ad quem ſcribit S. Gregorius de S. Agathæ reliquiis collocandis, ut cum poſtulaverit ab eo Savinus Abbas Monaſterii S. Stephani inſulæ Cabis, ut ejus Martyris reliquias ibi collocandas juberet, eò Joannes ſe conferat, & ſi nullum corpus ibi conſtiterit humatum, prædicta ſanctuaria ſolemniter collocet. In Synodo præterea habita ab eodem Pontifice in urbe Romana anno 595. imperantibus Mauritio, Tiberio, & Theodoſio, inter alios Epiſcopos ſubſcribit Joannes, Epiſcopus civitatis Surrentinæ, idemque ſubſcribit privilegio, quod Gregorius Pontifex concedit Gailardo Abbati S. Medardi Monaſterii Sueſſionenſis. Tum verò Joannem miſiſſe ſcribit Juſtum clericum capitularem, qui Pontifici nunciaret aliquos Monachos Monaſterii in Surrentina Diœceſi à proprii Abbatis regula abſcedere; quapropter Anthemio Subdiacono mandat, ut Monachos, qui publicè uxores ſortiti fuerunt, ad ſua Monaſteria tranſmittat. Extrema clauſiſſe Joannem referunt anno 598.

VI. 6. AMANDUS Presbyter Oratorii Severini in Caſtro Lucullano Neapoli, electus Epiſcopus Surrentinus ann Chriſti 599 die 22. Martii ordinatus, de quo idem Gregorius ad Anthemium Subdiaconum *b*; *Poſtquam is, qui ad Epiſcopatum Surrentinæ civitatis electus fuerat, aptus nobis viſus non eſt, Amandum Presbyterum Monaſterii S. Severini, quod in Caſtro Lucullano ſitum eſt elegerunt. Eapropter experientiæ tuæ præcipimus, ut eundem Presbyterum excuſatione poſtpoſita, ſub omni ad nos ſtudeat feſtinatione tranſmittere, quatenus petentium deſideria cum Chriſti auxilio, ſi nihil eſt quod eam impediat, impleantur.* Subdiditque ut ſimul cum fortunato Neapolitano de ejus vita & actibus diligenter inquirat. Præter Epiſcopi electionem noto Clementinam Patritiam tunc Neapoli, vel in Caſtro Lucullano fuiſſe. Sic enim ait; *Ne autem glorioſa filia noſtra Clementina hoc moleſtè ſuſcipiat, ad eam experientia tua pergat, ut cum ejus voluntate hoc faciat, ſin autem reniti fortaſſe voluerit, huc eum ſicut diximus ſine mora experientia tua tranſmittat.* Alicujus fortaſſe Ducis Neapolitani filia erat, aut affinis, quando maxima ex parte Duces Patritiatus honore inſigniebantur, de cujus electione à Surrentinis facta ad eandem ſcribit. Conqueritur idem Pontifex cum Anthemio, Monachos, quos in Surrentina civitate pro complenda Antonini voluntate tranſmiſerat, pecuniam ab ipſo acceptam ad emendas poſſeſſiones expendere. Quocirca ipſe provideat, ut ſolidos incautè erogare non debeant. Hujus Epiſcopi hanc ſervant Surrentini memoriam in D. Felicis & Baculi.

b Has Epiſtolas habet in Decret. cap. ne relan 2. de Religioſis domibus, & in cap. poſtquam 1. de electione & electi poteſtate.

Hic

Hic Requieſcit Sacerdos Dei
Amandus Epiſcopus
Sanctæ Eccleſiæ Surrentinæ ,
qui ſedit annos
XVII. Dies XXI. depoſitus
eſt die XIII. Menſis
April. Ind. V. Imperante
D. N. Heraclio R.
Aug. anno VII. orate pro
me Sancte Pater.

Annus Amandi obitus incidit in annum Christi 617. quem veluti Sanctum virum venerantur Surrentini. („*Ut ex alia inſcriptione in aula Archiepiſ-* „ *copalis palatii his verbis expreſſa*. Amandum „ ut Sanctum veneremur.)

VII. (a De eo Acta SS. Jan. t. 2. p. 712.) 7. S. ATHANASIUS a Surrentinus fuit Epiſcopus diverſus à S. Athanaſio Neapolis Epiſcopo . Hanc ſedem ſortitus eſt poſt Amandum anno ſalutis 617. de quo non extant acta ; ſacra tamen anniverſaria celebrantur 6. Kalend. Februarii. In Baſilica ejus hæc mentio in quodam lapide,

Anno Dominic. Incarnation.
M. C. LXXIII. tertia die Junii
Ind. VI. ad honorem Dei , &
glorioſæ Genitricis Mariæ , &
Sanctorum Renati , Valerii ,
Athanaſii , Baculi , & Antoni-
ni , in omni verò anniverſario
die Conſecrationis huc omnibus
advenientibus pridie. . . . .
criminalibus decennialibus cor-
pus Sancti Athanaſii ſacro ſa-
cris Oſſ.

De Athanaſio loquitur eruditiſſimus Antonius Carraccinlus clericus Regularis in monumentis ſacris Neapol. Eccleſiæ ad finem vitæ S Athanaſii Epiſcopi Neapol. & in Scholiis vitæ S. Antonini Surrentinorum Patroni.

VIII. 8. AGAPITUS Surrentinus Epiſcopus floruit anno 645. Hic Surrentum à Rodoaldi Beneventanorum Ducis rabie, oratione & jejunio illibatum ſervavit. De qua re, Marius Vipera in Chronologia Epiſcoporum Beneventanorum. Anno 643. Arechus Dux, qui Ducatum Beneventanum quinquaginta tenuerat annis, obdormivit in Domino, & Aynnus ejus filius ei ſucceſſit, & Dux III. extitit, qui dum contra Sclavos ex Dalmatia egreſſos Sipontum obſidentes , fortiter agere conatur, fuit extinctus anno 644. cum anno & menſibus quinque Beneventanorum Ducatum rexiſſet, & Romoaldus poſt eum regnavit, & Dux IV. fuit, & Ayonis mortem vindicavit, Sclavoſque ex obſidione fugavit, Ducatumque in pace reduxit . Qua tempeſtate Rodoaldus Dux cum toto ſuo exercitu Surrentum irruit, & undique obſedit, adeo ut Agapitus Surrenti Epiſcopus ſuos Cives ſpe ſalutis deſtitutos ultro ſe tradituros eſſe cognoſcens, ita apud illos ad fortiter bellandum adhortatione, & apud Deum aſſiduis jejuniis, precibuſque noctu, diuque prævaluit , ut non ſine claris miraculorum ſignis, meritis præcipuorum Epiſcoporum Renati , & Valerii fretus, civibus ſalutem , urbique libertatem impetravit. Nam Rodoaldi aurum, argentumque Sanctorum illorum ſepulchris extra urbem ſitis ſuppliciter offerentis , voventiſque majora, ſi urbe potiretur, manè expergectus exercitus foris extra templum projecta omnia repererè ; unde quidam ex militibus vaſtandi animo ingreſſi ; illicò à Dæmone abrepti, couſque vexati, donec ante Sanctorum tumulum miſerè expirarint. His Dux & exercitus commoti , obſidione ſoluta, Dei , ſanctorumque experti pro ea urbe tutelam , ſtatim ſe ſe Beneventum receperunt. Hæc ex geſtis Sanctorum Renati & Valerii : quæ etiam leguntur in m. s. Codice

A Eccleſiæ Surrentinæ in eorundem Sanctorum Encomiis his verbis conceptis.

Operante divina clementia redit communibus votis optata ſolemnitas , & lux annuæ feſtivitatis effulſit natalis nobis Sacerdotum , atque Chriſti Confeſſorum Renati , & Valerii diem provehens , quem & veſter devotus auditus , atque Sanctorum Dei ſpirituum circumfulgentium ſacer inviſibiliter conventus adornat. Lætari nos etenim oportet & exultare in Domino Deo noſtro fratres ; non in ventris diſcutione ſæva , ſed proba mentis intentione , qui ſatiat in bonis deſiderium noſtrum , omniumque vota pia devotione proſpicit , & ſereno jugiter confirmat optatu . *Cum ergo de virtutibus Sanctorum* Dei Renati *& Valerii parva de pluribus , quæ per eos* Dominus *fecit , ad laudem & gloriam nominis ſui recenſenda ſunt ; non otioſum advenientibus ad eorum feſtivitates videatur , expiatas adhibere aures , quatenus iis flagitantibus deſuper corpore , ac corde vegeti ad ſua valeant* B *properare. Tempore , quo omnipotens Deus mortalium eſt iratus ſceleribus , & Longobardorum gens ad vindictam totius Italiæ cuncta vaſtaſſet : Vir barbarus typo ſuperbiæ elatus , ad ſuam perniciem cum ſuo ferali exercitu Rodoaldus eorum Dux una cum aliis ducibus devenit Surrentinam civitatem , ut eam quomodo adire poſſet , quæſiviſſet . Et cum diebus ac noctibus nulla viciſſim daretur requies præliandi adverſus eam. Obſidione circumvallatos , & circumquaque victos adſtantes , ad deſperationem eo uſque pervenerunt , ut ſponte ſe cives certatim darent . Et cum nullum etiam egreſſis humanitatis auxilium dari prece fuſa poſſe proſpicerent : proſtratus tunc cunctus populus clauſus , immo intra urbem lacrymabiliter Deo preces effundebant . Vir interea prædictus , barbarorum , atque tyrannorum* Dux , *pergeat ad tumulos Sanctorum Renati & Valerii hanc devotionem exponens , aurum & argentum eis offerens : ut ſi eorum interceſſionibus in prædictam Surrentinam urbem valuiſſet ingredi , plurima , atque meliora illis ornamenta deferret . Quod* C *cum vir , & Sacerdos* Domini *Agapitus agnoviſſet (nam eo tempore ipſe præerat urbi) gregem ſuum verbo , & operibus ſtudioſius informans : nec nocte , nec die quieſcens , Deo preces ſuppliciter fundere , Vacans jejuniis , & orationibus , aſſiduiſque lamentis ; ſacrificium* Deo *ſemetipſum immaculatum ſæpius offerens , ſanctorum confiſus meritis , Renati , & Valerii* Chriſti *Sacerdotum , & Confeſſorum , quorum oratu , & adminiculo uſque nunc perſtitit tuta , ut ab inſtante efferæ gentis obſidione , & crudelis eorum manibus cum concivibus urbem dignaretur eripere .* Credens , *quod nihil eſt eis , quum volunt , impoſſibile . Nam ſe ſequentibus ita pollicitus eſt Redemptor noſter dicens : Quodcunque fidentes in nomine meo , petieritis , fiet vobis . Vadè & blando eos ſermone fretus de Dei pietate alloquitur dicens ; pœnitentiæ fructibus ira Domini citius in miſericordiam convertetur , ſi pædoribus (id eſt pedum fætoribus) præteritis derelictis , ejus præceptis puro inhæſeritis corde . Quia Deus ſub cujus nutu conſiſtunt juſtorum animæ , non præmiis , ne-* D *que oblationibus , ſeu adulationibus ſuadetur , & in ſacrificiis & holocauſtis gentium non delectatur ; ſed cor contritum & humiliatum non ſpernit : ſicut dicit* Pſalmographus , *& ; clamaverunt ad Dominum , cum tribularentur , & de neceſſitatibus eorum liberavit eos . Et Propheta ait . Humiliemus Domino animas noſtras . Et Propheta alius teſtatur dicens :* Convertimini *ad me in jejunio & fletu . Cujus hortatui obtemperantes , crebriſque precibus Sanctorum , ac jejuniis inſiſtentes pervigiles : eorum ceſſum eſt Confeſſorum interceſſionibus , ut prædicta urbs , quæ jam obſidionibus circumvallata manebat , barbarorum illæſa evaderet , & ipſe confuſus nihilominus , cum ea , quæ attulerat , foris ab eorum Eccleſia projecta ab omnibus reperiretur : & ita de prædicta demum urbe abſcederet . Sic enim divina clementia operante , nefandiſſimum ejus vulgus tremore concuſſum eſt , ut cuncti in fugam lapſi verterentur . Interea unus ex iis , qui ad ſarcinas remanſerat cum ſociis ſuis , dixit ſociis ſuis : Audacter in eorum* E *Ec-*

cleſias ,

eleſias ingredimini, & cuncta inde diripite. At illi cum ingreſſi fuiſſent, & cuncta exinde vaſtare cupientes: illicò à ſpiritu immundo arrepti terratenus acrius vexabuntur: & ultionis divinæ in ſe ſenſere vindictam, nuſi accedere, quo eis minimè lucuit. Denique circa eorum tumulos uſquequaque vexuti ſunt: velut priſcu monumentu teſtantur, ut ipſorum pandatur cruor diffuſus, venatione dæmonum uſque in præſentem diem: Et tandiu ibidem à ſpiritu immundo poſſeſſi ſunt, donec ſpiritum exbalarent. Idcircò talia per electos ſuos Dominus operatur, ut oſtenderet quia qui illos contemnunt, eum procul dubio contemnunt, & ideo ſunt ignobiles. Ita Saulo contra ſuos ſævienti, de cælo, inquit, Quid me perſequeris? cum non ipſum utique, ſed membra ejus inſequeretur; &, Qui vos ſpernit, me ſpernit. Tunc accepit omnes illorum timor talia contuentes, & nequaquam ultra auſi ſunt in eorum domicilia, ut vaſtatores accedere. Per idem tempus dum prædictam urbem ipſa gens obſideret, quidam ſenex, effigiem Sancti præferens Renati, inter eoſdem nefandiſſimos hoſtes, medium ſe obtulit, quem ſæpius inter ſe videntes, æſtimabant quendam villicum, eum cum cernerent. Tunc moliti ſunt capite eum truncare; ipſe autem ſubito ab oculis eorum evanuit, unde dubium non eſt, quod ipſe Sacerdos, atque Confeſſor Chriſti Renatus extiterit ad cuſtodiam hujus civitatis: in qua ejus venerabile quieſcit corpus. Quem congruit, ut devotè vigiliis & orationibus continuis celebremus: cognoſcentes & inconcuſsè retinentes, quia unuſquiſque ſciat patrocinia à Deo ſibi collata, ſicut dicit pſalmus: Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, in vanum vigilant qui cuſtodiunt eam. Ergo fratres oportet nos ſemper eorum Eccleſiis occurramus, & videamus diabolum victum: & Chriſti Confeſſores vincentes, & eorum triumphales intuentes coronas, ſatagamus temporalibus intereſſe eorum feſtivitatibus: gaudentes & exultantes cum hymnis & canticis Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto: ut mereamur in æterna cum eis, natalis eorum feſtiviente lætari; ubi regnant cum Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſęcula ſæculorum. Amen.

Annua nobis revolutione feſtivitas celebranda eſt. In qua Sanctorum Renati & Valerii, Sacerdotum Chriſti, & Confeſſorum miracula longum eſt enarrare: quæ toto ſunt penè jam orbe latius terrarum diffuſa. Eodem namque tempore, quo prædicti latrones barbari oppido depopulati ſunt ejuſdem Surrentinam urbem, & multos captivorum cepere: contigit quemdam Felicem nomine, villicum per capillos detentum trahere ad decollandum, manibuſque poſt tergum ligatum. Cumque prædictus Barbarus cum traheret, venerunt ad pontem ſuper vaſtum rivum ſtratum, qui uſque hodie nuncupatur, velut in priſca, magnus ſtructura in quo arcus ad ejus laudem depictus videtur eſſe. Prędictus quippe Barbarus ejus caput omni abſcindere conamine intendens. Tremefactus villicus, hanc orationem fudit ad Dominum dicens; Deus Sanctorum Renati & Valerii, ſine cujus nutu nec folium defluit arboris, aut pluviæ gutta, ut arva madida reddat, & germinare ea faciat, cujus nutu univerſus regitur orbis: qui thronos cęlorum contines, & tribus appendis digitis telluris molem: & ſtatuiſti in pondere montes, & colles in ſtatera; abyſſoſque intueris, & tuorum precibus electorum hæc, quibus præeſſe eos ad munimina ſtatuiſti, ab omni ſecura hoſte ſervaſti: & huic ſæpe præfatæ Surrentinæ urbi noſtræ veridicos Renatum, atque Valerium Sacerdotes, & famulos tuos patronos dediſti: quam multoties à nefandiſſimæ Longobardorum gentis inſidiis viſibiliter munitam reddiderunt; Subvent nunc mihi, de hujus atrocis manibus ſpiculatoris eripe me, eorum meritis & precibus, quos perſpicuos virtutum opifices externi accolæ, ab Orbis cognovere finibus. Cujus in neceſſitate Sancti Confeſſores non dedignati ſunt puriſſimæ ſubvenire orationi. Ita ut ſtatim de manu prædicti barbari evaderet, & in profundam rivi illius altitudinem ſe præcipitaret; dum autem tam eminens eſſet rivi illius altitudo, in nulla parte læſus eſt corporis ſed ſanus, atque incolumis, ut potuit ad prędictam Surrentinam urbem reverſus eſt. Poſtea verò prefatus Barbarus, qui ejus conatus eſt auferre animam, credens eum obiiſſe, ut à pleriſque, nempe ejuſdem urbis diffamatum eſt incolis, quod villicus ille ſanus, atque incolumis haberetur, non credidit. Sed ut certiorem ſe ex incredibili auditu redderet, ad præfatam urbem itinere cœpto devenit. Quem diu, multumque quæſitum, tandem reperit, videnſque eum admiratus eſt, & ſciſcitari ab eo cœpit, quomodo adviveret, quem opinatus fuerat, ut tanta rivi profunditas penè omnes exanimes ſuſcepiſſet. Cui Felix ait, Deus SS. Renati & Valerii, qui me à tua ſervavit machæra: cujus etiam munimine hæc urbs eorum adjumento à veſtris liberata eſt manibus: ipſe mihi præſtitit, ut ſoſpes & ſine aliqua contritione membrorum à tanta evaderem altitudine. Cui barbarus ait obſecrans, quæſo te, perduc me ad Eccleſias, ubi eorum recondita ſunt corpora. Cui aſſentiens, utrique properaverunt, gratias ſimul agentes Deo, qui quotidie in Sanctis ſuis mirabilia operari non deſinit. Cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Corroborantur ea penitus certè, quæ in Sancto Eloquio dicuntur, Glorioſus Deus in Sanctis ſuis, mirabilis in majeſtate, faciens prodigia: excitans perditos ad ſalutem, & revocans incredulos ad fidem. Et iterum; Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. Nam & hoc ab eorum laude minimè protelandum eſt, quod ego, ita ut tantis decet pręconibus, non queo digne dicere, ſed quamvis balbutiendo, pręſumens feram. Ille qui tentus eſt, urbem fortiter dimicando invadere, id eſt, ferus Rodoaldus Dux Longobardorum, & Sanctis Domini Confeſſoribus, ac ſi blandiens, aurum, argentumque offerens ſuaderi, ut gregis ſibi commiſſi oſtenderet æmulos & pecunia prodere, quem inſtanter precibus tegere alternis, & fovere perpetuo non deſiſtunt, & tanto enixius ſui ſtudent gregis inſectari hoſtes, quanto ut immune eum ab hominibus exhibeant: Non diù lætatus eſt triumpho, ut ſperavit: nam intra unius anni ſpatium eorum interceſſionibus, quibus niſus eſt perferre injuriam, Deo æquius ulciſcente, qui dicit; Mihi vindictam, & ego retribuam, vitę tempus cum regno finivit. Ingens eſt enim Sanctorum gloria, & felix corona beatorum Renati & Valerii Confeſſorum, Chriſtique ſacerdotum, qui talibus meruerunt civibus ſociari, & agnum ducem ab omni procul labe alieni, ſequentes: cum illo nunc ſpiritu ſolummodò permanent: poſt modicum duplicia poſſeſſuri; quia ipſe ait; Pater, volo, ut ubi ego ſum, & illic ſint mecum. Et Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Et Propheta: In terra ſua duplicia poſſidebunt. Et quid mirum, ſi patronatum patriæ, eo annuente, aſſecuti ſunt, à quo tantum in cælis ſunt adepti triumphum, ut quibus voluerint, poſcentibus ſuffragia ſibi illata divinitus præſtent? ipſo teſtante Domino; Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis huic monti, Tranſi, & tranſiet, & nihil impoſſibile erit vobis. Et Pſalmus; Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Et Jeſus Sirach. Sapientiam Sanctorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia. De aliis enim virtutibus, quas per eos Dominus quotidie operatur: nec lingua poterit, nec ſermo ſufferre. Eorum verò orationibus, multi adverſis oppreſſi languoribus quotidie ſalvantur: eorum interceſſionibus cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, triſtes lætificantur, infirmi ſalvantur, & multi vexati à ſpiritibus immundis quotidie curantur. Sunt enim veri amici Dei, qui totis viribus niſi ſunt ejus præceptis hærere quantocyus. Ut ipſe ait; Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis, & perpeſſi, & plagas, vincula, & carceres, & in ejus nomine cum ſuis dilectoribus devicerunt mundum: & aereas ſummo cum niſu debellarunt poteſtates, ſcientes non eſſe adverſus carnem, & ſanguinem luctamen: ſed adverſus ſpiritualia nequitiæ, quę ſunt in cęleſtibus. His autem evictis. Corde mundo exultant in Domino: cujus promiſſa aſſecuti ſunt, ut eum intuerentur, & ejus præmiis perenniter fruerentur: Deus enim noſter ſimplicibus adhæret, & petentes ſe non deſerit, ut gaudium eo-

rum in eo plenum ſit. Quia ergo anniverſaria temporum eorum nobis natalitia cumulata proveniunt, lætemur in eorum feſtivitate, ut ſicut in cęlis triumphatores exultant, ita & nos in terris poſiti, de eorum beneficiis gratulemur. Credentes nos eorum orationibus ab hoſtium inſidiis atque cunctorum, immlututibuſque periculis, & contagiis liberari. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Deo Patre & Spiritu S. vivit & regnat in ſæcula ſæcul. Amen.



IX. a De eo acta ss. Jan. t. 2. p. 650.

9. S. BACULUS Brancaccius *a*, Neapolitanus patria, ſcientia rerum divinarum, ac vitæ ſanctitate illuſtris, Sedem Surrentinam excepit, defuncto Epiſcopo, nullo quidem certo annorum calculo, vixiſſe tamen creditur circa annum ſalutis 660. Fama eſt, & conſtans à Patribus derivata traditio, Baculum ex generoſa, vetuſtaq; Brancaccia gente natum eſſe, quæ inter reliquus Regni proceres generis claritate, ac nobilitate conſpicua eſt. Addunt virtute, & ſingulari vitæ ſanctimonia tanta potuiſſe Baculum apud Deum gratia, ut ejus meritis, ac virtute plurima patrata fuerint miracula. Itaque prædeceſſoribus ſuis non impar, poſtquam Surrentinam Eccleſiam aliquot adminiſtraſſet annos ad Cœlum evolavit 4. Kal. Septembris. Patronus, ac Divus Tutelaris acclamatus, ut teſtantur, quæ in pervetuſto ufficiu die ejus feſto leguntur.

Gloria Sanctorum cum ſit Deus ipſe Deorum,
Hunc decet hac horn noſtra prius tre per orn.
Parthenope natus BACULUS fuit iſte beatus;
Hic meruit latum Surrenti Epiſcopatum,
Perque pios mores ſacros conſcendit honores.
Vir Domino gratus cuncti ſine labe reatus.
Jure patronatus noſtros depelle reatus,
Pelle malos mores, miſeros averte furores,
Vt ſolito more feſtum celebremes honore,
Mœnia Surrenti virtute tuere potenti.
Debilibus palma ſis, fortibus arcus & arma,
Tempore præcinctus, foris ut vincamus & intus;
Pacis ad acceſſum tuum concede receſſum.
Cum nuribus matres, cum natis reſpice patres,
Sis pius & multis viventibus, atque ſepultis.

Sepelierunt Baculum primo loco in urbis muro, deinde in mediam urbem tranſtulerunt in Aedem Divo Felici Nolano dicatam, quæ Idolorum templum fuerat, & Sagarum dumicilium. Addunt præterea Romærus de SS. Surrentinis, & Ferrarius ex Capaccio miraculum, quod Sergio presbytero, contigit qui poſtea Stabienſium Epiſcopus fuit, is cum Aram S. Baculi quatuor columnis teſtudinem illius fulcientibus ornaſſet, tantus, tamque ſuavis odur ex illius corpore afflabat, ut etiam extra Eccleſiam diffuſus ſentiretur. Cum autem Sergius columnam humero ſubſtinere conaretur, ſtatim dimidia corporis parte debilitatus, viribuſq; deſtitutus eſt, donec proſtratus in terram, veniam ob irreverentiam, & opem à S. Epiſcopo petens, priſtinæ ſanitati reſtituatur. Sancti Baculi Acta ita in m. s. codice Eccleſiæ Surrentinæ leguntur.

Beatiſſimus igitur Baculus Neapolitanæ urbis civis fuit, hic & nobili genere, & nobilis extitit ſanctitate: Sed generis proſapiam nobilitas ſuperavit

A *ſanctæ converſationis, quantumq; à ſpiritalibus mundana vincuntur commercia, tantum ſui generis dignitatem tranſcendit ſanctitas propriæ actionis. Hic namq; ſuorum parentum filius, inde multorum jam ſpiritualium pater extitit filiorum. Sed & illi quidem carnaliter edidere filiũ, quandoq; moriturum; iſte verò ſpiritualiter genuit filios in ęternum victuros. Sic utique terrenis cœleſtia, carnalibus ſpiritualia, humanis præponuntur divina. Sanctus ergo iſte ſic nobilitatem ſuam piis adornavit operibus, ſic fama ſanctitatis ejus longe, lateq; excrevit: ut à vicinarum urbium populis jam Chriſti famulus haberetur, & in ſanctis ſtudiis crederetur eſſe perfectus, quoniam ſupra montem civitas abſcondi non poteſt, & in domo poſita Dei lucerna caritatis, ſua, lumina præferebat.*

Sub idem tempus Surrentinorum Eccleſia, proprio deſtituta paſtore, hunc ſervum Domini Baculum Epiſcopatus apice ſublimare decrevit. Nec mora, communi voto, pari deſiderio vir Domini expetitur & trahitur, & Surrentinæ Eccleſiæ Cathedra ſublimatur. B *His itaque ritè expletis, cœpit vir Domini & paſtoralis curæ officio incumbere, & prioris vitæ non relinquere puritatem. Mandatorum Domini viam oſtendens populo, à mandatis Domini nullatenus oberrabat, humilitate humilis, caſtus prædicabat irreprehenſibiliter caſtitatem. Innocens innocentia virtutem plenus virtutibus commiſſum ſibi populum edocebat. Sanctus hic illud erat, quod quemlibet eſſe volebat: verò quidem Salvatoris diſcipulus factus, prius quidem ipſe facere: poſtmodum verò noverat etiam edocere, ut virtute ſancti operis, virtus convaleſceret ſanctæ converſationis. In vinea enim Domini die & nocte deſudans, fructum boni operis, & ſui lucra talenti reportabat ad ipſum. Talis profectò ſanctiſſimi Antiſtitis fuit vita, tanta utiq; & doctrina, cunctis miraculis & ſignis omnibus præferenda. In hac totis viſceribus ſpe laboravit cœleſtium præmiorum. In hac ſe per proſpera & adverſa, per læta & triſtia longo exercuit tempore. In hac quoque diem clauſit extremum, præmia ſuorum recepturus laborum. Per* C *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæcul. Amen.*

Poſtquam Beatiſſimi Baculi ſanctiſſima anima relicto corpore migravit ad cœlos: Surrentini cives ejus ſanctiſſimum corpus in ipſo civitatis muro pro ejuſdem civitatis cuſtodia venerabiliter facto oraculo ſepelierunt. Multis autem evolutis temporibus in ſinum, atq; medium præfatæ urbis recogente neceſſitate, venerabile corpus ejus tranſtulerunt. Erat namque in jam dictæ civitatis medio templum idolis conſecratum: in quo prophanus horror gentilium, multas poſuerat effigies ſimulachrorum; hic tanta deluſio dæmonum, tantus contrariæ poteſtatis fiebat concurſus, ut nulli impunè facilis pateret acceſſus; hunc enim ſuis phantaſmatibus corpore: illum debilitabant mente: & huic repentinum incutiebant terrorem: illi mortis diſcrimina intentabant. Deniq; ipſum quoque principem civitatis juxta præfatum templum, propè ſolis occaſum equitantem in ſpecie ludentium mulierũ dęmonum copioſa turba circundedit; illis eum unguibus & morſibus parantibus dilaniare: totumq; ſibi cer- D *tatim convellere. Vni illarũ, quo erat accinctus gladio brachium amputans, concito equo tremebũdus evaſit. Res miranda, & niſi qui viderant, fidem facerent, non credenda, Nam idoli brachium die poſtera quaſi ferro abſciſſum, in terra invenerunt. Inventum cum cæteris ſimulachris ſuſtulerunt, & ſublata in mare proximum projecerunt, in quo eam, quam in terris adhuc videntur exercere ſævitiam: & eam, quam nequeunt ſuper terram, ſub ipſis aquis adhuc intentare credũtur malitiam. Nam ipſum mare Surren. portus: quod ante illud tempus omni fuerat tempeſtate immune, nullis æſtuabat procellis: poſtmodum, ut cætera maria & procellis, & pelagi tumultibus manſit obnoxium.*

Hoc autem quis ignoret, hujus ſancti meritum idola comminuiſſe, in mare projeciſſe, templum, quod ſui corporis pignore mox viſitaturus erat, mundaſſe? Quiſquis enim hoc denegat, nec rerum ordinem, nec temporis reſpicit qualitatem. Tot

namque, tantique cives machinationibus deluſi, hujus almi Præſulis auxilium contra tentamenta dæmonum implorare & ut jam dictum eſt, ſalubri experto conſilio, ſancti corporis reliquias, ſolo excepto brachio, in prædicto loco poſuerunt, ejuſdem civitatis adhibito Præſule: atq; ipſo templo in honore S. Felicis Nolanæ urbis Epiſcopi conſecrato. Quo facto cunctis ſublatis terroribus inimici, Surrentini populi optata pace potiti ſunt. O grande viri meritum, ò ampliſſimum beneficium ſanctiſſimi patronatus. O invictum totius patriæ & inexpugnabile munimen, intus & extra incurſus hoſtium ſuperator. Foris homines, intus homines proſternuntur: terrenam, ſpiritualemque pariter diripientes ſubſtantiam, armis cœleſtibus excluduntur. Sine vulnere vincuntur, mille & decem millibus à dextris cadentibus, & ſiniſtris, fideliſſimo Dei populo non appropinquatur. Omnipotenti ergo agamus gratias omnium liberatori, protectori, atque defenſori, ejuſque famulos dignis veneremur obſequiis. Vitam pariter imitemur, & mores, ut cujus opem in terris cognovimus, in cœlis ejus patrociniis perfruamur.

Poſt prædicti templi conſecrationem, tempore nonnullo emenſo, ejuſdem cuſtos templi Sergius nomine, ciborium quatuor columnis innixum ſupra altare fieri cum diligenti præcepit. Dumque ſupra ſacri corporis tumulum unam ex quatuor cæteris longiorem columnam in terram deponere voluiſſet: Facta fovea, atque tellure ejecta, tanta odoris ſuavitas proceſſit è tumulo, ut omnium hominum nares, & univerſum repleret ambitum urbis. Dic ergo quæſo, quæ roſæ? quæ lilia? quæ aromata his queant odoribus coæquari? Recedunt violæ, thura refugiunt, & omnis veris gloria deliteſcit. Iſtæ profecto ſunt paradiſi deliciæ, angelicæ fragrantiæ, cœleſtia odoramenta. Ecce fratres, quantum ſit in cœlis homo, in terris dignatur oſtendere Deus, & quanta gloria apud Deum ſpiritus hominis perfruatur, ante homines hominis corpus ſolet oſtendere, vel enituiſſe. Et quia iſte Sanctus nimis omnium caruit fetore vitiorum, mortuus unguentis eſt angelicis delibutus. Quocirca & nos repellamus à nobis nunc omnium inquinamenta facinorum, ut in æternum cum eo cœleſtis gloriæ odorem ſpiremus.

Superiori contiguum aliud annectimus miraculum, ut quod continuo geſtum eſt, continuò fidelium auribus intimemus. Dum eam, de qua ſuperius diximus, columnam, idem Cuſtos Sergius in partem ſacri tumuli inconſultè ſuppoſito humero, & ſine debita ipſi loco reverentia vellet impellere, ſuæ temeritatis non indebitam pœnam incurrit, cœleſtique animadverſione percuſſus, totoque fortiter latere afflictus, venis omni ſanguine deſtitutis, emarcuit. Cumque alteram ſui partem vivam, & alteram videret præmortuam, atque percuſſa membra à percuſſione columnæ ferre minimè poſſet, ante ſacras reliquias lachrymis obortis procubuit. Nec ante ab oratione ſurrexit, quàm ſe ſibi redditam cerneret ſanitatem: ſuperna ceſſante protinus ultione; unde poſtea, & ſancti loci reverentiam, & melioris vitæ amplexus eſt puritatem: in tantum videlicet, ut bonæ vitæ excreſcente religione, Stabienſem Eccleſiam factus Epiſcopus gubernaret. Hoc autem ad laudem, & gloriam nominis ſui ipſe Deus eſt dignatus, ut de tanti Patris merito nemo dubius remaneret. Addamus igitur & aliud beati viri miraculum, ut quàm ſit Sanctus iſte egregius, hominibus innoteſcat: nec pluribus verbis, quam opus ſit: quoniam ad alia feſtinamus. Barbaris Cajetanos, Neapolitanos, atque Surrentinos fines depopulantibus, & cæde, incendioque cuncta vaſtantibus, vir Domini Bacolus cum Antonino, Renato, Athanaſio, & Valerio cuſtodibus apparuit, eoſq; ſubito percuſſos timore, à finibus repulit Italiæ: decem illorum navibus cum omni populo amiſſis. Sic itaque in foveam, quam paraverant, prolapſi ſunt. Et in caput iniquorum propria eſt reverſa malitia, Chriſtianiſq; populis ad prælium divinitus excitatis, & Sanctorum prædictorum protectis precibus, cuncta illa Barbarorum peſtis, ut præfati ſumus, interiit. Precemur

A igitur individuam Trinitatem, ut tantorum meritis patronorum, nobis noſtrorum criminum veniam largiantur. Quod nobis concedat Deus, cui ſit honor & laus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

In Feſto Sancti Baculi Surrentinæ Civitatis Epiſcopi, in utriuſque Veſperis.

Hymnus.

Pontifex Cœli, ſuperum Sacerdos
  Chriſte, divini gregis Agne ſacrum
  Manna pro mundo crucis igne noſtra
    Victima ſume.
Sume, quæ ſupplex tibi vota noſter
  Pontifex offert Patris ante vultum
  Defert, ac ejus prece nos ſalute
    Perpete dona.
B Dona Surrenti populo ſuperna
  Confer, ò Evæ decus, ò Adami
  Vita, frumentum cumula, falernum
    Auge & olivum.
Si tibi quondam placuere vota
  Præſulis noſtri, placeant per illum
  Noſtra, quæ flexis genibus quotannis
    Vota dicamus.
Hujus è vita colimus receſſum
  Qua decet pompa celebri: beatum
  Hujus aſcenſum per inane dulci
    Promimus hymno.
Atrium Regis ſuperum tropheo
  Cum triumphali ſubiit virenti
  Baculus lauro, redimitus, aſtra
    Victor adivit.
Sint Deo grates triplici perennes:
  Laus Patri, Nato bonitas, utrumque
  Qui pari nectit ſerie ſuprema
    Lux ſit amori. Amen.

C

AD NOCTURNUM.

Hymnus.

Si nocte ſacra Bacculi
  Confeſſor alme cœlites
  Te voce laudant conſona
  Dum luce clares annua:
Quo tu refulges lumine
  Obſcura cordis nubila
  Umbraſque mentis horridas
  Diſpelle Præſul candide.
Carbone nigro nigrius
  Cor languet atro crimine,
  Sceleſta mens nigredine
  Picis nigreſcit tetrius.
Tu clara vincis ſidera
D Qui claros inter Angelos
  Niteſcis, ut carbunculus
  Diffulget inter gemmulas.
Tu cæca noſtra lumina
  Illuminato Baccule
  Mi Paſtor Illuſtriſſime
  Tuæ nitore gloriæ.
Ut talpa terram quærimus
  Umbras amando ut noctua,
  Tu nos beate Pontifex
  In aſtra claros erige.
Sit Trinitati gloria,
  Patris Poteſtas, Filio
  Laus: utriuſque Flamini
  In unitate gratia.

AD LAUDES.

Hymnus.

Bacculi laudes celebrat decora
Laude Surrenti populus : Sabæa
Thura ſuccenſis facibus per aras
Clerus oburet.
Magnus in terris, ſuper aſtra major
Pontifex noſter meritis, ut Album
Lilium candet, veluti coruſcus,
Lucifer ardet.
Noſtra ſtellanti licet ore vota
Cælitum Regi, miſeris ab alto
Mox polo nobis geminata regis
Dona rependat.
Qua fuit ſumma bonitate clarus
Clara nos vitæ rudimenta ſanctæ
Edocens olim, redolente Divum
Nectare pavit.
Luce, qua fulget radiante Paſtor
Angelos inter rutilos vagantem
Hunc gregem ducat per amœna regni
Prata ſuperni.
Bella debellet fera: peſte pulſa
Impetret pacem, domita furentum
Bile Turcarum, geminent Falerni
Vina & olivum.
Laus Patri ſummo ſit, ubique grata:
Sit decus Nato: Tibi ſint perennes
Opes, ò dulcis Paraclete grates
Nunc & in ævum. Amen.

X. 10. JAQUINTUS Surrentinus Epiſcopus in Concilio VI. Conſtantinopolitano ſub Agathone Papa celebrato anno 680. ita ſubſcriptus reperitur. *Hiaquintus Epiſcopus Surrentinus Provinciæ Campaniæ*. Hujus meminit lapis vetuſtus poſitus in Eccleſia Sancti Renati, forte ibi ſepulti, nomen leges Jaquintii, ibidem in acroſtichis JAVHNTUS.

Jaquintus à Deo ſanctificatus, in Epiſcopali honore.
Conſecratus, in numero Apoſtolorum venit ſociatus
Plerumque ſacrificando ad laudem . . . . .
Amator fuit ſupernæ legis, divina ſervando præcepta,
Super benignitate dilexit charitatem; prædicta
Charitate . . . .
Hic arduum adeptus Antiſtitis nomine fulgebat
Quem ſuis CHRISTUS paſtorem ovibus dederat
Vt in gregis illius Senatus ingrede . . . . .
Hic namque vultu noſcitur fuiſſe mirifico animo,
Dulciori verbo, mellifluo amore, promptus voluntate
Honeſtus in charitate . . . .
Neque ſupernæ virtutis excelſo obſequemur auxilio,
Vt qui æternus paſtor paſtorem hujus ſepulchri
Repoſuit Sanctorum ſacrorum . . . . .
Tantam in eo Sanctiſſimo Viro Salvator largitus
Eſt gratiam, ut fovendo pauperes, diligendo ſuarum
Ovium animas, jam inquit CHRISTO ſuo præſentari,
Vivus vitæ noſcitur fuiſſe proſpicuus, in judicio mitis,
In viduis, pupilliſque amator, in peregrinis miſericors
Et conſolator. . . . . . .
Sanctitate connexus perenni vitæ præmia promeruit

A *Eſſe profeſſus, ibique Sanctorum merita amplexus*
Ad aſtra perrexit illæſus.

Relegens capita verſuum nomen reperies, cujus nomen CHRISTO protegente in perenni gratia hæreditatem promerente adhærentem, obſecro vos homines, legenteſque quod providentes ut vas tanti Sanctiſſimi viri Sepulchri nemo audeat violare, nec pedibus calcare, per ipſam obteſtor qui venturus eſt ſæculum per ignem judicare.

Qui in Surrentina Sede poſt Jaquintum præſuerint, ferè per annos ducentos, non habetur: etenim invadentibus Turcis Surrentinum civitatem, ab ipſis etiam fuerunt monumenta contrita, penituſque deleta magna Surrentinæ Eccleſiæ jactura, & venerandæ antiquitatis lacrymabili detrimento.

XI. 11. PHILIPPUS, quem volunt fuiſſe Surrentinum Epiſcopum eo tempore, quo S. Antoninus Abbas Surrentum venit. Obiit Sanctus Antoninus anno 830. ut placet Caracciolo.

B

XII. 12. STEPHANUS, Sergii Neapolis Ducis & Conſulis filius, germanus frater Sancti Athanaſii Epiſcopi Neapolitani, Surrentinus fuit Epiſcopus anno 870. ut in vita ejuſdem Divi habetur. Acta ejuſdem ignorantur, præter hæc pauca, incertum quo anno mortalitatem expleverit; ſed & ſucceſſores ejus per integrum ferè ſæculum ignorantur.

XIII. 1. LEOPARDUM volunt diptycæ hujus Eccleſiæ primum fuiſſe Archiepiſcopum Surrentinum, ſed longe aberrant, cum ad eam dignitatem fuiſſe evectum narrent à Joanne IX. cum veriſimile ſit ſub Joanne XIII. Pontifice poſt nonum ſalutis 968. hoc decus Eccleſiæ Surrentinæ acceſſiſſe. Tametſi non deſint qui ſcribant ante milleſimum Surrentinum Archiepiſcopatum haud fuiſſe inſtitutum. Vtcunque ſit, conſtat Capuanam Eccleſiam primam omnium in Campania, totoque Regno, teſte

C Baronio, in Metropolim erectam extitiſſe. Cæterum cum nec vetuſtæ ſcripturæ, nec certa monumenta ſint, quæ lucem ſuppeditent, in vanum laborare videntur qui divinare contendunt; mihi verò cum Baronii ſententia arrideat, cæteris nec abnuo, nec aſtruo.

XIV. 2. SERGIUS hujus Sedis ſecundus Archiepiſcopus ſedit circa annum Domini milleſimum, paulò poſt, ut ferunt, ad Neapolitanam Eccleſiam tranſlatus. Poſt hunc reponunt diptycæ quendam Philippum Hiſpanum, quem volunt ſediſſe eo tempore, quo S. Antoninus Abbas Surrentum venit, ſed meo quidem judicio hallucinantur, cum S. Antoninus Surrenti obierit circa annum Dom. 830. ut Caracciolo placet, longo quidem tempore antequam Eccleſia Surrentina Archiepiſcopali dignitate donata ſit. Philippus verò quiſquis ille fuerit, inter Epiſcopos annumeravimus.

XV. 3. N. cujus nomen ignoratur.

XVI. 4. JACOBUS recenſetur Surrentinus Archie-

D piſcopus. Acta ignoramus.

XVII. 5. JOANNES Archiepiſcopus Surrentinus anno 1059. ſubſcripſit Concilio Romano ſub Nicolao II. Papa. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. apud Anonymum Caſinenſem.

XVIII 6. BARBATUS eandem Surrentinam Eccleſiam regebat anno 1110. quo Gregorium Presbyterum in Stabienſem ordinavit Epiſcopum, eundemque miſit ad Paſchalem II. pro confirmatione obtinenda. *Barbatus Dei gratia Archiepiſcopus Sedis Sanctæ Surrentinæ Eccleſiæ omnibus fidelibus orthodoxis Clero, ordini & plebi exiſtenti Eccleſiæ Stabianæ, per Apoſtolicam inſtitutionem Archiepiſcopatui noſtro ſubjectis, dilectis filiis ſalutem in Domino. Probabilibus veſtris deſideriis nihil attulimus tarditatis, etiam confratrem noſtrum ſcilicet Gregorium Presbyterum vobis ordinavimus Epiſcopum, eiq; dedimus in mandatis, ne unquam ordinationem præ-*

ſumat fatere illicitam, nec bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut onpotentem, vel Curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium ad ſacrum ordinem permittat aſcendere, &c. Idem Barbatus conceſſit Eccleſiam S. Angeli eidem Gregorio, & Sergio Stabienſibus Epiſcopis.

XIX 7. VRSUS Surrentinus Archiepiſcopus, quod antecesſor Barbatus Stabienſi Epiſcopo donaverat, ipſe etiam Joanni Epiſcopo aſſeruit anno 1142. qua donatione Vrſi memoria ad poſteros perennavit.

XX 8. ALFERIUS Surrenti nobili genere natus, ex Archidiacono electus eſt Surrentinus Archiepiſcopus Cœleſtini III. Papæ temporibus. Conſecravit Eccleſiam S. Mariæ de Auro ad metam Surrenti pagum anno 1206. quo ab Innocentio III. privilegium obtinuit pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, obedientiæ ac reverentiæ ſtatutis temporibus præſtandæ ab Epiſcopis Suffraganeis, Eccleſiaſticis, ſæcularibuſque totius Surrentinæ provinciæ, quod hactenus obſervatur. Hujuſce privilegii exemplar cum aliis periit in direptione à Turcis Surrenti illata. Alferii machinatione, ac potentia Surrentina Civitas à Regis Federici II. authoritate receſſit, & Othoni IV. Imp. juravit, ob quam rem, tum etiam ſimoniæ expetitus apud Innocentium III. à Matthæo Archidiacono accuſatus anno 1213. ad excuſationem acceſſit, ſed cum ab adverſario premeretur, ad Simeonem fratris ſui germanum virum præpotentem confugit, is per metum adverſarii cum teſtes deterruiſſet, delata ad Innocentium violentia, præcepit per ſuas literas Archiepiſcopo Neapolitano, ut Alferium ab officio Pontificali ſuſpenderet. Epiſtola hæc extat in reg. Vat. num. 149. an. Pont. 16. ejuſdem Innocentii ſequenti tenoris.

Neapolitano Archiepiſcopo.

Conſtitutis in noſtra præſentia Venerabili fratre noſtro Alferio Archiepiſcopo, & dilecto filio Matthæo Canonico Surrentino dum idem M. accuſationis concepto libello eundem Archiepiſcopum deferret de crimine ſimoniæ, aſſerens nihilominus eum crimini læſæ majeſtatis obnoxium, eo quod, ut dicebat, eodem Archiepiſcopo machinante Surrentin. Civitas à regia fidelitate receſſit, & reprobo juravit Othoni, ac ipſum Archiepiſcopum excommunicatum celebraſſe divina, cum poſt talem machinationem, per quam machinatores hujuſmodi latam à Sede Apoſtolica excommunicationis ſententiam incurrerunt, divina præſumpſerit celebrare. Archiepiſcopus antequam deſcribendi libellum fieri ſibi copiam poſtularet, in perſonam accuſatoris, quod eſſet inimicus, & conſpirator excepit; allegans interdicendum ei aditum accuſandi; cum ſecundum inſtituta canonica inimici, & conſpiratores in nullius debeant accuſationem admitti. Ad quod pars adverſa reſpondit, quod cum tanta ſit labes ſimoniacæ pravitatis, ut ſervi adverſus dominos, & criminoſi qualibet admittantur, & in prodendo crimine læſæ majeſtatis ſocius etiam initæ factionis, non ſolum auditur, quinimò præmio & honore donatur, ſuper præmiſſis exceptiones hujuſmodi accuſationem elidere non valebant; præſertim, cum publicæ utilitatis interſit, ne crimina remaneant impunita. Fuit autem ad hæc ex adverſo reſponſum quod cum in decreto Anacleti Papæ caveatur expreſsè, accuſatorem eſſe non poſſe, qui ante heſternum diem, aut nudius tertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læſi ulciſci, & inoffenſus accuſatorum quæratur affectus, & non ſuſpectus. Ac Conſtitutio Calixti Papæ generaliter interdicat conſpiratorem in alicujus accuſationem admitti, nec in aliquo Canone ſit expreſſum, quod inimicus, ac conſpirator in exceptis criminibus audiatur, ne quod SS. Patrum documento ſanctitum non eſt, ſuperſtitioſis adinventionibus attentetur: circa præmiſſa prohibitioni ſtandum eſt generali, præſertim ſecundum æquitatem canonicam, quæ viam

A *non debet malignitatibus aperire. Inter hæc autem de cauſis inimicitiarum, & conſpirationis Archiepiſcopus interrogatus reſp. quod memoratus M. ipſi Archiepiſcopo, & cum in Archidiaconum, & cum in Archiepiſcopum fuit aſſumptus, ſe oppoſuit adverſarium manifeſtum. Præterea cum quidam Neapolitanus fuiſſet in mortem fratris Archiepiſcopi machinatus, & per amicos ipſius ejiceretur de propria civitate, quidam magnates, quos dictus Neapolitanus conſanguinitatis linea contingebat, ejectionem illius ad injuriam reputantes, eundem induxere Matthæum, ut cum quibuſdam aliis, in damnationem ipſius Archiepiſcopi conjuraret. Porrò priorem cauſam non duximus admittendam, maximè cum reconciliatio fuerit ſubſecuta, prout ex narratione ipſius Archiepiſc. notabatur. Super alia verò, quam inficiabatur M. fuit pro ipſius parte propoſitum, quod non eſt interdicta ſubjectis omnis conjuratio in Prælatum, quia cum ſecundum decretum Gelaſii Papæ quiſquam Clericorum confidere non debeat offenſæ Apoſtolicæ ſe immunem, ſi in iis quæ*
B *ad ſequenda ſalubriter Apoſtolica depromſit auctoritas, Epiſcopum viderit excedentem, & non protinus ad aures Romani Pontificis deferre curaverit, in peſtilentem Prælatum non immeritò poſſunt conjurare ſubjecti, exemplo quadraginta Epiſcoporum Illyricæ, ac Græciæ, qui per promiſſionem in ſcriptis factam convenientes in unum, in Timotheo, qui per metum Imperatoris Anaſtaſii, fuerat in Conſtantinopolitanum aſſumptus Epiſcopum, diſceſſerunt. Verùm aſſerente Archiepiſcopo ex fomite malignitatis in eum conjuraſſe Matthæum, & hoc ſe legitimè probaturum, ad ultimum, conſentientibus partibus, ſic duximus providendum, ut Archiepiſcopus porrectum libellum acciperet ſuper objectis criminibus reſponderet, reſervata ſibi facultate probandi, quod idem M. ex malignitate conjuravit in ipſum; libelli verò conceptio talis erat. In nomine Domini. Amen. Anno Domini MCC.XIII. Pontificatus Domini Innocentii III. Summi Pontificis anno 16. menſe Octobr. 7. Idus ejuſdem. Apud vos Domine Innocenti Dei gratia Summe Pon-*
C *tifex, Ego Matthæus Canonicus Surrentinus defero Dominum Alferium Surrentinum Archiepiſcopum lege Canon. reum de Simonia, quia dico ipſum promiſiſſe Archidiaconatum Surrent. Joanni Ciroloen olim Canonico Surrentino, ut conſentiret electioni ſuæ in Civitate Surrenti, in Camera juxta triclinium Epiſcopii, tempore Domini Cœleſtini III. Summi Pontificis menſe Januarii. Item defero eum reum de crimine læſæ majeſtatis; quia Civitas Surrentina recedendo à fidelitate regia, juravit Othoni ipſo hoc procurante, tempore Domini Innocentii Tertii Summi Pontificis in civitate Surrenti in Palatio ſuo, menſe Maii. Et defero eum multoties poſtea celebraſſe divina in Eccl. Surrentina, cum per ſententiam veſtram eodem eum ob hoc excommunicationis vinculum incurriſſe. Ego dictus M. profiteor, me hunc libellum inſcriptionis dediſſe. Oblato tandem libello, pars Archiepiſcopi allegavit, quod erat minus legitimè in quadam ſui parte conceptus eo quod non continebatur in ipſo, quo anno fuerint crimina objecta commiſſa.*
D *Cum enim libelli conceptio continere debeat menſem, & conſules, ſub quibus crimen dicitur fuiſſe commiſſum, & antiquitus conſules conſtituerentur annales, videtur quod admiſſi criminis annus exprimi debeat in libello. Fruſtra etiam menſis juberetur apponi, ſi anni, cujus eſt menſis, non habetur aliqua certitudo. Ad quod pars accuſatoris reſpondit quod in forma recipiendi libellum, de anno non inveniatur expreſſum: ſicut nec dies, ita nec annus admiſſi criminis debet apponi, ne ſubornationi teſtium occaſio præbeatur. Nec propter hoc, quod in foro Civili debent exprimi Conſules, licet Conſules eſſent antiquitus annui, ſequitur, quod certus annus ſit exprimendus, cum iidem Conſules diverſis vicibus, & pluribus annis gerere potuiſſent officium Conſulatus; undè per expreſſionem nominis ejus de certo anno conſtare non poſſet. Et cum in denominatione menſis non conſtet, cujus anni menſis exiſtat, non ita per expreſſionē menſis, ſicut & anni ad ſubornandum teſtes occaſio poſſet aſſumi.*


aſſami. His autem & aliis hinc inde propoſitis, cum ad ultimum accuſator expreſſerit, Archiepiſcopum eo anno commiſiſſe Simoniæ crimen objectam, qaoſuit Archiepiſcopatum adeptue, promittendo Aecbidiaconatum Eccleſiæ Surrentin. I. Ciroleon quondam Canonico Surrentino, ſi conſentiret in ipſam, ac de tempore, quo prædicta Civitas juravit Othoni, ſatis manifeſtè conſtaret, ad conteſtationem litis, inficiante Archiepiſcopo crimina ſibi oppoſita, eſt proceſſum, confeſſus eſt tamen, quod poſtquam Civitas juravit Othoni, multoties celebravit. Productis autem ex parte Archiepiſcopi quibuſdam teſtibus ad probandum exceptionem objectam, cum hujuſmodi proteſtatione M. ſcilicet quod poſt publicationem, depoſitionem illorum, ſi vellet, poſſet obiicere in perſonas, quia illis Archiepiſcopus contentus eſſe nolebat, depoſitiones ipſorum minimè publicantes, receptionem teſtium, tam ſuper principali, quam ſuper exceptione prædicta de conſenſu partium fraternitatis tuæ duximus committendam: per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus teſtes, quos utraque pars duxerit producendos, diligenter examines, & eorum dicta fideliter conſcripta ad nos ſub tuo concluſa ſigillo tranſmittas, præfigens partibus terminum competentem, quo noſtro ſe conſpectui repræſentent. Cæterum, quoniam à principio proteſtatus eſt præfatus M. nobilem virum de Surrent. germanum Archiepiſcopi memorati, & quoſdam alios ipſius Archiepiſcopi conſanguineos, multa impedimenta per ſuam potentiam præſtitiſſe, quò minus probationis copiam in noſtra præſentia ſecum habuerit, cum quoſdam induxerit ad jurandum, ne adverſus Archiepiſcopum aliquid dicerent, & alios minis, & terroribus à perhibendo teſtimonio nitantur arcere. Nos ex officio noſtro ſuper hoc providere volentes, mandamus, ut generalem feras excommunicationis ſententiam in omnes, qui aliquod impedimentum ipſi M. præſtare præſumpſerint in teſtibus producendis. Illos autem, quos, ſicut dictum eſt, jurare conſtituit, quod contra Archiepiſcopum nihil dicerent, denuncies juramento hujuſmodi non teneri, quo minus valeant in hac cauſa perhibere teſtimonium veritati. Si quis autem de conſanguineis Archiepiſcopi aliquos de teſtibus præſumpſerit impedire, quia veriſimile non videtur, ut eo invito talia fierent, & ob hoc non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, eo quod ſi voluerit, poterit prohibere, cum ſecundum legitimas ſanctiones oſtendat ſe iniquam litem fovere, ac experiri debeat Judicis auctoritatem eiuſam, qui defenſionis copiam ſubtrahit adverſario, eundem Archiepiſcopum ab officio Pontificali ſuſpendas, & facias ſublato appellationis obſtaculo manere ſuſpenſum, donec illum fecerit à tali præſumptione ceſſare. Tu denique frater Archiepiſcope, &c. Datum Laterani 8. Id. Novemb. Pontif. noſtri anno 16.

XXI 9. PETRUS hujus Eccleſiæ Archipræſul erat anno 1230. oportet illum obiiſſe circa annum Domini 1239. nam eo annò ſedes hæc vacabat, cujus curam gerebant Federici II. Imp. miniſtri, ut ex litteris ejuſdem liquet, Dat. propè Mediolanum die Octobris eodem anno, quæ extant in regio regeſt. Neapol.

XXII. 10. PETRUM Epiſcopum Callnenſem ad Archiepiſcopalem Sedem Surrentinam tranſlatum commendat Innocentius IV. Capitolo Surrentino anno 1252. 10. Kal. Aprilis anno Pontificatus ſui 9. ex regeſt. Vatic. epiſt. 159. fol. 136. videtur hic Petrus eſſe ille, qui die 13. Aprilis an. 1259. ſub Alexandro IV. cum aliis decem Epiſcopis, interfuerat coronationi Manfredi ſpurii in Regem Siciliæ ob id ab eodem excommunicatus, & Archiepiſcopali honore privatus eſt, de qua depoſitione agit Durandus in 3. part. Speculi in tit. de accuſat. in §. 2. verſ. Deponitur autem. Eadem ſententia mulctavit Clemens IV. eoſdem undecim Prælatos eo quod adhæſiſſent Manfredo Principi Tarentino, qui Regnum Siciliæ occupaverat, & ejus coronationi interfuerat. Dat. Viterbii anno 2.



11. LUDOVICUS de Alexandro, Angeli filius, Neapolitanus, quem Capaccius Archiepiſcopali dignitate Surrentina fulſiſſe ſcribit ſub Carolo primo anno 1266. exſcripſit Capaccius ex Scipione Mazzella. De hoc ego nec ullum verbum vidi in regeſt. Vatic. fides ſit apud ipſos; niſi forte ille ſit Archiepiſcopus Surrentinus ad quem anno 1268. Clemens IV. ſcripſit ut civitatem Averſanam ad cor redeuntem ab excommunicatione abſolvat, incipit *Cur Civitas*, &c. Dat. *Viterbii* 18. *Kal. Octob. anno* 4. epiſt. 557. in regeſt. Vaticano. XXIII



12. JOANNES de Maſtro Judice, nobilis Canonicus Surrentinus, à Capitulo electus Archipræſul confirmationem obtinuit à Nicolao III. anno Domini 1278. 10. Kal. Julii, ann. Pontif. primo, notatur in epiſt. 119. fol. 173. Obiit anno 1284. *a* Ex hac familia fuit Julius Epiſcopus Vulturariæ & Montis Corbini. XXIV

a 1285.

13. MARCUS Mirabellus, Epiſcopus S. Marci, prædefuncto Joanni ſucceſſit anno 1285. *b* 5. Kal. Martii, huc tranſlatus ab Honorio IV. rejecta electione à Capitulo celebrata, tum Bartholomæi de Sabriario Neapolitanorum Arnoldi Trojæ Canonici in diſcordia electi, id habetur in reg. Vatic. epiſt. 320. fol. 87. anno primo Honorii. Mortuus eſt Marcus circa annum Domini 1305. XXV

b 1285. 5. Kal. Aprilis.

14. FRANCISCUS hanc eandem Surrentinam Eccleſiam obtinuit ex electione Capituli, & ex confirmatione Clementis V. ann. 1. ſui Pontif. 3. Kal. Martii anno Chriſti 1306. petit decimas à Regia Camera anno 1309. XXVI

15. RICCARDUS Surrentinus Præſul, mortuus eſt anno 1320. XXVII.

16. Fr. MATTHÆUS de Capua (an Civis Capuanus fuerit, vel Capuana familia natus, incompertum mihi eſt) Ord. Minorum alumnus fuit, & Roberti Regis & Sanciæ ejus uxoris in paucis charus, in demortui Riccardi locum Archiepiſcopus Surrentinus renunciatus eſt à Joanne XXII. XXVIII.

A 5. Non. Octob. ann. Pont. 5. ſalutis verò 1320. quo tunc à ſacris confeſſionibus Ducis Calabriç Roberti Regis filii erat, memoratur in reg. regeſt. Neap. ann. 1327. Fuit unus ex executoribus teſtamenti quondam Mariæ Reginæ Caroli II. Regis uxoris ann. 1326 & quondam Caroli ſupra memorati Ducis Calabriæ anno 1338. paulò poſt ex hac vita diſceſſit.

XXIX 17. PETRUS ſucceſſor Matthæi ſub Benedicto XII. anno 1341. deceſſit.



XXX 18. ANDREAS Serſale, nobili gente natus, ex Surrentino Canonico, Surrentino Sacerdotio ornatus eſt ab eodem Benedicto XII. an. ſalut. 1341. Pontif. ejuſdem 7. die 7. Id. Martii ex regeſt. Vatic. epiſt. 372. Pervenit ad annum 1349. quo mortali vita exuitur.

XXXI 19. PETRUS ex Epiſcopo Barutenſi ad Surrentinam Sedem tranſtulit Clemens VI. ann. 1349. 9. Kal. Julii, ex eodem regeſt. ep. 52. fol. 30.

XX XII. 20. GUILLELMUS Eccleſiam Surrentinam regebat anno 1360. cujus etiam mentio anno 1366. in regio regeſt.

XX XIII. 21. FRACISCUS anno 1378. mortem obiit 1390.



XX XIV. 22. ROBERTUS Brancia *a*, Amalphitanus Canonicus, morum probitate, genere illuſtris, ad Surrentinam Eccleſiam evectus eſt à Bonifacio IX. anno 1390. 10. Kal. Aprilis. Sedit in hac Sede laudabili memoria annis ferè viginti, translatuſq; eſt ad Amalphitanam Eccleſiam anno 1410. ubi & deceſſit 1423. de quo in ejus urbis Achipræſulum ſerie noſtra, de quo etiam in Surrentina Metropoli renovata eſt memoria, Julio Paveſio Archiepiſcopo in hunc modum.

a De Familia Brancia legendus Campanile de famil. Neap. ... Mem.

Quem non evehit ad æthera virtus?

En Robertus Brancia cum Surrentinæ Diœceſis Antiſtes præeſſet, Amalphiæ Clerus Summum Pontificem exoravit ut ſibi eum in Præſidem concederet, nam ejus virtutis gloria, & altæ probitas multum efflorebat. Huic verò Maximus Paſtor acquievit. Sacellum hoc in ingreſſu chori etiam ab eo extructi, erexit. Inde à Reverendiſs. Julio Paveſio Archiepiſcopo Surrentinæ majoris Eccleſiæ decoris cauſa fuit evulſum. Hic modò ab hæredibus ex eadem familia iterum unanimiter erectum.

M. D. LXXVI.

23. ANGELUS ſucceſſit Roberto anno 1410. poſt annos ferè tres ad S. Severinæ in Calabria Archipræſulatum tranſlatus eſt anno 1413. 8. *b*. Kalen. Junii. XX XV. *b 12. Kal. Jun.*

B 24. BARTHOLOMÆUS de Miſerata adlectus eſt Archiepiſcopus anno 1413. 12. Kalen. Januarii. XX XVI.



C 25. BERNARDUS Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus, germanus frater Sergianni Magni Regni Neapolitani Siniſcalchi, hujus Eccleſiæ gubernacula ſuſcepit à Martino V. Papa an. 1423. ex Hiſtoria Caracciolæ familiæ. De quo tamen nulla extat mentio in Actis Conſiſtorialibus, neque in libris obligationum, ac Proviſionum Prælatorum ejuſdem Pontificis. XXX VII.

26. BARTHOLOMÆUS Archiepiſcopus Surrentinus obiit anno 1440. fortè idem cum ſuperiori, qui potuit uſque ad hunc annum Surrentinam Eccleſiam rexiſſe, cui ſucceſſit Antonius, ita in Actis Conſiſtor. Eugenii IV. XX XVIII

27. ANTONIUS, Epiſcopus S. Agatæ, in defuncti Bartholomæi locum Surrentinus factus eſt Archiepiſcopus anno 1440. 3. Idus Aprilis. Inde Auraicenſis evaſit Epiſcopus, per obitum Bertrandi an. 1442. ut Acta referunt Conſiſtorialia. („ *Fuiſſe Regularem virum indicant acta conſiſt. ex appoſita notula Fr. ejus nomini*. Lucentius.) XX XIX.

D



28. DEMETRIUS Falangola, Surrentinus, XL

ex Archidiacono factus eſt patriæ Archiepiſcopus 16. Kal. Novembris 1442.



XLI 29. MATTHÆUS Brancia, hujus Eccleſiæ Archipræſul, una cum Roberto fratre Archiepiſcopo Amalphitano anno 1453. arbitri conſtituuntur in diviſione bonorum, quæ Robertus Archiepiſcopus Galeatio, & ſororis ejus nepotibus donat apud Capaccium. Matthæi mentio extat in monumentis hujus Eccleſiæ anno 1445.

XLII 30. DOMITIUS Falangola Surrentinus civis, Archiepiſcopus mortem obiit anno 1470. de quo hæc leguntur in majori Eccleſia.

Hic jacet corpus Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Domitii Archiepiſcopi Surrentini filii quondam Domini Franciſci Falangolæ de Surrenio militis, qui obiit anno M. CCCC. LXX. die VIII. menſis Januarii. III. Ind.



XLIII. 31. SCIPIO Cicinellus, Neapolitanus, inter Montaneæ Sedilis nobiles natus, præficitur huic Eccleſiæ anno 1470. menſe Januario, à Surrentino Capitulo poſtulatus, cujus poſtulationis documentum libet hic referre ab exemplari.

Anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, regnante Sereniſs. & Illuſtriſs. Domino noſtro Dom. Ferdinando Dei gratia Rege Siciliæ, Hieruſalem, Ungariæ, regnorum verò ejuſdem duodecimo, die verò 11. menſis Januarii, 3. Indict. Surrenti.

Venerabile Capitulum Majoris Eccleſiæ Surrentinæ congregatum in loco prædicto ad ſonum campanellæ, modo, & loco ſolitis, aſſeren. coram nobis, Reverendiſs. in Chriſto Patrem & D. Domitium Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopum, prout Domino placuit, ab hoc ſæculo demigraſſe, & dictam majorem Eccleſiam in præſenti non habere Archiepiſco-

A *pum, & volens dictum Capitulum de aliquibus Vicariis, Sede vacante, dictam majorem providere, confiſum dictum Capitulum de fide & cæteris, &c. Venerabilium virorum Presbyterorum Nardi Curialis Archidiaconi Surrentini, Presbyteri Hieronymi Guardati Primicerii Surrentini, & Presbyteri Chriſtophori de Maſſo de dicta civitate Surrenti ſponte conſtituit, ordinavit, & fecit dictæ majoris Eccleſiæ Vicarios, Sede vacante, præſentes ad manutenendum, & regendum, & gubernandum dictam majorem Eccleſiam in locum Archiepiſcopatus, & omnia & ſingula faciendum, quæ fuerint opportuna, & generaliter, &c. dans, &c. promittens &c. obligavit, ut autem, &c. quibus ſic peractis, &c. Judice Petrillo Cariulo, magiſtro Antonio de Aulixio, Mancio Trapano, Tomaſio in Caponanta, Presbytero Antonio de Scoppa, & Richardo Mareſca, Antonio de Angelo, & Nicolao de Paſtana teſtibus.*

Eodem die apud Chorum prædictum. Venerabile Capitulum Congregatum ut ſupra aſſeruit coram nobis en . . . informatione percepiſſe, ſacram urgentem majeſtatem ſupplicaſſe Sanctitati Domini Noſtri pro Reverendiſs. U.J.D. Domino Sipio Cicinello de civitate Neapolis, de Archiepiſcopatu civitatis
B *Surrenti noviter vacante, dictumque Capitulum coram nobis tunc contemplationi dictæ regiæ majeſtatis, tam contemplatione dicti Domini Sipii, quàm nobilitate, ſcientia, & bonis moribus ſic decorati poſtulavit eundem Dominum Sipium in Archiepiſcopum Surrentinum, aſſerendo dictum Capitulum, ſi opus erit, Sanctitati Domini Noſtri ſupplicaturum pro eodem Domino Sipio, offerendo ſe dictum Capitulum pro dicto Domino Sipio ad omnia ſibi grata paratiſſimum, quibus omnibus ſic peractis, &c. præſentibus prædictis, &c.*

Sic poſtulatus Scipio in gratia Ferdinandi Regis, à Paulo II. confirmatus eſt Archiepiſcopus, munuſque conſecrationis accepit in Eccleſia S. Renati die prima Aprilis ab Epiſcopo Stabienſi ſuffraganeo, aſſiſtentibus aliis tribus Epiſcopis, ut in publicis tabulis
C *notatum legi.*

Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, regnante Sereniſs. & Illuſtriſs. Domino noſtro Domino Ferdinando Dei gratia Rege Siciliæ, Jeruſalem & Ungariæ, regnorum verò ejus anno duodecimo feliciter Amen.

Die Dominico primo menſis Aprilis 3. Indictionis apud Chorum Monaſterii S. Renati Surrentinæ Diœceſis. Dudum prædicto die nobis, qui ſupra Judice, Notario & teſtibus infraſcriptis ad requiſitionem & preces nobis factas pro parte Reverendiſs. in Chriſto Patris & Domini, Domini Sipii, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopi Surrentini perſonaliter acceſſitis ad Chorum prædictum, & dum eſſemus ibidem invenimus dictum Dominum Archiepiſcopum una cum Reverendo Domino N. Epiſcopo Stabienſi, & tres alios Epiſcopos videlicet, Epiſcopum Æquenſem, Epiſcopum Lubrenſem, & Epiſcopum Acerra-
D *num, qui quidem Dominus Epiſcopus Stabienſis in Altari majori dicti Monaſterii miſſam cantavit, eundemque dictum Dominum Archiepiſcopum conſecravit, Bullam Sanctiſſimi Domini noſtri Dom. Pauli divina providentia Papę Secundi per juramentum publicè legit, & jurando coram nobis ipſas inviolabiliter obſervare, &c. quibus omnibus ſic peractis &c. præſentibus Judice Jannotta Coin, Domino Epiſcopo Stabienſi, Domino Epiſcopo Equenſi, Dom. Epiſcopo Lubrenſi, Dom. Epiſcopo Acerrarum, Dom Rainaldo Amphora, Presbytero Nardo Curiali Archidiacono, Andrea Brancia, Tomaſio Brancia, Joanne Marzato, Petro de Amone, Antonio Domini Sari teſtibus.* Parum in hac dignitate vixit Scipio, diuturniore vita dignus. De Cicinella prænobili gente legendus Mazzella.

32. JA-

Digitized by Google



XLIV 32. JACOBUS de Sanctis, Surrentinus, anno 1476. Archiepiſcopus Surrentinus erat, quo anno Sibyllam Malegnanam in Abbatiſſam Sancti Joannis Os auri Ordin. S. Benedicti canonicè electam conſecravit, ut ſcriptum ab en diploma docet. Ibi ſe Jacobum de Sanctis denominat, quod antea erat incognitum.

Jacobus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia
Archiepiſcopus Surrentinus.

Illorum vota placenter exequimur, & eis ut fructificent, opem in Domino gratam damus, quos ex virtutis inſtinctu in amplitationibus divini cultus, & operis jugi delectatione pullulare cognoſcimus, & vivere. Sanè etiam intelleximus, quod die quinto menſis Maji præſentis anni, nonæ Indict. venerabilem & religioſam mulierem q. Dominam Vannellam Molegnanam de Surrento immediatam Abbatiſſam Venerab. Monaſterii S. Joannis Os-auri de Surrento, ſicut Domino placuit, viam univerſæ carnis ingreſſam fuiſſe, etiam exequias canonicè celebratas fuiſſe, & poſtmodum ſuum cadaver eccleſiaſticæ ſepulturæ traditum fuiſſe, poſtmodum quidem Dominæ Abbatiſſæ mortem, & ſuarum exequiarum celebrationem Dominam Sororem Phileram Spaſianam, ſororem Franciſcam Spaſianam, ſororem Ipolitam Molegnanam, ſororem Marcellam de Magiſtro judice, ſororem Arminam Domini Urſonis, & ſororem Angelellam Molegnanam de dicta civitate Surrenti Moniales dicti Monaſterii eodem die de electione futuræ Abbatiſſæ in ipſo Monaſterio procreandæ tractaſſe: quamobrem volentes regimini, & neceſſariæ gubernationi ipſius Monaſterii citius quantum poſſit providere, Spiritu Sancto cooperante circa electionem dictæ futuræ Abbatiſſæ ſe ad invicem concordaſſe, & electionem hujuſmodi Abbatiſſæ concorditer pari voto nemine diſcrepante ad ſonum campanæ more & loco ſolitis feciſſe, & ſic unanimiter & concorditer, atque pari voto nominaſſe & elegiſſe in Abbatiſſam dicti Monaſterii Venerabilem & religioſam mulierem Dominam ſororem Sibiliam Molegnanam dictæ civitatis Surrenti Monialem dicti Monaſterii ab antea in dicto Monaſterio, & ordine S. Benedicti expreſsè profeſſam, tanquam dignam, idoneam, & ſufficientem, ipſamque poſt hujuſmodi electionem poſuiſſe in Sede Abbatiſſali ipſius Monaſterii, cantando & dicendo Veni Creator Spiritus cum ſuis ſequentibus, & demum dictam ſororem Sibiliam profeſſam, & electam, ut ſupra dictam canonicam electionem, de ea factam hujuſmodi Abbatiſſatus præfati Monaſterii una cum cæteris Monialibus ipſius Monaſterii infra tempus à jure ſtatutum ad nos canonicè tranſmiſiſſe, & præſentari feciſſe cum inſtantia à nobis petentes humiliter ipſam per nos confirmari debere in dicto Abbatiſſatu, & ſibi fieri mandare litteras opportunas. Nos verò videntes dictam electionem canonicè, & legitimè eſſe factam per dictas

A *Moniales ipſius Monaſterii, quæ tunc erant, & nos pluries in dicto Monaſterio de præfata Domina Sibilia Profeſſa in ordine & Monaſterio ut ſupra eſt expreſſum diligenti ſtudio inquirere incepimus ſuper moribus, vitæ honeſtate, idoneitate & probitate dictæ ſororis Sibiliæ in Abbatiſſam ut ſupra electæ, & ſic eſſe idoneam, & aptam ſpiritualis, & temporalis regiminis & gubernationis ipſius Monaſterii, & bonorum ejuſdem, & quia per inquiſitionem & inveſtigationem eandem per nos de ea factam comperimus dictam ſororem Sibiliam in ordine ut ſupra ab antea profeſſam, & in Abbatiſſam ut ſupra electam & idoneam, ſufficientem, & promptam, atque aptam ſpiritualis & temporalis regiminis & gubernationis præfati Monaſterii & bonorum ejuſdem, ipſamque eſſe omni exceptione majorem, dictam electionem de ea factam approbavimus, & approbamus, atque confirmamus, nec non ipſam ſororem Sibiliam in Abbatiſſam ut ſupra electam, & per nos confirmatam, & approbatam creamus, ordinamus, &* B *facimus, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus Abbatiſſam in dicto Monaſterio, & in omnibus bonis ejus, atque juribus ad ipſum Monaſterium ſpectantibus, & pertinentibus, quoquo modo, dantes, tradentes, & concedentes eidem ſorori Sibiliæ ut ſupra in Abbatiſſam electæ, creatæ, & confirmatæ, adminiſtrationem, gubernationem, & regimen dicti Monaſterii, & bonorum ejuſdem juxta conſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Sanctique Benedicti, & Canonicarum ſanctionum, & demum per aliquos dies præfata Domina Abbatiſſa nobis petiit cum inſtantia ſibi per nos impartiri debere munus ſanctæ Conſecrationis, & benedictionis; Quare ut præmiſſa in Domino ſalubrius acta ſint, atque videantur eidem Dominæ Abbatiſſæ, ut ſupra profeſſæ præſenti & petenti munus ſanctæ Conſecrationis, & benedictionis in eodem Monaſterio contulimus, atque dedimus juxta ſtatutum, morem, & obſervantiam Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ in talibus editam & ordinatam,* C *inveſtientes poſtmodum eandem Dominam Sibiliam Abbatiſſam ut ſupra per baculum paſtoralem, ſeu Abbatiſſatus, ac annuli impoſitionem canonicè, & legitimè de præmiſſis, ac ipſam inducentes in corporalem & vacuum poſſeſſionem omnium & ſingulorum præmiſſorum vigore & authoritate præſentium, in cujus rei teſtimonium, & dictæ Dominæ Sibiliæ Abbatiſſæ ut ſupra cautelam, & certitudinem & plenam fidem omnium & ſingulorum, quorum vel modo inde intereſt, & poterit intereſſe de præmiſſis omnibus fieri juſſimus has præſentes noſtras inſtitutionis litteras noſtro Pontificali pendenti ſigillo, & ſubſcriptione noſtræ propriæ manus munitas, & roboratas.*

Actum & Datum Surrenti in noſtro Archiepiſcopali Palatio Surrentino ſub Anno Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimoſexto, die vigeſimo menſis Maji, Nonæ Indictionis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, D *Domini Sixti Divina providentia Papæ IV. anno quinto. Quæ omnia ſcripſi Ego Notarius Nardus Cannabarius de civitate Maſſæ Lubrenſis habitator dictæ civitatis Surrenti publicus per totum Regnum regia authoritate Notarius, & Curiæ Archiepiſcopalis Surrentinæ Actorum Magiſter, de mandato, & commiſſione præfati Domini Archiepiſcopi, & in fidem & teſtimonium præmiſſorum meo conſueto, & ſolito ſigno ſignavi.* Exceſſit Jacobus anno 1479.

33. NAR-



XLV. 33. NARDUS Mormile *a*, Neapolitanus, clara, vetuſtaque familia, Patre Jacobatio natus, Juriſprudentiæ inſignia Laureatus Jacobo ſucceſſit die 12. Maji 1480. Eximiè ſedit an. 13 obiitque anno 1493. Hic Jacobatio Patri, & Aloyſio Fratri prædefunctis cœnotaphium poſuit Neapoli in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Coſmedin, Sacelloque familiæ ſuæ hiſce verbis exaratum.

a De hac pariter familia eidem tatus Cápuntilio p. mihi 96. Mandoſ.

Jacobatio Morimiulo, qui vixit LXXIII. & Loyſio ejus F. Juveni, quàm immaturè prærepto N. Archiepiſcopus Surrentinus, Bernardinus Patri & Fratri, dulciſs. Anno Domini MCCCC. LXXXVIII.

Ibidem quoque Bernardinum Fratrem an. 1492. funeravit, eidemque epitaphium hocce inſcripſit.

Bernardino Jacobi F. Morimiuo, qui Hetruſco, Hydruntinoque bello Alphonſi Ducis Calabriæ ductu ob expectatam virtutem Prætorianis Equit. præfuit. Mox patri ſocius in Lucaniam ad extruendas oppidorum arces miſſus, dum cura interiori fatigat animum, propè Metapontum languore correptus interiit. Nardus Archiepiſcopus Surrent. Fratri B.M. relatis in Patriam oſſibus P. Ann. Sal. MCCCCLXXXXII.



XLVI 34. MENELAUS de Januariis, Neapolitanus, Maſſotti, & Joannellæ de Alexandro nobilibus procreatus parentibus, vir egregiis moribus ornatus. ab Epiſcopatu Acernenſi ad Surrentinam Eccleſiam translatus eſt per obitum Nardi anno 1493. die tertia *b* Auguſti. Exceſſit anno 1499. jacet Neapoli in Eccleſia Sancti Petri Martyris in majorum ſuorum ſepulchro, & ſacello, nulla inſcriptione proloquente.

b Die 23.



35. ALOYSIUS Mormile Nardi, ſuperioris germanus frater, evaſit Surrentinus Archiepiſcopus anno 1499. vix biennio Pontifex fuit, obiitque anno 1501. XL VII.

36. FRANCISCUS Remolinus *c*, Hiſpanus, Urbis *d* Gubernator, ab Alexandro Sexto Surrentinus Archiepiſcopus delectus eſt die tertia Martii anno 1501. ab eodem S.R.E. Presbyter Cardinalis creatus. Poſt annos undecim eam ad favorem Giberti Nepotis ceſſit. Suffraganeum habuit in Eccleſia hac quendam Joannem de Falcone ipſe verò Romæ obiit an. 1518. Archiepiſcopus Panormitanus, Epiſcopuſque Cardinalis Albanenſis *e*, de quo ibi, cujus memoria, Surrenti extat in quadam Baſilica, ubi legitur. XL VIII.

Franciſcus Remolinus Hiſpanus.
Aedem ſub titulo Sanctorum
Philippi, & Jacobi Minoris dicatam amplificavit.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 3. c. 194.
d Urbis Gubernator fuit, dum jam eſſet Archiep. Surrent.
e Præter has præfuit Eccleſiis Ilerden Fanmanæ, Peruſing, ac bis Regis vices in Neapol. regno peregit.

37. GISBERTUS Remolinus, Franciſci ex fratre nepos, die 22. Octobris 1512. à Julio II. dictus eſt Surrentinus Archiepiſcopus. Sub eodem, ac Leone X. Concilium Lateranenſe ſuo ſuffragio juvit Fato functus eſt anno 1525. Clemente VII. Pontifice ſedente. XLIX



38. Fr. PHILIPPUS de Strozzis, Florentinus, Laurentio & Camilla Saſſetta nobilibus natus parentibus anno 1478. ordinem Prædicatorum profeſſus eſt in Cœnobio Divi Marci, ſub famoſo illo Hieronymo Savonarola anno 1494. Quinque germanos fratres habuit in ea ſancta religione ſocios, quorum unus Thomas ſui Ordinis Generalis Procurator evaſit; ipſe verò poſtquam Vicarium Generalem Ordinis egiſſet, ob morum candorem, præclaramque doctrinam à Clemente VII. ad Archiepiſcopalem hanc Surrentinam Sedem aſſumptus eſt anno 1525. die 18. Auguſti. Varia fortuna ferè ſemper illam adminiſtravit. Romæ cum eſſet in illa Borboniana depopulatione, ab impiis & avaris militibus bis & ſemel captus pecunia ſua bis ſe redemit, tertiò à Pompejo Columna liberatus, tædioque humanarum rerum affectus Eccleſiæ ſuæ nuncium re L.

f De quo legendus Fonteo de Rom. Provin. p. 308 & de Familia Strozzia Gamarrinus de Familiis Umbris, & Tuſcis vol 4. p. 79 & 124. Mandoſ.

miſit, cum regreſſu tamen, ut mos illorum temporum erat, die 20. Junii 1530 Pluresdeinde & tranquillè Romæ tranſegit annos, ubi 30. Julii 1545. diem obiit ſuum, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ ad Minervam in tumulo, quem antea ſibi, ſuiſque vivens paraverat, ubi legitur.

PHIL. STROZ. ARCHIEP.
SURRENT. FIERI
AC SUIS P. M. D.XLI.



LI. 39. **FLORENTIUS** Coquerel, Decanus Eccleſiæ B. Mariæ de Lanto Attrebatenſis Diœceſis, petente Carolo V. Imper electus eſt Archiepiſcopus Surrentinus à Clemente VII. die 20. Junii anno 1530. conſecratus deinde fuit 27. Decemb. ejuſdem anni in ſacrario Eccleſiæ S. Mariæ ſuper Minervam à Laurentio Epiſcopo Polignanenſi, aſſiſtentibus Veglienſi & Juſtinopolitano Epiſcopis. Sedit an. 15. mortem obiit ſedente Paulo III. ann. 1545.



LII 40. **BERNARDINUS** Silvius *a* Piccolomineus de Aragonia ex Amalphitanis Ducibus, cum eſſet Epiſcopus Aprutinus, conſentiente Philippo Strozzio ad Surrentinam hanc Eccleſiam translatus fuit anno 1545. die 13. Aprilis. Obiit ſub Julio III. anno 1552. Corrigenda eſt noſtra Aprutinorum Epiſcoporum ſeries, ubi ex amanuenſis noſtri incogitantia pro Surrentino *Sueſſanus* ſcriptum fuit, dum tranſlationem Bernardini ab Eccleſia Aprutina enarravimus.

a Sylverolus, non Sylvius, ut docet Corſignanus de viris illuſt. Marſorum. p. 171.

LIII. 41. **BARTHOLOMÆUS** Albanus, Nicolai filius, Urbevetanus, ex Epiſcopo Sueſſano ad Surrentinam Eccleſiam tranſlatus à Julio III. anno 1552. die 22. Octobris. Romæ mortalitatem explevit eo ipſo ann. 1558. quo Surrentum à Turcis captum, ac penè dirutum eſt.



42. Fr. **JULIUS** Paveſius, Brixienſis, Ord. Præd. Vir ſanctimonia, doctrina, & experientia longè clariſſimus, cumque per omnes ferè gradus ad Commiſſariatum, ut vocant, Sancti Officii gradum feciſſet, Veſtanus Epiſcopus declaratus eſt, mox Surrentinus Archiepiſcopus 20. Julii anno 1558. Tridentino Concilio interfuit ſub Pio IV. Apoſtolicæ Sedis Nuncius fuit Neapoli primùm, mox in Belgio, ac Neapolitani Archiepiſcopatus Generalis Vicarius. De Surrentina Eccleſia, deque Apoſtolica Sede benemeritus mortalitatem explevit anno 1571. Id. Febr. Neapoli jacet in Eccleſia S. Catherinæ à Formello, æde D. Annunciatæ relicta hærede, ut præ foribus in ejus memoriam proloquitur marmorea exarata inſcriptio. LIV.

Julio Paveſio Brixiano ex Ordin. Præd.
Sacræ Theologiæ Magiſt. Veſtinorum Epiſc.
Surrentinorum Archiep Generali Commiſſario S. Officii Inquiſitionis, & Nuncio Apoſtolico in hoc Regno Pii V. Flandriæ Nuncio, vitæ integritate, & omnium virtutum genere ornato, Oeconomi Sacræ Aedis Annunciatæ ex teſtamento hæredes PP.
MDLXXV. Obiit III. Id. Feb. MDLXXI.

Palatium Archiepiſcopale extruxerat Paveſius prope Cathedralem anno ſui Præſulatus primo, atque hæc adſcripſit ad parietes.

Julius Paveſius Brixianus Archiepiſcop.
Surrentinus paulo poſt miſerrimam direptionem huic præclaræ urbi cum univerſæ Civitatis vel internecione, vel captivitate à Turcis illatam, haſce ædes eodem exitio incenſas, & ſoloæquatas ſævere, ſuaque ſponte ad publica commoda piè non minus, quam benignè à fundamentis inſtauravit,
atque euædificavit. M. D. L. IX.

Julii elogium ſcripſit, ac edidit Octavius Rubeus in lib. de Viris Illuſtribus Brixianis, ac Michael Pius de Viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum.




43. **LAELIUS** Brancaccius, Neapolitanus, LV.


hanc

hanc Surrentinam Eccleſiam regendam ſuſcepit à Pio V. anno 1571. die 20. Junii, & cum ſediſſet annos tres ad Tarentinam translatus eſt. Hic Baſilicam Cathedralem throno illuſtravit, & portas egregio opere marmoreo cum hac inſcriptione. A

Lelius Brancaccius Archiepiſcopus Surrentinus templum auxit, & fores erexit. M. D. LXXII.



LVII. 44. JOSEPH Donzellus, Pedemontanus, ex monte Regalenſi Civitate J. U. D. excellens, Cameræ Apoſtolicæ Fiſcalis Procurator, delectus eſt Surrentinus Archiepiſcopus die 14. Julii 1574. In Etruria apud Sereniſſimum Franciſcum Magnum Ducem Nuncius fuit, deinde Urbis Romæ Gubernator. Vir prudens, ac doctus cum per decem & quatuor annos piè, ſancteque Eccleſiam ſibi creditam adminiſtraſſet, ac variis ædificiis illuſtraſſet è vita diſceſſit anno 1588.



LVII 45. MUTIUS Bonjoannes *a*, Patritius Romanus, Sixti V. familiaris, ob egregiam indolem, rerumque peritiam ab eodem fuit adlectus Surrentinus Archipræſul die 27. Aprilis 1588. & in Luſitaniam Apoſtolicæ Sedis Nuncius miſſus, eo in munere duos tranſegit annos, ad Aulam reverſus immaturo fato ſublatus anno 1591. ſepultuſque eſt in Eccleſia Sancti Auguſtini prope Sacellum S. Monicæ in majorum ſepulchro, cui Horatius fratri, & aliis hoc poſuit Cœnotaphium.

a De hoc Calcagnius in Biſl. Recinet. p. 216. Mandoſ.

D. O. M.

Horatius Bonjoannes Patritius Romanus antiquam familiæ ſuæ Sacellum Sancta Sanctorum veteri nomine appellatum, quò decentius exornari poſſet, ſublatis diverſis loculis extra ordinem ſublime poſitis, oſſa majorum, ſuorumque Gentilium Epiſcoporum, & Mutii fratris Opt. Archiepiſcopi Surrentini in hoc unum Sarcophagum commune ſibi, poſteriſque ſuis inferenda curavit. M. DC. IIII.



B 46. CAROLUS Baldinus, Neapolitanus, Utriuſque Juris peritiſſimus, in Neapolitana Academia diù Jus Canonicum interpretatus („ *Canonicus deinde Cathedralis ædis ſuæ patriæ, in„ paucis charus Alexandro Burlæ, & Cæſari Baro„ nio poſtea S. R. E. Cardinali, ambobus Congrega„ tionis Oratorii,*) à Gregorio XIV. die 18. Februarii 1591. Archiepiſcopus Surrentinus creatus eſt. Ea quæ ad religionem pertinebant ab eo notari & cognoſci in Regno Neapolitano Summi Pontifices demandarunt. Deceſſit ſummæ exiſtimationis Præſul anno 1598. LVIII

(„ *De Baldino agit Toppius in Bibl. Neapol. pag. „ 56. atque ejuſdem Patriam Nuceriam Paganorum, non autem Neapolim exiſtiſſe. Hujus Præ„ ſulatus tempore ope Joannis Vincentii de Angelis „ in Surrentino vulgo* il Piano, *in loco*, la Cocomel„ la, *jacta fuere fundamenta valetudinarii pro So„ cietate Jeſu, quod poſtea induſtria duorum ejuſ„ dem Societatis Sacerdotum Jo Anelli Pollii coaluit, „ & Nicolai Giannettaſii, qui ibi nobilem ultimo ædifi-* C *„ cavit Eccleſiam, Surrentinos pietate, & litteris im„ buendo inclaruit.*)



D 47. HIERONYMUS Provenzalis *b*, Neapolitanus, vir nobilis, qui inter illuſtres doctos Philoſophos antea adſcitus, animo tamen, & candidis moribus religioni addictus, Ariſtoteli, Galeno, atque Hippocrati, D. Thomam, Sacroſque Theologos anteponens, tantum in iis ſtudiis profecit, ut inſignis Philoſophus, illuſtris Theologus enituerit, atque ita, ut Romam profectus in Clementis VIII. Pontificis aulam fuerit acceptus, à quo poſt Ferrarienſem reditum, ejus opera uſo, fuerat laudante Aula Archiepiſcopatu Surrentino decoratus anno 1598. die prima Julii. Nullus illo viro comior doctiorque. Regulares Clericos Theatinos recepit, tradita eis D. Antonini Urbis tutelaris Eccleſia anno 1606. In Cathedrali Sacellum Sacrarii in honorem D. Januarii Martyris à fundamentis extruxit, dotavit, ſacriſque reliquiis exornavit, ibique ſepulchrum ſibi vivens ſtatuit. Vixit in hac dignitate ſumma ſui nominis fama ann. 13. menſ. 7. ac piè, ut vixerat, mor- LIX.

b Ejus mentio apud Toppium in Bibl. Neapol p. 159. Noviſſime de eo Mandoſius in Theatro Archiatrorum Pontificum p. 89.

ta-

talitate m eaplcvit anno 1612. 11. Kal. Aprilis anno ætat. ſuæ 78. tunc ad Poloniæ Regem à Paulo V. Pontifice Apoſtolicæ Sedis Nuncius deſtinatus. (,, *Typis dedit Epiſtolam de ratione curandi febres.*)



LX. 48. **JOANNES** Antonius Angriſanus *a*, Neapolitanus, Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis, Hieronymi deceſſoris conſanguineus, hanc Sedem obtinuit à Paulo V. anno 1612 cui Antonius Caracciolus vitam S. Antonini Abbatis Surrentini dedicat anno 1628. quo etiam Præſule Veſuvius Pompejanum, Herculanum, & innumera uppida combuſſit anno 1631. Sedit laudatiſſimè Joannes Antonius 30. annis, & in ſenectute bona deceſſit 1641. de quo legendus Silos p. 2. Hiſt. Clericorum Regularium.

a De eo Silos in hist. Cler. Regul. par. 2. & 3. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 126. Mandoſi



LXI. 49. **ANTONIUS** de Pezzo *b*, Neapolitanus, vir ſuaviſſimis moribus, & doctrina, quos cum generis nobilitate exornat, ex Polinianenſi Epiſcopo, Surrentinus evaſit Archiepiſcopus die 20. *c* Novembris 1641. qui cum inter cæteras virtutes familiarem habeat eruditionem, & venerandæ antiquitatis peritus ſit, Anteceſſorum ſuorum Acta, ex paucis monumentis, quæ in illa miſerabili Surrentinæ Civitatis Turcarum direptione ſuperfuerunt, exquiſita diligentia collegit, eorumque nomina, & inſignia in Archiepiſcupali Aula depingi curavit, nobiſque ea omnia ſuggeſſit, quæ noſtrum poſſent juvare laborem. Synodum celebravit anno 1654. quam emiſit in lucem ad augendam divini cultus pietatem, diſciplinamque eccleſiaſticam ferventiùs ſervandam. Pergit religioſa adminiſtratione Surrentinam ſuam Eccleſiam regere & exornare, verbo & exemplo gregem ſibi commiſſum ad Chriſtianas virtutes excitare, cujus cæteras virtutes, ne ejus modeſtiam oneremus, libenter ſilentio prætterimus. Patruum habuit Antonius, à quo lac pietatis primum ſumpſit, Cæſarem Epiſcopum Sulmonenſem Virum inſignem, & fratrem patruelem Clementem ex Ordine Clericorum Regularium virum pientiſſimum, omnique laude digniſſimum Epiſcopum Aquilanum, mox Stabienſem. Protulit ubique & ſemper gens Pezzia viros, tum belli, tum pacis artibus admirandos. Ioannem militum egregium ductorem mirificè laudat Scipio Mazzella in deſcriptione Regni Neapolitani, qui primus ea Colonia Agrippina Germaniæ Civitate, gentem ſuam nobiliſsimam ſub Alphonſo primo Rege Salerni inter nobiles conſtabilivit, quam deinde Reges honoribus, feudis, divitiis, ac privilegiis exornarunt. Lucas Pyrrhi frater, Ioannis nepos militari virtute clarus inter Patritios Romanos ex S.C. adſcriptus, familiæ non parvum addidit ornamentum: Alios plures viros clariſsimos recenſuit idem Mazzella, quorum virtutes hæreditaſſe viſus eſt noſter Antonius digniſsimus Archiepiſcopus, cujus egregia facinora aliorum fœcundiores calami exornabunt, cum ſatis hic fuerit ejus virtutes delibaſſe.

b Hujus meminit Toppius in Bibl. Neapol. p. 139. Mandoſi
c Die 19. Novemb. 1641.

A D D I T I O.

(,, *In pavimento Eccleſiæ Cathedralis in plano*
,, *antè thronum proſe, ſuiſque ſucceſſoribus extremi*
,, *fati meditatione commotus nobile ſepulchrum en-*
,, *travit, eximio marmore excisum, atque hac inſcri-*
,, *ptione ornatum.*

,, Antonius de Petio Archiepiſcopus Sur-
,, rentinus primo ſui Pontificatus Anno
,, poſtremi memor diei ſibi, & ſucceſſori-
,, bus P. Anno Domini 1642.

,, *Altare majus ſuæ Surrentinæ Cathedralis nobili*
,, *marmore erexit, paraſtidam, quæ ſurgit in Cornu*
,, *Epiſtolæ ſex argenteis candelabris, ac cum cruce*
,, *ex eodem argento confecta, inſuper & Crucem, quæ*
,, *antè Archiepiſcopum ferri ſolet elata, etiam ex*
,, *argento efformavit. Eccleſiam ſanctimonialium*
,, *D. Marcellini Neapoli conſecravit, at ex hac epi-*
,, *graphe, quæ in eadem legitur.*

D. O. M.

,, Conſecratum olim à Sylveſtro II. Pont.
,, Max. templum vetuſtate jam penè col-
,, lapſum à fundamentis Sanctimoniales
,, excitarunt jacto à Franciſco Card. Bon-
,, comp. Archiepiſcopo Neapolitano, pri-
,, mo lapide, Chriſti Anno MDCXXVII.
,, tertio nonas Julii. Anno verò MDC
,, XLV. ſexto Id. Octobris de licentia Aſ-
,, canii S.R.E. Card. Philamarini Archie-
,, piſcopi Neap. Antonius de Petio Ar-
,, chiepiſcopus Surrentinus ſollemni ritu
,, conſecravit.

,, *Item Neapoli conſecravit templum Sanctæ Ma-*
,, *riæ Veritatis, at ex hac in illo inſcriptione.*

,, Templum S. Mariæ Veritatis veræ Dei
,, Matris à Diſcalceatis Ordinis Eremita-
,, rum D. Auguſtini extructum, mox inte-
,, riori opere graphicè exornatum, ne quid
,, prorſus ad decus deeſſet ipſiſmet P. P.
,, eniaè curantibus Antonius de Pezzo Sur-
,, rentinus Archiepiſcopus Sacro Ritu ſub
,, Innocentio X. conſecravit pridie Kalen-
,, das Februarii Anno ſal. MDCLIII.

,, *Diem extremum obiit Surrenti anno Domini*
,, *1659 6. Idus Martii, ejuſque Corpus in ſepulchro*
,, *ab eo ſibi ipſi parato fuit humatum.*
,, *Antonium de Petio excepit* **PAULUS** *Suardus* LXII
,, *ex antiquis Bergomi Regulis, nunc verò Ducibus*
,, *Caſtri Atrole in Neapolitano Regno. Congregationi*
,, *Oratorii nomen dederat, à qua Alex. VII ad Sur-*
,, *rentinam evenit Eccleſiam 15. Kal. Octobris, 1659.*
,, *& 16. Kal. Decembr. ejuſdem anni conſecravit. Præ-*
,, *ſul fuit perhumanus, in omnes officioſus. Integri-*
,, *tate morum, eorumque ſuavitate omnium ſibi ani-*
,, *mos devinxit, ſingularemque comparavit dignita-*
,, *tem.*

tem. Ditiſſimis Pontificalibus ornamentis Eccleſiam auxit, & altare majus duobus pergrandibus vaſis argenteis, ſexque aliis minoribus, quibus florum ornatus ſubſtineretur, ditavit. Palatium novis ædificiis explicuit, & prolatavit. Ad pias cauſas legata plurima conſtituit. Sexcentos nummos aureos, quibus adjuvantibus ultima manus templo facilè poſſet accedere, reliquit. Morti occubuit 4. Kal. Auguſti 1679. in ead. Civitate Surrentina. In idem illatus fuit ſepulchrum, in quod ejus anteceſſor.

LXIII. *Antonio Suardo nobiliſſimo viro vir & quidem nobiliſſimus in Præſulatu ſucceſſit* DIDACUS *Petra ab Epiſcopatu Marſicano in hunc Surrentinum ab Innocentio XI. tranſumptus 29. Aprilis 1680. Nobilitatis antiquitate plurimum commendatus. Natus enim eſt è gente Petra Patritia Neapolitana in Sedili Portæ novæ, olim feudorum Caſtri Sangri, Collis Alti, & ab hinc duobus ſæculis Vaſtigirardi, aliorumque feudorum Ducatus Domina, multarum, clariſſimarumque Regni, atque Italiæ totius propinquitate, & cognatione conſpicua. Vincentius ipſi genitor, mater Septimia Philonardi Patritia Romana è Bauci Dominis, Neptis Cardinalis Philippi Philonardi, & gradu propiore proxima ipſi Romano Hierarchæ Clementi X. Ut ergo Didacus Surrentum pervenit, illicò Seminarium erexit, in cujus aſpectu ſtemma hoc in marmore excurſum viſitur.*

Quod ad teneræ ætatis inſtitutionem
erectum Seminarium vides, Illuſtriſs.
ac Reverendiſs. Domini Didaci Petra
Epiſcopi Marſicani, Archiepiſcopi nunc
Surrentini munificentiæ opus eſt, qui à
fundamentis illud ad coronidem perdu-
cendum curavit, ubi tot pueritiæ ger-
mina ad pietatem, ac litteras irrigantur.
Mirum quanta laudum ſeges Authorem
erumpat. A. D. MDCLXXXVII.

Confecit Paraſtidam ex marmore in Cornu Evangelii altaris majoris una cum gradibus ex eodem marmore, & cancellos, qui idem altare circumſæpiunt. In Cruce ipſius templi nobile ſacellum excitavit ex parte Epiſtolæ ſub titulo S. Michaelis Archangeli, quod miſſa per hebdomadam, & quatuor miſſis ſollemnibus quotannis celebrandis inſignivit. Præbendam Theologalem ſuis redditibus in Cathedrali erexit. Utilitate adductus ſuarum ovium pias quaſdam donationes fecit, ut in quodam loco vulgò il Capo di Sorrento *Oeconomia erigeretur. Utraſque crucis naves laterales inſtauravit, & ſuprà portam majorem Eccleſiæ ex interiori parte in marmore expreſſum legitur.*

Didacus Petra de Baronibus Caſtri San-
gri, Vaſti Girardi, &c. olim Epiſcopus
Marſicanus, nunc Archiepiſcopus Sur-
rentinus, concurrentibus legato ſexcen-
torum ſcutorum Illuſtriſs. Domini Pauli
Suardi ſui Prædeceſſoris, & alio majori
hujus fideliſſimæ Civitatis ſubſidio, tem-
plum hoc jam jam ruiturum excitatis
hinc indè duobus lateribus ſtabilivit An-
no Domini MDCLXXXVIII.

Fuit Didacus ſingularis prudentiæ præſul, divini cultus ſtudio magnoperè incenſus, zeloque exardens, apud ſe liberaliter inſtituit, eruditque Nepotem ſuum Vincentium Petra vivacis ingenii, raræque indolis adoleſcentem, quem primò Vicarium ſuum conſtituit, indè Romam tranſmiſit, ubi ex quo honoribus inſervire cœpit, complures tulit, exercuitque Magiſtratus, multaque conflavit enucleantia Bullas Pontificias, & in lucem edidit volumina. Fuit à ſecretis Sanctæ Congregationi Concilii, & impræſentiarum Congregationi Epiſcoporum, & Regularium, quem propter tot, tantaque erga Catholicam Eccleſiam merita ad ſummos honores, ſacramque purpuræ dignitatem evectum inſpicere quamprimùm ſibi omnes pollicentur.

Ad plures conceſſit Didacus Petra Neapoli Kalen. Februarii 1699. & in templo S. Petri ad Majellam in majorum ſuorum ſacello honorificis honeſtatus exequiis fuit magnificè tumulatus.

LXIV PHILIPPUM *Anaſtaſium, Ludovici filium, Innocentius XII. eidem Eccleſiæ mancipavit, virum quidem conſummatiſſimum, qui politioribus litteris Latinis æquè, ac Græcis mirè inſtructus Poeta, Rhetor, Orator, Philoſophus, & Theologus in Collegio maximo Neapolitano Societatis Jeſu breviè vaſerat, ut de ſe optimam ſuis primæ notæ præceptoribus rationem reddiderit, juris utriuſque conſultus, ipſaque demum Matheſi non mediocriter imbutus, ſcientiarum denique omnium laureolis exornatus, in quibus non vulgaria edidit ſui ingenii ſpecimina, per quæ cum eruditioribus Italiæ arctas contraxit neceſſitudines, & in quibus omnibus in hac etiam ſua vergente ætate, cum opportunitas ferat, profundiſſimè ſolet diſſerere, ac ſi impræſentiarum illis vacaret. Cum Clericalem vitam elegiſſet, vix minoribus initiatus ordinibus incredibilem ſibi nominis famam varias panegyricas orationes Sanctorum habendo comparavit. Sacerdos quadrageſimales ad finem in ampliſſimis Regni civitatibus ſumma ſui laude perduxit labores. Imò cum curriculo octo dierum, ſeù in octavario, in quo ſingulis diebus D. Januarii laudes prædicantur, Concionator ex inopino morbo concidiſſet, ipſe vices extempore, & imparatus egregiè explevit. In Neapolitana Academia ab Honuphrio Columna magno in Regno militum Comeſtabulo, cujus adventum, ac nomen verſibus celebrarat, primam Cathedram legalem obtinuit, in qua cum trigeſimum ſecundum ageret ſuæ ætatis annum, non paucas omnium frequentia lectiones habuit, quarum aliquæ in lucem etiam typis editæ fuerunt. Indè ad primam Canonum tranſiit, cum anno Domini 1699. Innocentius XII. Surrentinæ Eccleſiæ communi plauſu ſponſum aſſignavit, & præcipuè Ludovici de la Zerda, qui cum Regis vices id temporis ageret Neapoli, Anaſtaſium plurimi fecerat. Complures enim princeps iſte ſcientiarum, & politioris litteraturæ maximè ſtudioſus lectiones ejus audierat in Academia, quam in ſuo palatio erexerat, principemque conſtituerat Anaſtaſium, quò celebriores civitatis homines, & litteratiſſimi quique confluebant. Menſe Martio ejuſdem anni Eccleſiæ fuit deſtinatus, priùs in examen à Summo Pontifice die Veneris poſt ſacri palatii concionem adductus, quod ſua præſertim cauſa fuerat convocatum. In eo inter alios reſedit fama celeberrimus Cardinalis Henricus de Noris, qui cum examine decederet, palam aſſeruit: examen exercuit, non autem examini ſiſtitit Archiepiſcopus Surrentinus. Fuit conſecratus pridie Idus Aprilis ejuſdem anni. Sed hujus tam excellentis viri probatio adeò Pontificis voluntati reſpondit, ut cum de more ad ejus pedes ſe dejiceret, dixerit: quidquid in optatis habetis, aperite, nullam patiemini repulſam, Anaſtaſius verò ſibi parcens, ſui cauſa nihil, ſed multum ſeminario ſuo, divitem ſcilicet Abbatiam in omnes annos petiit, quam fuit conſecutus, ut patet è ſtemmate ſupra portam ſacelli ejuſdem Seminarii.*

Philippo Anaſtaſio Archiepiſc. Surren-
tino quod Seminarium à fundamentis
inſtauraverit, inque ampliorem, elegan-
tioremque formam redegerit opulentiſ-
ſimis Abbatiæ S. Petri ad magnum lit-
tus redditibus ab Innoc. XII. P. M. impe-
tratis idem Seminarium grati animi mo-
numentum poſuit Anno Domini
MDCCIX.

His impetratis redditibus primùm in ampliorem, commodioremque formam Seminarium redegit, poſtmodum ejus utilitati ſtudens rectorem, prorectorem, alioſque, prout opus erat, miniſtros

„ *inſtituit, & lege ſancivit, ut quivis ſuæ diœce* A
„ *ſis ſtatui Eccleſiaſtico vellet adſcribi, prius in ip*
„ *ſo per biennium eſſet eruditus. Sub initium fuere*
„ *alumni ſcientiis informati à celeberrimo Ni*
„ *colao Giannettaſio Soc. Jeſu Sacerdote, quo vita*
„ *jam functo obtinuere non vulgarem Mathematicæ*
„ *Magiſtrum, ut altius inſtructi cuderent calculo,*
„ *ſeu Computo Eccleſiaſtico, & Eccleſiæ Kalenda-*
„ *rii emendatione. Nec in eo deſiderantur, qui*
„ *Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, aliarumque lin-*
„ *guarum copiam faciant, & diſciplinas liberales,*
„ *cultioreſque litteras tradant; nec deſunt qui*
„ *ad Philoſophiam, Juriſprudentiam, ſacros Cano-*
„ *nes, Theologiam Scholaſticam, & ad Contro-*
„ *verſias Adoleſcentes inſtruant. Quamobrem ex Se-*
„ *minario prodeunt abſoluti numeris Theologi, &*
„ *Concionatores, quod ſanè ità ejus nomen eſt divul-*
„ *gatum, ut ex variis Regni partibus quantumvis*
„ *diſſiti plerique in illud advenæ inflammato animo*
„ *conveniant. Meditamenta Vigilantiſſ. Præſulis*
„ *erant, primùm Eccleſiam ſuam viſere, poſteà Sy-* B
„ *nodum diœceſanam compellere, indè cogere Pro-*
„ *vincialem, ſed ab aliquibus iniquitatis filiis ejus*
„ *interrupta fuerunt inſtituta. Nam cum rationes*
„ *adminiſtrationis Eccleſiarum Parœcialium, quа-*
„ *rum reddituс temporales apud laicos ſervantur,*
„ *repeteret, ut Canones veterum Conciliorum poſtu-*
„ *lant, & recentium, imò ut leges præcipiunt Impe-*
„ *riales, & juxtà Surrentinam jam vetuſtate corro-*
„ *boratam conſuetudinem, in medium tot, tantaſ-*
„ *que protulerunt rixas, & tam iniquas turbas ex-*
„ *citarunt laicali poteſtate adjuti, ut ex Regno inno-*
„ *centiſſimus Archiepiſcopus exulatum ire coactus fue-*
„ *rit. Tantum potuit hominum perditorum nequitia.*
„ *Sed non longè abiit, quin eadem laicalis Poteſtas*
„ *injuſtè latam, quin nimis præcipitem deteſtata*
„ *ſententiam poſt viginti dierum ſpatium ad ſuam re-*
„ *vocavit Eccleſiam. Voluit autem Archiepiſcopus, ut*
„ *interdictum Eccleſiæ in ſui expulſione prolatum,*
„ *ut edixit generale Viennenſe Concilium, duraret,*
„ *quouſque expulſores debitum Eccleſiæ obſequium a-* C
„ *nimi demiſſione exhiberent; quod nonniſi poſt qua-*
„ *tuor annos, ac duos menſes evenit. Zelus, quo*
„ *hic fervet Antiſtes pro Eccleſiaſtica diſciplina, eſt*
„ *equidem ſingularis; libros quamplures pro Eccle-*
„ *ſia elucubravit, ſed paucos, ne dicam nullos Typis*
„ *paſſus eſt committi, cum ſoleat interdum uſurpare,*
„ *Bibliothecæ plenæ quidem ſunt, & ingentibus vo-*
„ *luminibus nullus eſt locus: familiares tamen non-*
„ *nihil, precibus quam potuerunt diligentiſſimis ma-*
„ *nibus excorſerunt, quod nunc ſub prælo eſt. In*
„ *ſpem etiam adducimur, muſis ſuper manſuetioribus*
„ *aliquid tandem impetiturum. Regnans feliciter*
„ *Clemens XI. anno 1707. 7. Kal. Januarii unum ex*
„ *Adſiſtentibus Pontificio Throno eum creavit, &*
„ *Cardinali Vallemanni mandavit, ut ei Eccleſiam*
„ *offerret Sipontinam, & poſt eam, Compſanam,*
„ *aliaſque Regni ſatis pingues, ſed omnes ejecit,*
„ *contentum ſe eſſe profitens ſua prima ſponſa,*
„ *quamvis ſibi calamitates inveheret, aut per ipſum*
„ *liceret, ut ad vitam à mundi ſtrepitu remotam in* D
„ *clauſtra ſe reciperet, quod haud paſſus eſt Ponti-*
„ *fex, ſed ampliſſimis affecit beneficiis, primoque*
„ *juſſit, ut Compſæ Eccleſia illi penſionem ſolveret,*
„ *& poſtremo ditiſſima Abbatia vulgo, S. Pietro à Ca-*
„ *prolla, in eadem Surrentina Diœceſi ipſum dona-*
„ *vit. Vitam cujuſcunque Epiſcopi ex Patronis ejuſ-*
„ *dem Civitatis Surrentis plenius eſt perſecutus, ne*
„ *venia à Summo Pontifice impetrata, eorum officia*
„ *recitanda poſſet proponere. In Eccleſia Cathedra-*
„ *li, aliquo concurrente Prædeceſſoris ſui ſubſidio*
„ *contignationem laqueatam moliri aggreſſus eſt au-*
„ *reis fimbriis, atque egregiis Jacobi del Pò, & Ni-*
„ *colai Malinconico picturis, & artificio decoratam.*
„ *Paramentis etiam, & ſupellectili auxit, & gemma*
„ *pretioſa, quæ in impluvio ſuprà pectus, ubi ſit*
„ *utriuſque partis nexus, ſolet reponi. Plurimis ſcu-*
„ *torum millibus Eccleſiæ muros aſperos, & inex-*
„ *cultos marmorato obtinendo perpoluit, ejus fron-*

„ *tem exacta nobilique Symetria pigmentatam lu-*
„ *minis, & umbræ reddidit, ac plane efficiet, ma-*
„ *joremque ſcribendi copiam dabit, ſi longius, quo*
„ *bene dignus fruetur ævo, quod illi à D. O.*
„ *M. votis omnibus expetunt cuncti.*
„ *In aula Archiepiſcopali ſub inſigne hujus Archie-*
„ *piſcopi in poſtrema ſede collocatum hoc monumen-*
„ *tum inſpicitur.*

„ Philippo Anaſtaſio

„ V. J. D., S. T. M. Orat. egregio, Poe-
„ tæ venuſtiſſimo, Matheſeos, ac Philo-
„ ſophiæ perito, omnigenæque Eruditio-
„ nis Viro, qui dum annum tertium, ac
„ trigeſimum ageret, in Univerſitate
„ Neapolitana Primæ Cathedræ Matu-
„ tinæ Civilis facultatis præfigitur, de-
„ indè Sacrorum Canonum Anteceſſor
„ ibidem creatur, ac tandem ab Innocen-
„ tio XII. ad Eccleſiæ Surr. Præſulatum
„ evehitur anno ab Aera Chriſti MD
„ CLXXXXIX cum aetatis ſuæ XXXX
„ III. explevisset Cajetanus Criſconius
„ ejuſdem Archiepiſcopi à ſecretis P. An-
„ no MDCCIV.

ÆQUENSES
ſeu Vici Æquenſis
EPISCOPI.



ÆQUAM (quam Vicum appellant) anti-quam urbem in montibus fuiſſe non longè à Surrento ædificatam vetera ædificia, & monumenta, & ſinus ejus ab antiquis proceribus, & Imperatoribus habitatus, demonſtrat. Gothorum immanitate poſtea vaſtata, ac penè diruta fuit. Novam vero Civitatem à Carolo II. Rege circa annum MCCC. exædificatam ex inſcriptione patet, quò ſæpiſſimè ad animi tranquillitatem divertebat. Vicum Aequenſem ab antiqua illa urbe appellavit haud longe ſitum inter Surrentum, & Stabiam, Neapolim ſpectans à decem & octo milliariis. Aprico & clementiſſimo cœlo, hilari, atque uberrimo agri ſolo, delicatiora poma, delicatiſſima vina profert, qualia deguſtari ad ſatietatem, & voluptatem deſiderantur. Aedes Joanna II. Regina ibi condidit, Regulorum tunc domicilium, Principis nunc Muſæum, atque oblectamentum. Urbis amœnitatem, ſitumq; perbellè deſcripſit Julius Cæſar Capaccius. Templum maximum, & Parochia ab Aequa ad novam Civitatem Vicanam tranſlatæ ſunt ab eodem Carolo conditore. Hic Bonifacium VIII. exoravit, ut illic Epiſcopalem Sedem, vel trans-

ferre

ferre, vel de novo inſtituere; ipſe verò adjutrices manus admovit, addito cenſu, quo pro Epiſcopali menſa uterentur futuri Epiſcopi. An verò Aequenſis vetuſta Civitas Epiſcopali fuerit dignitate exornata, non ſatis conſtat; tametſi in monumentis quidam Bartholomæus Aequenſis Epiſcopus reperiatur anno 1294. cujus etiam habetur memoria anno 1297. Sed & Joannes Rufali erat Aequenſis Eccleſiæ Archidiaconus anno 1286. cum à Ravellenſi Capitulo electus eſt Ravellenſis Epiſcopus, ut ex regeſt. Vatic. alibi diximus. Conſtituta igitur Vico Epiſcopali dignitate, primus Præſul delectus eſt Joannes Ciminus, & Surrentino Archiepiſcopo datus eſt ſuffraganeus. Baſilica Cathedralis titulo SS. Cyri, & Joannis ad mare poſita ab Alphonſo I. Rege exornata ſex dignitatibus *a* nobilitatur (ſi vera ſunt, quæ mihi ſunt tranſmiſſa) Archidiaconatus nempe, Primiceratus, Archipresbyteratus, Decanatus, Cantoratus & Theſaurariatus, cum octo Canonicis; ſed in ſupplici libello Aloyſii Riccii electi pro expeditione ad Urbanm VIII. Pont. Max. porrecto, unica tanium dignitas Archidiaconatus cum ſeptem Canonicis recenſetur, quorum unus curam gerit animarum, quæ hodie centenum *b* non excedunt numerum. Unum eſt in civitate Cænobium Olivetanæ Congregationis ad S. Franciſcæ Romanæ; extra verò mœnia domus ſatis ampla Clericorum Regularium Theatinorum S. Mariæ de Tora, Fratrum Minorum de Obſervantia, S. Mariæ à Chica, Cœnobium ſatis pulchrum S. Viti Martyris Cœleſtinis Ordinis, & Eremitarum Camaldulenſium in Monte S. Mariæ Hieruſalem, treſque laicorum fraternitates. Diœceſis anguſta eſt quatuordecim circumſcripta locis, ſeu oppidis, totidemque Parochialibus Eccleſiis cum ſuis Rectoribus. Pauperrima eſt hodie epiſcopalis menſa; cujus fructus vix aſcendunt ad ducatos Regni *c* quinquaginta ſupra ducentos; taxatur in libris fiſci Apoſtolici ad Florenos 99. Qui verò noviter creatus eſt Epiſcopus ad urbem veniens à Longa, Ferrariaque gente eacipitur; & in bonis Eccleſiæ conſtituitur adminiſtrator. Præter Longam, Ferrariaque familias aliæ ſunt in hac civitate nobiles. Ex hac natus eſt Joannes Baptiſta Porta ſapientiſſimus Aſtronomiæ magiſter, novuſque interpres proſpectivæ, quam Græci vocant Opticam, ſcriptis ſuis orbi notiſſimus. Joannes Vincentius ejus frater germanus in ſpeculativis præcelluit. Antonius Agellius Acerni Epiſcopus Clericorum Regularium Theatinorum & patriæ decus, Hebraicæ linguæ & Chaldææ peritiſſimus, Pſalmorum genuinæ, & germanæ explicationis interpres facundus, cujus ſcripta typis edita in ſacris Bibliothecis maaimi ſiunt. Marcus & Innocentius Paraſcandoli fratres ejuſdem inſtituti Clerici, vitæ ſanctimonia clari ſuere, quibus addam Juniperum ejuſdem familiæ Paraſcandolæ, ac Minoris Ordinis de Obſervantia alumnum integritate vitæ, & doctrina conſpicuum, cujus meminit Lucas Waddingus lib. de ſcript. Ord. Seraphici. Cæterum Epiſcopi, qui in hac Sede floruerunt, ſequentes ſunt ex Vaticanis regeſtris, monumentiſque hujus Eccleſiæ eruti.

[*a* Unica Archidiaconatus dignitate.]

[*b* Nunc bis centenum excedunt numerum.]

[*c* Nunc 500.]

I. 1. JOANNES Ciminus, Vici ortus, à Bonifacio VIII. circa annum Domini 1300 primus Vici Aequenſis Epiſcopus creatus eſt, qui haud diu in ea dignitate ſupervixit, decedenſque in Eccleſiæ Cathedralis Sacrario, urnaque marmorea conditus eſt cum hoc epitaphio.

In nomine Domini noſtri
Jeſu Chriſti Amen.
Hic jacet corpus Joannis Cimini Vicani Epiſcopi, iſtius Epiſcopatus, nec non iſtius Capellæ fundatoris, anima cujus requieſcat in pace, qui migravit ab hoc ſæculo anno Domini MCCC. . . . .

Pluribus bonis Joannes dotavit ſacrarium, quæ ab ejus jure hoc tempore longè ſunt aliena. Ex familia poſteri qui ſunt, juris patronatu gaudent.

II. 2. Fr. LANDULPHUS, aliis Rodulphus, Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum, hujus Eccleſiæ adlectus eſt Epiſcopus ab eodem Bonifacio circa annum Domini 1301. qui cum eſſet vir doctiſſimus & gratia Regis polleret, eo petente à Clemente V. Papa translatus eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Acheruntinam, & Materanam anno 1306.

III. 3. Fr. PETRUS de Andria ejuſdem Ordinis Prædicatorum Landulpho ſucceſſit, ad hanc dignitatem vocatus à Clemente V. id. Auguſt. anno 1306. ut ex reg. Vatic. ep. 393. Hic pro decimis egit cum Comite Vici, qui coactus eſt ſolvere, quippe cauſa decimarum eſt ſpiritualis.

IV. 4. JOANNES hujus Eccleſiæ Præſul memoratur in regio regeſt. Neapolit. anno 1324.

V. 5. TESSELINUS Fontana, Abbas S. Petri ad Curtim Ordinis S. Benedicti, electus eſt Epiſcopus Viciæquenſis anno 1330. Civis erat Maſſæ Lubrenſis, ut innuit documentum, quod ipſe inſcripſit anno 1334 15. Octobris dum Romæ moraretur, ad generalem ſuum Vicarium Andream Liparolum.

VI. 6. JOANNES Epiſcopus Vici, mortuus eſt anno 1343.

VII. 7. CÆSARIUS Plannla, Canonicus Neapolitanus, eligitur Epiſcopus in demortui Joannis locum à Clemente VI. anno 1343. Id. Junii, anno Pont. 2. in reg. Vatic. ep. 43. Porrò poſt obitum Joannis, Capitulum in partes ſeceſſit, una ejuſdem, Petrum de Baja Squillacenſem elegit, altera Auguſtinum Canonicum Iſclanenſem. Clemens utramque electionem vitio celebratam irritam declaravit, ac Cæſarium hunc ex plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis in Viciæquenſem Epiſcopum præfecit. Petrum verò de Baja Antiſtitem Caſtellanetenſem creavit. Quinque omnino annos ſedit Cæſarius, exceſſitque anno 1348.

VIII. 8. Fr. JACOBUS de Sora, Ordinis Minorum, ſucceſſit Cæſario 5. Non. Octobr. anno 1348. ab eodem Clemente VI. ad hanc dignitatem evectus, cujus meminit reg. Vatic. epiſt. 107. fol. 72. memoratur idem in reg. Neapol. anno 1376.

IX. 9. Fr. LUDOVICUS (*Ordinis Prædicatorum*) obiit anno 1393.

X. 10. RICCARDUS Gattula, Canonicus Aequenſis, conſtituitur hujus Eccleſiæ Præſul à Bonifacio IX. anno 1393. Non. Decemb. Exceſſit 1414. ex lib. obligat.

XI. 11. GALIARDUS, Abbas Monaſterii S. Mariæ de Olearea Ord. S. Benedicti Amalphitanæ Diœceſis, eligitur Epiſcopus an. 1414. 4. Kal. Octobr. à Joanne XXIII. ex eodem lib.

XII. 12. JOANNES Longus, civis & Primicerius Aequenſis, ad patriæ ſedem ſublimatur à Martino V. anno 1422. die 16. Octob. Doctus fuit & humanus; hanc rexit Eccleſiam triginta ferè annos. Deceſſit Nicolao V. ſedente 1451. de quo hujuſmodi verſus lib. 10. Hermschenæ Laurentii Longi Parmenſis Clerici Regularis Congregationis Sommaſchæ leguntur.

Longus erat magnus vir nomine, reque Joannes,
Quo nullus major vir pietate fuit.
Gratia nomen ei dederat, meritumque tiaram,
Ut ſuperis eſſet gratior, atque Deo.
Egregiè ſacri paſtoris munere functus,
In patria acceptus jure propheta ſua.
Vivet io Longus longa per ſæcula fama,
Hoc cognomen ei ſcilicet omen erat.

XIII. 13. SALVATOR Muſca, Tropejenſis, proximè poſt Joannem hanc ſuſcepit Eccleſiam anno 1451. 5. Id. Octobris, quanto tempore in ea dignitate floruerit, quove anno & loco obierit, obſcurum mihi eſt, ultima tamen ejus memoria extat in ejus quodam documento anno 1473.

XIV. 14. MATTHÆUS obiit anno 1494. ex Actis Conſiſt.

XV. 15. PTOLOMÆUS de Ptolomæis, nobilis Senenſis, ex Theſaurario Eccleſiæ Lucerinæ à Pontifice Maximo Alexandro VI. inauguratur anno 1494. die 19. Martii. Sedit cum fama prudentiæ ann. 26. Sub Leone X. mortalitatem explevit 1520.

XVI. 16. FERDINANDUS Marcheſius, nobili familia fatus in terra Granimni Litterenſis Diœceſis, eligitur Epiſcopus anno 1520. die 8. Auguſti ſub Paulo III. Fato ceſſit anno 1541. *a*

a 1556.

XVII. 17. NICOLAUS Sicardus, Stabienſis, ad hanc ſedem electus anno 1541. *b* Obiit anno 1558.

b 2. Junii 1556. ex Actis.

XVIII. 18. Fr. DOMINICUS Caſablanca, Siculus Meſſanenſis, Ordinis Prædicatorum Summus Theologus, in Vico Æquenſi Sacerdotio ſubrogatur Nicolao an. 1558. *c* Interfuit Tridentino Concilio, defunctuſque eſt anno 1564.

c Die 4. Febr.

XIX. 19. Fr. ANTONIUS Sagra, *d* Melitenſis, ejuſdem Ordinis Prædicatorum religioſus, hanc eandem Sedem aſſequutus eſt anno 1564. die 17. Novembris. Hic in ordine ſuo famoſus, variis linguis peritus Syriam, Meſopotamiam, Aſſyriam, Ægyptum, aliaſque Orientis peragravit regiones, Apoſtolici Commiſſarii munus adimplevit, mores, ritusque illarum partium Chriſti fidelium ad normam Romanæ Eccleſiæ traduxit. Romam reverſus à Pio V. benignè acceptus laborum præmio Epiſcopus creatus eſt, inauguratus ad Eccleſiam ſuam bene regendam profectus, in ea integra fama virtutum per multos anno vixit, relicto poſt mortem magno apud populos ſui deſiderio. Neapoli mortalitatem explevit anno 1582. jacet in Eccleſia Divæ Annunciatæ. Ædes Epiſcopales vetuſtate ſua fatiſcentes reſtituit, ut ad parietes proloquitur lapis.

d Zahim cognominatur à Jo. Franc. Abela in deſcript. Melitæ l. 4. p. 549. ubi laudatur. *Mandoſ.*

Fr. Antonius Sagra Melitæus
Ord. Præd. Vici Præſul has ædes
vetuſtate collapſas in meliorem,
ampliorem que formam reſtituit, ut
ſibi poſteriſque ſuis uſui foret, à
partu Virginis
MDLXVII.

XX. 20. CONSTANTINUS de Lanoya ex Sulmonenſibus Principibus, Gregorii II. Bojani Ducis filius, ex Monacho Caſinenſis Cœnobii electus eſt Epiſcopus anno 1582. *e* Septem omninò menſes in ea dignitate vixit; cujus cum laude meminit Arnoldus Wion lib. 2. ligni vitæ. De hac familia legendus Carolus de Lellis de nobilibus Regni Neap. familiis p. part.

e Die 28. Junii.



XXI 21. PAULUS Regius *f* de Urſeolis, Neapolitanus, Ferrante & Victoria Salernitana nobilibus ortus parentibus. In juvenili ætate amœnioribus diſciplinis, juriſque prudentiæ operam dedit, ductaque uxore Victoria Roccha pari nobilitate femina filium ſuſtulit Ferrantem. Uxore demortua,

f De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 218. *Mandoſ.*

A ad eccleſiaſticam vitam ſe totum dedit, ſacras litteras amplexus Theologus evaſit, & in ea facultate lauream ſuſcepit: claruit apud omnes maximè ob eruditionem ſacrarum rerum, & prudentiam cum pietate conjunctas, quibus celebratus à Gregorio XIII. Vici Aequenſis Epiſcopus delectus eſt anno 1583. *g* Neapoli conſecratus in Divæ Annunciatæ delubro, ſtatim ad pauperem ſponſam profectus, ab ipſa nunquam divelli potuit, ut pinguiorem aſſequeretur, quam ſummè coluit per annos 25. populumque ſibi concreditum verbo & exemplo ad paſcua ſalutis traduxit, & ut officio boni Paſtoris fungeretur, vitas ſanctorum ubique & ſemper conquiſivit, inventaſque permultas vulgari ſermone ipſe conſcripſit, & è tenebris eruit, atque ita cum multa recondita ignorarentur, ipſius induſtria, & auctoritate cognoſcuntur: cujus in Martyrologii Romani notis multis in locis cum laude meminit Baronius. Scripſit præter Sanctorum Vitas, plura alia opera vulgari ſermone concinnata; *La Si-*

g Die 10. Januarii.

B *racuſana opera Morale in rime & in proſa. La Sirente Poema Spirituale, lib. 4. diſtinta. Lib. 5 Rime Spirituali. Un libro di Diſcorſi intorno le Virtù Cardinali. Un lib. di Sermoni intorno le Virtù Theologali. Un lib. di Dialoghi intorno la felicità, e la miſeria con la brevità della vita humana. Un lib della conſolatione del Conſiglio. Un lib. della dignità & officio del Veſcovo. Un lib. dell' origine de Clerici e Monaci. Un lib. intitolato il Cenſore, contenente alla ſentenza di Platone contro gl' Hiſtorici & i Poeti ignoranti, & Plebei. Un lib de gl' Huomini Illuſtri Italiani in arme & in lettere. Due libri di Tragedie Hiſtoriche e Spirituali.* Alia item ſui ingenii monumenta poſteris reliquit, ſummè laudatus ab Ægidio Scullonio Ordin. Minimorum in vita S. Januarii heroico verſu deſcripta, quam Regio attitulavit, & Felix Renda in alia ſuorum operum dedicatoria epiſtola. Vitam ejus, ac geſta fuſius ſcripſit Jo. Baptiſta de Tufo Ord. Præd. Deſiit eſſe inter vivos anno 1607. jacet in Cathedrali in ſepulchro,

C quod ſibi vivens ac ſucceſſoribus paraverat cum hac inſcriptione.

Paulus Regius Epiſcopus Aequenſis pium
judicans non ſolum ſibi certum in ſua Eccle-
ſia monumentum conſtituere, ſed etiam &
Epiſcopis ſucceſſoribus ſuis hoc itidem ubi
poſt laborum metam quieſcant conſtituit An.
ſal. MDLXXXXVI.

Ibidem ad ejus marmoreum ſimulachrum leguntur duo hæc carmina.

Inſpice viventem, Muſis hic ille ſerenus
Qui clarus fama, clarior ingenio.
Obiit anno M. DC. VII.
Aetatis ſuæ LXII.

D Alia in eadem Aede à ſe aucta, & inſtaurata proſtat legentibus inſcriptio.

Paulus Regius Aequenſium Epiſcopus,
gente Urſeola, familia Regia Neap. nobili
gente natus, ſcientia Theologus, profeſ-
ſione juriſconſultus. Hujus Regni Sancto-
rum geſtis conſcriptis, aliiſque ſuerit vigi-
liis piorum commodis in lucem editis, cam-
panaria turri ære ſuo erecta, ſplendore Ca-
thedrali Eccleſiæ addito, humanæ condi-
tionis memor marmoreum ſibi monumentum
vivens hic poni mandavit Anno ſalutis
M. D. LXXXIX.

Porrò ex Urſeola gente, ex qua natus gloriabatur Paulus, non pauci Venetiarum, & Dalmatiæ Duces prodiere. Gradenſis Patriarcha fuit Urſus; Vitalis ejus frater Torcellanam rexit Eccleſiam, de quibus in quinto noſtro tomo. Petrus quoque S.

Romualdi diſcipulus, aliique inſignes viri prodiere. Neapoli finem fecit in Ferrante Pauli legitimo filio, quem lachrymabili funere proſequutus eſt ad ſepulchrum. Ferunt Urſeolæ gentis propagines etiam Anconæ, Forumſempronii, Forolivii, Panormi, ac Beneventi adhuc vigere.



XXII. a De quo fuſius Silos in hiſt. Cler. Regul. par. 2. p. 113. Mondiſ.

22. ALOYSIUS de Franchis, a Neapolitanus Patritius, Clericus Regularis, dignus habitus eſt, qui Paulo in Epiſcopatu ſuccederet, à Paulo V. ad hanc dignitatem vocatus die prima Octobris 1607. Præfuit & profuit ann. 2. menſ. aliquot, & ad Neritonenſem Cathedram translatus eſt die 26 Janua. 1611. cui Clerus Aequenſis grati animi monumentum erexit in Cathedrali.

Domino Aloyſio de Franchis Vincentii filio Neapol. *Patritio Clericorum Regularium ornamento, Viciæquenſis magna cum civium exterorum benevolentia, biennium, atque ſemeſtrem Præſuli, è medio optimæ ipſius adminiſtrationis curſu ablato, & Pauli V. Pont. Max. juſſu ad ampliorem Neroti Salentinorum Diœceſim profecto Clerus gratæ memoriæ ergò poſuere An. ſal. M. DC. XI. menſe Martio.*

XXIII b De hoc item Silos par. 3. p. 19. Mondiſ.

23. HIERONYMUS Sarrianus, b Neapolitanus ex Comitibus Caſaiduni, Clericus Regularis ſucceſſit Francho die ultima Januarii 1611. Inter multa, quæ piè in Cathedrali reliquit monumenta, ſacellum Divi Caroli Mediolanenſis Archiepiſcopi exornavit, ut ex inſcriptione liquet.

Carolo Borromeo S. R. E. Card. Archiep. Mediolan. Paſtorum lumini, ſacellum pictum, paramentis, & altaris ornatu præſtanti devotè locatum, attributa dote ducatorum quinque pro onere Miſſæ unius in hebdomada in perpetuum Hieronymus Sarrianus ex Comitibus Caſaiduni Neap. Epiſcopus Aequen. fundator poſuit Anno ſalut. Dominicæ M. DC. XVI.

Eodem anno Palatium Epiſcopale reparavit, ac nova adjecit ornamenta. Sedit laudabili exemplo ann. 16. Neapoli functus eſt die 22. Aprilis in Monaſterio S. Mariæ gratiarum anno 1627. jacet ibidem in majorum ſuorum ſacello.

A



B 24. ALOYSIUS Riccius c, Neapoli equeſtri familia natus, legali ſcientia, & ſcriptis editis vir longè clariſſimus („ *majoris Eccleſiæ Neapolitanæ* „ *Canonicus, ob ſingularem non minus pietatem,* „ *cui ut verè vacaret, ſodalitio Ss. Trinitatis Pere-* „ *grinorum, & Convaleſcentium ſeſe adſcripſerat,* „ *quam ob legalem ſcientiam, ſuis pro tempore Emi-* „ *nentiſs. Archiepiſcopis in paucis charus, & cujus* „ *opera in omnibus ſuæ Eccleſiæ momentis uſi fue-* „ *runt,*) electus poſt obitum Hieronymi die 20. Novemb. 1627. cujus præſtantiſſimas dotes expreſſerunt in marmore Canonici Aequenſes in ipſa Cathedrali Eccleſia, quæ ipſiſſimis verbis ad ejus marmoreum ſimulachrum in Eccleſiam S. Mariæ de Stella leguntur, ubi terræ admandatus fuit, cum obiiſſet Neapoli die 6. Januarii 1643. XXIV

Aloyſio Riccio
Equeſtris Ordinis Parthenopeo Epiſcopo Aequenſi, vitæ integritate, doctrina, præſtantia præcellenti præclariſſimoſque majores Michaelem Alphonſo I. conſiliarium, Viceprothonotarium, Locumque magni Camerarii tenentem, Romanos ad Pontifices, Germanos ad Cæſares pro pace Legatum.

C *Perlonſium poteſtate inclytum nothos ad jus legitimæ ſobolis aſſerere auſi Antonium Regii Archiepiſcopum itemque Michaelem Gallis Regibus Conventui Burgundiæ Præſidem Viceprothonotarium, legatum ad Summos Reges, inſigni fato monitas prætervecto, Patruo benemerentiſſimo Octavius Riccius poſuit anno ſal. M. DC. XXX.*

[„ *Cum eſſet in utroque jure conſultiſſimus, in lucem edidit plura legalia volumina; unum, cui* „ *titulus:* Praxis rerum quotidianarum fori Eccleſiaſtici, & in Curia Archiep. Neapolitana diſcuſſarum. Neap. Typis Honuphrii Savii 1650. *alterum cui titulus:* Praxis Aurea, & Quotidiana noviſſimæ probationis juris Patronatus Neap. D „ apud Dominicum Maccaranum 1631. *alterum:* „ Collectanea Deciſionum omnes ferè caſus in „ Tribunalibus Italiæ, præſertim Romanæ Rotæ, ac Curiæ Archiepiſcopalis Neapolis, & „ ejuſdem Civitatis Sacri Conſilii Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, & Poloniæ deciſos, ac controverſos complectentia. Venet. apud Turinos „ 1660. *alterum:* Deciſiones Aureæ Curiæ Archiep. Neap. Venet. apud Junctas, & Baba 1647. „ *alterum:* Additiones ad omnia opera Jaſonis „ Mayni Mediolan. Ven. apud Junctas 1622. *Vide* „ *Laurentium Craſſum in ſuis elogiis par. 2. fol. 136.* „ *Topp. in ſua Biblioth. litt. G. fol. 147.*)

25. ALEXANDER Raulius, Anagninus, electus die 23. Febr. anno 1643. * Anagni in patria exceſſit 10. Kalend. Auguſti 1645. ætat. 63. in Cathedrali ſepultus in ſacello S. Caroli ſuæ familiæ exornatus ampulloſo elogio in ſua Cathedrali. XXV * Ex Append. t. 9.

XXVI 26. THOMAS Imperatus, Neapolitanus, ſucceſſit Raulio die 27. Maii 1647. Obiit 1656.

XXVII. 27. JOANNES Baptiſta Rapuccius electus 19. Febr. 1657. vivit.

ADDITIO.

[,, *Strenuè ſuam rexit Eccleſiam, clerum congregatione, quam cogi voluit qualibet feria V. in ſua æde Cathedrali, in qua multæ fiunt in materia Eccleſiaſtica inſtructivæ exercitationes, & præcipuè collationes caſuum conſcientiæ, ſuo nitori reſtituit. Immunitatis perſonarum, & locorum fuit acerrimus vindex. Duos antiquis addidit Canonicatus, ut miniſtrorum altaris creſceret numerus. Aliud Odæum in ſua Cathedrali inter ſuum thronum, & aram illius maximam opere nuceo eleganter concinnato, novumque ſimiliter ſuggeſtum mille, & amplius aureorum impendio efformata voluit. Cœnobium pro ſacris Virginibus Carmelitis D. Tereſiæ magno ſumptu excitavit, cujus fundatrix in ſpiritualibus fuit Vener. illa Dei famula ſoror Seraphina de Deo, quam ipſe è Capreis, ubi in ſuo monaſterio degebat, accerſivit, cujus directione, & exemplo adeò adhuc florent illæ moniales, ut multæ Neapolitanæ electiſſimi generis patriam, & commodiora in patria cœnobia pro uno Vicano Aſceterio poſthabuerint, & nunc ferè omnes in illo ſunt exteræ. In Aede Principe D. Marchioni de Carpio hanc epigraphen excitavit.* (B)

D. O. M.

Urbs Iſta Vici Æquenſis
Situs amœnitate, ſoli ubertate, conſtantique
Aeris temperie felix,
Verum excellit D. Marchionis
de Carpio Gaſparis
De Haro
Hujus Neapolitani Regni Proregis præſentia
Aliquando longè felicior, ac
munificentia clarior,
Cum Joannes Baptiſta Rapuccius
ejuſdem Urbis Antiſtes
Inſigni Baculo, quo ipſe Prorex
Pro militari ſceptro utebatur, donatus
Tanti fecerit Principis Munus
Ut illum in Pontificiam ſupellectilem aſſervarit
Proprioque ſtemmati inſeruerit
Ne quid quibuſdam ejuſdem Regni
Præſulibus invideret,
Qui inter Eccleſiaſtica, militaria quoque
oſtentant inſignia,
Ob ſtrenuè propugnatas ab hoſtibus Urbes.
Neve ad hunc Præſulem tantus
contraheretur honor
Ipſi, ac ſingulis etiam exiſtentibus pro
tempore Epiſcopis
Generosè idem Prorex indulſit
Poſſe, tum Metropolitanam Regni
Neapolim, tum ſe,
ſuoſque ſucceſſores Proreges eo Baculo
condecoratos adire,
Ratus fortaſsè potentiores fore in ſuo
munere Paſtores
Si utroque Baculo obarmati Pontificio
ſcilicet, & ſæculari,
Gregi præeſſent.
Majori ſanè dignus monumento Baculus;
ipſo namque uſus inclytus ille Princeps
Veluti Ligno, non Ferro
Univerſam efferam graſsatorum
gentem domuit,
Elliminavit, extinxit,
Ac reddita toti Regno Pace, Fide,
Juſtitia, Securitate,
Quod plerique prædeceſsorum
Ingenti, ſed vano conatu aggreſſi ſunt,
(A) Unus Gaſpar de Haro pari felicitate,
ac gloria eſt aſsecutus.
Ne ergo tanti Principis Decus
Tantæque generoſitatis veſtigia paſſim relicta
Temporis invidia obliteraret
Idem Antiſtes lapidem hunc, profuſæque
in ſe liberalitatis,
Ac ſummæ benevolentiæ teſtem
Aeternitati poſuit,
Præſulatus ſui Anno XXVIIII.
Innocentii PP. XI. Pontificatus X.
Orbis Redempti MDCLXXXVI.

Idem præſul ſepulchrum adhuc vivens in ſua delegit Eccleſia; hac inſcriptione animatum.

D. O. M.

Joanni Baptiſtæ Rapuccio
Clauſani ex oppido Beneventanæ diæceſis
(B) Summi Ingenii viro, Juris utriuſque
Conſultiſſimo,
In cauſis, rebuſque gerendis ſagaciſſimo
Olim in urbe rectiſs. Judici,
Ob probitatis, & virtutum merita
Ab Alexandro VII. ad Vici Aequenſis
Epiſcopatum evecto,
Deque ea Cathedrali exornata, atque ditata
Et de civitate, totaque diæceſi optimè merito,
Adhuc inter vivos agenti
Et mortis memori monumentum mandanti
Amantiſſimo Patrono
immortali memoria verè digniſſimo
Hoc Joannes Abbas Jordanus poni curavit.
Super tumulo hoc legitur diſtichon.
Oſſa fovet tumulus, volitat pia fama per auras
Emerita fruitur Spiritus arce Poli.
Viam univerſæ carnis ingreſſus anno
Domini MDCLXXXVIII.

(C) ,, *Rapuccium excepit* FRANCISCUS *Verde Averſanæ diæceſis, origine autem è Salentinis, & propriè à Neritina civitate, ubi adhuc ſunt domus illorum de Verde, & multæ Moniales hujus cognominis ibidem in D. Claræ floruerunt. Hic præſul Neapoli Philoſophiam, & Theologiam in Collegio maximo Societatis Jeſu, utrumque jus à quodam ſacerdote ſæculari addidicit. Neapolitana Univerſitas ipſum in Theologica facultate, Romanum Sapientiæ Archigymnaſium in legali Stadio laureavit: quare juvenis adhuc uſque ad ferè vergentem ætatem illas ex Cathedra quingentis, & etiam uſque ſeptingentis diſcipulis ſepties in diem in diſpare materia docuit. Benè ergo audire poſſet Regni magiſter, imò & Italiæ, & Europæ, ſi ex Italia aut juvenes Neapolim illum audituri confluebant, aut illum ex Italia, & Europa Epiſtolarum beneficio conſulebant. Omnes, qui ſuo ævo ſcientiis enituerunt, aut cominus cum ipſo, aut eminus neceſſitudinem ferre voluerunt, & præcipuè monſtrum illud ſapientiæ Caramuel, qui illum in ſuis* (D) *operibus ſemper mirè commendat. Pietatem, quam hauſerat peculiarem à Lælio Sanfelicio Societatis Jeſu inculpatæ vitæ ſacerdote cœleſtibus ſuper incruento altaris ſacrificio contemplationibus aſſueto, qui ipſum teneriima circa illud devotione imbuerat, ſemper uſque ad ultimum vitæ ſpiritum vividam habuit, ac ſi tunc primùm Sacerdos immolaret. Erga auguſtiſſimam Triadem à teneris maximo ſemper obſequio, & filiali fiducia ferebatur. In quadam miſſione extra Neapolim noctu dormiens à dæmone cum ſuo lectulo uſque ad laqueare cubiculi elatus fuit; ipſe autem in ſui præſidium SS. invocans Trinitatem Tartareos eluſit actus, terræque illico ſine ulla læſione redditus fuit: Aſperrimum vitæ genus, quod à pubertate amplexus fuerat, ad mortem uſque deduxit. Famen tenuiſſimo victu, & ferè ſemper oleribus, quæ ipſemet calefaciebat potiùs, quàm coquebat, quia nullum* XXVIII.

ſuis unquam voluit ſervitiis addictam ſitim guttis Vini, an meliùs aceti exaſperabat potiùs, quam leniebat. Exiguo ſomno ſuper nuda tabula corpus ſuum inedia, & laboribus laxum cruciabat potiùs quam reſtaurabat. Viliſſimis, & malè compactis, & ſæpè etiam laceris induebatur veſtibus, & ſic coram Principibus, coram ipſis Proregibus, cum ad illos invitus traheretur, incedebat.

Inicus Cardinalis Caracciolus Neapolitanus Archiepiſcopus, qui illum examinatorem Synodalem voluerat, Canonicum poſtea, & Pœnitentiarium majorem ſuæ ædis principis renunciavit, & ejuſdem opera in omnibus ſuæ Eccleſię vel negotiis, vel muniis, ſemper uſus fuit, donec ſecuto ipſius Caraccioli obitu, Neapolitanum Canonicorum collegium, licet omni reluctantem niſu Vicarium Capitularem elegit. Hoc novo Onere, uno ſe judice indignum, Neapolitana Diœceſis, Romana Sedes, ipſaque, quod caput eſt, Hiſpanica Monarchia digniſſimum cenſuit. Nam licet in multis laicali Poteſtati pro virili ſemper obſtiterit, ut & perſonarum, & locorum ſua majeſtate ſtaret immunitas, nullum deinceps eadem poteſtas ipſi impedimentum inferri voluit, quia Franciſcum Verde propter unicum Dei honorem, pro quo etiam promptus erat contumeliam pati, ſacerdotali pectore præliari dignoverat. Quemdam cenſum, vulgo il Paſtor bonus, cui omnes presbyteri Neapoli commorantes erant obnoxii, non minus ſex mille aureos menſæ Archiepiſcopali pendentem, omninò abolevit. Qualibet feria VI. in æde principe collationem caſuum conſcientiæ habebat, & non modo uterque clerus ſæcularis ſcilicet, & regularis nullo prævio vel edicto, vel hortatu, ſed & ipſi Laici è quacumque conditione, & gradu, ut ipſum unicè audirent, illuc confluebant. Officium Divinum ſemper in Eccleſia, & ſemper flexis genibus, & ferè ſemper ante Auguſtiſſ. Altaris Sacramentum maxima pauſa meditabundus recitabat, quo tempore licet negotia ingruerent, etſi difficillima, non uno verbo, non ſyllaba, non nutu reſpondebat, adeò ut cum Regius miniſter à Prorege ad ipſum miſſus, cui oportuit diù expectare, ut terminum aliquem daret Divinæ pſalmodiæ, de hoc cum ipſo queſtus fuerit, hiſce reſpondit: laudabam tunc ipſe & meum, ac tuum illum Dominum, qui major eſt Prorege, & ipſo Hiſpaniarum Monarcha: reus læſæ Divinæ Majeſtatis fuiſſem, ſi tibi tunc aures accommodaſſem. *Omnium animos, & præſertim magnatum, ac potentium virorum ſibi devicit incorrupta juſtitia, adeò ut plus eum diligerent, ac majori veneratione proſequerentur illi, quibus ipſe petita negabat, quam ii, quibus concedebat, quia certiſſimi erant ideo non obtinuiſſe, quia quod petebant contra jus erat, vel divinum, vel humanum. Mira humilitate, quia etſi Vicarius Capitularis ea authoritate, ac libertate operandi præditus eſſet, quam ſacerdotalis, & laica Poteſtas commendabant, ſemper ſe, ut infimi ordinis ſacrificulum reputavit non ſuum vivendi genus, ſuos uſus, non domum, non veſtem præſularis immutavit, non aliquem ſuis ſervitiis adſcripſit; Pœnitentię Sacramentum, ut priùs miniſtrabat. Tres horas quotidiè in Divinorum meditatione, & ut plurimum ante Auguſtiſſimum Altaris expendebat, in cujus publica expoſitione pro quadraginta horarum oratione etiam ad Populum concionem habere ſolebat. Negotia, lites, jurgia, magnique momenti cauſas ſtans illicò, & ubique expediebat, cunctis benigniſſimas aures præbebat, cunctis ſui copiam faciebat. Utrumque jus etiam interpretabatur antelucanis autem, vel pomeridianis horis, ut diœceſis oneri faceret ſatis. Innocentius XI Caputaquenſi, & Roſſanenſi, Carolus II. Hiſpaniarum Rex Puteolana mitra decoratum voluerunt, utriuſque autem intrepidè ipſe reſpuit oblationes. Cum Neapolitanus renunciatus fuiſſet archipræſul Eminentiſſ. Antonius Pignatellus, qui poſtea ſummus Pontifex audiit Innocentius XII. illius nomine Eccleſiæ cœpit poſſeſſionem, & vicariam etiam impendit operam aliquantiſper. Vici tandem electus Epiſcopus, conſtantiſſime ut ante reſpuit; at cum omnes illi diœceſani Neapolim accurriſſent, cum fletu ipſum rogantes, ut ſui curam acciperet, coactus acquievit ea potiſſimum de cauſa, quia tenuiſſima ſuæ ſponſæ dos erat. Eminent. Petrus Othobonus, qui poſtea ſummus Pontifex Alexander VIII., qui illum ſemper adeò magnifecerat, ut ad primam Patavinam legum Cathedram ſuam æque honoris, ac lucri jamdiù invitaverat, poſt ipſius examen coram Innocentio XI publicè novum Præſulem laudans, ad Eccleſiolæ nomen alludens liberè dixit:* huic Antiſtiti SS. Pater, non Vicus, ſed Metropolis parum erat. *Idem Innocentius efferveſcentibus in Urbe controverſiis circa quaſdam Galliæ præeminentias, vulgo,* le Regalie, *ipſum ſemper circa eaſdem audire voluit, & ſi ultra in Petri Cathedra ſediſſet, etiam Purpura, ut publica vox erat, ornaſſet. Cum novus Præſul adhuc Romæ eſſet, concuſſa, & penè ſolo æquata Beneventana Metropoli anno 1688. quædam aureorum millia, quæ ei pepererat diutina legum interpretatio, ad illius Archiepiſcopum Urſinum dono miſit, ut illis ſuæ ſponſæ calamitatem ſolaretur. Oblationem ille Eminentiſſ. Princeps gratam, ac ratam habuit, ſed prò tempore accepit, & poſt aliquot annos donatori reſtituit, voluit autem glorioſi muneris in ſuo palatio Archiepiſcopali ad poſteritatis exemplum marmorea hac inſcriptione memoriam perennare.*

Archiepiſcopium hoc, quod deciduum firmaveram, augendum auxeram, ſurſum tectum nimio ſumpto undequaque reddideram anno MDCLXXXVII terræmotu die V. Junii MDCLXXXVIII. funditus everſum, à me Deodante, & Divo Philippo Nerio impetrante ab integro erectum, ingentem pecuniæ vim exhauſerat, ut ad faſtigium perduceretur, tectum deſiderabatur. Illuſtr & Reverendiſſ. Dominus Verde Vici Æquenſis Epiſcopus rectis opibus infractum Animum meum pientiſſimè ſuſtinens, duo Aureorum millia ſponte mutuavit, ſed ſine Chirographo. Hujus vice tantę Generoſitatis, & grati Animi teſtem lapidem hunc erexi. Fr. V. M. O. P. C. V. A Die XXX. Maii MDCXC.

Die tamen XXIV. Decembris MDCXCII. omni debito ritè exoluto pecunia Benefactori, fama immortalitati tradita eſt.

Poſſeſſionem iniit novus Præſul ſuæ Eccleſię die 16. *Auguſti* 1688. *Ut autem ad illam appulit, eo communi gaudio, & exultatione, ac S. Angelus è Cœlo immiſſus, exceptus fuit. Suæ vitæ inſtitutionem à prima ætate ſuſceptam retinuit. Omnibus diebus feſtis plebi ſuæ verbum Domini annunciavit, & non modò ſuos, ſed & finitimarum Eccleſiarum ſubditos etiam habuit auditores, ut & in utriuſque juris interpretatione, prò qua auſcultanda, & ut etiam Philoſophiæ, Theologię, aliiſque ſcientiis, quas ipſe gratis docebat, operam darent, non modò è Neapoli, ſed etiam è remotioribus Regni partibus catervatim juvenes Vicum confluebant. Idem ipſi, ut priùs, victus, potus, quies, veſtis, quam minimè violacea immutavit, furva illa, & lacera, qua ſimplex ſacerdos utebatur, retenta, è collo tantummodò in pectus deſcendentem crucem, & in vetuſtiſſ. pileo viride elagulum prò ſpecimine Epiſcopalis geſtabat Dignitatis. A Nemine quamvis ſuo ex intimis munuſculum aliquod licet in re tenui, licet unius mali punici accipere unquam voluit. In cleri reformatione totus fuit, præmia, & pœnas ponaiſi verè merentibus diſpenſans. Commendationes apud ipſum virorum potentium, etiam principum nec bilum unquam profecere. Doctrina cum vitæ probitate con-*

jun-

„ *junĉta antea apud ipſum commendatio. Puritatis cuſtos fuit vigilantiſſimus, adeò ut cum mulieribus cariſſimè, & numquam niſi neceſſitate compulſus, & nonniſi publicè allocutus fuerit. In earum vultus, non ſolum juvenis, ſed nec in ultima ſeneĉtute oculos umquam levavit, eadem uſus cautione cum monialibus. Maxima fuit in ipſo ſacerdotalis libertas, quia cum non quæreret ſua, ſed quæ Jeſu Chriſti, amicos, conſanguineos, potentes, principes ipſos, circà ea, in quæ offendebant, verus zelator monebat; injuriarum numquam memor, adeò ut, cum Eccleſiaſticam, & Regiam Poteſtatem à ſuo pendentes haberet arbitrio, numquam aliquid inofficioſum, nè verbum, quidem in ſuos fecit hoſtes, qui ſui ex intimis interea loci evaſere, & ipſe eoſdem ſpeciali quadam amoris illecebra ſemper proſecutus fuit. Quotidiè ſacris operatus fuit ea devotione, quæ ex adſtantium oculis lacrymas eliciebat. Miſſionarios ſui Neapolitani ſodalitii S. Mariæ Reginæ Apoſtolorum in ſuam diœceſim ſæpius accivit, & inter eos præſertim voluit Antonium Sanfelicium tunc majoris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicum presbyterum Cardinalem, nunc meritiſſimum Neriti Antiſtitem numquam ſatis commendatum ſibi in paucis charum, quia ſibi doĉtrina, & morum qualitate ſimillimum. Omnes ſuos Diœceſanos ut filios, ſed inter ipſos, Primogenitos ſemper habuit Pauperes, quorum omnibus neceſſitatibus ſemper præſto fuit, aut dietim alendo, aut dotes illorum filiabus largiendo. Pluries ut ſibi uni vacaret, Romæ ſupplices libellos dedit, ut ab Eccleſiæ onere dignaretur eximere, quod minimè aſſequi potuit, contrariis ſupplicationibus nomine Capituli, cleri, imò & ipſius Vicanæ Civitatis ſummo Pontifici porreĉtis. Voti fuit compos an. 1700. quod ut ſua ſponſa reſcivit, denuò inſtitit, ſed fruſtrà, quia jam ſucceſſor declaratus, & examinatus fuerat. Lachrymis verò perpetuis ſuorum diœceſanorum commotus, eos quoadusque ſibi liceret, numquam deſerere promiſit, & reapſe inaudito forſan exemplo, ſaltem noſtris hiſce temporibus, voluit ut Collegium Canonicorum ſe Vicarium Capitularem eligeret, rexitque Eccleſiam uſque ad poſſeſſionem ſucceſſoris, & poſt ipſius adventum, ipſoque conſentiente Vici permanſit, & quolibet die feſto in illa æde principe concionabatur de agendis, & credendis adeò clara explicatione, ut rudes etiam femellæ difficillima noſtræ fidei mente combiberent. Proſecutus etiam fuit Academiam Theologiæ moralis pro Eccleſiaſticis. Et quia jam ſuas olim oves relinquere debebat, majori videbatur circa illas zelo exardeſcere. In villa demùm propè Neapolim, vulgò* S. Giovanni à Teduccio, *ſe recepit apud illum Parochum, qui ſuus fuerat diſcipulus, & in illa æde parœciali continuò populum inſtruxit, confluentibus è vicina Urbe Neapolis viris aut ſcientia, aut dignitate conſpicuis ipſum vel audituris, vel conſulturis, imò & ipſo Prorege, qui Villam Teduccium pro uno Vicano Epiſcopo frequentandam, ut olim Linternum pro Scipione Africano pronunciavit. Et etiam illum Neapolim ea honoris prærogativa, ac publicæ ſummæ exiſtimationis pompa, quæ viros Principes decebat, deduĉtum voluit, ut in ſupremo Conſilio,* vulgò il Collaterale, *in lancibus Sanĉtuarii negocium Monarchiæ maximi momenti trutinaret. Ipſe regnans feliciter Clemens XI. in Urbem acceſſire decreverat, ipſius Purpura ſacrum Cardinalium Collegium nobilitaturus. Sed hiſce Pontificiæ munificentiæ ſignis minimè ipſe pelleĉtus Neapolim tandem plenus dierum repetiit, & ab Eminentiſſ. Archiepiſcopo Franciſco Pignatella honeſtatus fuit Sacerdotio Sanĉtæ Mariæ Rotundæ, & Canonicatu ædis principis, cujus dum poſſeſſionem iniret, cunĉti ordines illius nobiliſſimæ Metropolis præ lætitia geſtientes adſiſtere, ipſique reluĉtanti licet, ac etiam flenti, qui cum foret humillimus, ſemper plauſus, & laudum hoſtis fuit acerrimus, manus omnimodè oſculari voluerunt. Parumtamen Neapoli vixit apoplexia correptus 21. menſis Januarii anno 1706. incredibili Neapolitanorum luĉtu, & præcipuè ſuorum Canonicorum, qui breviſſimè iterum frui conſortio potuerunt. Triduò jacuit inſepultus in Conſtantiniana Sanĉtæ Reſtitutæ Baſilica, quæ propria eſt Neapolitani Capituli, donec efformaretur arca plumbea, & locus pro eo diſtinĉtus effoderetur in ſacello D. Mariæ à Principio in Cornu Evangelii, & illo dierum ſpatio, non modo gravem ejus cadaver, ſed gratum etiam odorem expirabat. Obiit, ut vixerat, in oſculo Domini: apud nonnullos audiit, ut D. Antonius, arca Teſtamenti, apud alios Propheta Magnus, apud Venerabilem Matrem Seraphinam de Deo vulgò de Capreis, imo apud omnes Sanĉtus. Magnus ille heros Gaſpar de Haro Carpii Marchio Regni Prorex tali veneratione ipſum proſecutus fuit, licet multa ſibi intrepidè, & conſtantiſſimè negarit, ut illi ſemper publicè, ac palam manus oſculatus fuerit, licet humillimus Sacerdos ſemper reſiſteret; & quoties in ædem principem accedebat, ſi eumdem ſibi obvium non habuiſſet, de eo citiùs interrogabat, & numquam niſi ei priùs omnibus præſtitis obſequiis recedebat. Quibus officiis privatè ſemper, ac publicè illum coluit, etiam quando Neapolitanæ non præerat Eccleſiæ, nec Vicanus adhuc eſſet Epiſcopus. In omnibus ſuis negociis ipſum ſemper conſulebat. In ultimo etiam agone nonniſi ipſum, & Antonium Torres Congregationis Piorum operariorum irreprehenſibilis etiam vitæ Sacerdotem adſiſtentes ſibi voluit, & adjutores, inter quos Spiritum Deo placidiſſimè reddidit. Plura edidit Franciſcus Verde in utroque jure volumina communi plauſu excepta, adeò ut non ſemel reimpreſſa fuerint, quorum ſeries.*

„ *Poſitiones Seleĉtæ in Theologiam fundamentalem Caramuelis. Lugduni 1662.*

„ *Ingenuæ Obſervationes Apologeticæ Phyſicolegales. Lugduni 1664.*

„ *Additiones ad Praxim S. R. Conſ. Jul. Cæſaris Galluppi. Neap. 1665.*

„ *Tyrocinium ad Univerſum Jus Civile juxta formam quatuor librorum Inſtitutionum Civilium. Neap 1668. & iterum anno . . .*

„ *Juris Optice. Neap. 1672.*

„ *Anacephalæoſis prohibitas interim diſcutiens opiniones ad varia bullarum Capita ſummor. Pontificum Alex. VII. Clement. VIII. & IX. Sixti V. Pii V. & Leonis X. Lugduni 1679.*

„ *Traĉtatus de Simonia. Neapoli Anno . . .*

„ *Aliud item opus concinnarat ſuper quatuor libris Inſtitutionum Canonicarum, quod in traĉtatus diviſerat, in quibus omne Jus Canonicum, & ipſa Theologia moralis continebatur, quod morte præventus committere non potuit.*

„ *Vide Toppium, & Nicodemum in Biblioth. Neap. litt. F.*

XXIX „ *Franciſco verde ſucceſſor fuit* THOMAS *de Aquino, Neapolitanus, ac Tarentinus Patritius, filius Bartholomæi Caramanici Principis, & Barbaræ Stampæ Patritiæ Mediolanenſis Marchionis Soncini filiæ, nobilitate, pietate, doĉtrina æquè conſpicuus. nobilitate; Ramus ſuæ ſplendidiſſimæ familiæ Francoliſii Marchionum, Ducum Caſurani, & Caſularum, & Caramanici Principum ad Landulphum ſe refert ſecundogenitum Franciſci de Aquino Laureti Comitis, cujus poſteri feudorum cauſa Tarenti jamdiù conſederunt. Pietate; à teneris ditiſſimæ domus delicias ac pompas aſpernans pauperrimum vivendi tenorem amplexus inter Clericos Regulares Theatinos animum omnibus oleĉtoribus, quà Chriſtiano, quà religioſo viro dignis virtutibus imbuit. Doĉtrina, ſcientiis omnibus Romæ vacavit, quas etiam ibidem juvenis ex cathedra docuit, ac tandem poſt varia in ſua congregatione munia, dum Sanĉti Sylveſtri domus in Quirinali præ-*

ſide.

A „ *ſideret, ab Innocentio XII. die 21. menſis Junii anno Jubilæi 1700. hujus Eccleſiæ renunciatus fuit Epiſcopus, cujus poſſeſſionem iniit menſe Julio ejuſdem anni. Ut ad ſuam pervenit ſponſam, anteceſſoris veſtigia pro virili calcare ſtuduit, omnibus diebus feſtis adſiſtente Capitulo ad populum in ſua æde principe conciones habere ſolet, diſciplinam Eccleſiaſticam fortiter ab eodem aſſertam ſtrenuè retinet. Continuis largiſque eleemoſynis præſentium calamitates temporum à ſuis diœceſanis vel removet, vel mitigat. Hoſpitalitem munus proprium Epiſcopi exercet opiparè. In hoc autem uno immortalis memoriæ anteceſſorem laudatiſſimus præſul exſuperat, quod eum ſit de ſuo ditiſſimus, multa aureorum millia in ſacris ædibus, vel de novo condendis, vel reparandis, vel ornandis impendit; quare Vicani cleri exemplaritas, Templorum nitor, ac decor nobiliorem diœceſim, magni nominis Urbem, imò præclaram Metropolim pro communi ſententia requirerent. Aram* B *maximam more Romano in ſua æde principe auro profuſiſſimè incruſtavit, duo primaria ibidem ſacella opere tectorio affabrè diſpoſito perpolivit, organum vetuſtate abſumptum non mediocri impendio, & meliori ſpecie efformatum voluit: à fundamentis duas magnificè Eccleſias excitavit, quæ Urbem quamlibet Europæ maximam nobilitarent, quarum primam in honorem ſanctorum martyrum Cyri, & Joannis primorum Vici Tutelarium, alteram auguſtiſſimæ Triadis pro Divæ Tereſiæ monialibus. Epiſcopale Palatium penè dirutum baſilice effecit, ut è ſequenti inſcriptione.*

„ Pomario, Aedibuſque
„ Ad venuſtatem, priſtinamque formam
„ Unde incuria magis, quam tempore
„ Exciderant
„ Magno ſumptu, Paterna ex Aeca
„ Reſtitutis
„ Ut cives optimam ſui voluntatem
„ In ævum teſtatam haberent.
„ Thomas de Aquino C.R.
„ Catamanici ex Principibus
„ Sexto Inſulatum anno
„ Hunc brevi elogio memoriam
„ Conſecravit
„ A.D. MDCCVI.

„ *Aliis inſuper ornamentis ſponſam ſuam ſpiritualiter, & materialiter condecorare meditatur, ſi ipſius animo, & viribus parem Superi, ut commune votum eſt, indulgebunt ætatem.)*

LUBRENSES
ſeu Maſſæ Lubrenſis
EPISCOPI.



MASSA, Campaniæ Felicis recentioris nominis civitas, à Surrento Metropoli quinque paſſuum millibus in eminentiori quodam loco à natura munitiſſimo ad maris littus procul ſita, ut à duabus ejuſdem nominis Italiæ Civitatibus diſcerneretur, Lubrenſis appellatur. Diſtat Neapoli XXX. paſſuum millibus, interjecto gurgite Neapolitano contra Capreas Inſulam. In montis cacumine, quod Promontorium Minervæ, ſeu Præmuſſum, & Athenæum veteres ſcriptores appellarunt, Delubrum Minervæ ſacrum erat ab Uliſſe conditum, cujus meminere Statius, Plinius, Strabo, aliique, ac prope ipſum oppidum Minervium, ne procul ab hominum cœtu Minervæ Templum exulare videretur, de quo loquutum eſſe Livium arbitratur Capaccius in hujus urbis deſcriptione, dum ait: *in oppido Minervio duas portas, & muri aliquantulum de Cœlo tactum*. Illud incolæ, qui Chriſti fidem primùm amplexati fuerant, funditus diruerunt cum oppido, alteramque ad clivum montis, quod Maſſam dixerant, & Templum ad littus maris opportuniori loco, in honorem Virginis Mariæ exædificarunt, quod corrupto vocabulo in memoriam priſci Templi, de Lobra nuncuparunt; B quocirca ut Capaccius ſcribit, Maſſa Lubrenſis à majoribus dicta, omnium ore ſcriptiſque nomen retinet.

Alii arbitrantur dictam fuiſſe Maſſam ab ſoli commoditate, ubertateque, quaſi bonorum ſit Maſſa, unde Paulus Portellus;

Majores Maſſam dixerant nomine, namque
Affluit omnigena commoditate ſolum.
Cunctorum hic etiam collecta eſt Maſſa bonorum,
Ut meritò hic Maſſæ nomen habere putes.

Sed utcunque res ſit, de ejus origine, nomine, deſtructione, novaque exædificatione variè arbitrantur ſcriptores. Illud ſanè conſtat, Lubrenſem Maſſam perantiquam Campaniæ Felicis eſſe urbem, tametſi non ſemel deſtructa, quæ extat, nupera ſit civitas, non longè à veteri conſtructa. Pa- C tuit Romanis, Normannis, Suevis, Francis, hoc tempore Catholici Regis ſuaviſſimum jugum experitur, & quod dignum exiſtimatur, nunquam Regulorum ſervitutem promeruit. Situm urbis, agri amœnitatem, ubertatemque deſcribit Capaccius, & nupera eorundem deſcriptio à quodam Maſſenſi cive in lucem edita eſt. Celebrat traditio apud Lubrenſes, ſeu Maſſenſes populos, illum primum ipſis Evangelium intuliſſe, cujus prædicatione Surrentum, aliæque finitimæ civitates ad Chriſti fidem fuerunt perductæ, in cujus rei argumentum has conjecturas afferunt, aliqua ſcilicet priſcis illis temporibus condita templa, illud in honorem Beatiſſimæ Virginis de Lobra, quod aliquando pro Cathedrali habuerunt, D. Petro Apoſtolorum Principi ad littus maris dicatum, marmoreis columnis erectum, undique depictum vermiculato pavimento ſtratum, & Abbatiæ titulo ornatum, ibi religioſos viros ex Divi Benedicti familia habitaſſe fama eſt, loco ſcilicet ab hominum conſuetudine remoto; In D vertice montis Templum D. Conſtantio Maſſenſium Patrono erectum, cujus ſacrum corpus ibidem pleri que aſſervari afferunt, ejuſque dies feſtus ſolemni populorum concurſu agitur 14. Maii. Eccleſia S. Salvatori, & Nicolao vetuſtiſſima an. 1172. conſecrata Altera S. Agathæ, aliæque ſparſim exædificatæ oſtenduntur. Lubrenſis Epiſcopatus (ita inſcriptum lego in Vaticanis monumentis) antiquus eſt inter recentiores jam inde à ſuo exortu in iis numeratus, qui Surrentinum Archiepiſcopum venerantur, & agnoſcunt. Volunt Maſſenſes eo tempore fuiſſe erectum, quo Surrentina Eccleſia Archiepiſcopali dignitate exornata fuit; atque adeo eidem ſuffraganeum conſtitutum. Primi ejus civitatis Epiſcopi, cæterorumque, qui ſucceſſerunt nomina ad annum uſque 1289. interciderunt, ſive ſcriptorum incuria, ſive injuria temporum, vel Turcarum devaſtatione, unde hiulca, & jejuna erit noſtra Lubrenſium Epiſcoporum narratio. Pri-

mò

mò quoque tempore, Lubrenſes Epiſcopi Templum Divæ Mariæ Annunciatę Cathedralem intra mœnia veteris Maſſæ habuerunt; vetuſtata deinde fatiſcens, ac penè totum ruinoſum anno 1465. funditus deſtructa, ac ſolo æquata Maſſa, cecidit cum cæteris templum ipſum Cathedrale, & ad vetuſtum D. Mariæ de Lobra Epiſcopi dignitatem tranſtulerunt, quam deinceps Hieronymus Caſtaldus Epiſcopus nobili conſtructa nova Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini dicata in loco Palmæ nuncupato tranſtulit, anno 1512. Hæc Baſilica multis opibus tum ſacris, tum profanis eſt amplificata. Divina officia à numeroſo Clero, Canonicis duodecim cum Archidiacono, Primicerio, & Cantore in hac Baſilica dignitatibus, duobus hebdomadariis, aliiſque ſacerdotibus, & clericis celebrantur. („*Inter Canonicos deeſt utraque Præbenda, nec adeſt ſeminarium. Domus pro Epiſcopi habitatione contigua eſt ipſi Eccleſiæ, & cura animarum exercetur per Canonicum: animæ verò omnes civitatis ſunt mille circiter. Mons pietatis adhuc deſideratur.*”) Diœceſis, quam totam conſtare dicunt ex veſtigiis antiquæ civitatis Maſſæ & ex 24. pagis, diſtinctis quidem, ſed brevi ſpatio inter ſe diſſitis, novem continet Parochias, tria virorum Cœnobia, & nobile Societatis Jeſu Collegium, ſeptum Virginum unum, & aliquas laicorum fraternitates. Epiſcopalis menſæ fructus eſt 700. ducatorum illarum partium, taxa verò in libris Cameræ Apoſtolicæ Flor. 33. Lubrenſis civitatis Patroni antiqui fuere SS. Conſtantius, Eraſmus, & Cataldus Epiſcopi, quibus ex decreto Synodali ſub Mauritio Centino Epiſcopo anno 1628. adjuncti fuere SS. Franciſcus, Ignatius Loyola, & Philippus Nerius. Porrò Epiſcopi, qui in hac Lubrenſi Eccleſia floruere, non omnes, ſed ſequentes pauci enumerantur.



I. 1. N. nomen non exprimitur, ex Epiſcopo Lubrenſi juſſu Honorii III. Papæ translatus eſt ad Eccleſiam Lucerinam multo tempore vacantem, anno 1220. Extat epiſtola in reg. Vat. ejuſdem Honorii ad Archiepiſcopum Beneventanum, ut abſolvat Epiſcopum Lubrenſem, illumque transferat ad Eccleſiam Lucerinam, Dat. Id. Januar. an. Pontif. 4. epiſt. eſt num. 346. fol. 68.

II. 2. Fr. PETRUS, Ordo ignoratur, patria Surrentinus, ex familia Urſa nobili genere natus, Lubrenſis Epiſcopus anno 1289. in Sicilia carceri mancipatus, pro cujus liberatione, aliiſque redimendis captivis Carolus Rex facultatem conceſſit Joanni Euſebio Abbati de Surrento Siciliam transfretandi, ut in regeſt. reg. Neap. fol. 44. anno 1289. ſcriptum eſt.

III. 3. FRANCISCUS Lubrenſis Epiſcopus anno 1303. Eccleſiam S. Mariæ de Ploſtilianis in agro Surrentino conſecravit, ut inſcriptio proloquitur.

In nomine Dei & Beatæ Mariæ
Anno Domini milleſimo III.
Indict. prima.

Nos Franciſcus humilis Lubrenſis Epiſcopus in Octava S. Martini Chriſti Confeſſoris conſecravimus Eccleſiam S. Mariæ de Pleſtilianis de loco Marani, in qua conceſſimus quadraginta dies de indulgentia in perpetuum.

Hic forte Franciſcus fuit ille Lubrenſis Epiſcopus, qui anno 1299. pro redditibus ſuæ Eccleſiæ diu laboravit contra vaſſallos in Actis Regum Neapolitanorum. Translatus eſt Franciſcus ad Aſculanam Eccleſiam in Apulia à Clemente V. anno ſal. 1311. 5. Non. Julii in regeſt. Vatic. epiſt. 684. fol. 167. ann. 6. ejuſdem Pontificis.

4. FRANCISCUS ſucceſſit Franciſco ex Epiſcopo Aſculano ann. 1311. tempus quo ex hac mortali vita diſceſſerit in regeſt. Vatic. non exprimitur. IV.

5. MAGESIUS, vel Magneſius („*Ordinis Prædicatorum.*”) longo tempore hanc rexit Eccleſiam, deinde ad Tranenſem Archiepiſcopalem Sedem translatus eſt à Clemente VI. ann. 1348. Non. Novemb. pontific. 7. epiſt. 176. fol. 78. notatur in regeſt. Vatic. V.

6. Fr. PAULUM Florentinum a, Zucchari filium, ex Soderina familia ſuſpicantur nonnulli fuiſſe, qui cum eſſet vir doctus, & nobilis Alumnus Ordinis Prædicatorum ex celebri Cœnobio S. Mariæ Novellæ, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt 4. Id. Novemb. anno 1348. à Clemente VI. cujus electio extat in regeſt. Vatic. an. 7. ejuſdem ep. 96. fol. 66. Sedit plus minus ann. 7. Meminit ejuſdem Seraphinus Razius de Viris Illuſt. Ord. Prædic. & monumentis ſupradicti Cœnobii, ubi habitum ſumpſerat religionis. VI.

a De quo Fontana de Rom. Provin. p. 119. & in Theatro Domin. p. 215. 218. Mandoſ.

7. JOANNES electus Lubrenſis Epiſcopus ſolitum ſubſidium ſolvit ſacro Senatui anno 1351. die 24. Novembris in obligat. ac ſolut. libris. Poſt hunc ferè ſpatio ſeptuaginta annorum deſiderantur Epiſcopi. VII.

8. N. hujus Eccleſiæ Epiſcopus obiit ſub Eugenio IV. an. 1434. nomen non exprimitur in Actis Conſiſtorialibus. VIII.

9. BACTINUS, & Ubatinus, Ripanus, Presbyter Eccleſiæ Surrentinæ, delectus eſt Epiſcopus Lubrenſis ab Eugenio IV. anno 1434. 3. Non. Martii. Reperitur vixiſſe uſque ad annum 1466. in Actis Conſiſtorialibus. Sub hoc eodem Præſule anno 1465. Maſſa juſſu Ferdinandi primi Regis funditus diruta eſt, quam deindè reædificarunt non longè à priori loco. IX.

10. JACOBUS Scannapecus, Cavenſis, Panducii Regii Conſiliarii, & Agnetis de Griffis filius, ſucceſſit Bactino ann. 1466. 18. Kal. Febr. obiit an. 1506. X.

11. HIERONYMUS Caſtaldus, Stabienſis, electus Lubrenſis Epiſcopus anno 1506. die 5. Julii. Hic Cathedralem Sedem tranſtulit ab antiquo Templo Sanctæ Mariæ de Lobra, ad ædem Deiparæ gratiarum anno 1512. mortem obiit an. 1521. XI.

12. PETRUS de Marcheſiis hunc obtinuit Epiſcopatum à Leone X. anno 1521. die 12. Aprilis. Quo Præſule inceptum eſt Cœnobium Eremitarum Fratrum Sancti Auguſtini apud Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Miſericordia ab Univerſitate Maſſæ iiſdem conceſſam an. 1523. Defunctus eſt Petrus anno 1544. XII.

13. HIERONYMUS Borgia b, Neapolitanus. („*Neapolitanus dicitur Hieronymus, quia in Regno Neapolitano natus. Cæterum ipſius pater fuit Hiſpanus, & propriè Valentinus Patritius, nomine D. Antonius, qui cum D. Ximenio Borgia genitore ſuo unus è primis Ducibus Copiarum Alphonſi I. Aragonii ad conquiſitionem Neapolitani Regni in Italiam cum ipſo Rege deſcenderat, qui quidem D. Ximenius Nepos erat D. Alphonſi Borgiæ Valentiæ Epiſcopi primi Præſidis S. Regii Neapolitani Conſilii, poſteà ſummi Pontificis Calliſti III. Mater ipſi Hieronymi fuit Hieronyma è Gente Rufula inter antiquas Patritias* XIII.

b De eo Nicodemus in additionibus ad Bibl. Neapol. Toppii. p. 115 laudaturque à Craſſo in hiſt. Poetarum Græcor. p. 182. Mandoſ.

Nea-

,, *Neapolitanae in ſeſſione Nili vulgo Nidi conſcri-* ,, *pta. Sub Alexandro VI. ex eadem ſua gente Borgia* ,, *Romam petiit Hieronymus, à quo benigniſſimè ex-* ,, *ceptus, inter ſuos illicò familiares adſcriptus, &* ,, *primis aulæ honoribus diſtinctus etiam fuiſſet, ſi* ,, *diutior Pontificis vita fuiſſet; quarè cum ex inti-* ,, *mis eſſet Joannis Cardinalis Borgiæ, eaque de* ,, *cauſa in odium illius germani Valentini Ducis in-* ,, *cidiſſet, clam ex Urbe fugam arripuit, & Vene-* ,, *tiis ſub Bartholomæo Luciano Eccleſiaſticæ liber-* ,, *tatis propugnatore ſtipendia fecit, à quo ad Pau-* ,, *lum III. Orator miſſus. Militaris vitæ tandem* ,, *pertæſus, qui ſemper Minervæ ſtudiis addictus* ,, *fuerat, Eccleſiaſticæ jam ſenex ſe devovit, &* ,, *ab eodem Paulo III. Romam accitus intereà loci* ,, *Epiſcopus creatus fuit cum facultate eſſignandi.* ,, *Plura reliquit vincta, & ſoluta oratione ingenii* ,, *ſui monumenta Reipublicæ litterariæ acceptiſſima.* ,, *Non minùs 20. libris hiſtoriam ſcripſit ſuorum tem-* ,, *porum, quum Paulo III. ſummo Pontifici dicavit.* ,, *Coævus fuit in Neapolitana Academia Actii San-* ,, *nazarii, Aelii Marcheſii, Scipionis Capycii, Hie-* ,, *ronymi Carbonis, Joviani Pontani, Jani Ariſii,* ,, *Gravinæ, Chariteï, aliorumque celebriorum Poe-* ,, *tarum æquè, & Oratorum. Ranutius Cherus in* ,, *ſuis deliciis Italorum Poetarum parte prima Epi-* ,, *thalamium ipſius recenſet in nuptiis Joannis Al-* ,, *phonſi Henrici. Pontanus in lib. 2. Eridanorum,* ,, *Anicius in lib. 6. varior. Poetar. Foſcarin. in lib.* ,, *Illuſtr. Poetarum, Michael Juſtinianus in ſuis* ,, *antiquitatibus Tiburtinis, & plerique alii de eo* ,, *ſumma cum laude loquuti ſunt. Paulus Ariſius ip-* ,, *ſius vitam ſcripſit, quam Laſtonus cum ejuſdem* ,, *latinis Poematiis anno 1664. Venetiis publici Juris* ,, *fecit.*) Refertur inter literatos ſui temporis Poe-tas, cum à Paulo III. cui longa familiaritate charus erat, anno 1544. die 18. Julii Lubrenſis Epiſcopus delectus eſſet, & à Rodulpho Cardinali Carpenſi inauguratus fuiſſet, ingenioſum ad eundem concinnavit Epigramma.

Nobilitate potens, virtute potentior idem,
Lux ò purpurei maxima, ſpeſque Chori.
Tu mihi Pontificis donas inſignia, byſſo
Loricam ex niveo? tu galeamque ſeni?
Quis juvenum contra Stygium me fortior hoſtem
Ibit? ero auſpiciis victor & ipſe tuis.
Ut mihi miſiſti viridem Rodulphe galerum,
Sic roſeum mittas cum patre orbis eris,

Extat hoc epigramma cum aliis plurimis ab eodem Borgia conſcriptis in libello, qui nondum lucem aſpexit apud doctum amicum noſtrum eruditiſſimum Leonem Allatium, ubi & inſcriptio apponenda in Sacello Chriſti Redemptoris, D. Mariæ ſacro, quod ipſe Borgius extruxerat, ac dotaverat, ita notatur ad marginem libelli.

Hieronymus Borgius caſtæ Philoſophiæ cultor, à Paulo III. Pontifice Max. ſpontè vocatus, & electus Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis, ſacellum hoc Chriſto Deo à Magis adorato, ac Divæ Mariæ Virgini Deiparæ dedicavit: aramque cum dote ſtatuit in qua quotidie ſacrificaretur. Anno Virginei partus MD. XXXXX.

Senex erat Hieronymus, cum ad onus Epiſcopale acceſſit, quod nondum elapſo anno libens volens, ad favorem nepotis remiſit, & poſt aliquot annos Romæ mortem oppetiit.

XIV. 14. JOANNES Baptiſta Borgia, Neapolitanus, ex patrui reſignatione Lubrenſis Epiſcopus evaſit anno 1545. die 18. Martii. Præfuit ann. 16. fatoque functus eſt ann. 1560. poſtquam miſerabilem Maſſæ vaſtationem à Turcarum claſſe illatam propriis uſurpaſſet oculis anno 1558. die 13. Junii.

(,, *Patrem habuit Jo. Baptiſta Nicoluum familia-* ,, *rem, imò ex intimis Ferdinandi ab Aragonia* ,, *Neapolitani Regis, matrem D. Joannam è nobi-* ,, *liſſima Lamberta gente, ab uſque temporibus Gu-* ,, *lielmi Siciliæ Regis oppidorum Domina, germa-* ,, *num fratrem D. Petrum in Brutiis Regis vices* ,, *gerentem, de quo Capaccius in ſuo opere, cui titulus* ,, Il Foreſtiere giornata ſettima *fol 509. Cum ad E-* ,, *piſcopatum acceſſiſſet, vir Patritius Nardus Li-* ,, *parulus tunc ejuſdem civitatis ſyndicus die 4. Jul.* ,, *ejuſdem anni 1545. quaſdam conſuetudines, gra-* ,, *tias, ſtatuta, & Capitula ei exhibuit confirman-* ,, *da, quæ erant de laudabili antiquata conſuetudi-* ,, *ne, quæ ſemper, & inviolata ſervarunt, ſem-* ,, *perque confirmarunt præſules prædeceſſores, in-* ,, *ter quæ illud inprimis, ac exteris beneficia Eccle-* ,, *ſiaſtica, canonicatus, dignitates, ut Archidia-* ,, *conatus, Primicerlatus, Cantoratus, quæ ſunt* ,, *de Jure Patronatus ipſius Civitatis Maſſæ, confe-* ,, *rantur ullimodè, quæ lubenter ita ipſe confirma-* ,, *vit.* Ego Joannes Baptiſta Borgia Lubrenſis E-,, piſcopus confirmavi, & manu propria ſubſcripſi: ,, *Et de hac confirmatione rogatus fuit publicus, ut* ,, *vocant, actus manu Thomæ Tutini Neapolitani* ,, *Regia, & Apoſtolica Authoritate Notarii.*)

15. ANDREAS Bellonus, Meſſanenſis, nepos ex ſorore Joannis Mercurii Cardinalis, ex Decano Meſſanenſi die 27. Junii 1560. creatus eſt Epiſcopus Lubrenſis. Inter Patres Concilii Tridentini unus fuit. XV.

(,, *Hic Præſul anno 1654. cum Eccleſia Beatæ* ,, *Mariæ Virginis,* vulgò S. Maria la Lobra, *in mu-* ,, *ris littore, quam omnes, non modò cives, ſed* ,, *etiam exteri peculiari obſequio ſemper proſecuti* ,, *fuerant, propter vetuſtatem mille, & amplius an-* ,, *norum penè ſuis jaceret ſepulta ruinis, faculta-* ,, *tem tribuit Civitati aliam ſibi conſtruendi in loco* ,, *menſæ Epiſcopalis vulgò* Il Capitiello. *Et cum* ,, *ſuo tempore ſola ædes Cathedralis toti diœceſi Sa-* ,, *cramenta miniſtraret, alias parœcias conſtituit, ut* ,, *ſuarum ovium commodo faceret ſatis, quarum à* ,, *ſummo Pontifice Pio V. confirmationem obtinuit* ,, *anno 1566.*)

16. JOSEPH Pharaoneus, ex proceribus Meſſanenſibus natus, ſucceſſit *a* Bellono; deinde tranſlatus eſt ad Cottonenſem Eccleſiam anno 1581. die 7. Novembr. de quo ibi. XVI. *a* die 9. Martii 1577.

17. JO. BAPTISTA à Palma, Civis & Epiſcopus Lubrenſis, fuit ad eam dignitatem vocatus à Gregorio XIII. anno 1581 *b.* quo Præſule Minimi S. Franciſci de Paula apud Maſſenſes recipiuntur, Cœnobio conſtituto apud veterem Eccleſiam SS. Proceſſi, & Martiniani: nobilis Liparulorum familia cenſum ad ſuſtentationem Fratrum addidit, & Templum D. Paulano Franciſco ſacrum reædificavit, ut inſcriptio ad parietes poſita docet. XVII. *b* Die 8. Januarii 1582.

Deiparæ Virgini Patronæ Valetudinis Templum Divi Franciſci de Paula, ſociis cultoribus Cœnobium, annuumque cenſum pro alimentis, Franciſcus Caprearum Epiſcopus è priſca, illuſtrique familia Liparulorum, Alphonſus, Antonius, Jacobus fratres, Andreas patruus Neapolitani Nardo Epiſcopo Nicoterenſi Patruo utriuſque juris peritiſſimo feudorum monumentis inclyto ejus poſt fata obſecuti fundarunt.
Anno Dom. M. IↃLXXXII.

Anno 1584. aſſentiente Epiſcopo Palma, fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia tradita eſt vetus Eccleſia S. Mariæ de Lobra olim Epiſcopalis Sedes, à piis Civibus additum Cœnobium, & in meliorem faciem collapſa Eccleſia reſtituta eſt. (,, *In ſua æde principe odæum efformavit, Epiſco-* ,, *palis menſæ cenſus auxit, Eccleſiam S. Thomæ* ,, *Apoſtoli parœciam conſtituit, optimi paſtoris de-* ,, *nique partes omnes implevit.*) Deceſſit autem

Pa-

Palmæ ſub Clemente VIII. Pontifice , ac terræ mandatus eſt in Cathedrali, ſacelloque ſuæ familiæ, ad cujus tumulum hæc carmina ſcripta leguntur. A

Quam pius in Patriam fuerit, paſtorque benignus
Palma, memor ſemper Maſſa Lubrenſis erit.
Aureolis, cenſus centenis duxit, ut olim
Commodius vivat, qui ſacra ſceptra gerit.

XVIII 18. LAURENTIUS Aſprella, Lucanus, ſucceſſit Palmæ à Clemente VIII. Papa creatus a Epiſcopus. Mortem obiit anno 1605. cujus temporibus Maſſæ initium ſumpſit nobile Patrum Societatis Jeſu Collegium anno 1600. („ *Opibus Nobiliſſimæ, ac piiſſimæ matronæ Conſtantiæ Pignatellæ, ſororis Auguſtiſſ. Neapolitani ſodalitii SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium, quæ non minùs quàm triginta mille aureos vivens novæ domus pro dote aſſignavit. In cujus Eccleſiæ fronte ſuprà limen hæc extat inſcriptio.* B

a Die 18. Decemb. 1596.

„ Conſtantia Pignatella Marchio Modunii
„ jacet hic
„ An jacuit, dum vixit?
„ Quæ Uni viva Deo
„ Si minùs vitam, ſenſum exuta Vitæ
„ Sic vixit, quaſi non viveret
„ Adeò genium deſraudans, Cœloque
„ Animoque indulgens
„ Quaſi non tam Corpus geſtaret,
„ quàm figuram Corporis
„ Præterque fati legis
„ non minùs vivere extincta,
„ Quam non vivere, dum viveret, viſa.
„ Kal. Novemb. inter Vivos elata,
„ prælata mortuis
„ Non obiiſſe, revixiſſe dicenda eſt.
„ An. Ætat LXXVIII.
„ Sal. hum. CIↄIↄCXXXIII.) C

XIX. 19. Fr. AUGUSTINUS Quintius Epidaurenſis, Ordinis Prædicatorum ad hanc Sedem translatus eſt anno 1605. die 17. Auguſti; è vivis abiit anno 1611.

XX 20. HECTOR Gironda, Nepos ea ſorore Joannis Baptiſtæ Conſtantii Archiepiſcopi Conſentini, hanc eandem Sedem Lubrenſem aſſequutus eſt die 24. Jan. 1611. Mortalem ſarcinam repoſuit anno 1626. [„ *Eccleſiam S. Andreæ Apoſtoli in Marciani, illam S. Pauli Apoſtoli in Paſtinæ, illamque S. Salvatoris in Neromi Caſalibus Paræcias eſſe voluit; Synodum die 3. Julii 1618. coegit, cujus ſalutares Conſtitutiones uſque adhuc vires obtinent.*]

XXI 21. Fr. MAURITIUS Centinus, b Ordinis Minorum Conventualium, Cardinalis Centini nepos, ab Urbano VIII. fit Epiſcopus Lubrenſis anno 1626. die 9. Februarii. („ *Clerum, & diœceſim duabus Sinodis prima ſub die 29. Septembris 1626. altera ſub die 4 Decembris 1629. reformavit, in quibus regulas perſcripſit in Divina concinenda Pſalmodia, Veſperas, ac miſſas conventuales ordinavit, circa exſequias multos delevit abuſus, morum reformationi pro viribus incubuit, Academiam caſuum conſcientiæ inſtituit.*) Sex ferè annos ſedit, deinde translatus eſt ad Militenſem Eccleſiam in Calabria, ut ſupra diximus tom. 1. in Militenſium Epiſcoporum ſerie. Extat ejudem in hac Cathedrali memoria, quam penè collabentem reſtauravit. D

b De eo videndus Jo. Franchinus in Biblioſophia p. 433 Mondoſ.

Hanc Aedem Deiparæ gratiarum Parenti ſacram translatam à Hieronymo Caſtaldo. Anno MDXII. à maris littore Epiſcopali Sede in Cathedralem erectam à Petro Marcheſio Epiſcopo ann. MDXLIII. viii. Julii conſecratam: Jam penè collabentem Mauritius Centinus Aſculanus Epiſcopus, reparato fornice, conflatis, ampliorique loco poſitis organis, ſuggeſto erecto, populeo, inauratoque laqueari ornatam in hanc formam redegit. Anno ſalutis
CIↄIↄCXXXI.
Urbano Octavo Pont. Max.
Philippo IV. Rege.

(„ *Et hæc etiam altera ibi legitur inſcriptio.*

„ Urbano VIII. Barberino Pontifice maximo, Philippo Auſtriaco Rege Fr.
„ Mauritius Centinus Aſculanus Epiſco-
„ pus Maſſen. fecit, laxiorique loco, tam
„ proprio, quam etiam mulctatitio Ære or-
„ gana poſuit 1628.)



XXII. 22. ALEXANDER Gallus, c Neapolitanus, Jacobi Juriſconſulti clariſſimi filius, Lubrenſi Eccleſiæ præficitur ab Urbano VIII. anno 1632. 8. Kal. Decembris. Sedit omnibus gratus ann. 12. defunctus eſt anno 1644. („ *Petiit, & obtinuit à S. Rituum congregatione An. 1640, ut ob brachium S. Cataldi, quod in ſua æde Principe colitur, ipſius officium proprium cum octava pro Tarentina Eccleſia approbatum, etiam in ſua civitate, & diœceſi Maſſenſi recitaretur. Synodum habuit die 26. Decemb. 1642. in qua jura Paræcialia declaravit, morum emendationem, aliaſque verè ſe dignas conſtitutiones ſancivit. Defunctus autem eſt 4. Martii 1645. hærede ſibi inſtituto Suæ Eccleſiæ Capitulo, quod ei Sepulchrum ex marmore in presbyterio hac inſcriptione compoſuit.*

c De eo Thomaſinus in Elogiis tom. 2. p. 314. Mondoſ.

„ Alexandro Gallo I. V. C. Lubrenſi per
„ 12. Annos Epiſcopo, quod Septuagena-
„ rius 4. Martii 1645. relicta lachryma-
„ rum Valle immaculatum Deo Spiri-
„ tum, Sponſæ Cinerem junxerit, Capi-
„ tulum ejus hæres, & Horatius Malta-
„ cea ejus Vicarius teſtamentarius execu-
„ tor grati Animi ſtudio P. P.)

XXIII 23. JOANNES VINCENTIUS de Juliis, Neapolitanus, hanc Sedem obtinuit ab Innocentio Decimo anno 1645. die 15. Maii. Vivit.

A D D I T I O.

„ *Fuit hic Præſul ſanguine, doctrina, zelo, & pietate præclarus, ſanguine quia è nobiliſſima Meliti Ducum domo, doctrina I. V. D. S. Theologiæ magiſter, & Litteratorum omnium, doctorumque virorum amicus; zelo, quia non modo ſuorum ovium ſalutem paſtorali ſollicitudine procuravit, ſed eodem etiam ardore jura ſuæ Epiſcopalis Menſæ tutatus ſuper inſigni Sacerdotio Sancti Petri à Caprolla, quod eſt in ejuſdem Territorio contrà Eccleſiam Metropolitanam Surrentinam, dictaque jura authenticis illuſtravit documentis in ſui favorem ſcribente Julio Caponio I. V. Conſultiſſimo. Duas habuit Synodos, alteram die 22. Decembris*

Digitized by Google

1649. alterum die 2. Julii 1669. Eccleſiam S. Viti in Caſali Aquasi paræciam conſtituit. Pietate devotionem erga S. Cataldum primarium ſuæ civitatis Tutelarem promovit egregiè, ipſi proprio æse inſignem ſtatuam, in qua ejuſdem brachium incluſit, efformatam voluit, ipſi ſacellum erexit, quod opere tectorio ornavit, & cancellis ferreis auro etiam contectis ſæpivit. S. Annam Beatiſs. Mariæ Virginis Matrem inter ſuæ Eccleſiæ præcipuas Patronas, ſummi Pontificis oraculo, maxima Eccleſiaſtica pompa, ſollemnique ſupplicatione conſcripſit. E vivis ſublatus eſt publico luctu die 19. Januarii 1672. & in limine ſacelli S. Cataldi humari voluit, decem annuis ſcutis ſuo Capitulo legatis, ut recurrente quotannis ſui obitus die, ſibi juſta perſolveret.

XXIV FRANCISCUS *Maria Nerius, patria Tiburtinus, majoris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus, à Clemente X. hanc accepit Eccleſiam die 16. Maii 1672. in qua Synodum anno 1675. ſalutaribus refertam ſanctionibus habuit. Primum lapidem pro nova æde ſacra, novoque Cœnobio Sanctæ Tereſiæ ſollemniter jecit, ad Eccleſiam deinde pertranſiit Venuſinam 10. Januar. 1678. in qua parum vixit.*

XXV. *Franciſco Nerio Neapolitano priùs, ut diximus, Canonico, alter Neapolitanus Canonicus in hac mitra ſuffectus fuit, patria verò Neapolitanus,* ANDREAS, *ſcilicet Maſſarenga, filius comitis Marci Aurelii Maſſarenghæ Patritii Parmenſis, qui Neapoli Sereniſs. Parmæ, ac Placentiæ Ducis negocia procurabat, genere autem Nobiliſſimus Luſitano è præclariſſima Comitum gente de Maſcarenguas, quæ cum Seren. Luſitaniæ Regis filia uxore Seren. Parmæ, ac Placentiæ Ducis in Italiam deſcendit, & Parmæ reſedit, dicta autem poſteà Italico Vocabulo* Maſſarenga: *longè autem ipſe Andreas pietate clariſſimus, in qua omnes ſui illuſtres fuerunt; ac de ipſius Majoribus tum in Luſitania, tum in Italia ſilendo, ejus Germani fratres primogenitus Comes Petrus, qui pro ſuo Duce Parmæ etiam Neapoli reſidens cum ſua uxore, quam ibi duxerat è Patritia Neapolitana gente Miraballa, ab ipſis clauſtralibus invidendam vitam tranſegit; Philippus, qui obiit Butunti Antiſtes, de quo ſuo loco, & Jo. Baptiſta Sacerdos ſæcularis vitæ prorsùs illibatæ, qui cùm rei ſacræ ſe accingeret faciendæ, repentino morbo correptus fuit die 2. Octobris 1685. ejus Sorores Maria Vincentia obiit monialis Neapoli in D. Hieronymi maxima ſuæ vitæ probitatis opinione, & Tereſia poſt cœlibem in ſæculo vitam meritorum plenam multis ab ipſo miſericordiarum Patre dotata donis, vulgò audiit,* la Serafina. *Andreas itaque ſuorum imitans pro virili virtutes poſt egregiam in omnibus facultatibus Eccleſiaſtico viro dignis navatam operam ad Sacerdotalem aſcendit dignitatem, & cùm eſſet, non ſolum doctrina, ſed etiam zelo animarum præditus ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo Neapolit. Caracciolo ſuæ ędis principis Canonicus Major Pœnitentiarius renunciatus fuit; cui novità fecit muneri ſatis, ut numquam licet ſua Domus Cathedrali viciniſſima foret, in illam per diem conceſſerit, ne à procuranda animarum ſalute in ſacro tribunali Pœnitentiæ vel uno quidem momento ceſſaret. Corpus verò ſuum leviſſimè, & breviſſimè in Archiepiſcopali Seminario reficiebat, ſuiſque Apoſtolicis ita Deus laboribus annuit, ut per eum innumeri peccatores ad viam ſalutis redierint. Sodalitas Miſſionariorum in ipſa æde principe, cum ob contagionem, quæ Neapolim vaſtarat, extinctioni penè ſe proximam videret, adeò ut pro ſuis ſpiritualibus functionibus pleroſque ſuos non filios invitare conſueſſet, Andream alterum veluti fundatorem recognoſcit, quia cùm eſſet examinator Synodalis, atque ejus opera Em. Archiepiſcopus ferè in omnibus uteretur, ſacerdotes omnes ſingulos uti ſingulos proprio periculo optimè noverat, quare ex his probitate vitæ, ac doctrina clariores in illius albo adſcriptos voluit, quorum geſta cedro digna typis etiam data fuerunt. Sodalitii munia à ſolis Aggregatis exerceri voluit, regulas etiam diſpoſuit, & propria methodo pro miſſionibus ad Chriſtianos aptavit, cum illæ à Venerabili Sampſone Carnevalio primo inſtitutore ſancitæ, propriæ eſſent ad infideles. Primus omnium illi varias exemptiones, privilegia, gratias, prærogativas, facultates, indulgentias ab Apoſtolica Sede aucupatus fuit. Superior omnes præibat exemplo. Ad illos, qui in armamentario, in triremibus, in hoſpitio D. Januarii extrà mœnia ſui Sodalitii curæ commiſſis detinentur, ipſe prior incedere, Chriſtianæ fidei rudimenta munus proprium Clericalis vitæ tyronum, ipſe ætate, & dignitate conſpicuus docere, verbum Dei annunciare. Cœnobium Virginum, vulgò* S. Maria à Secola *valdè tunc pauper, & earum numero, & fortunis, cujus protector fuerat, naviter procuravit, ita eo frequentiſſimè concionibus habitis, diſciplina reſtituta, & per ſe, & per alios ſuos conſodales, & præcipuè per illum verè Apoſtolicum virum Franciſcum Staibanum primum ven. Fundatoris Socium ab S. Sede in Regno Congi in Indiis Archiepiſcopum renunciatum, qui illarum Monialium gratis, ut ferè omnes laudati Sodalitii Sacerdotes Confeſſiones Sacramentales exceperunt, adeò felici eventu, ut illud ſubito electiſſimis Virginibus repletum fuerit, & Eminentiſs. Archiepiſcopus Collegii titulo inſignìverit. Congregationibus Cathecumenorum, & Doctrinæ Chriſtianæ generalis præfectus fuerat, quibus adſcriptos voluit ferventiores pietate, ac zelo operarios, quorum communi opera innumeri infideles ſacro fonte abluti fuerunt. Non minùs ipſi debet Sodalitas ſub titulo S. Mariæ Succurre miſeris, quam ſuarum virtutum exemplis, ardentique modo operandi felicitavit. Epiſcopus hujus Eccleſiæ renunciatus 28. Martii 1678. poſt conſecrationem illicò ad ſuam convolavit Sponſam, quam & continua Verbi Dei prædicatione, Sacramentorum miniſtratione verè ſuo priſtino decori reſtituit. Suos omnes infirmos diœceſanos viſitabat, quibus ultima præſtabat officia, & ſummi vice Pontificis benedictione in mortis articulo juvabat, eaque de cauſa à ſuis etiam ruſticanis expetitus mox accurrebat, etiam hiberno, & nocturno tempore, licet ningeret, aut plueret, & etiam ſub meridiem æſtivis terra caloribus dehiſcente, equitans per montes, cùm licebat, ut velociùs, adeoque opportuniùs adeſſet. Non ſolum ſuæ ſponſæ dotem, ſed etiam ſuum patrimonium cum pauperibus ſemper commune habuit. Suo tempore Aſceterium Virginum Carmelitarum à Venerabili Matre Seraphina de Deo vulgò de Capreis, quæ ipſum ſemper ut Sanctum venerata fuit, excitatum voluit. Conſervatorium mulierum ſub titulo Sanctiſſimæ Annunciatæ reformavit, adeò ut ipſis perpetuæ Clauſuræ Monialibus præire potuiſſet exemplo: quarè Laici Præfecti verentes, ne illud ſuæ juriſdictioni Epiſcopus vellet adjudicare, et in omnibus diſcordiæ ſpiritu animati obſtitere, eumque apud ſecularem Neapoli Poteſtatem incuſarunt, quare pro hac cauſa incredibilia ſuſtinuit; Comiti ſuo germano fratri larga, & tenera adhuc prole gravato Regium Caſtrum pro carcere aſſignatum. Ipſaque loci ſuperior, quæ ſemper conſtans pro ſuo ſtetit Epiſcopo, suprà vires fœminei ſexus vexata fuit. Ipſe autem minimè animo cecidit, quia pro Domino ſuo pugnabat; in quibus anguſtiis intrepido, & ſtrenuo commilitoni ſanctiſs. pater Innocentius XI. conſolationis officium nec ſemel præſitum voluit, eumque pro juribus ſuæ ſponſæ, pro Eccleſiaſtica immunitate ſacerdotali pectore, ut Præſulem decebat, decertantem adeo magnifecit, ut de eodem in ſacro Ca-*

diaalium cœtu adſcribendo, non ſolum cogitavit, ſed & apertiſſime pronunciavit, quod debitum tantæ virtutis præmium mors invidit. Gubernatores Laicos publicæ excommunicationis vinculo innodavit, & recurſu ab iiſdem ad ſanctam ſedem facto, cenſuras ſubſtineri congregatio immunitatis, & illa Concilii conſervatorium eſſe totum, & totaliter ſubjectum Epiſcopo declararunt. At dum ſemper ſibi par diœceſim continuò perluſtrat optimi Paſtoris partes cumulatiſſimè implendo numquam à ſua interna, & externa pace deſiſtens, die 29 Septembris 1684. poſt ſexennium Præſulatus inter lacrymas ſuarum ovium ſpiritum Deo placidiſſimè reddidit, magno mœrore ſummi Pontificis Innocentis XI. qui eum ut primitivæ Eccleſiæ præſulem ſemper habuit, & communi luctu ſuorum omnium, quibus adſcriptus fuerat, ſodalitiorum, & præcipuè Ss. Trinitatis Peregrinorum, & convaleſcentium, quod omnibus pietatis, & charitatis vacans muniis, non modò ſpeciali ſemper fuerat amoris nota proſecutus, ſed in ipſo eadem opera ſemper ac potuit, exercere voluit, eo lubentius, quia ferventiores facti ſupra laudati Sampſonis Carnevalii in illius albo fuere conſcripti, prout etiam adhanc uſque diem nonnulli ex illis Apoſtolicis viris. Adminiſtrator fuit cum omnimoda poteſtate Epiſcopatus Caprearum, & maxima ſolemnitate, & Eccleſiaſtica pompa primum lapidem jecit pro Eccleſia Deſerti P. P. Carmelitarum Divæ Tereſiæ in pertinentiis Vici S. Agathæ. Beatiſſimam Virginem peculiari obſequio ſemper coluit, illius feſtivitatum pervigilia modico tantum pane, & aqua à teneris uſque ad mortem conſtantiſſimè tranſegit. Sepultus fuit in ſua æde Cathedrali juxta aram D. Cataldi à Cornu Evangelii.

XXVI JOANNES BAPTISTA *Nepeta, Epiſcopus S. Angeli Lombardorum die 26. Martii 1685. ab Innocentio XI ad hanc tranſlatus fuit Eccleſiam, cujus iniit die 26. Maii ejuſdem anni poſſeſſionem. Prædeceſſoris veſtigiis pro virili inhærere ſtuduit; immunitatis Eccleſiaſticæ acerrimus extitit propugnator. A Congregatione Epiſcoporum, & regularium negociis præfecta obtinuit, ne curia Archiepiſcopalis Surrentina appellationes à ſua admitteret circa concubinarios, & quæ ad morum reformationem pertinebant. Varias, & longas habuit cum eadem curia controverſias; ſed cum eſſet in utroque jure conſultiſſimus, & idcircò nil ſubſtinens, quod per tramites juris non bene poſſet incedere, Romæ ſemper obtinuit. An. 1692. typis dedit Jura omnia ſuæ menſæ ſuper inſigni Sacerdotio vulgò* Sancta Maria à Caprolla. *Divini honoris fervidus fuit zelator, adeoque ſalutis etiam ovium ſibi creditarum, quam continuis ſacris miſſionibus, academia caſuum moralium, cui ſemper ipſe intererat, ſuos, non modò pietate, ſed & etiam ſcientiis ornatos volens, procuravit Sacerdotes Congregationis Venerandi Vincentii de Paulis illuc accivit, & ſpatio ferè trimeſtri, ut ſuo Apoſtolico vacarent muneri, apud ſe retinuit. In laboribus ſemper fuit, ſemperque indefeſſus, illud uſurpans; laborare ſemper oportet, ne detur per otium anſa diabolicis tentationibus. Diœceſim continuò viſitavit, antiqua tabularia revolvit omnia, ut illius Sacerdotiorum omnium rationem inquireret. Facultatem tribuit piiſſimo viro Joanni Baptiſtæ de Martino fundandi, ornandi, ac dotandi ſacellum in honorem Divi Joannis Baptiſtæ, eamdemque Dianæ de Turri in honorem Divæ Catarinæ Virginis, & Martyris. Divum Franciſcum de Borgia Societatis Jeſu Maſſæ Patronum ſollemniter elegit. Synodum habuit, cujus vere ſalutares conſtitutiones uſq; adhuc vim obtinent. Sancti Protectoris Cataldi ſacellum magnificè ornatum, ædem principem, quam ſacris ipſe ſupellectilibus ditavit, ferreis reparatam catenis, pavimentum lateribus, Parietes opere tectorio perpolitos à publico voluit peculio, quo etiam ſuam Epiſcopalem domum terræmotu concuſſam. Marchionem Carpii Novum Neapolis Proregem 1685. Eminentiſſimos Urſinum Beneventi 1689., Cantelmum Neapolis Archiepiſcopos 1691., à quibus omnibus propter ſuas verè Apoſtolico præſule dignas virtutes ſemper magni habitus fuit, qua majori potuit, & amoris, & honoris ſignificatione excepit. Poſtquam annis ſexdecim ſuam bene rexiſſet Eccleſiam, obiit tandem anno 1701. die dominico 12 Junii hora circiter 23.*

JACOBUS MARIA, *Neapolitanus patria, ut & ſui majores, gente autem nobiliſſima Parmenſi de Rubeis à ſancti Secundi Comitibus derivata poſt ſuam juventutem in foro almæ Urbis conſumptam, ubi quam multa, quæ in jure ſcripſerat, & præcipuè in canonizatione Sanctorum typis data fuerunt, cum eſſet majoris Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus, anno 1702. die 23. Januarii huic præficitur; cujus per ſuum Provicarium, & Apoſtolicum Prothonotarium Joſephum de Martino poſſeſſionem iniit menſe Octobri, ſollemnem vero fecit ingreſſum Novembri ejuſdem anni. Præſul qua doctrina, qua moribus verè præclarus; quare ut ſuo Apoſtolico dignam Miniſterio navaret operam, & civitatis, & ipſius Cleri contradictionem incurrit. Ipſe vero non modò imperterritus à ſuo ſancto propoſito numquam receſſit, ſed, quod caput eſt, ſuos hoſtes, ſuos veluti fautores beneficiis cumulavit. Numquam ſanctam viſitationem perſonarum, & locorum intermiſit, quamobrem & in Clero pietas, ac doctrina, & in templis reparatis, opere tectorio exornatis, Sacris vaſis, ſupellectilibus, ac variis Eccleſiaſticis ornamentis ditatis, adeò ut illis quælibet clarioris nominis Italiæ civitas gloriari poſſet, mirus nitor effulget. Morum reformationem annuis exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii, continuis miſſionibus, pro quibus è Neapoli primum accivit Apoſtolicum illum virum Venerandum P. Franciſcum de Hieronymo Societ. Jeſu ſanctitate vitæ in tota nunc Europa conſpicuum, & poſt aliquos annos Sacerdotes Venerandi Vincentii de Paulis inſtitutum profitentes. Eminentiſſimo Pignatello in Eccleſiæ Neapolitanæ Regimine vicariam aliquando impendit operam. Die 25. Maii 1718 præfectis laicis conſervatorii Divæ Mariæ Annunciatæ aſſenſum præſtitit, ſalvis juribus menſæ Epiſcopalis, & R. R. Capituli, & Cleri, ut antiquam Eccleſiam, quæ ultimam minabatur ruinam, reſtaurare, moderniori forma exornare, noviſque vel ampliare, vel confirmare poſſent ædificiis, & die 4. Auguſti ejuſdem anni Eccleſiaſtico more primum ipſe lapidem jecit. Adſit illi ſemper, paſtoris optimi partes expleturo, Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* XX

STA-

STABIENSES ſeu Caſtri Maris EPISCOPI.



CASTRUM Maris (vulgò *Caſtell' à Mare*) urbs e Campaniæ Felicis in finibus Picentinorum, quæ ad Oſtium Sarni juxta Mare occurrit, Stabienſe cognominatum, quod propinquo, aut eodem fortè loco antiquæ Stabiæ ſitæ fuerint. Sedet in curvo illo amœniſſimo ad Montis Aurei radices (Gautum dicunt) ubi in occaſu ille vergere incipit, Minervæ promontorium efficiens à Surrento Metropoli ſex inde milliaribus diſtans. Stabiæ urbs delera eſt à L. Sylla bello ſociali anno conditæ urbis DCLXIV. ejus reliquias vicina loca incolniſſe innuit Plinius lib. 3. cap. 5. qui de ea ſic loquitur; *In Campano autem agro Stabiæ oppidum fuere uſque ad Pompejam & L. Carbonem Conſules pridie Kal. Majas; quo die L. Sylla legatus bello ſociali id delevit, quod nunc in villas abiit*. Stabiæ meminit Ovidius, Galenus, Columella, aliique veteres Scriptores, ejus tamen exordium omninò incertum. Ex antiquis igitur ruinis nova hæc Civitas Caſtri Maris crevit, & à condita ibidem Arce, quam Carolus I. Alphonſuſq; I. Reges magnificentius reſtituerunt, Caſtrum, ſeu Caſtellum Maris nuncuparunt, itametſi Antiſtites ubique & ſemper, adhucque vetuſtum Stabienſem titulum præſeferunt. Maritimos habet commeatus; optimique portus utilitate à Regibus exædificatos. Bacchus è littore lætatur, & Olera uberimè ſolum procreat, & omnem circum oram paſcit. In Civitate & pagis ad mille capita numerantur, quapropter ad quinque millia hominum in eo ſinu incolere dicitur. Sub Regum dominio, atque demanio ob fidem, qua Reges proſequuta eſt, diù fuit, quo uſque Carolus V. Imperator inter alia, quæ ad dotem Margaritæ filiæ pertinebant, Octavio Farneſio Parmæ Duci Caſtrum Maris conſtituit. Jam Octavii ſucceſſoribus feliciſſimè paret & viget. Qui de hac urbe, nobilibuſque viris, ab familiis majorem cognitionem haurire deſiderant, Capsccii adeant hiſtoriam Neap. lib. 2. cap. 10. Cæterum quis Stabianis populis Chriſti fidem ſeminaverit, quis primus iiſdem fuerit Epiſcopus, haud ſatis erui potuit, cum Eccleſia illa monumentis deſtituatur; vetus tamen traditio tenet, Apoſtolorum diſcipulos ibi ſicut in aliis circumadditis urbibus Evangelium propagaſſe, & anno ſalutis 499. Stabiæ proprium habuiſſe Paſtorem Urſum, qui ſub Symmacho Papa ſubſcripſit Romanæ Synodo. Stabienſis Epiſcopus à primis temporibus Romano Pontifici proximè ſubjacebat, donec Romani itidem Pontifices Surrentini Archiepiſcopi illum Suffraganeum fecerunt. Cathedralis, quæ nobilis ſtructuræ eſt, decentiſque magnitudinis, Beatiſſimæ Virginis

A Mariæ („ *in Cœlum Aſſumptæ*) conſecrata eſt. Quinque inſignita eſt dignitatibus, quarum prima eſt Archidiaconi; duodecim Canonici, cum alio promiſcuo Clero ibidem divinum penſum exolvunt. Epiſcopium Cathedrali contiguum eſt commodum, ſatiſque amplum. Quinque Parochiæ ibi ſunt, octo Virorum, & duo Sanctimonialium cœnobia, aliquæ laicorum fraternitates, Xenodochium unum, aliſque pia loca viſuntur, ſed quod perſpicuum eſt Societatis Jeſu Collegium ad juvenes in omnium ſcientiarum genere erudiendos. Præter ipſam Civitatem, duoque ſuburbia nulla alia eſt Diœceſis. Stabienſis Eccleſiæ in libris Fiſci Apoſtolici taxa eſt Florenorum 60. nongenta propè ſcutata illarum partium annuum cenſum conſtituunt. Hujus Sedis Epiſcoporum ſeries ſequens eſt, quam ex variis monumentis deprompſimus, ſatis jejunam.

B



1. URSUS Stabianus Epiſcopus clarus fuit in Synodo prima Romæ congregata ſub Symmacho Papa anno ſalutis 499. I.

C 2. LAURETIUS Stabienſis Præſul Epiſcopatum iniit anno 600 ſalutis noſtræ, vel 601. inchoante. Obiit anno 2. Heraclii Imp. qui fuit Chriſti 612. Id quoque tradit inſcriptus lapis, qui Aequis Capsccio teſte ſervatur his verbis. II.

In hoc tumulo quieſcit V. B. Laurentius Epiſcopus Sanctę Eccleſię Civitatis Stabienſis, qui vixit annis plus minus xxxx. ſedit in Epiſcopatu xij. depoſitus die IIII. Kal. Martiarum Ind. xv. Imperante Heraclio Aug. anno ſecundo.

(„ *LUBENTINUS Stabienſis Epiſcopus ſubſcri-„ pſit Romano Concilio à Martino I. contra Mono-„ thelitas coadunato an. 649.*) III.

D



3. CATELLUS a Stabienſis Epiſcopus, & Patronus, cujus feſtivitas 19. Kal. Februar. celebratur. Vixit Eugenii II. & Valentini Pontificia temporibus anno 827. Ejus vitæ ſanctitatem, optimique Paſtoris mores S. Antonini Abbatis ſocietas IV.

a De eo Acta SS. Jan. t. 2. p. 225.

& conſuetudo reddidit clariorem. Cum enim Beneventanorum Ducis barbaries Caſinas Monaſterium aliaque Campaniæ Cœnobia evertiſſet, Antoninus Stabias divertit: tanto cum Catello familiaritate conjunctus eſt, ut cum in difficili, & ſcopuloſo Gauri Montis culmine ſolitudini ſe committere decreviſſet, Catellum quoque è Civitate ad ſe evocarit. Catellus cum a Sanctiſſimi Viri conſuetudine disjungi non poſſet, contemplationis ardoribus inflammatus ad ima deſcendere recuſabat: ideo ab Oppidanis apud Eugenium II. Pontificem anno 827. accuſatus. Romam accerſitus, in carcerem detruſus eſt, pauloque poſt defuncto Eugenio, à Valentino Eugenii ſucceſſore ſolutus, Stabias rediit. Ibi miraculis clarus obdormivit in Domino Stabianorum effectus Patronus. De eo clara mentio in vita & geſtis Sancti Antonini Abbatis nuper ab eruditiſſimo viro Antonio Caracciolo ex antiquis exemplaribus in lucem edita, notiſque illuſtrata, ubi Capacii, Romeri, Paulique Regii errores diſſipantur, & corriguntur. Veriſimile enim eſſe arbitratur obiiſſe B. Antoninum anno 830. hoc eſt duodecimo poſtquam è Campania è Benedictino Monaſterio profugiſſet Stabias, Valentino Papa ſedente. Catelli etiam meminit Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, & Martyrologio Sanctorum, qui in Romano non ſunt.


V. 4. SERGIUS vixit circa annum Chriſti 700. („ *De eo lege, quæ narrantur in Surrentinis in actis* „ *S. Baculi*.)

VI. 5. STEPHANUS florebat anno 982. poſt hunc plures deſiderantur hujus Eccleſiæ Præſules.

VII. 6. GREGORIUS ex Presbytero Stabienſis Epiſcopus ordinatus eſt à Barbato Archiepiſcopo Surrentino anno 1110. ut ſupra retulimus ex diplomate Barbati, cui idem Archiepiſcopus Eccleſiam S. Angeli in Monte Gauro conceſſit.

VIII. 7. SERGIUS Gregorio ſucceſſit, cui etiam ab eodem Barbato Archiepiſcopo conceſſa eſt Eccleſia S. Angeli cum ſuis pertin. an. 1120. *Fortaſſe*, ut innuit Capaccius, *Sergius iſte ille eſt, qui poſt Idolorum templum Surrenti everſum, & D. Felici Epiſcopo Nolano dicatum, quo S. Baculi corpus tranſtulerunt, quod columnam altaris, in quo Baculus condebatur, non pio animo ſuſtinere voluit, lateris dolore oppreſſus & dimidia corporis parte debilitatus aliquandiu vixit, profuſis verò multis lacrymis Baculo ſupplicans ſanatus eſt, & Pontifex Stabianorum factus.* Hæc ille, ſed plura ante ſæcula everſum Idolorum templum Surrenti & D. Felici dicatum, unde mihi ſuſpicio eſt, longè diverſum eſſe Sergium hunc ab illo, qui virtute S. Baculi ſanus factus eſt.

IX. 8 JOANNES Stabienſis Epiſcopus vixit Urſi Archiepiſcopi temporibus, a quo an. 1140. ejuſdem Eccleſiæ S. Angeli confirmationem recepit, ut ex monumento, quod mox dabimus, patebit.



X. 9. PALMERIUS Stabienſis Epiſcopus longo tempore hanc Eccleſiam rexit, ejus prima mentio anno 1196. item anno 1201. uſque ad annum 1230. præcipuo ſiquidem ſtudio hoc anno Eccleſiæ ſuæ

A jura apud Fedéricum II. ad cujus gratiam propiori gradu acceſſerat, ſartatecta præſtitit, atque inviolata. Eccleſiam S. Angeli in Montis Guari faſtigio à SS. Catello, Antoninove Abbate exædificatam, quam plures Surrentini Archiepiſcopi prędeceſſoribus conceſſerant, recuperavit. Orta lis erat anno 1210. (verba ſunt Capaccii) ſub Federico Imp. qua hanc ad ſe Eccleſiam pertinere Guarnerius, quidam contendebat. Sed dum pro Epiſcopo Stabienſi Petrus ejus Eccleſiæ Archidiaconus jura contra Guarnerium proſequeretur, & magnam Imperialem Curiam regeret, Henricus de Morra Magiſter Juſtitiarius, advocatis Simone & Henrico de Tocco, Roffrido de S. Germano, & Petro de Vinea ejus magnæ Curiæ Judicibus, Imperator decrevit, ut quoniam Stabienſis Epiſcopus iniquo bellorum tempore eam Eccleſiam Henrico Theutonico Caſtri Maris arcis præfecto commendavit, ne aliquid detrimenti pateretur, multaſque alias obcauſas Guarnerius reſtitueret Epiſcopo. Qua

B de re ſententia ſubſecuta eſt, in qua præter magnæ Curiæ Magiſtratus, & ſententiarum ejus temporis methodum, Barbati & Urſi Surrentinorum Archiepiſcoporum mentio fit, qui veluti Epiſcopos Stabienſes eligebant, ita etiam Eccleſiam S. Angeli Gregorio, Sergio & Joanni Epiſcopis conceſſerunt; quemadmodum idem Imperator Palmerio Epiſcopo & Abbati Matthæo conceſſit. Quam etiam Eccleſiam cum ad Regem ſpectare aliqui dicerent, Gualterius Cataneuſis Epiſcopus & Regni Siciliæ Cancellarius, Palmerio ejus poſſeſſionem pacificè dimiſit. Hinc Epiſcopi aliquot Stabienſes in lucem prodierunt, qui aliquo pacto deliteſcebant, ſententiæ documentum aliquot prætermiſit, his verbis conceptum eſt.

Propoſuit Petrus Archidiaconus Stabienſis pro parte Epiſcopi Stabienſis, nomine ipſius Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ, cujus procurator & œconomus eſt, quod conſtituit contra Guarnerium, quod ipſe poſſidet, & tenet Eccleſiam S. Angeli de Monte aureo ad ipſum Epiſcopum, & Eccleſiam ſuam Stabienſem, de jure ſpe-

C *ctantem, quam Eccleſiam dictus Epiſcopus aſſignavit cuſtodiendam tempore turbationis Henrico Theutonico olim Caſtellano Caſtri Maris pro ſervitio & honore D. Imperatoris, ne per ipſam Eccleſiam, & locum, in quo ſita eſt dicta Eccleſia, ipſe D. Imperator, vel fideles ſui poſſent in aliquo damnificari; undè cum turbatio ceſſavit, & dicta Eccleſia ſpectet ad Epiſcopum, & ad Eccleſiam ſuam, ſicut prædictum eſt, petiit nomine dicti Epiſcopi ipſam Eccleſiam à dicto Guarnerio ſibi reſtitui cum omnibus juſtis rationibus, & pertinentiis ſuis ſalvo jure, &c. Guarnerius litem conteſtando reſpondit dicens, ſe, ipſam petitam Eccleſiam tenere cum pertinentiis ſuis, ignorat tamen Eccleſiam petitam ad Epiſcopum, & Eccleſiam Stabienſem pertinere ſalvis omnibus rationibus ſuis. Lite igitur conteſtata, præfatus Guarnerius conſtituit procuratorem ſuum magnif. Benedictum de Iſernia, & ex parte verò præfati Archidiaconi ad probandum de jure Eccleſiæ, fuerunt quædam inſtrumenta in judi-*

D *cio præſentata, in uno quorum vidimus contineri, qualiter olim Barbatus Surrentinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus conceſſit dictam Eccleſiam S. Angeli cum omnibus pertinentiis ſuis Gregorio tunc temporis Epiſcopo Stabienſi inter cætera, quæ eidem Epiſcopo concedebantur. In ſecundo inſtrumento ſimiliter vidimus denotari, qualiter idem Barbatus Surrent. Archiepiſcopus inter cætera, quæ conceſſit Sergio tunc temporis Epiſcopo Stabienſi, conceſſit nominatam Eccleſiam ſupradictam S. Angeli cum omnibus ſuis pertinentiis. In tertio inſtrumento ſimiliter continebatur, qualiter Urſo Archiepiſcopus Surrentinus Joanni Epiſcopo Stabienſi eandem Eccleſiam S. Angeli cum pertinentiis ſuis conceſſit. Præſentavit etiam idem Archidiaconus quoddam ſcriptum Palmerio venerabili Epiſcopo Caſtri Maris indultum* (nota quot nominibus civitas fuerit appellata) *olim à dicto noſtro Sereniſſimo Imperatore tunc Rege, in quo continebatur, quod idem D. noſter conceſſit, &*

con-

A *confirmavit prædicto Epiſcopa Eccleſiam S. Angeli cum omnibus juſtitiis & tenimentis ſuis, ſecundum quod eam idem Epiſcopus, & Eccleſia ſua unquam melius tenuit, & poſſedit. Oſtendens etiam privilegium D. noſtri Imperatoris, in quo manifeſtè vidimus, quod idem D. noſter Imperator poſt fœlicem coronationem ſuam conceſſit, & confirmavit Eccleſiæ Stabienſi, & Palmerio prædicto Epiſcopo Eccleſiam S. Angeli, quam ſpectare credebas ad ſua Regalia: & quia venerabilis Stabienſis Epiſcopus quædam privilegia & authentica ſcripta D Imperatori oſtendit, qualiter prædicta Eccleſia S. Angeli ad ipſum ſpectaret de jure, viſis rationibus Epiſcopi, mandavit D. Imperator eidem Abbati Matthæo, quatenus viſis litteris eandem Eccleſiam cum tenimentis & rationibus ſuis ſecundum quod ſibi extiterat aſſignata, prædicto Domino Epiſcopo reſignaret. Item oſtendit aliud ſcriptum ſigilli Domini Gualterii Catanenſis Epiſcopi, & Regni Siciliæ tunc Cancellarii roboratum, in quo inter cætera vidimus contineri, quod*
B *idem Cancellarius, cum de mandato Regio veniſſet ad partes Terræ Laboris inquirens Eccleſias & alias rationes ſuas, cum dictum fuiſſet ei, quod Eccleſia S. Angeli de Monte aureo ad Cancellariæ demanium pertineret, dum ire ad eam intenderet, vidit privilegia & alias rationes, quas idem D. Palmerius Venerabilis Stabienſis Epiſcopus de eadem Eccleſia præſentavit. Quibus viſis Eccleſiam ipſam S. Angeli de Monte-aureo cum omnibus pertinentiis ſuis ad præfatam Eccleſiam Stabienſem de jure ſpectantem dimiſit pleno jure pacificè poſſidendam. Item præſentavit aliud inſtrumentum confectum per D. Henricum de Vinepiz tunc temporis Caſtellanum Scafati, & Caſtelli Maris roboratum ſubſcriptionibus Gualterii de Buclumo Judicis Salerni, & Gualterii Judicis Summæ, in quo vidimus contineri, quod Notarius Thomas de Cicala conſtitutus ab eodem D. Henrico procurator pro parte Curiæ poſuit contra Dominum Palmerium Epiſcopum Stabienſem, petendo ab eo & Eccleſia ſua Capellam S. Angeli de Monte-aurea,*
C *quam dicebat ſpectare ad Curiam Domini Imperatoris; ſuper quo per negationem Epiſcopi lite conteſtata, inductis probationibus pro parte Epiſcopi; quia per privilegia & inſtrumenta plenè probatum fuit de jure Eccleſiæ Stabienſis, fuit idem Epiſcopus ab impetitione dicti procuratoris pro parte Curiæ conſtituti, ſententialiter abſolutus.* Eandem Impecator ſententiam edidit, & Archidiacooo pro Epiſcopo agenti Eccleſiam reſignavit, juſſitque, qui contra agerent, condemnandos. Hæc acta fuecunt anno 1230. poſt quæ de Palmerio Epiſcopo nil aliud reperitur, neque etiam de ejus ſucceſſoribus quicquam inveniri potuit uſque ad annum 1283.



D

XI. 10. THEOBALDUS Epiſcopus Stabienſis memoratur in regio regeſt. Neap. an. 1283. ejuſdemque, vel forte alterius, cum nomen non exprimatur, fit mentio in eodem regeſt. anno 1295. cum ſupplici libello Regi exponitur ab Epiſcopo Caſtri Maris pro recuperandi decimis Stabienſis Eccleſiæ. Eodem anno tranſlatus eſt ad Tarracinam Eccleſiam à Bonifacio VIII. pontifice 1. die 6. Id. Apr. ex regeſt Vaticc. ep. 68. fol. 16. (*„ Stabienſi Epiſcopo Honorius „ IV. committit abſolutionem à cenſuris Jacobi Epi- „ ſcopi Litterenſis an. 1289.*)

11. Pa. fortè PETRUS, vel Paolus, ita notatur in eodem regeſt. regio anno 1334. ac ſequenti. XVI. a ille loco XVI. ponendus.

12. ANDREAS Stabienſem Eccleſiam obtinebat anno 1309. ut ex eodem regio regeſt. habetur. XII.

13. PETRUS obiit anno 1326. XIII.



14. Fr. LANDULPHUS Caracciolus Neapolitanus Ord. Minorum nobilis alumnus, Pariſienſis Magiſter, Scoti diſcipulus ex Cuſtode Terræ Laboris, Stabienſis fit Epiſcopus ab Joanne XXII. anno 1326. conſecratus anno 1328. Sedit annos quinque, & tranſlatus eſt ad Archiepiſcopalem Sedem Amalphitanam, de quo ibi. XIV.

15. N. ſucceſſit Landulpho eodem ann. 1331. (*„ Et forte ille P. de quo ſupra per Amanuenſis errorem Ughellus n. 11.*) XV.

16. Fr. GUILLELMUS in hac Sede florebat anno 1343. ex regio regeſt. Vatic. XVII.

17. PETRUS Stabienſis Epiſcopos obiit anno 1358. ſepultus in veteri Cathedrali cum hoc epitaphio. XVIII

Hic jacet corpus Venerabilis Patris Domini Domini Petri Dei gratia Epiſcopi Stabienſis qui obiit anno Domini M. CCCLVIII. die prima menſis Maii 11. Indictionis, cujus anima requieſcat in pace. Amen.



18. MATTHAEUS de Alaneo, Amalphitanus ex nobiliſſima hujus agnominis familia oriundus, iſtbic à nobis immediatè poſt Petrum ſubjungitur, ex duobus inſtrumentis Amalphiæ rogatis à Sergio de Amuructio Notario Amalphitano an. 1360. die 12 Aug. Ind. 13. Ludovici Regis anno 12. Joannæ Reginæ 18. quo Matthæus Epiſcopus Stabienſis quædam patrimonialia ſtabilia ſita in Civitate Amalphi Antonello de Alagno nepoti ſuo dedit. In altero alia bona eadem die elargitus eſt Epiſcopus iſte Tucaillo de Alagno filio quondam Petrilli de Alagno nepoti ſuo. Hujus tamen Matthæi electionem non invenimus in regeſtr. Vaticanis, de quo nil aliud occurrit. XIX.

19. JOANNES Monachus S. Agathæ Cata- XX.

nienſis, florebat Epiſcopus Stabienſis anon 1366. apud erud:tom amicum noſtrum Joannem Baptiſtam de Groſſis in Decachordo Catanienſis Eccleſiæ, de quo in reg. Vatic. nil prorſus legimus.

XXI. 20. PAULUS hujus Eccleſiæ Pontifex deceſſit ſub Urbano V. Papa anno 1370. ex Vatic. regeſt.



XXII. 21. MARINUS de Judice Canonicus Amalphitanus, decretorum Doctor, Papæ Capelianus, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditor, evaſit Stabienſis Epiſcopus an. 1370. 12. Kal. Martii ad hanc dignitatem ab Urbano V. vocatus, anno pontific. 8. ut in regeſt. Vatic. lib. 1. Quanto tempore hanc ille rexerit Eccleſiam, an idem ſit Marinus de Judice, qui Tarentinus deinde evaſit Archiepiſcopus & Cardinalis ſub Urbano VI. ſub quo necatus eſt, ignoro, tametſi mea ſententia eſt diverſus ab Marino de Judice, qui mortuus eſt Amalphitanus Archiepiſcopus.

XXIII. 22. HUGO, Gallus, fuit Epiſcopus Stabienſis an. 1380. & cum eſſet Clementis VII. Pſeudopontificis aſſecla, ab Urbano VI. dignitate privatus eſt.

XXIV. 23. JULIANUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus renunciatus eſt ab eodem Urbano; ſed cum deinceps eidem Antipapæ Clementi adhæſiſſet, ab eodem dictis innodatus epiſcopali dignitate ſpoliatus eſt, ita habemus in lib. Proviſionum Prælatorum.

XXV. 24. GENTILIS de Tuſto, Canonicus Amalphitanus, à Bonifacio IX. in privati Juliani locum Stabienſis delectus eſt Epiſcopus anno 1392. 15. Kal. Julii. Exceſſit è vita ſequenti an. 1393. ex eod. lib.

XXVI. 25. Fr. ANTONIUS Arcamonus, Ordinis Prædicatorum ſucceſſit Gentili an. 1393. Id. Decemb. Præfuit annis penè ſex, & mortalitatem explevit an. 1399 ex eod. lib.

XXVII. 26. Fr. JACOBUS de Gallucio, ejuſdem Prædicatorum Ordinis alumnus, Stabienſem Pontificatum obtinuit an. 1399. 14. Kal. Julii. Obiit anno 1402. ibidem

XXVIII. 27. MARINUS de Sancta Agatha, Canonicus Firmanus, ſcriptorque litterarum Apoſtolicarum, ejuſdem Eccleſiæ ſublectus eſt Epiſcopus à Bonifacio IX an. 1402 5. Non. Martii.

XXIX. 28. ALEXIUS, ſive Aloyſius Certa, Joannis filius, Civis Stabienſis, Epiſcopus patriæ, electus à Martino V. anno 1421 die 7 Septembris promiſit ſolitum ſubſidium Sacro Collegio, cujus marmoreus lapis extat ante Majoris Eccleſiæ altare, frater utrinque conjunctus Matthæi, Martini, & Jacobi Andreæ Certæ anno 1434

XXX. [,, Fr. FELIX, *Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Cajetanus, inde Stabienſis 9. Kal. Febr. 1442,*
,, *ex Ughello in Cajetanis.*]

XXXI. 29. LUDOVICUS Certa, Aloyſii Gentilis ſucceſſor, mortem obiit anno 1447. in lib. Proviſ. Prælatorum.

XXXII. 30. NICOLAUS Amphora, Subdiaconus Surrentinus, reperitur electus Epiſcopus Stabienſis in eodem lib. an. 1447. Id. Maji. Is Baſilicam imagine decoravit ſub titulo Sanctæ Mariæ ad Mare, & dum plures annos vixit, quamplura eccleſiaſtica bona alienanda permiſiſſe traditur apud Capaccinm. Interfuit coronationi Alphonſi II. Regis die 2.

A Maji anno 1494. mortuuſque eſt anno 1496.

XXXIII. 31. ANTONIUS Flores, Romanæ Rotæ Auditor, vir inſignis & omnigena virtute clarus, ab Alexandro VI. Stabienſis Epiſcopus pronunciatus eſt die ultima Junii anno 149[illegible] ſibi coadjutorem adſcivit cum ſpe futuræ ſucceſſionis Petrum nepotem anno 1503. die 4 Decembris.

XXXIV. 32. PETRUS Flores ex coadjutore, patruo ſucceſſit anno 1510. Interfuit Lateranenſi Concilio ſub Julio II. Decimoque Leone, & ſub Paulo III. ad Cajetanam Eccleſiam translatus eſt ann. 1537. de quo vide Cajetanorum Epiſcoporum ſeriem tom. 1.

XXXV. 33. JOANNES Fonſeca, Hiſpanus, ex nominatione Caroli V. Imp. ac utriuſque Siciliæ Regis, à Paulo III. creatus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 14. Martii anno 1537 Sub eodem Paulo, Julioque III. Trid. Conc. interfuit. Fato functus anno 1562.
(,, *Fuit etiam Neapoli Regius Capellanus major,*
,, *& cum eſſet omnibus ſcientiis inſtructiſſimus eximè*
,, *ſtuduit, ut in Neapolitana univerſitate geminæ Ca-*
B ,, *thedræ de novo erigerentur, ut ab illis P. Alphon-*
,, *ſus Salmeron unus è primis decem D. Ignatii Loje-*
,, *læ ſociis nunc ſacra Biblia, nunc Magiſtri ſenten-*
,, *tiarum libros enuclearet, qua de re fervidè ſcripſit*
,, *ad eumdem D. Ignatium tunc in humanis agentem,*
,, *quod poſtea non in variis accidit, ut minimè conſa-*
,, *num regulis ſuæ Societatis Jeſu, quas tunc Sanctus*
,, *Fundator perficiebat.*]

XXXVI. 34. ANTONIUS Laureus, Neapolitanus, nobili familia Amanthea, vir gratiſſimus (,, *majoris*
,, *Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus, cujus illuſtriſs.*
,, *& Reverendiſs. Capituli ſtatuta compilavit, & ad*
,, *ordinem, & decorem redegit an. 1534 quæ typis da-*
,, *ta fuerunt,*) major Regius Capellanus, Stabienſi throno exornatus eſt à Pio IV. anno 1562. 9 Octobris ex Philippi II. Hiſpaniarum Regis, cujus erat à conſiliis, præſentatione. Quindecim annos ſumma cum tranquillitate hanc adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitque Neapoli an. 1577. exceptus ſepulchro apud Eccleſiam S. Mariæ Gratiarum (,, *in gentilitia ſa-*
Ç ,, *cella D. Andreæ Apoſtolo dicata, quod nunc ab illis*
,, *de Comarjas hæredibus per Paulum Laureum eo-*
,, *rum avum paternum translatus eſt in ſacella con-*
,, *tiguo illi Sanctæ Mariæ Gratiarum, in quo Lau-*
,, *reorum olim, nunc Comorum ſacella, non ſolum*
,, *apice tectorio, ſed & ara marmorea, & aureis or-*
,, *namentis non mediocri ſumptu decorato, ubi colitur*
,, *etiam imago lignea Salvatoris D. N. J. Chriſti, de*
,, *qua in ſerie Archiep. Neapol ſub Cardinali Fran-*
,, *ciſco Boncompagno loquuti fuimus*) cum hoc epitaphio (,, *ad pedes ipſius ſtatuæ marmoreæ.*)

D. O. M.

Antonius Laureus Nobili familia Aman-
thea oriundus Stabienſium Epiſcopus, Re-
gii Sacelli Antiſtes, Publici Gymnaſii Præfe-
ctus, Neapol. Collegii primarius, vetere Ju-
D *riſprudentia, conſilii magnitudine ſpectata*
in rebus maximis fide, Philippo Reg. à conſi-
liis, & patriæ æquè charus. Hic ſitus eſt
Vix Ann LXXIX obiit anno MDLXXVII
Bartholomæus, Carolus, & Jacobus Laurei
Patruo B. M. cum lachrymis
PP.

(,, *Joannes Baptiſta Rinaldus in ſuis Academicis*
,, *parte prima ipſum nominat virum doctiſſimum, &*
,, *fide, & pietate cæteris antecellentem; Joſeph de*
,, *Amato in ſuo Laconiſma de Amanthea, ejuſq; erga*
,, *Reges fidelitate, ſpectatæ fidei in rebus maximis*
,, *virum celebrat Thomas Coſtus in compendio Nea-*
,, *politanæ Hiſtoriæ, Nicolaus Toppius in ſua Bi-*
,, *blioth. Neapolitana litt. A. fol. 28. multique alii in*
,, *ſuis operibus de eo ſumma cum laude meminerunt.*)

35. LU-

XXXVII. *a De eo Roſinus in Lyceo Lateran. t. 2. p. 359. Toppius in Bibl. Neap. & Nicodemus in Additionibus. b Die 10. Maii 1581.*

35. **LUDOVICUS** à Gravina *a* de Majoranis, Canonicus Regularis Lateranenſis, vir doctiſſimus, ſucceſſit Lauro, à quo editus eſt Clypeus militantis Eccleſiæ ad Patres Concilii Tridentini, & tractatus de vero Sacerdotio ad Reginam Angliæ. Obiit an. 1591. Hujus cum laude meminit Pennottus Hiſtor. Tripart.

XXXVIII. *c 1596. 19. Martii.*

36. **JOANNES** Mirus, Hiſpanus, electus 13. Septemb. 1591. translatus deinde eſt ad Acheruntinam, & Materanam Eccleſias an. 1598 *b* de quo ibi. („ *Hic fuit ille Doctor Mira, qui cum Congre-*
„ *gregationem Clericorum Regularium miniſtran-*
„ *tium infirmis Romæ calluiſſet, Neapoli egit cum*
„ *V. P. Alexandro Borla ſacerdote oratorii Con-*
„ *gregationis de iiſdem in illam civitatem accer-*
„ *ſendis. Et reapſe idem P. Camillus inſtitutor*
„ *cum ſuis ſociis illuc venit anno 1588. opem pri-*
„ *mariam ferente Ven. Matrona Conſtantia de Car-*
„ *retto Sulmonis Principe, quæ poſtea cum Rober-*
„ *ta Carrafa, & Julia de Caſtellis Heroinis vero*
„ *ab ipſa pietate educatis, quindecim aureorum*
„ *millia eis donarunt, quibus in regione Ligna-*
„ *riorum peramplam cum Eccleſia domum aperue-*
„ *runt.*)

XXXIX. *d De eo Nicodemus in Additionibus ad Toppii Biblioth. p. 249. Scipio in Elog. ius Abbatum Monaſterii Caſinen. p. mihi 156 Mandoſ.*

37. **VICTORINUS** Manſus, *d* („ *Averſanus*) Monachus Caſinenſis, ad hanc Eccleſiam evectus à Clemente VIII. anno 1599. prima Februarii, pauloque poſt translatus ad Arianam Eccleſiam. Vir fuit doctiſſimus, qui inter multa ſcripta edidit de modo procedendi in cauſis Regularium criminalibus, de vanitate mundi, & ſolida hominis felicitate. Explicationem libri Eccleſiaſtes Salomonis, Harmoniam Theologicam. De Eccleſiaſticis magiſtratibus, & de Sacramentis in genere. Antiſtes Romano Senatu dignus, de quo in Arianis Præſulibus redibit ſermo.



XL. *e An. 1602. f An. 1604. 28. Auguſti.*

38. **HIERONYMUS** Bernardus de Quiros, Hiſpanus, Monachus Ciſtercienſis Ordinis, vir doctus, ac præcipua religione inſignis, à Clemente VIII. creatus eſt Epiſcopus Stabienſis an. 1600 *e*. die 15. Januarii. Sedit ann. 5. translatus deinde eſt ad Puteolanam Eccleſiam anno 1605 *f*, die 31. Auguſti, ut in Puteolanis Epiſcopis narravimus.

XLI.

39. **HIPPOLYTUS** Riva, Neapolitanus, Clericus Regularis in omni diſciplinarum genere verſatus, ad hanc Eccleſiam promotus eſt anno 1605. die 31. Auguſti.
Duo & viginti annos
hanc bene rexit Eccleſiam. Mortalitatem explevit ſub Urbano VIII.
an. 1627. in Cathedrali
jacet.



XLII. *g De quo Toppius in Bibl. Neapol p. 32 Mand.*

40. **ANNIBAL** Maſcambrunus, *g* Beneventanus, nobili familia natus, morum comitate, ac eruditione varia illuſtris, Hippolyto datus eſt ſucceſſor die 30. Aug. 1627. Scripſit de exiſtentia Corporis Bartholomæi Apoſtoli apud Beneventum, aliaque ſui ingenii monumenta reliquit, & cum ſediſſet in hac Sede ann. plus minus 18. Neapoli præpropero fato extinctus, Archiepiſcopus Reghinus à Catholico Rege deſignatus, ibidem tumulum accepit.

XLIII. *h De eo Oldoinus in Athen. Ligust. p. 16. & Toppius in Bibl. Neapol p. 14. Mandoſ.*

41. **ANDREAS** Maſſa, *h* Ligur, in demortui Annibalis locum ſucceſſit die 18. Septembris 1645. Translatus deinde eſt ad Eccleſiam Gallipolitanam die 25. Septemb. 1651.



XLIV

42. **CLEMENS** del Pezzo, ex Principibus S. Pii Cajanelli Ducibus, Civitæ Marchionibus nobili genere natus, renatus Mediolani in Clericorum Regularium Ordine, divinis, humaniſque litteris eruditus, egregius, eloquentiſſimuſque Verbi Dei concionator evaſit; nec defuit in eo prudentia, & in rebus agendi ſumma ſagacitas, quibus non ſemel cum in Germania apud Cæſarem Legatus eſſet, difficillima negocia explicavit, & regiam gratiam promeruit. Ad Philadelphienſem titularem inſulam aſcendit; mox Aquilanum Sacerdotium, inde Stabienſe accepit die 27. Novembris 1651. quod cum eximia ſapientia, zeloque juſtitiæ & pietatis ad paucos adminiſtraſſet annos, immatura morte præventus diem ſuum obiit anno 1652. temporaneo tumulo in Cathedrali depoſitus, Neapolim transferendus in Eccleſiam S. Mariæ de Victoria ſui Ordinis, ſuæque familiæ ſacello ab ipſo ex pario, varioque lapide exornato, ac D. Cajetano Thienæo dicato, ubi ſequens Cœnotaphium legitur ab Antonio del Pezzo fratre patruele Archiepiſcopo Surrentino poſitum.

D. Clementi del Pezzo
Natalium, virtutis, inſularum faſtigii magno,
Quem Auſtriaco Cæſari deſtinatum
Summis rebus explicandis, parem

Ora-

Oratorem Aula retinuit A
Eloquentia celebrem, & pietate
Romanus Hierarcha
Porphyrienſem Antiſtitem,
Hiſpanus Rex
Aquilanum, non Stabienſem voluit
Ad tanti viri decus, digladiante gloria
Quod ordinis ſui parenti
Sacellum hoc erexerit
Ad illecebram patrimonii,
Ubi cinerem ſervaret ſuum
D. Antonius del Pezzo
Archiepiſcopus Surrentinus
Epigraphem hanc appinxit
Ut amoris, & ſanguinis nexum
firmaret in ſaxo
M.D.C. LII.

Ejus cum laude meminit non ſemel laudatus Joſeph Silos p. 2. Hiſt. Cleric. Theatin.

XLV. 43. IOANNES Paredes, Hiſpanus, electus B
die 2. Auguſti 1655. ſucceſſit Clementi del Pezzo.

ADDITIO.

(,, *Jo. de Paredes, Hiſpanus, Canonicus Regu-*
,, *laris Ordinis S. Auguſtini, ſacræ paginæ doctor,*
,, *Stabienſis Epiſcopus poſt diuturnum interpontificium*
,, *dictus eſt 2. Aug. 1655. integra fama rexit uſque*
,, *ad an. 1662. quo die 17. Aprilis ad Cajetanam*
,, *tranſiit.*
XLVI ,, PETRUS *Gambacurta, generis qualitate Pa-*
,, *tritius Neapolitanus è Principibus Macchiæ Piſa-*
,, *rum olim Regulis, vitæ inſtitutione Clericus Re-*
,, *gularis Theatinus, die 26. Junii 1662. huic Ec-*
,, *cleſiæ præſidere cœpit, cujus bono ſemper conſu-*
,, *luit. Epiſcopalem domum magno ſumptu reſtaura-*
,, *vit, ac mirè ampliavit. Fato functus 1676.*
XL VII. ,, Fr. LAURENTIUS *Mayers Caramuel, Hiſ-* C
,, *panus, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede ſucceſ-*
,, *ſor Petri fuit declaratus die 27. Aprilis 1676. ſed*
,, *die 18. Aprilis 1678. ad Cajetanas infulas tranſiit.*

A ,, Fr. SALVATOR *Scaglione, Patritius Aver-* XL VIII.
,, *ſanus, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, Con-*
,, *cionator eximius, anno 1678. die 5. Jul. huic Ec-*
,, *cleſiæ ſponſus aſſignatus, cujus amplexibus pa-*
,, *rum frui potuit, quia biennio vix elapſo, die 16.*
,, *Julii 1680. magna ſui nominis fama ſpiritum red-*
,, *dit creatori.*
,, Fr. FRANCISCUS *de Mendietta, Hiſpanus,* XLIX
,, *ordinis B. M. V. de Mercede, die 19. Febr. 1682.*
,, *hujus Eccleſiæ poſſeſſionem cepit, in qua etiam pa-*
,, *rùm vixit, obiitque Neapoli in Conventu SS. Tri-*
,, *nitatis Hiſpanorum.*
,, HANNIBAL *de Petropaulo, Calaber, Pa-* L.
,, *rochus qui Neapoli fuerat S. Mariæ de Omnibono,*
,, *die 24. Febr. 1684. hiſce infulis ornatus fuit. Gre-*
,, *gem ſuum verbo, & exemplo ad paſcua ſalutis per-*
,, *duxit; varios in exſequiis delevit abuſus. Epiſco-*
,, *pale Palatium lateritiis tegulis contexit. Plateam,*
,, *ut vocant, redditum ſuæ Eccleſiæ juridicè con-*
,, *fectam voluit; mortem oppetiit Stabiis anno 1705.*
B ,, *die 18. Septembris in Conventu S. Franciſci, anno*
,, *circiter ætatis ſuæ 82.*
,, BLASIUS *de Duca, Neapolitanus Patritius,* LI.
,, *& Majoris Neapolit. Eccleſiæ Canonicus, die 30.*
,, *Auguſti 1713. hujus Eccleſię curę admotus eſt. Prę-*
,, *ſul innocentia vitæ, animi candore, largitate er-*
,, *ga Pauperes verè præclarus. Congregationem*
,, *Presbyterorum intra ſeptum ſui palatii erexit, non*
,, *ſine peculiari ipſorum profectu, & Diœceſis, quæ*
,, *continuò per ipſos chriſtiana doctrina, & erga*
,, *Deum pietate edocetur. Beatiſſ. Mariæ Virginis eo,*
,, *quo ipſius amore exæſtuat, filialem devotionem*
,, *ſemper promovet, ipſiuſque imagini Parieti depi-*
,, *ctam, non ſine prodigio à muliercula repertam ſub*
,, *ruderibus dirutæ Eccleſiæ S. Thomæ Apoſtoli ædi-*
,, *ficatæ olim, ut perhibetur, à ſapientiſſimo, ac*
,, *piiſſimo Neapolis Rege Roberto in loco, qui vulgò*
,, *audit Domus Sana, & propriè propter ædes Pa-*
,, *tritiorum Stabienſium de Rogatis, Eccleſiam ere-*
C ,, *xit, & exornavit, dictæque imagini nomen indi-*
,, *dit jure meritò à Sanitate ob innumeras pro Sani-*
,, *tate gratias, quas eadem B. Virgo ad illam recur-*
,, *rentes largiſſimè ſolet impartiri, à qua omnes ſui*
,, *diœceſani Mariano Præſuli ævum apprecantur.)*

ITA.

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI.
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.


PROVINCIA XIV.
SIVE
APRUTIUM;

In qua Teate unica utriuſque Aprutii Metropolis cum unica quoque ſuffraganea Eccleſia, Anſanoque libero Frentanorum Archipræſulatu accuratè expenduntur.

QUOD noſtratibus Aprutium Ulterius, veteribus Valeria Provincia fuit, dicta à Valeria via, quæ à Tiburtinis inci-piens per Marſos tranſiens Corfinium uſque ducebat, eratque eadem via civitas Valeria nomine, memorata Straboni. Hanc ipſam provinciam Veſtini, Pelignique etiam populi inhabitabant, quorum Metropolis erat Amiternum hodie *Aquila*. Quod autem Aprutium Citerius vocant, Marrucinorum quorum caput Teate, Frentanorum ubi Anſanum, Samnitium regiones fuerunt. Fines vero utriuſque conſtitui ſolent ab Ortu Apuli Dauni cum amne Phiterno: ab Occaſu Sabini & Picentes cum Truento flumine: qua Septentrio eſt, mare Adriaticum: qua Meridies, Picentini, Campani, Marſi, Æquicoli, ſecundum Apenninum montem ultra citraque ex parte habentes. Regio ſumma gaudet cæli ſalubritate, & incredibili incolarum frequentia, amœna eſt & commoda verſus mare, ſed montibus aſpera in Mediterraneis. Quamobrem Aprutium dicta ab abruptis montium præcipitiis exiſtimatur, croco & animalibus innumeris abundans. Cæterum haud modò mihi conſilii eſt de Aprutii originibus, populis, rebuſque ab ipſis præclare geſtis ſcribere, cum apud pleroſque alios hoc ipſum poſſit haberi, neque de omnibus inclytæ hujus Provinciæ Epiſcopatibus, cum ex iis aliquot, qui immediatè Romanum Pontificem agnoſcunt in noſtro primo Tomo inter exemptos Romanæ Provinciæ recenſuimus, ſed tantum in hac decimaquarta noſtra Provincia de Teatina Metropoli, ejuſque Ortona ſuffraganea Eccleſia, atque de Anſano exempto regioque Archiepiſcopatu more noſtro ſermonem inſtituere. Nec ſilentio hic obruendum puto, quod in hac Provincia antiquitus erant Epiſcopatus Amiterninus, cujus civitas Mediterranea fuit Metropolis Veſtinorum, ut colligitur ex Catone in originibus, Strabone, ac Varrone, qui 4. de lingua Latina, nominis originem eam prodit, dictos ſcilicet Amiterninos quod circa amnem Aternum incolant. Plinius Amiternum in Sabinis ponit, ea de cauſa, quod Amiternini, ut tradit idem Varro libro quinto, à Sabinis venerunt. Amiterninus Epiſcopus

A fuit S. Victorinus Martyr, qui ſanctitate, & miraculis clarus, Sacerdotium Amiterninæ urbis totius populi electione adeptus eſt, poſtmodum ſub Nerva Trajano apud Cutilias ubi putentes & ſulphureæ emanant aquæ cum aliis Dei ſervis relegatus ab Aureliano judice juſſus eſt ſuſpendi capite deorſum, quod cum per triduum pro nomine Chriſti paſſus fuiſſet, glorioſè coronatus victor migravit ad Dominum, cujus corpus Chriſtiani rapientes honorifica ſepultura Amiterni condiderunt. Natalis ejus ex Rom. Martyrol. agitur 5. Septembris. Alius porro hic eſt à Sancto Victorino germano Sancti Severini Septempedoni, ut præclarè Baronius obſervat. Amiterno autem diruto loci illius Epiſcopi is erat titulus; N. Epiſcopus Caſtrorum Amiterninæ civitatis, ut videre eſt apud S. Gregorium lib. 1. Dial. cap. 4. Amiterni 24. Julii paſſio Sanctorum militum octuaginta trium, quorum cohortis Principes fuerunt Florentius & Felix, ut conſtat ex m. ſ. codicibus Aquilanis, ex Mart. Rom. Fur-
B conienſis antiquus Epiſcopatus in Veſtinis quondam ſedes fuit ſuffraganea Romani Pontificis, ab Alexandro IV. in Aquilam novam urbem tranſlata, & titulum duntaxat Furconienſis Eccleſiæ retinere conſtituit; Sed jam ipſe etiam obliteratus eſt, & Aquilanus appellatur. Epiſcopus Furconienſis in Concilio Romano ſubſcripſit ſub Agathone Papa, & Sanctus Raynerius Furconienſis Epiſcopus fuit, cujus natalis agitur ex Mart. Rom. 30. Decemb. De tranſlatione Furconienſis Eccleſiæ in Aquilam novam egimus in 1. noſtro Tomo. Sed duobus à Julia Nova Aprutinæ Diœceſis oppido ſtadiis extare templi peram pli veſtigia referunt, circumquaque multas ædificiorum ruinas, ubi indigenæ affirmant fuiſſe olim Sedem Epiſcopalem, ſed nullum habent fundamentum, ad probandum quod ibi fuerit Epiſcopatus. Crediderim autem macerias eſſe antiqui oppidi S. Flaviani, quod ob cæli inclementiam Julius Aquivius in Juliam novam ab ſe conditam tranſtulit, ut Leander atteſta-
C tur. In hoc oppido aſſervatur caput, & corporis pars Sancti Flaviani Epiſcopi, reliquam in Teatina Metropoli honorificè venerantur: Fortaſſis, ut credunt indigenæ, potuit Flavianus iſte Sanctus ejuſdem loci eſſe Epiſcopus, in cujus honorem S. Flavianum oppidum dixerunt. Atque hæc de hac Provincia veteribuſque deletis Epiſcopatibus ſufficiant, nunc ad Metropolim Teate tranſeo.

T E A T I N A
METROPOLIS
Cui unicus ſuffraganeus eſt
Epiſcopatus Ortonæ.



TEATE antiquiſſima quondam urbs Marrucinorum Princeps, nunc Aprutii Metropolis, in edito, amœnoque colle condita exſtructaque eſt, atque ita poſita haud longè à Supero mari, ut mediterranea ſit, ſuiſque collabentem pedibus conſpiciat Aternum flumen, cujus origo adeo pervetuſta, ut aliquibus ejus indagantæ originis cupidis fabuloſa etiam quædam adiiciendi occaſionem dederit. Etenim alii in fictam Titeam, quam Veſtam vocant, ejus retulere principium, & nomen, poſtea in Teate derivaſſe quod hodie vulgus appellat *Teti* & frequentius *Chieti*. Alii ab Hercule, vel ab ejus ſociis, aut à Græcis è Tege Arcadiæ oppido appulſis ante Trojanum bellum DLX. annis, vel paulo ante Ilii excidium à Thetide Achillis matre, vel paulo poſt ab ipſomet Achille in matris honorem conditam fuiſſe, & nomen accepiſſe volunt. Nec deſunt, qui ſcribant, Teate conditores non alios fuiſſe, quàm Italos Aborigenas, ſive Autochthonos, quales ſe eſſe gloriabantur Athenienſes, cujus rei diſquiſitionem aliis libenter relinquimus, cum ſatis nobis conſtet Teate antiquiſſimam Marrucinorum urbem fuiſſe ante ipſam Romam conditam, & caput gentis, maximè, ut innuit Strabo capite 5. ubi in univerſum Veſtinis, Pelignis, Marſis, & Marrucinis. Silius magnum vocat Teate. Memoratur Statio lib 4. Silv. ubi de Veſuvii montis incendiis, agrorumque circumvaſtatione ad Marcellum.

—Procul iſta tuis ſint fata Teate
Nec Marrucinos agat hæc inſania montes.

Meminerunt præterea Teate Plinius, Ptolomæus, Itineraria, Mela, Volaterranus, Pacius, Ubertus, Leander, Cluverius, pluresque tum antiqui, tum recentiores ſcriptores. Ejus antiquitatem monent veſtigia, quæ etiam nunc extant, antiqui Amphitheatri, Herculis templi, veterum inſcriptionum, ſtatuarum, numiſmatum, cæterorumque id generis monumentorum quæ paſſim inveniuntur. De Teate antiquo, ejuſdemque origine & nobilitate luculenter ſcripſit doctus amicus noſter Lucius Camarra Junior nobilis Teatinus. Hanc civitatem Coloniam Romanorum aliqui fuiſſe ſcribunt, quod nec Plinius, nec Frontinus, neque ullus antiquus lapis teſtatur. Poſt Veſpaſiani tempora municipium fuiſſe aliqui autumant. Floruit qua opibus, qua armis Romano florente Imperio, donec Italia Barbarorum attrita incurſionibus, & ipſa viſa eſt cecidiſſe, & in Longobardorum deinde poteſtatem devenit, qui eam ob loci opportunitatem, amœnitatemque inter cæteras finitimas urbes excoluerunt, tituloque Comitatus condecorarunt. Sed iis dominantibus penè periit (ſi Scipioni Mazellæ credimus) ſub Caroli Magni Regnum, expugnante Pipino filio; tunc triginta duo millia civium circiter in ea occiſa ſunt, atque ſi non in totum exciſa, magna ex parte deformata eſt. Ita permanſit quouſque à Normannis Principibus reſtauraretur. A Normannis ad Suevos dilecit, deinde ad Francos, ac tandem ad Hiſpanos, ſub quorum leni jugo tuta quieſcit, qui Regiam Aprutii Provinciæ Curiam in ea firmarunt, & ſpecioſum Comitatus titulum Præſulibus Teatinis addixerunt, quem prædeceſſores à Dragone Normanno viſi ſunt accepiſſe. Hæc urbs cœlo ſatis utitur benigno, ac ſalubri, atque in omni memoria viris & ſago & toga, tum ſanctitate illuſtribus gravis, fetaque fuit. Ad decem millia alit fidelium, pulchris ædificiis, civiumque nobilitate nitet, uberrimoque ſolo gaudet, digna quippe, ut ab omnibus vicinis populis invideatur. Cæterùm Teate, ut conſtans fama eſt, vivente Apoſtolorum Principe Petro ſacram ſuſcepiſſe fidem, & tunc primum habuiſſe paſtorem non inſipienter gloriatur; tametſi ex alumnis Petri quis primus fuerit, qui Evangelium diſſeminaverit, vel qui primus ibi ordinatus ſit Epiſcopus ſignatè non habet, quorum nomina in illo Chriſtianarum perſecutionum æſtu intercidiſſe fatetur. Juſtus Sipontinus Presbyter, Florentius & Felix germani fratres una cum Juſta virgine, divino afflante ſpiritu, Teate cum appuliſſent, eo ſcilicet tempore, dum Maximilianus in Chriſti fideles crudeliſſimè deſæviret, fidem, quam olim à Petri diſcipulis

Theatini audiverant, conſtabilierunt, & poſt ipſos alii Chriſti Martyres, & Sancti Confeſſores mirificè propagarunt, inter quos omnium clarus Sanctus fuit Juſtinus alrer civis & Epiſcopus Teatinus, cujus cura Chriſtianus cultus Teate mirum in modum adauctus eſt, itant expugnata Idololatria, conſtabilita Sede Teatinaque Diœceſi, templa Chriſto Domino, ejuſque Virgini Matri, & Sanctis dedicata fuere. A Juſtino igitur ſanctiſſimo Præſule & Patrono, qui paulo poſt Sylveſtrum I. Papam, vel eo vivente potui floruiſſe, coacti ſumus aſſerere fidem Chriſti Teate altas, ſtabileſque egiſſe radices, atque ſeriem noſtram ab ipſo exordiri Teatinorum Præſulum. Non ſum tamen neſcius, nonnullos ex recentioribus ad laudem ingenii ſcriptum reliquiſſe ante Juſtinum decem & tres Sanctos fuiſſe Epiſcopos *a*, quos nominatim rrecenſent, auctoritate ducti cujuſdam vetuſtiſſimi Kalendarii Eccleſiæ Teatinæ; ſed cum alii ex iis ſimplices Confeſſores in eo ſcribantur, alii cujus civitatis fuerint Epiſcopi ibi non indicentur, non video, cur hæc nova Epiſcoporum additio, fidem illorum adimere non poſſit; ſed de hac re judicent alii. Interim ego, nec abnuo, nec aſtruo, & à Juſtino exlia, quorum nomina ad poſteros perennavit, omnium clariſſimo, noſtram incipiemus narrationem. Verùm Epiſcopi, qui poſt aliqua ſæcula à Juſtino in hac Cathedra ſederunt Comitis titulo, pluribuſque nobiliſſimis Toparchiis, & vaſſaliis, cum à Regibus, Principibuſque viris condecorati fuiſſent, à ſummis quoque Pontificibus inſigniti ſunt privilegiis, inter quæ quod & Sanctæ Sedi immediatè ſubiecti erant, donec à Clemente VII. anno ſal. 1527. Eccleſia Teatina Metropolis declarata eſt, eidem pro ſuffraganeis attributis Pennenſi, Adrienſi, & Anſano Epiſcopis; ſed ii deinceps cum jugum excuſſiſſent, Ortonæ novus Epiſcopatus idem datus eſt ſuffraganeus. Archiepiſcopalis menſæ annuus cenſus ducatorum 1250. explere dicitur, taxatur verò in libris fiſci Apoſtolici flor. 500. Quod autem ſpectat ad Templa, Metropolitana Baſilica titulo S. Thomæ Apoſtoli, & Divi Juſtini Epiſcopi urbis Patroni in locu patenti conſtructa ampla, & vetuſtate nobilis, pluribus Sanctorum corporibus, & innumeris condecoratur reliquiis. Conſtat Capitulum una dignitate Archidiaconatu, quatuordecim Canonicis, qui eidem inſerviunt Eccleſiæ cum decem Hebdomadariis, duobus Sacrarii Cuſtodibus, Ceremoniarum magiſtro, aliiſque plurimis minoris gentis Presbyteris, ac Clericis. In civitate præter Cathedralem tres ſunt aliæ Parochiæ, plures viſuntur Eccleſiæ, & Oratoria decentiſſimè ornata. Nec deſunt hoſpitalia, nec Seminarium Clericorum, tum hoc tempore religioſorum virorum Monaſteria recenſentur, Dominicanorum fundatum circa annum Domini 1280. Conventualium Sancti Franciſci circa illa tempora conſtabilitum; Eremitarum S. Auguſtini conditum anno 1316. Sancti Franciſci de Paula ad S. Mariam de Contrata inſtitutum anno 1602. Societatis Jeſu Collegium bono omine Teatinæ urbis in ædibus Donati Aluci pii fundatoris cœptum eſt anno 1593. una cum nova Eccleſia, quam Divis Stephano Prothomartyri, & Ignatio Lojolæ dedicarunt. Monaſterium Clericorum Regularium miniſtrantium infirmis, quorum Inſtitutor fuit Camillus de Lellis Teatinus civis, genere, & ſanctimonia vitæ clarus, ſuum initium ſumpſit anno 1605. ubi Eccleſia Sanctiſſimæ Virginis Annunciatæ conſtructa eſt. Suum quoque domicilium habent Regulares Clerici Scholæ piæ ad Sanctæ Annæ evocati anno Domini 1636. à pia liberalitate Joannis Franciſci Vaſtavignæ nobilis Teatini. Duo ſunt in civitate Monialium Cœnobia, unum S. Claræ, alterum S. Mariæ de Sancto Petro. Extra verò mœnia fratres Minorum Obſervantium ad S. Andreæ, Capuccinorum ad S. Ioannis Baptiſtæ ſua incolunt Cœnobia, & Cœleſtini Monachi habent Abbatiam S. Mariæ de Civitella. Diœceſis Teatina nobilis & ampla, cujus fines optimè conſtitui poterunt, ſi veterum Marruccinorum limites rectè determinentur, octuaginta circiter oppida & caſtra complectitur, quorum aliqua quinquaginta milliaribus à Metropoli diſtant. In ea Monaſteria aliqua ſunt, & plures fuerunt Abbatiæ inſignes: quarum maxima eſt S. Clementis de Peſcara, quæ etſi in Pinnenſi Diœceſi fundata fuerit à Ludovico II. Imp. à ſummis tamen Pontificibus Teatinæ aliquando tribuitur, donec nullius declarata Romano Pontifici immediatè ſubjecta facta eſt: S. Ioannis in Venere vetuſtiſſima temporibus S. Benedicti fundata, celebris aliquando fuit; ſic & S. Mariæ de Arabona Ordinis Ciſtercienſis, quæ cum aliis aliquot à Sancta Sede commendantur, de quibus infra aliqua proferemus. De Eccleſiæ Teatinæ dignitate, diœceſi, Epiſcopis, Cœnobiis, Eccleſiis, Sanctorumque Lipſanis Hiſtoriam ſcribere cogitaverat ſupra laudatus Lucius Camarra, pluraque monumenta congeſſerat, ſed morte præventus Nicolao Toppio Concivi viro Clariſſ. opus perficiendum reliquit, cujus in ſuo antiquo Teate cum laude meminit. Teatinorum portò Præſulum ſeriem ſexaginta ab hinc annis ſummo labore, ſummaque diligentia ex veteribus membranis Teatini tabularii concinnavit vir antiquarum rerum peritiſſimus Sinibaldus Baroncinus Ariminenſis, Canonicus Teatinus, quam nuper è Latino in vulgarem ſermonem translatam ſibi aſtruere conatus eſt vir bonus Hieronymus Nicolinus in ſua Teatinæ civitatis Hiſtoria. Nos verò ex ipſa Baroncini ſerie; quæ m. ſ. extat apud nos, aliiſque auctoribus, monumentiſque noſtris ſequentem proſerimus.

1. S. JUSTINUS civis, Epiſcopus, & Patronus Teatinus, cujus corpus in Metropolitana ſervatur. Feſtum agitur Kal. Ianuarii. Ejus vitæ ſive bellorum, ſive temporum injuria deperditæ hiſtoriam reparare nonnulli conati ſunt; verum cum inter ſe de tempore, quo Juſtinus floruerit non conveniant, & quæ à Sancto Juſtino Presbytero Sipontino patrata fuere, qui imperante Maximiliano cum fratribus ſuis Florentio, & Felice, ac Juſta Teate aliquando verbum Dei diſſeminavit, oſcitanter Juſtino Epiſcopo attribuunt, cæcutire viſi ſunt. Ego verò, ut alieno judicio non aberrem, multis de cauſis Juſtinum Teatinum Epiſcopum longè diverſum à Juſtino Presbytero Sipontino, & ut ſanctitate præcipuum, ita Teatinorum Epiſcoporum omnium quorum memoria extat, antiquiſſimum eſſe credo. Nam licet ab omni prorſus memoria hominum ejus acta, ſive res geſtæ exciderint, ac propterea obſcurum ſit, ſub quibus Principibus, aut Summis Pontificibus tantus vir floruerit (ſiquidem ex miraculorum ejus poſt mortem geſtorum monumentis, quæ in antiquis membranulis exarata apud Eccleſiam Teatinam poſterorum memoriæ conſervata per annos ferè trecentos, ut ex eiiſdem membranulis apparet) nihil tale certè expiſcari poteſt, quis tamen inficiabitur, eum ab antiquiſsimo tempore in hac urbe Teatina habuiſſe templum in ſui honorem dedicatum? ubi etiam hodie ſumma veneratione colitur, & Kalendis ipſius Januarii memoria ejus quotannis ſumma celebritate agitur, eo ipſo die, quo & Dei filius natus ex Virgine primum in Circuncisione ſanguinem ſudit, Salvatoris nomen accepit. Et quidem in antiquiſsimo Martyrologio manuſcripto in membranulis, quod ſervatur in ſacrario Eccleſiæ Teatinæ, habetur de Circunciſione Domini, & Sancto Juſtino mentio hujuſmodi. *Kal. Januarii Circumciſio Domini. In Teatina civitate Natalis Sancti Juſtini Epiſcopi, ac Confeſſoris*. Item etiam in ſimilis Miſſalis manuſcripto Calendario hoc modo. *Kalend. Januarii Circumciſio Domini. Blaſii, & Juſtini*. Qui duo libri cum ex quibuſdam orationibus appareat, quod fuerunt ſcripti tempore Guilelmi Regis, quippe, qui tunc vivebat, ſi de primo Rege Guillelmo intelligimus (duo enim fuerunt hujus nominis utriuſque Siciliæ Reges) cognomine I.

Ma-

A Malo, certum eſt eum fuiſſe creatum Regem anno Domini 1150. qui vixit, licet partim cum filio, annis 21. de ſecundo, qui cognominatus fuit Bonus ejuſdem Mali ſecundo genitus, ſucceſſit in regno anno 1170. & cum regnaſſet ann. 26. ſanctè & religiosè obiit ann. 1186. utet ipſorum Rex fuerit tunc temporis, à quolibet ipſorum numerabuntur anni uſque ad hæc noſtra tempora, profectò, invenientur pluſquam quingenti. Præterea (quod ad oſtendendam ipſius Eccleſiæ Sancti Juſtini antiquiſſimam fundationem non minus intereſt, in quodam libello donationis factæ in manibus Epiſcopi Attonis anno 1065. à quibuſdam Borrellis nominatur Epiſcopus Teatinus Sancti Thomæ Apoſtoli, & Sancti Juſtini Confeſſoris, ad quorum honorem donationem hujuſmodi fieri aſſeritur; idem apparet ex altero donationis documento, de Caſtro Orni anno 1113. tempore Gulielmi tunc Epiſcopi Teatini. Imò de Eccleſia Sancti Juſtini, & de Canonica ibidem ædificata tempore Ludovici B Pii habetur mentio in Actis Theodorici hujus nominis primi Epiſcopi Teatini, anno Imperii ejuſdem 29. ſalutis verò 840. quæ quidem omnia altiora principia, & multo antiquiorem memoriam de Sancti Juſtini temporibus innuere videntur. Merito igitur primus locus ante omnes Epiſcopos Teatinos Juſtino competit ſanctiſſimo Præſuli, qui civis, & Teatinus Præſul, Teatino, inquam, genere ſatus aſſeritur in inſcriptione ſequenti, quam circa confeſſionem ſeu altare Sancti Juſtini fieri mandavit Epiſcopus & civis Teatinus alter nomine Marinus de Tocco anno ſalutis 1432. qui ibidem ejuſdem Sancti reliquias honorificè condidit. Porro inſcriptio his mendoſis carminibus in lapide ſculptis proſtabat legentibus.

Continet hæc almi Juſtini Præſulis artus
Conchu. Teatini, Teatino genere ſati.
Eſt qui magnipotens urbis Teatinæ defenſor,
C *Obtentor precis, orans pro ſupplice quoque,*
Extitit & fido, cum quo quam gratio Celſi,
Præluſtris fuerit, deſcripta miracula promunt.
Ergo procumbe vovens, quisſis, qui venis ad arcam,
Qui Thetis Antiſtes recondidit oſſa Beati
Genitus à Tocco devota mente Marinus,
Et Clero canente, votiva ſupplice plebe:
Anni cum Chriſti mille trigintaque duo,
Et centum quater erant, Maiique Kalendæ.

Quanti verò meriti Beatus Juſtinus fuerit apud Deum ex multitudine, ac ſimul magnitudine miraculorum clariſſime patet, unde merito Teatini ejus nomini devotiſſimi, præcipuum eum ſibi patronum delegerunt, atque argenteum ſimulachrum cælati operis à medio ſurſum, quod adhuc viſitur dedicarunt anno 1445. Brachium ejuſdem theca argentea incluſum honorificè, ac religiosè ſervatur in ſacrario, cujus aſpectu ſæpè ipſa urbs ab incendiis mirabili virtute liberata legitur. Monu-
D menta nonnulla de hoc Sancto collegit Sloibaldus Baroncinus atque opuſculum conſcripſit; libellum quoque miraculorum ejuſdem, quæ Sanctus poſt obitum egit, evulgavit. Ejuſdem vitam ſcripſit Paulus Regius, ſed ſurſum deorſum acta confundit, ac multa ad laudem ingenii enarravit, illumque portentosè refert obiiſſe anno 5132 die 28. Aprilis, quæ dies tranſlationis fuit corporis ejuſdem Sancti in novo ædificato ſacello & ara ab Epiſcopo Marino, ut ſuperius dictum eſt. Noviſſimè Lucius Camarra junior hiſtoriam S. Juſtini meditabatur conſcribere, ſed morte præventus inchoatam, incultamque reliquit. Cæterum carmina illa à Marino, eo in ſacello olim appoſita calce fœdata fuere ab Archiepiſcopo Marſilio Perutio, qui ſacellum & altare nobilioribus, pulchrioribuſque marmoribus, ac lapidibus exornavit, aliamque inſcriptionem in ipſius Altaris lateribus incidendam juſſit.

Aram Sancti Juſtini Præſulis, & civis Teatini ſacris cineribus dicatam miraculis illuſtrem, Marinus de Tocco Præſul, Comes, & civis Teatinus ſtructura marmorea magis conſpicuam reddidit. M.CCCC. XXXII.

In alia parte Altaris ita legitur.

Sancto Juſtino hujus Eccleſiæ Epiſcopo, & Patrono Aram cum ſacello cultui ſacro & miraculorum nobilitati jam per ævum imparem, Marſilius Perutius de Mandolpho Archiepiſcopus, & Comes Theatinus, in hanc longe ornatiorem formam pietatis ergò reſtituit. Anno Jubilæi M.DC.XXV.

Juſtini dies Natalis pluribus abhinc ſæculis ab Eccleſia Teatina die prima Januarii ſolemni ritu agebatur, donec a Paulo Toloſa Archiepiſcopo anno 1616. in Synodo eodem anno celebrata ad majorem Sancti celebritatem tranſlata eſt ad decimamquartam ejuſdem menſis.

Cæterum viſum eſt Juſtini Presbyteri Sipontini fratrumque ſuorum Florentii & Felicis Chriſti martyrum, una cum Juſta ſanctiſſima Virgine acta hic exhibere, qui aliquando ſua prædicatione Teate illuſtrarunt, ut Juſtus Sanctus Teatinæ urbis Epiſcopus & Patronus, à Juſtino Sipontino diverſus agnoſcatur, quorum acta à quibuſdam corruptiſſime relata fuerunt ac confuſa, uni attribuendo, quod alteri competere videbatur. Acta Sipontino eum ex veteri m.ſ. membranaceo codice candide excepta mihi dono dedit bon. mem. Gaſpar de Simeonibus amicus meus doctus nobilis civis Aquilanus, qui ſub Pontifice Innocentio X. Romæ obiit Brevium Principum à Secretis.

Acta Sanctorum Iuſtini Presbyteri Florentii, Felicis, & Iuſtæ.

Per univerſum Terrarum orbem multa mirabilia fecit Deus, & facturus erit; Cælum, & terram ſuo verbo creavit, ſydera cæli, & beſtias terræ, & piſces aquarum ſuo imperio fecit; hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam condidit (Multum enim plus diligit Deus hominem, quam ipſe ſe diligat homo) & tanta fuit ejus pietas, & charitas, quod miſit Filium ſuum in mundum, ut redimeret genus humanum à peccatis ſuis, & dum in carne humana fuit, mortuos ſuſcitavit, infirmos curavit, leproſos mundavit, cæcos illuminavit, dæmones effugavit, in cruce poſitus, & in ſepulchro jacuit, & die tertia reſurrexit, & juſſit diſcipulos ſuos, ut per univerſum mundum ſuam doctrinam docerent, & evangelizarent omnes gentes, & baptizarent eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Tunc miſit duos viſitatores mundi in Italiam, quorum nomina vocantur Petrus & Paulus, innumerabiles enim populi per illos crediderunt, & multi etiam uſque ad martyrium pervenerunt, & ſic paſſi ac coronati ſunt.

Deinde per nanos audientes de eorum doctrina tres germani fratres, qui habitabant in civitate Sipontina, quorum nomina ſunt Florentius, Juſtinus, & Felix ad Apoſtolorum doctrinam cum nimio amore converſi ſunt. Juſtinus vero plus erat diſertior linguæ, & in ſermonibus eruditus, quam alii. Denique parentes ejus ad doctrinam dederunt eum Epiſcopo, qui in urbe erat. Igitur Epiſcopus poſt annos viginti Beatum Juſtinum ad Presbyteratum elegit, & cum in eadem civitate habitaret Juſtinus presbyter docebat fratres ſuos diſciplinam timoris Dei. Audiens autem Beatus Florentius de actis Virginis Mariæ, matris Dei, votum vovit, ut ſi Dominus ſibi dediſſet filiam ad ejus doctrinam eam traderet. In illo autem tempore nata eſt Infantula nimis ſpecioſiſſima, quam videns Florentius, lætatus eſt valde ipſe, & parentes ejus. Tunc dederunt eam Juſtino Presbytero,

at

ut illam baptizaret, & ejus nomine Juſtam vocaret; Cum autem eſſet adulta Beata Juſta, in laboribus ſpiritualibus aſſiduè vacabat, & ad Eccleſiam frequenter converſabatur. Dedit ei ſenſum, & pulchritudinem Interea locutus eſt Juſtinus Presbyter fratribus ſuis; Diſciplina enim Domini noſtri Jeſu Chriſti nos admonet, quod qui dimiſerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit; Et alibi; Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Illi autem cum audiſſent, dimiſerunt omnia pro Chriſti nomine, & exierunt de civitate Sipontina, & ambulaverunt ſecus mare Adriaticum, & contra Occidentem pergebant, & cum iter agerent, tanta erat moderatio, & loquacitas Beatæ Juſtæ, quod de labore vel fatigatione itineris paululum ſentiebant. Cum pervenisſent ad civitatem Teatinam, moratiſunt ibi per dimidium annum. Beata enim Juſta ſic erat intenta de ſpirituali doctrina, ut eſcam, quam ei Dominus per parentes dabat, pauperibus dividebat, & quod de cæleſtibus poterat audire omnia in corde ſuo retinebat. Pergebant omnes in civitate, vel qui in circuitu ejus habitabant, & ibant ad prædicationem Juſtini presbyteri, & quidam homo nobilis in eadem civitate qui habebat filium ægrotum, quaſi ad exitum pergentem, proſtravit ſe ad pedes Sanctorum & dixit, Obſecro vos ut dignemini ſanare filium meũ, antequam anima ejus egrediatur de corpore. Illi autem cum audiſſent, nullam moram facientes, ibant ad domum ejus, & dum vidiſſent illum jacentem quaſi mortuum, ex toto corde Dominum rogaverunt, & dixerunt, Domine Jeſu Chriſte, qui filium Reguli ſanaſti, & leproſos mundaſti, dignare ſanare adoleſcentulum iſtum, ut cognoſcant hi omnes, quia tu es benedictus in ſæcula ſæculorum, & cum omnes reſpondiſſent, Amen, Statim ſurrexit de lecto, & cœpit benedicere Deum Patrem omnipotentem Creatorem Omnium. Dum pater infantis videret illum ſanum, cœpit adducere aurum, & argentum, & veſtimenta pretioſa, ut tribueret eis, illi autem noluerunt recipere, & dixerunt; iſta munera ſunt neceſſaria illis, qui terrena quærunt. B. Juſta dixit eis, opportunum nobis eſt, ut accipiamus, & pauperibus dividamus, quia Propheta dixit; Diſperſit dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. B. Laurentius dixit, omnes theſauros Eccleſiæ pauperibus tribuite. Illi autem accipiẽtes, pauperibus, & orfanis dabant omnia: poſt duos autem dies audierunt quod multi hæretici, & in Domino non credentes habitarent in loco, qui Furcone dicebatur; & dixerũt ad invicem. Quare hic moram facimus, quid nobis proficit? Pergamus ad illos, & doceamus eos diſciplinam Domini, Populus vero dicebat, omnes homines fugiunt de loco illo, & quomodo vultis vos ire? Reſponderunt Florentius, & Felix, & dixerunt, qui fortes hoſtes vincit, fortior ſpolia capit, & qui plus laborat, plus habet gloriam æternam, Exierunt de civitate illa quinto decimo Kal. Madiarum, & venerunt in Furconem, in vicum, qui Offidius dicebatur, & viderunt plurimam partem populi ad ſimulacrum ire, cujus nomen Idolum Jovis dicebatur, portantes aromata, & incenſum, vel lucernas. Erat autem in ipſo vico Chriſtianus, cujus nomen erat Hilarius, ille autem cum omni familia Dominum cæli colebat, & eleemoſynam aſſiduè faciebat, & hoſpites in domo ſua recipiebat, hic cum vidiſſet Sanctos Domini defatigatos ante domum ſuam jacentes, dixit ad eos, ſurgite, & comedite antequam populus revertatur, quia ſi viderint vos, lapidibus vos obruent; & illi ſtatim intraverunt, & comederunt, & cum comediſſent, benedixerunt illum dicentes: Qui benedixit Abraham, Iſaac, & Jacob, ipſe benedicat te, & domum tuam, & omnes habitantes in ea, & multiplicetur ſemen tuum, & ſit benedictum in ſæcula. Deinde ſurgebant mane, & pergebant per caſtella, & villas prædicantes, & evangelizantes verbum Dei; innumerabiles enim populi per eos crediderunt. Videntes autem Pontifices Idolorum, quod populus ad eos convertiſſet, irati ſunt valde, & miſerunt legationes Romam ad Maximianum Imperatorem,

A *dicentes: Sunt enim tres viri, qui præceptis tuis non obediunt, ſed ſeducunt populum. Tunc Maximianus Imperator direxit cum eis milites, & ſpeculatores, ſi non adoraſſent Deum Jovem, capita eorum punirentur; Unus autem Juvenis, cujus nomen erat Aurelius, & erat potentiſſimus valde, & habitabat in civitate Cona, videns pulchritudinem Beatæ Juſtæ, conglutinatus eſt animus ejus ad eam, & celavit in corde ſuo longo tempore, & cum jam ſubſtinere non poſſet, dixit ad eam, Rogo te Juſta, audi conſilium meum, & ſalva eris, ſi tu conſentias mihi, & adores Dominum meum Jovem, & relinquas Dominum tuum, beatam te faciam eſſe ſuper omnes mulieres iſtius loci, & te in conjugio meo ſociabo. Beata Juſta reſpondit, hoc quod dicis vanum eſt, & inutile, Vis ut dimittam Dominum Creatorem omnium, & adorem Idola vana manufacta, quæ nec mihi, nec tibi proderint, tunc inter ſe multum contendens, quaſi una hora; & iterum dixit Aurelius, & ſi Dominum noſtrum adorare non vis, tantum conſenti mihi, ut invereris ætatem*

B *tuam, B. Juſta reſpondit, nec Dominum tuum adoro, neque tibi conſentio, & cum nihil proficere potuiſſet, reverſus in domum ſuam, & præ nimio dolore jactavit ſe in ſtratu ſuo, & anxiabat Die autem altera dum aurora lucis prorumperet, ſurrexit, & abiit per univerſos amicos ſuos, & nobiles, & petivit eis, ut in abſconſo darent ei aurum, & argentum, & gemmas, lapides pretioſos, margaritas, & ſerica veſtimenta. & oſtendit omnia B. Juſtæ & dixit; Iſta, & alia multa tu lucraberis, ſi conſiliis meis adhæſeris: at illa in furore magno dixit ei, Vade Sathana, quia Diabolo ſimilatus es, & opera ejus agis, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum voluit ſeducere, ſicut ſeduxit Adam, & uxorem ſuam Evam: aurum & argentum, & omnia regna mundi oſtendit ei, ſed nihil accepit; Ego enim tantum vereor illum, & timeo, quia magnus eſt, & metuendus. De his omnibus nihil accipio: Aurelius dixit; Et quomodo in fine viro es? quia anni tui jam ſunt decem, & octo. Juſta reſpondit; Expertum tibi ſit, quia alium virum habeo, qui pretioſior eſt te, &*

C *potentior, & anulum in digito meo miſit, & cingulum auro textum mihi tradidit, & gemmas, & margaritas in collo meo poſuit, & ſanguis ejus faciem meam ornavit, & os ſuum frequenter os meum oſculatum fuit, & in ſuo thalamo requievi; non eſt enim juſtum, ut priorem dimittam, & alium accipiam; Aurelius autem cum hæc audiſſet, iratus eſt valde, & dixit, ſi virum illum ſcire poſſum, te, & illum peſſimè condemnabo B. Juſta reſpondit; Et ego enim te non timeo, neque tormenta tua paveſco, tormenta mea modicum tempus ſunt, ſed in de tormentis tuis per decem millia annorum non poteris venire ad finem. Tunc Aurelius reverſus fuit, & reddidit theſaurum unicuique, a quibus acceperat, & conſtituit diem aptum, quando eam violenter poſſit accipere: Hilarius enim habebat in domo ſua nepotem cæcum, & jam quatuor anni erant, quod lumen non viderat, tunc rogavit Beatam Juſtam diligentiſſime, ut viſum redderet illi: at illa expandit manus ſuas ad Cęlum. & dixit; Domine Jeſu Chriſte te confiteor corde, & ore, tu qui es miſericors,*

D *& pius, tu qui es magnificus, & glorioſus, exaudi me famulam tuam, Domine qui cęco nato oculos aperuiſti, & eum te videre feciſti, aperi oculos viri iſtius, ut videat lumen, & exaudivit Dominus orationem illius, eadem vero hora vidit lumen; Audientes autem alii cæci de civitate Cona, veniebant ad B. Juſtam, & illuminabantur omnes; Die quadam ibat B. Juſta cũ duabus mulieribus ſecus aquam, quæ dicitur Vera, videns illam Aurelius, itinere arrepto poſt illam, cum decem viris, ut violenter acciperent eam, Reſpiciens autem Beata Juſta, vidit eum poſt ſe venientem, excalciavit ſe feſtinanter, ut tranſiret aquam, cumque jam prope aſpiceret Aurelium præ timore nimio cecidit in aquam, & dimiſit calceamenta, quæ in manu tenebat, & fugit foras longe à Vera, quantum homo lapidem jactare poteſt, ad radicem montis Offidii, cumque voluiſſent arripere, tanta cæcitate comprehenſi ſunt, ut nullus eam videre poſſet; (putaut multi, quod Mons Offidius ſe aperuiſſet, & ſuſcepiſſet eam) at ille*

 Ff re-

repletus ira, & furore cœpit anguſtiare, & mandavit ad Aquilinum amicum ſuum & ad alios amicos ſuos, ut venirent, & circumirent montem Offidium; mons itaque Offidius ex uno latere nemoroſus erat nimis, at illi colligentes multitudinem virorum, ac ſervorum, circumierunt montem Offidium, & omnes vias, quæ circa ipſum montem erant, & non invenerunt eam, ſicque fatigati ſunt, & anguſtiaverunt, nec loqui poterant, nec ad domum ſuam reverti; Audientes hoc Chriſtiani cœperunt flere, dicentes, ô ſi videant oculi noſtri famulam Dei Juſtam; quædam mulier, quæ cum Beata Juſta fuerat, intravit in Veram, & invenit calceamenta Beatæ Juſtæ ſicca, quaſi in arido jacuiſſent, accepit ea in manibus ſuis, & revertebatur ad domum Hilarii, ubi erant congregati Chriſtiani: at illi accipientes, & præ nimio amore oſculabantur calceamenta. Beata Juſta ſedebat in antro ad radicem Montis Offidii, deſcendit enim Angelus Domini, & ſedit juxta eam, dedit ei manducare, & bibere, & rogabat eum Beata Juſta, ut egreſſus, & labia redderet illis, qui eam quæſierunt, exaudivit eam Angelus Domini, reverſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam, & cœperunt laudare Dominum, dicentes, Magnus eſt Dominus Beatæ Juſtæ, & ipſe diriget conſilium ejus. Sancta autem Juſta exiit de ſpelunca, & perrexit ad domum Hilarii, & invenit ibi patrem ſuum Florentium, & Felicem, atque Juſtinum Presbyterum. Reverſi ſunt Cuſtodes Idolorum de Roma, & invenerunt Sanctos Dei congregatos. Cum vidiſſet eos Juſtinus presbyter fugit cum duobus Clericis ſuis contra Septemtrionem in montem, qui dicebatur Tubernium, & moratus eſt ibi cum paſtoribus per unam hebdomadam, & cœpit ad eos loqui magnalia Dei, in tantum immonuit, ut omnes crederent, & baptizati ſiat, & vocatum eſt nomen montis, Mons Chriſti, uſque in hodiernum diem, & quod opus Chriſti initiatum eſt in illos; Tunc cuſtodes Idolorum ligaverunt Florentium, & Felicem, & Beatum Juſtam, & portaverunt illos cædendo, ad civitatem Conam, ad templum Jovis, & dixerunt, aut ſacrificate Diis, aut diverſis pœnis puniemini; Reſponderunt omnes ſimul, & dixerunt, Melius eſſe nobis mori, quam Dominum noſtrum dimittere, & Idola vana adorare, & colere. Maledicti ſunt omnes, qui confidunt in Idolis, ſimiles fiant illis, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis, & cum diu contemnerent, & non potuiſſent ſuperare illos, imperatum eſt ſpiculatoribus, & pontificibus templi, ut decollarent illos. Cum pergerent ad locum, ubi decollandi erant, clamabat Juſta voce magna dicens, Quare me derelinquis Pater ſancte, & quare tecum non morior, Reſpondens Florentius, Expecta modicum, dulciſſima filia mea, quia majora tibi debentur certamina, tunc decapitati ſunt in agro juxta flumen Abbellinum octavo Kal. Auguſtas, & dimiſerunt corpora eorum in ipſo loco. Audiens hoc Beatus Juſtinus deſcendit de monte & nocte ſepelivit corpora eorum in una maceria, & reverſus eſt ad montem Chriſti. Tunc pagani miſerunt S. Juſtam in carcerem uſque in diem quintum. Poſt quinque vero dies extraxerunt eam ligatam de carcere, & accenderunt caminum ignis, pluſquam ſuccendere conſueverant, ut jactarent ibi Sanctam Dei Juſtam, & dixerunt ad eam; Nunquid non times flammas iſtas? Beata Juſta reſpondit; Et vos non timetis flammas æternas inferni? Cum hæc ad eam loquerentur, venit mulier cujus filius unicus fuerat mortuus, proſtravit ſe ad pedes Beatæ Juſtæ cum fletu magno, & dixit; Obſecro te Beata Juſta, ut ſuſcites filium meum. Dum vidiſſet eam Beata Juſta flentem, pietate commota eſt, oculos, & manus ad Cœlum levavit, & dixit, Domine, qui ſuſcitaſti Lazarum de monumento, & unicum filium matris viduæ vivificaſti, tu digneris ſuſcitare mortuum iſtum, ut cognoſcant omnes quia tu es glorioſus ſuper omnem terram, in illa autem hora ſurrexit puer, & paulatim cœpit ambulare, cum autem vidiſſet hoc Aurelius, credidit & converſus eſt ad Deum, volens theſaurum multum dare, ut ſolveret Beatam Juſtam, at illa rogabat eum, ne impediret paſſionem ſuam, rurſum locutus eſt ei Aurelius, & dixit, Parce mihi Sancta Dei hoc, quod in te exercui, Beata Juſta reſpondit, Indulgeat tibi Dominus omnia peccata tua; Cumque vidiſſent duo nequiſſimi, & fortiſſimi mortuum pergere, cœperunt cædere illum dicentes; Tu te finiſti mori, adjuvet te Juſta, ſi poteſt, & cum modicum illum cecidiſſet, ſtatim cæci facti ſunt, & non videbant lumen, unus autem ex illis audacior apprehendit dexteram alterius, & cœperunt ire, tunc ceciderunt ambo pariter, & unus fregit brachium, & alius nares, ut impleretur Evangelium Domini, dicens, cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadent, in illa autem hora miſſa eſt Beata Juſta in caminum ignis ardentis, & dum miſſa fuiſſet, venit ventus validus & evertit flammas ſuper illos, qui caminum accenderant. Stetit autem Beata Juſta in camino tribus diebus, quaſi ſuper herbam viridem, videntes autem Pagani, quod non potuiſſent illam per flammam ſuperare, acceperunt lanceas, & ſagittas, & perforaverunt caput ejus. Aperuit os ſuum Beata Juſta, & dixit ad illos, O miſeri, & ſtulti, quare non emendatis vos, dum lucem habetis, quia veniet tempus, quando vultis vos emendare, non poteſtis; tunc expandit manus ſuas ad cælum, & dixit, Domine Jeſu Chriſte ſuſcipe ſpiritum meum, quia jam hora eſt, ut veniam ad te; Statim vero ut oravit, clauſit oculos, emiſit ſpiritum. In illa hora vero apparuit nimbus teterrimus, & coruſcavit valde, & multi mortui ſunt de Paganis. Videntes autem increduli timuerunt timore magno, & crediderunt. Deinde obtulerunt corpus Beatæ Juſtæ, & per conſilium portaverunt ad radicem Montis Offidii ad ſpeluncam, unde Angelus Domini cum ea loquebatur; & ſepelierunt ibi eam ſub die Kalendarum Auguſtarum, longe enim diſtat ab urbe Roma itinere dierum trium prope ad civitatem Conam fere militaria duo. Venientes autem infirmi de longinquis partibus, ſperabant adhuc vitam eſſe in corpore, pergentes ad tumulum ejus ſalvi revertebantur. Plurima mirabilia fecit in vita ſua, ſed magis poſt mortem, omnes namque populi adducentes magiſtros artifices, & fecerunt Baſilicam ante os Speluncæ, largam, atque excelſam, populi vero ſicut robuſtiſſimi fuerunt in malum, ita fortes fuerunt in bonum. Audiens hæc Beatus Juſtinus Presbyter deſcendit de monte, & abſtulit Corpora Sanctorum Florentii, & Felicis, & recondidit illos juxta ſepulchrum B. Juſtæ, & docuit populum menſibus quinque; Tunc adduxerunt ei hominem vexatum in corpore, & rogaverunt eum, ut ſubveniret illi, qui cum appropinquaſſet ad B. Juſtinum, locutus eſt Dæmon audientibus cunctis; Si tu es Juſtinus, ego ſum Belial, & levavit ſe ſurſum cum ipſo homine, & ferit eum in terra, videntes autem populi fugerunt omnes, & ſolus Juſtinus remanſit, & appropinquavit ſibi, fecit ſignum Sanctæ Crucis in pectore ejus, & dixit; Ecce Crucem Domini, fugite partes adverſæ vicit Leo de Tribu Juda, radix David, tunc exiit Dæmon ex eo, brachiis tortis, & caligans cœpit ululando in aera volare, & nunquam comparuit. Vixit autem Juſtinus Presbyter annos lxxxiv. & finivit bonæ memor. in die pridie Kalendarum Januariarum. Venit autem Hilarius cum multitudine populorum, & ſepelivit eum in agro ſuo juxta viam in villa Offidiæ, & deſtruxerunt Idolorum templa, portantes lapides fabricaverunt Baſilicam magnam ſuper eum, ubi populi offerentes vota, & dona multa, Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, virtus, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

2. QUINTII Epiſcopi Teatini non tantum nomen, ſed tempus etiam habemus ex Concilio Romano primo ſub Symmacho Papa anno 499. cui ſubſcripſit una cum Valentino Epiſcopo Amiternino, cætera ejus Acta ignorantur, quemadmodum & ſucceſſorum nomina obſcura ſunt ad annum uſque 840. Si unum Barbatum adimes, quem volunt ſub Gregorio Magno Teatinum Epiſcopum fuiſſe. II.

3. BARBATUM Epiſcopum, de quo S. Gregorius Epiſt. lib. 4 cap. 39. mentionem fecit, ſcribunt Teatinum Epiſcopum fuiſſe an. 594. conjectura ducti, quod Gregorius defuncto Orthonenſi Epiſcopo, III.

ejus

ejus Eccleſiæ viſitationem illi delegavit, quod vici-
niori Epiſcopo competere videbatur; finitimus tunc
erat Teatinus Epiſcopus, quamobrem aſtruere co-
nantur, Barbatum, ſive Barbarum illum Epiſcopum
haud potuiſſe eſſe, niſi Teatinum: an vacillet con-
jectura hæc, illis examinandum relinquo. Circa hęc
tempora, vel paulò poſt martyrio coronatus eſt S.
Cætheus, quem Peregrinum appellant, Aterninus
Epiſcopus, qui in Aterno flumine præcipitatus pro
fide palmam ſumpſit martyrii, cujus meminit Mar-
tyrol. Rom. Idibus Junii. Acta deſcribit Petrus de
Natalibus lib. 5. Hunc moderni volunt Teatinum
fuiſſe Epiſcopum, cujus Lipſana ajunt in Cathe-
drali religioſè aſſervari. Crediderim tamen levibus
conjecturis, eum Aternum oppidum, cujus fortè E-
piſcopus erat Cætheus, longè diverſum ſit à Teate,
& corpus Cæthei miraculosè per flumen Aterni-
num ad mare Adriaticum, indè ad litus Jadertinæ
civitatis delatum ibi conquieſcere aſſeratur à Petro
Aquilino. Qua verò fide nuper in Archiepiſcopali
aula Cætheus inter Teatinos Epiſcopos depictus
ſit, judicent alii.

IV. 4. THEODORICUS hujus nominis primus,
Gallus, vel Germanus circa finem Imperii Ludovi-
ci Pii, Caroli Magni Imperatoris filii, Teatinæ Ec-
cleſiæ Epiſcopus creatus eſt, favore fortaſſis ejuſ-
dem Ludovici, quem diem obiiſſe conſtat poſt an-
num Domini 840. quo tempore Theodoricus in Sy-
nodali Conſtitutione de conſenſu Cleri, ac juxta or-
dinationem Caroli Magni Imperatoris, ut probabi-
le eſt, ſui Epiſcopatus Eccleſiam reparaſſe videtur,
quæ fortaſſe paucis ante annis juſſu Pipini Italiæ
Regis, ejuſdem Caroli Imp. filii (qui tum Longo-
bardorum Imperium extinguere conabatur) cum
ipſa civitate incendio conflagrarat. In Eccleſia S.
Juſtini Canonicam cum Eccleſia S. Salvatoris, & S.
Agathæ atque Xenodochio conſtruxit, ubi regula-
rem, & eccleſiaſticam vivendi normam ad anti-
quam conſuetudinem reformavit: Canónicam qui-
buſdam religioſis viris ad habitandum conceſſit,
quos in documento ſingillatim nominat, & in caſti-
tate confirmatos vocat (undè Monachalis inſtituti
profeſſionis iidem fuiſse creduntur) attributis eiſ-
dem vel reſtitutis certis redditibus, ex quibus ſibi
victum & veſtitum parare poſſent, ut patet ex ip-
ſinſmet Theodorici Epiſcopi teſtimonio, ac parti-
culari memoria ab ipſo formata, quæ aliunde tran-
ſcripta poſtmodum à quopiam inſerta inter vitas m.
s. Sanctorum Patrum pervetuſtas, quæ cum aliis co-
dicibus aſſervantur in Archivio Eccleſiæ Teatinæ,
& habetur ſcripta poſt expoſitionem Symboli
Athanaſii, cui præſcriptus eſt titulus: *Sufficit fides
Cathol ca*, *&c.* & ante prologum vitæ S. Antonini
Martyris, quiſquis ſit auctor expoſitionis. Cujus
quidem rei narratio cum non parum prodeſse poſſit
ad hæc illuſtranda tempora, & ad cognitionem quo-
rundam locorum territorii, vel Diœceſis Teatinæ,
quæ ibi recenſentur, placuit hic eam attexere. Eſt
autem hujuſmodi.

*In nomine Dei & Salvatoris Noſtri
Jeſu Chriſti.*

*Domnus Theodericus Sanctæ Teatinenſis Eccleſiæ
licet exiguus Epiſcopus, cum Synodali more in præ-
fata reſideremus, præſentibus nobiſcum Presbyte-
ris & Diaconibus, nec non & cuncto Clero præfatæ
Sedis, ibique Chriſto Domino cooperante in cuſtodiam
rectitudinis Sanctæ noſtræ Eccleſiæ ſtatueremus, ut
ad meliorem quidem ſtatum Eccleſiaſticum in aliquo
exerceremus conſuetudinem, quæ antiquitus fuerit
reconcilianda, ibique inter cætera cum conſenſu om-
nium prædicatorum Canonicam inſtituere certifi-
cavimus, habentes normam firmitatis eo quod à
Domino Imperatore Auguſto per diverſa Epiſcopia
jam diu en fieri præceptum eſt, & quia hic propter
obitum antecesſoris mei remanſi, idcirca prompto
animo illic conſentientibus Canonicam reconcilia-
mus in Eccleſia Beati Juſtini cum ipſa Eccleſia San-
cti Salvatoris cum terris & vineis, cum colonibus, &*

A *omni pertinentia ſua, & in Eccleſia S. Agathæ, quod
eſt Synodoclien ibi conſtituta cum ſervis & ancillis,
cum terris & vineis, quæ ſunt in Geenaci, in fonte
Sanmaſia, ſub ipſo monumento, à S. Andrea cum ter-
ris, & vineis, & in Arizafalt, & in Ganzano in terris
& vineis, & in omni pertinentia ſua, & in Caſa Oſtri
cum duobus ſuis colonibus, & in Cerretello cum terra,
& vineis, & in Paternello in ipſa curte cum cellis &
omnibus ſeu conſuetis & colonicibus & cum omni ſub-
jacentia, vel pertinentia ſua, & quod eſt in Karamo
majore cum omni ſubjacentia, vel pertinentia ſua, &
cum ipſis rebus, quæ ſunt in Karamo minore, & cum
colonicibus ſuis, & Rivo, & Peſcarano ad ipſam fon-
tem, ad ipſum Tribrum, quod eſt ſubtus viam, & ſu-
pra viam cum omni pertinentia ſua, & in Mortiano
majore, quod eſt ſuper via & ſubtus via cum colonici-
bus ſuis, & in fonte Tetali, ubi dicitur vinea Bonualli,
ſuper viam, & ſubtus via, & in Guarini, & in terris
& vineis, & omni pertinentia ſua, & Mortiano
minore, ubi dicitur ſuper Rivus Ruſcaoli cum terris
B & vineis, & colonicibus ſuis & in Plonmata cum terris
& vineis, & colonicibus ſuis, & in Scalelle, & in
fronte Anteperge, & in Caſtangeto, & in Caſelle cum
terris, & vineis & colonicibus ſuis. Inſuper ſtatuimus
medietatem de ipſa piſcatione, quæ eſt in Ipſo de fau-
ro quæ pertinet de ipſa Curte de Campo Domnico cum
ipſa plebe S. Joannis, quæ in ipſo Caſtello ſtare vide-
tur cum omni pertinentia ſua: Sic conſtituimus & tra-
didimus pro amore & timore fratrum Eccleſiæ Sancti
Joannis, quorum nomina introeuntium alacri animo
& mente humili in caritate confirmati iſta ſunt;
Leo Præpoſitus Gundefrid, Gaſulphus presbyter,
pro cujus amore ibi conſtituimus prædictam plebem S.
Joannis cum ipſa piſcatione, & Theopo Gualdefred
Joannes Leopardus, Lambertus, Luitprand, An-
tefred. Ianfred. Murtianus. Giſelpertus, Decanus,
& portarias, quem ſcholæ Cantorum, & Scribarum
magiſtrum ordinavimus. Ad victum vero & veſtitum
dedimus illi Eccleſiam S. Juſtini, ubi & ipſam Ca-
nonicam ad honorem S. Thomæ conſtruximus cum te-
C bus, & vineis, villis, caſalibus, appendiciis, atque
colonicibus ſuis, cunctaque ibidem pertinentia. No-
bis verò reſervavimus medietatem ex ipſis lumina-
riis ad honorem S. Thomę Apoſtoli, & dedimus propter
adjutorium boum paria xx. boves decem, jumenta vil.
pecora, & porcos C. Hæc quoque firmiter ſtuduimus
perficere ad honorem & laudem almi Thomæ, ſeu ad
ſtabilitatem Imperii piiſſimi Imperatoris. Anno pro-
pitio Imperii Domini Lodoici Imperatoris xxvii. per
Indictionem tertiam hoc factum eſt xii. die menſis Ma-
dii.* Scriptum fuit hoc documentum anno 840 quo
Ludovicus Pius Imp. ex hoc ſæculo migravit. Hic
addendum appoſitè videtur, quod Sigonius in proœ-
mio libri de Epiſcopis Bononienſibus ſcriptum
reliquit, probare intendens, qualis ab initio fue-
rit Chriſtianæ Eccleſiæ gubernatio, & quantam in
ea partem, & quandiù ii qui Monachalem vitam
profiterentur, haberent. *Cæterum*, inquit, *Chri-
ſtianam Eccleſiam initio jam inde ab Apoſtolorum me-
moria ducta, Clerici tantummodò tenuerunt, qui ſa-
D cra fidelibus miniſtrarunt. Clero verę adjecti
Monachi ſunt, qui meditationibus divinis inten-
ti ſolitaria ſibi plerumque extra urbes vitæ do-
micilia compararunt (quorum defluentem deni-
que diſciplinam arctis admodum legibus S. Bene-
dictus aſtrinxit) Poſt autem Canonicos regula ſeve-
rioris vitæ devinctos Sanctus, ut fertur, Auguſtinus
induxit, qui ſe quoque Monachorum exemplo in cæ-
nobio retulerunt: Atque hi quidem cum ſoli fermè
per mille amplius annos Eccleſiam obtinuere, ſecun-
dum, ut Pontificum Romanorum, Epiſcoporum Se-
minarium extiterunt. Undè jure Severus ſcripſit, ſe
pleroſque ex Monachis S. Martini ſociis Epiſcopos con-
ſpexiſſe. Summos autem Urbium Epiſcopos ipſi pro
poteſtate Romani Pontificis allegere. Deinde per-
miſſu Pontificum Clerus, populuſque ſublegit, quo-
rum maximè vitam, doctrinamque laudavit. Haud
fermè quicunque niſi è Clero, & Cœnobiis eſſet, quo-
rum majore ex parte ipſi laicorum incolæ cele-*

brabant. Ex iis igitur omnibus colligere poſſumus, A Eccleſiam Teatinam diu Monachos, & regularis obſervantiæ Canonicos habuiſſe, quorum multi, & hic fortaſſe Theodoricus in primis ad Epiſcopale munus Cleri, populique ſuffragiis aſſumptus fuerit, & ſic etiam clarius innoteſcit, ut in principio diximus, ipſum Theodoricum Epiſcopum iudixiſſe in illa Synodo ſe velle Canonicam inſtruere, & reconciliare in Eccleſia Beati Juſtini, in illo verbo *inſtruere* materialem habitationem, & *reconciliare* ſpiritualem Canonicam, ideſt morum, & collapſæ regulæ reformationem intellexiſſe.

V. 5. LUPUS Teatinæ Eccleſiæ Epiſcopus, cujus meminit Anaſtaſius Bibliothecarius, & ex eo Baronius anno 844. cum conſecrationi Ludovici filii Lotharii Imperatoris in Longobardorum Regem ſub Sergio Papa II. interfuiſſet, corruptè tamen pro Teatinæ Eccleſiæ, Textinæ ſcribitur. In codice Farneſionæ Bibliothecæ Teatinæ Eccleſiæ Epiſcopus Lupus legitur ſubſcriptus, ut me monuit vir clariſſ. Lucas Holſtenius Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, ac Pontificiæ Bibliothecæ Præfectus, cujus eruditioni & humanitati multum me debere fateor. B

VI. 6. PETRUS poſt Lupum ſufficitur, cujus nomine anno 853 Urſum Archidiaconum Eccleſiæ Teatinæ interfuiſſe Concilio Romæ celebrato ſub Leone IV. Pontifice, teſtatur Cardinalis Baronius to. 10. Annalium Eccleſiaſticorum ad hunc annum num. 58. Hæc tantum Petri memoria perennavit ad poſteros. Quo fortaſſe Præſule, vel alio ejus ſucceſſore, celebre Monaſterium S. Clementis Papæ & Martyris Ord. S. Benedicti in Aprutina Provincia juxta fluminis Piſcarii decurſum caſtructum eſt à Ludovico II. Imperatore, & ab eodem flumine denominatum, & Caſaurenſe aliquando dictum, ubi corpus, vel ſaltem pars corporis S. Clementis Papæ ab Adriano II. eidem Imp. dono datum honorificè requievit. Eccleſiæ hujuſmodi oſtium æneum ſatis mirificè fuſum, auroque puriſſimo incruſtatum, nullo unquam tempore intermoritura fundatoris munificentia Divo Clementi dicatum eſt. C Miraculorum omnium, Caſtrorum, Terrarum, Villarum, ac totius Abbatiæ juriſdictionis compendium, & veluti ſpeculum, in quo vetuſtiſſima Imperatoris exprompta, & indubitata tanti Pontificis translationis monumenta ſpectantur. Hiſtoria digna eſt, undè merito hic eam adnotare viſum eſt. Supra arcum igitur medium portæ, quæ ænea eſt, extat à capite ſculpta urbs quædam his verbis in medio ROMA. Inde videtur Papa ſedens, qui capſulam tenet in manibus onuſtam, & oſſibus plenam Sancti Martyris Clementis cum his litteris ADRIANUS PP. II. coram Pontifice extat cum genu curvo & capite inclinato Imperator cum his verbis, LUDOVICUS IMP. qui capit cum veneratione capſulam è manu Pontificis, ſub quo hi duo verſus leguntur, quibus Pontifex alloqui videtur Imperatorem.

Ecce Pater Patriæ magnum tibi confero munus
Clementis corpus, Tu ſacrum ſuſcipe funus.

D Poſt Imperatorem extat quidam oblongis veſtibus indutus, qui enſem in manu tenet cum his verbis à latere. SUPPO COMES. Poſt ipſum Comitem videtur ſculptus idem Imperator, qui devotè Capſulam illam imponi jubet ſupra animal quoddam, & tranſmitti ad Monaſterium ab ipſo ædificatum ipſis verbis ſub Imperio LUDOVICI CÆSAR poſt quem videntur ſculpti duo Monachi, qui obviam eunt capſulæ, ut eam recipiant, cum his verbis FR. CELSUS, FR. BEATUS, & poſt ipſos Monachos videtur ſculptum templum Sanctiſſimæ Trinitatis, à quo egreſſi fuerant Monachi, & ubi reliquiæ aſſervari debebant, cum his verbis TEMPLUM SS. TRINITATIS; ſub iſtis verbis extant inciſi duo verſus, quibus Ludovicus Impar alloquitur.

Martyris eximii Clementis ſuſcipe corpus
Inſula Piſcariæ, Paradiſi floridus hortus.

Poſt videtur ſculptus Imperator cum his litteris LUDOVICUS IMP. qui porrigit ſceptrum dominii cuidam Abbati, qui primus fuit in Monaſterio, juxta quem litteræ ſunt ROMANUS ABBAS PRIMUS, ſubtus autem hic verſus legitur.

Sceptro firmamus: regimen tibi ſume, rogamus.

Poſt iſta videtur quidam veſtibus oblongis indutus cum his litteris à latere SISEMANDUS MILES qui Sceptrum tenet in manibus cum hiſce verbis. CÆSAR VESTRA SIT HÆC INSULA PISCARIÆ. Ex quibus verbis clare colligitur, hunc dominum fuiſſe temporalem Inſulæ. Poſt ipſum videtur Epiſcopus, qui tenet Inſulam in manibus ſculptam, eamque offert Imperatori, qui eam recipit. Circa Epiſcopum hæc verba leguntur, GRIBALDUS EPISCOPUS, circa autem Imp. ita LUDOVIC. IMP. Tenet Epiſcopus in manibus ſcriptum hujus tenoris DAMUS VOBIS OMNE JUS NOSTRUM DE HAC INSULA. Unde colligitur Gribaldum Epiſcopum Pinnenſem, qui alias Grimaldus dicitur, omne jus conceſſiſſe Ludovico Imperatori de Inſula iſta, ſubtus autem hi verſus leguntur.

Inſula Piſcariæ, quæ noſtri juris habetur
Libera perpetuò tua Cæſar jure vocetur.

Retro Imperatorem videtur ſculptus Comes quidam togatus enſem geſtans cum hiſce litteris, HERIBALDUS COMES, hujus rei fortaſſe teſtis. Hæc porta illa ænea continet rei peractæ pervetuſtum, ac nobile documentum, quod cum ſcripta hujus Cœnobii hiſtoria ad amuſſim convenire videtur. Erat tunc temporis Inſula iſta Piſcariæ Pinnenſis Epiſcopi, ſed cum Imperator Ludovicus, aliique potentes Principes plura oppida & loca Teatinæ Eccleſiæ obnoxia dono dediſſent, non ſemel in Pontificum diplomatibus illud Teatinæ, ſeu in Teatina Diœceſi connumeratum lego, quouſque ad tollendas lites, quæ longo temporis ſpatio Abbatem inter, & Teatinum Epiſcopum interceſſerunt, tanquam juriſdictionem Epiſcopalem haben. & immediatè Apoſtolicæ Sedi ſubjectum liberum & exemptum adjudicatum eſt, ut infra ſuo loco enarrabimus. Cæterum Abbatiam hanc corporis S. Clementis Papæ & Martyris inſignitam ſuffragiis, Imperatorum, Regumque exornatam privilegiis, Pontificum Illuſtratam diplomatibus, ut inſignem ita Romanæ Sedi immediatè ſubjectam, Caſtrorum, ac Terrarum fuiſſe numeroſitate nobilem ditione per quam ampla refertam ex priſcis Imperatorum codicibus, ac majorum traditione, tum & hiſtoria ejuſdem fundationis ſcripra nullus eſt relictus poſteritati ambigendi locus. Hujuſce Abbatiæ Hiſtoriam ex m. ſ. lib. Chronicorum, ac inſtrumentorum, de rebus & poſſeſſionibus ejuſdem Abbatiæ, qui extat Pariſiis in Bibliotheca Regia, Franciſcus Ducheſne in tom. 3. Francorum ſcriptorum emiſit in lucem. Hanc ipſam ex alio vetuſtiſſimo hœdino codice exſcriptam, ac fideliter unà cum Pontificum, Imperatorum, Regum privilegiis mihi humaniſſimè dono dedit Illuſtriſſimus Petrus Columna Philippi Comeſtabilis filius, germanus frater Hieronymi Columnæ Cardinalis, hujus Abbatiæ perpetuus Commendatarius, qui nuper diem ſuum clauſit extremum; quæ cum plura contineat alia à prima editione, viſum eſt iterum ad calcem hujus ſexti tomi exhibere.

7. THEODORICUS ſecundus nutu Dei ad dignitatem Epiſcopalem evectus eſt, & conſecratus circa annum Domini 880. Joanne VIII. Papa ſedente, cujus Pontificis Epiſtola decretalis legitur, VII.

quæ

Digitized by Google

quæ eſt num. 226. ſcripta huic Theodorico, ac ſimul etiam Heodicin Firmano, Joanoi Aprutiuo, & Helmannio Pinnenſi Epiſcopis, ubi oſtendit mulierem, quæ vi, minisque coacta, religionis habitum ſuſceperat ad vota ſervanda non teneri, hujus tamen cauſam illis diffiniendam commiſit. Quod ſi oriatur difficultas, eos, vel eorum Legatos cum ipſa muliere ad ſe venire jubet. Obiit Theodoricus Epiſcopus anno Dom. 888. octavo Idus Junii ſextæ Indictionis.

VIII. 8. ATINOLPHUM, ſive Atioulphum poſt Theodoricum ſediſſe credunt, de quo mentio habetor, in nonnullis codicibus m.ſ. Bibliothecæ antiquæ S. Juſtini Cathedralis. nimirum io codice officiorum Amalarii Fortunati Epiſcopi Trevirenſis, & in altero Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi, in fine hæc leguntur verba. *Iſtum librum fecit ſcribere Domiaas Atinolphus Poatifen & Epiſcopus in Baſilica S. Thomæ Apoſtoli, & B. Juſtini Confeſſoris, & aliorum Sanctorum Sicardo indigaas Presbyter ſcripſit; omnes, qui ex eo legitis orate pro me indigno peccatore.* In alio autem hæc leguntur ſimiliter io calce codicis. *Iſtum librum fecit ſcribere Domnus Atinolphus Pontifen cum Canonicis ſuis. Omnes, qui in iſtum librum officiorum legitis, orate pro illo. Sicardo Presbyter ſcripſit, omnes qui in iſto legitis orate pro illo indigno peccatore.* Cæterùm quo anno Atinolphus electus, vel conſecratus fuerit, aut quo tempore diſceſſerit, incertum eſt: quemadmodum quot, quive fuerint Epiſcopi Teatini hiſce temporibus ſpatio annorum propè centum, quod inter Theodoricum ſecuodum, & Rimonem Epiſcopos excurrit, obſcurum eſt. Deinceps verò continuata & certior Epiſcoporum ſeries habebitur. Non eſt tamen ambigendum, quin Theodorico in Epiſcopatu Teatino ſucceſſor datus fuerit, licet ejus nomen ignoretur, qui fortaſſe inter illos ſeptuaginta quatuor Epiſcopos connumerandus eſt, qui Ravennæ Joanne IX. Pontifice, & Lamberto Imperatore præſentibus anno 904. conveniſſe ſcribuntur, in qua Synodo præter alia de Formoſi Papæ cauſa, & cæteris rebus, quæ egere correctione in Eccleſia videbantur, ſancitum eſt, ut ſi quis Sanctorum Patrum decreta contempſerit, & glorioſiſſimorum Imperatorum Caroli Magni, Lotharii, & filii ejus Ludovici de Eccleſiaſticis Decimis in eorum capitularibus conſtituta non obſervaverit, & eas alicubi, quam in baptiſmalibus Eccleſiis injuſſu Epiſcopi dederit, & qui dederit, & qui recipit auctoritate Sedis Apoſtolicæ & Sanctæ Synodi communione fidelium remotus ſit. Hoc ideo notaſſe hic volui; quia per hæc tempora planè conſtat apud Theatinos Longobardorum leges cum Capitularibus prædictis ut plurimum in uſu fuiſſe. Hujus autem Concilii Acta Mutinæ apud Canonicos Eccleſiæ ſcripta reperiri tradit Sigonius Hiſt. de Regno Italiæ lib 6. io Ann. Domini 898.

IX. 9. RIMO Epiſcopus Teatinus vixit temporibus Joannis XII. & Othonis Magni Imperatoris, neſcitur tamen creationis ſuæ dies & ao quidve dignum, aut quæ pia opera egerit, ſed tantùm in vetuſtis codicibus m. ſ. qui aſſervantur in ſacrario Eccleſiæ Teatinæ notatur, quod obierit ann Dom. 964. Indict. ſeptima 12. Kal. Septembris. Crediderim, illum fuiſſe Teatinum Epiſcopum, qui anno 962. die 6. Kalend. Septembris interfuit conſecrationi Eccleſiæ celebris Monaſterii Sancti Bartholomæi de Carpineto Pinnenſis Diœceſis una cum Pinnenſi, Aprutino, Valveoſe, & Marſicenſi Epiſcopis, in quo Monaſterio à Beroardo Liudoni Comite Pinneuſi conſtructo, atque ditato delatum eſt brachium dexterum Sancti Bartholomæi Apoſtoli, & collocatum in majori Altari, ab Archiepiſcopo Beneventano ejuſdem Comitis patruo; Rem narrat Chronicon ejuſdem Monaſterii lib. 1. quod extat apud me m.ſ.

X. 10. LIUDINUS Rimoni ſuffectus creditor circa ann[illegible] Dom. 965. ſatis autem conſtat, quod

A anno ſal. 972. Othonis Magni temporibus, Imperii ejus anno undecimo, Othonis verò filii anno 5. Liudinus Epiſcopus de conſenſu Capituli, in emphiteuſim, ut vocant, locavit, & dedit ad tertiam generationem Caſtrum Spuiturium cum omnibus pertinentiis ſuis cuidam Fulcerio Balaverio cum onere annuæ ſolutionis cenſus denariorum centum ſolvendorum menſe Septembri, ſibi, vel ſucceſſoribus ſuis, aſſerens Caſtrum dictum com o nnibus ſuis, ſemper terris, vineis, pomis, arboribus, ſilvis, & aliis exiſtentibus in Comitatu Pinnenſi, & quorum fines, & limites & flumen Piſcariæ, & Mare Caſtri Moſcufi, aliorumque vicinorum locorum pertinentia attingebant ad Epiſcopatum S. Thomæ pertinere, vel, ut loquit ipſe, *de rebus ejus eſſe teſtabatur*. Hæc antiqua membranula ſcripta Teate manu Azzonis Judicis & Notarii primi, anno, & menſe Septembris, Indict. 15. quæ aſſervatur in Archivio Archiepiſcopalis Teatinæ Eccleſiæ. Subſcribunt ſe eidem documento præter Liudinum Epiſcopum, B Giſus Archipresbyter & Primicerius, & alii. Erant, ut vides, priſcis his temporibus in Teatina Eccleſia tres illæ enumeratæ in documento dignitates. Eo etiam Præſule Comes erat Teatinæ civitatis Tranſmundus ille, ut Leo Oſtienſis, & Sigonius de Regno Italiæ referunt. quod cum Raynaldo & Oderiſio Marſorum Comitibus coadunato exercitu Capuam per quindecim dies obſedit, ac latè omnia pervaſtavit, mortis ulciſcendæ cauſa Landenulphi Capuani Principis in Eccleſia S. Marcelli à perfidis civibus crudeliter occiſi, cum ei Tranſmundus eſſet affinitate conjunctus. Hoc accidit anno 991. Obiit Liudinus Epiſcopus ann. Domini 1008. Ind. 6. ſeptimo Id. Martii, ut in margine notatur antiquiſſimi m.ſ. codicis ſacrarii Teatinæ Eccleſiæ. Vixit iſte io Epiſcopatu annos plus minus 43. Arbitror non levi ſuſpicione nunc Epiſcopum fuiſſe origine Gothum, quod indicare videtur ejus proprii nominis pronunciatio. Gothi eum, C quem nos Ludovicum pronunciamus, Liudinum, ſeu Luduin dixere, hinc apud Caſſiodorum Variar. lib. 2. Rex Italiæ Theodoricus ſcribens Ludovico Regi Francorum utitur hoc titulo, Luduin Regi Francorum, Theodoricus Rex.

11. LUPUS hujus nominis ſecundus, antea ut credunt, Eccleſiæ Teatinæ Primicerius, ille idem, qui Liudini documento ſubſcripſit, licet de tempore, quo vixerit, neque cui ſucceſſerit, ulla prorsùs hucuſque reperiatur memoria. Nomen tamen ejus habemus ad calcem antiquiſſimi codicis Teatinæ Eccleſiæ in expoſitione ignoti authoris in quinque Prophetas, ubi in fine legitur, quod ipſe Lupus hujuſcemodi codicem Chriſto Domino in Eccleſia B. Thomæ Apoſtoli offert; ſubdens, *ſi quis eam inde alienaverit Anathema ſit*. Et in alio Codice antiquæ Bibliothecæ S. Juſtini, ad finem Hiſt. Pauli Oroſii, hæc verba legentibus proſiant. *Ego Lupus Epiſcopus offero hunc librum Domino Noſtro Jeſu Chriſto in Eccleſia B. Thomæ Apoſtoli, ſi quis eum indè alienaverit, anathema ſit, Amen.* Et hæc de D Lupo 2. habent Dipticæ Teatinæ, quæ omnia adaptari poſſe videntur Lupo primo, & unum crediderim Lupum præfuiſſe io Eccleſia Teatina, niſi me conjectura fefellit. XI.

12. ARNOLPHUS, ſeu Arnulphus fuit circa hæc tempora Teatinus Epiſcopus, quonam verò tempore præciſè hanc Eccleſiam regendam ſuſceperit, an immediatè Loidinu ſucceſſerit, vel poſt Lupum illum ſecundum, ſi fuit, mihi hæc ſcribenti incompertum eſt. Hoc tamen conſtat ex quodam vetuſto documento Archivii Teatinæ Eccleſiæ, quod anno Dominicæ Incarnationis [illegible]049 menſe Martii, Ind 2. commutationem quandam fecit Arnolphus (proprii documenti verbis utor) *de quibuſdam petiis terræ ſitis in Comitatu Teatino in Villa de Caſa Oſtri in ipſa valle & Sancta Maria*, &c. in quodam Polando filio Alberti, de quo rogatus fuit quidam Notarius & Judex nomine Conu. Teate. Eo etiam fortè ſedente Præſule Traoſmondus Co- XII.

mes Teatinus alterius Tranſmundi Ducis, & Marchionis filius anno Dom. 1012. ut proloquitur vetus monumentum, *donat, tradit, atque concedit Monaſterio, & Eccleſiæ, quæ ædificata eſt in honorem B. Stephani Papæ, quæ ſita eſt in ſupradicta Eccleſia, & Territorio Teatino vocabulo à Raone, & Benedicto tunc Abbati, poſteriſque & ſucceſſoribus ſuis, pro anima ſua, & Actonis Comitis avi ſui, & pro anima Adeleidæ Comitiſſæ Aviæ ſuæ, & pro anima Tranſmundi Ducis, & Marchionis patris ſui, ſeu genitoris, & pro anima Segegardæ Comitiſſæ genitricis ſuæ. & pro anima Actonis Comitis germani ſui, & pro anima Marrociæ Comitiſſæ conjugis ſuæ, & pro anima Bertæ, alterius conjugis ſuæ, & pro anima Actonis, & Landulphi Comitum ejus filiorum, & pro omnibus parentibus ſuis, qui amodo deinceps de ſuo genere legitima maſculina linea nati fuerint ipſam Eccleſiam B. Marci Evangeliſtæ, quæ ſita eſt in Territorio Teatino vocabulo Guelmi, & terras circumcirca dictam Eccleſiam pro menſura modiorum mille ducentorum habentur in proſine terræ ſupradicti Comitis Tranſmundi à pede ſive fluminis Atinelli cum aqua ſua, & cum locis molendini de ambis lateribus, quæ ecc ſunt in loco, qui dicitur Gualdo, qui eſt ipſa Eccleſia, quæ ædificata eſt in honorem B. Joannis Baptiſtæ. & B. Firmani Confeſſoris, & Beatorum Martyrum Euſtachii, Agapiti, Thomæ & Theoniſti, & terra in circuitu dictæ Eccleſiæ pro menſura modiorum octingentorum & habent fines cum proſine via circa alios ſuos confines, &c. Scriptum Teate per manus Adelperti Judicis & Notarii*, cui ſubſcripſit iſte Tranſmundus Comes cum tribus aliis teſtibus.

Anno 1020. quidam Petrus, Dodocto, & Doho germani fratres Leonis filii donant, & confirmant Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis ſito in Comitatu Teatino juxta fines Caſtri Sancti Boni, *in loco, qui nominatur ad duo Virgini, & Gelſoni tunc Abbati quædam bona ſua in Territorio Teatino in loco, qui vocatur ad arnto, &c.* Actum Teate per manus Dodati Notarii. Anno verò 1027. Pandulphus Comes montis Oderiſii filius *Oderiſi conſtruxit Monaſterium Sanctæ Mariæ de Nuce*, quod deinceps Abbatis dictum eſt de Valle Anglonis Telventinæ Diœceſis, illudque dotavit iis bonis, ut in documento, *Ipſa Rocca, & Caſale dictæ Roccæ cum tenimentis ſuis, & ipſa tenimenta cum viis intrandi, & exeundi in arboribus, ſtatibus, & omnibus cationibus ſuis, nihil ſibi, vel ſucceſſoribus ſuis reſervando, & obligat ſe, & ſucceſſores ſuos ad obſervantiam ſub pœna mille ſolidorum Conſtantini, & iſti ſunt confines Territorii Roccæ Abbatis. In primis à monte calvo, incipit, & ipſum montem calvum totum & deſcendit in Muula, quæ dicitur Muula Baſraonis, & ab ipſa Muula deſcendit in Rivo, qui dicitur foſſatus, quo tenditur ad lacum Magrantarum, qui eſt propè in fine territorii Cantalupi, & ab ipſo lacu protenditur ad fontem de Drogo, quæ eſt in fine territorii Cantalupi, & ab ipſo fonte protenditur ad terram, quæ dicitur filii Adami: ab ipſa terra aſcendit in terram civitatis, quæ eſt in capite Lariæ & per ipſam terram deſcendit in Vallonem, qui dicitur Oſente, ubi jungitur cum rivo Luſernali, qui dicitur Caramello, & vadit per ipſum Oſentem uſque in rivo, qui invenitur omni tempore aqua, & ab ipſo rivo aſcendit ad fontem Avellanæ, & ab ipſo fonte aſcendit ad Abietem, qui manet in confinibus territorii Rogi, & territorii Caſtri Caſtillionis, & ab ipſo Abiete protenditur uſque ad lamam Camaſſarum, & ab ipſa lama deſcendit uſque ad lacum Anglonem, & ab ipſo lacu vadit in antea in Vallone Rogi, & per ipſum, & Vallonem protenditur uſque ad fontem de Sparvera, & ab ipſo fonte vadit in antea, & redit ad priorem finem, & mediat in poſterum dictam Roccam vocatam Roccam Abbatis, &c.* Donationis documentum datum eſt per manum Anxoverici Judicis & Notarii in loco prædicti Monaſterii. Donationem prædictam confirmavit poſtea Rogerius primus Siciliæ Comes & Italiæ Rex, Rogerii primi Comitis filius, qui ſe Chriſtianorum Adjutorem, & Clypeum nominat anno Regni ſui primo, ut patet ex ejus originali diplomate ſigillo plumbeo ſuto Dat. Meſſanæ per manus Vidonis Protonotarii ſui 5. Octobris 1130. Indict. 8. in quo fit ſpecialis mentio eorum, quæ eidem Monaſterio conceduntur & confirmantur ultra prædicta, *Eccleſia S. Quirici de Gipſo, Eccleſia S. Januarii de Gipſo, Eccleſiæ S. Juſtæ de Rocca de Oſente, Eccleſia S. Nicolai de Cruce, Eccleſia S. Helenæ de Cantalupo, Eccleſia S. Juſtæ de Belmonte, Eccleſia S. Viti, Eccleſia S. Gregorii, & Eccleſia Sancti Laurentii de Belmonte cum terris, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, pratis, atque molendinis.*

Anno verò 1028. eodem Præſule fortaſſe Arnulpho, imperante Conrado, Acto Comes Tranſmundi Comitis filius, donat & concedit juxta legem Luitprandi Longobardorum Regis pro anima ſua, & pro anima Tranſmundi Comitis, & pro anima Marociæ Comitiſſæ uxoris ſuæ, genitorum ſuorum, & pro anima Giſlæ Comitiſſæ uxoris ſuæ Monaſterio S. Trinitatis ſito in Comitatu Teatino ad duas Virgines, & Joanni tunc Abbati ejuſdem Monaſterii petium terræ propè ipſum Monaſterium de ſua hæreditate modiorum ſeptuaginta, &c. Datum per Benedictum Judicem & Notarium, anno 1044. Credinulphus Dominus Teatinus exædificavit Abbatiam Sanctæ Mariæ inter montes, quam pluribus ſuis bonis ditavit, inſtituitque ibi primum Abbatem Isbertum Sacerdotem Anachoritam. Hæc tametſi ad Arnulphum Epiſcopum, neque ad Teatinam Eccleſiam directè videntur attinere, viſa ſunt tamen obiter notanda, ne penitus deperiret memoria, & ne ſimul oblivioni involverentur nomina Comitum, qui quondam Teatinam civitatem illuſtrem reddiderunt.

13. ACTUS, vel Acto ex Marſorum Comitibus vir longè clariſſimus ſucceſſit Arnolpho in Epiſcopatu Teatino ab Eccleſia Marſorum translatus à Victore Papa II. anno Domini 1056. de qua translatione ipſi Actoni amanter gratulatur Nicolaus Papa II. in diplomatis ſui proœmio, quo omnes *terras*, poſſeſſiones, *jura*, Eccleſias, plebes, & omnia, quæ antea poſſidebat, Epiſcopatui Teatino confirmat. Diplomatis exemplar integrum damus ex Archivio Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ à me ſcriptum. XIII.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilecto Confratri Actoni Sanctę Teaten. Eccleſię Epiſcopo, univerſiſque ſucceſſoribus tuis in Eccleſia eadem canonicè promovendis in perpetuum.

Etſi jubemur, dum tempus habemus ad opus bonum operari; maximè tamen ad domeſticos fidei, unde omnibus Eccleſiis Chriſti, pro ea, quæ nobis credita eſt diſpenſatione, ſollicitudinem noſtram debentes, ſic debemus invigilare longinquis, ne in aliquo abſimus propinquis. Itaque ad ſuggeſtionem tuam chariſſime Confrater, & Coepiſcope, Acte, quem à rev. mem. Domino noſtro Victore ex Epiſcopatu Marſicano ad Teatenſem promotum gaudemus, & anteceſſoribus noſtris, atq; nobis fideliter & jugiter deſervire ta S. Romanæ Eccleſiæ cura cognoſcimus, Epiſcopatum Teatenſem cum omni ſua integritate, & pertinentia, ſicut antiquis, & juſtis limitibus determinatur, confirmamus, ſcilicet à Staffilo inter montes, & ipſo monte de Urſa, & quomodo pergit in Coja, & ponit terminum in aqua, ſubtus terra uſque ad aquam ſonulam, & quomodo pergit uſque in montem de Teſte, & vadit per vinæ montem, & qualiter pergit uſq; mons Clavi, & quomodo pergit ipſo fluvio de Trinio uſque in littoribus maris, & juxta mare uſque in Piſcariam, & redit in priorem finem, quod eſt ipſo ſtaffilo. Igitur ſtatuentes Apoſtolica auctoritate confirmamus Tibi, ſucceſſoribus tuis, nec non Eccleſiæ tuę civitatem Teatenſem, & Caſtellum Tribullianum, & Curtem Ciſternæ, Curtemque de Patroucello, nec non Caſtellum de Geneſtrale cum Plebe S. Mi-

chæ.

chaelis, montem quoque Filardi cum Capella Sanctæ Trinitatis, plebem S. Martini de Tarri, & partem de Aternocum plebe Sanctorum Languttiani, & Domitiani, & partem de Portu, ac Caſtellum de Sancto Joanne cum ſua Capella, Caſtellum quoque de plebe S. Hilarii cum eadem plebe, & Caſtellum de Villa magna cum plebe S. Michaelis, plebem etiam S. Mariæ de Caramaucis, & Caſtellum de Luco, Caſtellum quoque de Petra, plebemq; S. Joannis de Albateco, Caſtellum Pulveri cum ſua Capella, plebem etiam S. Stephani in Banamo, & plebem de Bavlanico & plebem S. Martini de terra Doni Treſidii, & montem Pergo cum Sancto Angelo, & ſedibus molendinorum, plebemque de Juliano, & plebem S. Cæciliæ, ac plebem de Pies Coartio, & plebem de Oncule, plebem quoque S. Mariæ in Bari, & plebem S. Mariæ in Domo, & plebem de Attiſſa, & Monaſterium S. Mauri, & plebem S. Nicolai de Monte Oderiſii, & montem Acuto, & in ſuæ & ultra Piſcariam Terras eidem Epiſcopatui pertinentes. Hæc omnia, & multa alia prædicto Epiſcopatui pertinentia, quæ hic non ſunt deſcripta, confirmamus, plebes ſcilicet, & Capellas, & Caſtella, Curtes cum omnibus ſuis pertinentiis & decimationibus, atq; oblationibus fidelium mortuorum, atque vivorum, nec non primitiis, ac omnibus dationibus Epiſcopatui canonica auctoritate pertinentibus. Si quis autem, quod abſit, de his omnibus, quæ prædiximus, temerario auſu, ſive Imperator, vel Marchio, aut Comes, aut aliqua perſona laica, aut aliquis Epiſcopus, ſive Abbas, Monachus, vel Presbyter infringere, vel minuere, aut retinere præſumpſerit contra tuam Eccleſiam, vel contra tuam voluntatem, & ſucceſſorum tuorum ſtatuentes Apoſtolica auctoritate, ſub divini Judicii interminatione, ut nulla unquam magna, vel parva cujuſcunq; dignitatis, aut Ordinis perſona, ſicut ſupra in præfati ſumus, te, vel ſucceſſores tuos de prænominatis bonis Eccleſiæ tuæ, vel de omnibus ad eam juſtè pertinentibus inquietare, vel moleſtare audeat, nec aliquis Archiepiſcopus, vel Epiſ. in ſua Diœceſi quicquam pro conſtitutione ordinare, vel agere ſine tua, ſucceſſorumque tuorum licentia audeant, ſed contrarietate remota eccleſiaſticam cum ſuis Juſtitiis perpetualiter quieta permaneat. Qui verò hæc, quæ à nobis pro intuitu promulgata ſunt infringere, vel in aliquo tranſgredi, ſicut diximus, præſumpſerit, omnipotentis Dei iram incurrat, & noſtro anathemate confoſſus pereat, ſed & cum Diabolo damnatus gemat, & inſuper ſciat ſe daturum centum auri libras, medietatem ſacro noſtro Palatio, & medietatem ipſi prædicto Epiſcopo. Qui verò pro intuitu obſervator in omnibus extiterit, cuſtodiens hujuſmodi noſtri privilegii conſtituta ad cultum Dei reſpicientis, benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo habeat, & vitæ æternæ particeps eſſe mereatur in ſæcula ſæculorum. Amen.

Scriptum per manus Creſcentii Notarii & Scriniarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ menſe majo die ſecunda, Indictione duodecima. Locus † ſigni Domini Papæ. Dat. Romæ 6. Non. Maii Ann. Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1059. per manus Humberti Sanctæ Eccleſiæ ſilvæ candidæ Epiſcopi & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii anno primo Pontificatus Domini Papæ Nicolai II. Indictione duodecima.

Hujus Actonis Epiſcopi tempore Comes Teatinus erat Traoſmundus quidam, de quo Sigonius lib. 8. hiſt. reg. Ital. ſcriptum reliquit, quod anno 1055. tres Apoſtolicæ Sedis Legati anno ſuperiori Conſtantinopolim à Leone Papa IX. cauſa hæreſis obortæ à Michaele Patriarcha Conſtantinopolitano, qui primam Sedem favente Conſtantino Græco Imperatore ſibi vindicabat, miſſi, poſt bene peractam legationem Romam cum magnis muneribus redeuntes, & per Apuliam iter habentes, ab eodem Comite per libidinem, & avaritiam, ut inquit, deſpoliati ſunt. Anno 1058. ut ex antiquis membranaceis monumentis habetur, Zarellus, ſive Sarellus filius Raynaldi de Comitatu Teatino donat Actoni Epiſcopo, & S. Thomæ Apoſtolo Eccleſiam S. Mauri in territorio Teatino vocabulo in Burba, Eccleſiam S. Salvatoris intus Caſtrum Caſtellare, & aliam Eccleſiam S. Salvatoris ante Caſtellum de Cereſolo in caſis & aliis omnibus eorum pertinentiis, & ſunt terræ modiorum 150. & fines aſſignantur à capite vertex montis de Ballano, à pede flumen Saogri, à lateribus terræ Comitis Actonis. Donat etiam Molendinum in ſupradicto flumine Saogri. Anno 1059. Acto a interfuit Romano Concilio à Nicolao II. celebrato, quo ſe ſubſcripſit poſt Pandulphum Epiſcopum Marſorum. Anno verò 1060. Morellus Ilperini filius, & Cono, atq; Bernardus germani fratres juxta facultatem ſibi traditam per legem Longobardorum, & Capitulare Caroli Magni dono dederunt eidem Actoni Epiſcopo Teatino, & ſucceſſoribus ſuis, de rebus propriis in loco, *qui nominatur fluvius Fauri, ideſt unam petiam terræ pro molendino ædificando menſuræ modii unius cum ipſa foema de ipſo molendino, & habet capuſine flavium fauri, & ipſa arcata de ipſo molendino, pede ſine terra, quæ ipſis donatariis remanſit &c.* Aliam donationem habemus Actoni Epiſcopo factam à Borrello Borrelli filio, alioque Borello Borelli filio anno 1065. die 15. menſis Maii, Indict. 3. de Caſtro Lecti ſito in Comitatu Teatino, cum omnibus bonis, juribus, ac pertinentiis ſuis, quæ cum plurimi faciat ad illa Actonis illuſtranda tempora, illam exhibeo ab exemplari.

a Atho Rectinus, non Teatinus.

In nomine Domini Anno Incarnationis Dominicæ 1065. die 15. menſis Maii, Ind. 3.

Ego Borellus filius Borelli, & Borellus infans filius ſupradicti Borelli, bona & ſpontanea voluntate cogitavimus diem mortis, & æterni judicii, & ſperavimus, atq; deſideravimus habere Dei Omnipotentis miſericordiam pro mercede, & redemptione animarum noſtrarum, & pro redemptione animæ genitoris, & genitricis noſtræ, cum Dominus dignatus ſit dicere, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi; declaravimus etiam ſicut in edicto Longobardorum continet pagina, quia Dominus Luitprandus Rex in ſuo Capitulare inſtituit, ut ſi quis Longobardos de rebus ſuis in Eccleſia, aut in locis Sanctorum donare aliquid voluerit, in omnibus habeat poteſtatem, & quantamcunque donaverit, firmum & ſtabile permanere debeat, quia in locis Sanctorum, nec thinx, nec launechils impedire debet, eo quod pro anima ſua fecerit, & Dom. Carolus Imperator in ſuo Capitulare ſic affinit, ut ſi quis Longobardus de rebus ſuis pro anima ſua chartulam donationis cuilibet facere voluerit, abſolutè faciat unuſquiſq; de rebus ſuis quod velit, & noverit, & quia nullum aliud melius eſt inter virtutes eleemoſyna, quam de propriis rebus in Sanctis Eccleſiis aliquid tribuere, modo verò ea videlicet ratione nos ſupradicti Borellus, & Borelius aliquantulum de rebus noſtris pro anima noſtra, & parentum noſtrorum donavimus in Epiſcopio S. Thomæ Apoſtoli & Juſtini Confeſſoris tibi Actoni Epiſc. quod ſitum eſt in civitate Teatina, ubi nunc præſenti tempore Acto Epiſcopus regnum tenere videtur, hoc eſt res noſtra, quæ nobis ad conquiſitum noſtrum obvenit, & eſt ita res in Comitatu Teatino in vocabulo in Domo, ubi Sancta Maria allo letto *vocatur, ideſt integra Eccleſia S. Mariæ cum ipſo Monaſterio cum cellis, caſis, intrinſecus & extrinſecus cum dotibus & libris & oratoriis ſuis, vel ornamentis Eccleſiarum, ſicut ad ſupradictum Monaſterium pertinet: & inſuper concedimus in Epiſcopio S. Thomæ ipſum Caſtellũ de* lo letto, *& omne ædificium, & firmamentum ejus, & cum introitu & exitu ſuo, & cum ipſa Eccl. quæ in eodem Caſtello eſt dedicata cum cellis & dotibus, & libris, & oratoriis, ſeu ornamentis, cum caſis & rebus conſuetis, ita ut qualiter nobis dare debent, taliter vobis perſolvant cum ipſorum datis, quæ nobis debent, & cum omnibus pertinentiis, vel ſubjacentiis ſuis, & cum molendinis, & locis molendinorum, & ſicut omnes iſtæ res de ipſo Caſtello infra fines modiorum mille quingent. de terra habent fines à capite ſine Caſa*

longa,

adhuc in ampulla vitrea aſſervatur, & religioſè colitur apud Eccleſiam Teatinam, ac frequenter populo oſtenditur exoſculandus, cujus rei hiſtoriam in calce perantiqui Codicis m. s. ejuſdem Eccleſiæ continentis Sancti Gregorii Magni vitam è Gulielmo Diacono Teatino Exbeeranni filio dono dati, hic verbatim recitare libet.

Incipit tractatus de Paſſione Domini facta in Civitate Aternenſi.

In tam magno myſterio, in tam admirabili Sacramento, in tanto miraculo cunctis generationibus abſcondito, in tota ſerie veteris legis non teſtificato, à prophetis non præcognito, ſub gratia Evangelii à nemine revelato, ab ipſo Chriſto. in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi ſunt, non manifeſtato: noſtris autem temporibus, in quibus fines ſæculorum devenere, mirabiliter completo fervet animus meus, non ad doctos, non ad perfectos quoque, ſed ad ſimplices & ineruditos fida narratione promere quæcunque notitia & ſagaci ſciſcitatione potui ſuper his perquirere. Non enim eo animo, nec ea præſumptione hæc ſcribo, ut exiſtimem puſillanimitate ingenii mei parem huic oneri ferendo, ſed quia nulla lingua debet ſilere laudes Conditoris. Refero hæc non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ, ſed in ſimplicibus verbis, ut hæc magnalia Dei in multis innoteſcant, & clareſcant futuris generationibus.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſexageſimo ſecundo, gubernacula Sedis Romanæ Papa Alexandro ter quaterque beato, inter graviſſimos turbines & inſidiantium inexplicabiles infeſtationes moderante, Regni autem Romani inſignia victorioſiſſimo Rege Henrico geſtante, gens prava Judæorum, & exaſperans, in civitate Aternina, quæ eſt juxta flumen, quod vocatur Piſcaria, habitans, nondum ab antiquis furoris debacchatione manus incontinentes effrænans, nondum ſatiata opprobriis, deriſionibus, illuſionibus, contumeliis, terroribus Salvatori noſtro ingeſtis, quaſi jam vetuſtate ſui obſoletis incredulitate magiſtra, mutuis incitant ſe ſermonum ſtimulis ad cruentandum denuò manus adhuc de prima effuſione ſanguinis ſtillantes, multis ſe exacuunt conſiliis, & exhortationibus frequentiſſimis. Ad ignominiam Chriſtianitatis univerſæ conantur, moliuntur, quærunt, cogitant, qualiter poſſint in Chriſtum frendere, & execrationes, & tranſgreſſiones patrum, quas fecere Chriſto ambulanti in carne, ſaltem imaginariè reiterare. Tandem firmato ſermone nequam, ut mucrone anathematis percuteretur quiſquis eorum facta non imitaretur. In proxima quarta feria ante celebrandam immolationem agni immaculati, jam inclinante die, & nocte infidelitatem eorum novo marcore opacante, armant ſe, accingunt ſe ad illudendum ſoli jugati. Ne mireris quiſquis es, quod protraho ſermonem, refugiens indicare id, quod eſt triſte, quod tamen neceſſe eſt, licet tardè proferre. Tu quidem fideliter geſtis, & jam hic ſuſpenſo animo exitum rei videre gliſcis: naturale enim eſt quodammodo, ut raro ſatis properetur feſtinantibus. Mihi autem inter dicendum riget coma, horror vehemens occupat omnia membra, moritur in ipſo palato quæ efferre debeo verba: balbutit lingua: mens mœrore gravi refugit meminiſſe piacularia flagitia: gelante ſanguine cunctæ glaciantur potentiæ: & cum vix reſumptis viribus recolo atrociſſimum facinus, dulcius eſt torrente lacrymarum totum me diſſolvi, quam aliquid de tam dira inſultatione noſtri Reconciliatoris effari. Verumtamen velim nolim, cum multis ſingultibus illam, cum inenarrabilibus gemitibus, & defluentibus per genas lacrymarum imbribus edam. Ingreſſi Synagogam decem numero, in tabula lignea jam carie vermibus excſa imprimunt ceram, quæ partem in ſe, & lineamenta corporis Dominici, & Crucis imaginariam exprimeret formam: manibus, pedibuſque acus inſigunt, Capiti in modum coronæ acus circumponunt, primique armiductores ſceleris Juda, Samuel, Mel, tetendeunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra; jaculantur tela, vibrant quaſſatis lacertis ſpicula, latus utrumque aperiunt lancea. Qua rabie peracta, nocte urgente redeunt ſcelerati ad ſcelerata domus ſuæ cubilia lætantes ſuper veſania ſua, quaſi qui inveniunt ſpolia multa. Mutuò dant fidem neminí ſe prodituros tanti facinoris atrocitatem In craſtinum autem cum ſol jubar radiorum ubique ſpargeret, ut, quod in vero ſole myſterii delituit, fulgore ſuo panderet, more ſolito ingrediuntur execrationis domum, ac mira diſpenſatione Domini, vident laticem cruoris per effigiem diffuſum: vident guttas ſacroſancti Sanguinis terratenus ſtillaſſe, & minutiatim pulveri adhæſiſſe. Illico animo conſternati, & rea conſcientia torquente terribiliter ſunt exterriti. Væ nobis, inquiunt, ſi Chriſtiani hæc reſciſcunt, certe nulla ſpes vivendi, nulla fiducia, ſecurè moriendi. Sicut novum ſacrilegium commiſimus. nova ſupplicia, pœnas inauditas, exitium factis noſtris dignum, ac exterminium recipiemus. Stant trepidi auribus arrectis, quæque vicina perluſtrant crudelibus & ſanguinolentis oculis ſi quis aſſiſtat proditor ſceleris. Sed cum mille ingeniis pertractarent, qualiter hæc occultè celent, nil hoc intius, nil hoc ad abſcondendum excogitant efficacius, quàm ut curiosè, diligentiſſimèque raſa tabula, terra etiam, ubi cecidit ſanguis. glebatim guttas colligant, & in vaſe vitreo admodum modico repoſitas, in ſecretiſſima parte abſcondant: dicunt, & faciunt. Effigiem etiam informem materiam glomerando diffragunt. Et qualiter nullum veſtigium, & nullum indicium, nullum ſignum ſuperſit, ex quo percipiatur, calidiſſimè timore magiſtro argumentantur. O infeliciſſimi Judæi, quorum cor lapideum in ſtylo ferreo conſcriptum, & ungue adamantino ſculptum. O infruniti, quorum iniquitatem revelabunt Cœli, adverſus quos terra conſurget in die furoris Domini. O miſerrimi quid hoc factum tergiverſatione calliditatis veſtræ offuſcare fruſtra nitimini? O frontis duriſſimæ . . . . impudentiſſimum, quondam dato precio corrupiſtis eos, qui dicerent, venerunt diſcipuli, & corpus ejus ſunt furati, & cogitaſtis tali techna obnubilare magnificam gloriam Reſurrectionis Domini; tamen omnis opera veſtra funditus eſt caſſata. Et hoc figmentum mendacii veſtri præcinuit David Pſalmiſta: In multitudine virtutis tuæ mentientur inimici tui Domine. Nec etiam ſimiliter in vanum laboratis, cum occultare diſponitis myſterium divinitatis: omnia enim hæc occulta veſtra & abſcondita tempore ſuo luce clariùs patebunt, & mira novitate ſui, animos omnium, qui audierint miro ardore in ſe incitabunt. Certè in univerſo mundo quandoque prædicabitur, & per omnes vicos & plateas, & caſtella, & civitates ſuper hac magnificentia, & canticum novum, & laus plurima in ore omnium catervatim Domino decantabitur. Vos ipſi tempore illo multitudine miraculorum illecti, ſubita flamma incenſi, veterem hominem exuti, & ſtola candida baptiſmatis, niveoque agni vellere induti, Domino confitebimini, & in diebus illis, ea quæ nunc tanto ſtudio occultatis, ſponte veſtra in omnibus gentibus annunciabitis, & implebitur Davidica vaticinatio; Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Et iterum. Inimici defecerunt frameæ in finem. Item, deficiant peccatores ex terra, & iniqui ita ut non ſint. Et, Eſajas: Reliquiæ, inquit, ex Iſrael ſalvæ fient. O mira erga nos, & circa Judæos divinæ pietatis dignatio. O inæſtimabilis caritatis dilectio. O altitudo ſcientiæ & ſapientiæ Domini, quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, quam inveſtigabiles viæ ejus. O quàm admirabilis diſpoſitio Sacramenti à ſæculis abſconditi. Hinc David; Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me Domine, confortata eſt & non potero ad eam. Item ipſe: quàm magnificata ſunt opera tua Domine, nimis profundæ ſunt cogitationes tuæ: Item, quis Dominus magnus, ſicut Dominus noſter, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus. Item, multa feciſti tu Domine mirabilia tua, & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi. Et Salomon Sapientia Domini prævidet om-

nia,

A nia, quis inveſtigavit? Item ipſe; Radix ſapientiæ ejus cui revelata eſt? & aſtutiam illius quis agnovit? Item ipſe, quoniam mirabilia ſunt opera Domini ſolius, & glorioſa, & abſconſa, & opera illius inviſa hominibus, Domine Dominus noſter, licet ſpiritus tuus effugiat diſciplinæ effictum, & auferat ſe à cogitationibus perverſis, & non intret in corpus ſubditum peccatis; tamen ad glorificandum opera ſua oculos noſtros interioris hominis illuminat. Mirabilia ſunt enim, Domine, opera tua, & cum ea ſcrutatur anima mea, invenio magnalia hæc noſtris temporibus completa, tanto mirabiliora, quanto à præteritis ſæculis non ſunt audita. Humani generis cauſa cum eſſes inviſibilis, & interminus, non ex virili ſemine, ſed ex myſtico ſpiramine, & virtute Spiritus ſancti obumbratæ, pudorem humani exordii non recuſaſti, alvo virginali conceptus, naturam carnis noſtræ per hujus admixtionis ſocietatem ſanctificandam in te accepiſti; partum, vagitum, pœnas, onuſq; naturæ noſtræ, contumelias, ſine nævo peccati tranſcurriſti, ex quo omnia, B per quem omnia, in quo omnia humani lege partus progrediens humilitate tua, nobilitatem, contumelia tua honorem conferens nobis, nato tibi famulati ſunt Cœli melliflui facti; ſtella mox nova luce, novo ductu, novo ſatellitio ancillabitur tibi: Deitas tua nequaquã quivit latere, ſignorum prodente varietate: Novo genere potentiæ, mutavit originem unda; aqua vinum juſſa fundere: Cæcis lumen reſtituiſti, lepram luridam tactu placido fugaſti: filium unicum matris viduæ cum jam efferretur, tacto loculo ſuſcitaſti: putrem Lazarum ad ſuperos prodire feciſti: filium cujuſdam de turba ſpumantem, dentibus ſtridentem, & areſcentem, eliſum in terra, frequenter miſſum in ignem & in aquam, comminando ſpiritui immundo liberaſti: fluxum ſanguinis conſtrinxiſti: de quinq; panibus, quinque millia hominum ſaturaſti: ſtagnum fluctuans ſicco veſtigio peragraſti, petrã percuſſiſti, & torrentes aquarum emanare feciſti, in paſſione tua, cum de torrente in via bibiſti, ſanguinem & aquam de latere tuo produxiſti, vitæ portitor guſtans mortem morſu momordi- C ſti, male potens imperium Diaboli, portas æneas, & vectes ferreos confringendo deviciſti, carnem tuam ſine corruptione ſuſcitaſti, clauſis januis ad diſcipulos intraſti, fœnum carnis noſtræ altis ſideribus inveniſti, alia perplura, quæ ſciens prætereo, quia prius deficiet vox quam numerentur, mira feciſti: Granum ſcrobis terræ injectum facis ſurgere, aliud in ſexageſimũ, aliud centeſimum, terram hibernali glacie contrectam tempore certo vernare facis, venuſtate fructuum ſuorum ſingulis quibuſq; in fœtu ſuo decorè pullulantibus, & uberibus plenius pubeſcentibus, ſecundũ genus ſuum. Per manus etiam Sacerdotum, ſive bonorũ, ſive peccati compede detentorum, panem in carnem tuam, & vinum in ſanguinem inviſibiliter quotidie transferens. Et hæc omnia, quæ retuli quaſi vileſcere facit ipſa diuturna aſſiduitas & oblivisci facit quodammodo myſteriis noſtris temporibus completis, inexplicabilis omni lingua & omni ævo inaudita, novaque novitas. A ſæculo enim non eſt auditum, ex cerea imagine undam ſanguinis emanaſſe. Nunc verò D factum & audivimus, & vidimus, & inibi crebreſcentibus miraculis omnem ſcrupulum ambiguitatis abſcidimus, & fide firmiſſima tenemus, quia Dominus proſpexit de excelſo ſancto ſuo, de cœlo in terram iterum aſpexit, ut audiat gemitus compeditorum & ſolvat circumplexos funibus peccatorum; videns enim Deus, & Dominus noſter, quoniam omnes declinavimus, & ſimul inutiles facti ſumus, & non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum, & quod adverſarius noſter non ſolum circuit quærens, quem devoret, ſed validiſſimè & tenaciſſimè dentem in ipſis membris Eccleſiæ in tantum infixerit, ut improvidentia Paſtorum totum ovile avida . . . .

ſit omne caput languidum, & omne cor mœrens, & peſtis uſque ad verticem . . . . & quia compunctus

. . . . ſteriore operum . . . . .

. . . feſſionem evomui . . . .

antidoto mederi . . . . in baratro proſtitutus abſorpto, ut qui in facie monentem audire noluimus, vel poſt tergum clamantem, tantoque myſterio in ſe ipſo iterum atque iterum paſſo reconciliare volentem audiamus. Ergo veriſſimè credamus, quod ſicut in illa ſacroſancti Sanguinis unda gratis abluti ſumus, de filii mortis, filii vitæ, filii libertatis, filii adoptivi facti ſumus. Similiter vi ſublata, &c. Sed ad hiſtoriam redeamus; Igitur placuit Deo, elapſo jam fere triennio id palam fieri ad ipſius nominis gloriam & Judæorum tanti facinoris patratorum confuſionem. Accidit enim ut Samuel primarius ſceleris auctor convicinum ſuum Abraham nomine atrociter neſcio qua de cauſa commotus ignominioſis eum verbis laceſſeret, & contra pari modo laceſſit non dictis modo, ſed factis, & dum adhuc vulnus doloris inflicti, recens & impreſſum in mente Abraham eſſet, quæreretque occaſionem qualiter victus vicem rependeret talionis, accidit ut alter Abraham Judæus, qui paucos ante dies aliunde illac permeans, tranſiret prope inimicum ſuum, cui non injurias & ignominiam ſolum à Samuele ſibi illatam, ſed prorſus de cerea Salvatoris crucifixi imagine & de ſanguine ab ea emanato totum factum narravit ordine. Quod Abraham advena diligenter in corde notavit. Qui poſtmodum inde diſcedens, lanceamque qua Dominica latera ſunt aperta neſcio quo caſu acquiſitam in manu geſtavit, quam tranſmiſit, dum fuit in itinere cum quadam muliere in ſtupri flagitio deprehenſus. Eleazarius tandem venit ad oppidum Septi, ubi tunc morabatur Tranſmundus Comes Teatinus, à cujus prudenti uxore ita dulci perſuaſione mollitus eſt, ut relicto judaiſmo Chriſtianam religionem ſit amplexus, baptizatus itaque vocatus eſt Nicolaus. Appropinquante autem Paſchali feſto dirigitur nuncius Comitis ad civitatem Aternenſem, qui indicat Caſtaldo quatenus requirat ſolitas impenſas ad curias deferendas à populo Judæo. Nuncius vero nutu Dei longe aliter quam ſibi præceptum fuerat mandata detulit, jubetque ut univerſus populus Judæorum ſecunda feria Paſchæ, apud Septam interſit Comitis Curiæ. Illi autem nihil veriti, nihil ſuſpicantes mali fronte conſtantiſſima veniunt ad curiam Ceſſoni. Sed dum Comes ut fieri ſolet in ſecretioribus partibus palatii cum ſuis optimatibus quibuſcunque neceſſariis deliberandis operam daret, Judæi patentiore parte domus conſident, expectantes; atque dum Comiti conſiliis expedito obviam ad ſalutandum properent, hic ſubito inter reliquos clientes quibus curia illa plurimum abundabat, huc, atque illuc curſitantes conſpiciunt Abraham Judæum advenam illum factum Chriſtianum: debebat autem Samuel Judæus eidem baptizato neſcio quot Bizantios perſolvere, pro quibus iiſdem Samuel paucos ante dies juſſu Comitis bona parte rerum ſuarum eſt mulctatus, cujus damni vulnere adhuc in pectore ebulliente invehitur atrociter in eundem baptizatum & objurgat aſperrimè. Hic Nicolaus nacta nocendi, & mentis ſuæ morem gerendi cauſa, quod diu in penu cordis vigili cuſtodia ſigillatum occultaverat, libera fronte edidit. Tune, inquit, in Comitis curia audes latrare verba canina? certe modo te tranſierunt ad hanc Curiam exterminii ſui diſpoſita facta & vehementer verbis ac zelo plenis, jactavit in eum improperia, & patefecit ordine de cerea imagine Salvatoris quam crucifixerat triennio ante. Quod Samuel contra audacter negabat, Nicolaus vero hujus rei teſtem appellabat Abraham illum Judæum ibi præſentem à quo dudum audierat hoc deteſtabile facinus ipſi dum forte tranſiret apud oſtium ſuum, ſed illo ob metum mortis reſpondente ſe neſcire quibus ipſe æmuleatus latraret, ad magnos verborum ſtrepitus Comes ipſe cum multis aliis accurrit, & quamvis ferè omnes quæ audiebant deliramenta eſſe putarent, Comes tamen ſanioris, & prudentioris mentis cæteris, non hæc quaſi ſomnia putavit, & quin de ſaxea gente Judæorum nihil poteſt dici, quod non poſſit credi, aliquid de hic eſſe haud difficile credidit. Juſſit itaq; eos ceſſare à pugna verborum, & parcere verbis conviciorum. Si vultis, inquit, probare quæ dicitis, vel negatis, dirimat veritatem pugna certaminis, congredientibus vobis in craſtino cum teſtibus datis.

Pro-

A *Profitentur ambo in craſtinum congredi duello, ſed Abraham, torquente conſcientia diffidens nimium cauſæ ſuæ, excogitavit viam evadendi certamen hujuſmodi, ſociuſque convenit ut optimates familiares Comiti adirent & magnam pecuniarum ſummam pollicerentur, quatenus in hoc diſcrimen non verſarentur, & ne dum preferrent pecuniam evidenti ſigno prodere viderentur etiam culpam ſiagant innocentiam, ſed cum pollicitationibus hujuſmodi nihil proficerent, & Comes tanto fortior ad repudiandum eorum munera fieret, quanto eſt certior de culpa, non potuit Abraham præſcriptum diſcrimen effugere, in quo victus eſt acclamante populo præ gaudio. Continuo præcipiti curſu volat nuncius ad Civitatem Aternenſem, ut inveſtiat & tollat ad opus fiſci univerſam Judæorum ſupellectilem, quæ dum diriperetur, & aſportaretur, inter cætera etiam ampulla vitrea, ubi ſanguis Domini latuit, tollitur nemine ſciente, quod talis eſſet ſanguis. Dum hæc aguntur Comes apud Septam à Judæis in tormentis habitis eet veritatem per diligentem inquiſitionem extorſit; qui dum*

B *ſinguli volunt ſe excuſare, & in alios culpam retorquere, omnia ut geſta ſunt produnt. Comes audito quod ſanguis, qui emanavit repertus fuerit [non enim antea ſcivit] vigilantiſſime quis habeat inquiſivit, pœnis terribilibus minatur uſſitere, ſi non manifeſtarent propere. Faſſus eſt Samuel Mel ejus ſocium collegiſſe in ampulla ſanguinem & conſervaſſe apud ſe in arca, qui à ſæculo migrans genero ſuo cuſtodiendam & numquam revelandam reliquit. Accerſitus Mel gener non negavit habere domi quamdam ampullam ſatis parvam, ſed quid intus eſſet ignoraſſe ſe dixit. Mittitur continuo Aſernum Comitis filius ad id inquirendum, & invenit jam ipſam ampullam perveniſſe in manus uxoris Caſtaldi, receptamque detulit protinus ſummo gaudio ad Comitem patrem, qui ad removendam omnem ambiguitatem mandavit de ipſo ſanguine ut fieret experimentum, jubens ſuperimponi ardentibus prunis in thuribulo congeſtis, quod cum facere tentat unus Sacerdotum, ſubita caligine obtutus oculorum horrore percuſſus exanimis*

C *cecidit, & aliquamdiu in extaſi obſtupefactus jacuit. Ex hoc evidentiſſimo ſigno has veras guttas veri ſanguinis eſſe claruit. Mox Comiti cupido inceſſit adipiſcendi ſalutiferam teram, in qua expreſſa eſt imago Salvatoris, propter quod multos Judæorum in tormentis habuit, ubinam eſſet fateri nolentes, tandem unus eorum nomine Samuel Aternum reverti permiſſus ſpecie inquirendi, certas, vanas, & callidas tentat illuſiones, cumque ad paratum patibulum duceretur, faſſus eſt ſe eam apud Septam commendaſſe cuidam fœminæ, ad quam præpropere miſſus fidus nuncius, qui ita eſſe invenit: inventa ſunt etiam Comitis inquiſitione lancea & tabula illa, ſuper qua terea imago fuerat in crucifixi formam delineata, & utraque in Sancti Salvatoris Eccleſia repoſita ſunt, quæ erat ſuper flumen Piſcariæ in propugnaculo civitatis ædificata, & continuo ipſorum Judæorum ſynagoga mutata eſt celebri & ſolemni ritu in Eccleſiam ligneis licet materia foret parietibus, ut ſic murus*

D *paſſione Chriſti prius rubens, poſſet piarum lacrymarum imbribus mundari, & ubi filius Dei negabatur, & crucifigebatur, Sancta Trinitas unus Deus prædicaretur, & glorificaretur. Cæterum apud Septam ſanguinis illius virtute multa ſunt patrata miracula. Quidam à dæmone obſeſſus liberatus eſt, nec minora operata ſunt in Aternenſi Eccleſia ubi dicta tabula & lancea aſſervabantur, & cum horum miraculorum fama & rei novitas ubique percrebreſceret ad novam Hieruſalem (ſic enim ad hujus facti memoriam non immerito nova eſt nuncupata Eccleſia, quæ prius fuerat ſynagoga Sathanæ ut etiam hodie vocatur) magnus fit concurſus populorum cum magna devotione. His etiam compuncti Judæi duodecim abjecto Judaiſmo Chriſtianam fidem amplexi ſunt. Comes vero cum quæreret à convocatis Epiſcopis, & cæteris religioſis viris quid de miraculoſo ſanguine apud Septam, ut eſt jam dictum aſportato, agendum eſſet, reſponderunt omnes eſſe conſulendum Summum Pontificem,*

A *qui deportandum eſſe ſtatuit ad ipſam civitatem Aternenſem, ubi placuit Chriſto, ut latus ſuum pungeretur, & ſanguis effunderetur. Convocatis itaque apud Septam vicinis Præſulibus, & Abbatibus, & aliis Religioſorum, Clericorum, & populorum cœtibus in octava Apoſtolorum Petri & Pauli majori qua potuit reverentia & ſolemnitate, Comes ipſe & Comitiſſa ejus unoe precioſi Sanguinis ampullam transferendam curaverunt, & tam ipſi quam cæteri omnes nudis pedibus ſolemnioris proceſſionis pompam aſſociaverunt, & cum appropinquaſſent Aternem, civitati obviam habuerunt ejuſdem civitatis Clerum & populum, & alios, qui in magna frequentia ab altera parte fluminis confluxerant, ſolemnibus veſtibus indutos, & ſanctorum Reliquias deferentes, & ipſam lanceam. Portatur Sanguis ad Eccleſiam Sancti Salvatoris, & in capite ſcalæ ipſius Eccleſiæ ab aſtantibus Epiſcopis diſcooperta eſt precioſi Sanguinis ampulla, qua devotè, & præ lætitia flentem populum benedixerunt.*

B Hactenus Hiſtoria, cujus auctor creditur ipſe Acto Epiſcopus, qui ad ſolvendos funes peccatorum illuc adventaſſe dicitur. Cæterum ad hujus rei memoriam Robertum Guiſcardum memorati Traſmundi Comitis conſanguineum, qui per hæc eadem tempora vivebat, & Ducatum Apuliæ expulſo Bailardo Hunfridi fratris filio occupaverat, alteram Eccleſiam nobili muſivo opere totam ornatam ſub titulo ſanctæ Hieruſalem in civitate Panormi extruxiſſe, ut Fazellus tradit Hiſt. Siciliæ decadis 1. lib. 8. facile crediderim.

14. TEUXO *a* Actonis ſucceſſor conſecratus fuit à Gregorio VIII. Pontifice anno 1073. teſtem habeo epiſtolam ejuſdem Papæ in vol. 3. epiſtolarum Decretalium lib. 1. pag. 616. In brevi Indiculo hujus Eccleſiæ Præſulum habemus Teuxonē obiiſſe circa annum ſalut. 1077. Nil aliud certum de eo prodirum reperitur. Ad hujus autem tempora ſpectare crediderim quæ leguntur in quodam inſtrumento donarionis in antiqua membeanula ſcripto, ubi habetur, quod quidam Nirus Ardinghi donat Eccle- XIV. *a Al. Teuzo, & Celſus.*

C ſiæ Teatinæ, cui tunc præſule (forſan ibi Vicarius abſente Epiſcopo) Benedictus presbyter, & Sacriſta *unā petiam terræ in Comitatu Pinnenſi modiorum 300. vocabulo à Ciſaricaldo*, &c. anno Dom. 1076. Hunc autem eſſe Benedictum exiſtimo, qui in officio Sacriſtæ Joanni ſuccedens inventarium fecit ornamentorum, ſupellectilium, librorum, & aliorum mobilium Eccleſiæ Teatinæ, quæ reperit, hoc uſus prooemio. *Omnibus*, inquit, *in Chriſti fide gentibus Teatinæ urbis Clericis, & laicis; Ego Benedictus ea, quæ intra Eccleſiam reperta ſunt Joanne decedente ex hac vita Sacriſta, omni remoto dubio cupio notificare, quæ omnes hus attendentes intelligite reperta hac in Eccleſia ſunt hæc.* Et omiſſa memoria aliarum rerum, dum de codicibus agit, numerat librum de nominibus clericorum, tres libros Comitum, & ſimul librum Epiſtolarum cum tabolis argenteis, qui etiam nunc aſſervatur in inferiori ſacrario dictæ Eccleſiæ, ſed ſpoliatis tabulis illis

D argenteis.

15. RAYNULPHUS, ſive Raimo, utroque enim modo vocatum invenio, Gregorio VII. Summo Pontifice ad Clavum ſedente anno 1078. regebat Teatinam Eccleſiam, cui anno 1087. Tranſmundus Comes donat Caſtrum Sculculæ, ſitum in Comitato Pionenſis in Valle de Piſcaria *una cum Muca, & Carbonaria cum introitu & exitu ſuo pertinentia, conſiſtentia in terris, ſilvis & vineatinis, quæ ſimul terræ faciunt quatuor millia modiorum, &c. fines aſſignantur in membranula, à capite Luſtiniani, à capite pertinentia Spalſurii, ab uno latere rivus Porciani, ab altero latere fluvius Piſcariæ.* Cujus donationis inſtrumentum ab ipſomet Comite, & tribus teſtibus ſubſcriptum, actum dicitur Pinnæ die 14. Octob. 10. Indict. ann. prædicto per manus Azonis Judicis & Notarii. XV.

Sequenti anno 1087. idem noſter Epiſcopus Raynulphus concordiam iniit, ſive quoddam cambium

egit

egit cum Abbate S. Joannis in Venere ſuper quadam juriſdictione in Caſtro Scoricenſi, cujus concordiæ Epiſcopus ipſe ad futuram rei memoriam literas dedit hujuſmodi ſub tenore.

Notum eſſe deſidero omni tam laicorum, quam clericorum turbæ in Chriſto quidem manenti quietè, qualitee ego Raynulphus Teatinæ Sedis Præſul cambium quoddam ad utilitatem Eccleſiæ Sancti Thomæ, cujus Vicarius, licet indignus dicor, & ſum, nec non & ſucceſſorum meorum, quandoque ſuccedentium cum Joanne venerabili S. Joannis in Venere Eccleſię Abbate confirmaverim, atque ad finem perduxerim: eſt autem ipſum quidem, ut ad finem tendamus, cambium quoddam, cui ab ipſius terræ incolis nomen Mucela Schoſchioſa impoſuitur Caſtrum, quod ipſe ſupradictus Abbas in uſum, & proprietatem ſupradictæ S. Thomæ Eccleſiæ dedit abſque omni moleſtatione, & contradictione cum maxima ipſius Caſtri pertinentia, ſcilicet, & ab uno latere, ſicuti tenentia pertinet ad ipſum ſupradictum Caſtrum uſque in terminos Caſtri, quod dicitur Giruli, ex altero latere, ſicut fuit illa Eccleſia, quæ modò eſt deſtructa, & vadit recto tramite ad aliud foſſatum, & ſicut prætenditur illud foſſatum uſque ad Metas telluris S. Mariæ & S. Nicolai infra hæc ſupraſcripta confinia ſcribit, ipſe ſupradictus Abbas mihi ſupradicto Antiſtiti, ſucceſſoribuſque meis omnia ſicut pertinent ad ipſum ſupradictum Caſtrum, & ſicut continentur intra ſupranominatos terminos, & firma, atque amica pactione ſtabilivit. Inſuper & idem in ſuo proprio dominio de alia ſua terra, quæ vicina eſt circum ſupradicto Caſtro conceſſit, & firmiter dedit ipſius ſupradicti Caſtelli incolis, paſcua, nec non & ligna, herbam quidem ad uſum gregum ſuorum, ligna verò ad incendendum tali tenore, herbam & ligna eis dedit quatenus ipſi ſupradicti Caſtelli incolæ ſingulis annis pro ipſa herba, & lignis ut ſupradictum eſt, duo opera, unum in ſeminando, aliud in metendo. Hæc autem tali lege ſancita, ut ſi ipſe, vel aliquis ſucceſſorum ejus hanc conſtitutionem, & ſupradictum cambium moleſtaverit, ſive mutaverit, & ipſe ſupradictus Abbas, ſive ſui ſucceſſores, ſic & idem quiſpiam alter moleſtare præſumpſerit, mihi ſupradicto Raynulpho ſucceſſoribuſq; meis in defenſione pro poſſe ſuo adjutor, firmuſque defenſor non extiterit, libram auri ſupradictæ Eccleſiæ S. Thomæ perſolvat, & tamen cambium firmum permaneat. Amodo, fratres cariſſimi, quibus noſſe datum eſt & intelligere, qualiter ego ſupradictus Raynulphus S. Joannis Eccleſiam contradiaverim cambio animadvertitis. Ego quidem decimas ſeptem Caſtrorum, ſcilicet Balentani, Faræ, Bodevecci, & Valle & Sancte Vito, & lo Vaſto, Meruli, & lo Vaſto Octaviani, & medietatem Palleti ſupradicto Abbati & proprietatem S. Joannis Eccleſię tradidi, ita quod eodem jure quo cætera, quæ in Epiſcopatu meo teneo, Caſtella teneat; Hæc autem omnia tali ſunt lege legata, ut ſupra dictum eſt. Ab Incarnatione Dom. noſtri Jeſu Chriſti anno 1087. 3. Kal. Febr. per Ind. 10. Actum in Teate feliciter, hujus teſtes ſunt Peæpoſitus Manfredus, Petrus Decanus cum Hungrello, Barbo Stangardula. Hoc documentum ratum habuit, & aſſeruit Matthæus, hujus Monaſterii Abbas anno 1322. temporibus Raymundi Teatini Epiſcopi. Per multa antea ſæcula conditum hocce cœnobium fuerat à S. Benedicto Monachorum occidentalium Patriarcha in hac Diœceſi in loco juxta portum Veneris, ubi fluvius Sacer mare ingreditur Adriaticum, quem dono acceperat à Juſtiniano Imp. ann. 12. imperii die 15 Septemb. intuitu tamen S. Placidi ejus nepotis. Hujus meminit Zacharias Papa in privilegio Montis Caſini ex appendice Leonis Oſtienſis, & Chronic. ejuſdem lib. 2. cap. 88. lib. 3. c. 9. Celebris fuit Abbatia hæc inſignis Principum Pontificum ornata privilegiis, quæ tandem cum in Commendam incidiſſet, à Clemente VIII. Eccleſiæ S. Mariæ de Vallicella ad puteum album, ut vocant, de Urbe, & presbyteris ejuſdem Oratorii S. Philippi Nerii piiſſimis filiis perpetuo unita fuit.

Inter cætera ejuſdem Abbatiæ privilegia, quæ extant in eorum tabulario aliqua exſcribere mihi licuit, quæ exhibeo, unum Henrici III. conceſſum an. 1047. alterum Henrici VI. aſſertum anno 1195. à Federico II. filio confirmatum anno 1227. ſic enim ſe habent.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HENRICUS divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Cum S. Eccleſiæ honeſtati, & utilitati prudenter providere ſtuduerimus, inter ejus membra numerari, & agnationi filiorum Dei confidimus adſcribi. Quapropter omnium Chriſti, noſtrique fidelium, tam futurorum, quam præſentium ſolers induſtria noverit, qualiter JOANNES venerabilis Abbas Monaſterii S. Joannis Baptiſtæ poſiti in Territorio Teatinenſi juxta Mare in loco Venere vocitato, & conſtructo à Tranſmundo Comite filio Marchionis Tranſmundi eo ordine ut ſub Imperiali poteſtate ſemper maneret, Noſtram adiit excellentiam, petens quatenus jam dictum Monaſterium ſub noſtram tuitionem reciperemus, & per noſtrum præceptum cum omnibus ſuis pertinentiis confirmaremus, cujus dignis precibus annuentes Monaſterium prænominatum ſub noſtram defenſionem recepimus, & quicquid ad idem Monaſterium nunc pertinet, vel in futuro alias pertinuerit confirmare decrevimus, hoc eſt, res, & proprietates, quas ſimul in uno tenenti XII. millia modiorum videntur convenienti, & uſuali ſunctuariæ eſſe capaces in circuitu ipſius Eccl. cui eſt ab une latere Rivus Olibelli, ab alio flumen Sangri, à tertio latere Actoni. Comitis & Epiſcopi S. Thomę, à quarto mare cum piſcatoribus ſuis, & medietatem portus, qui eſt in Rocca Sangri, medietatemq; portus, qui eſt in fauce de portu Arnaldi, & cum omnibus molendinis pertinentibus ad ipſum Monaſterium. Nec non Caſtellum Murato cum ſuis pertinentiis, ac Eccleſiam S. Dominici, & Eccleſiam S. Joannis, & Caſtellum de Latrano cum eorum pertinentiis, & Eccleſias S. Euſanii, Sanctiq; Benedicti, S. Helenæ, S. Laurentii cum ſuis pertinentiis, Eccleſ. S. Mariæ in Caldaria, S. Pauli, S. Michaelis in Aorendia, & quartam partem portus de Orbona. Eccl. S. Apollinaris, & S. Anſelmi, S. Joannis cum Caſtello de Rivo majori cum molendinis in flumine ſub Sorulle, piſcis & Eccleſiam S. Laurentii, & ſextam partem de Eccleſia S. Salvatoris in Comitatu Termolenſi, Eccl. S. Januarii, & S. Laurentii juxta Piſcariam cum quarta parte tranſitoris ipſius aquæ, & Eccl. S. Joannis quæ eſt in Plano de Piſcaria, & S. Romani cum ſuis pertinentiis Eccleſiarum S. Pauli, S. Joannis juxta Piſcariam, & S. Michaelis, S. Joannis & S. Crucis, Eccl. S. Joannis in Comitatu Pennenſi, & Eccleſ. S. Joannis, Sanctiq; Donati. In Comitatu Ampulerſenſi cum omnibus ſuis pertinentiis. In Principatu Beneventano, Eccleſias S. Joannis, & S. Mariæ cum eorum pertinentiis, omnibuſq; rebus mobilibus, & immobilibus, & Eccleſiam S. Benedicti cum Caſtello, quod parvum dicitur cum molendinis & fluminibus & terris, vineis, villis, caſtellis ſuis, paſcuis, campis, ſilvis, aquis, molendinis, piſcationibus, ſervis, & ancillis, ædificiis, & omnibus uticatibus, Caſtellum Rocchæ, dictam Eccleſiam S. Zachariæ, & Caſtellum de Giruli, Caſtellum Rigorufti, Caſtellum de Rivo Petri, Caſtellum Moro, Caſtellum de . . . Caſtellum de . . . . . octingentos modios de terra, Caſtellum de Senella, Caſtellum de Linati quantum ad ipſum Monaſterium pertinet, Caſtellum Caſtilliani, Caſtellum Agmoni, Eccleſiam S. Petri, Caſtella duo in plumbum, Satelliano extra Caſtellum de Stillo, Vetum S. Angelo, & S. Joanne combuſte: Caſtellum de Caſale, & Salliano, Caſtellum de Tegole, Caſtellum de S. Angelo, & Rotano cum omnibus ad idem Monaſterium jure pertinentibus, ea videlicet ratione, ut prædictus Abbas ſuique ſucceſſores liberè teneant, & quando Abbas natura conceſſerit, ipſi Monachi licentiam Abbatem eligendi habeant quem voluerint, & ut nullus Epiſc. Dux, Comes, Marchio, aut ali-

qua Regni noſtri magna, parvaque perſona prædictum Abbatem, aut Monaſterium in aliquibus deſtituere præſumat, vel aliquam injuſtam inferre. Si quis hoc infregerit, mille libras auri componat. Quod ut verius credatur cartam inde ſcriptam manu propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Tertii Romanorum juſtiſſimi Imperatoris Auguſti.



Henricus Cancellarius vice Hermundi Archicancellarii recognovi. Datum Kalendis Martii Anno Dominicæ Incarnationis 1047. Indict. 15. Anno autem Domini Henrici Tertii, ordinationis ejus 18. regnantis quidem octavo: Secundi Imperantis primo. Actum in fluvio Senelli. In Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus Sextus divina favente clementia Rom. Imp. ſemper Auguſt. & Rex ſic, &c. Inter cætera, quæ in actus pios expendimus, quibus magis Deum propitium nobis reddimus, & ſpeciali victima devotius placamus, hoc ſolum arbitramur eſſe potiſſimum, hoc noſtris potius utilitatibus applicamus, cum Eccleſiis & locis venerabilibus conſideratione pia conferimus. Inde eſt quod nos intuitu Regis Regum Creatoris omnium; cui totius noſtræ felicitatis incrementum debemus, ob remiſſionem etiam animarum noſtrorum parentum, ac longæva noſtri conſervatione Imperii, nec non & exuberanti noſtræ munificentiæ gratia præſenti noſtro privilegio confirmamus Monaſterio s. Joannis in Venere, Abbati Oderiſio fideli noſtro, & ſucceſſoribus ſuis omnia Caſtella & obedientias, quas tempore prædeceſſorum Regum Siciliæ, Regis ſcilicet Rogerii, Gulielmi Primi, & Secundi ipſa Eccleſia tenuit, & poſſedit, ſcilicet in Terra Teatina in demanio Roccam S. Joannis, Foſſamcæcam, Civitatem Sangri, Caſtellum Treſſæ, Caſale Divæ Juſtæ, Caſale Perani Caſale Lentiſci, Caſale S. Enfanii, Caſale Piruli, Caſale Caldariæ Caſtellum S. Viti, Roccam de Sclavis, Caſtellum Antuſæ, Caſtellum Balegnani, Caſale S. Apollinaris, Caſtellum Muratum, Obedientiam S. Martini de Thermulis cum cellis ſuis, Obedientiam S. Petri de Guaſtnimonir, Obedientiam Sancti Petri de Reſte, Obedientiam S. Mariæ cum cellis ſuis, Obedientiam S. Petri in Muſano, Obedientiam S. Enfanii, Obedientiam S. Mariæ in Caldaria. In Ortona quintam partem portus Ortonæ, Eccleſiam S. Petri, Eccleſiam S. Pauli, Eccleſiam S. Marci cum cellis ſuis, Obedientiam s. Mariæ in Trinio: In Lanzano Eccleſiam s. Longini, Obedientiam s. Crucis de Alento, Eccleſiam s. Pantaleonis. In ſervitio autem Caſtrum Octaviani, Caſale s. Thomæ, Eccleſiam s. Thomæ, Eccleſiam s. Agnetis, Caſale s. Apollinaris, Caſale s. Angeli de Grucilis, Eccleſiam s. Romani, Caſale Guaſtimerult, Eccleſiam s. Ioannis de Malo tranſverſo, Caſtellum Faræ Brodoroccæ, Eccleſiam S. Pauli de Tr̄ivillano, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Roſa, Eccleſiam s. Nicolai de Setto, Eccleſiam s. Mariæ in Palleto, Eccleſiam s. Mariæ in Guaſtoaymonis: In Terra vero Pennenſi in demanio Civitatem Silvæ, Caſtellum Murialci, Meſtinianom, Caſale Royanum, Fara Boccaceti, Obedientiam S. Mariæ in Penzano cum Caſali ſuo, Obedientiam s. Mariæ in Valle, Obedientiam s. Mariæ de Friſano cum cellis ſuis. In ſervitio autem Caſtellum Ilicis, Caſtellum Belforti, duas partes de Podio Camardenſium, Caſtellum Tezani, Caſtellum vetulum, & aliud Caſtellum s. Joannis filii Tribuni, Caſalerenum, Scorranum, Montem Goalterii, Caſtellum Montis Sicci, Caſtellum Bozzi, Podium de Roſa, Caſtellum Arſitæ, Eccleſiam s. Joannis de Rivoſonnoli, Eccleſiam s. Michaelis in fine, Eccleſiam s. Silveſtri de Ilice: In Aprutio in demanio Montem paganum, Cimum fuſcum, Caſale s. Martini in Bomano, Podium Morelli, Eccleſiam s. Joannis in Bomano, Eccleſiam s. Stephani de Podio Morelli, Eccleſiam Sancti Donati de Savinello cum cellis ſuis, ſalvo mandato ordinationis noſtræ & heredum noſtrorum. Quæ liberalitatis noſtræ confirmatio, ut in perpetuum eidem Monaſterio Abbati, & ſucceſſoribus ſuis firma, ſtabiliſque permaneat, & nulli in aliquo liceat contraire, præſens inde privilegium conſcribi & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Statuentes, & Imperiali præcipientes edicto, ut nulla perſona humilis, vel alta, eccleſiaſtica, vel ſæcularis hanc noſtram confirmationem infringere audeat, vel aliquibus calumniis perturbare præſumat; quod qui fecerit, præter indignationem noſtram, quam graviter incurret, centum libras auri puriſſimi componat, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam paſſis injuriam perſolvendam. Hujus autem rei teſtes ſunt Henricus Vormatienſis Epiſcopus, Wolfegerus Pataavienſis Epiſcopus, Henricus de Calandinis, Robertus de Vero, Corradus Dux. Spoleti, & R. ſic. Vicaelius, Ugo de Maula, & alii quamplures. Ego Conradus Imperiali authoritate Cancellarius una cum Gualterio Trojano Epiſcopo Regni Siciliæ & Apuliæ Cancellario recognovimus.

Signum Domini Henrici Sexti, divina favente clementia Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ.



Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quinto Regnante Domino noſtro Henrico VI. Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ, anno Regni ejus vigeſimo quinto, Imperii vero ejus quinto, & Regni Siciliæ primo. Dat. apud Eſculum de Marchia per manus Alberti Protonotarii Imperialis prima die menſis Martii Indiction. xiii.

Ceterùm de Raynulpho eſt monumentum in calce antiquiſſimi m. s. miſſalis Bibliothecæ Teatinæ Eccleſiæ, quæ S. Juſtini nuncupatur, hoc modo.

Notum ſit omnibus Clericis, & Laicis, quod ego Raynulphus Teatinæ Sedis Epiſcopus, licet indignus, cum Caſtellum, quod Sancti Pauli nuncupatur ſuper Piſcariam ſitum à Goffrido de la Vultura, concedente, atque favente Gervaſio Domino ſuo, pro qua conceſſione ei de meis rebus dedi, eaque conditione Caſtrum illud cum omnibus ſuis pertinentiis comparavi, ut ex eo faciam quicquid velim, ſive deſtruere, ſive ædificare, ſeu vendere, vel donare, pro corpore, vel anima, ſive meæ Eccleſiæ, ſive aliæ, ſive, pro conſanguineis, ſeu extraneis. Poſtremò, ut in mea foret poteſtate faciendi ex eo quicquid mea exoptaret voluntas, nullumque pro eo, neq; Goffrido, neque ſuis hæredibus facere debeo ſervitium, neque ullius hominis donationem, nec ego, nec ille, cui illud dedero; excepto quod per unumquemque annum unius militis per quadraginta dies ei dare debeo ſervitium in Marchia. ſi Comes Robertus in aliquo loco ipſius Marchiæ expeditionem fecerit, ſin autem ex hac parte Beneventi pane, & vino, & carne ipſius Goffredi, & meo hordeo, ſi me ſommonuerit, ſi autem me non ſummonuerit, in ſua ſit providentia. Quod ſi miles dextrarium, aut loricam in obſequio illo perdiderit, mihi Goffridus, vel ſuus hæres reddere debet, & tam diu ei nullum debeo facere ſervitium, quoadusque

mihi quod amiſi, reddat. Hoc ideo inſinuare curavi, ut neque Goffredus, neque ſui hæredes, nec à me, nec à meis ſucceſſoribas aliquid aliud enigere valeant, niſi obſeqaium qaod ſupraſcriptum eſt. Ego verò meorum conſcias delictorum Caſtellum illud cum omnibus ſuis pertinentiis Eccleſiæ S. Thomæ, quæ in Civitate Teatina ſita eſt, pro meis delendis facinoribus tribui. Huic comparationi interfuere Draconarienſis, Florentinen. & Vulturarienſis Epiſcopi, & Vvillelmus de Nonanta ſenex, & Juvenis, & Landulphus de Laguardalia pater & filius, qui mihi mediatores fuere: Et Onfredus filius Radulphi, & Petrus Maliſmanibus, & Vvillelmus Baliſtarius, aliique quamplures, &c.

In eodem libro eſt aliud monomentum de eodemmet Epiſcopo tenoris ſubſequentis.

Notum eſſe deſidero omnibas tam Laicis, quàm Clericis, quomodo Drogo, qui alio nomine vocatar Taſſo fraser quidem Comitis Roberti confeſſus eſt peccata ſua apud Aternum in Eccleſia Sancti Leguntiani & Domitiani mihi Randulpho Teatinæ Sedis Præſuli, cam tribas aliis Confratribus meis, atque Coepiſcopis Ugone ſcilicet Aprutinenſi Epiſcopo, atque Jozelino Termulenſi Epiſcopo, nec non Joaune Draconarienſis Sedis Præſule, & pro ipſa peccatorum ſuorum manifeſtatione ſecundum canonum inſtituta veram injunximus ſibi pœnitentiam, qaam ipſe gratuita accipiens mente, ut ea redimeret, omnes homines qui ſui juris, ſuæque dominationis erant in civitate Teatina tradidit ipſe cum domibus, vineis, aliiſque terris, atque cum omni poſſeſſione ſua Eccleſiæ Sancti Thomæ, mihique ejus Vicario, quamvis indigno, necnon & ſucceſſoribas meis in uſum & proprietatem. Pro hoc dono conſtitui ego ſupradictus Randulphus cum cæteris, Clericis meis, aliiſque ſapientibus, quorum conſilio uſus ſum, quatenus in Crypta S. Juſtini de bis locis permaneat omni tempore, omnique die celebretur miſſa pro fidelibus defanctis, & pro anima ipſias ſupradicti Drogonis: ad ipſum verò Altare ſupra Cryptam poſitum, quod eſt ſacratum in honorem Sanctæ Mariæ Genitricis Dei, & S. Thomæ Apoſtoli Domini ad omnes Miſſarum celebrationes ſpecaliter præ cęteris memoria babeatar. Hoc autem eadem conſtitutione, ut de Drogone [qui & Taſſo] ſapraſcripſimas de Roberto ſuo fratre conceſſimus pro Eccleſiis Teatinæ Sedi, mihi, ſacceſſoribuſque meis en parte illius in Aterno datis Eccleſia ſcilicet Sancti Salvatoris cum ſuis pertinentiis, & S. Hieruſalem cum ſuis pertinentiis, Caſtelloque Farcæ cum ſuis pertinentiis, ande cum toto Clero cam Teatina permanet Eccleſia ſupra & ſubter ut ſupra prænotatum eſt, celebrari Miſſam decrevimus. Hac itaque conſtitutione ut Comite Roberto, & Taſſoni ſuo patri conceſſimus, conceſſimus etiam Vvillelmo filio Taſſonis, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, pro Laſtiniano, quod ipſe Eccleſiæ noſtræ donavit, eodemque tenore, at nullus ex eo aliud ſervitium requirat præter id, quod ipſe ſua bona volantate facere voluerit, &c.

Paulò antea, hoc eſt 1095. quam iſta agerentur à Raynulpho Epiſcopo, Robertus Comes Comitum, ut ipſemet ſpecioſo titulo condecoratur, donavit Raynulpho ac Eccleſiæ Teatinæ, Eccleſias S Hieruſalem, & S. Salvatoris, aliaſque quas idem commemoravit Epiſcopus in ſuprà relato documento in hæc verba, ab exemplari membranaceo. Anno 1095. *Robertus Comes Comitum pro ſalute animæ ſuæ & remedio peccatorum, parentam, & propinquorum, concedit Raynulpho Epiſcopo Teatino, & ſucceſſoribus Epiſcopis Eccleſias S. Hieruſalem & Sancti Salvatoris in Piſca, quas ipſe Comes tenet in proprietatem cum omnibus poſſeſſionibas earum & Caſtello Furci cum omnibus ſuis pertinentiis reſtituendo Eccleſiæ Teatinæ plebem Sanctorum Legunſiani, & Domitiani ad pedem cum Aeterni, & ad portam quæ reſpicit contra mare Eccleſiam, S. Thomæ Apoſtoli, exterius verò Eccleſiam S. Nicolai, terras, vineas, domos, homines, intus & foris & decimas & poatus & portus, & oblationes vivorum, & mortuorum. Ultra Piſcaria verò Caſtellum Sculculæ, Caſtellum Laſtimonium, & Caſtellum S. Cæcidii cum omnibus eorum pertinentiis. In Buclanico Eccleſias S. Salvatoris & S. Angeli cum decimis, Caſtellum & plebem S. Silveſtri, & decimas S. Angeli in Tribinio, & decima Caſtellorum omnium, quæ in Teatino Epiſcopata ſub nomine noſtro ſunt demanio, & quæ Eccleſia Teatina in ſeptotenet, & Eccleſiam S. Nicolai de monte Oderiſii, & Eccleſiam S. Salvatoris, quæ eſt infra Caſtellum, & Eccleſiam Sancti Aetri, quæ eſt foris ad partem Caſtelli cum earum pertinentiis, &c.*

Eodem Raynulpho Præſule Urbanus II. Eccleſiam Teatinam inviſit, omniſque privilegia ejoſdem, omnia bona & jura, & ſeuda, & ipſam civitatem Teatinam, & Eccleſias, quas habet, diploma ita temporum injuria exeſum eſt & lacerum, ut legi non poſſit, niſi hæc pauca verba. *Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dil. in Chriſto filiis Clericis & Laicis Principibus & militibus per Teatinum Comitatum ſalutem, ac Apoſt. bened. Cum diſponente Domino ad Teatinam acceſſiſſemus Eccleſiam, venerabilis Confrater noſter Raynulphus ipſius Eccleſiæ Epiſcopus ſcriptis propriis . . . In ſine Datum 13. Kal. Maii . . . per manas Joannis S. R. E. Diac. Card.* . . . Hoc privilegium inſtante Raymundo Epiſcopo Carolus II. exemplari fecit, ut in ſchedula notatum privilegium vidi, ſed ipſum non legi exemplatum. Ultima Raynulphi mentio habetur anno 1102. quo tempore Epiſcopus Valvenſis Joannes illum convenerat ad Sanctum Pellinom in dedicatiune Eccleſiæ S. Alexandri. Poſtremò annus Raynulphi obitus remanet certus ex noſtris cartis; exceſſit enim anno 1105. vir certè omni ævo memorandus, & actorum gloria illuſtris.

16. **ROGERIUS** Burſellec ſolo nomine & cognomine, & proxima Raynulpho ſucceſſione cognitus eſt; vixit Paſchalis II. tempore. Noſter indiculus refert anno 1107. in manibus ejuſdem Rogerii Epiſcopum quendam Rogerum & Robertum ejus filium de Burſellec donaſſe Eccleſiæ Teatinæ S. Thomæ Caſtrum S Ceſidii, quo etiam anno obiiſſe hunc Epiſcopum octavo Kal. Maii habet. XVI.

17. **GUILLELMUS** primus demortui Rogerii ſedem occupavit anno 1107. Paſchale II. Pontifice, à quo privilegium obtinuit confirmationis, ac donationis Comitis Roberti de Loretello, & Taſſionis ejus fratris factæ Epiſcopo Raynulpho. Privilegii exemplar exſcripſimus ex Archivio Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ hujuſcemodi verbis conſcriptum. XVII.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Univerſis fidelibus per Teatinam Parochiam, ſive Comitatum ſal. & Apoſt. bened. Ex Prædeceſſoris noſtri ſanctæ me. Urbani II. Papæ ſcripto comperimus, quod nobilis memoriæ Comitos Robertus, cui de Loretello cognomen fuit, & frater ejas Taſſio poſſeſſiones quaſdam, vel Eccleſias Teatino Epiſcopo contulerint, ſive reddiderint, & in jus proprium. ſive dominium perenniter poſſidendas ſcriptis propriis confirmaverint, & Roberti quidem donatio hæc continebat In Aterno Plebem Sanctorum Legontiani, & Domitiani, ad pedem autem ipſius urbis, & ad Portam, quæ reſpicit contra mare Eccleſiam S. Thomæ Apoſtoli, exterius verò Eccleſiam S. Nicolai, terras, vineas, domos, homines intus & foris, decimas, & oblationes vivorum & mortuorum, & ultra Piſcariam terras in pertinentia Sculculæ, Caſtellum Geneſtrale, Caſtellum S. Cæſidii cum pertinentiis ſuis, & unam Eccleſiam in Buclanico dedicatam in honorem S. Salvatoris, & S. Angeli, cum decimis Comitis, & Decimas Caſtellorum in Teatino Epiſcopatu, quæ ſub ipſius Roberti dominio erant, & quod Teatina Eccleſia in Caſtro Septi tenebat. Taſſionis autem reſtitutio & confirmatio hæc annotabat, ſcilicet, Teatinam urbem, Trevellianum, Villam magnam,

mon-

montem Filardum, Eccleſiam S. Mariæ in Bari, S. Blaſit in Lanciano, S. Leucii in Atiſſn, S. Mariæ, S. Georgii in Ortona, Montem acutum cum Eccleſia S. Nicolai. Præter hæc in eodem Prædeceſſoris noſtri ſcripto, Rainulphus bon. mem. Teatinus Epiſcopus induſtria ſua & pecunia eccleſiaſtica in Eccleſiæ dominium hæc recepiſſe narratur. In monte Oderiſii Eccleſiam S. Salvatoris, S. Nicolai, S. Petri, cum beneficiis illarum, Monaſterium S. Mauri cum beneficio ſuo, in civitate Luparelli plebem S. Petri cum pertinentiis ſuis, Monaſterium S. Mariæ de letto cum Caſali, aliiſque ad ipſum pertinen. In Abatico plebem S. Martini cum pertinentiis ſuis. In Caramanico plebem s. Mariæ cum poſſeſſione ſua; in Turre plebem S. Joannis. Fratris etiam noſtri Guillelmi Epi copi, qui ad præſens Eccleſiam Teatinam poſſidet, relatione cognovimus, quod idem Rainulphus Epiſcopus poſt id tempus à prædicto Roberto Comite in Aterno Eccleſiam S. Salvatoris, & Sancti Jeruſalem ad Epiſcopi dominium acquiſivit. Ultra Piſcariam verò ad montem Silvanum ſanctam Mariam in Rivolo, & Caſtellum Latrinani. In Teatino autem Comitatu Caſtellum s. Pauli, & Caſtellum, quod Furca dicitur, in Buclanico plebem s. Silveſtri, in Giſſi plebem s. Mariæ cum pertinentiis ſuis. Idem etiam Rainulphus Epiſcopus ab Ugone Abbate s. Joannis de Ardano commutatione facta Mucelam recepit, quæ juxta Ortonam eſt, Robertus verò prædicti Roberti Comitis filius eidem Epiſcopo Caſtellum Sculculæ reddidit. Porrò ſucceſſor eju ſupranominatus Epiſcopus Guillelmus Taſſionis filius Caſtellum Montipolum, Julianum, & Oraum cum omnibus ſuis pertinentiis ſe acquiſiviſſe ſignificavit. Nos itaque ſupradicti Confratris noſtri Guillelmi Epiſcopi precibus enorati prædictam prædictorum Comitum & Guillelmi Taſſionis donationem ſalva Sedis Apoſtolicæ confirmamus authoritate, ſub divini obteſtatione judicii ſtatuentes, ut nulli omninò viveatium liceat, vel quæ à prædictis perſonis conceſſa ſunt, vel quicquid hodie Teatina Eccleſia juſtè poſſidet, vel in futurum auxiliante Domino juſtè poterit adipiſci, auferre, vel ablata retinere, minuere, vel temerariis venationibus fatigare; ſed præſenti Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus firma ſemper & illibata permaneant. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Teatinæ Eccleſiæ jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & fructum hic bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternę pacis inveniant. Amen. Dat. Beneventi per manum Joannis Diaconi 15. Kal. Auguſti Ind. 8. Incarnationis Domin. Anno 1115.

Roberti Comitis de Loretello meminit Platina in vita Callixti Papæ II. Guillelmus verò mortem obiit anno 1117. 8. Idus Junii.

XVIII 18. ANDREAS immediatè ſuffectus eſt Guillelmo, de quo nihil aliud habemus, quod in medio proferamus, niſi quod anno 1118. jura Epiſcopalia conceſſit Præpoſito Atiſſano, tametſi neque id quidem authenticis admodum documentis comprobetur. Non diu Pontifex fuit, eodemque anno defunctus.

XIX. 19. GERARDUM Epiſcopum Teatinum creatum fuiſſe & conſecratum anno ſalut. 1118. 3. Non. Junii habemus in mſ. Cod. Teatinæ Eccleſiæ, in quo continentur Acta Apoſt. & Apocal. in fine, *Ann. Dom. 1118 fuit conſecratio Domini Gerardi Epiſcopi*. Addit Indiculus 3. *non. Jun.* Eodem anno 1120. Cono, atque Robertus Giſonis filii donarunt Caſtrum Orni cum omnibus ſuis pertinentiis. Donatio ſcripta fuit per manus Gildonis Diaconi, & Notarii Eccleſiæ Teatinæ ſub his præciſè verbis.

In Dei nomine, atque Individuæ Trinitatis. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo, Indict. 13. 4. Non. Julii. Ideoque nos Cono, atque Robertus filii Giſonis de Comitatu Teatino cogitavimus diem mortis, & æterni Judicii, & ſperamus Dei Omnipotentis habere miſericordiam pro mercede & redemptione animarum noſtrarum, & ideo quia Dominus Luitprandus Rex in ſuo Capitulo ſic dixit; Ut ſi quis res ſuas in loca ſanctorum, vel Xenodochia donaverit, ſtabile debeat permanere, & quia Dominus Carolus Imperator in ſuo capitulo ſic conſtituit, ut ſi quis Longobardus ſintum humanæ fragilitatis præcogitans pro ſalute animæ ſuæ de ſuis rebus facere cartulam donationis ſeu conceſſionis, abſolutè faciat unuſquiſque quod voluerit & noverit. Modo verò in ea videlicet ratione; Nos ſupradicti germani fratres Cono, & Robertus concedimus pro animabus noſtris Tibi Girardo Epiſcopo ad proprietatem Epiſcopatus Sancti Thomæ Apoſtoli, qui ſitus eſt in Comitatu Teatino intus in civitate Teatina, ubi nunc præſenti tempore ſupradictus Gerardus regimen tenere videtur in ipſo Epiſcopatu damus pro animabus noſtris de rebus proprietatis noſtræ, quæ nobis in hæreditatem obvenit à ſupradicto genitore noſtro in Comitatu Teatino ipſum Caſtrum Orni in omnibus ſuis pertinentiis, quæ ad ipſum Caſtrum pertinent, habet. . . à capite eſt ipſa Mangane, & deſcendit ad Bennam, & ſicut decurrit, aſcendit uſque ad Silvam Sbetti, & deinde pergit ad caput Aroſ., & deſcendit ad cavam infra Ornum, & Ote, & deſcendit ad caput de Vora. . & deſcendit ad Bennam Campi, ab uno latere eſt Cavavia inter Modium, & Ornum, & quomodo ipſa Sinaida decurrit ad Bennam, & à pede quomodo ipſa Benna aſcendit ad ipſus Caſus Benedicti Ferronis Martini, quæ ibi videtur decurrere, & aſcendit per ipſos limites à capite ipſorum limitum eſt Siuaida, & vadit in Pizzillum, ab alio latere vadit per ipſos limites ad Mortulam, & per Mortulam pergit per limites ad ripam Manganæ infra iſtos prænominatos fines cum omnibus, & in omnibus cum Eccleſiis & cellis, & libris, & dotibus & Oratoriis, & ornamentis earundem Eccleſiarum, & cum vineis, & vineatiis, cum terris cultis, & incultis, cum caſis, & rebus manualibus, & caſis cenſuatis, & datis illorum, & cum molendinis, & lacis molendinorum, & quomodo nobis pertinet de ripis & rivis, de pratis, atque paſcuis, de ſalectis, atque ſilvis, de olivetis, & ficariis, de omnibus, & in omnibus rebus quantum infra ſe, vel ſupra ſe habent ſupradicti fines, & inſimul faciunt modiorum mille octingenti & amplius. Si inventum fuerit infra ſupradictos fines infra iſtas prænominatas fines, ſicuti ſuperiùs legitur, cum omnibus & in omnibus quantum infra ſe, vel ſupra ſe habent, in integrum per hanc chartulam donationis & conceſſionis donamus, & concedimus pro animabus noſtris in ipſo ſupradicto Epiſcopatu, & tibi Gerardo Epiſcopo, poſteriſque, & ſucceſſoribus tuis ad proprietatem de ſupradicto Epiſcopatu amodò & deinceps & ſemper in futuris temporibus poſſidendum, habendum, & faciendum, ſicut de aliis rebus ipſius Eccleſiæ. Si quis autem hujus noſtræ donationis, ſeu conceſſionis minorationem, aut moleſtationem facere præſumpſerit, aut diſturbare quæſierit, tam de noſtris hæredibus, quàm de aliis hominibus, ſciat ſe in tremendi Iudicii examine rationem redditurum, atque iram ſummæ & individuæ Trinitatis incurrat, & deſcendat ſuper eum Sanctorum Patrum maledictio, & habeat partem cum Juda traditore, qui ab Apoſtolico agmine ſegregatus eſt, & cum impiis ſacrilegis ſit ſequeſtratus, & pars illius ſit in ſtagnum ignis ardentis. Inſuper repromittimus, & obligamus nos ſupradicti Cono & Robertus, vel noſtri hæredes in ipſo jam dicto Epiſcopatu, & tibi ſupradicto Epiſcopo, vel poſteriſque & ſucceſſoribus tuis, quibus ex noſtris culpa claruerit, pœnam argenti librarum centum componamus, & cartula iſta donationis ſeu conceſſionis omni tempore firma, & ſtabilis permaneat, &c.

Hodie Caſtrum Orni dirutum eſt; feudum autem

ipſius Eccleſia Teatina pacificè poſsidet ; ſed an juxta confines antiquos ſuperius deſcriptos, neſcio.

Eidem Epiſcopo, Raynaldus filius Mainardi, & Mainardus filius Racteri donant, & concedunt ad proprietatem Epiſcopatus Sancti Thomæ Apoſtoli Caſtrum Juliani cum ſuis pertinentiis cum medietate de Sancto Petro in Campis, & cum medietate de ſuis pertinentiis cum Eccleſiis, & cellis & libris, & dotibus earum, & Oratoriis & ornamentis earundem Eccleſiarum cum vineis, & vineaticis ſuis; & pratis, ſilvis, & molendinis, & aliis; quæ omnia inſimul faciunt ſummam modiorum 4000. Hæc habentur in quodam antiquo inſtrumento ſcripto in membranea cartula. Anno Domini 1124. Fit conventio inter eundem Epiſcopum, & ductores ſupradictos, & paciſcitur, ut dictum Caſtrum Juliani detur ipſis Raynaldo & Mainardo in emphiteuſim, & Caſtrum Montupuli vendatur ipſis, ſi erit vendendum, &c.

Gerardus verò Epiſcopus, quo die, vel loco obierit, obſcurum eſt; cenſetur tamen exceſsiſſe circa annum Domini 1125. Hic tempore ſui Præſulatus ad uſum & proprietatem Eccleſiæ Teatinæ nonnullos ſacros codices tranſcribere fecit & donavit, qui hucuſque viſuntur in Eccleſiæ Teatinæ Sacrario, ſeu Bibliotheca, inter quos illud eſt volumen continens Acta Apoſt. & Apocalyp. Joannis Evangeliſtæ, in cujus calce hæc ipſe notavit. *Hujus libri opus, in quo continentur ſecundum Lucam Acta Apoſtolorum, & Apocalypſ. Joannis Apoſtoli. Ego Gerardus Teatinæ Eccleſiæ indignus Epiſcopus pro ſalute animæ meæ fieri præcepi, ut Deus Omnipotens precibus Beati Thomæ Apoſtoli, atque Juſtini, & aliorum Sanctorum, qui ibi requieſcunt, ad quorum honorem liber iſte ſcriptus eſt, indultor meorum delictorum piùs inveniatur. Si quis autem hunc librum ab Eccleſia ſua auferre præſumpſerit, ex parte Dei, & Sanctæ Mariæ Virginis, & Beati Thomæ Apoſtoli, illum anathematis vinculo ſubjacere judicamus. Me itaque, qui hoc fieri præcepi, omnes, qui legerint librum iſtum in mente habere cum charitate Dei illos valdè rogo & precibus noſtrorum Sanctorum, & eorum digne ſuſcipiar in æterna tabernacula juſtorum.* Hunc illum Epiſcopum Teatinum crediderim, cujus meminit Joannes Furatus in vita ſancti Berardi Epiſcopi Marſorum, ubi mendum irrepſit ex amanuenſium incuria, ut pro Gerardo, Berardum ſcriptum ſit. Aptè convenit Gerardo, quod mendoſo Berardo tribuitur. Hæc tantum libaſſe ſufficiat, ne ſeries Teatinorum Præſulum novo, fictuque Epiſcopo Berardo excreſcere videretur.

XX. 20. ACTO II. anno Dom. 1125. Epiſcopatus gubernacula ſuſcepit. Hic de conſenſu Capituli ſui ob amorem, ac donationem, quam fecit Acto Comes Carimulæ & Dominus montis Oderiſii Eccleſiæ Teatinæ, conceſsit Eccleſiæ Sancti Nicolai de monte Oderiſio, & Berardo ejuſdem Eccleſiæ Præpoſito, ſucceſſoribus ejus Epiſcopalia jura, decimarum mortuorum oblationum ſynodalium, procurationum prædicti Offridi, aliorumque locorum, qui in chartula nominantur, jus item puniendi Clericorum exceſſus, excommunicandi, deditque etiam quartam teſtamentorum, hoc tamen adjecto, quod Præpoſitus teneatur recipere ab Teatinu Epiſcopo ſacrum Chriſma, & aliis inferioribus diſtribuere. Annus obitus Actonis præcisè ignoratur, creditur tamen circa annum Chriſti 1130. obiiſſe.

XXI. 21. RUSTICUS Teatinæ Eccleſiæ præfuit anno 1130 quo Præſule Guillelmus Comes de Loretello confirmavit Teatinæ Eccleſiæ, quæ Robertus avus ſuus, & Robertus filius illius, pater ipſius anno 1137. ex veteri membranacea chartula in hæc verba. *Guillelmus Loretelli Comes Comitum pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum rogatus à Ruſtico Epiſcopo Teatino, ut donet quæ Comes Robertus de Loretello avus ſuus, & Robertus filius prædicti Comitis, pater ipſius Guillelmi dederant Eccleſiæ Teatinæ confirmaret; propterea confirmat in Aterno, & Piſcaria Plebem Sanctorum Leguatinæ, & Domitiani ad pedem autem ipſius urbis, quæ reſpicit contra mare Eccleſiam Sanctæ Thomæ Apoſtoli, exteriùs verò Sancti Nicolai, & terras, & vineas, domos, homines intus & foris & decimas, pontus, & portas, ac oblationes vivorum & mortuorum, Caſtellum Furcæ, Caſtellum Geneſtalæ, & altra Piſcariam Caſtellum Sculculę & Caſtellum Luſtiganni, & Caſtellum S. Coſidii cum illorum pertinentiis & Eccleſiarum in Buclanico dedicatam in honorem Sancti Salvatoris & S. Angeli, & plebem S. Silveſtri cum decimis Comitis, & decimis S. Angeli in triſinio, & decimas Caſtellorum, quę in Teatino Epiſcopatu ſunt, & quę Eccleſia in ſepto tenet, & Eccleſiam Sancti Nicolai in monte Oderiſi cum Eccleſia Salvatoris, quę eſt infra Caſtellum, & Eccleſia Sancti Petri, quæ eſt foris ad pedes Caſtelli cum pertinentiis ſuis, &c.* Exceſsit Ruſticus circa annum 1140.

22. ROBERTUS Teatinus electus nominatur in diplomate Rogerii Siciliæ Regis menſe Novembris 1140. quo anno Alexander Prior Eremi Majellæ, ut ſcriptum habetur in quadam antiqua membranula Archivii Teatinæ Eccleſiæ, aſſerit ſibi fuiſſe conceſſas ab eodem Epiſcopo Roberto in uſum D. Heremi ſancti Salvatoris de Majella decimas & oblationes tam vivorum, quàm mortuorum, Caſtrorum Gipſi, Pinnæ & Altini cum hoc tamen pacto, quod quolibet anno ipſe Prior, & fratres, eorumque ſucceſſores darent Eccleſiæ Teatinæ quatuor Romanatos in Paſchate. Anno Dom. 1141. Indict. 4. 10. Kalend. Junii quidam Albertus Abbas (ut ipſemet aſſerit) Sancti Stephani de Rivo ad mare volens ſuam Eccleſiam ampliare, rogavit Robertum tunc Epiſcopum Teatinum, ut Eccleſia Sancti Joannis in Vallo, & S. Trinitatis cum ſuis rebus, quæ ſitæ ſunt in pertinentiis montis Sorbi ſibi & ſupradictæ ſuæ Eccleſiæ concederet, quod ſibi etiam de conſenſu Capituli conceſſum fuit ſub tali conditione, quod ſalva eſſet poteſtas Regis Rogerii, & filiorum ejus, Roberti Epiſcopi, ejuſque ſucceſſorum Epiſcopalium jura nunquam amitterentur, & quando ipſe Epiſcopus, vel ſui Legati, ſuique ſucceſſores ad eandem Eccleſiam adirent, prout donaverit honorificè reciperentur, & præſatus Albertus Abbas cum obligatione ſucceſſorum cenſum annuum trium Bizantiorum per unum quemq; annum rerum mobilium dare promiſit, &c. XXII.

Idem Robertus ſubſcripſit alii privilegio 1144. à Rogerio Rege conceſſo Monaſterio S. Laurentii de Averſa Ord. Sancti Benedicti. Annus, quo Robertus obiit, obſcurus eſt.

23. ALANDUS, ſeu Alannus, ſive Almandus, iis nominibus dictus reperitur in vetuſtis tabulis, florebat Epiſcopus Teatinus anno 1150. Fuit autem filius Ricciardi de monte, qui, ut in veteri Miſsali m.ſ. notatur, tempore Regum Normannorum obiit 2. Id. Maii, ubi etiam ſcriptum habetur, quod anno Dom. 1135. eodem die carne ſoluta eſt ejuſdem Ricciardi mater nomine Robba. Hic ſanè Alandus ille eſſe putatur Teatinus Epiſcopus, qui cum quondam Roberti Comitis de Loretello intimus eſſet & amicus, atque majoris Regni Siciliæ Admirantis, ille idem qui apud Regem Guillelmum maxima pollebat auctoritate, & propter affectatum regnum, & regium ſanguinem, ac præcipuos regni Barones peſſum dare ſtudebat in Regis poteſtatem datus cum Ricciardo Mandra (an potius Monte?) ejus patre exercitus Comitis Roberti Loretelli Duce, & aliis multis viris egregiis apud Panormum neci crudeliter traditi ſunt, ut Fazelus narrat. Cæterum Alandus ab eodem Roberto de Loretello Roberti Cuperſani Comitis filio, & Regis Guillelmi conſobrini ex matre Juditta, ut idem Fazelus teſtatur, dono accepit decimas demanii Epiſcopatus & Parochiæ Teatinæ, ut in memoranacea charta, ubi hæc. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ad honorem Divi Juſtini,* XXIII

aaaa

Digitized by Google

anno 1157. Regni Guillelmi primi anno 4. Robertus Comes de Loretello pro animarum Regis Rogerii, & Ducis Rogerii filii dicti Regis, nec non pro animabus Roberti Comitis Cuperſani patris dicti Donatoris & Juditta ſuæ matris, atque pro redemptione peccatorum ejuſdem dat, & concedit Eccleſiæ S. Thomæ Apoſtoli Teatino Epiſcopo Alanno decimas totius introitus de toto tenimine ſui demanii, quatenus Diœceſis Epiſcopi protenditur, ſcilicet de datiis, de plateis, de campis, de vineis, & de animalibus, decimas quoque pontis Piſcariæ & portus. &c. Extat ſigillum argenteum cum effigie Sanctiſsimæ Virginis cum Filio, & ab altera parte ROBERTUS COMES LORETELLI. Cætera Acta Alandi ignorantur.

XXIV 24. ANDREAS hujus nominis II. legitimis comitiis declaratus eſt Epiſcopus poſt Alandum, Alexandro III. Pontifice. Habemus præ manibus privilegium ex authentico Archivii Vaticanæ Baſilicæ Andreæ ac ſucceſſoribus ejus conceſſum ab eodem Pontifice anno 1173. in quo jura & bona Teatinæ Eccleſiæ confirmantur. Privilegii exemplar ſic ſe habet.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri Andreæ Teatino Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. In eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente Domino conſtituti ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio fratres noſtros Epiſcopos ſincera charitate diligere, & Eccleſiis ſibi commiſſis ſuam debemus juſtitiam conſervare, pro ipſarum quoque ſtatu nos oportet ſatagere, atque earum quieti, & utilitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Eapropter Venerabilis in Chriſto frater Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum Sanct. mem. Nicolai II. Paſchalis II. & Eugenii III. Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, B. Thomæ Teatinam Eccleſiam, cui Deo authore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda nominibus; Parochiam Teatinæ Eccleſiæ, ſicut antiquis, & juſtis limitibus terminatur, ſcilicet à Staffilo inter montes, & ipſo monte de Urſa, & quomodo pergit in Coza, & ponit terminum in aqua ſubtus uſque ad aquam Sonulani, & quomodo pergit in montem de Reſte & vadit per crinis montem, & qualiter pergit uſque mons ſelani, & quomodo pergit in ipſo flumine, qui dicitur trinium uſque ad littora maris, & per littora maris uſque in Piſcariam, & redit in priorem finem, videlicet in prædicto Staffilo. Præterea ipſam Teatinam civitatem, Caſtellum Trevellianum, Villam magnam, montem Filardi, Caſtellum Orni, Caſtellum Scurculæ, Caſtellum S. Pauli, Caſtellum, quod dicitur Furca, Caſtellum Geneſtrulæ & Caſtellum S. Coſidii cum eorum pertinentiis; ultra Piſcariam verò, Caſtellum montis Silvani, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Rigoli, Caſtellum Sculculæ, Caſtellum Laſtiniani, Eccleſiam S. Mariæ de Populo, Eccleſiam S. Juſtæ cum pertinentiis ſuis, in Aterno plebem s. Leguntiani, & Domitiani, Eccleſiam s. Thomæ, Eccleſiam s. Salvatoris, Eccleſiam s. Jeruſalem, & Eccleſiam s. Nicolai cum omnibus earum pertinentiis; decimam pontis, & portus Aterni, in Buclanico, Eccleſiam s. Salvatoris, & s. Angeli cum decimis Comitis, plebem s. Silveſtri, decimas Comitis, in Caſtello s. Angeli trium finium, & decimas Caſtellorum, quæ in Teatino Epiſcopatu ſub dominio Comitis Roberti de Rotello fuerunt, & quod Teatina Eccleſia in Caſtello Septi tenet, Eccleſiam S. Mariæ in Bari, Eccleſiam s. Blaſii; in Lanciano Monaſterium s. Martini de Pullitta, Eccleſiam s. Lentii, in Atiſſa cum omnibus pertinentiis ſuis, Monaſterium s. Joannis in Arclano, Monaſterium s. Angeli in Cirnaclano cum omnibus pertinentiis ſuis; in monte Odenſii Eccleſiam s. Nicolai, & medietatem Eccleſiæ s. Mariæ, Eccleſiam s. Salvatoris, & Eccleſiam s. Petri cum pertinentiis ſuis, Monaſterium s. Mauri cum beneficio ſuo, Monaſterium s. Salvi, Eccleſiam s. Nicolai de Heremitano; in Ortona Eccleſiam s. Mariæ, & s. Georgii cum earum pertinentiis, Monaſterium S. Mariæ in Baſilica: in civitate Luparelli plebem s. Petri cum pertinentiis ſuis, Monaſterium ſanctæ Mariæ in Palatio, Eccleſiam ſancti Jacobi de Turcella cum pertinentiis earum, Monaſterium s. Pancratii, Monaſterium ſanctæ Mariæ de Letto cum Caſale, aliiſque ad ipſam pertinentibus, Monaſterium s. Martini in Valle, Eccleſiam s. Juſtini in Caſule, in Caſtro Biſſi plebem ſanctæ Mariæ cum pertinentiis ſuis, plebem s. Martini filiorum Treſidii, Eccleſiam s. Mariæ de Caſa Candidellæ, Eccleſiam s. Petri in Caſtro Lori, Eccleſiam S. Mariæ in Biano, Eccleſiam ſancti Baſilii, Monaſterium s. Petri in Campis, Eccleſiam s. Nicolai de Sannio viculo, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Latro; in Abbatejo plebem s. Martini cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam ſancti Franciſci de plebe, plebem de Juliano, plebem s. Cæciliæ, plebem de Pizzocortano, Eccleſiam s. Luciæ de Argelli, Eccleſiam ſancti Lini, plebem de Ovele, plebem ſanctæ Mariæ in Valle, plebem ſanctæ Mariæ de Caramanico, plebem s. Joannis de Abbatejo, Eccleſiam s. Coſidii, & Eccleſiam s. Pontii de S. Valentino in Caſtello de Iocco, Eccleſiam s. Mariæ in Percle, Eccleſiam s. Euſtaſii, Eccleſiam ſancti Martini de Fara: inter montes Eccleſiam S. Joannis de Pedara, Eccleſiam s. Joannis de Cantalupo, Eccleſiam s. Salvatoris de Limari, Eccleſiam s. Mariæ de Sparpalia, Eccleſiam S. Nicolai de Ilice, Eccleſiam s. Salvatoris de Valle ſurda, Eccleſiam s. Mariæ de Valle Carunchi, Eccleſiam Sanctæ Trinitatis de Faragine, Eccleſiam s. Joannis in Valdo cum omnibus pertinentiis earum, Eccleſiam ſancti Petri de Troja, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Taſſo. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvo jure Beati Petri proprietatis & Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† Ego Hubaldus Oſtien. Epiſc.
† Ego Bernardus Portuenſis S. Ruſinæ Epiſcopus.
† Ego Guillelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad vincula.
† Ego Boſo Presb. Card. t. Pudentianæ tit. Paſtoris.
† Ego Petrus presb. Card. tit. s. Laurentii in Damaſo.
† Ego Joannes Presb. Cardinalis t. S. Marci.
† Ego Manfredus Presbyter Card. tit. s. Cæciliæ.
† Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. s. Suſannæ.
† Ego Oddo Diac. Card. t. Nicolai in Carcere Tulliano.
† Ego Cinthius Diac. Card. s. Hadriani.

† *Ego Hugo Diac. Card. S. Euſtachii juxta Templum Agrippæ.*
† *Ego Vitellius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi.*
† *Ego Hugo Diacon. Card. S. Angeli.*

Dat. Anagniæ per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi & Notarii 4. Kalend. Octobr. Indict. 7. Incarnat. Domin. anno 1173. Pontif. verò Domini Alexandri Papæ III. an. quartodecimo.

Idem Pontifex Alexander III. nobile conceſſit privilegium Monaſterio S. Joannis in Venere in hac Diœceſi conſtructo, ut ſupra relatum eſt, quod hic libuit exſcribere, cum jura & bona ejuſdem recenſeantur.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Oderiſio Abbati Monaſterii S. Joannis in Venere. Univerſis fratribus tam præſentibus, quàm futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Monet nos iter rectitudinis ingredi, quoniam fortitudo ſimplici via Domini rectæ: ergo petentibus non eſt denegandus auditus, quia ſervorum Dei quieti pro noſtro eſt officio providendum, quatenus à ſæcularibus tumultibus liberi in via Domini ſimplicibus animis fortiter ambulare prævaleant; Quapropter filii in Chriſto legitime Ordinis Abbas, tuis, tuorumque fratrum juſtis deprecationibus exorati ad honorem S. Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, S. Præcurſoris Domini Baptiſtæ Joannis Cœnobium ejus nomini dedicatum, in quo omnipotenti Domino unanimiter deſervitis in Apoſtolicæ Sedis gremio perenniter confovendum, præſtante Deo auctoritate præſentis privilegii communimus, privilegiorum ſiquidem formam ſequentem, quæ veſtro Cœnobio à noſtris prædeceſſoribus ſanctis, videlicet Leone, Victore, Nicolao, & Urbano collata ſunt vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illa omnia perpetuò poſſidenda confirmamus, quæ Tranſmundus Comes Tranſmundi Ducis, & Marchionis filius in Comitatu Teatino, Pinnenſi, Aprutienſi, Firmano, & Termulano, veſtro noſcitur Monaſterio obtuliſſe, cætera quoque, quæ aliorum oblatione fidelium in jus veſtrum, & dominium devenerunt, videlicet in Comitatu Teatino has cellas s. Joannis in Malo traverſo, S. Zachariæ, S. Benedicti, S. Romani, S. Severini, S. Mariæ ad Capellam ſecus Ortonam, S. Pauli & S. Petri cum Burgo, qui ex latere eſt. Item Eccleſiam S. Georgii, s. Philippi de Palatio, s. Angeli cum tertia parte portus Ortonæ, s. Mariæ juxta rivum qui dicitur Fricius in Curte Arcana, Ss. Martyrum Legontiani, & Domitiani cum mille modiis terræ juxta ſe in Curte de Agrame, s. Calari, & Ss. Virginum Aureæ, & Petronillæ; S. Ambroſii, S. Martini, s. Stephani, ad collem in Beſſi, S. Crucis cum duodecim manuatis hominum, S. Angeli intra oppida ſeptem, ex adverſo S. Nicolai. Item cellam S. Joannis in Rocca cum oppido ſuo, S. Thomæ cum oppido ſuo, s. Farmanni, s. Euſanii cum Caſtello ſuo, S. Apollinaris cum Caſtello ſuo, S. Nicolai cum Caſtello ſuo, S. Mariæ Inca cum Caſtello ſuo, S. Mariæ in Crypta Trivelli, S. Angeli in Priſclo, S. Angeli in Ortecle cum oppido ſuo, S. Marci, S. Quirici, S. Luciæ in Argelli, S. Pantaleonis, S. Crucis in Alento cum oppido Macela, s. Anſuini, s. Joannis in retro, S. Pauli in Piſcaria cum oppido ſuo, S. Laurentii in Piſcaria cum quarta parte de tranſverſo ejuſdem fluminis, & quarta portus ejuſdem, S. Nicolai cum oppido Sangro, S. Cantianæ in Caſtello Palledo, S. Martini de filiis Teodaldi, S. Petri in Batinario cum fara ſua, S. Agathæ, S. Pancratii, S. Juſtini de Caſole, S. Petri in Lauro, S. Petri de Linari cum Caſtello Reſſe, S. Petri in Parlaſi, S. Mariæ in Valle, S. Mariæ in Erano, S. Viti in Portule. Oppida verò hæc Foſſam cæcam, Caſtellum muratum, Roccam de Sclavis, Giruli, Laternum, Montes Octaviani, Guaſtura, Meruli, Porcile, Millanico, Caſtellum vetus, Balerianam, Faram Benedicti filii Uberii, faram filiorum Bederochi, Montem S. Silveſtri, Petrarium, Seuellam, Caſtellinum, Caſtrum Aymonis, Turricellam, Monte collis Marſini, Ilicem, Rivum ruſtum, Maclam, Scorrioſam, Caſale S. Benedicti, Morum Rivum, Petri Peſchi. In Comitatu Pinnenſi cellam S. Mariæ Anfriſana, S. Mariæ in Ponzano cum Caſtello Caſa-vetere, S. Michaelis in Boccarieto cum fara ſua, & fara de Saratico, s. Michaelis in fine cum fara & pagio ſuo, s. Petri in Campo rotundo, s. Mariæ in Loquiano cum pogio ſuo, s. Mariæ in Rivo Sonuli, s. Joannis in Aquaviva cum Caſali ſuo, s. Petri, s. Ioannis ad Ponticulum, s. Antonii, s. Mariæ in Riguſo, s. Salvatoris in Caſa nigra, s. Margaritæ in Legoaiano, s. Io in Carpeneto, s. Angeli in Rivo turbido, s. Mariæ in Valle, s. Nicolai in Piomba, s. Laurentii juxta Gomarium, s. Ioannis ad Caſam Comuſte, Caſtellum ad mare, Speltore, Furcam Conſenga, Montem ſylvarium, Civitatem S. Angeli, Ilicem, ſanctæ Crucis, Caſam Lariti, Ilicem Trallionium, Pizanum, Scurranum, Montem Valterii, Monticulam, Spatulam ruptam, Arſetam, Biſenum, Antianum, Runchi, Sylvam, Mitiaſianum, Caſulæ murum, Altum Caſtellum ultra montem peditarum, ſancti Ioannis de filiis Tribuni. In Comitatu Aprutien. Cellam ſancti Ioannis in Gomano cum Caſtello ſuo, Cerrum biſurch, ſancti Donati in Salinello cum Caſtello Palmæ, ſancti Stephani ad Muru, & Eccleſiam ſancti Angeli, montem paganum, Graſſianum, Ripam filiorum Azonis, Pogium Mulorum Morelli, Curtem de Pedoniano totam, Curtem totam de Bucelliano, tertiam partem Curtis de Semproniano, in Comitatu Firmano cellam s. Nicolai cum Caſtello Paterno, Monterone, medietatem Curtis de ſupplica, integram Curtem de Aquaviva, Montem bolarium, Caſtellum Rodacartſci, Caſtellum Colinari, Eccleſiam S. Paſſicis. In Comitatu integram Curtem de Palveniano, in Comitatu Camerino Terræ cum ſuis cultoribus. In Curte Ceſepalumbi mediam curtem de Viſiliano, quartam partem Curtis de Albano. In Comitatu Cellam S. Martini, S. Mariæ in contro, cum ea Eccl. S. Januarii, S. Victorini, S. Laurentii, ſextam partem; S. Salvatoris: apud Liſinam, cellam S. Archangeli, Ferrariæ, cellam S. Nicolai, in Civitate Eccl. S. Mariæ ad vineam Talliatam. In Principatu Beneventano Eccl S. Mariæ, S. Joannis in Barſien, Cella S. Anaſtaſii, in civitate hæreditatem Leonis Piunini integram. In Dalmatia apud Bellumgradum cellam S. Thomæ, ſimiliter etiam Teloneum mercatorum, & pretium decimaſque & oblationes mortuorum, ex omnibus abſque contradictione, vel qua teneatis. Præterea per præſentis decreti paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcumque in Cellis, in Eccleſiis, in oppidis, villis, ſylvis, paſcuis, fluminibus, portibus, littoribus, piſcariis, tam maris, quàm fluminum, molendinorum, aquarum diſcurſibus in ſervis, & ancillis, & quibuslibet rebus mobilibus & immobilibus hodie veſtrum Cœnobium juſte poſſidet, vel in futurum juvante Domino juſtè acquirere poterit, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Chriſma verò, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes aliorum Clericorum, qui ad ſacros ſunt Ordines promovendi, à quocumque volueritis Catholico accipiatis Epiſcopo. Intra totius Abbatiæ terminos nullus Epiſcopus niſi à te invitatus Synodum celebrare, vel clericos conſtringere, ut intelligas curam hanc ad ſollicitudinem pertinere non aliter, quàm vice tibi à nobis indulta; obeunte verò te ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dominum, & Beati Benedicti regulam elegerint; Electus autem ad Romanum Pontificem conſecrandus accedat. Vos vero, filii in Chriſto legitimi, oportet collatam vobis gratiam in omnibus conſtitutionibus, & tantis Sedis Apoſtolicæ beneficiis dignis operibus reſpondere, nec libertate hac in occaſionem carnis, & velamine ma-

litiæ

litiæ abutamini, in quanto à ſæcularibus tumultibus liberiores eſtis, tanta amplius placere Domino totis mentis & animæ viribus procuretis. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre; vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & tuta conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona contra hanc noſtræ conſtitutionis paginam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, ita quod ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ *Epiſcopus*.
† *Ego Hibaldus Oſtien. Epiſc.*
† *Ego Bernardus Portuenſis S. Rufinæ Epiſcopus.*
† *Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii.*
† *Ego Albertus* Presb. Card. *tit. S. Laurentii in Lucina.*
† *Ego Vitellius* Presb. Card. *tit. S.* Petei *ad vincula.*
† *Ego Boſo* Presb. Card. *s. Pudentianæ tit. Paſtoris.*
† *Ego Joannes Presbyter Cardinalis Sancti Marci.*
† *Ego Theodinus Peesb. Card. S. Vitalis tit. Veſtinæ.*
† Ego *Manfredus Peesbyter Cardin. tit. s. Cęciliæ.*
† Ego *Petrus Presbyter Cardinalis tit. s. Suſannæ.*
† Ego *Matthæus s. Mariæ in Coſmedin Diac. Cardinalis.*
† Ego *Vincentius Diaconus Cardinalis S. Adriani.*
† *Ego Ugo Card. s. Euſtachii juxta templum Agrippæ.*
† *Ego Laboratius Diac. Card. s. Mariæ in Porticu.*
† *Ego Raynerius Diac.* Card. *s. Georgii ad Velum aureum.*

Datum Anagniæ per manum Geatiani *Sanctæ Romanæ* Eccleſiæ *Subdiaconi, & Notarii xvj. Kalendas* Julii, *Indict. iv. anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXVI. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ Tertii anno xvij.*

Sub hoc Epiſcopi tempore conſtructa videtur Eccleſia SS. Petei & Pauli in regione Feriæ intus civitatis, ut narrat Exaſtichon illic in lapide exaratum ſupra fores ipſius.

A. D. M. CLXVIII.

Maxime Doctorum, nunc ſumere dona tuorum
Janitor ætheret digneris Apoſtole Regni,
Cum precibus collata tuo temploque beato
Hæc pro ſervorum commiſſes denique quorum
Ablue, deſtrue, crimina, cunctaque Petre beate.

Eodem quoque ſedente ædificata fuit Eccleſia S. Joannis de Furca bubolina: in arca ejuſdem leguntur hæc pauca verba.

D. D. M. C. LXXII. Ind. IIII. V V. B.

Diu in hac Sede fuiſſe Andream referunt Diptycæ; tamen quo anno diem ſuum obierit, non ſcribunt.

25. PETRUS II. creditur ſuffectus fuiſſe Andreæ, cujus memoriam ad poſteros tranſmiſit Henrici VI. Imper. privilegium conceſſum Monaſterio Caſinenſi anno 1191. cui ipſe cum aliis Epiſcopis teſtis fuit, quo anno, vel initio ſubſequentis obiiſſe aſſerendum eſt, nam anno 1192. Bartholomæus Theatinam regebat Sedem, ut mox dicemus. XXV.

26. BARTHOLOMÆUS ad hanc dignitatem vocatur eo ipſo anno 1192. quo conceſſit Comiti Berardo Laoreti, ejuſque hæredibus in tertiam generationem legitimam Caſtrum Montis Silvani, quod eſt feudum, ut in documento eo anno condito aſſeritur, in quo fit mentio de recuperatione Vallis magnæ, & furcæ, quæ in manibus erat Baronum, & aſſentiente Regia Majeſtate venerunt in demanium Eccleſiæ Teatinæ, ut ex privilegio Conſtantię Imperatricis, eodem anno tenimentum Sculculæ ad Eccleſiam Teatinen. pertinens, olim occupatum à Comite Jozalino ejuſdem Berardi ſocio reſtitutum fuit juxta confines deſignatos à tribus teſtibus productis de Spulturio, tribuſque aliis de Civitatę Teatina. Idem Epiſcopus anno 1194 conceſſit & confirmavit Abbati S. Mariæ de Caramanico decimas & oblationes mortuorum ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ, & S. Angeli, & Salle de Rocchetta cum certis aliis juribus; hæc indiculus noſter de Bartholomæo, qui habet illum in Epiſcopatu plures annos vixiſſe; Hic fortè ille eſt Teatinus Epiſcopus, cujus habetur mentio in Decretalibus cap. Tenor de ſent. & re jud. Clemente Papa III. Pontifice. Sub hoc eodem Præſule erat Comes ille Teatinus R. id eſt Riccardus, quem Innocentius III. præponi mandavit cuſtodiæ & tutelæ Civitatenſis, cujus Comes dudum obierat tempore quo Federicus II adhuc infans erat, & ſub tutela Innocentii. Extant literę duę Innocentii de hac ipſa re, una ſcripta Epiſcopo, Baronibus, Militibus, & univerſo Populo Comitatus Civitat. conſtitutis, altera Clero & Populo Civitat. quæ habentur reg. ejuſdem Pontificis. Porrò Civitas hæc eſt in Apulia Daunia, ut ſcribit Leander diſtans à Florentiola milliar. decem & octo. XXVI

Anno 1208. die vigeſſima nona Septembris unà cum Auſuſo Epiſcopo Furconienſi Eccleſiam S. Pamphili conſecravit, ibi aſſerunt memoriam extare ſub iis verbis, ſed pro Bartholomæo Gregorium mendosè à quodam poſteriore ignaro fuiſſe ſcriptũ, & aliqua addita ob ſummam inſcitiam ſcribentis, quæ hic apponere volumus, ne Epiſcopi multiplicentur inaniter, & ſine certa, vel ſcientia, vel ſaltem conjectura probabili; nullibi enim lego Gregorium Teatinis præfuiſſe Præſulem: memoria autem eſt hujuſmodi.

Anno M. CC. *VIII. menſis Septembris* XXIX. XII. *Indict. D. . . . . . Venerabilis Epiſcopus Teatinus rogatus à Capitulo* Eccleſiæ *s. Pamphili dedicavit & conſecravit iſtam* Eccleſiam *Sancti Pamphili ad honorem Dei Omnipotentis, B. Mariæ Virginis, & s. Pamphili, & ad ſubjectionem Romanæ* Eccleſiæ *immediate dicta Eccleſia s. Pamphili pertinet. Item eodem anno menſe Octobris, tertio ejuſdem eodem modo conſecravit idem* Epiſcopus *altare B. Virgini poſitum in confeſſionibus dictæ Eccleſiæ S.* Pamphili *per prædictum Epiſcopum, & D. Anſuſum Venerabilem Epiſcopum Furconienſem; In quo die dedicationis annuatim indultæ ſunt annorum duorum, & dierum annuatim de criminalibus. Remiſſiones dedicationis dicti altaris B. Mariæ Virginis annuatim ſunt unius anni.*

Eodem anno 1208. permiſſu Bartholomæi Epiſcopi fundata eſt in hac Diœceſi Abbatia S. Mariæ de Arabona Ord. Ciſtercienſis ductis Monachis à

Mo-

Monaſterio Sanctorum, Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas Salvias extra urbem Romam ejuſdem Ord. primus Abbas Beatus Albimanus tunc Monaſterii de Ferraria inſignis Sanctimoniæ Monachus, cui ſucceſſit Sanctilius pari ſanctitate conſpicuus. Viſuntur miſerabiles tanti Cœnobii ruinæ, Teatinorum Civium nobile monumentum, quorum eleemoſynis & pietate conſtructum olim fuerat.

Interea Bartholomæum infracti animi virum Federico II. Imperatori charum, plura Eccleſiæ ſuæ jura in Piſcaria recuperaſſe docent tabulæ hoc ipſo anno conſcriptæ: *Regnante*, inquiunt, *Federico II Imperatore Angelus, & Calaronus regii Camerarii Civitatis Piſcariæ audientes, quod Eccleſia Teatina à tempore non modico de Eccleſia s. Salvatoris deſtituta fuerat, intuentes ſervitia D. Bartholomæi Epiſcopi Teatini facta Regi Federico II. auctoritate regia, & omnium Concivium voluntate per antiquiores homines Piſcariæ fecerunt numerari omnes poſſeſſiones, & rationes, quas Eccleſia s. Salvatoris tempore quo erat ſub dominio Theatinæ Eccleſiæ habuerat, & medio juramento depoſuerunt Raynaldus Capellanus s. Thomæ, Robertus de Spelteria, Angelus Palmentio, Conſtantinus Clementis Jancolli, Nicolaus Caſalinus, & Petrus Joannis Petri, ac teſtati ſunt ſe vidiſſe tempore pacis, ſcilicet, Regum Guillelmi primi & ſecundi in Eccleſia s. Salvatoris Abbatem Conſtantem, & Abbatem Guillelmum, & Canonicos in ipſa Eccleſia s. Salvatoris re pondere Eccleſiæ Teatinæ tamquam Dominæ, & quod Eccleſia s. Salvatoris habebat domos, &c. reſignarunt Eccleſiam prædictam S. Salvatoris, & ejus poſſeſſiones in manibus prædicti Domini Bartholomæi Epiſcopi, ſalvo mandato Regis Federici, & ut dicta reconductio, & reſignatio ſit ſtabilis, per manus Rogerii & Civitatis Piſcariæ Notarii has literas fieri rogavimus.* Hoc eodem anno, die 14. Octobris, Bartholomæus omnium privilegiorum Eccleſiæ ſuæ à Romanis Imp. aliiſque Summis Pontificibus, aſſertorum confirmationem obtinuit ab Innocentio III. Privilegii exemplar extat in eodem Archivio Canonicorum Vaticanę Baſilicæ à me exſcriptum, quod exhibemus, tametſi fere omnia contineat, quæ in aliis ſupra relatis ex eodem tabulario.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Bartholomæo Teatino Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

In eminenti Sedis Apoſt. ſpecula diſponente Domino conſtituti, ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio fratres noſtros Epiſcopos ſincera charitate diligere, & Eccleſiis ſibi commiſſis ſuam debemus juſtitiam conſervare, pro ipſorum quoque ſtatu nos oportet ſatagere, atque eorum quieti ſalubriter auxiliante Domino providere. Ea propter, Venerabilis in Christo frater Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ad exemplar fel. mem. Nicolai, Paſchalis, Eugenii, Alexander, & Clementis Prędeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum B. Thomæ Teatinam Eccleſiam, cui Domino authore præeſſe dignoſceris, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Parochiam Theatinæ Eccleſiæ, ſicut antiquis, & juſtis limitibus terminatur, ſcilicet à Staffilo inter Montes, & ipſo Monte de Urſa, & quomodo pergit in Cola & ponit terminum in aqua ſubtus terra uſque ad aquam Sonutam & quomodo pergit uſque in montem de teſto & vadit per crinis montem, & qualiter pergit uſque montem Sclavi, & quomodo pergit in ipſum flumen, quod dicitur Trignum uſque ad littora Maris, & per littora maris uſque in Piſcariam, & redit in priorem finem, videlicet in priori Staffello. Præterea ipſam Teatinam Civitatem, Caſtellum Trivilianum, Villam magnam, Montem Filardi, Caſtellum Orni, Caſtellum Mucela, Caſtellum s. Pauli, Caſtellum, quod dicitur Furca, Caſtellum Geneſteale, Caſtellum s Ceſidii, cum eorum pertinentiis; ultra Piſcariam verò Caſtellum montis Silvani, Eccleſiam s. Mariæ in Rigoli, Caſtellum Sculculæ, Caſtellum Laſtiniam, Eccleſiam s. Mariæ de Palatio, Eccleſiam s. Juſtæ cum pertinentiis ſuis. In Aterno Plebem s. Leguntiani, & Domitiani, Eccleſiam S. Thomæ. S. Salvatoris, Eccleſiam S. Jeruſalem, & Eccleſiam S. Nicolai cum omnibus eorum pertinentiis, Decimam Pontis & Portus Ni. ini; in Bucelania Eccleſ. S. Salvatoris, & S. Angeli cum Decimis Comitis, Plebem S. Silveſtri, Decimas Comitis in Caſtello S. Angeli in Caſtello trium frontium. & Decimas Caſtellorum, quæ in Teatino Epiſcopatu ſub dominio Comitis Roberti de Roſello fuerunt. & quod Teatina Eccleſia in Caſtello Septi tenet, Eccleſiam S. Mariæ in Bari, Eccleſiam S. Blaſii, in Lanciano, Monaſterium S. Martini de Palecta, Eccleſiam S. Leciri in Atiſſa cum omnibus pertinentiis ſuis, Monaſterium S. Joannis in Arclano, Monaſterium S. Angeli in Cornacula cum omnibus pertinentiis ſuis, in monte Oderiſii Eccleſiam S. Nicolai, & medietatem Eccleſiæ S. Mariæ, Eccleſiam S. Salvatoris, & Eccleſiam S. Petri cum pertinentiis earum, Monaſterium S. Mauri cum beneficio ſuo, Monaſterium S. Salvi, Eccleſiam S. Nicolai de Eremitorio in Ortona, Eccleſiam S. Mariæ & S. Georgii cum earum pertinentiis, Monaſterium S. Mariæ in Baſilica in Civitate Luparelli, Plebem S. Petri cum pertinentiis ſuis, Monaſterium S. Mandi in Palatio, Eccleſiam S. Jacobi de Turcella cum pertinentiis ſuis, Monaſterium S. Pancratii, Monaſterium S. Mariæ de Lecto, cum Caſali, aliiſque ad ipſum pertinentibus, Monaſterium S. Martini in Valle, Monaſterium S. Juſti in de Coſule, in Caſtro Geſſi Plebem S. Mariæ cum pertinentiis ſuis, Plebem S. Martini filiorum Treſidii, Eccleſiam S. Mariæ de Caſa Candidella, Eccleſiam S Petri in Caſtro Lori, Eccleſiam S. Marię in Biario, Eccleſiam S. Blaſii, Monaſterium s. Petri in Campo, Eccleſiam S. Nicolai de Summo viculo, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Lacento in Abbatejo, Plebem s. Martini cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Joannis de Plebe, Plebem de Juliano, Plebem S. Cecolidi. Plebem de Pizzo Corbario, Eccleſiam S. Luciæ de Argolli, Eccleſiam ſancti Lini, Plebem de Orcula, Plebem S. Mariæ in Valle, Plebem S. Mariæ de Caramanico, Plebem S. Joannis de Abbatejo, Eccleſiam ſancti Ceſidii, & Eccleſiam S. Pontii de S. Valentino in Caſtello de Tocco, Eccleſiam ſancti Mandi in Peſcle, Eccleſiam S. Euſtachii, Eccleſiam S. Martini de Fara inter montes, Eccleſiam S. Joannis de Pedara, Eccleſiam S. Nicolai de Cantalupo, Eccleſiam S. Salvatoris de Linari, Eccleſiam S. Mariæ de Sparpalia, Eccleſiam S. Mariæ de Ilice, Eccleſiam s. Salvatoris de Valle ſurda, Eccleſiam s. Mariæ de Valle Cornelli, Eccl. Ss. Trinitatis de Fragne, Eccleſ. s Joannis de Vicaldo cum omnibus pertinentiis earum, Eccleſ. s. Petri de Troja, & Eccleſiam s. Mariæ de Taſſo. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prædictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſervare eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvo B. Petri jure proprietatis, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona hanc noſtræ conceſſionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris no-

ſtri Jeſu Chriſti alienaſit, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

† *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Joannes Albanen. Epiſc.*
† *Ego Nicolaus Tuſculan. Epiſc.*
† *Ego Cinthius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card.*
† *Ego Cincius SS. Joannis & Pauli presb. Card, tit. Pamachii.*
† *Ego Benedictus tit. s. Suſannæ presbyt. Cardinalis.*
† *Ego Rogerius Sanctæ Anaſtaſiæ presb. Card.*
† *Ego Georgius s. Georgii ad Velum aureum Diac. Card.*
† *Ego Guido s. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card.*
† *Ego Joannes S. Mariæ in Via lata Diac. Card.*
† *Ego Joannes ss. Coſmæ & Damiani Diacon. Card.*
† *Ego Pelagius s. Luciæ in Septiſolio Diacon. Card.*

Dat. per manus Joannis s. Mariæ in Coſmedin Diac. Card. S. R. E. Cancellarii 14. Kal. Novemb. Indict. 12. Incarnationis Domin. Anno 1208. Pontificatus verò Domini Innocentii Papæ III. anno 10.

Dederat antea, hoc eſt anno 1204. idem Innocentius privilegium Oddoni Abbati & Monaſterio S. Joannis Baptiſtæ in Venere, quod cum nonnulla contineat, quæ in alio Alexandri III. eidem Monaſterio aſſerto non reperiuntur, viſum eſt hic exſcribere ab exemplari tabularii Eccleſiæ Novæ, ut ſaltem hic conſervetur.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Oddonis Abbati Monaſterii Sancti Joannis in Venere, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profitentibus in perpetuum.

Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri: monet nos iter rectitudinis ingredi, quoniam fortitudo ſimplici via Domini recta. Ergo petentibus non eſt denegandus auditus, quia ſervorum Dei quieti pro noſtro eſt officio providen. quatenus à ſæcularibus tumultibus liberi, in via Domini ſimplicibus animis fortiter prævaleant ambulare. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium quod ad honorem Dei Genitricis & Virginis Mariæ Sanctique Joannis Baptiſtæ conſtructum eſſe dignoſcitur ad exemplar fel. rec. Leonis, Victoris, Nicolai, Urbani, Alexandri prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum at B. Benedicti regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſive aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus propriis duximus exprimenda vocabulis; Locum ipſum in quo prædictum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, poſſeſſiones, & alia bona omnia quæ in Teatino, Pennen. Apsutien. Firman. & Termulan. Comitatibus obtinetis. In Comitatu Theatin. baſ cellas videlicet ſancti Joannis in Maltraverſo, s. Zachariæ, s. Benedicti, s. Romani, s. Severini, s. Mariæ ad Capellam ſecus Ortonam, s. Pauli & s. Petri cum Burgo ex latere ejus, Eccleſias s. Georgii, s. Philippi de Palatio, s. Angeli cum tertia parte portus Ortonæ, s. Mariæ juxta rivum qui dicitur Grivus, in Curte Antean. Sanctorum Martyrum Leguntiani & Domitiani cum mille modiis terræ juxta ſe, in Curte de Agrame s. Calixti, Sanctorum Martyrum Aureę & Petronillę, s. Ambroſii, s. Martini, s. Stephani in collem, in Giti, s. Crucis cum duodecim mansatis hominum, s. Angeli juxta oppidum Septem. In Curte s. Nicolai, cellas s. Joannis in Rocca cum oppido ſuo, s. Thomæ cum oppido ſuo, s. Farinaat. s. Euſanii, cum Caſtello ſuo, s. Apollinaris cum Caſtello ſuo, s. Nicolai cum Caſtello s. Viti, s. Mariæ in Caldaria cum Caſtello ſuo, s. Mariæ in Gripta ſeninea, s. Mariæ de Trodio cum cellis ſuis, S. Angeli in Peſulo, s. Angeli in Ochreca cum oppido ſuo s. Marci, s Quirici, s. Luciæ in Angelli, s. Pantaleonis, s. Crucis in Alneto oppido Muccia, s. Anſuini, S. Joannis in Ragio, s. Pauli in Piſcaria cum oppido s. Laurentii in Piſcaria, cum quarta parte de tranſverſo ejuſdem fluminis, & quarta portus ejuſdē s. Nicolai cum oppido Sāgro Sanctæ Canſioæ cum Caſtello Pallito, s. Martini de filiis Thedaldi, s. Petri in Banniario cum fara ſua & cellis, videlicet s. Bartholomæi de Varanna, s. Blaſii de Monte nigro, & s. Nicolai de Plazzano, Eccleſiæ S. Agathæ, s. Pancratii, s. Juſtini de Caſulo, s. Petri in Lauro, s. Delinqua cum Caſtello ſuo, s. Petri cum Caſtello Reſſe, s. Petri in Parlari, s Mariæ in Valle, s. Mariæ in Heremo, s. Pauli, s. Mariæ de Rota, S. Quirici de Rivo plano, s. Mariæ in Baſilica, s. Viti in Fortulæ Oppido verò hæc Foſſamecam, Caſtellum muratum, Rocc ham de Sclavis, Girnii, Laternum, Lentiſcum, montem Octaviani, Guaſtum Meruli, Poretie, Miltanica, Caſtellum vetus, Ballenianum, Faram Benedicti filii Uberti, Faram filiorum Boderocchi, Montem S. Silveſtri, Perranum, Senellam, Caſtellionem, Guaſtum Aymonis, Turricellam, medietatem Collis Martini, Ilicem, Divum Juſtum, Mucellā Stortioſam, Caſalo S. Benedicti, Morum, Rivum Petri, Peſclorum. In Comitatu Pennen. Cellas S. Mariæ in Roſano cum Caſtello Caſa vetere, S. Michaelis in Boccaccetto cum fara & cellis ſuis, & fara de Savatico S. Michaelis, in fine cum fara & podio S. Petri in Campo rotundo, s. Mariæ in Lochiano cum podio ſuo, s. Joannis in Rivoſonuli, s. Joannis in Aquaviva cum Caſali ſuo, s. Pelini, s. Joannis ad Ponticlum, s. Antini, s. Mariæ in Rivulo, s. Salvatoris in Caſa nigra, s. Margaritæ in Legoniano, s. Joannis in Carpeneto, s. Angeli in rivo turbido, s. Mariæ in Valle, s. Nicolai in Plomba, s. Laurentii juxta Gomanum, s. Joannis ad caſam conbuſtam, Caſtellum ad mare ſpeltore, Turricam, Coſenzam, Montem Silvani, Civitatem ſancti Angeli, Ilicem s. Crucis Caſam laute, Ilicem Titilianum, Tezzanum, Scuranum, Montem Gualterii, Motulam, Spatulam, Ruptam, Arſetam, Biſerrum, Avianum, Ranchi Silvo, Mitilianum, Caſole, Murum altum, Caſtellum Vedum, Montem Petritum & Eccleſiam s. Joannis in Gomano cum Caſtello ſuo, Carſum, Biſulcum, Eccleſiam ſancti Cęſarei, s. Donati in Saltnello cum Caſtello Palmei & s. Stephani ad Mura, Eccleſiam s. Angeli, Montem Pagani, & Caſalo s Martini in Gomuno; Geſſianum, Ripam filiorum Azzonis, Poggium Felicis Morelli, Curtem, de Podoniano totam, Curtem totam de Bucelliano, tertiam partem Curtis de Semproniano. In Comitatu Firman. cellam S. Petri cum Caſtello Paterno, Monteronem, medietatem Curtis de ſupportica, integram Curtem de Aquaviva, montem Bovarium, Caſtellum Rodeltariſci, Caprilla, Colmari, Eccleſiam s. Paſtoris. In Comitatu Aſculano, totam Curtem de Salviano. In Comitatu Camerinen. terras cum ſuis cultoribus. In Curte Ceſapalumbi mediam Curtem de Caſtelliano, quartam partem Curtis de lano. In Comitatu Termulan. Cellas s. Martini, s. Mariæ in Coronule, cum Caſtello de Olivaſtro, Eccleſias s. Januarii, s. Victorini, s. Laurentii, ſextam partē proventus Eccleſię s. Salvatoris,

apud

apud Leſinam cellam S. Archangeli, in ſuburbio Ferrariæ cellam S. Nicolai. In Civitate Ravennæ Eccleſiam S. Mariæ ad vineam Talliottam. In Principatu Beneventano Eccleſias S. Mariæ S. Joannis. In Murſia cellam S. Anaſtaſii. In Civitate Ernian. hereditatem Leonis Prinnini integram. In Dalmatia apud Bellumgradam cellam s. Thomæ ſimiliter, & Talleoneam mercatorum, & Pontium, decimaſque, & oblationes mortuorum en omnibus, & abſque contradictione aliqua teneatis; Chriſma vero, Olcam ſanctam, conſecrationes Altariam, ſeu Baſilicarum, ordinationes Monachorum & Clericorum cæterorum, qui ad ſacros ſunt ordines promovendi, à quocunque volueritis Catholico accipiatis Epiſcopo: intra totias Abbatiæ terminos nullus Epiſcopus, niſi à te invitatus Sinodum audeat celebrare, vel Clericos conſtringere, ut intelligas curam hanc ad tuam ſollicitudinem pertinere ſpecialiter tibi ab Apoſtolica Sede indultam. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſoram, nullas ibi qualibet ſurreptionis aſtatia vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratram pars conſilii ſanioris ſecundum Deam, & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem benedicendus accedat. Vos autem filii oportet collatam vobis gratiam in omnibus cuſtodire, & tantis Sedis Apoſtolicæ beneficiis dignis operibus reſpondere, ne libertate hac in occaſionem carnis, & velamen malitiæ abatamini, ſed quanto à ſecularibus tamultibus liberiores eſtis, tanto amplius placere Deo totis mentis & animi viribus procuretis. Decernimus ergo ut nulli hominum omnino liceat prædictum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibaslibet vexationibus fatigare, ſed omnia illibata & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecando tertioque commonita, niſi reatum ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de patrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & fructam bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

† *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Octavianus Oſtien. & Veliternen. Epiſcopus.*
† *Ego Petrus Portuen. & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus.*
† *Ego Joannes Albanenſis Epiſc.*
† *Ego Petrus tit. Sanctæ Cæciliæ Presbyt. Cardinalis.*
† *Ego Jordanus S. Pudentianæ tit. Paſtoris Presb. Card.*
† *Ego Ugo Presbyt. Card. S. Martini tit. Equitii.*
† *Ego Joannes tit. S. Priſcæ Presbyt. Card.*
† *Ego Centius S. Joannis & Pauli tit. Pammachii.*
† *Ego Gregorius tit. S. Vitalis Prebyter Card.*
† *Ego Benedictus Eccleſiæ S. Suſannæ Presb. Card*
† *Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diac Card.*
† *Ego Gregorius S. Georgii ad velum aurum Diac. Card*
† *Ego Ugo S. Euſtachii Diaconus Card.*
† *Ego Matthæus Sancti Theodori Diac. Card.*
† *Ego Joannes S. Mariæ in Coſmedin Diacon. Card.*

Datum Romæ apud S. Petrum per manum Joannis S.R.E. Subdiaconi, & Notarii 4. Nonas Decembris, Indict. 8. Incarnationis Dominicæ anno 1204. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ Tertii anno ſeptimo.

Anno 1213. noſtrum Bartholomæum Eccleſiam Sanctæ Mariæ Caſtri Muſillaris conſecraſſe docet membranula, quæ in eadem Eccleſia conſervatur cum Sanctorum lipſanis ab ipſo eidem dono datis. Et anno 1219. Federicus II. Imper. quandam revocavit confirmationem ab Imperiali Curia vitio extortam à Teatinis civibus, nonnullis, ut aſſerebant ipſis conceſſis à Teatino Epiſcopo. Sed anno 1223. inſtante Bartholomæo Berardus de Rajano alterius Berardi filius, cui ab eodem Epiſcopo olim locatum fuerat in emphiteuſim Caſtrum montis Silvani, condemnatur ab Henrico de Mora Imperiali Juſtitiario ad Caſtri reſtitutionem ob non ſolutum canonem, & enormem Eccleſiæ Teatinæ læſionem, juxta imperatoris promulgatam legem; lata ſententia fuit Foggiæ menſe Decembri: & ſcripta per Guillelmum de Tocco Imperialem Judicem & Notarium, quam ſubſequenti anno 1224. idem approbavit Imperator. Poſt hæc unica remanet Bartholomæi memoria in aureo diplomate Friderici II. Dat. Brundiſii anno 1227. menſe Auguſti, in quo in gratiam ejuſdem Epiſcopi confirmantur ea omnia, quæ Pater Henricus VI. Imper. eidem Eccleſiæ Teatinæ Bartholomæo, ac ſucceſſoribus liberaliter aſſeruerat ann. 1195. ac ſub Imperiali protectione ſuſceperat. Diploma Federici cum inſertione alterius Henrici Patris in hæc verba confectum eſt ex authentico copiali.

Federicus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex.

Inter cætera, quæ divinæ pietatis intuitu conferuntur, illud credimus Creatori omnium gratum, & acceptabilius reſidere, quod Eccleſiis Dei, & locis Religioſis pia liberalitate donatur; præſertim cum in confirmandis beneficiis, & largendis laus Imperiali dignitate accreſcat. Inde eſt, quod univerſis fidelibus noſtris notum eſſe volumus tam præſentibus, quàm futuris, qualiter Bartholomæus venerabilis Epiſcopus Teatinus fidelis noſter ad præſentiam noſtram accedens oſtendit nobis quoddam privilegium auro ſigillo munitum à Domino quondam Imperatore Henrico Patre noſtro Divo Auguſto inclytæ recordationis eidem Epiſcopatui Teatino piè indultum, ſupplicans Excellentiæ noſtræ humiliter & devotè, ut privilegium ipſum, & ea quæ continentur in ipſo innovare, concedere, & confirmare ſibi de noſtra gratia dignaremur, cujus tenor talis eſt. In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus Sextus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Siciliæ. Inter cætera, quæ in actus pios expendimus, quibus magis Deum propitium nobis reddimus & ſpeciali devotione placamus, hoc ſolum arbitramur eſſe potiſſimum, & hoc potius noſtris applicamus utilitatibus, cum Eccleſiis & locis venerabilibus conſideratione pia conferimus. Inde eſt, quod nos intuitu Regis Regum, & Creatoris omnium, cui totius noſtræ felicitatis incrementa debemus ob remiſſionem animarum parentum noſtrorum, ac longævi noſtri conſervatione Imperii, nec non & exuberanti noſtræ munificentiæ gratia præſenti noſtro privilegio concedimus, & perpetuo confirmamus Epiſcopatui Teatino, & prædicto Epiſcopo fideli noſtro, & ſucceſſoribus ſuis omnia Caſtella, Caſalia, & Eccleſias, quæ tempore prædeceſſorum Regum Siciliæ, Regis Felicis Rogerii, Guillelmi primi, & ſecundi ipſa Eccleſia Teatina tenuit & poſſedit, ſcilicet in Terra Teatina in demanio Civitatem Teatinam, Caſtellum Trivilitani, Caſtellum Furcæ, Caſtellum Villæ magnæ, Caſtellum Scorchoſæ. In Servitio Caſtellum Muclæ, Caſtellum Orni. Item


in demanio ſilvam & territorium Sambuceti in pertinentiis Aterni, & decimam pontis, & portus ipſius loci Aterni, necnon & Eccleſiam ſanctæ Jeruſalem, S. Leguntiani, & Domitiani loci prædicti cum Capellis, juribus & pertinentiis eorundem. In terra vero de Penna in demanio Caſtellum Montis Silvani, S. Mariæ in Rivulo cum Caſali ſuo, villam Sculculæ cum territoriis & ſilvis ejus. In ſervitio autem Caſtellum Laſtru. ann. ſalvo mandato & ordinatione noſtra, & hæredum noſtrorum, & ut hæc liberalitatis noſtræ conceſſio & confirmatio in perpetuum eidem Eccleſiæ Teatinæ, prædictoque Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis firma, ſtabiliſque permaneat, & nulli in aliquo liceat contraire præſens indè privilegium conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri, ſtatuentes & Imperiali præcipientes Edicto, ut nulla perſona, humilis, vel alta, eccleſiaſtica, vel ſæcularis hanc noſtram conceſſionem, & confirmationem infringere audeat, vel aliquibus calumniis perturbare præſumat, quod qui fecerit, ultra indignationem noſtram, quam graviter incurreret, centum libras auri puriſſimi componat, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam paſſo injuriam perſolvendam. Hujus autem rei teſtes ſunt Henricus Guarleamenſis Epiſcopus, Golvigerius Pictavien. Epiſcopus, Henricus de Calendinis, Robertus de Venna, Conradus Dux Spoleti, & Regni Siciliæ Vstarius, Comes Hugo de Macelu, & alii quamplures. Ego Conradus Imperialis Aulæ Cancellarius unà cum Gualterio Trojan. Epiſcopo Reg. Siciliæ, & Apuliæ Cancellarius recognovimus.

Signum Domini divina favente norum Imperatoſti, & Regis Sici-



Henrici Senti, clementia Romaris ſemper Auguliæ.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quinto. Regnante Domino noſtro Henrico Sexto Imperatore Romanorum ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ. Amen. Regni ejus viceſimo quinto, Imperii vero quinto, & Regni Siciliæ primo. Datum apud Eſculum de Marca per manum Abbatis Prothonotarii Imperialis Aulæ primo die menſis Madii, Indictione tertiadecima. Nos igitur præfati Epiſcopi devotionem & fidem quam erga perſonam noſtram habere dignoſcitur, diligentius attendentes intuitu, & Beati Thomæ Apoſtoli in cujus nomine dicata Eccleſia Teatina dicitur & fundata, necnon & pro remedio animarum felicium Auguſtorum patris & matris noſtræ memoriæ recolendæ, pro noſtra quoque ſalute, tum ipſum privilegium, quàm ea omnia, quæ continentur in ipſo, prout ſuperius ſunt expreſſa, eidem Eccleſiæ Teatinæ, & dicto Epiſcopo, ſucceſſoribuſque ſuis de noſtra gratia innovamus, concedimus, & perpetuò confirmamus ſalvo ſervitio, quod Curiæ noſtræ inde debetur, ſalvo inſuper mandato, & ordinatione noſtra, & hæredum noſtrorum. Ad hujus autem innovationis, conceſſionis, & confirmationis noſtræ memoriam & robur perpetuò valiturum præſens privilegium ſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Anno, menſe, & Indictione ſubſcriptis.



Datum Brunduſii anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo, menſis Auguſti quintæ decimæ Indict. Imperante Domino Federico Invictiſſimo Dei gratia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem & Siciliæ Rege, Anno Rom. Imp. ejus ſeptimo, Regni Hieruſalem ſecundo, Regni verò Siciliæ triceſimo feliciter. Amen.

Ex his igitur conſtat, qua virtute, qua ſollicitudine optimus hic Præſul per tot annorum curricula eximie Teatinam Eccleſiam adminiſtravit, illuſtriorem, ditioremque reddidit, cum tot bona, & jura recuperaſſet, vel de novo acquiſiviſſet. Cæterum Bartholomæus quando, vel ubi communi mortalium fato vitam amiſerit, non conſtat; poſt annum certè 1227. accidiſſe fatendum eſt. Aſſervabat olim Eccleſia Teatina argenteum thuribulum hujus Præſulis donum, in quo expreſſa erant ſub infulis ejus gentilitia inſignia, quæ ſupra retulimus cum his literis ſculptis. Anno D. M. CC. XV. 10. IND. Hoc vetus Bartholomæi monumentum elapſo ævo, haud ſine venerandæ antiquitatis injuria conflatum fuit, & ad alium Eccleſiæ uſum converſum.

Dabis veniam lector, ſi extra chorum hoc in loco me ſaltare videbis; cum fundationem legeris Cœnobii ſancti Spiritus de Ocra Ordinis Ciſtercienſis in Furconienſi Diœceſi, quod non longè ab hac Teatina diſtat, a Berardo Albæ Comite anno 1222. liberali munificentia ædificati, ac B. Placido Ocrenſi ejuſdem Ordinis Viro ſanctiſſimo dono dati; placuit, inquam, hic fundationis documentum ab ipſo autographo exſcriptum una cum ejuſdem Placidi vita recenſere, quæ ex lapſu memoriæ in Epiſcopis Aquilanis, qui Furconienſibus ſucceſſere, ſilentio obruimus: en documentum.

In nomine æterni Domini.

Anno Incarnationis ejus 1222. menſe Novembri, Indict. 10. tempore Domini Honorii Papæ III Regnante Domino Federico Dei gratia inclyto Rom. Imp. Auguſto, & Illuſtriſſimo Rege Siciliæ feliciter. Nos Berardus de Ocra Dei & Imperiali gratia Comes Albæ, unà cum Domina matre noſtra Roalda de Ocra, divino lumine inſpirati, ut felicitatis gratiæ participes effici mereamur Omnipotentis Dei, reſurrectionis futuræ benedictionem merentes à Deo promiſſam pro præſenti conſequi de ipſius felicitatis gratia mereamur, Omnipotenti Deo aliquid de bonis à Deo nobis conceſſis pie offerre propoſuimus. Ne igitur humanæ fragilitatis illecta ſuaſione, pio ſublato propoſito, retributio ſubtrahatur æterna; cum operationis propoſitum feſtinanter ad effectum deberet perduci; & quia ſancta mater Eccleſia quotidie parturit, & congregatio fidelium jugiter augmentatur, & creſcit, præcipuum beatitudinis opus fore eligimus tantum locum ad novam Eccleſiam ſub religionis Ciſtercienſis dogmate conſtruendam invenire, & ad ipſius conſtructionem, & perpetuam ſubſtentationem taliter providere, quod fratres ibidem convenientes dignè Deo ſervire, & jejuniis, & orationibus devotiſſimè vacare, necnon pro Chriſtianorum delictis Domini miſericordiam aſſiduè valeant implorare. Ea propter præſentis ſcripti donatione duximus declarandum, quod bona, & ſpontanea noſtra voluntate ob ſervitium Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Glorioſæ Genitricis ejus Virginis Mariæ, pro ſalute animarum D. Federici Dei gratia Illuſtriſſimi Rom. Imp. ſemper Auguſti, & glorioſiſſimi Regis Siciliæ, & D. Conſtantiæ eadem gratia Sereniſſimæ Imperatricis ſemper Auguſtæ, & Excellentiſſimæ Reginæ Siciliæ, & D. Henrici Roman. Reg. magnificentiſſimi eorum filii, & pro remiſſione peccatorum ſuorum: pro animabus quoque D. Berardi de Ocra, & D. Roaldæ uxoris ejus parentum noſtrorum, & D. Comitiſſæ Sibiliæ uxoris noſtræ, & omnium filiorum, & conſanguineorum noſtrorum in manus fratris Placidi de Venu Ocrenſis offerimus Omnipotenti Deo, damus, atque concedimus,

& ir-

& irrevocabiliter tradimus, & confirmamus in pura eleemoſyna, & oblatione locum, qui vocatur Pretula in Forconenſi Territorio, & in Territorio Ocrenſi ad Eccleſiam in honorem Dei, & Beatæ Mariæ glorioſæ Virginis conſtruendam ſub religione Ciſtercienſis Ordinis Abbatiam ordinandam, cui Sanctus Spiritus nomen impoſitum eſt, in qua nihil juris, ſeu dominii nobis, vel hæredibus & ſucceſſoribus noſtris reſervamus, ſed ut quietè & liberè Deo ſervire, ac devotè jejuniis, atque orationibus ibi converſantes vacare, & pro eorum delictis veniam valeant à Deo poſtulare, & à perverſorum hominum improbitate nos & hæredes noſtros rationabiliter tueri, pro poſſe ſtatuimus. Ad hæc itaque, Monaſterium, & perpetuam ſubſtentationem, quæ in ipſo loco in præſentiarum tradita talibus finibus denotatur. A ſuperiori parte . . . . via, quæ dicitur Cacconaria poſita per tranſverſum rectè aſcendendo per Traginale majus uſque ad cacumen ipſius Traginalis rectè per ſcrimiam montis, ſicut aqua pendit ex hac parte, & uſque ad confinia, quæ ſunt in Territorio Caſtri Vartlis, & deſcendit uſque ad terram Donati, & Bernardi de Amicone, & ad terram Lauræ Petri Joannis Roberti. Concedimus inſuper prædicto Monaſterio omnia infra præſcripta confinia nunc & in futurum exiſtentia, quantum ad jus, & demanium noſtrum ſpectas, terras ſcilicet cultas, & incultas cum vineis, arboribus fructiferis, & infructiferis, ſilvis, & paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, & cum omnibus, quæ infra ſe, vel ſuper ſe habent, vel habere poterunt, cum introitibus, & exitibus, & omnibus utilitatibus ſuis ad habendum, tenendum, laborandum, & jure proprietatis perpetuò poſſidendum, & abſque aliqua noſtra & hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum contradictione ſecundum Ciſtercienſem regulam ædificandam, in domibus, molendinis, fulloxibus, & aliis, quæ in futurum habebit. Damus etiam, & concedimus præfato Monaſterio pro nobis, noſtriſq; hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum plenam libertatem, & omnibus ſervitutibus, oneribus, & gravaminibus illud immune eſſe ſtatuimus. Concedentes, & firmam authoritatem præſtantes, ut quicunque noſtrorum hęredum de bonis ſuis ſtabilibus prænominato Monaſterio vendere, aut donare, ſive pro animarum ſalute, ſive pro temporali præmio aliquo modo voluerit offerre abſque noſtra, vel noſtrorum hęredum & ſucceſſorum contradictione liberam exindè habeat poteſtatem, tam in terra demanii, quam in terra ſervitii noſtri ſecundum conſuetudinem Ciſtercienſis Ordinis prædicti Monaſterii liberam poteſtatem habere ſancimus, & ſtatuimus, & ordinamus. Firmiter inhibentes, ut medium miliare propè Monaſterium ipſum nulla nova ſæcularis habitatio fiat. Animalia quidem præfati Monaſterii, & homines ipſius ubicunque per terram noſtram ad commodum Monaſterii liberum aditum, atque reditum habeant, & conſtructa paſcua, & ligna ſuſcipiant ſine alicujus contradictione, tam in montibus, quàm in planis, & aliis locis, paſcuis, atque ſilvis. Imſuper concedimus & firmiter ordinamus, ut omnia præſcripta jam dicto Monaſterio exhibita, & quæ in antea illi, ſive pro temporali, ſive pro ſpirituali retributione data fuerint ſecundum præſcriptam libertatem, atque ordinationem liberè habeant, & quieto jure poſſideant, cum omnibus conditionibus, & utilitatibus, juſtitiis, & rationibus ſuis. Ita quod nos, neque hæredes & ſucceſſores noſtri exinde ipſum audeant moleſtare, vel ei modo quolibet contradicere. Quicunque autem noſtrorum hæredum hanc noſtræ oblationis, donationis, & conceſſionis paginam auſu temerario infringere, aut moleſtare tentaverit, pœnam quinquaginta librarum auri ſe noverit incurſurum, medietatem Cameræ noſtræ, & reliquam prædicto Monaſterio exhibiturum. Si autem nos, hæredes, & ſucceſſores noſtri eam quomodolibet infringere, aut illicitè moleſtare tentaverimus, in pęnam centum librarum auri nos incurſuros voluntariè obligamus, medietatem Imperiali magnitudini, & alteram medietatem Monaſterio ſoluturos. Et pœna ſoluta, hæc noſtra oblatio, atque donatio ſemper firma & illæſe remaneat, ut omnia ſcripta in poſterum poſſint firma, & inviolabilia jugiter permanere. Præſentem autem paginam per manus Fortiibrachii noſtri Judicis, & Notarii ad futuram memoriam conſcribi & teſtibus roborari juſſimus, & ſigillo noſtro communiri.

Dominus Ber. de Coſſ. rogatus teſtis.
Dominus Raynaldus de Siginolphi rogatus teſtis.
Dominus Joannes Petrutii rogatus teſtis.
Dominus Marinus Bonitii rogatus teſtis.
Dominus Joannes de Paganiti rogatus teſtis.
Dominus Paulus de Paganica rogatus teſtis.
Dominus Raynaldus de Barili rogatus teſtis.
Presbyt. Raynaldus Agominus rogatus teſtis.
Notarius Petrus de Aſcilo rogatus teſtis.
Max. Raysſ. rogatus teſtis.
Fortis brachii Judex & Notarius Domini Comitis Berardi de Alba præcepto ipſius Domini Comitis hoc ſcriptum propria manu ſcripſi & ſignavi † locus ſigni.

Acceſsit ad donationem Berardi Comitis auctoritas Thomæ Furconienſis Epiſcopi poſt annos quatuor fundandi Cœnobium in hunc modum.

Nos Thomas Epiſcopus Furconienſis.

Pro ſalute animæ noſtræ damus, & concedimus fratri Placido, & fratribus licentiam Monaſterium conſtruendi ad honorem Sancti Spiritus in Territorio de Ocra in loco, qui dicitur Pretula, qui ſecundum Ordinem & Regulam Ciſtercienſis Ordinis vivere debeant, tam in officiis, quàm in aliis regularibus diſciplinis, abiiciendo omnem poteſtatem, & dominium, & nihil nobis in dicto Monaſterio reſervando, niſi illud tantùm quod aliæ Domus Ciſtercienſis Ordinis conſueverunt Diœceſanis Epiſcopis exhibere, & ſpecialiter reſervamus nobis & ſucceſſoribus noſtris de prædicto Monaſterio ea, quæ Monaſterium Caſænovæ Pennenſis Diœceſis exhibet Pennenſi Epiſcopo, & damus, concedimus præfato Patri Placido, ejuſque fratribus, & eorum ſucceſſoribus in jam dicto Monaſterio. reſervantur. Ad cujus memoriam, & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum fieri fecimus noſtro ſigillo roboratum. Datum Furconiæ die 6. Decemb. 1226.

Thomas iſte, ille idem eſt, quem in Catalogo noſtro Aquilanenſium Epiſcoporum ſub litera T. expreſſimus Furconienſem Epiſcopum, Vide tom. 1. pag. 424.

Vita B. Placidi Rhodienſis Ciſtercienſis Ordinis Monachi à Rogerio Caſænovæ Monacho ejuſdem ſynchrono conſcripta hactenus inedita.

Placidus ex Rhodio Amiternini agri oppido oriundus parentes infirmos, eoſque agricolas habuit, ſed Chriſtianam religionem ore & opere profitentes. Is liberorum tertius, parvulus pecudes paſcebat, & cum ſibi mater panem daret, illum, uti benignus & munificus, atque paupertatis amantiſſimus cæteris paſtoribus diſtribuebat, domumque revertens ſopori jejuna membra dabat. Dominicam cantabat orationem, nec illis (ut pueri aſſolent) vanitatibus delectabatur, ſed parentibus obediens, ac humilem ſe cunctis exhibens, gravitatem pluſquam ſenex ſervabat. Pueritia egreſſus, vinculis ferreis ſe colligavit, corpus ſuum incredibiliter caſtigans. Charitatem tantam profitebatur, quod ab ea nulla injuria, nec infirmitas mentis, aut corporis ipſum ſejungeret. Fortitudine ſpirituali item plenus fuit, humilitatem plurimam veneratus eſt. Nunquã ſe æqualibus aliis præponens, juſtitiam ipſam Deum amans, ac timens obnixè colebat, paupertatem quoque amans, ſibi pro victu neceſſaria in eleemoſynas hilaris erogabat, Eccleſias etiam frequenter viſebat. Ad oppidum rediens, pſalteris lectionem a ſcholaribus pueris diſcebat, ut eam in agro, ſilvæque campis meditaretur. Demùm è patria diſcedens,

dens, ad B. Jacobi limina proficiſcens, ubi per annum moratus, domum rediens, graviſſimam incurrit ægritudinem, qua per luſtrum ita afflictus eſt, ut nec de cubili ſurgere, nec caput tollere poſſet, nullo interim pharmaco uſus; hanc tamen æquo animo tulit, convaleſcenſque Apoſtolorum, Beatique Michaelis phana inviſit, cum antea Oratoria frequentaret. Sed cum in converſationis fluctibus requiem minimè inveniret, quendam Eremitam Montem Cornu incolentem adivit, ſub quo Monachi habitu indutus, jejuniis, orationibuſque per annum vacans, ad Divi Nicolai Cœnobium inde non longè migravit: & poſt annum ad Eccleſiam Salvatoris à Sana, à quo etiam loco aufugit, nam cum juvenis decoro eſſet aſpectu à Præpoſiti ſorore tentatur, quam fuga arrepta contempſit. Caſentini montem conſcendens, ubi quinque menſibus latuit; ſed impudicis mulierum illius oppidi cantilenis inde diſcedere conatus in rupe ſub Ocre Caſtro 12. annis manſit. Verùm enim verò omnibus innoteſcens, à pluribus viſebatur ob miracula ad illum proficiſcentibus, qui tamen ob difficilem aſcenſum interdum fruſtra laborantes ad locum non perveniebant, donec Simeon Sacerdos de rupe cecidit. Quod vir Dei ægrè ferens, ſupra Pratulam (ſic enim locum ſuperiorem pratulis plenum vocant) incolam opacum ſe tranſtulit, ibique ſub tugurio inter ſilvarum ligna ab hominibus ſe abſcondens, foliorum, herbarum, & radicum eſu vivebat, ubi Dominus cartam manu tenens illi apparuit, ad eam legendam invitans, cui recuſanti, ſeque neſcire dicenti, aperuit Dominus intellectum, in eaque carta orationes, quas pro ſe, populoque ſuo aſſiduè dicebat (pro omnibus namque ſemper Chriſtiana pietate orabat) millies die, noctuque genuflectens, Pater noſter, & Ave Maria pronuncians, eleemoſynas, cæteraque opera bona vidit. Domini igitur voce conſolatus alacriùs incepto perſtitit, Pſalmos quotidie legens. Nunquam condimento, nec carnibus veſcebatur, ſemper (diebus Dominicis exceptis) jejunans, ac ultra conſueta jejunia centum, & quatuordecim quadrageſimas perſolvens. Nihil coctum guſtavit 12. annis, ante obitum ſingulis hebdomadibus per tres dies panem tenuit. Cumque aliquando totam quadrageſimam in oratione, & contemplatione vigilare decreviſſet, Diabolus tot in eum congeſſit pediculos, ut mirum in modum concuteretur. Cum verò ad Paſcha perveniſſet, reputans ſe fruſtra ob continuam pediculorum venationem illis ſanctiſſimis diebus laboraſſe, plurimùm lacrymabatur, cui tres columbæ ſeſe obtulerunt, quarum una manicam dexteram, altera ſiniſtram, tertia verò os intravit, & pediculis ſe liberatum ſenſit. Nunquam per 37. annos in lecto quievit, humive jacuit, ſed ſtans, aut ſedens, & innixus uſque ad ſuæ vitæ extremum modicè dormiebat, miram abſtinentiam alacriter agens. Sicque corpore caſtigato, dæmones, montem, in quo erat, obſidentes effugavit. Nunquam capiti novaculam admovit, nunquam ruſticanum cilicium, quo erat indutus, lavit, mundi delicias aſpernatus, miro tamen fragrans odore, ſine ſqualore, ac ſudoris fœditate rubicundus, atque candidus exiſtebat. Cognatos omnes ad Deum ſerviendum trahere conatus eſt, alios ad Domini ſepulchrum mittendo, alios in viam Domini erudiendo, & capta occaſione plures convocavit. Nam ſemel orans, multos, inter quos Principes, & magnates ante ſe cernit, illoſque à viro fulgenti veſte induto incitatus obediendo benedixit, ſtatimque Pratulam à Berardo de Ocre Comite obtinuit, in qua cellulas erexit, arboreſque plantavit, deque ejus ſupercilio aquas deduxit. Congregatis fratribus Monaſterium inſtituit Ordinis Ciſtercienſis, per diem, tanquam unus ex illis laborans, noctuque Deo laudes perſolvens, à quo etiam viſione exhilaratus eſt, in qua nepotem ad Imperatoris Curiam profectum mortuum & ejus animam vidit, fratribus diem, horam & locum referens, quod paulo poſt verum fuiſſe compertum eſt. Nec ipſum propheticum latuit; nam cum Nicolaus à Foſſa duos haberet filios, altero amiſſo, acriter flens ad eum venerat magnis doloribus compulſus, jurabat, ſe præcipitem daturum, ſi alter ante decederet. Cujus ſtultiſſima verba vir ſanctiſſimus increpans, dixit eum ante filium moriturum, & filium magnum coram Principibus, potentioribuſq; futurum. Patre namq; mortuo, filius Romam profectus, clarus apud Pontificem, Cardinaleſq; habitus eſt, fratribus etiam, qui cum eo erant, de paupertate conquerentibus, cum nec victum haberent, rerum copiam, quæ poſt ejus mortem conſequuta eſt, prædixit. Morte verò imminente gravi oppreſſus morbo, nolens guſtare carnem, medicinaſq; renuens, inconſuetæ vitæ ductile permanſit. Nam Domina Vallis Ocrenſis miſerat die Sancto Paſchæ Farinulam carnis hædinæ confectam, qua deguſtata, cum à portante in illa carnem eſſe audiviſſet, graviter id ferens tota die flevit, ſicque morbo invaleſcente à fratribus, & aliis, qui ad illum viſendum venerant, ad Eccleſiam ab ipſo inferius ædificatam deportatur, ad cujus receſſum ſeſe montis arbores, quaſi id ſenſiſſent, inclinabant. Quo Rogerius Caſæ-novæ Abbas venit, & ejus confeſſione audita, Miſſaq; celebrata, Sancto Dei corporis, & Sanguinis Domini viatico munivit, atque prædictus Abbas, Abbatiæ nomine domum Sancti Spiritus cum omnibus hominibus à Viro Dei ſub regula Beati Patris Benedicti, & Ciſtercienſis Ordinis inſtitutis ſibi commiſſam accepit. Quibus peractis Feria quinta intra Pentecoſtes octavas Anno Dominicæ Incarnationis 1248. Idibus Junii oculis, ac manibus in Cœlum ſemper intentus erat in ſinu Abbatis, & quod quod erat Spiritum Deo Placidus placidè reddidit, cujus corpus ita clarum, ac pulchrum apparuit, ut ſeptennis pueri ſpeciem præferret. Quarta igitur miſſa, funereque celebrato, populi cum canticis, & hymnis clamantes, cur nos deſeris Placide? à longè convenerunt præ miraculorum multitudine ſtupentes, Deumque laudantes, quem quarto tandem die ſepelierunt. Hæc autem miracula poſt mortem ab eo edita ſunt. Undecim à Dæmone oppreſſi liberati. Claudus unus, & alter, qui claudus & incurvus erat, ſanatus. Cæcus viſum recepit. Muta locuta eſt. Duo lateribus contracti. Quidam manu contracta, & obliqua, Paralyticuſque reſtituti ſunt ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, qui vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Placidi ſacra lipſana in S. Spiritus Aede honorificè requieſcunt, *ubi feſtum quoque ejus quotannis Idibus Junii celebratur*. De hoc Cœnobio plura eſſent dicenda, quæ brevitatis gratia omittimus, fortaſſis alio in loco de eo redibit ſermo; ſed ad Teatinos Epiſcopos redeamus.



27. RAYNALDUM neſcio quem poſt Bartholomæum fuiſſe Epiſcopum Teatinum ſcribit auctor Indiculi noſtri, illumque vixiſſe affirmat ſub Gregorio IX. anno 1226. quod nullo modo ſtare poteſt; etenim eo anno in vivis erat Bartholomæus, qui ſubſequenti 1227. à Federico Imperat. confirmationem privilegiorum Eccleſiæ Teatinæ accepit Auguſto menſe, ut ſupra retulimus. Si Raynaldus iſte verè ſucceſſor Bartholomæi fuit poſt hunc annum 1227. ad hanc dignitatem vocatum eſſe XXVII.

omnino fatendum, & ante annum 1234 vel ſaltem in finem anni 1233 fato obiiſſe, ut mox patebit. Cæterum cum in literis Petri de vinea nomine Federici II. Imp. ſcriptis unam invenerim ad Comitem Caſertanum in fratris ſui Epiſcopi Teatini obitu conſolatoriam, ſuſpicatus ſum, an Raynaldus iſte ille fuerit Comitis Caſertani frater, quod ſatis mihi probabile videtur, tametſi hac tempeſtate Raynaldus de Aquino Thomæ filius Caſertæ Comes erat, cujus germanus frater Landulphus S. Thomæ Aquinatis pater, ſed Raynaldus Comes erat, & uxoratus cum Federici Imperatoris filia, qui ad Corradi Imp. Federici filii tempora pervenit, ut ejus ævi ſcriptores habent. Fortaſis Raynaldus Caſertæ Comes, præter Landulphum, alium habuit germanum fratrem, eodem nomine vocatum, qui factione Federici evaſit Teatinus Epiſcopus, ſive igitur Raynaldus, ſeu alio nomine vocatus fuerit, ille, qui proximè Bartholomæo ſucceſſit, ex hac nobiliſſima Aquina gente natus fuit, & Caſertæ Comitis germanus frater. Porrò Federici Imp. literæ ita leguntur apud ipſum Petrum de Vineis.

Conſolatur Comes Caſertanus ab Imperatore Federico II. de morte Epiſcopi fratris ſui.

Audito nuper, quod mordentis omnia mortis impietas N. Venerabilem Theat. Epiſcopum fratrem tuum, fidelem noſtrum, tibi nunc ad præſentiam noſtram venire parato, non ſine plurium detrimento ſubtraxit, paſſionibus tuis ſatis affectuoſè compatiendo doluimus: & ſi ope, vel opibus recuperari defunctum, aut alia compaſſione redimi natura permitteret, noſtra propterea libenter aperuiſſimus ærarìa, & alia quælibet opportuna præſidia miſiſſemus. Sed quia quod ſemel ſubripuit mors debitrix, mors amara non reddit, dolori tuo, quem multi tecum libentiſſimè participentur, conſolationis argumenta porrigimus, & gratiæ noſtræ remedia propinamus. Devotioni tuæ mandantes, quatenus aſtringas lachrymas, refrenes ſuſpiria, & more conſtantis viri, triſtitiæ limites provide nobis placiturus imponas.

XXVIII. 28. GREGORIUS de Polo, nobili gente natus, factus eſt Teatinus Epiſcopus à Gregorio IX. anno 1234. Hoc enim ipſo anno in quodam aſſecurationis documento, quartus ejus Præſulatus annus recenſetur, quo idem confirmat juſpatronatus Eccleſiæ Sancti Nicolai de Salle Monaſterio S. Mariæ de Arabona Ordinis Ciſtercienſis. Eidem anno ſequenti Gregorius Pontifex Peruſii degens committit ſuo ſpeciali diplomate, ut totam ſuam Diœceſim luſtraret, reformareque ſtuderet, tum Clericos, tum Regulares in ea conſtitutos, facto initio à ſe ipſo, ut religioſius rem perageret dignam. Diploma non vidi; ajunt tamen in Archivio Teatinæ Eccleſiæ aſſervari.

An hic Gregorius conſanguineus fuerit, ſive gentilis Joannis illius Romani Senatoris cognomento de Polo, cujus in vita Federici II. Imper. meminit Petrus Meſſia, velut audaciſſimi viri, quique Romanis anſam præbuit, & contra Gregorium Papam, tunc peſtilentiæ cauſa ab Vrbe abſentem ſub ſpe quadam libertatis vindicandæ auctor fuit, firmiter aſſerere non auderem: obitum Gregorii ignoramus; habemus tamen eo decedente, longo temporis ſpatio Teatinam Eccleſiam paſtore vacuam fuiſſe. Hac tempeſtate defunctus eſt Federicus Imp. apud Ferentinum anno 1250 quamobrem aliquot Neapolitani Regni Provinciæ, Campania præſertim, & Aprutium ſponte ad Eccleſiæ Romanæ gremium ſeſe ſubmittentes devenerunt, qua de cauſa Innocentius IV. Petrum Capoccium Diac. Card. impigrum virum cum valida militum manu, Regni Legatum inſtituit. Is poſtero anno 1251. arma movens Aprutium ingreditur, & dum in Caſtris apud Piſcariam eſſet, diploma cudi fecit ad favorem civitatis & Eccleſiæ Teatinæ, quo ipſam civitatem Caſtra & Villas ejuſdem immunes fecit ab omni militari ſervitio, omnia quoque privilegia largitione Principum, aliorumque Teatinæ Eccleſiæ conceſſa benigne aſſeruit. Diplomatis tenor talis eſt ab exemplari tabularii ejuſdem Eccleſiæ.

Petrus miſeratione divina Sancti Georgii ad velum aureum Diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legatus.

Dilectis in Chriſto Conſilio, & Communi Teatinum ſalutem in Domino.

Vt veſtrarum utilitatum benevolentiam Sanctæ Matris Eccleſiæ ac noſtram ſentiatis favorabiliter promotricem præſentium vobis auctoritate concedimus, ut civitas Teatina, & alia Caſtra, & Villæ Eccleſiæ Teatinæ, videlicet villa Tribulliani; villa Sculculæ, Caſtrum Scorcioſæ, Caſtrum villæ Mariæ, Caſtrum Foſſæ Balculinæ, Caſtrum montis Silvani ſint immunia & libera ab omni ſervitio bon. mem. Regis Guillelmi Primi & Secundi, & revocamus onus eis impoſitum injuſtè per quondam Federicum Principem Romanorum ſpecialiter quatuor militum impoſitorum Civitati prædictæ, adjicientes, quod cum Caſtrum villæ Magnæ, & Furcæ fuerint & eſſe debeant in Demanio Eccleſiæ Teatinæ, ſicut per privilegium quondam Imperatricis Conſtantiæ dicitur apparere, & quondam Friderici prædictorum per ſententiam depoſitionis contra eum latam conceſſerit in Baroniam prædicta Caſtra Guillelmo de Rocca, & Berardo de Cona, quod reducantur in priſtinum ſtatum revocamus, & ad demanium Eccleſiæ Teatinæ. Inſuper devotioni veſtræ concedimus, quod homines Villæ Tribulliani, villæ S. Pauli, Caſtri Furcæ Balculinæ, Caſtri Turris, Caſtri Ripæ, Caſtri & Caſalis S. Hilarii, & tertiæ partis pro indiviſo Caſtri S. Joannis, & S. Felicis, qui promiſerunt, & juraverunt perpetuò habitare in civitate veſtra & eſſe concives veſtri, & pro majori parte inibi receperunt incolatum ſalvis redditibus, & ſervitiis Dominorum ſuorum perpetuò debeant eſſe civitatis ejuſdem, & Eccl. Teatinæ, tam ipſi, quàm alii, qui ad habitationem ipſius civitatis voluntariè venerint in futurum, omnia quoque privilegia indulta ipſi Eccl. Teatinæ per Romanos Pontifices, Principes Romanos, Imperatores, Reges, Comites, & Barones, & quoſcunque alios. Similiter confirmamus, omne privilegium, ſi quod alicui in præjudicium & injuriam veſtram, vel ipſius Eccl. conceſſimus, revocantes. Concedimus quoque vobis, quod ſitis liberi & immunes in Piſcaria ab omni exactione pedagii, plateatici, & Duanæ, & ab omni exactione, occaſione, vel ratione alicujus mercaturæ, quæ ibidem proceſſu temporis faceretis; ſuper criminalibus verò volumus & mandamus, ut vivatis ſicut alii de ſpeciali patrimonio S. Petri. Datum in Caſtris apud Piſcariam 11. Kal. Maii Ann. Dom. 1251. (1)

29. LANDULPHUS patria Neapolitanus ex Sacellano Richardi Diac. Card. S. Angeli ab Innocentio IV. Teatinæ Eccleſiæ poſt diutinam vacationem Epiſcopus electus eſt an. 1252. Idib. Januarii, Pontiſ. ſui anno 9. ut ex literis ad ipſum ſcriptis, eodem die clarè habetur in Vatic. reg. num. 95. fol. 136. & in aliis num. 106. fol. 127. ad Capitulum Teatinum datis, quibus ipſum Landulphum à ſe electum commendat. Duobus plus minus annis eximiè præfuit, eodemque Pontifice mortem oppetiit. XXIX

30. ALE-

(1) Hoc Antiſtite Gregorio in caſtro Bucclani Teatinæ diœceſis Fr. Petrus Salpenſis Epiſcopus ſub altari majoris Eccleſiæ ejus loci à ſe conſecrato corpus repoſuit S. Urbani an. 1243 quem putant fuiſſe Teatinum Epiſcopum, cujus nullis tamen conjecturis ſui ejuſmodi Præſulatus conjuvetur, omni in hac ſerie caret loco. Hujus meminit cum agit de Petro in Salpenſibus Ughellus, & exſcribit Leoninos verſus in una columnarum ejuſdem altaris ad rei memoriam inciſos. [illegible] eſt annus, & ubi enunc ajunt: *Annos ſi relegas Domini ſunt mille trecenti quadraginta tres*; ſcribendum mille ducenti. Ea enim ætate Petrus Salpenſibus certo præerat. *Laurentius.*



XXX 30 ALEXANDER de Capua Innocentii IV. Capellanus Teatinam Sedem, demortui Landulphi accepit anno 1253. Eundem ab ſe electum Innocentius Capitulo Teatino commendat in literis Vatic. reg. num. 115. fol. 166. ann. Pontiſ. 12. Dat. Anagniæ 4. Kalend. Septembris, quo anno ait Indiculus noſter, in ejus gratiam ſcripſit Innocentius hominibus civitatis Teatinæ, ut Alexandro reſtituant molendina, & alia, quæ de ejus Epiſcopali menſa occupaverant, eique tanquam ſpirituali, ac temporali patri fidelitatis & obedientiæ juramentum præſtent. Ann. 1256 ut Indiculus idem teſtatur, Alexander IV. ejuſdem Epiſcopi intuitu mandat Epiſcopo Pinnenſi, & Abbati Caſænovæ Ord. Ciſtercienſis, ut revocare faciant omnes conceſſiones in bonorum, juriumque Teatinæ Eccleſiæ præjudicium factas. Anno ſequenti idem Pontifex revocat omnes donationes, & alienationes factas de rebus Eccleſiæ Teatinæ à Federico II. Imper. ejuſque fautoribus: mandat idem, eodem Epiſcopo inſtante Iſernienſi Epiſcopo, ut juxta conſuetudinem nonnullos Abbates, alioſque Teatinæ Diœceſis Prælatos ad præſtandum Epiſcopo Teatino, quem electum vocat, fidelitatis juramentum ſub eccleſiaſtica cenſura, & appellatione poſtpoſita compellat. Idem, cum nonnulli religioſi, & alii clerici ſæculares prætextu exemptionis nollent eidem Epiſcopo obedientiam præſtare, nec ad viſitationem ipſum recipere, nec procurationes ratione viſitationis perſolvere, aliaque commiſit idem Pontifex Valvenſi Epiſcopo, ut cauſam cognoſceret, & quod juſtum eſſet decerneret, appellatione remota, ex eis literis. *Dat. Viterbii Id. Auguſti, Pontificatus* 3 quo anno facultatem tribuit Alexandro Epiſcopo amovendi ab omnibus beneficiis illos, qui ea (ut ipſe expreſſerat) non ut legitimis poſſeſſionibus poſſiderent, ac ſe in illis temerè intruſerant aliquo caſu, & quod honeſtis clericis ea conferat Apoſtolica authoritate. Idem Alexander ſub *Dat. Laterani* 11. *Kal. Aprilis an.* 2. ſcribit Abbati Arabonæ, ut compellat Lancianenſes a depopulatione, & injuriis, quibus Caſtrum Suricolæ infeſtabant, quod jure ad Teatinam pertinebat, atque de illatis cogeret ad ſatisfactionem. Hic Epiſcopus Alexander anno Dom 1259. (ut narratur in quodam inſtrumento initæ concordiæ inter Raymundum Epiſcopum Teatinum, & Bernardum, & Carolum de Rojano ſuper Caſtrum montis Sylvani anno Domini 1323.) conceſſit in emphiteuſim Berardo de Rojano avo paterno prædicti Bernardi, & Caroli dictum Caſtrum montis Sylvani pro ſolutione annui cenſus duarum unciarum auri ſolvendarum in feſto S. Juſtini, & octava Reſurrectionis Domini, & pro ſervitio unius militis faciendo ſupradictæ Eccleſiæ Teatinæ & Epiſcopo cum neceſſarium eſſet ſervitium unius militis pro exercitu generali, prout alios Barones ſervire Regiæ Curiæ oportebit ad requiſitionem ipſius Epiſcopi, & pro ſervitio duorum militum ad defenſionem d. Eccleſiæ Teatinæ intra Diœceſim pro diebus 15. reſervatis ſibi Epiſcopo, & ſucceſſoribus cognitione appellationum cauſarum, & unciis auri duodecim ſolvendis pro conſecratione omnibus futuris ſucceſſoribus, ab omnibus dicti Caſtri, hoc pacto etiam adjecto, quod ipſi Barones annuatim debeant Eccleſiam Teatinam, & Epiſcopum viſitare, & quod deficiente tertia generatione legitima, Caſtrum devolvatur ad dictam Eccleſiam Teatinam cum melioramentis. Hæc, Indiculus ex inſtrumentis ejuſdem Eccleſiæ, quæ non vidimus. Cæterum Alexander ante annum 1262. oportet obiiſſe, annus tamen, dieſque ignoratur.



31. M. NICOLAUS de Foſſa Ordinis Ciſtercienſis Monachus, olim Eccleſiæ S. Maximi de Furcone Canonicus, tunc Joannis Epiſcopi Card. Portuenſis Capellanus, ab eodem electus eſt Teatinus Epiſcopus ann. 1262. Facultas eligendi eidem religioſiſſimo Cardinali tradita fuerat ab Urbano IV. Datum Viterbii 5. Kal. Julii, Pontif. 1. ex reg. Vatic. & ab eodem Pontifice mox confirmatus, conſecrationis munus accepit. Vir fuit pius, doctus, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ valde ſtudioſus; quæ autem ab eo geſta ad me pervenerunt, aliqua hic recitabo. Anno 1264. ſui Præſulatus a. confirmavit Berardo, ſeu Bernardo de Rojano locationem Caſtri montis Sylvani, quam Alexander anteceſſor aſſeruerat, his editis inter cætera conditionibus: *Quod ſi dictum feudum deficeret ante tertiam generationem auores defuncti tenerentur deferre facere mortui cadaver ad Eccleſiam Teatinam.* Eodem anno literas habuit ab Urbano IV. quibus præcipitur ut Ordinem S. Benedicti inducat in Eremum Sancti Spiritus de Majela in ſua Diœceſi ſitum, quæ deinde evaſit in celebrem Abbatiam Ordinis Cœleſtinorum à S. Petro de Morone mox Pont. Max. ſub Cæleſtini V. nomine nuncupato, qui primus Eremum incoluit ſub Sancti Benedicti regula. Urbani literæ ſunt hæ. XXXI

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili Fratri Epiſcopo Teatino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſicut ex parte dilectorum filiorum Rectoris, & fratrum Eremi Sancti Spiritus de Majella tuæ Diœceſis fuit propoſitum coram nobis, quod ipſi, qui nullius Ord. Obedientiæ ſunt adſtricti, Ordinem B. Benedicti profiteri, eique incorporari deſiderant, & ipſius informari etiam inſtitutis. Nos eorum propoſitum favore benevolo proſequi cupientes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, ut eis facultatem propriam ſuffrageris, adeout idem Ordo poſſit ibidem perpetuis temporibus obſervari, eundem Ordinem in Eremum ipſam, ſi expedire videris, inducens, eoſque incorporare Ordini memorato ſine juris præjuditio alieni. Datum apud Urbem veterem Kal. Junii. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Nicolaus igitur rem ſibi à Pontifice commiſſam ſumma diligentia proſequutus, Eremum, ac fratres in Divi Benedicti Ordinem ritè cooptavit, primum

quæ inſtituit Rectorem Petrum illum de Morone, ſuoque diplomate ſtabilivit, Datum Teate eodem anno 1264 die 20. Junii. Sed cum deinde ſedente Gregorio X. Nicolaus accepiſſet, Petrum ab eodem Pontifice Ordinis ſui confirmationem, & ab Ordinariis exemptionem accepiſſe, ita exarſit in Virum Sanctum, ejuſque aſſeclas, ut novum Ordinem in totum convellere cogitaret, omnemque movit lapidem, quo ipſum deſtruere poſſe videretur. Quamobrem Petrus humilitatis, & patientiæ dono imbutus Deum exoravit, ut Nicolai averteret iram, illumque placabilem redderet. Interim infirmatur Epiſcopus, & ferè ad portas mortis deducitur, qui ad cor rediens Sanctum Virum exorari fecit, ut ſui miſereretur, futurus novelli ſui Ordinis benignus Protector. Petrus verò precibus Epiſcopum Domino commendans, ſanitatem non ſine miraculo impetravit. Nicolaus, quem tranſverſum egerat ira, & ambitio, divino flagello correctus, Petrum, ejuſque Ordinem ſumma deinde charitate amplexus privilegiis & Diœceſana juriſdictione cuſo diplomate immunem facit anno 1274. Anno 1266. Nicolaus cum Capituli ſui aſſenſu Eccleſias S. Martini de Palleto, & S. Joannis de Areian. ſuæ Diœceſis cum juribus, & ſuis pertinentiis reformandas contulit Abbati, & Monaſterio S. Viti de Piſcaria Ordinis Ciſtercienſis Pennenſis Diœceſis, collationem deinde confirmavit Clemens IV. hoc diplomate, quod exſcripſimus ex Archivio Monaſterii Ferrariæ ejuſdem Ordinis, cujus erat filia Abbatia S. Viti eo in loco condita ante annum 1200.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis N. . . . Abbati, & Conventui Monaſterii S. Viti de Piſcaria Ciſtercienſis Ordinis Pennenſis Diœceſis ſalut. & Apoſt. bened.

Meritis veſtræ religionis inducimur, ut vos illa proſequamur gratia, quæ vobis fore dignoſcitur opportuna. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noſter N... Epiſcopus Teatinus S. Martini de Palleta, & S. Joannis de Areian. Eccleſias tunc vacantes, & ad collationem ipſius Epiſcopi pertinentes cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, Capituli Teatini ad id accedente conſenſu, vobis & Monaſterio veſtro contulit reformandas, prout in inſtrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, collationem hujuſmodi, ſicut proinde facta eſt, ratam & firmam habentes, eam authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum, &c. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem, &c. Dat. Viterbii iij. Kal. Junii. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Ab hoc anno 1266. omnes chartæ de Nicolao tacent per annos quinque. Anno verò 1271. habemus documentum, quo Nicolaus Caſtrum Orni, accedente Capituli conſenſu in emphiteuſim tradidit Aldoinio de Biſaciis, & Philippæ uxori ejus. Vertente anno concordat cum hominibus Villæ Magnæ, ut ſinguli homines dictæ Terræ *tenerentur ſolvere quolibet anno Eccleſiæ Teatinæ tarenum unum auri in locum collectæ exigi ſolita in feſto S. Mariæ de menſe Auguſti per omnes Barones a propriis vaſſallis.* Eodemque anno in Regio Regeſtro A. Caroli Primi fol. 150. Hæc ſcribuntur. *Epiſcopus Teatinus conqueritur apud Regem, quod cum ipſe ratione ſuæ Eccleſiæ poſſideat civitatem Teatinam in demanio, prout ſui præceſſores poſſederant, Matthæus de Pleſſiaco cum ibi nullum jus haberet ad inſtantiam Abb. Senobaldi ejuſdem Civitatis, ſuorumque ſequacium, Epiſcopi æmulorum, varie Epiſcopum, & civitatem turbabant ſub prætextu regii mandati de capiendo Theobaldum de Foſſa, ejuſque ſequaces, quos Abbas, regios proditores eſſe aſſerebat, & ipſe Matthæus cum Camilla Caſtrorum . . . hoſtiliter acceſſit, domumque ejuſdem Epiſcopi, & nepotum ſuorum diſrobavit, &c. Aeduinus etiam frater ſuus, Jacobellum ejuſdem Epiſcopi vallettum enſe percuſſit. Et quia ſui nepotes voluntariè ante Regis præſentiam comparere volebant, jubet Rex Juſtitiario, quod capta de hoc fidejuſſione, Epiſcopum, nepotes, nec alias faciat amplius moleſtare. Et in eadem forma ſcribitur Matthæo de Pleſſiaco, quod deſiſtat à moleſtando.*

Ex his elicitur, aliquando Epiſcopum Teatinum dominum fuiſſe Teatinæ civitatis ratione Demanii ſuæ Eccleſiæ; quomodo autem eodem tempore fuerint in hac civitate Comites, dum Epiſcopi domini ejuſdem eſſent, obſcurum mihi eſt.

Anno 1273. Carolus Primus Rex tunc Almæ Urbis Senator ad inſtantiam Epiſcopi Nicolai per ſuas literas committit Juſtitiario Apuliæ Goffredo de Modellis, *ut videat de donationibus, quorundam bonorum Epiſcopatus Teatini & aliarum Eccleſiarum ejuſdem Diœceſis, & faciat ea reſtituere ſummariè & de plano, quæ tamen ante ejus adventum in hoc regno occupata fuiſſe inveniantur, quæ verò poſt ejus adventum fuiſſent occupata, non niſi ordine judiciario, ac prohibet, quod manus non extendat ad ea, quæ Regia Curia tenet, vel aliis poſſidenda tradiderit.* Circa hujus commiſſionis tenorem prædictus Juſtitiarius inquiſitionem commiſit duobus Canonicis Teatinis, qui omnia perſcrutati ſunt, & eorum diligentia Teatina Eccleſia per plura bona, & immunitates antea occupata recepit, exultante præ gaudio Nicolao Epiſcopo Regi charo, qui tantæ rei promotor extiterat. Nolo prætermittere, quod cum Thomaſſia de Pulcarea Monopelli Comitiſſa pro ſua pia devotione cuperet ut in Caſtro ſuo Guardiæ Gralii Teatinæ Diœceſis, fratres Ord. Minorum reducerentur, ac de vetuſto, incommodoque loco, quem hactenus inhabitaverant, novum conderent Monaſterium apud Eccleſiam S. Syri, Epiſcopum Nicolaum precibus exoravit, cujus benignè piæ petitioni cum annuiſſet, de conſenſu Capituli ſui Eccleſiam illam Ordini & Fratribus Minoribus perpetuò per ſuum diploma tradidit, & conceſſit anno 1276. Diplomatis verò talis eſt tenor ab exemplari.

Nicolaus miſeratione divina Teatinus Epiſcopus.

Univerſis ac ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in vero ſalutis authore.

Conſentaneum eſt & tum in ſpiritualibus, quàm in temporalibus juri ſatis conveniens, ut juſta petentibus non denegetur aſſenſus: præcipuè cum petitio ſapit in iis, quæ divino cultui pertinent, & per id non inferatur alicui, ſed potius conferatur. Cumitaque illuſtris mulier D. Thomaſia de Pulcarea egregia Comitiſſa Monopelli ſuis devotis precibus ſupplicaret nobis, & noſtro Capitulo Teatino, quatenus authoritate pia ad nos pertinere agnoſcitur, quandam Eccleſiam vacantem S. Syri ſitam in Caſtro Galli de ſolita conſueta gratia concedere dignaremur Ordini Fratrum Minorum, pro eo, quod antiquus locus eorum, quem hactenus habuerunt, foret inutilis tam in ratione pravi itineris, quam in ratione diſtantiæ non decentis, occaſione quorum in opportunitatibus ſpiritualibus, & temporalibus commodè ſubveniri non poterat, ipſi D. Comitiſſæ, & habitatoribus in Caſtro præfato per fratres Ordinis memorati. Nos itaque, qui ex debito noſtri officii, & plantare in Deo ſacram religionem tenemur, & plantatum congruis favoribus ampliare cum aſſenſu, & voluntate noſtri Capituli Teatini prædictæ D. Comitiſſæ devotis precibus annuentes, & tam ipſorum Fratrum, quos affectu paterno complectimur, quàm habitantium in Guardia commoditati favorabilem præſtantes aſſenſum, eandẽ Eccleſiam S. Syri Ordini Fratrum Minorum commorandum, ac ibidem perpetuo Domino famulandum

du-

dnaimus concedendam. Verum quia dicta Eccleſia Parochialis extitit, & Cimiterium habet, ne in Parochialibus præfatę Eccleſię in poſterum defectus aliquis committatur, ne etiam dictæ Eccleſiæ in aliquo ullo unquam tempore ipſam Parochiam & Cimiteeium præfato Ordini Minorum plenariè & libere daaimus condonaadam, promittentes per nos, & noſtrum Teatinum Capitulum noſtroſque ſucceſſores prædictam donationem, & conceſſionem omni tempore, & firmam habere, & in nullo nuquam futuris temporibus modo aliquo contravenire. Vndè ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum, & in robur donationis & conceſſionis prædictæ & perpetuę firmitatis ac ipſorum Fratrum cautelam præſens ſcriptum donationis, & conceſſionis communiri fecimus tam impreſſione ſigilli noſtri, quàm noſtri Capituli ſupradicti. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & donationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Bratorum Thomæ Apoſtoli, & Juſtinæ Confeſſoris, quorum patrocinio fungimur, ſe noverit incurſurum. Dat. Guardiæ 4. Id. Martii anno 1276

Vltima memoria in Chartophylaciis Teatinis de Nicolao habetur an. 1277. quo ab eodem ex conſenſu Capituli S. Mariæ de Baro, quæ Eccleſia ſubdita & ſuffraganea Eccleſiæ Teatinæ erat, vendidit etiam & conceſſit ad cenſum annuum Villam Storcioſæ pro annuo cenſu unjus auri unciæ nobili Viro Roberto de Maſsagallica conſanguineo illuſtris Matildis de Cortiniaco egregiæ Comitiſsæ Teatinæ his conditionibus adjectis, quod ſi ante finitum dictum tempus centum annorum Robertus ipſe, & ejus hæredes & ſucceſsores è linea recta deficerent, intelligeretur ſubrogata in iiſdem conditionibus prædicta Comitiſsa Matilda & ejus hæredes & ſucceſsores quouſq; compleretur numerus annorum centum, reſervatis Eccleſ. Teatinæ & S. Mariæ in Baro operis, & decimis prædialibus ab hominibus dicti Caſalis, ſalvis etiam Eccleſia & juribus S. Silveſtri, in quibus fuit expreſsè cautum, quod prædicti Robertus, & Comitiſsa, eorumque hæredes, & dependentes nullatenus ſe intromittant, &c. Vixiſse Nicolaum plus minus annis 20. habent diptycæ noſtræ, obiiſse verò an. 1282. menſe Martio ſcribit noſter Indiculus ex documento Berardi Epiſcopi Prænestini Apoſtolicæ Sedis in Neapolitano Regno de Latere Legati, ubi exigitur quædam pecuniæ pars eidem debita à Capitulo Teatino, Sede tunc vacante.

XXXII. 32. THOMAS ex Præpoſito S. Nicolai de monte Oderiſio Teatinæ Diœceſis, tunc Capellanus Cardinalis S. Mariæ in via lata, defuncto Nicolao electus eſt à Capitulo Teatinus Epiſcopus an. 1282. confirmationem tamen non accepit uſque ad annum 1286. undecimo Kal. Aprilis ab Honorio IV. ut ea epiſtola 340. fol. 91. reg. Vatic. an. 1. ejuſdem Pontificis colligi poteſt. Jam conſecratus an. 1288. primum lapidem jecit in nova molitione Eccleſiæ S. Agathæ intra Vrbem Teatinam ſitæ in loco Triviglia no, ut verſus ibidem in lapide ſculptus commemorat.

Annis millenis centum bis, & octuagenis
Octo, fundata domus eſt tibi Virgo Beata
Agatha, donatur & ab hoc, qui carmina fatur.
Sum Celanraſis Raynaldus, & ipſo Teteniſis
Publicus, & Civis ſcriptor, mihi credito, ſivis;
Cum Margarita ſit & hoc conſorte perita.
Sunt hæc facta die Decembris menſe Luciæ
Quarto Pontifice Nicolao fræna regente.
Orbis Secundo Carolo regnaate ſecundo
In Teta Eccleſia reſidente Præſule Thoma,
Qui primum lapidem benedictam fundat ibidem.
Quiſquis es hic ora ſoctis pro qualibet hora.
Annis Eccleſiæ tribus huic poſt immediatè
Præſul hic Eccleſiam conjungit, datque beatæ
Conſilio ſano Mariæ de Triv.liano;
Haſque meo ſigno ſolito pro robore ſigno.

Anno 1292. Thomas noſter probavit, quæ Nicolaus in gratiam Thomaſiæ de Palearea Monopelli Comitiſsæ fratribus Minoribus conceſserat in Caſtro Guardiæ Greſii, cui addidit Cœmeterium B. Mariæ ejuſdem Caſtri. Audi tabulas publicas.

Thomas miſeratione divina Theatinus Epiſcopus omnibus & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus.

Conſentaneum eſt, ut quod rationabiliter, & utiliter petitur, liberaliter largiatur. Hinc eſt, quod utilitate communi penſata per egregium Virum Dominum Gualterium de Palearea bonæ memoriæ illuſtrem Comitem Manoplelli procuratum extitit, ut Cimiterium Guardiæ in Sancta Maria de eadem Terra ad quandam Eccleſiam, ubi nunc Fratres Minores Domino famulantur, transferretur, quod authoritate piæ mem. Domini Nicolai quondam Epiſcopi Teatini cauſa rationabiliter exiſtente extitit effectui mancipatum, & cum magna deliberatione tranſlatum, ita quod à triginta quinque ferè annis uſque ad hæc tempora cum pace cleri & populi ſic extitit obſervatum. Verum quia in deſiderio erat mulieris egregiæ D. Thomaſiæ de Palearea illuſtris Comitiſſæ Manoplelli, ut quod à Domino patre ſuo extitit pro utilitate communi rationabiliter procuratum & authoritate Pontificali ſalubriter conceſſum, à clero & populo concorditer obſervatum perpetui roboris haberet firmitatem, nobis humiliter ſupplicavit, ut eatenus authoritate, qua ad nos pertinere dignoſcitur de ſolita gratia benignum præſtaremus ad hoc aſſenſum. Nos igitur, qui ex debito noſtri officii debemus attendere quod rectis diſpoſitionibus nil debet difficultatis afferri; maximè cum illi nil inferatur alicui, ſed potius conferatur, præfati prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærendo, ad id quod à tanto Domino utiliter extitit procuratum authoritate Pontificali ſalubriter ordinatum, à Clero, & populo tam longo tempore concorditer obſervatum, & à tanta Domina devota Teatinæ Eccleſię filia tam humiliter poſtulatum grato concurrentes aſſenſu, quod cum tanta deliberatione actum eſt, ratum & firmum habentes, deliberatione prævia irrefragabiliter ſancimus, ſtatuimus, concedimus, & ordinamus, quod prædictum Cimiterium apud prædictam Eccleſiam S. Franciſci de Guardia, ubi prædicti fratres Domino famulantur, perpetuò debeant de cætero remanere, approbantes nihilominus laudabilem conſuetudinem inter ipſos Clericos, & fratres hactenus concorditer obſervatam, ut in celebrandis exequiis ſibi invicem deferant, & charitate fraterna mutuò ſe honorent; Movere namq; debet prædictam D. Comitiſſam potenter, & nos prædictis petitionibus annuentes, quod apud prædictam Eccleſiam Sanctę Marię jure prohibente prædictum Cimiterium eſſe non competit pro eo quod in ejus circuitu ſtrepitus judicialis exercetur, & rerum venalium foris ibidem continuè tenetur. Vnde ad futuram memoriam, & perpetui roboris firmitatem præſens ſcriptum noſtrum ſigillo pendenti fecimus communiri. Dat. in Civitate Teatina vigeſima prima Januarii anno Dom 1291.

Has Nicolai, & Thomæ Epiſcoporum donationes, ſeu magis conceſſiones poſt annos nonaginta ratas habuit Ægidius Cardinalis Albernotius Vrbani V. in Italia Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſuoque diplomate affirmavit anno 1367. quod placuit hic exſcribere ab exemplari.

Ægidius miſeratione divina Epiſcopus Sabin. Apoſtolicæ Sedis Legatus, Dilectis in Chriſto Guardiano, & Conventui Ordinis Fratrum Minorum de Caſtro Guardiæ Grelii Teatinæ Diœceſis ſalutem in Domino.

Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam Ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad effectum debitum perducatur. Sanè oblata nobis pro parte veſtra oblationis ſeries continebat, quod bon. mem. Nicolaus

Epiſcopus Teatinus certis juſtis cauſis, motus pariter & inductus Parochialem Eccleſiam S. Syri de Caſtro Guardiæ Grelii Teatinæ Diœc. in qua locus veſtri B. Franciſci, ubi præſentialiter reſidetis, poſtmodum fuit conſtructus ad degendum & morandum ibidem & perpetuò Domino famulandum, Guardiano, qui tunc erat, & vobis Conventui apud Eccleſiam illam tunc temporis habitantibus, de ſui Capituli Teatini aſſenſu & voluntate conceſſit, & tam ipſe, quàm præfatum Capitulum Parochiam ejuſdem Eccleſiæ S. Syri cum Cimiterio liberè donaverunt, promittentes pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus conceſſionem & donationem hujuſmodi omni tempore firmam & ratam habere, & nullo tempore aliqualiter contravenire, & ſubſequenter bon. memor. Thomas Epiſcopus Teatinus dicti Nicolai ſucceſſor ſimilibus, & aliis rationabilibus cauſis ſuadentibus præmiſſa ratificavit, & approbavit, & inſuper Cimiterium B. Mariæ de Caſtro Guardiæ prædictæ, ne ibidem judicialis ſtrepitus, & venalium rerum forus, prout fieri contra debitum conſueverat, exerceretur, ulterius de voluntate & conſenſu ſui cleri & populi Caſtri prædicti præfato loco veſtro conceſſit, ac ſtatuit, voluit & ordinavit, ipſum Cimiterium Fratribus ejuſdem loci, qui Cimiterium hujuſmodi longo tempore habuerant, deberet perpetuò remanere, ac laudabilem conſuetudinem inter Clericos dicti Caſtri, & fratres ſupradicti loci veſtri hactenus concorditer obſervatam, ut videlicet in celebrandis exequiis ſibi invicem deferrent, & fraterna caritate in Domino, mutuò ſe honorarent, etiam approbavit, prout in patentibus litteris Epiſcopor. & Capituli prædictorum ſigillis communitis, quarum tenorem præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Nos igitur, qui præfatum Ordinem veſtrum inter cæteras religiones præcipuæ devotionis affectione proſequimur, veſtris in hac parte ſupplicationibus favorabiliter annuentes, quod ſuper præmiſſis per Epiſcopos prędictos providè factum eſt, ratum, & gratum habentes, id authoritate qua fungimur, confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor verò litterarum Nicolai Teatini Epiſc. prædicti talis eſt: Nicolaus miſeratione divina Teatinus Epiſcopus, &c. ut ſuperius. Tenor verò litterarum ſupradicti Thomę, præfati Nicolai ſucceſſoris talis eſt. Thomas miſeratione divina Teatinus Epiſcopus, &c. ut ſupra. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Aſſiſii Idibus Aprilis Pontificatus Domini Urbani Papæ V. anno quinto Bernardus de Regio. Cæterum Thomas ætatem produxit uſque ad Cœleſtini Quinti Pontificatus, ſub quo defunctus eſt: cui ſtatim ſucceſſorem dedit quendam Franciſcum de Andria Ortonenſis Eccleſiæ Archipresbyterum; ſed is tantùm electus, necdum conſecratus à Bonifacio VIII. Cœleſtini ſucceſſore ab ea dignitate revocatus Teatinam Eccleſiam vacuam reliquit, regreſſuſque eſt ad priorem ſuum Ortonenſem Archipresbyteratum, ut mox ex regeſt Vatic enarrabimus. Porrò Cœleſtinum Eccleſiam Teatinam ſpecioſo indulgentiæ theſauro perpetuò cohoneſtavit. En diploma ab exemplari.

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Vitæ perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium ſacram coronat aciem Civium ſupernorum à redemptis pretio Sanguinis fuſi de pretioſo Corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter quæ illud eſſe prægrande dignoſcitur quod ubique, ſed præcipuè in Sanctorum Eccleſiis Majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cupientes igitur ut Eccleſia Teatina congruis honoribus frequentetur. Omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam in ſingulis feſtivitatibus Sanctorum Thomæ Apoſtoli, & Juſtini, in quorum honore vocabulo prædicta Eccleſia eſt conſtructa, & in anniverſario die dedicationis ejuſdem Eccleſiæ, ac per octo dies feſtivitates ipſas immediatè ſequentes, devotè acceſſerint annuatim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum, & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Thean. 5. Kal. Novembris, Pontificatus noſtri anno primo.

(„ *GUILLELMUS hujus nominis ſecundus vi-* XXXIII.
„ *vebat an. 1292. & 1293. ex documentis à Nicolino*
„ *in hiſt. Teat. indicatis p. 147.*)

33. Fr. RAYNALDUS a („ *de Roma*) Ordin. Prædicatorum, doctrina, & in rebus agendis vir clariſſimus, & Bonifacio VIII. charus Thomæ ſucceſſit, irrita tunc declarata Cœleſtini proviſione de Franciſco Andrienſi, electus anno 1295. 11. Kal. Maii, ut legitur in Epiſt. Bonifacii nu. 84. fol. 21. regeſt. Vatic. anno 1. ejuſdem Pontificis. Vix inauguratus cum eſſet vir potens in opere & ſermone apud Carolum II. Siciliæ Regem, ab eodem obtinuit, ut Univerſitates Teatinæ Civitatis eligere poſſent Judicem annualem ad bene, ac quiete rempublicam gubernandam. Scripſit Carolus in hæc verba, quæ extant in regio regeſt. Neap. lit. B. fol. 267. anno 1295. XXXIV.

a De eo Toppius in Bibl. Neapol p. 164. Mendoſ.

Carolus Secundus, &c.

Si gratiam debemus Eccleſiis, merito nos benignos, & placidos invenit Teatina mater Eccleſia, ad quam ſincero dirigimur devotionis affectu. Ecce pro parte venerabilem Patrem fratrem Raynaldum Teatinum Epiſcopum dilectum & devotum noſtrum noſtræ majeſtati exponitur, quod pro bono ſtatu Civitatis Teatinæ, quæ eſt ipſius Eccleſiæ, utiliter expedit aliquem exterum in annuum ſibi præfici Judicem ad civilia, qui cauſantibus juſtitiam faciat, & hominum pacem ſervet, Nos & ipſius Eccleſiæ commodis, & civium incrementis ad interceſſionem ejuſdem Patris Epiſcopi benignius attendentes, de certa ſcientia noſtra præſentium tenore concedimus, ut Univerſitas Civitatis ejuſdem ſingulis annis, ſi velit aliquem etiam exterum, cujus ſit nota fides, & fidelitas cognita in hujuſmodi ſibi Judicem eligere valeat, & dictus Epiſcopus juxta conſuetum morem in talibus confirmare, qui & jurisdictionem debitam in ipſis cauſis civilibus habeat, & in bono pacis ad honorem & fidelitatem noſtram, & hæredum noſtrorum dictum hominum ſtatum ſervet, jure noſtro, & cujuslibet alterius ſemper ſalvo; In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri, & pendenti majoris noſtri ſigilli juſſimus communiri. Datum Neap die 28. Maji, nonæ Indict.

Sequenti anno 1296. idem Carolus Rex inſtante Raynaldo mandat reſtitui Caſtra Lactiniani, Furcæ, Montis Syleuni, Scoccioſæ, Orni, & Surculæ Eccleſiæ Teatinæ, eodemque anno facultatem conceſſit Teate celebrandi nundinas in S. Laurentii feſto. Et anno 1298 Raynaldus in emphyteuſim dedit Aginulpho de Luczinardo partem illam Orni Caſtri, quam olim poſſederunt nepotes Guillelmi Epiſcupi pro annua reſponſione tarenorum aureorum quindecim, reſervatis Eccleſiæ Teatinæ cauſis appellationum. Diœceſim luſtravit Raynaldus an 1300. relicto Vicario Franciſco de Spoleto Canonico Teatino. Jubileum à Bonifacio Romæ indictum ſolemni ritu publicavit, qua de re in Cathedrali ante Altare majus hæc inſculpi fecit.

Anno Domini MCCC. hoc opus factum eſt,
Annus centenus Romæ eſt ſemper Jubilæus.
Crimina laxantur, cui pœnitet iſta donantur.
Hæc declaravit Bonifacius & roboravit.
A pœna & culpa abſolvuntur corpora multa.

Annus obitus Raynaldi eſſe debet 1303. vel in

fine

fine antecedentis 1302. Nam Matthæi ſucceſſoris electio calculum hiſtoricum premit. Illum tamen in vivis fuiſſe ann. 1301. menſe Aprilis docet ſententiæ documentum, quod ipſe poſt diutinam litem habitam inter Abbatem S. Clementis & Eccleſiam Teatinam confici fecit ad favorem Abbatis eodem ann. 1301. quod cum multum faciat ad jura aſſerenda, & ſtatum rei illius ævi agnoſcendum, hic ſub exemplari ejuſdem Abbatiæ exhibemus.

In Chriſti nomine. Amen.

Anno Incarnationis ejuſdem M.CCCI. menſis Aprilis die penultimo ejuſdem 14. Indictione, Pontificatus D. Bonifacii Papæ VIII. anno ſeptimo. Nos Ser Angelerius de Caramanico, & Ser Matthæus de Lanzano Canonici Teatini præſenti ſcripto publico declaramus, teſtamur, & notum facimus quod dum R. P. D. Fr. Raynaldus Venerabilis Epiſcopus Teatinus contra Religioſos viros Abbatem, & Conventum Monaſterii S. Clementis in Piſcaria Ordinis S. Benedicti, qui ſe cum nonnullis aliis eorum Eccleſiis, Parochiis, & Parochialibus juribus, ac caſtris, & locis in ſua Diœceſi conſtitutis plena ſe contendebant libertatis prærogativa gaudere, procedere intendere juxta formam novæ Conſtitutionis SS. Patris D. Bonifacii Papæ VIII. quæ incipit, Cum perſonæ, *eoſque requiri, & moneri feciſſet ſemel, & pluries, ut ſaltem per procuratorem idoneum certis locis, & terminis ſuo præſentia compareret, privata & alia documenta ſua oſtenſuri juxta tenorem Conſtitutionis, per quæ poſſit de ipſorum libertate conſtare. Tandem prædictorum Abbatis, & Conventus procurator coram eodem Epiſcopo comparens in locis, & terminis conſtitutis ab eodem D. Epiſcopo humiliter petiit, & cum inſtantia poſtulavit, ut ad hæc idem D. Epiſcopus juxta formam conſtitutionis ejuſdem, viros idoneos deputaret, qui D. Epiſcopus petitiones ejus legitimè tanquam conſonas juri admittens, ut negotium ſine omni ſuſpicione procederet, & parceretur partium laboribus, & expenſis. Nobis in forma ſubſcripta ſuas literas deſtinavit ſub ſuo vero, & noto ſigillo ceræ rubeæ ſigillatas, cujus formæ ab utroque latere in acutum erat ad ſimilitudinem frondis lauri & in ſuperiori parte erat figura Jeſu Chriſti inter columnas poſita, & immediatè poſt eam erat figura B. Virginis cum filio in brachiis: ſimiliter inter columnas poſita, ſub qua figura Virginis erant duæ figuræ Sanctorum, & unaquæq; figura erat inter duas columnas poſita, & in pede ſigilli erat imago Epiſcopi genuflexi, & in circuitu ejuſdem ſigilli legebatur, S. Fratris Raynaldi Epiſcopi Teatini, quarum literarum tenor eſt talis. Frater Raynaldus permiſſione divina Epiſcopus Teatinus cum benedictione ſalutem in Domino. Olim juxta tenorem Conſtitutionis Sanctiſs. P. D. Bonifacii Papę VIII quæ incipit,* Cum perſonæ, *Religioſos viros Abbatem, & Conventum Monaſterii S. Clementis in Piſcaria Ordinis S. Benedicti, qui ſe cum quibuſdam Eccleſiis, locis & Parochiis in noſtra Diœceſi conſtitutis aſſerunt plena libertate gaudere; requiri fecimus, & moneri ut certis locis & terminis per ſe, vel Procuratorem idoneum, & ſufficientem in noſtra præſentia comparerent ſuper ſua libertate privativa, & alia documenta oſtenderent, & jura ſua proponerent, ſi quæ confiderent ſe habere, in quibus locis & terminis iis comparentibus legitimè coram nobis: tandem quia ſumus variis, & arduis Eccleſiæ noſtræ negotiis occupati, & volumus ut negotium ſine omni ſuſpicione procedat, & partium parcatur laboribus, & expenſis, vos de quorum prudentia induſtria, & legalitate tanquam experti . . . . . promptam inveniſſe ecolimus & fidem, diſtrictè præcipiendo mandantes quatenus Deum habentes prę oculis aſſumpto vobiſcum notario publico, viro utique provido, & fideli, ad acta omnia hujuſmodi negotii inſcribenda, & etiam publicanda in locis congruis, & idoneis, prout viſum fuerit expedire, inventatis in unum, & pars altera ad veſtram præſentiam accerſita privilegia, inſtrumenta, teſtes & alia documenta, & ipſum Monaſterium quarundamque Eccleſiarum ſuarum locorum, & Parochiarum in noſtra Teatina Diœceſi conſtitutarum faventia libertatem recipiatis, quæ duxerimus producenda, inquirentes de certa ſcientia, & aliis circumſtantiis, & jure noſtro, noſtræque Eccleſiæ Teatinæ receptis à teſtibus de veritate dicenda debitis juramentis quæ vobis videnda committimus cum inſpectione etiam oculorum, ſi viſum fuerit expedire, ut invenire poſſetis plenius veritatem. Et demum omnibus inſpectis, & diligenter conſideratis de plano ſine omni judicii ſolemnitate ac ſtrepitu, præſente, vel abſente procuratore noſtro ſecundum prudentiam vobis datam per diffinitionem, & declarationem veſtram in ſcriptis ſtatuatis, decernatis, & declaretis quod ſuper iis per utramque partem vobis juſtum videbitur, & honeſtum, nos pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris quicquid per vos factum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, & circa ipſa ratum, & firmum promittimus habere, teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe odio gratiæ, vel timore ſubtraxerint per cenſuram Eccleſiaſticam compellatis veritatis teſtimonium perhibere, incipiant teſtimonium & perſpicuum facere videlicet . . . aliis certis, & aliorum quorum intereſt clauſam patentes literas patenti ſigillo noſtro facimus communire, & apud Villam magnam in domibus noſtris ſub anno Dom. M. CCCI. menſis Martii die 22. 14. Indict. Nos itaque mandata infraſcripta volentes exequi reverenter acceſſimus ad loca propinqua, in quibus melius ſciri poterat veritas de prædictis, & dd. Abbatis, & Conventus præſentare ad noſtram præſentiam, accerſitis eiſdem mandavimus ut certis diebus & locis ſua privilegia, teſtes, & documenta, ad hoc faventia ſi quæ confiderent ſe habere oſtenderent & producerent coram nobis, in quo Territorio idem procurator nobis ſuos articulos obiulit hujuſmodi continentiæ. Ponit, & offert probare Fr. Guillelmus procurator Oeconomus Syndicus, ſeu actor Abbatis, & Conventus Monaſterii S. Clementis in Piſcaria quod Eccleſia S. Nicolai cum cellis ſuis videlicet Eccleſia S. Barbaræ, & S. Silveſtri pro duabus partibus in Eccleſia S. Euphemiæ. Item Eccleſia S. Crucis in pertinentiis Caramanici. Item Eccleſia S. Nicolai de Cardia in pertinentiis Roccæ de Caramanico. Item Eccleſia S. Mariæ in Penſula cum cella ſua, Eccleſia S. Angeli. Item Eccleſia S. Ceſidii. Item Eccleſia Ss. Trinitatis in pertinentiis Roccæ cum medietate cellæ ſuæ S. Mariæ de Salle in pertinentiis Caramanici. Item Eccleſia S. Martini de Piſcaria in pertinentiis Albatigii. Item Eccleſia S. Mariæ de Fara cum Parochia ſua. Item Eccleſia S. Mariæ de Boneniano cum Caſtro ſuo, Clericis Parochiis & Eccleſiis ſitis in ejus pertinentiis, quæ conſueverunt per Monachos gubernari. Item Eccleſia S. Joannis de Fraſcariis in pertinentiis S. Valentini. Item Eccleſia S. Bartholomæi de Horta. Item Eccleſia S. Mariæ de Monte in pertinentiis Bonoviani. Item Eccleſia S. Nicolai in pede Jocci, quæ conſueverunt gubernari per Clericos ſeculares. Item Eccleſia S. Laurentii de Inſula cum ipſa Inſula, Clericis & Parochiis, & Eccleſiis ſuis, quæ in ejus pertinentiis ſunt, & fuerunt ſemper immediatè, & pleno jure ſubjectæ Monaſterio S. Clementis in Piſcaria, & exemptæ & liberæ ab omni Eccleſiaſtica, & Epiſcopali juriſdictione, & Abbates qui pro tempore fuerunt, & qui nunc eſt in Monaſterio ſupradicto ibidem inſtituerunt & deſtituerunt curam, etiam animarum commiſerunt Clericis in Eccleſiis Parochialibus, & Parochianis mandantibus viſitaverunt, correxerunt, & omnia hæc uerunt alia exercuerunt, conceſſerunt ordinaverunt, & miniſtraverunt in illis, quæ ad Eccleſiarum juriſdictionem pertinent, & ipſi Clerico populi, & Parochię prædictarum Eccleſiarum & Caſtrorum fuerunt ſemper liberi & exempti ab omni Epiſcopali Juriſdictione, & poteſtate de antiqua, & probata conſuetudine à longis, & longiſſimis temporibus, & etiam tanto tempore cujus contrarii memoria non extitit. Item quod prædictum Monaſterium S. Clementis immediatè ſpectat ad Romanam Eccleſiam, & eſt ei pleno jure*

ſub-

A ſubjectum liberum, & exemptum ab omni poteſtate, &
Epiſcopali juriſdictione, & ipſa Romana Eccleſia per
ſe, & Legatos ſuos inſtituit, & deſtituit, confirmavit,
viſitavit, & correxit procurationes, & decimas, ac ſub-
ventiones. In capite recepit ibidem, & omnia alia
exercuit ibidem quæ ad juriſdictionem & poteſtatem
Eccleſiaſticam pertinent de conſuetudine antiqua, &
approbata a longis, & longiſſimis temporibus, &
etiam tanto tempore cujus contrarii memoria non ex-
ſiſtit. Item quod de his omnibus, & ſingulis eſt publi-
ca vox, & fama communis, & vulgaris opinio, & cre-
dentia, & ſic tenetur.

Quibus receptis continuatis diebus aſſumpto nobile
viro provido, & fideli Notario Berardo de Pacontio
auctoritate Sedis Apoſtolicæ publico Notario prout per
ejuſdem Sedis literas conſtitit evidenter ad acta hu-
juſmodi negocii conſcribenda, & in omnibus forma
dicti mandati diligentius obſervatur, teſtes ipſos
prius præſtito juramento, tàm ſuper ipſis articulis,
quam ſuper aliis veritatem negotii exigentibus rece-
pimus, & examinari curavimus diligenter quærendo
B ab eis de loco, tempore, cauſa ſcientiæ, & aliis circum-
ſtantiis diligenter, & deinde præſentata nobis ex par-
te Monaſterii quampluríma privilegia Sedis ejuſdem
& Capitula, ad libertatem eorum plenè facientia, cum
facti quoque ſcribendi cauſam præſentia inſpeximus
& intelleximus diligenter. Quibus omnibus explotis
& atteſtationibus prout convenit publicatis, & de-
mum prout convenit in negotio concluſo aliiſque omni-
bus ritè peractis ad diffinitionem negotii juxta man-
dati formam proceſſimus.

Verum quia intentione & libertate plenaria Abba-
tis, & Conventus Monaſterii prædictorum, nec non
Eccleſiarum, Caſtrorum, Parochorum, & Clericorum
prædictorum, nec non eos teſtes idoneos, quam per pri-
vilegia, & aſſertiones veridicas multorum fidelium
antiquorum, & alia adminicula nobis conſtitit evi-
denter, Dei nomine invocato, habito conſilio cum peri-
tis deliberatione pro habito negotio plene diſcuſſo, &
omnibus legitimè obſervatis Deum, & juſtitiam præ
C oculis habentes ſententialiter, & diffinitivè in ſcri-
ptis decernimus, ſtatuimus, & declaramus prædictum
Monaſterium Eccleſiæ Romanæ in omnibus immedia-
tè ſubjectum, & liberum & exemptum ab omni jure,
& juriſdictione Epiſcopali, & Eccleſiæ Teatinæ, nec
non Eccleſias dictas cum Parochiis, Parochianis, Pa-
rochialibus juribus, animarum curis committendis,
caſtris, & locis, aliiſque pertinentiis, & juribus ſuis
plenè ac liberè ad ipſum Monaſterium in omnibus per-
tinere, & ab omni juriſdictione Epiſcopali, jure etiam
Eccleſiæ Teatinæ liberas, & exemptas. Lata, &
recitata ſunt hæc juxta Eccleſiam S. Mariæ de Ca-
ramanico dicto Notario, ſubſcriptis teſtibus, & aliis
probis viris præſentibus, anno, menſe, die, & Indi-
ctione prætitulatis, ad cujus rei memoriam, ac perpe-
tuam firmitatem, & omnium, quorum intereſt, vel po-
terit intereſſe, cautelam, præſens ſcriptum publicum
per manus prædicti Notarii Berardi ſcribi, & in pu-
blicam formam redigi mandavimus, & ſigillorum no-
ſtrorum appenſione fecimus communiri. Quo ſcripto
D Ego Notarius Berardus auctoritate Sedis Apoſtoli-
cæ publicus Notarius aſſumptus ad acta hujuſmodi
conſcribenda, & quia interfui mandato prædicto-
rum Judicum, necnon eorumdem ſubſcriptionibus ro-
boratum lata, & recitata eſt hæc ſententia publicè
apud Caramanicum juxta Eccleſiam S. Mariæ iis teſti-
bus videlicet Magiſtro Nicolao Archipresbytero S. Ni-
colai, D. Riccardo Archipresbytero S. Mauritii, D.
Petro Archipresbytero S. Leonardi, D. Petro Angeli
Rubei, D. Roberto Litulfi, D. Nicolao Filoſmeno
D. Berardo Thomaſii, D. Angelo Petri, D. Berardo
Eliſei, Magiſtro Antonio notario publico, notario
Nicolao Jacobi publico, notario Nicolao Angeli publi
ca, Raynaldo D. Raynaldi Mattarello, Leonardo
Nicolai, Jonata Cæſario Simioaldo Litulfi, Nicolao
Thomani, Simeone Petro Petri Abramundi, Benedi-
cto Petri Alferii de Caramanico, & Magiſtro Petro
Magiſtri Petri de Sulmone, & multis aliis aſtantibus,
anno, menſe, die, & Indictione prætitulatis ſupra in

A nona linea ubi legitur in, & in vigeſimanona linea ubi
legitur ſuo, propria manu punctavi.

Ego Ser Angelerius de Caramanico Canonicus
Teatinus, ad hæc deputatus ſeu delegatus una cum
prædicto Ser Matthæo de Lanzano, ut ſupra legitur
hanc ſententiam protuli meo ſigno ſignavi, & ſigillum
appendi.

Ego Ser Matthæus de Lanzano Canonicus Teati-
nus, ſeu delegatus una cum prædicto Ser Angelerio
ut ſupra legitur hanc ſententiam protuli, propria ma-
nu ſubſcripſi, proprioque ſigno ſignavi, & ſigillum ap-
pendi.

Ego qui ſupra Magiſter Nicolaus, &c.

34. MATTHÆUS ſeu Matthias, utroque no- XX
mine vocatum lego, ex Archidiacono Dyocenſi in XV.
Eccleſia Carnotenſi & Cameræ Apoſtolicæ Cleri-
co, à Capitulo Teatino electus Epiſcopus defuncto
Raynaldo confirmatus eſt à Bonifacio VIII. anno
B 1303. 4. Kal Maji ex ep. Vatic. regeſt. num. 125 fol.
334. an. 9. ejuſdem Pontificis. Mortuus eſt ante con-
ſecrationem in Romana Curia.

35. PETRUS è Mothonenſi Epiſcopatu ad XX
Teatinum tranſiit eodem ann. 1303. 14. Kal. Aug. eo- XVI.
dem Bonifacio jubente, quem in tranſlationis diplo-
mate virum prædicat omnium virtutum cumulatiſ-
ſimum; In noſtra, inquit, & noſtrorum domo nutri-
tum, quem converſatio placida, & accepta ſervitia,
ac alia merita probitatis per familiarem experien-
tiam nota nobis acceptam noſtris obtutibus repræ-
ſentant, &c. extat diploma in Vatic. regeſt. ep. 139.
fol. 338. ann. 9. ejuſdem Bonifacii. Sequenti anno
1304. concordiam iniit cum Abbate S. Marini de
Valle de juribus Epiſcopalibus ſibi ſolvendis, ac
ſucceſſoribus. Anno verò 1309. ex plenitudine Epi-
ſcopali ſibi à Roman. Pontifice conceſſa facultatem
dedit Monialibus S. Mariæ Magdalenæ Teatæ Or-
dinis Ciſtercienſis carnea comedendi, earumque
Monaſterio indulgentias elargitus eſt his, qui ma-
C nus adiutrices porrigerent ad Eccleſiam ipſam ul-
trò deducendam: alias eidem Eccleſiæ ex urbe con-
ceſſerunt ſubſequenti anno 1310. Iſnardus Theba-
nus Archiepiſcopus, Papæ Vicarius, Bartholo-
mæus Panormitanus, Bartholomæus Aquilanus,
& Petrus ipſe Teatinus Epiſcopi. Anno 1312. die
penult. menſis Aprilis Viennæ, ubi Clemens V.
Concilium generale congregaverat, Petrus noſter
unus ex Patribus, qui aſſiderunt, conqueſtus eſt de
Ortonenſi Archipresbytero ſui Epiſcopalia juris
contemptore: quamobrem Petrus Card. de Colu-
mna hujus rei à Pontifice datus Commiſſarius juri-
dicè citari mandavit ipſum Archipresbyterum ad
perſonaliter comparendum, & cauſam dicendam,
quare Ordinario ſuo Teatino obedientiam præſta-
re nollet. Cæterum Petrus cum eſſet infracti animi
Præſul contra quendam Joannem de Polena Civi-
tatis Fiſci Præfectum, qui Caſtrum Laſtinianorum,
Teatinæ Eccleſiæ obnoxium occupaverat, ac Regiæ
Cameræ adjudicaverat, litem movit, ad Sanciæ Re-
D ginæ interpellatus judicium, quæ ab Petro benè de
veritate edocta Caſtrum reſtitui fecit Eccleſiæ Tea-
tinæ ann. 1317 quo Petrus dum Diœceſim luſtraret,
incidit in latrones, eorumq; anteſignanos Domicel-
los Caſtri Sculculæ, qui illum ſpoliarunt, & in carce-
rem manciparunt quoadusq; pecuniis ſe redimeret.
Impotens tunc Epiſcopus juramento ſe adſtrinxit ad
perſolvendam quandam pecuniæ ſummam, dummo-
do liber ad ſuam Eccleſiam adire permitteretur,
quod factum eſt: ſed cum Petrus non haberet undè
ſolveret, Pontificem certiorem fecit, & abſolutionē
obtinuit à juramento, quod per vim, & metum à la-
tronibus extortum fuerat: latrones verò diris tunc
innodati fuerunt, donec dignam ſatisfactionem Epi-
ſcopo præberent. Eo ſedente Præſule conſtructa eſt
Eccleſia S. Andreæ in Caſali S. Victoriæ propè Ec-
cleſiam S. Mariæ in Baro, & Eccleſiam S. Mariæ de
Tricallio extra portam Piſcariæ. Sedit Petrus ann.
plus minus decem & ſeptem, exceſſitque in Atiſſa

ſuæ

A fuæ diœceſis oppido anno ſal. 1320. Vacavit Teatina Eccleſia anno uno cum dimidio.

XXXVII. 36. Fr. RAYMUNDUS cognomine de Muſaco, natione Gallus, patria Maſſilienſis, Ordinis Minorum, Epiſcopus Albenſis in Inſubria, ad hanc Teatinam Eccleſiam translatus eſt à Joanne XXII. 9. Kal. Martii 1321. ex regeſt. Vatic. Succeſſit prædefuncto Petro, tametſi Canonicorum Cathedralis Collegium poſt mortem ejuſdem per viam compromiſſi elegiſſet Fratrem Guilelmum de Gigniaco Ord. Minorum Raymundi germanum fratrem, qui cum Avenionem acceſſiſſet, ab Apoſtolica Sede ad confirmationem obtinendam ſenſit ſui Ordinis procuratorem rei geſtæ adverſarium. Joannes Papa implicitam litem demandavit cognoſcendam Petro Presbytero Cardinali S. Suſannæ: ſed cum unum & amplius annum lis tenuiſſet, Joannes tædio affectus electioni ſuæ in manibus Pontificis liberè nuncium remiſit, qui ſtatim Epiſcopum Teatinum Raymundum, ut dictum eſt, declaravit, tranſtulitque ab Eccleſia Albenſi. Eodem anno ſuæ translationis evaſit ob ſuam eximiam virtutem Caroli Illuſtris Calabriæ Ducis filii, ac Vicarii Roberti Regis Cancellarius, Conſiliarius, intimuſque familiaris, à quo, anno B ſequenti 1322. accepit confirmationem omnium, quæ ante ipſum Imperatores, & Reges, tum & Innocantius III. cæterique Romani Pontifices conceſſerunt Eccleſiæ Teatinæ, ut in regeſt. ejuſdem Caroli ſcriptum invenitur lit. E. fol. 14. & 24. Sequenti anno 21. Octob. pro exequutione teſtamenti ſibi commiſſa à Conrado de Aquaviva ſubſtituit Abbatem Stephanum de Gordano ejus Vicarium, concordiam iniit cum Ortonenſi Archipresbytero in cauſa juriſdictionis, cum Baronibus Eccleſiæ Teatinæ ſubditis aliquando implicatiſſimas lites habuit, quas tandem ſummo Eccleſiæ ſuæ decore & utilitate compoſuiſſe notatur pluribus in documentis, quæ in Archivio Teatinæ Eccleſiæ dicuntur. Compulit an. 1322 Joannem Furcæ Caſtri Dominici Eccleſiæ ſuæ feudatarium ad obedientiam, C & ad ipſam cognoſcendam Eccleſiam ſingulis annis certo cenſu perſolvendo, & quod tenerentur ſingulis annis in Feſto S. Thomæ prandium facere Capitulo Teatino, vel pecuniam ſolvere. Publico documento ſubſcripſerunt Bonevenutus Caſertanus Epiſcopus, Henricus Copiccius de Neapoli, & Petrus de Aſt Canonicus Eccleſiæ S. Nicolai de Baro. Suffraganeum habuit Bartholomæum Epiſcopum Glicienſem, qui anno 1326. quaſdam Indulgentias conceſſit Monialibus S. Mariæ Magdalenæ. Idem, Invenrarium ſumma diligentia de rebus ac juribus ad ſuam Eccleſiam pertinentibus, atque in librum illum Theſaurum nuncupatum accuratè digeſſit, poſterorumque memoriæ mandavit. Ceterùm Raymundus cum nimio amore erga ſuos conſanguineos premeretur Caſtrum Orni ad Eccleſiam ſuam pertinens abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito, anno Domini 1324. in nepotem ſuum Petrum de Argello, & Caſtrum Laſtiniani in alium nepotem Matcellum Mauracum liberaliter transfudiſſet, acriter D à Joanne Pontifice reprehenditur, tunc mandatum eſt, atque commiſſum Epiſcopo Caſſinenſi, aliiſque Prælatis, ut ipſum Raymundum jam ad Averſanam Eccleſiam translatum cogerent ad omnia liberè reſtituenda Eccleſiæ Teatinæ, quæ ab ipſo alienata fuerant; translatus fuerat Raymundus ab Eccleſia Teatina ad Averſanam ab eodem Joanne anno 1326. nono Kal. Martii in qua deceſſit ann. 1336.



XXXVIII. 37. JOANNES Criſpanus de Rocha, nobilis Neapolitanus, ſucceſſit Raymundo electus à Joanne XXII. an. 1326. nono Kal. Martii; erat tunc temporis Neapolitanæ Eccleſiæ Canonicus, & Apoſtolici Palatii Auditor, omnium virtutum, & eruditionum genere ornatus. Juriſprudentiæ eximiè doctus, ſui ævi celebratiſſimus, ſcripſit teſte Geſnero in ſua Bibliotheca ſuper Conſtitutiones & Pragmaticas Regni Siciliæ. Ejus cum laude meminit Petrus Fel. in ſua prax. crim. aſſerit ejus opera inter illa Bartholi de cap. haberi. Quæ verò ſpectant ad ejus Acta, plura habentur inſtrumenta in Archivio Cathedralis, quibus quanta fuerit ejus in recuperandis alienatis bonis à ſuo prædeceſſore ſollicitudo & labor facilè colligi poteſt. Omnia enim privilegia & jura ſuæ Eccleſiæ diligenti conatu in unum volumen collegit, & ab Roberto Rege eorum confirmationem obtinuit. Ei ſcribit Joannes Pontifex anno 1328. contra hæreticos Fraticellos, eorumque Sectatores ab ipſo damnatos, ut diligenti perquiſitione eos à Neapolitano Regno evellat, & diſſipet, ſi fortè in eo pravam doctrinam diſſeminaſſent. Vindex fuit acerrimus eccleſiaſticæ immunitatis. Clericorum mores correxit, bonis profuit, malis flagellum adhibuit, ut ad meliorem frugem reducerentur. Monaſterium Caſtri Prætorii uniri curavit Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ Monialium Ordinis Ciſtercienſis, cui plura bona donavit anno 1327. quo anno alterum Monaſterium in Caſtro Paterni eidem Divæ Mariæ Magdalenæ tunc ædificatum à ſorore Gentilina de Marchilone eidem Cœnobio Teatino perpetua unione connexuit, vocari mandavit Monaſterium illud Decanatum, ipſiuſque Præpoſitam a ſororibus eligendam, Decanam ab ipſo confirmandam ſub Regula S. Benedicti & Ordinis Ciſtercienſis ſalutaribus diſciplinis. Primam Monaſterii Decanam electam confirmavit ipſam Gentilinam. Sedit Joannes eximia ſua virtute Roberto Regi charus, & familiaris, annis novem, obiitque anno 1335. apud ſuum Epiſcopium. De hac pervetuſta, ac nobili Criſpana gente legendus Carolus Borrellus in Vindic. Neap. nobilitatis.

XXXIX. 38. PETRUS Ferrus [a], nobilis Privernas, antea Anagninus, mox Marſorum Epiſcopus, ad hanc Teatinam Eccleſiam translatus eſt à Benedicto XII. anno 1336. 6. Id. Maji; translationis ejus cauſam ita recitat Benedictus in literis ſuis Vatic. reg. an. 2. num. 300. Vacante namque Epiſcopali Sede Teatina per obitum Joannis, Capitulum Teatinum præpudiosè in partes duas diviſum, duos elegit, pars quidem major, & ſanior Thomam Cypriani, illum eundem, qui mox evaſit Marſorum Epiſcopus, minor verò illorum pars Andream Bartholomæi ejuſdem Eccleſiæ Canonicum; interim Pontifex proviſionem hujuſmodi ſibi ſpecialiter reſervavit: deinde cum Andreas electioni de ſe factæ nuncium remiſiſſet, Thomas alter electus ad Apoſtolicam Sedem ſe contulit obtinendæ confirmationis gratia; dum hæc agerentur, Capitulum Teatinum minus ſibi conſtans, de facto tertium elegit quendam Giraldum de Valle Neapolitanum Canonicum. Idem

[a] De eo Theodorus Valle in hiſt. privernen l. 1. p. 139. Manuſc.

autem

A autem Thomas edoctus Avenione de Papæ reſervatione ipeciali, electioni & ipſe libens volens renunciavit. Pontifea, nulla & irrita declarata Giraldi electione, Petrum hunc Ferram virum eximium ab Eccleſia Marſorum, ad hanc Teatinam tranſtulit, ſed ille paulò poſt ſuam tranſlationem morte præventus, Avenione, ubi tunc erat, deceſſit 14. Kal. Decembris ejuſdem anni 1336. ibique humatus. In Epiſcopis Marſoram p. tom. Memini me ſcripliſſe, Petrum Romæ defunctum fuiſſe, cam revera non Romæ, ſed Avenione, abi tunc Romana Curia erat. Cæterùm Thomas ille Cypriani à Capitalo electus ille idem eſt, qui ab eodem Pontifice Benedicto factus eſt Epiſcopus Marſorum in tranſlati Petri loco, mortuuſqae eſt Teate in patria ſua anno 1348. ac ſepultus In Cathedrali ante altare majus in cornu Evangelii, ubi adhuc viſitur ſepulchrum unà cum effigie jacentis Epiſcopi inſignis, cum Inſcriptione ſequenti.

B *Hic requieſcit corpus Reverendi Patris Domini Domini Thomæ de Civitate Theatina Epiſcopi Marſicani, qui obiit anno Domini MCCCXLVIII. die 10. menſis Martii primæ Indictionis, cujus animam Creator, & Redemptor omnium benedicere, & collocare dignetur cum ſanctis Angelis ſuis in vitam æternam. Amen.*

Ejus inſignia in eodem ſepulchro depicta cernuntur, tum & in tabulatis tecti tranſverſæ navis ejuſdem Eccleſiæ his coloribus diſtincta. Stella in parte inferiori clypei poſita cærulea eſt in campo aureo, lilium in campo ſuperiori aureum in campo cæruleo, tres faſciæ tranſverſæ à manu dextera æqualiter in ſiniſtram deſcendentes, media latior & ſuperficialior cæruleum colorem, duæ reliquæ à lateribus album præſeferunt; Sed ad ſeriem redeamus.



XL 39. BELTRAMINUS Paravicinus è Caſilio Pago plebaniæ Niricini Mediolanenſis Diœceſis, cum eſſet tunc Cantor Eccleſiæ Burdegalenſis in Gallia, & ob præclaras ejus animi virtutes Benedicto XII. acceptas, ab ipſo ſufficitur Petro in Eccleſia Teatina anno 1336. 4. Nonas Decembris ex regeſt. Vatic. ep. 544. ann. 2. Hunc fuiſſe Apoſtolicæ D Sedis Nuncium ad Petrum Aragoniæ Regem ſcribit Bzovius ad annum 1337. Vicariam habuit Paulum de Capelia Canonicum Sancti Angeli de Urbe, nominatum anno 1339. in cartula Roberti Lexinenſis Epiſcopi, qui eo ipſo anno indulgentias relaxavit omnibus Chriſti fidelibus piè viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ Monialium in Teatina civitate conſtitutam. Abſens hanc Teatinam Eccleſiam rexit plus minus tribus annis, & ad Comenſem Eccleſiam tranſlatus eſt 8 Kalend. Decemb. ſubſequentis anni 1339. mox anno 1340. factus eſt Epiſcopus Bononienſis in Æmilia, ut in 2. tom ſcripſimus; de quo etiam egimus in 5. tomo.

XLI 40. GUILLELMUS III. Capoferreus de Sancto Victore nuncupatus Oppido Caſinenſis Diœceſis, ex Theſaurario Eccleſiæ Turonenſis in Gallia, & Papæ Notario, creatus eſt Epiſcopus Teatinus ab eodem Benedicto XII. anno 1340. 16 Kalend Aprilis; ita in reg. Vatic. epiſt. 35. ann. 6. Generalem ſuum creavit Vicarium Petrum Capoferreum de Sancto Victore nepotem ſuum Canonicum Teatinum. Memoratur in regio reg. ann. 1343. regius Conſiliarius, & familiaris. Hic anno 1349. diris devovit, & hæreticum publicè declaravit Franciſcum de Turre civem Teatinum, ejuſque vaſſallum, qui bona Eccleſiæ Teatinæ nequiter diripuerat, & magna ex parte deſtruxerat, multoſque clericos & laicos ejuſdem Eccleſiæ fideles, & vaſſallos crudeliter occiderat, quin & ipſum Guillelmum Epiſcopum per plures annos à Civitate, ſuaque Eccleſia exulare coegerat; quamobrem Clemens VI. commiſit Neapolitano Archiepiſcopo, ut in Franciſcum animadverteret, qui diligenti informatione ductus, in eundem rebellem Pontificia auctoritate excommunicationis, ac bonorum privationis ſententiam tulit. Anno 1352. Guillelmus ex hac mortali vita diſceſſit. Cæterùm eo defuncto, Teatinæ Eccleſiæ ſacrorum Senatus, contra reſervationem, B & diſpoſitionem Clementis Papæ Nicolaum Maſciolum Archidiaconum Teatinum ſubſtituit Epiſcopum, qui Avenionem ad confirmationem obtinendam profectus, oleum & operam perdidit; interim Pontifex viduatæ Eccleſiæ adminiſtratorem conſtituiſſe narratur BENEDICTUM Colamuam Romanum Epiſcopum Biſacienſem, XLII ille idem, cui Franciſcus Petrarca Epiſtolam ſcribit, & Epiſcopum Teatinum vocat, cujus auctoritate nonnulli ſcribunt, Benedictum ſucceſſiſſe Guilielmo, alii Bartholomæo de Papazuris, & Præſulem fuiſſe Teatinum. Sed revera Benedictus adminiſtrator fuit, non Præſul Teatinæ Eccleſiæ. Id clarè unicum ejuſdem docet documentum indulgentiæ ab ipſo anno 1353. conceſſæ Eccleſiæ S. Mariæ de Caramanico Teatinæ Diœceſis; documenti exemplar extat apud me tenoris ſequentis.

C *Univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis. Benedictus miſeratione divina Biſacienſis Epiſcopus, & Eccleſiæ Teatinæ adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam in temporalibus & ſpiritualibus Generalis conſtitutus ſalutem in Domino. Cum ad promovenda ſempiterna gaudia ſanctorum ſuffragia ſint nobis plurimum opportuna, & præcipue Matris Chriſti; propterea loca Virginis glorioſæ ſunt à nobis devotione præcipua veneranda, ut ejus interceſſionibus communiti, quod fragilitas noſtra non obtinet, apud ſuum filium Unigenitum Jeſum Chriſtum ipſius mereamur interceſſionibus obtinere. Cupientes igitur ut Eccleſia Sanctæ Mariæ de Caramanico in ſingulis feſtivitatibus ipſius Virginis, ac in dedicatione ipſius Eccleſiæ congruis honoribus frequentetur, univerſitatem veſtram monemus, & hortamur in Domino, quatenus ad eandem Eccleſiam cum devotione ac humilitate ſpiritus accedatis, Nos verò de Omnipotentis Dei miſericordia, Beatæ Mariæ Virginis, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum meritis confidentes, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui eandem Eccleſiam in dictis feſtivitatibus cum oblationibus annis ſingulis viſitabunt, unum annum, & D quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer in Domino relaxamus. Datum apud Caramanicum quarta Martii xiii. Indictionis.*

Adminiſtraſſe hanc Eccleſiam Benedictum plùs minùs anno uno elici poteſt ex Bartholomæi Guillelmi ſucceſſoris tranſlatione, quæ incidit in annum 1353. 9. Kal. Julii, ut mox dicemus.



XLIII
a Hunc in [illegible] fecit Nicolinus in hiſt. Theat. p. [illegible]

41. BARTHOLOMÆUS a de Papazzuris, Romanus, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Teanenſis, ab Innocentio VI. transſertur ad hanc Teatinam Eccleſiam per obitum Guillelmi anno 1353. 9. Kal. Julii, nulla, & irrita declarata electione à Capitulo Teatino ſacta poſt Guillelmi obitum, vivente tunc Clemente VI. de perſona Nicolai Maſcioli Archidiaconi Teatini, ut in regeſt. Vatic. ann. 1. Innocentii habetur in epiſt. 48. fol. 76.

Anno Pontificatus ſui primo, Bartholomæus à Joanna, & Ludovico Regibus, Conſiliarii, Capellani, ac familiaris titulo honoratus eſt; regium brachium ab eiſdem accepit ad Clericos quoſdam ſuæ Diœceſis, laicoſque compeſcendos, quorum vita indigna prorsùs & intolerabilis erat. Vicarium generalem tunc habuit fratrem Nicolaum de Pinea Romanum Ordinis Prædicatorum, qui cum eſſet ingentis animi vir, Epiſcopum maximè juvit, & Clericos ad Eccleſiaſticam vitam peragendam adduxit, & à laicis & Baronibus Eccleſiæ Teatinæ obnoxiis juramentum fidelitatis accepit. Hæc ex tabulis, quæ etiam docent, contentionis aliquid fuiſſe Bartholomæo Epiſcopo cum Antonio Cantelmo hærede Berardi de Royano montis Silvani beneficiario jure domino, aliiſque Dynaſtis, ſed maxima illi fuit contentio cum Franciſco illo de Turre ab anteceſſore ſuo excommunicato, cujus audaciam, tyrannidemque tandem oppugnavit, adjutus Teatinorum civium potentia, quos Innocentius VI. ſuo diplomate impulerat anno Pontificatus 5. ſalutis 1357. in hunc modum ab exemplari, quod extat apud me.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis, Univerſitati civitatis Teatinæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Habet venerabilis fratris noſtri Bartholomæi Epiſcopi Teatini gravis ad nos prolata conqueſtio, quod Franciſcus de Turre civis Teatinus vaſſallus Eccleſiæ Teatinæ, qui olim fidelitatis nexus, & reverentiæ filialis prorsùs oblitus, bonæ mem. Guillelmum Epiſcopum Teatinum prędeceſſorem ipſius Bartholomæi pluribus annis de civitate Teatina eidem Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus pleno jure ſubjecta exulare coegit, ac bona, & jura ipſius Eccleſiæ nequiter diripuit, & pro magna parte diſtraxit: multis etiam tam Clericis, quàm Laicis ejuſdem Eccleſię fidelibus & vaſſallis crudeliter interemptis, quique ſuis culpis & demeritis ita exigentibus per dictum Guillelmum Epiſcopum de hæreſi condemnatus, & per dilectum filium Franciſcum de Meſſina Ordinis Fratrum Prædicatorum Inquiſitorem hæreticæ pravitatis, & auctoritate Apoſtolica velut hæreticus publicè denunciatus eſt. De prędictis & aliis deteſtandis exceſſibus per eum commiſſis, nulla pœnitudine ductus, ſed in obſtinata nequitia perſeverans, Civitatem ipſam, quam in perſonis, & bonis ipſius Tyrannica feritate miſerabiliter dudum oppreſſit, conatus eſt, & machinatur quotidię una cum nonnullis viris peſtiferis ſuis in hac parte complicibus, armata manu violenter intrare, aſpirans more ſolito ad totalem deſtructionem eorundem, civitatis, ac Eccleſiæ, & aliorum fidelium eorundem. Nos igitur, qui præfatum Epiſcopum, & Eccleſiam paterna dilectione proſequimur, talia non immeritò exhorrentes, univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur, attentè vobis nihilominus in veſtrorum remiſſionem peccaminum per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenùs providè attendentes, quod favor, qui eiſdem Epiſcopo, & Eccleſiæ in hac parte impenditur, etiam veſtris commodis applicatur, præfatis Epiſcopo & Eccleſiæ, ſuiſque officialibus adverſùs præſumptores hujuſmodi præbeatis in præmiſſis, tanquam devotionis filii, ob noſtram, & Apoſtolicæ Sedis reverentiam, conſilium, auxilium, & favorem, ita quod iidem Epiſcopus, & Eccleſia veſtris in hac parte ſuffulti præſidiis, pravorum incurſus non metuant, noſque devotionem veſtram poſſimus in Domino meritò commendare. Datum Avenione Kal. Januarii Pontificatus noſtri anno quinto.

Bartholomæi verò frequens mentio habetur in Regeſtris Regiis ad annum uſque 1362. quo tandem feſſus laboribus ad Patracenſem in Peloponneſo Eccleſiam translatus eſt die 12. Auguſti, in qua dignitate obiiſſe narratur anno 1364. in lib. Proviſ. Prælatorum Urbani V. Fuit Bartholomæi in Teatina Eccleſia Vicarius Nicolaus ille Maſciolus Archidiaconus an. 1359 qui ſex ante annis, ut diximus, à Capitulo electus, repulſam tulerat à Clemente, & Innocentio VI. ob reſervationem factam vivente Guillelmo Epiſcopo.

42. Fr. VITALIS b, Bononienſis patria, Ordinis Servorum Beatæ Virginis Mariæ olim Generalis, tunc Epiſcopus Aſculanus in Piceno, die 13. Kal. Auguſti 1363. ad hanc Teatinam Eccleſiam translatus ab Urbano V. cujus ob ſuam præclaram doctrinam acceptus & charus erat. Hic, ut Archangelus Gianius in Annal. Servorum ſcribit, cum ſui Ordinis Generalis eſſet, ab Innocentio VI. ad Soldanum Ægyptiorum Principem Legatus miſſus fuerat, ut contra Turcas communes hoſtes illius animum concitaret, ac bellum inferre perſuaderet, dum Cypriorum Rex ex alia parte bellum eidem intuliſſet. Egregiè functus legatione Vitalis, ad Innocentium reverſus, ab ipſo deſtinatus ad inſulam, mors Innocentii honorem abſtulit, quem ſtatim ejus ſucceſſor Urbanus compleviſſe narratur, & Aſculana, mox Teatina cohoneſtavit Eccleſia. Translatum ad Teatinam illum Joanna Regina cum omnibus bonis & juribus Eccleſiæ Teatinæ ſub regia protectione ſuſcepit, atque auxilium, & favorem omnem elargita eſt, quo poſſet ille decimas, & bona ablata recuperare, ſcriptis literis ad Juſtitiarios, Judiceſque Aprutii, quæ extant in tabulario Teatino; Anno 1368. litem habuit cum Cœleſtinis Monachis Civitellæ Monaſterii ſuper cenſum unius ceræ libræ quolibet anno ſolvendum Epiſcopo Teatino, poſt duos annos concordiam inierunt. Hoc eodem anno, ac Vitale permittente in Cathedrali recondita ſub altari eximiè exornato, ubi adhuc requieſcunt corpora Sanctorum Flaviani Epiſcopi, & Alberti Confeſſoris, ſatagente Franciſco Conradi Archipresbytero Ortonenſi, & Canonico Teatino, ut oſtendunt inſcriptiones ibidem in lapide ſcriptæ, una circa feneſtrellam ſtipitis Altaris à facie interiori, craticula ferrea obſerata, hoc modo.

XLIV
b De eo [illegible] in Bibl. Roman. p. [illegible]

A.D. M.CCCLXVI. die 16. menſis Novembris VI. Ind. fuit reconditum in hoc altare corpus beati Alberti Confeſſoris.

Et in ſiniſtra parte feneſtrellæ.

Hoc opus fecit fieri Abbas Franciſcus Corradi de civitate Teatina Archipresbyter Ortonenſis, & Canonicus Teatinus.

Et in frontiſpicio lapidis Altaris prędicti de Sancto Flaviano ita ſe habet inſcriptio.

Hic

Hic etiam feliciter requieſcit corpus Sancti Flaviani Epiſcopi & Confeſſoris,

Hoc corpus fortaſſe per eadem tempora repertum fuit, & tametſi ibi expreſſum non habeatur cujus civitatis fuerit Epiſcopus, vel quo tempore vixerit, putarunt nonnulli Teatini viri eruditi, quos patriæ amor tranſverſos egit, non alterius hunc Sanctum Flavianum, niſi Teatinæ urbis Epiſcopum; ſed eum in ſatis vetuſto indiculo Epiſcoporum Teatinorum, neque ullum verbum invenerim de Flaviano hoc Epiſcopo, crediderim, hallucinatos eos fuiſſe, qui Flavianum Epiſcopum Teatinum aſtruunt. In Martyrologio Romano die 4. Julii memoratur Flavianus Secundus Epiſcopus Antiochenus, cujus corpus incolæ oppidi Juliæ novæ Atrienſis Ducatus olim S Flaviani appellatum anno Domini 1004. ad ripam Truntini fluminis mare navi advectum à templi honore cultum, indè ſucceſſu temporis eodem nomine appellatum oppidum conditum fuiſſe narrant; ubi etiam nunc ejuſdem templi & oppidi manent veſtigia, è cujus ruinis poſtea factum eſt haud inde procul in ſalubriori ſitu à conditoris nomine Julii Aquavivæ Atrienſium Ducis Juliæ novæ appellatum. Quo etiam dicti Sancti Flaviani corpus, vel corporis pars major decenter aſſervari dicitur. De tranſlatione hujuſmodi præter antiquorum loci continuatam traditionem, extare ajunt in dicta veteri Eccleſiæ Sancti Flaviani ſub imagine ejuſdem Sancti memoria temporis ſequentis.

Induperatis Galla,
Huc me Flavianus conduxit,
Per mare Patrarcam,
Intus reclusum in Arcam,
Et dudum fui quando,
Quartoque milleno anno,
Et ecce ſum vobiſcum,
Et juſtum teneo fiſcum,
Pro vobis Altiſſimum rogo
Cavete ne decipiar ego.

Poſſem dubitare ex ſatis valida conjectura, partem corporis Flaviani ex ruinis Oppidi Flaviani Teate fuiſſe tranſlatam, & totum pro parte acceptum ea in ſcriptione notatum; id tamen non auſerim affirmare, atque ſupraſcriptæ Flaviani tranſlationis hiſtoriæ nec abnuo, nec aſtruo. Nec defuerunt, qui ſanctum huc Flavianum, ejuſdem oppidi aliquando fuiſſe Epiſcopum volunt, ac Flavianenſem Epiſcopatum primis temporibus ex ſancti nomine dictum, ſed hoc gratis aſſertum credunt illi, qui de veteribus hujus provinciæ Epiſcopatibus ſcripſerunt. Cæterum, ut ad Vitalem Epiſcopum, unde digreſſi ſumus, redeamus, pauca de eo in monumentis, præter ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, reperiuntur, neque annus, dieſque obitus ejus determinatè habetur; exceſſiſſe tamen vel anno 1373. vel in fine præteriti 1372. facilè colligi poteſt ex ſucceſſoris Eleazarii electione.



XLV. a De ... 43. ELEAZARUS a de Sobrano, Guillelmi Ariani Comitis & Franciſcæ de Celano filius quartò genitus, nepos S. Eleazarii; nobiliſſimæ ſuæ gentis Sobranæ opibus Florenti Caſtellorumque, ac Toparchiarum veteri dominatu, tum apud Salyos, tum inter Apulos inſulæ ac purpuræ ſplendorem addidit. Is juvenis bonæ indolis ſcholaris, ſed ſæcularibus vitiis innodatus ad meliorem frugem converſus à Diva Brigitta, optimam ab ea vivendi formam accepit, quæ in lib 7 revelationum cap. 5. refertur: Igitur Brigittæ ſanctis admonitionibus eruditus Eccleſiaſticam vitam amplexus, literis exornatus poſt aliquot annos à Gregorio XI. Vitali demortuo datus eſt ſucceſſor Nonis Septembris 1373. quo anno Brigitta ad Cœlum evolavit, ejus mentio pluribus documentis habetur in Eccleſiæ tabulario, inter quæ in uno ab ipſo ſubſcripto ejus gentilitia viſuntur in rubea cera inſculpta, Leo nempe reptans corona decoratus. Habuit Vicarium virum egregium Clementem de Dicivano, cujus doctrina, & in agendis prudentia exinde Teatinam Eccleſiam adminiſtravit annis ferè quinque; ab Urbano VI. inter Presbyteros Card. cooptatus eſt anno 1378. ad titulum S. Balbinæ, factuſque S. R. E. major Pœnitentiarius: quamobrem Clemens VII. Pſeudopontifex Epiſcopatu Teatino privavit, eique ſuffecit quendam Thomam Brancaccium, quem auctoritate Reginæ Joannæ conatus eſt in Teatinam Eccleſiam intrudere; Verum obſtante ſincera Teatinorum devotione in Urbanum, haud obtinuiſſe viſus eſt Eccleſiæ jura, ex tenore quarundam literarum Clementis ad Reginam, quæ repertæ ſunt in tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

Ciaconius Oldoini t. 2. col. 647


Cariſſima in Chriſto filia.

Fide dignorum relatu percepimus non modicum diſplicenter, quod in civitate tua Teatina nonnulli licet clericali charactere inſigniti, perditionis & temeritatis alumni, ſuæ ſalutis immemores, in tantam furoris proruperunt audaciam, & ut proprius loquar, nefandam veſaniam, quod nos & aliquos fratres noſtros Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, nonnulloſque Prælatos, ac viros aliàs magni ſtatus Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, noſtros, ac Tuæ Serenitatis fideliſſimos ſervitores prophana voce excommunicatos denunciare proceſſuſque & varios, ut ita loquamur, exceſſus factos per illum Belial filium Bartholomæum Preguanum, olim Barenſem Archiepiſcopum, qui Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, & Petri Sedem quantum in eo eſt, fœdare, & inconſutilem Dei tunicam, ardore ambitionis accenſus, nullum ad Deum habendo reſpectum, lacerare conatur. In dicta civitate Teatina in Campanili Majoris Eccleſiæ prædictæ Civitatis, in quo aliqui eo nefandiſſimis prælibatis ſe baliſtis, & aliis armorum generibus munientes; candelis accenſis & extinctis, & noctis præſertim tempore, publicare non ceſſant in ſponſæ noſtræ, noſtrumque vilipendium, atque tui Regalis faſtigii vituperoſum contemptum, & ſceleri non ſuccurratur remedio, perniciosum exemplum. Inter quos caput facinoris eſſe dicitur quidam Clemens nomine, ſed Demens effectu, qui Vicarius fuit Elzarii de Sobrano olim Epiſcopi Teatini Anticardinalis in reprobum ſenſum dati, quem juſto judicio Epiſcopatu privavimus, pro quo dictus Demens adhuc nititur Eccleſiam retinere, & venerabilem fratrem noſtrum Thomaſium Brancacium electum Teatinum, cui de dicta Eccleſia providimus, nititur impedire. Quapropter cum iſta non intendamus, ſicut nec poſſumus, nec debemus aliqualiter ſub diſſimulatione tranſire, præfato Electo commiſimus, quod contra omnes adhærentes præfato Bartholomæo intruſo in dicta civitate & Diœceſi Teatina procedat, ut in noſtris Bullis Apoſtolicis proinde confectis latiùs continetur, & ut noſtra mandata liberiùs exequatur, Celſitudinem Tuam per noſtra Apoſtolica ſcripta requirimus, & hortamur, ut eidem Electo tui potentis ſecularis brachii auxilium

Digitized by Google

prompto ſavore impendas & impendi mandes, dilationibus omnibus procul jactis. Nihilominus, ut prædictorum & aliorum eidem intraſo adhærentium nefandiſſima ſcelera celerius compeſcantur, Tuæ Serenitati committimus, quod per te & officiales tuos, prædictos adhærentes, & conſimiles, qui ſunt tam nefando ſcelere inquinati, cujuſvis Ordinis, gradus, ſeu dignitatis exiſtant, capi facias, abſque eo quod tu, ſeu officiales tui, ſeu illi, quibus commiſeris, ſententiam excommunicationis aliqualiter incurratis, quin immo Altiſſimi gratiam, benedictionemque noſtram meritò habituri. Quocirca Serenitatem Tuam, de qua gerimus ab experto fiduciam pleniorem, requirimus per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti, at contra dictos ſceleratiſſimos adhærentes ſic dexteram tuæ potentiæ extendas, quod prædictorum nequitia conteratur, & alii exemplo eorum territi diſcant à talibus abſtinere.

Hæc ibi, quæ ad hæc illuſtranda tempora in eo præcipuè, quod ſpectat ad Schiſmatis hiſtoriam mirificè conferunt. Thomas ille Brancacius, de quo in litteris Clementis, extat etiam mentio anno 1379. die 19. Martii in lib. obligat. ejuſdem Clementis. Hic cum Abbate Maſſello Caracciolo à Cardinale Gentili de Sangro Urbani Legato Neapolim ductus, cum Leonardo de Giſano, ac Jacobo de Itro Cardinalibus Clementis Pſeudopontificis publicè in Eccleſia S. Claræ Cardinalitiis veſtibus & Epiſcopalibus exutis, ſchiſma abjurare cum iis coactus eſt die 4. Septembris 1382. Verùm qua cauſa deinde Eleazarus ab Urbano rubeo pileo, & omnibus dignitatibus privatus fuerit anno 1385. nuſquam invenio, niſi fortè fuerit propenſio, quam habuiſſe legitur ad Joannam Reginam, cui addictiſſimus erat Ludovicus Ariani Comes ejus frater, implacabilis Caroli III. Regis inimicus. Poſt hæc Acta ipſius ignoramus. Supervixiſſe tamen Urbano, tabulæ ejus teſtamenti anno 1394 ab ipſo conditæ docent, ſi vera ſunt quæ refert Paulus de Angelis in deſcriptione Liberianæ Baſilicæ; undè vel eo anno 1394 vel paulo poſt illum naturæ debitum ſolviſſe dicendum eſt. Non eſt autem hic reticendum, quod pertinere videtur ad laudem doctrinæ & pietatis ejus. Siquidem anno 1379. unus fuiſſe reperitur eorum ſeptem Cardinalium, quos Urbanus Papa examini canonizationis S. Brigittæ præpoſuit, quam Eleazarus ab adoleſcentia dilexit, & coluit, ejuſque conſilia in vita rectè inſtituenda ſemper complexus eſt, & Catherinæ Brigittæ filiæ, ut illa Apoſtolica authoritate ad Sanctorum numerum adjungeretur, operam danti ſedulo præſto fuit. Patruum habuit Eleazarus, alterum hujus nominis Eleazarum Ariani Comitem, qui, cum Delphina Virgo Sanctiſſima caſtitatem coluiſſet, Pariſiis, ubi à Roberto Siciliæ Rege, & Provinciæ Comite ablegatus ad Carolum Francorum Regem cognomento Specioſum in habitu Franciſcano anno ætatis ſuæ 28. ſalutis 1323. die 27. Septembris ad cœleſtis Regni præmia beatiſſimo fine quievit, apud Minores Pariſienſes primò ſepultus, eodemque anno, ut præceperat Aptam Juliam translatus eſt in Ædem D. Franciſci, magnis in via coruſcans ſignis divinæ clarificationis. Sponſum deinde poſt annos plurimos ſecuta eſt Delphina eodemque tumulo recondita. Anno poſt ab Sancti Eleazarii tranſitu, mortales exuvias reliquit Guillelmus ejus patruus, S. Victoris Maſſilienſis Abbas, & Dienſis Epiſcopus, magnæ innocentiæ & virtutis Præſul, ille idem, qui nepotem ſanctis inſtituerat diſciplinis. Porrò qui primus in Neapolitano Regno Suberanam nobiliſſimam gentem diſſeminavit, Ermengardus fuit, filius Eleazarii, vir in Provincia Provinciæ potens, quem ſecum duxit Carolus primus utriuſque Siciliæ Rex, & Ariani Comitem, & Puteoli Dominum fecit anno 1294. Obiit anno 1310. ſuoſque reliquit filios Eleazarum, qui Sanctus Guillelmum & Euſtaſium. Guillelmus uxorem habuit Robertam Bernardi Sangiorgii Comitis Apicii filiam, eaque defuncta duxit Franciſcam de Celano, ex quibus ſuſcepit Ludovicum, Armenzanum, Joannuccium, & Eleazarium Epiſcopum Teatinum, & Cardinalem. Ludovicus primogenitus Comes fuit Ariani, & Aſculi vivente patre Guillelmo, uxorem duxit Mariam Richardi Marzani filiam, qua demortua, alteram duxit Margaritam Sanſeverianam, ex qua ſuſcepit Ermenganum Ariani Comitem: ex Ermengano, & Catherina Arcuccia nati ſunt Ludovicus Ariani Comes, & Algioſus; Ludovici filius fuit Ermenganus Septimus Ariani Comes, & ultimus ex Suberana gente, qui uxorem habuit Altobellam Caraſam, & à Joanna II. Regina Comitatu Arianenſi ſpoliatus fuit anno 1415. ſicque nobilis hæc familia in Regno Neapolitano deſiit eſſe, nec ulla alia de ea reperitur memoria. Hæc de Eleazarii noſtri Epiſcopi gente, deque ejus Actis ſatis ſit dictum, qui majorem cognitionem de ea haurire deſiderant, Carolum de Leliis adeant, de nobilibus familiis Regni Neapolitani. De Sancto Eleazaro agunt Andreas Sauſay in Martyrologio Gallicano die 27. Septembris, Ferrarius in Catalogo ad hunc diem, ac bo. mem. noſter Lucas Wading. in Annal. Minor. tom. 3.



44. JOANNES de Comina, nobilis Civis Teatinus, Monachus ſancti Benedicti expreſſe profeſſus, Abbas ſancti Liberatoris de Majellano ejuſdem Ordinis ſucceſſit immediatè Eleazario inter Cardinales relato, ad hanc dignitatem vocatus ab Urbano VI. ann 1378 ut ex lib. oblig. Bonifacii IX. habetur. Jam inauguratus erat die 19. Martii 1379. & ſequenti anno Commiſſarius Apoſtolicus declaratus in Aquilana Diœceſi ab eodem Urbano, ut indicat liber de diverſis formis ejuſdem Pontificis. Varia fortuna hanc rexit Eccleſiam, ſæviente tunc ſchiſmate inter Urbanum, & Clementem VII. Caroli III. valdè charus fuit, cujus favore, & auxilio ſectatores Pſeudopontificis à Teatina Eccleſia exulare coegit. Coluit ſummo amicitiæ vinculo innodatus Neapoleonem Urſinum egregium Comitem Monopelli, Regni Siciliæ Magnum Logothetam, ejuſque teſtamento anno 1385. die 3. Junii teſtis fuit, & executor cum fratre Amplo Epiſcopo Legovicenſe, Agnete Sanſeverina Comitiſſa uxore, & Leone Jordano filio ſuo: Joannes verò Epiſcopus noſter, ut chartæ loquuntur, & lib. Proviſ. Prælat. habet, pervenit ad annum 1396. quo apud ſuam Eccleſiam mortalitatem exuit. XLVI



XL VII. 45 GUILLELMUS Catbonus *a*, Neapolitanus, nobili gente ſatus, frater germanus Franciſci Cardinalis Carboni, ex Archidiacono Aquilejenſi vir eximie doctus, ac prudentiſſimus eligitur in ſucceſſorem Epiſcopi Joannis à Bonifacio IX. anno 1396. 15. Kalend. Septemb. hic autem cum anno 1398. ad Curiam Romanam iter haberet, à Landulpho de Columna captus, ſpoliatus, & in dedecori carcere mancipatus, quamobrem Bonifacius indignatus Landulphum diris devovit, quouſque Guillelmum liberum dimitteret, eique omnia ablata reſtitueret; liber igitur factus Guillelmus, ut erat vir manſuetus, & pius, à Pontifice perſecutori ſuo veniam impetravit, qui cum Eccleſiam Teatinam mira dexteritate, & fructu per multos annos adminiſtraſſet, effudiſſetque propemodum opes in pauperes à Joanne XXIII. creatus eſt Presbyt. Card. ad titulum S. Balbinæ anno 1411. & commendatam habuit S. Mariæ de Ataboa ſuæ Diœceſis Abbatiam. Hujus non meminere Ciaconius, neque Panvinius; fuiſſe tamen Guillelmum Cardinalem creatum ab Joanne docent literæ Martini V. Papæ, quibus tranſtuliſſe affirmat, Nicolaum Spoletanum Epiſcopum ad hanc Teatinam Eccleſiam vacantem per aſſumptionem olim Guillelmi Epiſcopi, qui à vinculo Teatinæ Eccleſiæ abſolutus à Baltaſſare tunc Joanne XXIII. ad Cardinalatus honorem aſſumptus fuerat, Datum Mantuæ Kalend. Februar. ann. 2. literæ extant in lib. de diverſis formis Martini V. fol. 233. Cæterùm quo anno Guillelmus Cardinalis fato functus fuerit, quove in loco, incertum; putatur tamen illum obiiſſe Neapoli ante creationem Martini V. ac ſepultum juxta fratrem ſuum Franciſcum Epiſcopum Cardinalem Sabinenſem, cum Capitulum Neapolitanæ Eccleſiæ quotannis celebret anniverſarium Guillelmi die 22. Novembris, quo die potuit obiiſſe. Fuit Guillelmi aliquando Vicarius quidam frater Franciſcus Ord. Minorum olim Epiſcopus Urbini, de quo memini me in Præſulum Urbinenſis Eccleſię ſerie perpauca dixiſſe, nec illum fuiſſe ea eo Ordine Minorum, ſed tantùm intruſum in ea Eccleſia à Clemente VII. Pſeudopontifice quoad utique verum fuit, & ab ea expulſus ab Urbano VI. tamen ille jam conſecratus titulum retinuit, & mendicare coactus eſt, vicem agendo Guillelmi in Eccleſia Teatina. Hic anno 1399. indulgentiam elargitus eſt Eccleſiæ ſancti Laurentii Caſtri Gipſii hoc cuſo diplomate.

a De eo Ciaconius Ildeimi t. 2. col. 809.

Frater Franciſcus Ordin. Minorum profeſſor; olim Epiſcopus Urbinenſis, Generalis Vicarius Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini Domini Franciſci miſeratione divina tit. ſanctæ Suſannæ Presb. Cardinalis Commendatarii venerabilium Monaſteriorum Sancti Joannis in Venere, & Sancti Liberatoris de Majella, ac ſpecialis Vicarius Reverendi in Chriſto Patris, & Domini Domini Guillelmi Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Teatini.

Pia Mater Eccleſia de animarum ſalute ſollicita devotione fidelium per quædam munera ſpiritualia, remiſſiones ſcilicet, & indulgentias invitare conſuevit ad debitum famulatus honorem Deo, & ſacris Ædibus impendendam, ut quanto crebriùs, & devotiùs illuc confluit populus Chriſtianus aſſiduis Salvatoris gratiam precibus implorando, tanto celeriùs delictorum ſuorum veniam, & gloriam Regni cœleſtis conſequi mereatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia S. Laurentii poſita in Territorio Caſtri Gipſii in contrata viæ molendini, & at congruis honoribus frequentetur & à Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam acceſſerint in feſto S. Laurentii devotè viſitaverint in die prædicto quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis in Domino miſericorditer relaxamus Datum in Caſtro Gipſii die 20 menſis Julii, ſeptimæ Indictionis ſub noſtro Pontificali ſigillo, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri Domini Bonifacii divina providentia Papæ Noni Anno x. Amen.



46. NICOLAUS de Vivianis de Ceperano, Epiſcopus Spoletanus, ad hanc Teatinam Eccleſiam translatus eſt à Martino V. Papa Kalend. *b* Febr. ann 1419. ſucceſſit immediatè Guillelmo; etenim cum Joannes XXIII. ad purpuram vocaiset Guillelmum ad titulum S. Balbinæ tunc Teatinum Epiſcopum, atque proviſionem hujuſce Eccleſiæ ſibi ſpecialiter ea vice reſervaſſet, antequam Epiſcopum deſignaſſet in Conſtantienſi Concilio à Papatu depoſitus eſt, atque privatus; eidem ſucceſſit Martinus V. qua tempeſtate cum à nonnullis in dubium revocatum fuiſſet, an aliquis, præter Romanum Pontificem, proviſionem Eccleſiarum facere poſſet, ut etiam aliarum tunc vacantium promotionem, declaravit Martinus hæc tantum ad Romanum Pontificem ſpectare, quamobrem Eccleſiis tunc viduatis providit, & ad hanc Teatinam tranſtulit Nicolaum virum pacis, ac tranquillæ vitæ ſtudioſiſſimum, ex diplomate ejuſdem ad Clerum, populumque Teatinum de translatione Nicolai, Mantuæ, pontif 2. ſcripto die & anno ſupra relato. Servatur diploma in tabulario, Guillelmi quidem Carboni Cardinalatus locupletiſſimum teſtimonium, ac nobile documentum. Nicolao verò Præſule propè Teatem anno 1420. Teatinorum munificentia fundatus eſt Conventus S. Andreæ Ordin. Minorum à venerabili viro fratre Dominico Januenſi, divini verbi diſertiſſimo Prædicatore, qui ibidem poſt aliquos annos defunctus. Sedit Nicolaus in hac Teatina Eccleſia ſumma cum laude, & pari utilitate, ac commodo ann. 9. Romæ defunctus eſt anno 1428. Sepultus in Eccleſia Sanctę Mariæ Majoris, ubi adhuc in marmorea tabula cum effigie jacentis Epiſcopi legitur inſcriptio prætereuntium pedibus penè corroſa & antiquata, integrum exſcripſit Laurentius Schrader in lib. monumentum Italiæ fol. 151. XL VIII.

b 18 v. Kal. Febr.

Hic

Hic jacet Dominus Nicolaus de Vivianis de Ceperano venerab. Epiſcopus Teatinus, & Audientiæ Contradictarum Auditor, cujus anima requieſcat in pace. Qui obiit anno Domini MCCCCXXVIII. *die Sancti Leonardi.*



XLIX 47. MARINUS de Tocco, civis Teatinus, Juris utriuſque Doctor ſui ævi celeberrimus, Romanæ Rotæ Auditor fuit, Epiſcopus evaſit Aprutinus ſub Gregorio XII. translatus indè à Martino V. ad Recanatenſem, & Maceratenſem Eccleſias ann. 1418. poſtea eodem jubente Martino anno 1419. Id. [a] Januarii ad patriæ Sedem regendam tranſitum fecit. Hic eodem anno, ut habet Indiculus noſter, in executione commiſſionis Joannis Archiepiſcopi Neapolitani olim de mandato Joan. XXIII. contra Franciſcum de Riccardis, qui indebitè occupatat & detinebat Caſtra Montis Sylvani & Furcæ, quæ idem Pontifex menſæ Epiſcopali Teatinæ incorporaverat, ne amplius alienari poſſet. Dimiſit tandem idem Franciſcus ipſum Caſtrum Montis Sylvani Eccleſiæ Teatinæ anno 1431. & abſolutus fuit ab excommunicatione, iterumque mandante Eugenio IV. Caſtrum ipſum in emphyteuſim accepit ab ipſa Teatina Eccleſia. Sequenti anno nobile ſepulchrum conſtruxit, ac Altare Divi Juſtini Epiſcopi, & Confeſſoris in Cathedrali, ubi repoſuit ſacra ejuſdem Divi Protectoris Lipſana, ad rei memoriam carmina in marmore in eo inſcribi fecit, quæ ſupra relata leges in Juſtino. Exceſſit Marinus anno 1438. quem in Epiſcopis Maceratenſibus tom. 2. patria Venetum ex incogitantia fuiſſe ſcripſimus, cum revera ex familia de Tocco Teatina natum accepimus ex monumentis, cujus inſignia ſunt illa quæ hic appoſuimus. Marini quoque ætate vixit Bartholomæus de Tocco, ejus affinis, Epiſcopus Valvenſis, & Sulmonenſis, non Neapolitanus, ut in Catalogo Epiſcoporum earum Eccleſiarum monuimus, ſed Teatinus, qui jacet in Cathedrali Sulmonenſi eo epitaphio exarato, quod ibidem exſcripſimus, ubi inſignia Tocchæ gentis ſpectantur, ea ſiquidem, quæ Marino fuerunt. Hoc dictum velim, ut errata noſtra, quæ candidè fatemur, prudens corrigat lector.

[a] Sept. Id. Januar.

L. 48. JO. BAPTISTA de Bruna, Sacri Apoſtolici Palatii Auditor, demortuo Marino ſucceſſit, electus ab Eugenio IV. anno 1438. 9. Kal. Novemb. ita in Actis Conſiſtorialibus ejuſdem Pontificis habetur. Interfuit ſequenti anno Florentino Concilio, ubi electus, & confirmatus Teatinus Epiſcopus ſe ſubſcripſit. Hanc Eccleſiam adminiſtravit plus minus ann. 7. eamque nondum conſecratus dimiſit anno 1445. ut in iiſdem Actis Conſiſtorialibus Eugenii IV. legitur.



49. COLANTONIUS Valignanus [b] Teatinus, nobili gente natus, ex Abbate Commendatario S. Salvi ad clavum Teatinæ Eccleſiæ venit ex ceſſione Joannis Baptiſtæ electi, ut patet ex Actis Conſiſtorialibus Eugenii IV. an. 1445. Idibus Martii, cujus honorificè meminit Blondus in Italiæ illuſtratæ libro; tametſi corruptè ex Bolegnanorum familia pro Valignanorum ſcribat. Litem habuit cum Præpoſito Terræ Gypſii, qui jura Epiſcopalia, tanquam anteceſſoribus ſuis ab Epiſcopo Andrea olim conceſſa anno 1118. contendebat: qua etiam tempeſtate contra Franciſcum de Riccardis de Ortona pro feudo Caſtri Sylvani in Romana Curia decertavit, tulitque favorabilem ſententiam ad Eccleſiæ ſuæ favorem anno 1454. Erat Valignanus ob præclaram prudentiam, & rerum politicarum experientiam Regi Alphonſo in paucis charus, pro quo diu apud Rempublicam Venetam Oratoris munere functus eſt, quo tempore plures tam ſacros, quam profanos libros à propriis originalibus exſcribere fecit per Conſalvum domeſticum ſuum, & Teatinum doctum Canonicum, quos dono dedit Eccleſiæ ſuæ. Fecit etiam pulcherrimum calicem aureum conflari, qui adhuc in hac Eccleſia ex pia ejus liberalitate viſitur cum argenteo vaſculo ad ſacra olea aſſervanda. Epiſcopales ædes auxit & ornavit, adjuncta præcelſa Turri à fundamentis ad Civitatis decorem, Epiſcoporumque commoditatem, ubi hæc inſcriptio legitur. LI.

[b] De eo in opere Genealogia della famiglia Valignani, p. 140.

Ad Civitatis, & patriæ ſuæ decorem Colantonius Antiſtes has ædes fieri fecit anno redemptionis humanæ MCCCCLXX.

Eo quoque Præſule factam fuiſſe apparet imaginem argenteam S. Juſtini Epiſcopi cælati operis à medio ſurſum, quæ hodie viſitur, cum à tergo legatur:

Hoc opus fecit magiſter Nicolaus de Guardia Gilts anno ſalut. MCCCCLV.

Quo etiam tempore fores Cathedralis magnificentiſſimè extructæ fuerunt, marmoreis ſtatuis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, S. Thomæ Apoſtoli, ac S. Juſtini Epiſcopi exornatæ, & Sanctorum Martyrum corpora Leguntiani, & Domitiani die prima Julii 1466. recondita fuerunt ſub Altare Nativitatis Domini in eadem Cathedrali Eccleſia. Nicolai aliquando ſuffraganeus fuit Nicolaus Epiſcopus Florentinenſis ex nobili familia de Podio, qui pro gentilitiis ſtemmatibus gerebat figuram Agnus Dei retroſpicientis & dextro pede Crucis vexillum deferentis. Acta Colantonii Præſulis non excedunt annum 1487. quo, vel initio ſequentis, exceſſit. In Cathedrali, ſuorumque Valignanorum ſacello ſepultus traditur.

A



XLII. 50. ALPHONSUS de Aragonia, Ferdinandi I. Regis Neap. filius nothus, Teatinorum Pontifex fuit adlectus ab Innocentio VIII. die 27. Feb. 1488. Sedit aooos octo, eoque munere ſe abdicavit nondum conſecratus anno 1496. Iotcrfuerat antea coronationi Alphooſi II. Regis fratris ſui die 2. Maii 1494. ſolemoi pompa celebratæ cum pluribus aliis Regni Præſulibos. Io adminiſtranda Eccleſia iſta uſus eſt Alexandro de Marra Archiepiſcopo S. Severioæ, & Jacobo de Maineriis Epiſcopo Adrivalenſi. Cæterum poſt ſuam abdicatiooem voluntariam, quid egerit Alphooſus, vel quando, quove in loco obierit, incerrum; certum tamen fuiſse Ferdinandi I. filium, & Alphonſi II. fratrem indicant plura monumenta, tum Eccleſiæ Teatinæ, tum regii regeſt. in quibus Alphonſum Regis filium vivente Ferdinando, deiode regnante Alphonſo II. Regis fratrem, & Teatinum Epiſcopum ſe ſe denominat.

B

LIII. 51. JACOBUS de Bacio, Neapolitanus, vir nobilis, & utriuſque juris eximius Doctor, perſpicua ſapientia præditus, ex ceſſione Aragonei adlectus eſt Epiſcopus die 16. Novemb. 1496. vix annus ſecundus fluxerat à ſua inauguratione, cum vocaretur ad tumulum, boni, piique Paſtoris ſama relicta.

LIV. 52. OLIVERIUS Cardinalis Carrafa *a* hanc Eccleſiam commendatam accepit ab Alexandro VI. die 2. Feb. 1499. quam ad favorem Bernardini nepotis, cum regreſſu tamen, reſignavit die 20. Decembris 1501. De Oliverio plura leges ſupra in Archiepiſcopis Neapolitanis.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 1099.



LV. 53. BERNARDINUS Carrafa Oliverii Cardinalis ex fratre nepos, miles, & Prior Neapolis Ordinis Hieroſolymitani, ex patrui reſignatione adlectus eſt Epiſcopus Teatinus die 20. Decemb. 1501. ſub Julio II. evaſit Patriarcha Alexandrinus anno 1503. Neapoli obiit deſignatus Archiepiſcopus Neapolitanus anno 1505. jacet in Sacello S. Stephani Eccleſiæ S. Dominici nobili tumulo, quem Hieronymus ejus frater excitavit, & inſcriptione ornavit in huoc modom.

Oſſibus & memoriæ Bernardini Carafæ Epiſcopi, & Comitis Teatini Patriarchæ Alexandrini poſitum Hieronymus Carafa fratri unanimi fecit. Vixit annos
XXXIII.
Morte judicante ſatis eum vixiſſe diu cui nihil ad ullam vel virtutis, vel prudentiæ, aut literarum laudem addi ulterius poſſet, contra graviter conquerente fortuna abreptam ſibi facultatem ampliſſimi honoris, quem jam apparaverat illi deferendi, fato functus eſt anno ſalutis Chriſtianæ M. D. V,

Bernardino Patriarchæ Alexandrino librum de honeſta diſciplina inſcripſit Petrus Crinitus. Poſt Bernardini obitom ratiooe regreſſus Teatina Eccleſia ad Oliverium Cardin. rediit, is poſt pauco; menſes iterum, eam in Joannem Petrum nepotem transferendam curavit.



C

54. JO. PETRUS Carraſa, alter ex fratre nepos Oliverii Cardinalis, vir ſingularis iotegritatis, doctrinæ, tantæque ſinceritatis, ut in eo egregias cadentis patrui virtutes reviviſcere viderentur, quibus omoium hominum amorem & gratiam com promeruiſſet, ex Canonico Neapolitano, Juliique II. Papæ Cubicolario, Epiſcopus Teatious pronunciatus eſt die 30. Julii 1505. mox Apoſtolicus Nuncius Neapolim ad Ferdinandum Regem Catholicum miſſus poſt annum Teatem orbem ſolemni ritu ingreſſus eſt die 20. Junii, eamque Eccleſiam iis virtutibus regendam ſuſcepit, quæ ſacrum Antiſtitem viderentur decere. Cleri diſciplinam ex Paſtorum abſeotia ſere collapſam, ſummo labore, & charitate, ſooque exemplo reſtituit, ſæcolariumque prolapſos mores reparavit, adeòque omnia bene cooſtituit, ut brevi tempore Eccleſiam ſuam optimè inſtitutam haberet, ac ſi tum primùm priſcorum Antiſtitum ſeliciora tempora renaſci cenſerentur. Romam poſt aliquot annos revertitur, & Concilio Laterano inter Patres aſſedit, ſeoteotiaſque graviſſimas dixit Leone X. Pontifice, à quo in Angliam ad Regem Nuncius delegatus, tres omninò annos eo io munere conſumpſit. Exacta legatione io Hiſpaniam cum Caroio Auſtriaco mox ſuturo Imperatore trajecit, probata interim ejus virtute, à Conſiliis Regiis, & Regii Sacelli Præſectus renunciatus eſt, auctuſque opimo Brunduſino Sacerdotio, ad id translatus à Leone die 21. Decembris 1518. cum retentione prioris Eccleſiæ Teatinæ. Io Italiam regreſſus Brunduſinam Eccleſiam inviſit. Revocatus ad Aulam ab Adriano VI. apud ipſum & Clementem VII. ſucceſſorem gratia & auctoritate valuit; ſed inſtinctu divini ſpiritus, rerumqoe fluxarum contemptu, melioriſque vitæ affectu ad pedes Clementis VII. Pontificis die 24. Auguſti 1524. infulas Teatinam, Brunduſioamque, ac cætera eccleſiaſtica beneficia bonaque ſæcularia abdicavit, pauciſque poſt diebus unà cum Cajetano Thieneo, Alexandro Colle, & LVI.

D

Paulo

Paulo Conſiliario in Vaticana Baſilica paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ vota emiſit, novumque Clericorum Regularium Ordinem bono Reipublicæ Chriſtianæ omine inſtituere cœpit, qui Teatini a Teate Civitate, cui Carrafa diù præfuerat, ſunt nuncupati. Ordinem approbavit Clemens anno 1528. cujus primus Præpoſitus adlectus eſt ipſe Carrafa, qui cum non ſemel honores ex humilitate detrectaſſet, obedientia tandem victus, purpuram accepit ad titulum S. Clementis a Paulo III. anno 1535. qui ei Eccleſiam Teatinam olim ab ipſo dimiſſam tunc paſtore vacantem reddidit an. 1537. mox translatus ad Neapolitanam, illam dimiſit. Demum cum eſſet Epiſcopus Cardin. Oſtienſis renunciatus eſt Summus Eccleſiæ Pontifex an. 1555. Paulus IV. appellatus. De quo legendi Caracciolus, Caſtaldus, Sylos, aliique, qui vitam ejuſdem abundè ſcripſerunt. Et nos ſupra de eo egimus in Archiepiſcopis Neapolitanis.

TEATINI
ARCHIEPISCOPI.





LVII 1. FELIX Trophinus, Bononienſis, vir integer & ſingularis probitatis ab intimo cubiculo Clementis VII. Carrafæ ſufficitur die 24. Auguſti 1524. quem non multò poſt idem Carrafa ſolemni ritu Romæ conſecravit die 31. Auguſti. Poſſeſſionem verò adipiſcitur per procuratorem die 9. Octobris. Is fuit ultimus Epiſcopus, & primus Archiepiſcopus Eccleſiæ Teatinæ. Etenim an. 1526. Clemens ipſe VII. Pontifex ad Caroli V. Imper. & Teatinæ Civitatis preces, Cathedralem Teatinam meritis multis decoratam in Metropolitanam erexit, attributis Suffraganeis Lancianenſi, Pennen. & Adrienſibus Epiſcopis, ac Felicem Epiſcopum Datarium ſuum, fide & probitate morum virum clariſſimum, ſibique gratum primum Archiepiſcopum creavit, ut in ſequenti diplomate erectionis Archiepiſcopatus legitur ab exemplari exſcripto.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Super univerſas Orbis Eccleſias, ex diſponente, qui cunctis imperat, & cui univerſa deſerviunt, meritis licet imparibus conſtituti, levamus in circuitu agri Domini:t oculos noſtræ mentis more vigilis Paſtoris inſpecturi, quid Eccleſiarum ipſarum ſtatui congruat, quid operis circa illas, earumque ſtatum proſperum, & felicem impendi debeat, & divino fulti præſidio, quo cuncta ex ſui benignitate pro populorum ſuorum Chriſtifidelium ſalute diſponit ad ea, quæ ſtatui Eccleſiarum hujuſmodi congruunt, noſtri miniſterii partes utiliter intendere curamus, prout, in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè attendentes, civitatem Teatinam in centro Provinciæ Aprutii. Regni Siciliæ citra Pharum, quæ amplitudine celebris foris & infra ſe novem civitates, & quamplurima oppida, & caſtra, ac ob eius excellentiam proprium Viceregem habere dignoſcitur, conſtitutam, ac totius Provinciæ caput. Nec non à claræ memoriæ Regibus Siciliæ, qui pro tempore fuerunt, pluribus privilegiis munitam eſſe, & in ea regios Auditores reſidere, Baroneſque ipſius Provinciæ pro illius tractandis negociis congregari conſueviſſe, ac Eccleſiam Teatinam, cui venerabilis frater Felix Epiſcopus Teatinus Prælatus noſter domeſticus præeſt inter alias ipſius provinciæ Cathedrales Eccleſias, inſignem, & notabilem, ac metropolitica prælatione dignam meritò exiſtere. Nec non dilectos filios Communitatem ipſius Civitatis Teatinenſis propterea pro augumento dotis menſæ Epiſcopalis ejuſdem Eccleſię Teatinæ redditus annuos trecentos ducatos monetæ dicti Regni, ſeu certam pecuniarum ſummam pro dictorum annuorum redditi um emptione aſſignare paratos exiſtere, ex his & nonnullis aliis rationibus. & cauſis moti, habita ſuper iis cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ad Omnipotentis Dei laudem, & honorem, nec non fidei Catholicæ exaltationem, prædictam Eccleſiam Teatinam, in Metropolitanam, cum Archiepiſcopalis dignitatis Juriſdictione, & ſuperioritate, ac Crucis delatione, ac aliis Metropoliticis inſigniis de fratrum eorundem conſilio, authoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, ac illi Lancianen. Pennen. & Adrien. Eccleſiarum Præſules pro tempore exiſtentes pro ſuis ſuffraganeis Epiſcopis, nec non dilectos filios Capitula Eccleſiarum, ac Clerum, & Populum Civitatum, & Diœceſis earundem pro ſuis Provincialibus, Clero, & populo ita quod Epiſcopi quoad omnia Metropolitica, & Archiepiſcopalia jura, ſuperioritatem, & juriſdictionem pro tempore exiſtentis Archiepiſc. Teatino ſubjecti ſint, & tanquam membra capiti obſequentes, & de Archiepiſcopalibus juribus reſpondere debeant, de ſimili conſilio, authoritate & tenore prędictis concedimus, & aſſignamus, nec non menſæ prædictæ redditus annuos pro illius dotis augumento hujuſmodi per eandem civitatem, ut prefertur, aſſignandos, ſeu pro illorum emptione ex pecuniarum ſumma per ipſos civitatem emendos aſſignanda, cum aſſignati, ſeu empti fuerint, ex nunc prout ex tunc, & è contra perpetuò applicamus, & appropriamus, Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contoaire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1526. Kal. Junii, Pontificatus Noſtri anno tertio. Tametſi Pennenſis Eccleſia attributa fuerit in Clementis diplomate Teatinæ Eccleſiæ Suffraganea, & Metropolitico jure ſubjecta, nihilominus Pennenſis Epiſcopus, qui unum Romanum Pontificem ex privilegio immediatè venerabatur, ſubjectionem Teatinam ægrè ferens, ut priſcum illud jus ſuum tueretur, ad Clementem primum, mox ad Paulum III. confugit, atque poſt diutinam litem in Romana Curia exagitatam, jugum excuſſit, priſtinumque decorem recepit, iterumque Romanæ Sedi immediatè ſubjicitur anno 1539. hoc diplomate, quod ab exemplari exhibemus.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cætera, ad quæ ex commiſſi nobis divinitus Paſtoralis officii debito tenemur, illud propenſius cogitare nos convenit, per quod noſtræ proviſionis miniſterium Eccleſiæ ſingulæ, præſertim Cathedrales nobis & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectæ ac Chriſti fideles illis dediti ſublatis novarum inſtitutionum ſcandalis, in ſuis juribus & conſuetudinibus præſerventur. Dudum ſiquidem fel. rec. Clemens Papa VII. prędeceſſor noſter attendens Civitatem Teatinam in centro Provinciæ Aprutinæ Regni Siciliæ citra Pharum, quæ amplitudine celebris, foris & infra ſe novem civitates & quamplura oppida & caſtra, ac ob ejus excellentiam proprium Viceregem habere dignoſcebatur, conſtitutam, ac totius Provinciæ prædictæ caput, nec non a claræ mem. Regibus Siciliæ, qui pro tempore fuerunt, pluribus privilegiis munitam eſſe, & in ea Regios Auditores reſidere, Baroneſque ipſius provincię pro illius tractandis negotiis congregari conſueviſſe, ac Eccleſiam Teatinam, cui bo. mem. Felix olim Epiſcopus Teatinus tunc præerat, inter alias ipſius Provinciæ Cathedrales Eccleſias inſignem, ac notabilem, & Metropolitica prælatione dignam meritò exiſtere, nec non dilectos filios Communitatem ipſius Civitatis Teatinæ propterea pro augumento dotis menſæ Epiſcopalis ejuſdem Eccleſię Teatin. redditus annuos trecentorum ducatorum monetæ dicti Regni, ſeu certam pecuniarum ſummam pro dictorum reddituum annuorum emptione aſſignare paratos exiſtere, ex his, & nonnullis aliis rationabilibus cauſis motus, habita deſuper cum fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus deliberatione matura, eandem Eccleſiam Teatinam in Metropolitanam cum Archiepiſcopalis dignitatis juriſdictione, & ſuperioritate, de fratrum eorundem conſilio, authoritate Apoſtolica erexit, & inſtituit, ac inter alias illarum partium Civitates, & Diœceſes, quas pro Suffraganeis eidem Eccleſiæ Teatinæ ſic in Metropolitan. erectæ aſſignavit Pennenſem Civitatem, & Diœceſim, ac Eccleſiæ Pennen. Præſulem pro tempore exiſtentem pro ſuo Suffraganeo Epiſcopo, necnon dilectos filios Capitulum Eccleſiæ, & Clerum, & populum Civitatis, & Diœceſis Pennen. pro ſuis Provincialibus Capitulo, Clero & Populo, ita quod ipſi quoad omnia Metropolitica, & Archiepiſcopalia jura, ac ſuperioritatem, & juriſdictionem pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Teatin. ſubjecti eſſent, & tanquam membra capiti obſequentes, & de Archiepiſcopalibus Juribus reſpondere deberent, conceſſit & aſſignavit, decernens ex tunc irritum & inane, ſi ſecus, ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, prout in ipſius Prædeceſſoris literis deſuper confectis plenius continetur, & deinde comperto quod Eccleſia Civit. & Diœc. Pennen. hujuſmodi ante erectionem, conceſſionem, & aſſignationem hujuſmodi erat eidem prędeceſſori, ac pro tempore exiſtenti Rom. Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubjecta, de quo in literis prædictis nulla extitit facta mentio, ac propterea tam tempore prædicti Felicis Epiſcopi, quàm etiam bon. mem. Guidonis, dum viveret, ac poſt erectionem hujuſmodi Archiepiſcopi Teatini etiam eodem prædeceſſore in humanis agente, Populo, & Clero Civitatis, & Diœceſis Pennen. hujuſmodi contra eaſdem literas, quoad concernebat illorum ac Eccleſiæ & Capituli Pennen. hujuſmodi præjudicium & intereſſe ſe opponentibus, literæ prædictæ quoad conceſſionem, & aſſignationem Capituli, Cleri, & populi Eccleſiæ & Diœc. Pennen. hujuſmodi adhuc effectum non habuerat; Quod prædeceſſor præfatus habita de præmiſſis informatione, conceſſionem, & aſſignationem ultimo dictas revocare, caſſare, & annullare, ſeu viribus à principio & ſemper caruiſſe, nullaſque & invalidas fuiſſe decernere & declarare propoſuerat. Nos quibus ex fide dignorum relatione de **A** *ipſorum Clementis prædeceſſoris propoſito, ac quod niſi idem Prædeceſſor morte præventus fuiſſet, illas omnino revocaſſet, quodque ex conceſſione, & aſſignatione, ac contradictione hujuſmodi non parva ſcandala exoriri poſſe formaliter, legitimè conſtat, conſiderantes etiam quod ſi idem prædeceſſor de exemptione Civitatis & Diœceſis Pennen. hujuſmodi informatus fuerat, ultimò dictam conceſſionem, & aſſignationem minimè fecerat, quodque juſtè, & rectè ac illarum revocatione procedere propoſuerat, ac ſcandalis hujuſmodi quantum in Deo poſſumus obviare & omnem fomitem diſſenſionum amputare volentes, ac ex certis aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, motu proprio, non ad alicujus alterius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon intuitu & contemplatione dilecti filii Octavii Farneſii Almæ Urbis Præfecti Ducis, ac dil. in Chriſto filiæ Margaritæ de Auſtria Duciſſæ Pennen. conjugum; qui etiam ſecundum carnem nepotes noſtri* **B** *exiſtunt, conceſſionem, & aſſignationem Capituli Eccleſiæ, & Cleri, Populi Civitatis & Diœceſis Pennen. hujuſmodi per eundem prædeceſſorem, ut præfertur, factas, erectione tamen prædicta alias in ſuo robore permanente, Apoſtolica authoritate tenore præſentium revocamus, caſſamus, & annullamus, & quatenus opus ſit, Capitulum, Eccleſiam, Clerum, & Diœc. Pennen. hujuſmodi ab Eccleſia & Archiepiſcopo Teatin. hujuſmodi ſubmiſſione, ſuperioritate, & juriſdictione abſolvimus, abdicamus, ſeparamus, & totaliter liberamus, ac ultimò dictas conceſſionem & aſſignationem caſſas, & nullas, & à principio fuiſſe & eſſe declaramus, ac ſuper illis etiam cum expreſſione cauſæ & litis, ſi qua deſuper forſan pendet, cujus ſtatum, nominaque & cognomina Judicum, & colitigantium præſentibus haberi volumus pro expreſſis, avocatione & extinctione prout præſentium tenore cauſam ad nos avocamus, & litem hujuſmodi penitus extinguimus & perpetuum ſilentium imponimus, Ac Eccleſiam, Capitulum, Cle-* **C** *rum, populum Civitatis & Diœceſ. Pennen. hujuſmodi in priſtinum, & eum, in quo ante conceſſionem, & aſſignationem ultimis diebus erat, ſtatum, etiam quoad omnes & ſingulos juris & facti effectus, etiam quacunque ſpeciali & ſpecifica expreſſione dignos reponimus, reſtituimus, & plenariè reintegramus, illoſque, quatenus opus ſit, ab ipſa Eccleſia Teatina etiam diſmembramus, & ſeparamus, ac præſentes literas ad probandum plenè omnia & ſingula ſupradicta in judicio & extra ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, nec in contrarium probationem admitti, aut illas de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis, vel quocunque alio defectu notari poſſe, ſicque per quoſcunque Judices judicari, diffiniri, aut interpretari debere, ſublata eis penitus aliter judicandi, diffiniendis, aut interpretandi facultate, & authoritate. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus premiſſis & noſtra de non tollendo jure quæ-* **D** *ſito, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Teatin & Pennen. Eccleſiarum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, caſſationis, annullationis, abſolutionis, & ſeparationis, liberationis, declarationis, voluntatis, abdicationis, extinctionis, impoſitionis, repoſitionis, reſtitutionis, reintegrationis, diſmembrationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo trigeſimo nono 15. Kalend. Auguſt. Pontificatus noſtri anno quinto.*

Cæterùm Lancianenſis Eccleſia, & ipſa attributa Teatinę Suffraganea, ſub Pio IV. Archiepiſcopali

di-

dignitate exornata anno 1562. Teatina Metropolis Suffraganeis viduata eſt, quouſque Pius V. anno 1573. Ortonenſem Epiſcopatum inſtituit, & eidem Teatino Archiepiſcopo Metropolitico jure ſubjecit. Unico igitur Epiſcopo Suffraganeo nobilitatur Teatinus Archipræſul, qui in primæva inſtitutione tribus condecoratus fuerat; ſed ad Felicem, redeamos; is cum plus minos annis tribus bene ſediſſet, Romæ fato functus eſt anno 1527. coi dicavit librum de ſortilegiis & hæreticis Paolus Grillandus.



LVIII 2. GUIDO Medices, Florentinus, patre Antonio, matre Vaggia del Bechuto, antiquo qoidem, ac nobili natus genere; ſed ſumma io rebus agendis prudeotia præditus aſſumitur, primùm ex Canonico Eccleſiæ Florentinæ in Epiſcopum Venuſinum, mox ad Teatioam Eccleſiam translatus anoo 1528 die 2. Janoarii. Abſens præſuit annis decem; tum quia ſub Clemente VII. Pontifice conſangoineo ſoo Arcis Adriaoæ Molis Præfectus ſoit, tum verò quia ejus promotio non placuit Carolo V. Imp. ob propeoſionem, quam Guido ad Gallos habebat; erat eoim Franciſco Regi cariſſimus. Habuit contentiones graviſſimas cum Clero, populoque Teatino, quibus aliquando compoſitis, redditus Archiepiſcopales dicitur recepiſſe. Moritor Romæ anun 1537. ſepelitur honorificè io Eccleſia S. Mariæ ad Minervam cum tali ioſcriptione.


D. O. M.

Guidoni Medici Patritio Florentino Theatino Archiepiſcopo, & ſub Clemente VII. Pont. Max. Adrianæ Molis Præfecto Fratres Conventus Minervæ tanquam de ſe bene merito Poſ. die xx. Junii MDXXXVII.

Romæ funeraverat Guido genitricem ſuam in Eccleſia S. Mariæ de Populo & elogio in marmore cohoneſtaverat, quod nobis contigit videre ante novam Eccleſiæ reſtauratiooem ita ſcriptum.

Vaggiæ Medicea de Beccutis, quæ vita integerrima acta in Cœlum rediens, quod terræ fuit, terræ reddidit.
Guido Medices Theatinus Archiepiſcopus Arcis Rom. Præfectus matri dulciſſ. mæſtiſſ. poſuit.
Vixit ann. LXX. obiit XVII. Kal. Auguſti MDXXVI.

A



B


3. JOANNES PETRUS Cardinalis Carraſa, a qoi antea bujus Eccleſiæ Epiſcopus fuerat, ejuſdem tertius Archiepiſcopus defuncto Guidone prononciatus eſt à Paulo III. die 20. Junii 1537. Abſens illam adminiſtravit ad annum uſque 1549. quo ad Neapolitanum Sacerdotium translatus, atque inde Paulus IV. Pont Max fuit, ſuffraganeum habuit io Teatina Eccleſia Scipionem Rebibam, illum, qoi ſub Julio III evaſit S.R.E. Card. In Aola Archiepiſcopalis Palatii Teatinæ Eccleſiæ hæc ad Carraſæ memoriam legentibus proſtat ioſcriptio. LIX.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 601. & ſeq.

D. O. M.

Jo. Petro Caraſa Eccleſiaſticæ diſciplinę vindici acerrimo, Ordinis Clericorum Reg. Theatino Epiſcopatu relicto, Fundatori in S.R.E. Cardinalium numerum adſcripto. Secundum Eccleſiæ Theatinæ Archiepiſcopo III. ad Summi Pontificatus Apicem evecto Pauli IV. nomine retento D. Paulus Toloſa ejuſdem Ordinis Archiepiſcopus XV. Domino & parenti optimo poſuit.

C



D

4. BERNARDINUM Cardinalem, b Maffeum tituli S. Cyriaci in Thermis, antea Epiſcopom Maſſaoum, virum egregium, Paulus III. transtolit ad Eccleſiam Theatinam die 9. Novemb. 1549. Sedit laudatiſſimè aonos 4. Deceſſit Romæ optimus, & loogiori vita digniſſimus Præſol, ex hac mortali ad immortalem vitam 17 Kal. Aug. 1553. ætatis ſuæ 39. atque io S. Maria ſuper Mioervam, ſacelloque ſuæ familiæ tumulatur, quem prælaudavimus in Epiſcopis Maſſanenſibus tom. 3. LX

b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 737.

5. MARCUS, ANTONIUS Maffeus, c Bernardini Cardinalis germanus frater, à Julio III conſtituitur quintus Teatinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus uno ab obitu fratris die 17. Julii 1553. Natus is erat anno 1521. In adoleſcentia ferè multis urbibus præfectus, deinde Conſiſtorialis Aulæ Advocatus, à Paulo III. electus, poſtea ioter Canooicos Lateraoenſis Eccleſiæ, pauló poſt Papæ lo Urbe Vicarii geſſit vices, Archiepiſcopus Teatinus renunciatus, Apoſtolicus Nuncius ad Poloniæ Re- LXI.

c De eo paritet Ciaconius Oldoini t. 3. col. 1058

gem

gem miſſus, poſtmodum Pii V. Datarius Baſilicæ Vaticanæ Canonicus in locum Achillis fratris præmortui. Denique ab eodem Pontifice galero purpureo tum literis, tum prudentia inſignis ornatur titulo S. Vitalis, mox S. Caliṡti, in Archiepiſcopatu tamen Teatino uſque ad annum 1568. non ſedit, ad eum verò bene gerendum antea Suffraganeum miſerat Franciſcum Monaldum Civem Teatinum, origine Etruſcum è Florentia Civitate, Archiepiſcopum Tarſenſem infeliciſſimi exitus miſerabile exemplum, quippe qui æmulorum quorundam dum ſacra Mileti celebraret, clam immiſſi ſubterranei cuniculi vehementiſſimo impetu ignis in altum exploſus interiit, cujus meminit Petrus Monaldus in lib. Originum familiarum Florentinarum.

Cæterum Maffeus Romæ vale dixit mortalitati 11. Kal. Septembris 1583. in Eccleſia S. Mariæ ad Minervam propè Bernardinum fratrem honorificè cum ſummo omnium ſuorum luctu ſepelitur, ſuperaddito ejus tumulo tali epitaphio.

D. O. M.

Marco Antonio
Hieronymi filio Maffeo
S.R.E. Presbytero Cardinali
Titulo Sancti Calixti
Vixit Annos LI. menſes XI. dies XXII.
Obiit 11. Kal. Septembris.
MDLXXXIII.

Marci Antonii meminit non ſemel laudatus Carolus Catharius in Advocatorum Conſiſtorialium Syllabo, ubi de Maffæa familia, ac Præſulibus ejuſdem eruditè ſcribit.

LXII — 6. JOANNES Oliva, *a* Peruſinus, Juris Utriuſque celeberrimus Doctor, ex ſua virtutum fama ad Archiepiſcopalem Sedem Teatinam evectus eſt a Pio V. die 12. Januarii 1568. munus conſecrationis accepit die 25. ejuſdem, pallio inſignitus 8. Febr. mox ad Eccleſiam ſuam profectus, cœpit illam ſollicitè adminiſtrare; ſed cum in corrigendis moribus, tollendis abuſibus, in eccleſiaſtica juriſdictione tuenda acerrimus vindex evaſiſſet, invidorum multorum indignationem incurrit, quamobrem ab eorum lingua doloſa apud Pontificem de quibuſdam criminibus inſimulatus, canonicè ſuam coactus eſt probare innocentiam, quam cum eximiè feciſſet, impios fugavit æmulos, & gratiam Pontificis promeruit locupletiorem. Ea innocentia conſpicuus, Eccleſiam Clero, ad veterem diſciplinam ex Tridentini Concilii legibus revocato, ac populo ad Chriſtianam pietatem informato, excitoq; & inſtituto Clericorum Seminario, eximiè ann. 9. adminiſtravit; laboribus tandem, & ſenio feſſus deceſſit ex hac lacrymarum valle menſe Octobris 1577. ſepultus in ſua Metropolitana Eccleſia.

a De eo Oldoinus in Athen. Auguſto.

LXIII. — 7. HIERONYMUS de Leonibus, *b* nobilis Anconitanus, Epiſcopus Sagonenſis in Corſica, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt à Gregorio XIII. die 25. Octobr 1577. exceptus omnium gratulatione, qui optimum futurum paſtorem præſagiebant, ſed mors importuna, eorum deſiderium tetra falce receſſit anno ſequenti, ſexto à tranſlatione ſua menſe, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

b De quo Saracenus in hiſt. Anconitana p. 312. Mendoſ.

LXIV — 8. CÆSAR Buſdragus, patritia familia Lucæ in Tuſcia natus, propria virtute, ac morum candore octavum ſibi locum inter Teatinos Archiepiſcopos vindicavit, translatus ab Alexana Eccleſia die 1. Aug. 1580. *c* nuper inventum corpus S. Eleuterii in Eccleſia S. Mariæ de Civitella honorificentius recondidit die 26. Decembris, & indulgentiam ſacra Lipſana venerantibus conceſſit, ſcripta brevi chartula ad futurorum memoriam.

c Anno 1538.

Hic corporis S. Eleuterii requieſcunt oſſa, olim per Reginam Joannam tempore fratris Petri Eremitæ in altari de Domo Brigantea in hac Eccleſia ſiſtenti in quadam capſula (& in quadam parva cartula in ipſa capſula juncata ſcriptum erat) depoſita ibi per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſ. Dominum Cæſarem Buſdragam Lucenſem Archiepiſcopum, & Comitem Teatinam die 26. Decembris exiſtente in hoc Monaſterio Priore fratre Joanne Andrea Valeazano, inventa in hac capſa die xj. Martii anni 1580. recondita per dictum Illuſtriſſimum Dominum, qui dictum corpus dictis diebus cujuslibet anni viſitantibus quadraginta dies de vera indulgentia conceſſit pro qualibet vice, Archiepiſcopus, qui ſupra &c. Porrò in ea capſula, ubi inventa ſunt Eleuterii ſacra lipſana, reperta fuit chartula, quæ extat, ubi hæc legebantur. *Hic corpus Sancti Eleuterii eſt depoſitum per Reginam Joannam tempore fratris Petri Eremitæ.* Hunc Eleuterium putarunt aliqui illum eundem eſſe, qui in veteri Kalendario Teatinæ Eccleſiæ notatur 21. Maii, ac credunt, cæcutienti quidem conjectura, Teatinum fuiſſe Epiſcopum, quamobrem curarunt in novis Epiſcoporum diptycis adſcribendum. Certè, ni fallor, Eleuterius ille à Petro Eremita in ea capſula repoſitus, Epiſcopus non erat, alioquin haud ſiluiſſet chartula illa; quis tamen ille fuerit, ſive Martyr, vel Confeſſor, aut potius Eremita, judicent alii. Cæterùm Cæſar Archiepiſcopus, poſtquam conſultiſſimè Teatinam Eccleſiam plus minus annis ſeptem adminiſtraſſet, bono fine quievit menſe Octobris 1585. in Cathedrali terræ mandatus eſt.

9. JOANNES Baptiſta Caſtruccius, *d* Lucenſis gente patritia anno 1541. ortus, annum agens 24. Doctoratus Lauream conſecutus, inter patriæ Senatores relatus eſt. Romam petiit, inter familiares receptus à Felice Cardinali Montalto, ejuſdem ob virtutum ornamenta charus evaſit, qui ſummus inde Eccleſiæ Pontifex creatus, Sixtus V. dictus, Caſtruccium ad ampliſſimos honores paulatim evexit; primùm Canonicatu Vaticanæ Baſilicæ cohoneſtavit, ac ſupplicibus libellis præfecit, mox Teatinum Archiepiſcopum delegit die 21. Octobris 1585. eodemq. an. in Cardinalium numerum cooptavit ad titulum Sanctæ Mariæ de Aracœli, & Signaturæ Præfectum conſtituit; Erat enim ob placidiſſimos mores, & in rebus forenſibus præclaram prudentiam vir longè clariſſimus. Sex omnino annos Teatinam abſens Eccleſiam perbelle adminiſtravit, quam cum non ſemel dimiſiſſet, duos ſpectatæ prudentiæ concives præficiendos ſummo ſtudio curavit, Horatium ſcilicet Saminiatum tunc domi ſuæ Præfectum, eoque brevi defuncto, Matthæum ejus conſobrinum, qui Cardinali in patria ab humanis erepto ultima pietatis officia ac juſtas perſolvit. Lucæ obiit 15. Kalend. Aug. 1595. cadaver in majorum tumulo ad Divi Franciſci reconditum hac inſcriptione.

LXV — *d De eo Ciaconius Oldoinus t. 4. col. 111.*

Joanni Baptiſtæ Caſtruccio
tit. Sanctorum Joannis & Pauli
Presbyt. Card. Signaturæ Juſtitiæ S.D.N. Præfecto.

Ejus meritas laudes in ipſa funerali pompa latinè primum Martinus Lilius Sancti Michaelis Lucæ Decanus, Etruſca verò lingua in Oratorio Sanctiſſimæ Trinitatis Trigrimus de Trigrimia Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, qui ſub Urbano VIII. Epiſcopatum Aſſiſienſem, & Hieroſolymitanum Patriarchatum promeruit Academicorum obſcurorum nomine egregiè proſecuti ſunt.

* * *

Ho-



LXVI 10. HORATIUS Saminiatus, natione Etruſcus, patriæ Lucenſis, origine tamen è civitate Sancti Miniati nobili gente natus, ex Canonico Collegiatæ Sancti Michaelis, & Priore S. Alexandri in patria, intercedente Card. Caſtruccio, Vaticanæ Baſilicæ primùm, & Teatinus deinde Archiepiſcopus renunciatus eſt die 20. Martii 1591. Vir optimis moribus, & in pauperes liberalis à civibus Teatinis perhonorificè receptus, viſitationis munus brevi interjecto tempore accepit, quo vix peracto, divina diſponente clementia è medio ſublatus eſt 4. Kalend. Februar. 1592. ſeptimo ſui Præſulatus menſe nondum expleto, magno de ſe apud omnes relicto deſiderio humatur in ſua Cathedrali. B



LXVII. 11. MATTHÆUS Saminiatus, a Lucenſis Horatii deceſſoris conſobrinus, eidem ſucceſſit die 4. Martii 1592. cujus vitam ſcripſit Sinibaldus Baroncinus ejus familiaris in catalogo, quem hic ipſiſſimis verbis placuit exſcribere. *Matthæus*, inquit, *Saminiatus, Franciſci filius, Luca præclara, ac libera Etruriæ civitate ortus, ſed Florentiæ, quò pater ejus inſtabilibus fortunę fluctibus jactatus, quaſi in portu quodam ſe receperat, à pueritia educatus, cum eſſet Eccleſiæ Florentiaæ Canonicus, & extra numerum Apoſtolicæ Sedis Notarius, quartus ex nobilitate Lucana Archiepiſcopus Teatinus, ſed ordine Archiepiſcoporum undecimus, Horatio Saminiato ejus conſanguineo ſuccedens à Summo Pontifice Clemente VIII. Joannis Baptiſtę Card. Caſtruccii præſertim intuitu creatus anno 1592. in Feſto Sancti Joſeph Beatiſſimæ Mariæ Virginis Sponſi in Eccleſia S. Joannis Baptiſtę nationis Florentinę ab Alexandro Mediceo Archiepiſcopo, & Cardinali Florentino, cujus itidem Vicarium egerat, conſecratur fuit, Ludovico Alemano Matiſconenſi, & Franciſco Gerino Balneoregienſi Epiſcopis aſſiſtentibus, ac demum menſe Aprili à manibus Alexandri Peretti Card. Vicecancellarii de Montealto nuncupati, nobile Archiepiſcoporum decus, poteſtatis plenitudinem deſignans recepit.* D

a De quo in Notitiis Virorum Illuſt. Academiæ Florent. par. 1. pag. 139.

A *Futuri autem profectus & progreſſus hujuſmodi præclara, quæ ab initio in iis Matthæo apparuit indoles ſpem maximam dediſſe viſa eſt; Siquidem is naturaliter animæ & corporis dotibus egregiè ornatus, ab ineunte ætate literarum liberalium ſtudiis ſedulò operam navans, ac in Almo Piſarum Gymnaſio admodum juvenis utriuſque Juris doctoratu adepto, ibidem inſtituta civilia publicè, nec non magna ſui laude interpretatus eſt: cujus ingenio Coſmus Medices Magnus Etruriæ Dux I non mediocriter delectatus, benignè eum liberaliter fovit, ac juvit, brevique interjecto tempore Canonicatum in Eccleſia Cathedrali Florentina conferendum curavit, majora illi bene quidem mercati collaturus in dies beneficia, ſi diutiùs vixiſſet. Franciſco autem Coſmi filio Magno Duci II. qui patri ſucceſſit, non minus charus exiſtens, ejus commendatione inter aulicos Ferdinandi Medicei tunc S. R. E. Cardinalis, indè verò Etruriæ Magni Ducis III. receptus eum Romam ſecutus eſt Gregorio XIII. Pont. Max. ubi proceſſu temporis, cum ejus doctrina, ac morum probitas, & ipſi Pontifici,* B *ac ſacro Cardinalium Collegio, qui eum interdum, cum ſolemnia ſacra pontificalis Capellæ in Sancti Petri de urbe Baſilica haberentur, de Spiritus Sancti emiſſione in ipſo Pentecoſtes die diſertè orantem audiverat, oblata eſt ejus excitandæ ac comprobandæ virtutis occaſio. Miſſus eſt itaque primum Apoſtolica authoritate Vicarius Tropejam maritimam Calabriæ Civitatem, quæ ſuum Epiſcopum de multis gravioribus criminibus inſimulaverat, ubi ferè biennium permanſit, ſuaque ſingulari prudentia ita cumulatè omnibus ſatisfecit, ut deſinant nunquam Tropejenſes eum laudibus extollere tanquam parentem optime de ſe meritum. Deindè ſimili de cauſa non multis quidem interjectis menſibus Cataniam Siciliæ Inſulæ urbem clariſſimam demandatur, atq; moleſtiis ab ipſo Epiſcopo Catanenſi (qui poſtea meritò dignitate privatus, & in ordinem redactus fuit) imprudenti contumacia illatis propemodum triennio, non diſſimilibus moribus ac laudibus profecit. Illud tamen pergratum, ſimulque* C *& inopinatum ei accidit, dum reperit in eadem Inſula quoſdam gentiles ſuos Saminiatos à temporibus Petri Aragonei olim Siciliæ Regis, qui regnare cœpit circa annum Domini 1282. à civitate ipſa Lucana, ſive potius à Sancti Miniati ditionis Florentinæ inſigni oppido (undè ſanè antiqua Saminiatorum Origo, cognominatioque deduci creditur) deſcendentes, per quendam Biadum Bindi filium (ut privilegii tenor oſtendit) qui ſub ipſo Petro Rege ſtrenuè militans, ab eodem honorificum laboris præmium obtinuerat, & ex eo tempore apud Alvaræ oppidum nobiles Barones extitere, feudumque poſſidere Raikalmallimaro, Mauro vocabulo dictum, vivitque hodie ejuſdem loci Baro Jacobus Saminiatus præclaræ indolis juvenis, & non degenerans Lucenſium Saminiatorum, ipſiuſque præcipuè Matthæi Præſulis, de quo loquitur, imperio dignam ſpeciem, & proceram ſtaturam præſeferens, iiſdemque omnino utitur Saminiatorum Lucenſium inſignibus. Romam inde Sixto V. Pontifice Matthæus reverſus quievit uſque ad Innocentii IX. Pontificatum. Tunc iterum ad novos labores in Romanæ Se-* D *dis obſequium, novaſque navigationes revocatus Melitam ſcilicet ad Inſulam hæreticæ pravitatis Inquiſitor & Apoſtolicæ Sedis Vicarius (Apoſtolicis diplomatibus jam expeditis) opportuno tempore transfretaturus, ſed interim Innocentius, maxima Chriſtianorum jactura qui à ſumma ſpe viri optimi, ac prudentiſſimi dejecti, è medio ſublatus eſt, ac ſimul delegatio ipſa, & transfretatio hujuſmodi corruit, & vacante Sede evanuit. Creato demum Summo Pontifice Clemente VIII. qui nunc feliciter vivit, ac poſtmodum de obitu Horatii Archiepiſcopi Teatini allato Nuncio, ſtatim Cardinalis Caſtruccius prudenti quidem conſilio, ac ſe digno pietatis officio præſtantem virtute virum ſibi etiam, rebuſq; ſuis neceſſitudinis jure non dubiè utilem, & obſequentem futurum ornare, atque evehere ſtudens, ut Horatio Saminiato Matthæus Saminiatus ſufficienter conſtituatur in hac familiam patrocinio ſingulari, undè merito hic Virgilianũ illud uſur-*


paro

pare poſſet, uno avulſo non deficit alter, &c à Sanctitatis ſuæ elementiu facilè obtinuit. Archiepiſcopatum hoc modo adeptus, eodem anno de menſe Junii ad oves ſibi creditas ſedulò paſcendas acceſſit, atque illud in primis paſtorali vigilantia adimplere ſtuduit, ut Clericorum Seminarium à Joanne Oliva olim Archiepiſcopo ejus prædeceſſore juxta decreta Tridentini Concilii piè fundatum, ſed poſtea variis de cauſis diſſolutum, quoad ejus fieri poſſet, favente Deo reſtitueretur in melius, ea præcipuè intentione ut Eccleſiarum Diœceſis Sacerdotum inopia laborantium neceſſitatibus ſeminarii hujuſmodi alumnis idonee conſuleretur, ut magna ex parte factum eſt, conſilioque non minus pio Hebdomadariorum, atque Clericorum Cathedralis Eccleſiæ redditus, (nonnullis ad hoc ruralibus beneficiis unitis) adauxit. Eccleſiam ipſam, ædeſque Archiepiſcopales ferè corruentes, ac informiter rudes, magno ſumptu reparandas, atque exornandas curavit, addiditque in eadem Eccleſia præter alia ornamenta ſuggeſtum novum en nuce pro concionatoribus pentagonalis formæ ſatis pulchrum, novum item baptiſmatis fontem ex lapide porphyretico è civitate Veronæ advectum. Præterea, & annuum redditum aureorum quadraginta, quem ex quarta funeralium, (ut ajunt) Archiepiſcopi à ſacratis cuſtodibus, quibus hujuſmodi redditos locari jam cœperat, percipiebant, ſponte ac libere in dicti Sacrarii & Eccleſiæ utilitatem uſum, ac proprietatem nempe ut ad Capitoli diſpoſitionem neceſſaria ornamenta opportune pararentur in perpetuum (quantum per ſe licuit) contractus auctoritate dedit atque donavit. Aedes etiam Canonicales ea parte, qua dicto Sacrario adhærent, ad Epiſcoporum commoditatem Eccleſiæ ornamentum, & Capituli utilitatem ære proprio attolendas, perficiendas, & ornandas curavit. Vberiores autem in dies fructus ab ejus perſpecta ab omnibus religione, virtute, comitate, morum ſuavitate, ac prudentia ad ejuſdem Eccleſiæ ſuæ non modò materialis, ſed ſpiritualis ædificationem meritò expectantur. Hactenus Baroncinus. Cæterum Matthæus poſt obitum Clementis VIII. à ſucceſſore Leone XI. Romam evocatus, deſtinatuſque ad ſuprema munia obeunda optimi Principis tantùm Chriſtiano orbi oſtenſi ſecuta morte, ad Eccleſiam ſuam reverſus, perpetua aſſiduitate, ac diligenti cura, in paſcendo grege pervigili diligentia reliquum vitæ ſanctæ conſumpſit, exceſſitque collachrymantibus cunctis anno 1607. Febr. menſe, præſulatus ſui anno 14. ſepultus in Cathedrali. Lucius Camarra Senior nobilis Teatinus Poeta in Matthæum inter cælites Angelorum choros animam efflantem Paſtorale cecinit, quod in ſancti Præſulis digniſſimi viſum eſt dignum, ut hic recenſeamus.

Heu patrii ſalvete lares, lugentia tecta:
Funeris heu guari tanti ſalvete receſſus.
Quo licet audaci repetam ſacra limina viſu,
Limina me miſerum docto ſpoliata magiſtro?
Mens audet, ſurgunt effœtæ in corpore vires,
Illapſus calor, & compreſſam effundere flammam
Mens dudum voluit, ſanctoque efferbuit æſtu.
Hunc immitte Pater ſacium, mœſtumque feretrum
Ter taugam, famulique colam ter limina greſſus
Aethereos inter tecum requieſcere cantus,
Ab liceat, quamvis æternum carporo ſomnum.
Seu vocat hunc doctus voces inflectere Amyntas,
Aut alsom melior dulces inflare cicutas,
Ab liceat, dum grata iterat Teatea querelas,
Et male firmatæ pueri modulamine linguæ.
O quàm te memorem, rutilo circundato ſepto
Antiſtes, deflende parens, immiſſaque cælo
Progenies, ò clarum inter fulgentia ſidus,
Lumina Cælicolum, lacrymis oppleta propago
Aſpicis, ut pubes ſquammis convenit coruſcis,
Dicaturque domus crebris interlita flammis.
En nocturna refert maculoſi fuſus in ore
Loce nova fulgor fuſos interficit ignos.
Noctuinæ quantum faculæ tibi Cynthia cedunt.
Fuſa tibi pubes tantum, Pater inclyte cedit.
Qualia cæruleo devicta ſub æquore condunt
Ignitos reſogo vultus vaga ſiderum curſu
Auroram poſtquam perrepſit lucifer ore,
Et matutinos Phœbea ſub æquore lampas
Immiſit radios certæ præſagia lucis:
Non ſecus exorto morientia lumina ſole
Delituere, tamen rutilo ſucceuſa parentis
Lumine, flamma iterum, mirum potiore refulgent.
En rurſus, &c.

12. Fr ANSELMUS Marzatus, a Monopolitanus Ordinis Capuccinorum, à Clemente VIII. S. R. E. Presb. Card. ad titulum S. Petri in monte aureo creatus anno 1604. ad Archiepiſcopalem Sedem Teatinam promotus eſt à Paulo V. die 12. Febr. ann. 1607. Tibure repentina morte extinctus eſt pridie Kal. Septembris ejuſdem anni. Corpus Romam relatum in ſuo titulo terræ mandatum eſt. LXVIII.

a De eo citatus Ciaconius Oldoini t. 4. col. 362.



13. HORATIUS Maffeus b Romana ſtirpe nobilis, patre Mario, & Plautilla Fabia matre natus anno 1580 Bernardini, Pauli III. & M. Antonii Pauli IV. Cardinalium ex fratres nepos. Juvenis in Academia Peruſina Juri operam dedit, ex ſæculari Abbate à Paulo V. Cameræ Apoſtolicæ Clericus S.R.E. Card. Presbyter renunciatus anno 1606. die 11. Septembris tit. SS Marcellini & Petri accepit, revoluto anno, die 3. Septembris in defuncti Card. Marzati loco adlectus eſt Teatinæ Eccleſiæ tertius gentis ſuæ Archiepiſcopus, ſummo amore, ac diligentia illam præſens anno uno, & menſibus aliquot adminiſtravit; ſed cum Teate in morbum incidiſſet, Romam deportari ſe fecit, ubi ex hac mortali vita diſceſſit peracerbo Teatinorum luctu die 11. Januarii 1609 ætatis ſuæ 29. ad S. Mariam ſuper Minervam in familiæ ſuæ ſacello propè patruos Card. & anteceſſores ſuos conditus eſt. LXIX

b De eo citatus Ciaconius t. 4. c. 409.



14. ULPIANUS Ulpius, Novocomenſis, ſub Sixto V. utriuſque ſignaturæ Referendarius, ſucceſſit LXX

Digitized by Google

ceſſit Cardinali Maffæo, die 13. Febr. 1609 Apoſtolicus Nuncius fuit primum apud Coſmum II. Magnum Etruriæ Ducem, mox ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem Paulo V. ſedente; ſub quo cum eſſet ſacræ Epiſcoporum, ac Regularium Congregationis à ſecretis Eccleſiam Teatinam libens volens dimiſit anno 1616 deinde anno 1619. Epiſcupato Novarienſi donatus ſub Gregorio XV. Brevium Præfectus & Datarius, ſub Urbano VIII. iterum Brevium, & Pontificiæ domus Magnus Præfectus, in Palatio Vaticano meritis & annis onuſtus diem ſuum obiit 6. Id. Martii 1629. jacet in Eccleſia S. Caroli de Catinaris cum inſcriptione, quam leges in ſerie Novarienſium Præſulum in 4. noſtro tomo, ubi de eo plura concinnavimus.



LXXI. 15. PAULUM deinde Toloſam, Neapolitanum, ex Ordine Clericorum Regularium antea Epiſcopum Bovinenſem, virum innocentia vitæ, animi candore, ac publicæ, ſacræque, eloquentiæ fama conſpicuum Grex Teatinus poſt Card. Maffæum Paſtorem excepit anno 1616. die 11. Januarii. Is renunciatus Archiepiſcopus, ſtatim omnibus aliis curis abdicatis ad Eccleſiam ſe contulit ſibi creditam, cujus aliquantiſper ex Paſtorum abſentia prolapſus mores caſtigavit, Synodum celebravit, divinumque in ea cultum reſtituit. Feſtum S. Juſtini in diem decimumquartum Januarii à die Circumciſionis, quo celebrabatur, conſultè tranſtulit; ſuorum anteceſſorum in Archiepiſcopali aula effigies depingi, & nomina deſcribi juſſit, & brevi quo vixit tempore, ſuæ pietatis non pœnitenda exempla dedit: ſed cum graviori ſenio urgeretur, cœpit in laboribus paulatim deficere, cumque ſe morti propiorem intellexiſſet, miræ devotionis affectu, ſactis muniri ſe fecit: eaque hora, qua ſe migraturum prædixerat, ſpiritum exhalavit die 3. Octobris 1619. *a* cum vix duos integros annos in hujus Eccleſiæ adminiſtratione abſolviſſet. Corpus, collacrymantibus cunctis, qui aderant in Cathedrali ſepultum, ſed aliquot poſt annos tranſlatum Neapolim in Sanctorum Apoſtolorum Cœmeterio apud Clericos ſuos Teatinos conditum eſt, conſpicuo deinceps loco & tumulo cohoneſtatus, appoſita inſcriptione, quæ viri nomen & virtutem explicaret in hunc modum.

a An. 1618.

D. O. M.

Pauli Toloſæ Neapolitani Cler. Reg. quicquid eſt poſthumi hic habes; quicquid tumulo ſuperius fuit hic lege.

Inter præcipuas animi dotes natus expolitus ad ſacræ eloquentiæ numeros, dictio illi, quam actio incederet, & commenſoris dignitas plauſorem habuit Diſertiſſimum Panicarolam, appellatus ab eo una cum Marcello fratre Boanerges, nempè ſupra hominem facundi,

Miſcere cæleſti tonitru ſubſellia videbantur, inclytum Eccleſiaſten, Bovinenſi infula cohoneſtavit

Clemens Max. Pontifex VIII. Qui auream eloquentiam adæquare purpura cogitavit, munitque viam honeſtiſſima ad Sabaudiæ Ducem legatione. Inter hæc laudum decora nihil in illo ſanctitate morum inculcatius; delapſus è Cælo B. Andreas Avellinus ſolitus illi manus oſtendere ad amicitiæ ſive pignus illecebram.

Demùm Archiepiſcopus Teatinus pietate, ævo maturus obiit ſua in ſede luctu omnium peracerbo,

Pio Cineri

Quem huc transferendum curavit amantiſſimus nepos Aloyſius Sanſeverinus Biſiniani Princeps.

Clerici Regulares

Obteatique ornandæ virtutis, impar eſt lacruma, æterno Elogio parentant.

Supra ſepulchrum ibidem leguntur hæc carmina.

Hic tagens tonitru, Italiæ hic ſitus ille Toloſa,
Publica quo mira viſa Theatra quati;
Nomina dat Paulus meritò ſic arſit, & enſem,
Fulmineum ore tulit, quem gerit ille manu.

Qui majorem cognitionem de Toloſa haurire deſiderat, Joſephum Silos adeat tom. 2. Clericorum Regularium Annalium, ubi ſparſim præclara Toloſæ geſta commemorat, & nos in Epiſcopis Bovinis aliqua ejuſdem facta enarrabimus tom. 8.

16. MARSILIUS Perutius de Mandulſo, nobili genere natus, ex Pauli V. intimo cubiculario, Paulum Toloſam excepit proximo die 26. Novembris 1618. Præſul mirè juſtus, in pauperes liberalis, ac de Eccleſia ſua benemeritus, ſedit ann. 12. defunctus 7. Id. Januarii 1631. ſepulchrum accepit in Cathedrali ad divi Juſtini Sacellum, quod munificentiſſimè exornarat, ubi hæc inſcriptio. LXXII.

D. O. M.


Marſilius Perutius de Mandulpho ob eximia animi ornamenta Pauli V. intimus cubicularius, & ejus nepotis Scipionis Burgeſii cauſarum auditor, mox Archiepiſcopus, & Comes Teatinus creatus, ad Ferdinandum Philippi III. Hiſpaniarum Regis filium, purpurei bireti lator in populis ſibi creditis gubernandis prudentia, integritate nulli ſecundus nummis aureis ad quatuor mille, qui hic ſibi ſupererant, ad hujus templi ſplendorem & ad ſacra in hoc ſacello ſuis ſumptibus olim expoliti in perpetuum peragenda legatis. Obiit piorum lacrimis vii. Id. Januarii Anno ſalut. M. DC. XXXI. ætatis ſuæ LII.

» Sequens etiam in ejus laudem Epigraphe legitur in libro Inſcriptionum Joannis Baptiſtæ Urſii fol. 93.

» *Marſilius Perutius*
» *Callienſis*
» *à Paulo V. Pontifice Max.*
» *Archiepiſ. creatus Theatinus*
» *Legatione functus perhonorifica*
» *Delatis*
» *An. ſal. CIↃIↃCXIX.*
» *Ferdinando*
» *Philippi III. Hiſpan. Regis filio*
» *Cardinalitiæ Dignitatis Inſignibus*
» *Altiuſque deſtinatus*
» *Pari ſaſtollentibus niſu*
» *Virtute, Gratia, eruditione, merito*
» *ſaam Principes obſequia*

Prin-

„ *Principam in ſeſtudin*
„ *Occupantis, ſibiſurrepta, fato*
„ *tranſmittenda Poſteris*
„ *marmori credidit.*
„ *An.ſal.Hum.*
„



LXXIII. 17. **ANTONIUS** Cardinalis Sanctacrucius *a*, Romanus, hanc Teatinam Sedem adeptus eſt ab Urbano VIII. die 19. Martii 1631. quam cum piè annos quinque adminiſtraſſet, poſt legationem Bononienſem ad Urbinum Sacerdotium tranſlatus die 22 Maii 1636. Romæ defungitur 25. Novembris 1641. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Publicolis apud Majores ſuos, de quo vide tom. 2. in Urbini Archiepiſcopis.

a De eo Ciaconius Oldoini t.4.co.576.



LXXIV. 18. **STEPHANUS** Saulius, Januenſis, natalibus clarus, ac variis præfecturis illuſtris, cum eſſet utriuſque Signaturæ Referendarius, ad vacuam jamdiu Teatinam Sedem moderandam vocatus eſt ab Urbano VIII. die 10. Novembris 1638. poſſeſſionem adipiſcitur die 22 Januarii 1639. Præfuit ann. omnino decem Neapoli moritur 1649. jacet in Eccleſia S. Georgii hoc epitaphio ad tumulum exſculpto.

D. O. M.

Hoc clauditur ſarcophago
Stephanus Saulius
In Marrucinis Archiepiſc. &
Comes Teatinus, dignus elogio,
quia dignus eloquio, per annos
triginta & ſeptem in aula Pontificia, & illuſtribus Italiæ urbibus,
Præfuit, profuit, docuit.
Ut ſanguinis nobilitatem decuit
invida fortuna ad majora currere ne poſſet, cum ſauciat podagra pedem,
Neapoli colut ad coronam,
Nomine indicatam, factis debitam.
Anno ab orbe redempto
MDCXLIX.
IV. Id. Februar. ætatis ſuæ LII.
Tribunus Militum Octavianus Saulius aſſiſtentis monumentum non ſine lachrymis.
P.



19. **VINCENTIUS** Rabatta *b* nobilibus parentibus Antonio, & Caſſandra de Rucellaiis Florentiæ Tuſcorum natus, majorum virtutes æmulatus, cum Juriſprudentiæ peritia, tum Eccleſiaſticarum rerum cognitione ita excelluit, ut ab Innocentio X. Pontifice ex Canonico, & Vicario Florentinæ Eccleſiæ, Saulio defuncto datus fuerit ſucceſſor die 6. Decemb. 1649. Teatæ conſecratus ſolemni ritu ingreſſus die 7. Febr. ſequentis anni. Integra fama virtutum, ac ſancte in hac vixit dignitate ad annum uſque 1653. quo, morbo oppreſſus, ſeptuagenario major finem vitæ fecit die 21. Novembris in Metropolitana humatus, ad cujus tumulum legitur inſcriptio hæc. LXXV.

b De quo, ejuſque familiæ nobilitate videndus Gamurrinus de familiis Umbris & Tuſcis vol. 5. p. 147. & ſeqq. *Mandoſ.*

Hoſpes
Jacet hic Teatinus Antiſtes
Vinc. Rabatta Florentinus,
Illuſtris quidem familia,
Sed longè illuſtrior virtutibus,
quarum memoria
Ne tumuli ſepeliretur caligine
I. V. D. Carolus Piſottus Can.
Lapidem hunc amoris ſui
In meritiſſimum Præſulem argumentum
Poſuit.
M. DC. L. III.

20. Fr. **ANGELUS MARIA** Ciriæ, Cremonenſis, Ordinis Servorum ſummus Theologus & Generalis in Romana Curia Procurator, electus eſt Teatinus Archiepiſcopus die prima Junii 1654. perſonalem poſſeſſionem adeptus die 26. Septembr. Vix ſecundum attigerat annum, cum vocaretur ad tumulum in ſua Cathedrali die 4. Aprilis 1656. LXXVI.

c De eo fuſius Juſtinianus in Epiſtolis memorab. par. 1. p. 41 & 46. *Mandoſ.*

21. Fr. **MODESTUS** Gavazius *d*, Ferrarienſis, Ordinis Conventualium S. Franciſci doctiſſimus Sacræ Theologiæ Magiſter, ſui Ordinis Generalis Procurator, & S. Officii in Urbe Conſultor, ob ſuas eximias virtutes ad hanc eandem Archiepiſcopalem ſedem vocatus eſt ab Alexandro Septimo Pontifice Maximo die 19. Februarii 1657. Vivit. LXXVII.

d De quo citatus Juſtinianus, & Franchinus in Biblioſop. p. 10, necnon Libanorius in Ferrar. aurea par. 3. p. 46 par. 1. p. 186. *Mandoſ.*

A D D I T I O.

(„ *Sed cum in hoc Archiepiſcopatu non amplius*
„ *ſpatio dierum 15. vixiſſet, aridam ſpem reliquit,*
„ *quam ii ſua ſumma religioſitate univerſa conceperat diœceſis.*
„ *NICOLAUS Radulovich, ab Alexandro VII. menſ.* LXXVIII.
„ *Febr an. 1659. hac mitra decoratus fuit, conſe-*

cra-


eratus autem die 16 Martii ejuſdem anni. Nobiliſſimus genere, natus ipſe die 28. Decembris 1627. in Apulia in Urbe Polymniani, cujus erat III. Marchio Franciſcus ejus genitor, & XV in Dardania, nunc Boſſina, Comes Savallis, ubi à Radulo copiarum Belæ Regis Hungariæ ſupremo Præfecto ſua gens originem duxit, qua poſtea regione à Turcis occupata, in Epidaurum nunc Ragusii, transmigravit, à qua deinde urbe in Neapolitanum Regnum pertranſiit, ubi per conſanguinitates cum primariæ Nobilitatis familiis contractas in ſuo ſemper decore perſeveravit. Romæ in Collegio Clementino educatus Nicolaus in omnibus ſcientiis mirè excelluit, adeò ut inſignis ille ingeniorum æſtimator Eminen. Sfortia Pallavicinus in ſuis familiaribus Epiſtolis non mediocri laude illum cumularit. Scripſit de origine, & progreſſu idololatriæ, de ſuperſtitione, de atheiſmo, quæ opera typis poſteà non commiſit; varias recitavit diſſertationes in celeberrima Academia Suecorum Reginæ. Adhuc juvenis ad requiſitionem eruditiſſimi viri Marchionis Virgilii Malvetii, publici juris fecit libellum conſiderationum ſuper vita D. Villelmi Aquitaniæ Ducis. V. S. Referendarius, Ceſenam, Ariminum, Oropitum, Nurſiam communi & principis, & populorum plauſu gubernavit. Archiepiſcopus renunciatus nullum non movit lapidem, ut ſua Eccleſia cœleſti agricolæ verè dilecta vinea floreret. Dans habuit Synodos apprimè ſalutares. Seminarium perfecit, Clerum civitatis, & diœceſis ab antiqua ſolita contributione exemit. Immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ vindex acerrimus præſides ipſos, & regios provinciæ miniſtros anathematis fulmine non ſemel percuſſit. Septa ſacrarum Virginum vigilantiſſimè cuſtodivit; in illis omnes regnare virtutes, & ab illis omne, quod laicum ſaperet, voluit exulare. Reſtauravit, ornavit, ſacravit quammultas Eccleſias, & præcipuè Metropolitanam, quam ſacra, & pretioſa ſupellectili pro functionibus Epiſcopalibus ditavit. Conſervatorium ſuo tempore pro puellabus orphanis excitatum voluit. Pauperes ſemper publicis, ac privatis aluit eleemoſynis, & cum diœceſim ſuam, ut ſemper ſolebat, viſitatione luſtraret, à parochis vicorum ſeriem expetebat egenorum, & infirmorum, ut eos præſenti ope juvaret. Scripſit contrà prætenſiones Marchionis Lavardinii apud ſanctam ſedem pro Chriſtianiſſimo Rege oratoris, & ambo Innocentii, XI. unum ex Epiſcopis in ſacello Pontificio aſſiſtentibus, XII. Congregationum ſtatus, & diſciplinæ regularis, Epiſcoporum poſteà, & Regularium à ſecretis, & demùm Cardinalem die 9. Novembris 1699. plaudente tota Chriſtiana Republica declaravit. Poſtquam ſpatio non minus 43. annorum, hanc optimè ſemper, quia ſemper ſibi par, rexiſſet Eccleſiam, ad plures abiit Romæ die 21. Octobris 1702. & humatus fuit in ſua titulari æde S. Marcelli

LXXIX. VINCENTIUS è nobiliſſima Neapolitana Capycia gente Aloyſii, & Lucretiæ Maſcambrunæ primariæ in Beneventana Urbe Nobilitatis filius, ſucceſſor fuit Eminen. Radulovich, cujus germanus frater Polymniani Marchio uxorem habuerat ipſius Vincentii amitam. A puero præſens Archiepiſcopus educatus Neapoli fuit in ſeminario ſuæ Capyciæ gentis, ubi, non ſolùm humanioribus litteris, ſed & Philoſophicis, & Theologicis facultatibus illicò inſtructus enituit, adeò ut cum eſſet in ramo ſuæ familiæ primogenitus, ſæculi pompas, mundi blanditias nec bilum faciens Eccleſiaſticæ vitæ applicuit animum. Dicendi arte ad miraculum præditus multas habuit in Sanctorum laudem panegyricas orationes, & cùm meruiſſet auditorem habere Eminen. Archiepiſcopum Cantelmum, ab eodem in ſua æde principe Canonicatu fuit honeſtatus, ferè in omnibus Congregationibus admiſſus, & examinator Synodalis renunciatus. Mortuo Cardinali Radolovich Theatino Archiepiſcopo, cùm eſſet Vincentius regnanti Summo Pontifici Clementi XI. adprimè notus ob ſua merita perſonalia, & ob illa etiam laudati Eminen. qui fuit, ut viſum, frater viri amitæ ſuæ, in eadem Eccleſia illi ſucceſſit die 23. Aprilis 1703. conſecratus verò die 29. Aprilis, & menſe Julio ejuſdem anni publicum in illam ingreſſum fecit, eaque fuit ſacra pompa, & obſequii ſignificatione exceptus, quæ talem ſponſum talis Eccleſiæ decebant.

Academiam caſuum moralium illicò in tota ſua diœceſi, maximoque parochorum, qua omnium Eccleſiaſticorum ſpirituali lucro, ac profectu, & explicationem continuam ſacræ voluit Catecheſis, & ferè ſemper ſe coram, præſtantiores in hoc munere ſemper laudante, ac præmiis cohoneſtante. In Seminario totus eſt, ipſiuſque redditus adeo auxit, ut nunc alumnorum ſuprà centenarium mirè excreverit numerus, qui cunctas edocentur ſcientias, & in ſacra arte dicendi beneficio etiam inſignis Bibliothecæ, quæ quotidiè librorum excreſcit copia, ita exercentur, ſingulorum progreſſus ipſo etiam explorante Archiepiſcopo, ut verbum Dei, ſacri adventus, Quadrageſimæ, reliquiſque anni temporibus, popularibus ſuis ipſi populares nunucient, eo etiam perpolito ſtylo, ac benè concinnata oratione, ut ad id munus, non in vicis ſolum, ſed etiam in civitatibus exteris exequendum paſſim invitentur. Expoſitionem Auguſtiſs. Sacramenti altaris publicæ fidelium adorationi quatuor diebus in hebdomada in novem Eccleſiis civitatis, ſtatis quidem temporibus inſtituit magna cereorum copia, at majori populi frequentia. Immunitatem etiam adverſus Regia, vel gratia, vel juriſdictione præpotentes, ſacerdotali tuetur pectore. Summo animi mœrore, concuſſam vidit à terræmotu 1706. omnem ferè ſuam diœceſim, à quo divina incolumis miſericordia omnem lapidem movit, ut afflictiſſimum gregem tanta calamitate levaret; ſuam ædem principem labefactatam reſtauravit, & exornavit. Sacras Virgines è Monaſteriis penè dirutis oppidorum Caramanici, & Maunpelli in Civitatem deduxit, donec illa reficerentur, & poſt aliquot annos illas eiſdem reædificatis reſtituit. Pro mulieribus ad bonam frugem converſis ſacrum aſylum adapertum voluit piorum eleemoſynis, quæ quidem uberes ſemper ſunt, & continuæ, cùm ipſe præcedat omnes Archiepiſcopus exemplo. Statuam argenteam S. Juſtini Civis, & Epiſcopi Theatini, non minus mille, & trecentorum aureorum impendio renovavit. Majora in dies dabit ſuæ pietatis, & Eccleſiaſtici zeli argumenta, ſi pro hujus diœceſis felicitate Deus Optimus Maximus ſervare diu velit incolumem.)

ORTONENSES

EPISCOPI.



ORTONA à Mare Plinio, & Antonino in Itinerariis, Orton Ptolomæo, Othonium Straboni, littoralis eſt Civitas Aprutii citerioris vetuſta in ora Frentanorum inter Aternum, & Sarum flumina æquè diſtans, Anxano urbi & empo-

rio. Frentanorum apud Sarum proxima ad VIII. M. P. quanto fere intervallo à Teatea Marrucinorum Metropoli apud Aternum flumen recedit. Strabo eam inter Frentanos repoſuit, aitque afſe domicilium ex naufragiis eò ſe recipientium nautarum. Vult Joannes Baptiſta de Lectis in hujuſce civitatis deſcriptione, poſt Trojæ excidium, à Trojanis fuiſſe ædificatam; qua fide hoc ſcriptum rel querit, videant alii. Huc appellunt navigia ex Dalmatia nundinarum gratia, quæ Anſani celebrantur. Urbs non admodum ampla, ſed pulchra, aeris puritate, & mercimonio dives, in Petra conſtructa, qua merces Anſanum deportantur. Ortonæ portus vectigal Carolus Primus Siciliæ Rex Baſilicæ Principis Apoſtolorum Urbis Romæ condonavit. Hæc verò ſcribentibus nobis civitas mille familiarum in Fiſci libro recenſetur, in qua animæ fidelium ad quatuor millia, & Raynutio Farneſio hujus nominis II Parmenſium Duci ſubdita eſt. Jam inde ab Apoſtolorum alumnis fidem Christi accepiſſe Ortonam omninò credendum, quam deinde accolæ illibatam conſervarunt. Epiſcopatum hunc antiquum fuiſſe ſuſpicari facit Concilium Romanum ſub Martino I. Pontifice, in quo legitur ſubſcriptio Victoris Epiſcopi Ortonenſis. Nec verò objici poteſt, ibi pro Ortonenſi legendum eſſe Ortanenſem, nam ibidem paulò ſuperius legitur ſubſcriptio Victoris Epiſcopi Ortanenſis. Sed clare hoc ipſum affirmare facit Gregorii Magni Epiſtola 39. lib. 3. Ind 12, ad Clerum & plebem Ortonæ de obitu eorum Epiſcopi, & viſitatione ejuſdem Eccleſiæ Barbaro Epiſcopo commiſſa. Quo tempore Epiſcopalis Sedes, hic ſublata fuerit, incompertum. („ *Satis commendatum habemus ex Rubeo in hiſt. Raven. l. 6.*
„ *Ortonenſem hanc Eccleſiam jura agnoviſſe Ravennatis Archiepiſcopi, & eo ſane tempore, cum Raynaldus Provinciale Concilium coegit, cui per procuratorem adfuit Archipresbyter, & Clerus Ortonenſis, ut proſtat ex de ee commiſſio hujus tenoris*
„ *facta, ex archivo Ravennate excerpta*. Eodem
„ hoc anno (*videl.* 1311.) Ortonæ nonis Julii Joſephus Madii Cannnicus Ortonenſis, ejuſdem-
„ que ſacræ ædis chorus, ut Sedis Apoſtolicæ, quæ
„ ſignificaverat illis Teatinus Epiſcopus, juſſis pa-
„ rerent, quibus mandabatur, ut ipſum Epiſcopum,
„ aliumve procuratorem facerent, qui Archipreſ-
„ byteri ipſius, & chori nomine ad Synodum nu-
„ per habendam accederet, auditurus quæ ſtatue-
„ rentur, & expoſiturus moleſtias, quibus preme-
„ rentur; D. Raynaldum Archiepiſcopum eorum
„ Dominum, ſub cujus protectione conſiſtunt tam-
„ quam ſuffraganei, & ſubditi dictæ Eccleſiæ Ra-
„ vennati de communi voto unanimiter ipſorum
„ procuratorem ſtatuerunt ipſum Raynaldum Ar-
„ chiepiſcopum Metropolitanum ſuum &c.) Id certum eſt, Epiſcopatum hunc a Pio V. recens erectum, vel potius reſtitutum fuiſſe anno 1570. & Teatino Archipræſuli Suffraganeum conſtitutum. Quoniam verò redditus hujus Eccleſiæ adeo exiles viſi ſunt, ut ejuſdem Præſul vix ſuam dignitatem tueri poſſe videretur, Clemens VIII. novum Epiſcopatum Campienſem erexit, & cum Ortonenſi junxit, quarum Eccleſiarum Epiſcopalis menſæ annuus cenſus eſt ducatorum Regni mille, taxantur in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad flor. 140. Cathedralis Eccleſia ampiæ & nobilis ſtructuræ Sanctum Thomam depoſitum habet Patronum, olim Deiparæ Virgini dicata erat, ut verſus ibidem inſculpti lapide teſtantur.

M. jam lapſus centenas fluxerat annas
Poſt Domini partum bis denus ſeptimus almum,
Atque die menſis 10 *currente Novembris*
Cum ſacrata piæ fuit hæc domus alma Mariæ.

Unicam hæc Baſilica habet dignitatem Primiceriatus, undecim Canonicos, nonnullos manſionarios, & clericos. Fulget ſacris reliquiis ejuſdem Apoſtoli Thomæ. Sex virorum Monaſteria, & unum Monialium S. Catherinæ nuncupatum Ordinis . . . . ceptum, intra Civitatem exiſtunt. ... ſunt hoſpitalia, & pia loca decentiſſimè ornata. Diœceſis Ortonæ perexigua eſt quatuor Caſtris, & villis aliquot habetur. Caſtra ſunt Orechium. Canuſium, Tulenſe, ſeu Turilli, & Terra de Lecto. quæ omnia non ultra quatuor milliaria à civitate diſtant, præter Terram Lecti, quæ 20. mill. abeſt; Villas verò Sclavones incolunt. Cæterùm S. Thomæ venerandum corpus, quod in hac civitate honorificè ab anno 1258. raquieſcere volunt, tranſlatum olim eſt ax India Edeſſam in Syria, atque in ejus honorem ampliſſima eſt erecta Baſilica, ad quam ex remotiſſimis Mundi regionibus Chriſtiani religionis cauſa confluebant, ut ſcribit Socr. lib. 4. hiſt. c. 14. Sozom. lib. 6. cap 18. Hujus tranſlationis commemoratio Græcis præter relatis in Eccleſiis agitur 3. Julii: agunt de hac Rufin. Greg. Turonenſis, & Venantius Fortunatus, de celebritate verò Edeſſanæ peregrinationis Chryſ. Homil. 26. in ep. Pauli ad Hebr. aſſerens notam eſſe, & veneratione habitam ad Thomæ ſepulchrum, ſicut & Petri & Pauli Apoſtolorum, quin & perenne miraculum Edeſſæ ad id ſepulchrum fieri ſolitum teſtatur Pet. in Catal. lib. 6. cap. 44. At citerioris Indiæ accolæ conſtanter affirmant S. Thomæ corpus apud ſe eſſe, illudque adhuc miraculis coruſcare. Quamobrem neceſſe eſt, dicamus ejuſdem corporis partes diverſa in loca diſtributas dediſſe occaſionem opinandi de toto corpore. Porrò de tranſlatione Ortonæ facta nihil ad eum perveniſſe ait Baronius in notis ad Martyrol. Rom die 21. Decemb. Luculentum tamen teſtimonium habemus in lib. 7. c. 4 revelationum S. Brigittæ, & in diplomata Bonifacii IX. Pontificis de canonizatione ejuſdem D. Brigittæ. De hac verò Ortonæ tranſlatione hoc habent Ortonenſes monumentum, quod ad nos delatum, ab originali hic exſcribere viſum eſt; tenor autem illius talis eſt.

Tempore Manfredi Principis Tarentini anno primo Regni ſui ſub anno Chriſti milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo, decimo ſeptimo menſis Junii jubente ipſo Principe Manfredo ad partes Romaniæ galeas centum ſuo Stolio navigante ſub conductura Philippi Lenardi ejuſdem Regis Ammirati ad Provinciam Macedoniæ nautæ vento proſpero navigarant, adventum cujus Stolii civitatis Edeſſæ populus poſtquam ſcivit, ne ab ipſius Stolii prævaricatoribus necaretur, abſque aliis actibus, atque abſque ulla pugna ob timorem ipſius Stolii pugnatorum, fugam procul arripiens, prædictam civitatem Edeſſæ deſolatam, & vacuam dereliquit, quam Stolii populus animosè ingrediens præter quendam Monachum religioſiſſimum Eremitam in ea deſeripta poſitum, neminem ejuſdem civitatis invenit: qui Monachus in majori Edeſſæ Eccleſia civitatis conſiſtens à quodam Leone Ortonenſe nomine, viro Catholico, & Deum timente per interpretem Græcæ linguæ, quæſitus eſt, ſi aliqua Sanctorum videlicet corpora in ipſa Eccleſia obdormirent, qui Monachus cum reverentia valdè ratus, quod ablatio ſcilicet Sancti Corporis nullatenus fieret, verba reddidit poſtulanti, & locum certum ubi corpus jacebat Apoſtoli ſuſpetentibus indice indicavit; intelligens verò Leo per Interpretem verba, quæ Monachus recitavit, alacriter acceſſit ad tumulum pulchris marmoribus propè Altare ipſius Eccleſiæ fabricatum; erat enim tumulus coopertus pretioſo lapide, qui Nichilus nuncupatur, in quo figuræ Apoſtoli pectus, & caput tantummodo erat ſculptum, circa quam Græcis literis nomen Apoſtoli erat ſcriptum, quæ quidem literæ manifeſtant, Ἅγιος Θωμᾶς quod ſonat latinè, Sanctus Thomas; deſuper verò imaginis in ipſo lapide Nichili foramen erat rotundum, per quod manus exivit divinitus, quæ propè ſepulchrum adſtantibus innuit, ut venirent. Cernentes autem adſtantes, ibi prodigium inauditum præter Leonem, longius fugerant pariter à ſepulchro. At ubi Leo aſpexit manum prodigium facientem, tanquam vir animoſus acceſſit ad tumulum, non titubans, & mittens manum

ſuam

ſuam in ipſum foramen, quæſivit hinc inde per tumulum quouſque Apoſtoli funditùs in ſepulchro reliquias indagavit. Accipiens verò Leo reliquias, & ubi ſtabat Monachus appropinquans, ad ipſum cum reverentia alacriter aſportavit, quas Monachus in manu recipiens ſuo appoſuit viſui ſingultus ab intimis & ſuſpiria producendo, & dixit: O Thoma, quibus reliquiis à Leone reſumptis, quas Leo undè abſtulerat, collocavit, deinde Leo ad mare accedens, & propè galeam Ortinæ impellens ſumpſit de capſa ſua mundum, gaudenſque atque cujuſdam Nautæ conſocii ſui Rogerii nomine ad auferendum ſacras reliquias auxilium poſtulavit. Cujus verò verbis acquieſcens ambo unanimes acceſſerunt ad tumulum, ubi reliquiæ Apoſtoli quieſcebant, & accepto parvo cambrio divina permittente clementia tumulum leviter reſerarunt. O laudabilis divina conceſſio, quæ quod ſolidatum erat ſolidatione fortiſſima, quod duris, & malleis frangi non poterat, parvo aperiri cambrio conceſſiſſe. At ubi aperuerunt ſepulchrum, & reliquiis in gauſape poſitis, ſub præfato anno Domini die Sabbati in feſto S. Laurentii 10. Auguſti revertens ad mare reliquias in capſa ipſius Leonis, neſciente aliquo præter ipſos cum gauſape venerabiliter condiderunt. Poſt autem cum quibuſdam conſociis de galea in quadam labrum juxta galeam natantes intraverunt. & revertentes ad tumulum, duo ipſorum parvi juvenes prædictum lapidem Nichili; qui erat ponderis ultra libras mille ad galeam cum levitate tulerant. O mira potentia juvenum, quæ pondus virorum pluſquam viginti divino juvamine apportavit, fortè quod illi deſignatum genere fuit Orta. Sed potius virtus Apoſtolica erat. Erant autem in ipſa galea quamplurimi Saraceni, qui juſſu Ammiratii regreſſi ſunt de eadem, placuit enim S. Apoſtolo ut Barbari longinqui à lege divina, ubi ſuum ferebatur corpus cum Chriſtianis nullo modo navigarent. Sequenti verò die Ammirati licentia licentiati ad reditum, unaque tentis carbaſis navigabant; ſed dum per mare omnes pariter navigarent, vento fretum in procellam movente, cœperunt galeam periculoſe fluctuare; At galeam Ortinam, in qua corpus Apoſtoli vehebatur, procellam non ſuſtulit, undæ tanquam per quietum mare navigando tenſis velis pacificè tranquillabant, & quod tutius fuit eis in ſummitate arboris galeæ, nec non vaſſallis ejus divinum lumen apparuit, quod per totam noctem ad nautarum ſecuritatem in galea refulſit. Nautæ verò, ut moris eſt, aliquando dormientes, velut inſcii, verſus corpus Apoſtoli pedes dormiendo tenebant; ſed per Dei virtutem, ne ſanctum corpus contagium pateretur, ipſorum capita, mane facto, verſus corpus Sanctiſſimum verſa erant, & quod certius eſt eis ubi ſanctum corpus adeſſet, erant luminaria magna per noctes ſingulas in ſentina. O laudabilis Majeſtas Altiſſimi, qui nunquam tales theſauros cœleſtes tuis feciſti opacos fidelibus, ſed tuis miraculis patuiſti. Galea quidem, in qua corpus Apoſtoli cum duabus aliis ſupradicto anno Domini die Veneris ſexto Septembris navigationem ſuam in Ortonam cum triumpho perfecit. In ipſo autem die præfato Apoſtoli corpore nobili & ſtrenuo viro Domino Jacobo Archipresbytero Eccleſiæ S. Mariæ Virginis, & ſuis Clericis, viris & mulieribus cum hymnis & aromatibus ad mare pergentes, ſanctum corpus præfato Leone ferente in capite ad præfatam Eccleſiam cum laudibus & melodiis, & vocibus portaverunt. O gaudium ineffabile, cum tanti corpus Apoſtoli partes Italiæ colere voluit prope Romam, ſed patet potius, quatenus Petri & Pauli ſodalium habitare. At ubi divulgatum eſt, corpus Apoſtoli veniſſe Ortonam à diverſis prope ac longe provinciis infirmi variis oppreſſi languoribus ad irrevocabilem ſanitatem ſumpturi Ortonam ad corpus Apoſtoli veniebant, quotquot autem infirmi ad corpus Apoſtoli veniebant interceſſione Apoſtoli, & divina virtute liberati ad propria remeabant. Archipresbyter autem una cum Clero; & Civibus de Ortona certantes ubi corpus Apoſtoli conderent, revelatione Leonis, qui corpus Apoſtoli tulerat, didicerunt, videlicet, quod Apoſtolus in viſione Leoni aſſeruit, ſe velle in Altare Virginis collocari. At ubi Clerus, & Archipresbyter hoc audiere, unus de Clericis ad deponendum pannum de altari ad altare perrexit, & acceptis pannis invenit alteram tabulam ab ipſo altari divino miraculo aliquantulum ſeparatam, quo viſo ab omnibus, noverunt, ſanctum corpus ibi velle quieſcere, tulerunt ipſum, & in ipſo Altari cum aromatibus condiderunt.

Translationis hiſtoriam, & vitam S. Thomæ Apoſtoli unà cum miraculis Ortonæ patriæ Joannes Baptiſta de Lectis Cathedralis Canonicus conſcripſit, inter cætera refert anno 1566 die prima Auguſti Ortonam hoſtium direptioni ceſſiſſe, templumque Cathedralis à Turcis fuiſſe combuſtum unà cum arca, in qua Apoſtoli Thomæ reliquiæ ſervabantur, illis tamen divina virtute intactis, integriſque manentibus. Olim Bonifacius IX. Eccleſiæ Ortonenſi ubi Sancti Apoſtoli corpus requieſcit pleniſſimam indulgentiam conceſſerat, quam Sixtus IV. liberaliter deinde confirmavit anno 1479. in hæc verba.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Paſtoris æterni qui ut humanum redimeret genus in ara Crucis immolari non abnuit, vices licet immeriti gerentes in terris ad id noſtri cordis vota deſideranter exponimus, ut quos ipſe pretioſiſſimi Sanguinis ejus effuſione Deo reconciliare curavit, Nos quibus illorum regimen gubernationemque commiſit, eos ad ſalubria, quibus de terrenis immarceſcibiles theſauros recondere, nec non Patriæ cœleſtis poſſeſſores effici poſſint, pietatis opera frequenter excitemus, iis quæ propterea à Prædeceſſoribus noſtris provide emanaſſe noſcuntur, opportuna circa illa immutatione adjecta noſtræ confirmationis robur adjiciendo. Dudum ſiquidem quondam Bonifacius IX. in ſua obedientia de qua Teatin. Diœc. tunc erat nuncupatus, Univerſis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam S. Thomæ Apoſtoli Terræ Ortonæ dictæ Diœc in qua corpus ejuſdem Apoſtoli honorificè conſervatur ſexta die Septembris à primis Veſperis uſque ad ſecundas Veſperas ipſius diei incluſive devotè viſitarent, annuatim illam Indulgentiam, & peccatorum remiſſionem conceſſit, quam conſequerentur, ſi Eccleſiam S. MARIÆ de Collemadio extra muros Aquilan. in die Decollationis S. Jo. Baptiſtæ viſitarent, prout in ejuſdem Bonifacii literis deſuper confectis plenius continetur. Cum autem ſicut accepimus fideles ipſi, devotionis cauſa libentius confluant in numero copioſo ad præfatam Eccleſiam S. Thomæ prima Dominica menſis Maii, quam dicta die ſexta Septembris, Nos qui dudum inter alia voluimus, quod literæ ſuper Indulgentiis non expedirentur ad inſtar aliarum Indulgentiarum, niſi ſpecificarentur, & deinde literis fel. record. Cæleſtini PP. V. Prædeceſſoris noſtri, per quas viſitantibus dictam Eccleſiam S. MARIÆ dicto die Decollationis plenariam omnium ſuorum peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem conceſſit, per alias noſtras literas robur noſtræ confirmationis addidimus, cupientes, ut Eccleſia prædicta S. Thomæ congruis frequentetur honoribus, & fideles ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, & ad illius ſtructurarum reparationem, qua indigere non mediocriter dignoſcitur, promptius manus porrigant adjutrices, quo conceſſa eis ab eodem Bonifacio Indulgentiam, & peccatorum remiſſionem hujuſmodi cognoverint noſtra auctoritate munitam, & tranſlatam fore ad tempus, quo ſoliti ſunt ad Eccleſiam ipſam S. Thomæ libentius confluere, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ejuſdem Bonifacii Indulgentiæ conceſſionem prædictam, & prout illam concernunt omnia & ſingula in dictis ſuis literis deſuper confectis contenta, auctoritate Apoſtolica præſentium tenore approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplemuſque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ac illam ad præfatam primam Dominicā menſis Maji transferēdo, volumus, & dicta

auctoritate præſentium tenore ſtatuimus, quod fideles Chriſti verè pœnitentes, & confeſſi de cætero Eccleſiam ipſam S. Thomæ dicta prima Dominica menſis Maji à primis Veſperis uſque ad ſecundas Veſperas ejuſdem diei Dominicæ incluſive devotè viſitaverint annuatim, & ad reparationem, & conſervationem ſtructurarum & ædificiorum ejuſdem manus porrexerint adjutrices Indulgentiam conſequantur memoratam, ab eodem Cœleſtino prædeceſſore viſitantibus S. MARIÆ, & Bonifacio præfatis viſitantibus S. Thomæ Eccleſias prædictas ut præfertur conceſſam, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod ſi viſitantibus Eccleſiam ipſam S. Thomæ, & ad illius ſtructurarum conſervationem, & reparationem manus porrigentibus adjutrices, ſeu alias aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius ſint roboris vel momenti, quodque fideles ipſi viſitantes dictam Eccleſiam S. Thomę dicta die ſextu Septembris de cætero præmiſſam indulgentiam minimè conſequantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, ſtatuti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Domin millesimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Tertio nonis Julii. Pontif. noſtri anno octavo.

Porrò Leo ille Ortonenſis civis & triremium claſſis Præfectus, qui ſub Manfredo Rege ab Edeſſa [a] in patriam corpus tranſtulit Sancti Apoſtoli poſt aliqua ſæcula honorificum monumentum [b] ad gratæ poſteritatis exemplar meruit in Cathedrali.

[a] A Chio ubi tunc ſervabatur.
[b] Mendoſum retulerat Ughellus, nos illud deſcripſimus prout jacet in Cathedrali.

D. O. M.

Leoni Duci, & Civi Ortonenſi,
Claſſis Præfecto,
Quo ſub Manfredo a Chio Inſula
Anno Dom. MCCLVIII.
Oſſa Beati Thomæ Apoſtoli
Cœlitus admonitus
Ad Ortonam patriam
tranſportavit,
Cives Ortonenſes ob tam præclarum
Facinus grati animi ergò
Memoriam æternam
Poſuere
Anno Domini MDCIII.

Et extemplo.

Magne Leo in patriam ſpoliis Orientis onuſtus
Dum remeas, Thomæ huc oſſa beata refers.
Thomæ oſſa infidi, tetigit qui vulnera Chriſti,
Tartarea en latebra quem rediiſſe negat.
Plus tibi debemus Cives pro munere tanto,
Quàm ſi adducta tibi huc India tota foret.

Et hæc ſatis de hac tranſlatione, & Ortonenſi Civitate dicta ſint, nunc autem de Camplenſi nupera civitate & Eccleſia aliqua delibare viſum eſt, antequam Præſulum ſeriem, qui in iis floruerunt, in medium proferamus. Igitur Camplum mediterranea eſt Aprutii civitas, tertio a Teramo, ſeu Aprutina civitate milliario, Parmenſium Duci ſubjecta, in tres diſtributa partes Camplum, Nocellam, & Caſtellum novum, quorum maxima Camplum. Nam in vectigalium collectione, dimidiam Camplenſes, duas partes Nucella, & Caſtrum novum ſolvunt. Epiſcopatum Camplenſem inſtituit Clemens VIII. & perpetuò univit cum Ortonenſi. *anno 1604. ut ex ſequenti diplomate videre eſt.

* Ex App. tom. 9. i

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

In perpetuam rei memoriam.

Pro excellenti præeminentia Sedis Apoſtolicę, in qua poſt Beatum Petrum Apoſtolorum Principem quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, dignum, quin potius debitum arbitramur in irriguo militantis Eccleſię agro novas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare, ut per hujuſmodi novas plantationes populorum devotio augeatur, animarum ſalus, ſemotis litium diſpendiis ſubſequatur, & humilia loca dignioribus titulis decoraretur, ac illorum habitatores & incolæ honorati Præſulis aſſiſtentia, & regimine ſuffulti votivis, & proſperis ſucceſſibus gratulentur, ipſarum quoque Eccleſiarum ſtatui etiam per miniſterium unionis accommodè prout illarum utilitatis, ac locorum & temporum qualitas exigit, efficaciter provideatur. Sanè cum alias inter dilectos filios univerſitatem, & homines terræ Campli Aprutinæ, & Montis-Alti Diœc. ex una, necnon Communitatem & homines Aprutin. ex altera partibus plures, diverſæque differentiæ, & controverſiæ vigerent, ac ex illis multa in dies ſcandala orirentur, ipſique Univerſitas, & homines Camplen. terram hujuſmodi in tribus oppidis videlicet Campli & Nucellæ, ac Caſtri-Novi conſiſtentem, & unico generali vocabulo Camplum nuncupatam, quæ inter alias qualitates requiſitas etiam diſtrictum, & comitatum circiter viginti duarum Villarum cum totidem Parochiis habet, & in qua una ſub invocatione Beatæ Mariæ de Platea nuncupatæ, & tres aliæ Collegiatæ, ac una Parochialis ſancti Salvatoris, & duodecim ſine cura Eccleſiæ, necnon quinque tam virorum, quam mulierum Monaſteria, & unum Hoſpitale Peregrinorum, pluresque laicorum Confraternitates eſſe noſcuntur in civitate, ipſam verò Eccleſiam Beatæ Mariæ, in qua duodecim Canonicatus, & ſex præbendæ, necnon ſexdecim perpetuæ Capellaniæ, ſeu perpetua ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica, cum ſacrario omnibus ad divini cultus uſum neceſſariis refertæ inſtituta reperiuntur, in Cathedralem Eccleſiam erigi ſummopere deſiderarent. Et deſuper Romano Pontifici tunc exiſtenti humiliter ſupplicaſſent; Communitas vero, & homines Aprutin. prædicti, ac etiam dilecti filii Capitulum, & Clerus, necnon tunc exiſtens Epiſcopus Aprutin. contradicerent, ac propterea negotium erectionis hujuſmodi per tunc exiſtentem Romanum Pontificem ad Congregationem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper rebus Conſiſtorialibus deputatorum remiſſum, ibidemque pluries ſpatio quatuordecim annorum tractatum, & diligenter diſcuſſum, ac tandem per eoſdem Cardinales nobis relatum fuiſſet, eorumdem Univerſitatis & hominum Camplenſium votis annuendum fore. Nos habita ſuper his cum prædictis, & aliis ejuſdem S. R. E. Cardinalibus venerabilibus fratribus noſtris matura deliberatione, de illorum conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium eam dictæ terræ partem, quæ Campli, & Caſtri-Novi oppida continet, necnon villas, Campagnelnni, Morelli, Ficheriis, Floriani, Malviani, Galliani, Paterni, Ceſinani, Campigliæ, Maſſariorum, Garrani, Collicelli, Rojani, Venalii, Garruffi, Guazzani, & Biſſari ab Aprutin. etiam ſi venerabilis fratris noſtri moderni Epiſcopi Aprutin. Cujus indemnitati aliunde proviſum fuit, ad hoc non accedat aſſenſus; alteram vero ejuſdem terræ partem, in qua dictum oppidum Nucellæ conſiſtit, ac Villas, ſeu loca Battagliæ, Palana, Ancherani, Cameræ, Ripacandoni, Paduli, Caſtiglioni, & Pennæ, Floriani, cum illarum diſtrictibus, territoriis, Clericis, perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, piis locis, & beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, ac quorumvis ordinum, &

mi-

militiarum Regularibus, ac Montis-Alti Epiſcopatibus, & Diœceſibus, in quibus illa reſpectivè conſiſtebant, venerabilis fratris noſtri moderni Epiſcopi Montis-Alti expreſſè ad hoc accedente conſenſu, perpetuò diſmembramus, & ſeparamus, illaque ſic diſmembrata, & ſepaeata ab omni & quacunque juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, & poteſtate nunc & pre tempore exiſtentium Epiſcoporum, ac dilectorum filiorum Capitulorum Aprutin. & Montis Alti, eorumque Vicariorum, ac quorumcunque aliorum Ordinariorum, etiam inferiorum, necnon ſolutione quorumcunque jurium, ſeu decimarum, & Quarteriarum Epiſcopis, & Capitulis prædictis, ac illorum ſingulis ratione juriſdictionis, & ſuperioritatis prædictarum reſpectivè debitarum, ac per ipſos, & eorum quemlibet percipi ſolitorum, penitus etiam perpetuò eximimus, & totaliter liberamus, ipſamque terram Campli in civitatem Camplen. nuncupandam, & Eccleſiam Beatæ Mariæ bujuſmodi in Cathedralem Eccleſiam cum dignitate, ſede, menſa, & aliis inſignibus Epiſcopalibus, necnon omnibus & ſingulis privilegiis, bonoribus & juribus debitis, & conſuetis pro uno Epiſcopo Camplen. nuncupando, qui eidem Eccleſiæ Camplen. reſideat, & juriſdictionem Epiſcopalem, omniaque, & ſingula alia, quæ Ordinis, Juriſdictionis, & cujuſcunque alterius muneris Epiſcopalis ſunt, babeat, & exerceat ſine præjudicio prætenſionum, & jurium Abbotiæ ſæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ ſanctorum Mariani & Jacobi de Campio; ſed illis ſemper ſalvis, ſimiliter perpetuò erigimus, & inſtituimus, ac ipſi Eccleſiæ ſic in Cathedralem erectæ terram Campli præfatam, in civitatem, ut præfertur erectam pro civitate, illiuſque incolas, & babitatores pro civibus, ac villas, territoria, diſtrictum, & comitatum bujuſmodi pro Diœceſi, necnon Eccleſiaſticos pro Clero, & ſeculares perſonas in civitate, & diœc. Camplen. bujuſmodi degentes pro populo pariter perpetuo concedimus, & aſſignamus, necnon prædictæ menſæ Epiſcopali Camplen. pro ejus dote quatringentos ducato; monetæ Metropolitanæ per eoſdem Communitatem, & bomines Camplen. ſuper eorum bonis ſtabilibus publico perpetuæ donationis inſtrumento aſſignatos ultra domum ſatis amplam, & commodam ſimiliter ab eis pro futuri Epiſcopi Camplen. babitatione perpetue donatam, ac alios fructus, redditus, & proventus illi debitos itidem perpetuò applicamus, & appropriamus: inſuper Eccleſiam ſic in Cathedralem erectam, ac pro tempore exiſtentem Epiſcopum dictæ ſedi immediatè, civitatem verò, & Diœceſim Camplen. earumque Clerum, & Populum bujuſmodi eidem Epiſcepe Camplen. pee tempore eniſtenti, necnon Capitulo, Clero, Civitati, & Diœceſi Camplen. illarumque civibus, incolis, & babitatoribus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, enemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, favoribus, & indultis, quibus alii Epiſcopi, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Capitula, aliæque civitates, & diœceſes, ac earum Clerus, incolæ, & babitatores in genere, vel in ſpecie, ac aliae quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum uti, frui, potiri, & gaudere liberè & licitè valeans ſimiliter perpetuo indulgemus. Inſuper attendentes fructus, redditus, & proventus menſæ Epiſcopalis Camplen. bujuſmodi tenuiores eſſe, quàm ut pre temporo eniſtens Epiſcopus Camplen. juxta Pontificalis dignitatis exigentiam ſuſtentari valeat, ac Hortonen. cui venerabilis frater noſter Alexander Epiſcopus Hortonen. præeſſe dignoſcitur, & præfatam Camplen. Eccleſiam per unum Epiſcepum commodè eegi, & gubernari poſſe. His, & certis aliis cauſis adducti, Camplen. à primæva illius erectione bujuſmodi apud dictam ſedem vacantem, de cujus proviſione nullus præter Nos hac vice pro eo quod nos dudum proviſiones Eccleſiarum omnium apud ſedem eandem tunc vacantium, & in antea vacaturarum diſpoſitioni, & ordinationi noſtræ reſervavimus, ac decrevimus ex

A tunc irritum, & inane quicquid ſecus ſupee his per quoſcunque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ſeu intromittere potuerit, ſive poſſit, eeſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, & Hortenen. Eccleſias bujuſmodi cum omnibus juribue, & pertinentiis ſuis invicem itaut ambæ Eccleſiæ bujuſmodi deinceps perpetuis futuris temporibus per unum Epiſcopum Camplen. & Hortonen. nuncupandum eegantur, pariter perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus; & nihilominus eidem Eccleſiæ Camplen. de perſona dicti Alenandri Epiſcopi dicta auctoritate previdemus, ipſumque illi in Epiſcopum præficimus & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ Camplen. ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, ita quod per hoc dictæ eccleſiæ Hortonen. præeſſe non deſinat, ſed illius, ac ejuſdem eccleſiæ Camplen. verus Epiſcopus, & Præſul exiſtat. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum prædictarum juramento, B confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis quomodolibet conceſſis; quibus omnibus etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & enpreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia enpreſſio babenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret eorum, ac dicti inſtrumenti tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, necnon terræ, oppidorum, villarum, locorum, territoriorum, diſtrictuum, comitatus, & aliorum præmiſſorum veriores qualitotes, confines, denominationes, nuncupationes, & vocabula, aliaque in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna præſentibus pro plenè & ſufficienter inſertis, & enpreſſis babentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, bac vice duntaxat barum ſerie ſpecialiter, & enpreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque, C firmaſpe, fiduciaque conceptis, quod gratia Domini præfate Alenandro Epiſcope aſſiſtente propitia, dicta eccleſia Camplen. ſub ſuo felici regimine regetur utiliter, & proſperè dirigetur, ac grota in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Volumus autem, quod propter unionem, & annexionem, & incorporationem prædictæ Eccleſiæ Hortonen. & Camplen. bujuſmodi in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta non ſuſtineont, ſed earum congruè ſupportentur onera conſueta, quodque in eventum diſſolutionis dictæ unionis Communitas, & bomines Camplen. præfati teneantur augere dotem dictæ Epiſcopalis menſæ Camplen. uſque ad annuum valorem mille ſcutorum juxta diſpoſitionem decretorum Concilii Tridentini, alias terra Camplen. ac villæ, territoria, diſtrictus, & comitatus bujuſmodi, ut præfertur diſmembrata ad priſtinum, & eum, in quo ante erectionem, & diſmembrationem bujuſmedi erant, ſtatum revertantur. Quocirca eidem Alenandro Epiſcopo per Apoſtolica D ſcripta mandamus quatonue onus curæ, & adminiſtrationis dictæ eccleſiæ Camplen. ſic exercere ſtudeat, ſollicitè, fideliter, & prudenter, quod exinde ſperati fructus proveniant, & ſuæ bonæ famæ odor en ſuis laudabilibus actibus latiùs diffundantur, ac dicta Eccleſia Camplen. Gubernatori provide, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, ipſeque Alexander Epiſcepus præter æternæ retributionis præmium, noſtram, ac dictæ Apoſtolicæ Sedis benedictionem & gratiam oxinde uberius conſequi mereatur. Nulli ergo omnino bominum liceat banc paginam noſtræ diſmembrationis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, oppropriationis, ſubjectionis, indulti, unionis, annentionis, incorporationis, proviſionis, præfectionis; derogationis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum

Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. A

Datam Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quarto, Id. b. Maji, Pontificatus noſtri anno xiii.

In Cathedrali Eccleſia Camplenſi ſacris miniſtrant Canonici duodecim, quorum ſex duntaxat præbendati, Capellani titulares 18. In civitate præter Cathedralem eſt Parochialis altera cum quibuſdam Capellaniis, & Presbyteris. Virorum Cœnobia duo Franciſcanorum videlicet Conventualium, & Cæleſtinorum Monachorum, Sanctimonialium Monaſterium unum, Laicorum ſodalitia aliquot, Hoſpitale, & Mons Pietatis. Diœceſis Camplenſis ſatis commoda eſt, ſunt in ea Villæ 23. ſub Parochiis tribus; eſt autem tanta Camplenſium in Deum, & Eccleſiam devotio, & pietas, ut è tribus Camplenſis agri partibus duæ in Eccleſiæ ipſius patrimonio cenſeantur Nocella duobus à Camplo ſtadiis diſtat, totidem ferè Caſtrum novum Cæterum Epiſcopi Ortonenſes, & Camplenſes ſimul uniti ſequentes ſunt. B

I. 1. JOANNES DOMINICUS Rebiba, ſiculus, in oppido S. Marci Meſſanenſis Diœceſis honeſtis parentibus natus, nepos ex fratre Scipionis Cardinalis Rebibæ, candore morum præcipuus, humilitatis virtute clarus, dignus profectò fuit quem Pius V. Sanctiſſimus Pontifex in Ortonæ Civitatis primum Præſulem die 20. Octob. 1570. deligeret. Hanc tunc pauperrimam Eccleſiam ita per annos 25. moderatus fuit, ut à Rege Philippo II. dignus habitus fuerit, ut ad Catanienſem opimum in Sicilia Sacerdotium poſtularetur, ac vix adduci potuit, ut primam pauperrimam ſponſam pro ditiſſima dimittere vellet; ſed accedente regia propenſione, & inſtantia, atque Proſperi Rebibæ Patriarchæ Conſtantinopolitani germani fratris præpropero fato ad eandem dignitatem vocati, invitus ſuſcepit onus. relicta Ortonenſi Eccleſia & ad Catanenſem translatus eſt à Clemente VIII. die 11. Decembris C 1596. Nihil unquam omiſit, cùm in Ortonenſi, tum in Catanenſi regendis Eccleſiis, quod antiquæ probitatis Epiſcopum addicere videretur. Catanæ ſenio & morbo correptus, è vivis piè deceſſit anno 1604. die 6 Febr. ſepultuſque in Cathedrali, hac adjecta inſcriptione.

D. O. M.

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini D. Joannis Dominici Rebiba Ortonenſis moxque hujus clariſſimæ urbis Catanæ Præſulis digniſſimi, nec non Romani Pontificis Aſſiſtentis, hoc marmore corpus exanime tegitur, anno MDCIV. II. Indictione, die verò 6. Februarii.

Joannis Dominici cum laude meminit Rocchus D Pyrrhus in notitia Sicilienſium Eccleſiarum, & noſter eruditus amicus Jo. Baptiſta de Groſſis in ſua Catania ſacra, eidem dicavit vitam, & translationem S. Thomæ Apoſtoli Jo. Baptiſta de Lectis Civis Ortonenſis.

II. 2. ALEXANDER Buccabarilis, nobilis Placentinus, Rebibæ ſucceſſit die 15. Januarii 1596. Sedit annos 28. vir pius, & rerum Epiſcopalium curator attentus ſub Urbano VIII. Exceſſit anno 1624.



III. 3. ANTIMUS de Actis, Tudertinus, ſtirpe nobili & antiqua, patre Alexandro aliquorum oppidorum Domino, & Flaminia Farneſia Bertoldi Farneſii, & Lateræ Toparchi filia natus in Caſtro novo Etruriæ civitatem, quam vulgò Cornetum appellant, die 14. Martii 1582. nepos Marii & Ferrantis Epiſcopi Parmenſis Farneſiorum fratrum apud quos educatus cultuſque nobilioribus diſciplinis, Romæ degens in Comitatu Odoardi Card. Farneſii ab Urbano VIII. die prima Junii 1624. harum Eccleſiarum creatus Epiſcopus. Conſecratus cum ſtatim Sedes ſuas adiiſſet, zelo divini amoris fragrans, ſe totum bonis operibus dedit, diœceſes luſtravit, Synodos cum Ortonæ tum Campli coegit, leges promulgavit, Clerum optimis documentis inſtituit, populum ad piam traducendam vitam verbo & exemplo adduxit; apertas inveterataſque inimicitias inter aliquos primarios viros dexteritate ſua compoſuit, pauperes ubique, & ſemper fovit, ſuaque bona inter eos liberali manu diſperſit. Eccleſiaſticæ immunitatis vindex acerrimus fuit, nec tamen ſine Principum maximorum laude. Interfuerat Antimus canonizationi S. Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani ab Urbano VIII. in album Sanctorum aſcripti anno 1628. pro quo ſuffragium erudito ſermone ſcriptum tulit: Cujus etiam Pontificatus tempore S. Apoſtoli Thomæ corporis veneratio Ortonæ mirum in modum aucta eſt, miraculoſi luminis ſupra pinnaculum turris Cathedralis apparitione & non ſemel comprobata accidit apparitio hæc die 28. Januarii 1634. cum Ortonæ caſu eſſet incredulus Princeps Andreas Gonzaga, qui nec miraculoſam luminis apparitionem, nec ſacra Apoſtoli lipſana Ortonam translata fuiſſe cæca obſtinatione opinabatur, ſed viſo lumine, exclamavit, *Dominus meus & Deus meus*, & relicto nobili dono ad Thomæ ſepulchrum credulus factus remeavit ad propria: cujus rei hiſtoriam ſcripſit idem Antimus, qui adfuit Epiſcopus, quique cum vitam traduxiſſet Chriſtiano Præſule dignam ad diem primam uſque Octobris 1640. mortalitatem explevit, nec ſine bonorum lachrymis ſepultus fuit in Cathedrali, ejuſque memoriæ cœnotaphium hocce ad tumulum ponendum ſcripſerunt, nondum tamen poſuere nepotes.

Antimo
Alexandri de Actis, & Flaminiæ
Farneſiæ F.
Viro nobiliſſimo, & integerrimo
Pietate in Deum,
Charitate in proximum conſpicuo,
Litterarum ſcientia, morum candore
Spectabili,
Qui
Eccleſiaſticæ non minus diſciplinæ
Quam libertatis Propugnator acerrimus Sanctas Eccleſias Ortonenſem, & Camplenſem ſibi
ab Urbano VIII. creditas
Sexdecim annorum ſpatio
Sine ulla querela religioſiſſimè gu-

ber-

bernavit. Obiit Paſtor vigi-
lantiſſimus Kal. Octob.
M D C X L.
Alexander & Andreas
Ex Angelo fratre nepotes obſequen-
tiſſimi PP.

IV. 4. Fr. FRANCISCUS Antonius Blondus, Ordinis Conventualium S. Franciſci, è Caprenſi Epiſcopatu ad hunc Ortonenſem tranſiit die 13. Decembris 1640. Exceſſit anno 1644. (,, *Ejus meminit Vvaddingus de Scriptoribus Ord. Min. p. 111.* ,, *& Franchinus in Biblioſophia p.* 223. Mandoſ.)

V. 5. ALEXANDER Creſcentius, Romanus, Cardinalis Creſcentii ex fratre nepos, Clericus Regularis Congregationis Summaſchæ, antea Epiſcopus Thermulanus, ad has Ortonenſem, & Campienſem Eccleſias translatus die 13. Junii. Evaſit deindè Epiſcopus Bitontinus ann. 1652. de quo ibi.

VI. 6. CAROLUS Bonafaccia, Romanus, fit Epiſcopus die 3. Febr. 1653.

A D D I T I O.

(,, *Die verò 6. Maii 1675. ad Interamnenſem Ec-*
,, *cleſiam tranſiit, ubi 1683 diem ſuum extremum*
,, *obiit, de quo ibi in primo s. fol. 765. jam diximus.*
VII. ,, *Bonafacciam excepit JOANNES è Patritia*
,, *Neapolitana gente Veſpula, qua feudorum domi-*
,, *nio, qua regali munificentia ab uſque temporibus*
,, *Caroli I. Andegavenſis perilluſtri, filius Scipionis*
,, *Cajetani Veſpuli Montagani Marchionis, & Ga-*
,, *brielis Caſnnatæ nobiliſſimæ Hiſpanæ filiæ Mat-*
,, *thiæ olim in Regno Neapolitano Regiam Cancella-*
,, *riam Regentis, ac ſororis Hieronymi æternæ mem.*
,, *S. R. E. Cardinalis. Neapoli in D. Pauli Clerico-*
,, *rum Regularium Theatinorum inſtitutum amplexus*
,, *fuit, & paulò poſt in illa civitate, graſſante lue,*
,, *& ab ea omnibus tyronibus correptis viu ipſe cum*
,, *tribus ex eiſdem ſuperſtes fuit. Scientiarum om-*
,, *nium curſu peracto concionibus animum applicuit,*
,, *& per Italiam quadrageſimali tempore non medio-*
,, *crem ſibi laudem comparavit. Romæ tandem in D.*
,, *Andreæ de Valle eodem munere concionatoris in*
,, *omnibus diebus anni feſtis domicilium fecit. Aſe-*
,, *cretis deindè ſuæ Religionis cum ſuo Prepoſito Ge-*
,, *nerali domos ejuſdem in Inſubria viſitavit. Qui-*
,, *bus muneribus animum jam ſubactum habens Ro-*
,, *mam regreſſus à Clemente X. anno 1675. harum*
,, *Eccleſiarum Epiſcopus renunciatus fuit, quarum*
,, *poſſeſſionem cepit menſe Junio ejuſdem anni. Vt*
,, *ad eas pervenit nullis umquam laboribus pepercit*
,, *pro ſuorum diœceſanorum ſalute; ad illos frequen-*
,, *tiſſimè Epiſcopali veſte indutus publicas concio-*
,, *nes habebat, & perpolito modo dicendi non fuca-*
,, *ta, ſed magis elucente Evangelica veritate innu-*
,, *meras animas errantes ad Chriſti ovile perduxit.*
,, *In ſollemnioribus anni feſtis ſacramentales earum-*
,, *dem excipiebat confeſſiones, & hoc ferè ſpatio an-*
,, *norum quindecim, quia poſtea podagræ doloribus*
,, *cruciatus pereatò id exequi potuit. In functioni-*
,, *bus Epiſcopalibus ſemper aſſiduus, à quibus ſolum-*
,, *modò gravis corporalis ægritudo diſtinere aliquan-*
,, *do ipſum potuit. In Clero reformando, moribus*
,, *emendandis, immunitate tuenda ſemper vigilan-*
,, *tiſſimus, ardentiſſimus, fortiſſimus. Optimos ſem-*
,, *per præmiis proſecutus fuit, immerentes dulcedi-*
,, *ne conquiſivit. Nunquam ira æſtuavit, contraria*
,, *pertulit ſemper invicta patientia; Servis ſuis*
,, *numquam imperitavit, ſed illos rogabat, ut velut*
,, *egeno, ac pauperi eleemoſynæ vice ſervitium ali-*
,, *quod præſtarent. Tenuiſſimus ci ſibus, & ferè*
,, *ſemper oleribus; vino ſemper abſtinuit. Erga*
,, *pauperes verò miſericors, illos quotidiè victu fo-*
,, *vens, ac veſtibus, ipſorumque filias dotando.*
,, *Cum quis è ſuis diœceſanis proprias et calamitates*
,, *detegeret, cum illo uberrimè plorabat, compati*
,, *ſolitus ſuarum ovium infirmitatibus. Ornatus de-*
A ,, *nique illis omnibus effulſit dotibus, quas Apoſto-*
,, *lus in Epiſcopo voluit irreprehenſibili.*
,, *Divum Thomam Apoſtolum primarium Ortonæ*
,, *patronum diſtinctiſſima devotione ſemper proſecu-*
,, *tus, & in ejus depoſiti Sacello varia aurea orna-*
,, *menta non mediocri impendio pro coronide voluit.*
,, *Cum pars teſtudinis cathedralis ædis, qua tempo-*
,, *rum injuria, qua terræmotuum concuſſione conci-*
,, *diſſet, Capituli, Cleri, imò publica civitatis*
,, *pietate refectam voluit, in quo opere non minus*
,, *quatuor centum aureos de ſuo ſuffecit, & pro refe-*
,, *ctione pyramidis ejuſdem cathedralis ædis etiam*
,, *largiſſimè contribuit. Seminarium Ortonæ tandem*
,, *excitavit poſt graviſſimas ſopitas controverſias in*
,, *ſuppreſſione duorum cœnobiorum virorum, in eoque*
,, *ad quælibet Eccleſiaſtica obeunda munera aptiſſi-*
,, *mi juvenes aluntur. Eccleſiam etiam Ortonæ vul-*
,, *gò* S. Margarita vecchia *reſtauravit, in qua opus*
,, *inſtituit valdè pium, quod nunc audit* il Monte
,, de' Morti, *quia beneficio animarum conſulit in*
B ,, *purgatoriis ignibus degentium; quinque etiam*
,, *Sacerdotes voluit, ut quotidiè pro ipſis ſacrificent,*
,, *omnibus in choro diebus feſtis horas Canonicas, &*
,, *officium Defunctorum, & qualibet feria ſecunda*
,, *pro eiſdem miſſam ſollemniter concinant. Sancti-*
,, *monialium Eccleſiam opere tectorio, & picturis*
,, *conſpicuam reddidit.*
,, *Campienſis urbis patronum D. Pancratium*
,, *martyrem peculiariter etiam coluit; ejus ſacrum*
,, *caput adnitente Eminentiſſimo Caſanatta ſuo*
,, *avunculo obtentum, argentea conſtata ſtatua in-*
,, *cluſit. Sex candelabris argenteis pondo non minus*
,, *unoquoque librarum ſeptem cum iconcula ex una*
,, *parte ejuſdem ſancti, ex altera proprio ſtemmate*
,, *cum hac inſcriptiuncula* Ex voto 1716. *Cruce cum*
,, *imagine argentea Redemptoris in ipſa affixi illam*
,, *cathedralem ædem donavit, quam etiam, ut &*
,, *illam Divi Jacobi Apoſtoli P.P. Capuccinorum ſa-*
,, *cravit. Duos anno 1715. ibi etiam Canonicatus,*
C ,, *duas etiam, ut vocant, Capellanias, unam ſub*
,, *titulo D. Cajetani Thienæi ſui patriarchæ, alte-*
,, *ram D. Andreæ Avellini inſtituit. Sex mille au-*
,, *reos anno 1712. illius Capitulo donavit cum onere*
,, *unius quotidiani proſe ſacrificii, & alterius cum*
,, *cantu, recurrente, quolibet anno, ſui obitus die.*
,, *Fundum etiam conſtituit, & ut quolibet ſabbatho*
,, *ſollemne ſacrum in honorem B. Mariæ Virginis,*
,, *quam ſemper coluit peculiari ſtudio, adeò ut ſu-*
,, *pra reliqua numquam interrupta obſequia, offi-*
,, *cium illius parvum quotidie uſque ad extremum*
,, *ſui obitus diem ſemper recitarit, conſiurretur, &*
,, *divinus cultus in reliquis per annum ſollemnitati-*
,, *bus muſica melodia redderetur auguſtior. Sacra*
,, *pretioſa ſupellectili, etiam opere argenteo pro uſu*
,, *perpetuo functionum Epiſcopalium ipſam ædem*
,, *principem donavit. Sacellum peculiare in ſuo pa-*
,, *latio ædificavit. Duas habuit Synodos, alteram*
,, *in Ortonenſi, alteram in Campienſi civitatibus,*
,, *verè ſalutaribus conſtitutionibus redundantes.*
,, *Vtramq; diœceſim ſumma vigilantia ſemper ipſe vi-*
D ,, *ſitavit, ætate verò, & morbis prægravatus per*
,, *ſuos Vicarios Generales. Die 12. menſis Auguſti*
,, *1716. gravi morbo correptus omnibus muniri vo-*
,, *luit Eccleſiæ Sacramentis; antequam tamen ſe*
,, *Euchariſtica dape reficeret, innumeris humilita-*
,, *tis, & amoris actibus ſe exercuit; humilitatis,*
,, *veniam quærens ab omnibus ſuorum defectuum, &*
,, *omiſſionum, quæ ſignificatio ex omnium oculis uber-*
,, *rimas lachrymas elicuit: amoris, erga ſuum ibi*
,, *præſentem Dominum, quem tenerrimis formulis*
,, *compellavit, exoravit. Omnes denique enixius*
,, *rogavit, ut pro ſuo felici itinere eumdem Domi-*
,, *num deprecarentur. Vltimam omnibus denique*
,, *flentibus, & expetentibus paſtoralem ſuam bene-*
,, *dictionem largitus fuit, quo tempore eamdem ab*
,, *omnibus Religioſis, qui in ſuum Cubiculum con-*
,, *venerant, & ipſe voluit pro lucro indulgentiarum,*
,, *quæ, aut Mariano Roſario, aut illorum cingulis,*
,, *aut ſacris, ut vocant, habitibus annexæ ſunt.*

Die-

,, *Die tandem 13. Auguſti 1716. hora 19. ætat. ſuæ*
,, *an. 77. inter lachrymas ſuorum diœceſanorum Deo*
,, *ſpiritum reddidit, interque eaſdem tumulatus*
,, *fuit in illa æde principe ſollemnibus, ut nuſquam*
,, *antea, exequiis hac inſcriptione ab ipſomet in*
,, *ſuis ſupremis dictata tabulis adhuc tamen lapidi*
,, *incidenda.* Hic jacent oſſa Joannis Epiſcopi
,, Campienſis, & Ortonenſis pedibus Incedentium
,, proterenda. *Funebri concione laudatus fuit à ce-*
,, *lebri oratore Jeſſa Ramoni ejuſdem Cathedralis*
,, *Canonico.*

VIII. ,, *JOSEPH Falconius Veſpulo ſucceſſit, præſul*
,, *undequaque conſpicuus. Si generis nobilitatem*
,, *ſpectas, ſua Falconia gens, non modo Romæ Ido-*
,, *lorum adhuc famulæ, à qua ſua prima origo, ſed*
,, *& in aliis Urbibus Italiæ, & etiam extra nobiliſ-*
,, *ſima innumeras in utraque militia Eccleſiaſtica*
,, *nempè, & ſæculari, jactat imagines. Antiquas*
,, *prætereundo, Gabriel Ver. Signaturæ fuit Referen-*
,, *darius, & Canonicus Baſilicæ Principis Apoſto-*
,, *lorum; Juvenalis bis ſuæ Barnabitarum Congre-*
,, *gationis Superior Generalis; Julius poſt varia in*
,, *Urbe munia Nuncius Apoſtolicæ Sedis in Luſitaniæ*
,, *Regno; Federicus ſub Carolo V. Cæſare copiarum*
,, *Ductor in Belgio; Gabriel ſub Paulo V. Senator*
,, *urbis; Petrus Tribunus militum, & alii etiam to-*
,, *ga illuſtres, quos ſilemus, nè in prolixitatis lapi-*
,, *dem offendamus. Pater Joſepho fuit Carolus, qui*
,, *prius Auditor Hieronymi Cardinalis Columnæ, &*
,, *Pauli Jordani Urſini Bracciani Ducis, deinde*
,, *Regius in Theatina Provincia, ubi etiam præfuit*
,, *inter ejus Provinciæ Auditores cum honore, &*
,, *præminentiis Judicis magnæ Curiæ Vicariæ,*
,, *poſt obitum nobiliſſimæ matronæ Magdalenæ Pa-*
,, *ganæ Urſinæ uxoris ſuæ mox Sacerdos, & paulò*
,, *poſt Epiſcopus Caſtellanetæ renunciatus fuit, de*
,, *quo ibi. Si Joſephi dotes animi velis attendere,*
,, *moribus ipſe dulciſſimus, comitate ſingularis, af-*
,, *fabilitate magneticus, innocentia candidiſſimus,*
,, *nè verbum quidem inofficioſum contra aliquem ex*
,, *ejus ore unquam prodiit; ſuos hoſtes beneficiis cu-*
,, *mulavit, benevolentia ſincera, non fucata ſuos*
,, *ex intimis reddidit. Si quibus facultatibus ad*
,, *grandia factum ingenium excoluerit, nonne deſi-*
,, *deras, Philoſophiæ, Juriſprudentiæ, Theolo-*
,, *giæ Romæ vacavit, in quibus ibidem in almo ſa-*
,, *pientiæ archigymnaſio laureari meruit. Auditor*
,, *fuit Eminentiſſimi Gabrielis, poſt cujus obitum,*
,, *Eminentiſſimi Buſſii, cui etiam in Ancoitana diœ-*
,, *ceſi vicariam præſtitit operam, quod munus exer-*
,, *cens hujus Eccleſiæ declaratus fuit Epiſcopus die*
,, 20. Decembris 1717. *Ad eam ſtatim convolavit,*
,, *infrugiferas herbas poſt mortem Veſpuli in medio*
,, *tritici natas evellere, quaſdam ſpinas, quæ jam*
,, *cœperant erumpere, nè in rubum creſcerent, era-*
,, *dicare, diœceſim perluſtrare, manus ad elargien-*
,, *das eleemoſynas in ſubſidium virginum, vidua-*
,, *rum, & egenorum omnium ſemper extenſas habe-*
,, *re, eaque omnia exequi, quæ optimum decent*
,, *paſtorem, & Veſpuli ſucceſſorem. Cujus meritæ*
,, *laudes ſi tales, ac tantæ ſunt, ut viven-*
,, *tis adhuc quiſque illas decantare non*
,, *dubitet, quo mage poſt Neſto-*
,, *riam, quam ei omnes*
,, *apprecan-*
,, *tur*
,, *ætatem, poſteritas immor-*
,, *talibus encomiis*
,, *proſeque-*
,, *tur?*

ANSANENSES ſeu Lancianenſes ARCHIEPISCOPI.



ANSANUM, vulgo Lancianum *a*, apud Prolomæum, & Plinium, Anuſanum ab aliis vocatur, Aprutii citerioris mediterranea civitas eſt ex Anſiani veteris reliquiis exædificata, in quadam Samnii regione ſita, quam Frentanorum antiqui dixere, non procul à litore Superi maris, parumque ab aſpero, gelidoq; Majellæ Monte diſtans, ſalubri quidem cœlo, Regi immediatè ſubjecta *b*, familiis in regio Codice deſcriptis 1383. Multi illic viri nobiles, & Dynaſtæ degunt, cæteri incolæ laborum ſtudio, armorum exercitio, negotiationibus, agrorum cultui; præſertim verò ipſa civitas celebritate, & affluenti mercium, mercatorumque frequentatione, finitimas, remotioreſq; civitates ſuperare videtur, quin & copioſa frugum annona, & camporum fœcunditate longè præeſt. Affirmant cives patrum traditione edocti, Anſanum fidem Chriſtianam accepiſſe ab Apoſtolorum alumnis, qui in hac regione Evangelium diſſeminarunt. Epiſcopalem dignitatem volunt multò antea à noviſſima inſtitutione à Romano Pontifice accepiſſe, ſed cum nullum afferant auctorem, neque monumenta, quæ hæc ſuis injecerint in commentariis, commentum crediderim ad laudem ingenii inventum. Leo X. Pontifex Maximus Anſanum nobile oppidum ante annum 1499. ſpirituali juriſdictione Teatino Epiſcopo obnoxium, tunc Romano Pontifici immediatè ſubjectum Epiſcopali dignitate, & civitatis nomine cohoneſtavit 5. Kal. Julii anno 1515. cuſo diplomate. In eo cauſas enumerat, quæ animum ſuum moverunt, ut illud tanta dignitate donaret; *Cum ſit*, inquit, *Anſanum oppidum in Aprutina regione præclarum, & inſigne, & loci opportunitate maximum, & totius Neapolitani Regni emporium celeberrimum, & amœnitate, ſtructurarum, & Eccleſiaſticorum locorum, aliorumve magnitudine, & loci ſumptuoſitate ſpectabile, & incolarum equeſtris Ordinis, & Theologiæ, & utriuſque juris & artium, & Medicinæ Doctorum, & aliarum artium, ſcientiarum peritorum nobilium, & mercatorum, ad hominum quatuor millia aſcendentium numeroſitate frequentatiſſimum, civitatis nomine, & prærogativa digniſſimum, &c.* Primus igitur Epiſcopus Romanæ Sedi immediatè ſubjectus creatus tunc eſt Angelus Maccaſanus de Pireto vir impiger, & ad novum Epiſcopatum moderandum ſatis aptus, & promptus. Hinc multæ exor-

a Italis Lanciano.

b Nunc illi Dominio Marchiono del Vaſto ſubeſt.

tæ ſunt contentiones Teatinum inter, Anſanique Præſulem, cum Clemens VII. Teatino novo Archiepiſcopo, Anſanum Metropolitico jure ſubjecerit; nihilominus Anſanum, ut jus ſuum exemptionis quoquo modo tueri poſſet, omnem conatum adhibuit, & lites promovit; quibus ſedandis, accedente etiam Philippi II. Hiſpaniarum Regis auctoritate, ad cujus præſentationem Anſana Eccleſia erat, Pius IV. Anſanum Archiepiſcopali dignitate cohoneſtavit, de qua inſtitutione ita ſcriptum legi in Actis Conſiſtorialibus. *Romæ apud S. Petrum in Conſiſtorio, die 9. Februarii 1562. Sanctiſſimus erexit ad evitandas lites, & diſcordias, & pro bono pacis conciliando, Cathedralem Eccleſiam Lancianenſem in Metropolitanam, cui R. P. D. Leonardus de Marinis Epiſcopus de cætero illi ut Archiepiſcopus præſit, cum extinctionibus, inhibitionibus, & aliis clauſulis, ac derogatione prout in cedula.* Igitur Anſana Eccleſia Archiepiſcopali honore donata, ejus Cathedralis Baſilica Deiparæ Virgini in Cœlum Aſſumptæ dicata ſupra pontem mira ſtructura, ingentique ædificio conſtructa, decora eſt, ac concinnè venuſta, in qua inter cætera ſacra veneratur una ex ſpinis Coronæ Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, dono data à Joanne Baptiſta de Orta Epiſcopo Tertibuenſi anno 1515. Divina porrò officia à quatuordecim a Canonicis cum Archipresbytero, ac Primicerio in ea dignitatibus, aliiſque Sacerdotibus & Clericis celebrantur. (*„Cura „ animarum in ea exercetur per Archipresbyterum: „ Præbenda Theologalis, & Pœnitentiaria inter „ Canonicos adhuc deſiderantur Palatium pro Ar„ chiepiſcopo diſtat ab Eccleſia.*) In civitate præter Cathedralem octo b ſunt Eccleſiæ Parochiales, virorum Cœnobia ſex, unum Monialium, nonnullæque laicorum fraternitates. Fidelium animæ intra Urbem degentium ferè ſex millia. Archiepiſcopalis menſæ annuus cenſus aureorum 1000. taxa ejus in libris Apoſtolicæ Cameræ eſt florenorum 200. Diœceſis Lancianenſis anguſta admodum quatuor duntaxat oppidis & tribus villis conſtat; in oppidis animarum cura per Archipresbyterum exercetur, Villulæ ab Illyricis habitantur, quibus ſacra à ſuis Sacerdotibus benè probatis adminiſtrantur. Archiepiſcopus nullam habet Provinciam, nec Suffraganeum. Vetuſtiſſimum eſt hac in urbe Sancti Franciſci Cœnobium, cujus Eccleſia olim Divo Legorio conſecrata erat. Diù in ea Baſilica Monachi ſub Abbate inhabitarunt, quibus exactis, tradita eſt Monachis S. Joannis in Venere Ordinis S. Benedicti an. 1204. Innocentio III. Pontifice; iis etiam deturbatis in Parochiam evaſit, poſtremum S. Franciſci Sodalibus ceſſit, concedente Anſani Archipresbytero; conceſſionem ratam habuit Landulphus Teatinus Epiſcopus anno 1252. 3. Non. Aprilis. Servantur in hac venerabili Eccleſia plurimæ Sanctorum reliquiæ. Sed, quæ alias omnes præcellit, eſt Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum mutatum mille abhinc annis in carnem, & vini guttæ quinque in Sanguinem, quæ hoc habent verendum, & venerandum, præ omnibus, atque ſtupendum, quod inæqualia licet magnitudine ſint, æqualia tamen comperiantur. Quonam pacto hæc miranda converſio facta ſit, ita commemorant.

a 14. Canonicis, & duabus Dignitatibus.

b Duo.

Cum quidam Divi Baſilii Monachus Sacerdos de vera converſione panis, & vini in carnem, & Sanguinem Chriſti Salvatoris dubitaret, miſericors Deus ab infidelitate revocare volens, quadam die, ille ſacra operante, vix conſecrationis verbis prolatis panem in Carnem, vinum in Sanguinem converſum vidit, confuſus, & inde in recta confirmatus fide, populo adſtanti incredulitatem ſuam confeſſus, ac ſtupendum converſum ſacrificium palam oſtendit. Ad futuram rei memoriam hujuſmodi hiſtoria depicta cernitur in Sacrario, ubi aſſervantur ſpecies in Carnem, & Sanguinem converſæ. Hiſtoriam edidit Sebaſtianus Rinaldus Epiſcopus Calcedonenſis. Non longè verò à Civitate Eccleſia viſitur S. Mariæ de Friſa Abbatiali titulo olim condecorata; in ea Canonici Regulares Lateranenſes degebant. Sed in veteri Anſano Cœnobium Eremitarum S. Auguſtini celeberrimum eſt, ejuſque in Eccleſia ſub ferrea crate quamplurimæ Sanctorum reliquiæ religioſiſſimè aſſervantur; inter cæteras celebrantur brachium unius Sanctorum Innocentium; Mola S. Apolloniæ Virginis & Martyris; Tres Spinæ de Corona Chriſti Salvatoris; Caput & brachium S. Simeonis Apoſtoli & Crux S. Judæ Thaddæi, quæ à quondam Jacobo Clementis Venetiis furtim ablatæ, huc advectæ fuere anno 1434. ut ex litteris Franciſci Foſcari Venetiarum Ducis ad Epiſcopum Teatinum ſcriptis facilè erui poteſt. Erat tunc temporis Anſana Eccleſia Teatino Epiſcopo jure Diœceſano ſubjecta. Litteræ verò in hunc modum fuere conſcriptæ.

Reverendo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Teatinæ Civitatis Intus. *Franciſcus Foſcari Dei gratia Venetiarum Dux. Reverendo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Teatinæ Civitatis amico dilecto ſalutem, & ſupernæ devotionis affectum.*

Ex querimonia venerabilis & honeſti viri Georgii de Priulis Plebani Eccleſiæ S. Simeonis Apoſtoli civitatis noſtræ Venetiarum non abſque mentis admiratione cognovimus, quod quidam pſeudo-presbyter Jacobus Clementis, qui divina officia in prælibata Eccleſia celebrabat, poſtpoſito Dei timore, ac ſalutis animæ ſuæ immemor, furtivè ac malo modo abſtulit caput & brachium ſacroſancti Corporis Apoſtoli ſupradicti, & attulit Lanzanum, undè favores noſtros ad recuperationem earundem reliquiarum cum inſtantia ſupplici requiſivit. Nos autem cognoſcentes hanc cauſam non eſſe privatam nec ſpecialem Plebani prænominati, ſed communem & publicam Dei & Sanctorum ſuorum, ac noſtram, totiuſque noſtræ civitatis quæ ſcandalum habuit cordiale de ſacrilegio tam nefario, ac nullatenus dubitantes, quod talis caſus vobis tædioſus fuerit non minus, quàm nobis ipſis, conſiderata iniquitate tam facinoris, quam perſonæ. Reverendam Paternitatem Veſtram affectuosè deprecamur, quatenus conſiderato quod nunc agitur reo Dei, cum Omnipotentia ex hujuſmodi ſacrilegio ſit offenſa, & contumelioſiſſimè vilipenſa in reliquiis Apoſtoli ſui, tam nefariè ſubtrahendo, & aſportando non abſque injuria etiam noſtri, & vilipendio non mediocri. Placeat in Dei & Apoſtoli prædicti amorem, devotionem & reverentiam affectuoſalem providere, ac facere, quod eadem caput, & brachium Apoſtoli prænominati, Nuncio Plebani Eccleſiæ prædictæ S. Simeonis reſtituatur, & reſignetur, ſic quod poſſit ipſe Venetias ad ſuam Eccleſiam, undè ſunt ſacrilegè ſubtracta, & aſportata reducere, ſicut ſummè deſideramus exauditionem effectualem noſtrarum precum, & rem divinam & religioſam utique ad ſummam complacentiam à veſtra Reverenda Paternitate habituri.

Datum in noſtro Ducali Palatio die 12. menſis Septembris, Indict. 3. anno 1434. Scripſit idem Dux communi Anſanæ civitatis iiſdem ferè conceptis verbis ſed incaſſum laboravere Veneti, qui ineunte deinde vere, triremes expedierunt in Adriatico munitiſſimas, juſſeruntque Claſſis Præfecto, ut Sanctum Vitum, Anſanumque funditus erueret. Verum ſive errore viarum, ſive Superis ipſis juvantibus, in Apuliam Veneti appulerunt, Caſtrum S. Viti Apulorum, pro oppido ejuſdem nominis Frentanorum diripuerunt, ingentique præda onuſti Venetias repetierunt, illæſis tamen Anſanenſibus Sacratæ Apoſtoli reliquiæ apud ipſos venerantur.

Haud longè ab hac Eccleſia viſitur Sacellum olim domus cujuſdam Jacobi Statii, cujus conjux Ricciarella anno 1273. ut ferunt, à thori conſorte vexata, impiæ fœminæ conſilio dementata, ut à marito vindictam ope dæmonis ſumeret, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum igni tradidit, &

quem amoris flamma ſub illo velamine latenter incluſerat, fæminea rabies & impietas, flammis materialibus obicere non eſt verita. Cæterùm cooperante Deo, ſacris accidentibus, ſub quibus Deus amans latebat, flamma non nocuit, & odor ignis in illis non fuit; ſed in carnem, & ſanguinem, parte hoſtiæ in propria ſpecie & colore remanente, apparuere converſa, ut veritas Corporis Chriſti ſub illis realiter contenti miraculoſa converſione inſinuaretur. Obſtupuit impia fæmina ad cœleſte prodigium, & in ſtabulo inæſtimabile Sacramentum continens Chriſtum, pro nobis olim in ſtabulo natum, execrabili perverſitate inter ſtercora, effoſſa terra celavit: donec poſt ſeptem annos, quod impiè egerat, loci Priori revelavit. Hic cum eſſet patria Offidanus, inæſtimabilem ſacræ hoſtiæ theſaurum, quaſi pio furto Anſano ſurripuit, & Offidam Piceni aſportavit, ubi ſumma adhuc populi veneratione colitur. Hujus rei hiſtoria extat in hujus Eccleſiæ tabulario. A

Non procul ab Anſano Cœnobium eſt Ordinis Minorum, quod B. Joannes de Capiſtrano conſtruxit ſub nomine S. Joannis de Pace, in memoriam conſtitutæ à ſe pacis inter Anſani, ac Ortonæ Cives hoſtiliter, ac crudeliter ſe invicem infeſtantes. Hic ſepultus eſt B. Hieronymus à Stronconio, antea & poſt mortem miraculis illuſtris. Cæterum Anſanenſes Præſules ſequentes ſunt ea actis Conſiſtorialibus obſervati. B



I. 1. ANGELUS junior Maccaſanus de Pireto Marſus, vir præclara legum ſcientia, & moribus amabilis dignus habitus, ut à Leone X. primus Anſani Epiſcopus creatus ſit anno 1515. *a* Poſtero anno 11. Kal. Majas honorificentiſſimè ab Anſanis ſuſceptus, Epiſcopatus poſſeſſionem iniit, non tamen ſine capitis ſui periculo inſidiatus à Teatinis, qui ægrè ferebant novam Epiſcopalem dignitatem Anſanis elargitam: quamobrem Fermulanenſem Ducem Aprutinæ Provinciæ Præſidem in Angelum concitarunt. Is cum honoris gratia Angelum ſimulatè viſitaſſet, illum penè captivum retinuit, ut Teate deportaretur. Verùm Anſanenſis populus, Clerusque hæc audientes Paſtorem ſuum per ſummam injuriam retentum, ad arma proruperunt, ac Duci mortem minitantes ni Præſulem ſuum liberum daret; tùnc viſum eſt Duci nolens volens Epiſcopum cum honore liberum dimittere, ac commonere Teatinos, durum eſſe contra ſtimulum calcitrare. Angelus verò omni ſollicitudine Eccleſiam ſibi creditam ordinavit, atque adminiſtravit. Romam reverſus Lateranenſi Concilio interfuit ſeſſ. 10. anno Chriſti 1517. ſubſequenti Kalen. Decembris, exceſſit ibidem ſepultus. Patruos habuit Angelum Seniorem, Franciſcum & Gabrielem Marſorum Epiſcopos fratres Jacobum & Joannem Dionyſium ejuſdem Eccleſiæ Præſules, & Gregorium Epiſcopum Hortanenſem viros integra fide & prudentia clariſſimos, quorum virtute excitatus non minorem ſuæ familiæ attulit decorem. D

a 4. Kal. Jul.


II. 2. ÆGIDIUS Cardinalis Viterbienſis *b* ſecundus declaratus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus ad petitionem Caroli V. Imperat. die 10 Aprilis 1532. Romæ obiit eodem anno prid. Id. Decembris Epiſcopus Viterbienſis, & Conſtantinopolitanus Patriarcha, de quo egimus prim. tom. in Epiſcopis Viterbienſibus.

b De eo Ciaconius Oldoini 3. col. 395.

III. 3. MICHAEL * Fortinus, Ordinis Prędicatorum, fortaſſis Belga à Carolo V. præſentatus adlectus eſt à Clemente VII. die 10. *c* Aprilis 1533. Romæ exceſſit è vivis anno 1539.

* Ex Append. 1. 9. *c* Die 26. Febr.

IV. 4. JOANNES de Salazar, Hiſpanus, hujus Eccleſiæ evaſit Epiſcopus die ultima Aprilis 1540. ritu ſolemni receptus 12 Kalend Julii ejuſdem anni. Interfuit Concilio Tridentino; mortem obiit in Hiſpania prid. Id. Septembr. 1555. cujus inſignia ſtellæ duodecim aureæ erant in cærulea parma.



V. 5. POMPEJUS Piccolomineus de Aragonia, Amalphitani Ducis filius, ex Præpoſito S. Joannis de Celano electus eſt Anſanenſis Epiſcopus die 12. Junii 1556. Sedit ſub nomine tantum electi plus minus annis quatuor, & ad Tropejenſem translatus C eſt anno 1560. die 16 Januarii, de quo ibi.



VI. 1. LEONARDUS de Marinis, Januenſis, Ordinis Prædicatorum genere & virtute inclytus, ex Epiſcopo Laodicenſi, factus eſt Anſanenſis Epiſcopus die 16. *d* Januarii 1560 poſſeſſionem iniit, civitatem ingreſſus 7. Id. Aprilis ejuſdem anni: ſed cum incidiſſet in eam rerum difficultatem, quæ ſuos antecesſores Teatinos Archiepiſcopos longo temporis ſpatio divexaverat, feciſſetque ſatis, ut tandem jurgia jugularentur. & lites, incaſſum tamen viſus ſibi eſt laboraſſe. Romæ poſt annum cum dimidio ſui laboris ad Pium Pontificem reverſus, ut tandem ſua auctoritate litibus finem daret. Igitur Pius piæ Leonardi petitioni annuens, Eccleſiam Anſanenſem Archiepiſcopali titulo condecoravit, primumque Archipræſulem Leonardum declaravit die 26 Febr. 1562. qui cum gaudio & pace Anſanum revertitur, profuſaque omnium lætitia ſuſceptus, pacem laureatam ad Concilium Tridentinum

d Die 26. Jun.

pro-

proſecturus reliquit; poſt cujus celebrationem tertio Anſanenſem Eccleſiam inviſit, ac ſaluberrimis decretis ad normam Concilii conſolidavit. Sex annis hanc Eccleſiam, tum Epiſcopus, tum Archiepiſcopus eximiè adminiſtravit, translatuſque eſt ad Albenſem in Inſubria Sedem die 7. Octob. 1566. Romæ deceſſit 1573. Id. Martii; jacet in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam, de quo plura, ac ſcitu

A dignisſima ſcripſimus in Albenſium Epiſcoporum Caralogo, ubi in ejus honorem Tridenti cuſum toreuma inciſum retulimus, quod hic in gratiam Anſanenſium iterum exhibere licuit, ut genuina Leonardi primi eorum Archiepiſcopi effigie recreari valeant, qui maximum Anſanenſi eorum civitati decorem attulit & ornamentum.





VII. 2. HECTOR è nobiliſſima & antiquiſſima gente Piſcicella Neapolitanus, ex Regni Vicecancellario, ac penè capularis ſenex à Philippo II. Rege Hiſpaniarum deſignatus eligitur à Pio V. Anſanenſis Archiepiſcopus die 13. Octobris 1568. conſecratus civitatem ingreditur 5. Kal. Majas anni ſequentis, honorificè ſuſceptus, comitantibus Venerabilem Senem Archiepiſcopo Acheruntino, Gravinę, ac Trajecti Ducibus cum Joanne Avolos viris clariſſimis. Poſt paucos menſes mortalitatem exuit 9. Kal Octob. ejuſdem an. 1569. octuagenario major, humatur in Cathedrali ejus cadaver cum cæteris Præſulibus; ab antiquo in novo ante aram Beatiſſimæ Virginis Mariæ reconditum eſt à Paulo Taſſo ſucceſſore.

VIII. 3. Fr. ANTONIUS à S. Michaele, Hiſpanus, Ordinis Minorum ſtrictioris obſervantiæ, antea Epiſcopus Montis Marani, ad hanc Sedem translatus die 20. Octob. 1570. Huc appulit prid. non. Martii 1571. Primum lapidem jecit ædis D. Bartolomæi 6. Id. Julii 1571. Munus conſecrationis impendit Vincentio Marino Epiſcopo Albenſi, aſſiſtentibus Ortonenſi, ac Valvenſi Epiſcopis Id. Martii 1573. Dominica die Palmarum. Hujus meminit Paulus Paruta hiſt. Venet. p. 5. lib. 3. quem à Gregorio XIII. delegatum fuiſſe ad Hiſpaniarum Regem narrat, ut fœdus adverſus Turcas inſtauraretur: regreſſus ad ſuam Eccleſiam, reliquum vitæ ſuæ tempus in bene populum ſibi creditum regendo conſumpſit, ac pie ut vixerat, diem ſuum clauſit extremum Kal. Novemb. 1578. Jacet in Ae-

C de Cathedrali, cujus inſignia quinque virentes olivæ ſuper montes poſitæ in parma aurea erant.



4. MARIUM deinde Bologninum, Cajacenſem, virum nobilem, omni laude digniſſimum, evexere ad Sedem die 3. [a] Julii 1579. poſſeſſionem adeptus corporalem 17 Kal. Martii 1580. Primum lapidem benedixit Eccleſiæ S. Mariæ de Angelis apud Saccarios, translatus deinde eſt ad Crotonenſem, mox Salernitanus evaſit Archiepiſcopus, cui dedicat opus de peſte Sebaſtianus Tranſius. IX.

[a] Die 13. Julii.

D 5. PAULUS Taſſus, Neapolitanus, I. V. D. Protonotarius Apoſtolicus, vir doctus & probus Bolognino ſucceſſit die 17. Octobris 1588. ſolemni pompa excipitur 15. Kal. Apr. 1589. Sequenti verò 4. Kal. Apr. jecit primum lapidem benedictum novæ Eccleſiæ fundandæ titulo S. Mariæ de Sanitate. Sequenti ann. 1590. 4. Kal. Apr. in Aede S. Mariæ de Ponte conſecravit in Epiſcopum Chalcedonenſem Sebaſtianum Rinaldum Anſanenſem Theologum, virum clariſſimum, aſſiſtentibus Epiſcopis Triventino & Guardienſi. Nolam Cathedralis Eccleſiæ maximam ante annum milleſimum conflatam, caſu fractam iterumque conflatam ſacravit 10. Kal. Sextilis 1604. Ejus cum laude meminit David Romeus in dedicatoria vitæ S. Candidæ ad Franciſcum Carrafam, & doctus Antonius Caracciolus in monumentis Eccleſiæ Neapolitanæ non ſemel Pauli laudes commemorat. Præfuit huic Eccleſiæ cum laude prudentiæ annis 18. Fatoque functus eſt 4. Non. Septemb. 1607. in tumulo conditus X.

Ca-

A Cathedralis, quem vivens ſibi, & ſucceſſoribus ſuis erexerat, in quo oſſa anteceſſorum ſuorum religioſiſsimè ſepelierat. Geſtabat gentilitia familiæ ſuæ ſtemmata, arborem ſcilicet Taxi cum involuto ſerpente ad truncum cum duabus rotis hinc inde truncum exornantibus.

XI. 6. Fr. LAURENTIUS Calatina, Ordinis Minorum de Obſervantia, Epiſcopus Minerbinenſis, ad hanc Eccleſiam translatus die 27. Januarii 1609. Sedit ann. 8. iterumque illum tranſtulit Paulus Quintus ad Puteolanam anno 1618.

XII. 7. Fr. FRANCISCUS Romerius, Hiſpanus Ordinis Carmelitarum alumnus, Patria Matritenſis, adlectus eſt Archiepiſcopus die 14. Maii ann. 1618. translatus deinde ad Viglebaneuſem in Inſubria Epiſcopatum die 10. Januarii 1621. Obiit ibidem 4. Februar. 1647.

XIII. 8. ANDREAS Gervaſius ſucceſſit Romerio die 24. Januarii 1623.

C

ADDITIO.

(,, *Andreas Gervaſius, Calaber è civitate Taber-*
,, *næ, poſſeſſionem hujus laiit Eccleſiæ die 27. Februa-*
,, *rii per ſuum Procuratorem Cæſarem de Monte V.*
,, *J. D. & ejuſdem Eccleſiæ Archipresbyterum: die*
,, *28. Martii ejuſdem anni 2. Paſchatis die ad eam-*
,, *dem pervenit. Acerrimus fuit immunitatis defen-*
,, *ſor, pro qua multa perpeſſus fuit pectore ſemper*
,, *intrepido. Monialibus Regulam Divæ Claræ pro-*
,, *fitentibus ſacrum Gynecæum aperuit propriis ſum-*
,, *ptibus, quibus & eas uſque ad obitum ſemper alait.*
,, *Epiſcopale palatium penè collabens, & anguſtum*
,, *refecit, prolatavit, pluraque pro neceſſaria Præ-*
,, *ſulum habitatione addidit cubicula. Mulierum ho-*
,, *neſtati ſemper conſuluit, quibus fontem aperuit,*
,, *ut in ea propria induſia, aliaque vel linea, vel la-*
,, *nea texta longè ab hominum oculis poſſent abluere.*
,, *Pauperes ſemper fovit, juſtitiam diligentiſſimè co-*
A ,, *luit. Sedit in præſulatu annis 46. Octogenarius*
,, *obiit, & in Eccleſia ab ſe extitati Parthenonis D.*
,, *Claræ ſepultus fuit.*
,, Fr. ALPHONSUS *Alvarez Barba, Hiſpa-* XIV
,, *nus, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, nobi-*
,, *lis ſacræ paginæ interpres, hac thiara dignus effi-*
,, *citur 9. Septemb. 1669. Ad Brunduſinam trans-*
,, *latus eſt 28. Maii 1673 deinde ad Salernitanam.*
,, FRANCISCUS *Antonius Carrafa, Patritius* XV.
,, *Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ce-*
,, *lebris Theologus, & divini Verbi præco adlectus 27.*
,, *Maii 1675. ad Cathanienſem deinde vocatus fuit.*
,, Fr. EMANUEL *de la Torre, Hiſpanus, Or-* XVI.
,, *dinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivo-*
,, *rum, Magiſter in Theologia, poſt varias in ſuo*
,, *ordine bene peractas præfecturas, hoc throno in-*
,, *ſignitur 9. Auguſti 1688. Deceſſit menſe Julio*
,, *1694.*
,, JOANNES *Menreale, Brunduſinus, J. U. D.* XVII.
,, *Vicarius Apoſtolicus Nolanus, ac olim Advocatus*
C ,, *fiſcalis S. Officii Neapolis, à Rege Catholico nomi-*
,, *natus obtinuit hanc Cathedram 4. Julii 1693. e-*
,, *inde translatus fuit ad Rheginenſem die 21. Maii*
,, *1696.*
,, Fr. BARNABAS *de Caſtro, Toletanus, Or-* XVIII
,, *dinis Eremitarum S. Auguſtini, S. Theologiæ Ma-*
,, *giſter, Aſſiſtens generalis Hiſpaniarum, qui Re-*
,, *ctoris Collegii Agridæ, Deſinitoris, & Provincia-*
,, *lis Caſtellæ munus everterat, præfectus Lancia-*
,, *nenſi eſt Eccleſiæ die 25. Februarii 1697. ad Brun-*
,, *duſinam triennio poſt, id eſt 1700. 15. Decembris*
,, *translatus.*
,, Fr. JOANNES *Vva, Melphictenſis, Ordinis* XIX.
,, *S. Franciſci de Obſervantia, Archiepiſcopus Lan-*
,, *cianenſis renunciatus eſt 18. Aprilis 1701. Obdor-*
,, *mivit in Domino menſe Januario 1717.*
,, ANTONIUS *Paternò, nobilis Neapolita-* XX.
,, *nus, J. U. D. & Advocatus, ornatus eſt hac infula*
,, *8. Februarii 1719.*)

ITA.

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA XV.
SIVE
HIRPINORUM,
Quam hodie Principatum ulteriorem vocant, ubi Compſana Metropolis cum ſuis ſuffraganeis deſcribitur.

INTER Samnites populos omnium ultimi claruerunt Hirpini, quorum fuit tanta belli gloria, ut ſeparatim à Samnitibus quaſi ab eorum corpore eſſent avulſi nominarentur. A Lupo Coloniæ ductore nomen accaperunt, Hirpium quidem Samnites Lupum appellarunt. Hinc extremus verſus Lucaniam Apuliamque Hirpinorum urbeis paſſim Livius Samnitibus attribuit, quarum caput Compſa. Hirpinorum fines ita deſcribit Cluverius: ab Occaſu, qua Campani erant contermini montium jugum quod ſiniſtram Sabati fluminis ripam proſequitur ultra fontem amnis, lineam à Sarni uſque fontem: inde à Meridie, qua Picentinis jungebatur, lineam aliam ad Silarum amnem & opidum Valveno ductam; inde ipſum Silarum, & à fonte ejus

A lineam ad Aufridum flumen, & oppidum Montis Viridis ductam: hinc ipſum flumen, & à flumine incurvam ad Calorem uſque amnem prope Beneventum; qua includuntur Cœdogna, & S. Agatha. Hodie Hirpinorum regio in provincia ulterioris Principatus concluditur. Sedes Epiſcopales in ulteriori Principatu tredecim olim cenſebantur, ſed ex his quinque utpote ſuffraganeæ Beneventanæ Metropolis in ea provincia deſcriptæ fuerunt, nempe S. Agathæ Gothorum, Avellinen. & Frequentin. Montis Marrani & Vulturarien. Sarnenſis ſuffragatur Salernitano: de quibus ſuis in locis agemus: reliquæ ſunt Compſanus Archiepiſcopatus cum ſex ſibi ſubjectis Eccleſiis S. Angeli de Lombardis, Biſacien. Laquedonien. Montis Viridis, Muranen. & Satrianen. nam Belſienſis Epiſcopatus, qui in provinciali Romano recenſetur ſub hac Metropoli nullam reperio mentionem. Igitur in hac noſtra decimaquinta Provincia de ſola Compſana Metropoli cum ſex his Epiſcopatibus agemus. B

COMPSANA METROPOLIS,

Cui ſuffraganei ſunt

Epiſcopatus
- S. Angeli de Lombardis,
- Biſacienſis,
- Laquedonenſis,
- Montis Viridis,
- Muranenſis,
- Satrianenſis,



COMPSA [a] antiquiſſima Hyrpinorum civitas ad Aufidum amnem haud procul fontibus ejus ſituata eſt, quam hodie Provinciæ ulterioris Principatus Metropolim ſtatuerunt. Hanc Plinius in ſecunda Italiæ regione in Hyrpinis commemorat cum Livio & Vellejo. Ptolomæus in Lucaniam rejicit. Ejus primogeniam originem hactenus nullus ſcriptorum retexuit; ex iiſdem tamen veteribus auctoribus antiquiſſimam fuiſſe conſtat, cum anno ab urbe condita CCCCLXXIX. ante Chriſtum natum CCLXXIII. ibidem colonia ducta eſt. *At Coſſam*, inquit Vallejus, *& Pæſtam ab hinc annos ferè* CCC. *Fabio Dictatore, & Claudia Cancria Coſſ.* Livius *Coloniæ ductæ ſunt Poſidonia, & Coſſa*. Sigonius in Livium pro *Coſſa*, ex antiquis exemplaribus *Compſam* legit & *Compſanos*, quorum illibata fides priſcis Romanis ſemper in pretio fuit. Hic Milonem cujus meminit Tullius, ictu lapidis occubuiſſe narrat Vellejus. Incepto pari ſimilis fortuna Milonis fuit, qui Compſam in Hyrpinis oppugnans cinctuſque tum P. Clodio, tum patriæ, quam armis petebat, pœnas dedit, vir, inquietus, & ultra fortem temerarius. Denique Compſa ex iis Coloniis una fuit, quæ pro Romanis contra Annibalem arma ſumpſere. Poſt declinationem Romani Imperii, diverſis Dominis bellica præda ceſſit, donec Neapolitanorum Regnum ditio fieret, à quibus diverſis Dynaſtis in feudum attributa eſt. Anno ſalutis 980. ut Leo Oſtienſis ſcribit lib. 2. cap. 11. ingens terræmotus Compſam propè mediam evertit, ejuſque Epiſcopum cum plurimis aliis occidit. Hoc tempore pene deſolata eſt, infrequenſque ob inſalubrem aerem habitatoribus, quæ olim cum finitimarum urbium potentia concurrere potuit. Conſtat, idque ſatis firma conjectura jam inde à Sanctorum Apoſtolorum prædicatione Chriſtianis ſacris Compſam fuiſſe initiatam, utpote Romæ propinquam. Ejuſdem antiqua Eccleſia eſt, atque Metropolitana dignitas vetuſta inter recentiores. Ejus Provincia ulteriorem Principatum complectitur; ſex habet Epiſcopatus ſuffraganeos, Muranum ſcilicet, Montis Viridis, Laquedonenſem, Biſaciarum, Sancti Angeli de Lombardis, & Satrianum; nam quod in antiquis Provincialibus legitur de Epiſcopatu Bolſinenſi mendo non caret; nihil enim de eo alibi uſque legimus, ac ne in ipſis quidem tabulis Metropoleos Compſanæ. Primi ejus civitatis Epiſcopi nomen intercidit, ſive ſcriptorum inopia, ſive injuria temporum, quæ vetuſta debellavit monumenta. A quo verò ex Romanis Pontificibus Compſa dignitatem receperit Metropoliticam, incompertum mihi eſt. Crediderim tamen eam accepiſſe vel ab Alexandro II. vel à ſucceſſore Gregorio VII. namque anno 1051. ſub Leone IX. Epiſcopus Compſanus ſuffraganeus erat Salernitani Archiepiſcopi, ut ex privilegio Leonis liquet, ſub Gregorio VII. Leo Archiepiſcopus Compſanus vixit. Sub Primate verò Salernitano recenſetur ab Urbano II. anno 1099. in privilegio Salernitanæ Eccleſiæ conceſſo, ut ſuo loco melius enarravimus. Primus Compſæ Archiepiſcopus, cujus memoria perennavit ad poſteros, Leo eſt, qui ſub Gregorio VII. Pontifice vixit. Ab hac tempeſtate uſq; ad hæc noſtra tempora, ferè continuatam ſeriem habemus, ſatis tamen jejunam, quam ex variis monumentis noſtra expiſcata

[a] Vulgo Conza.

eſt

eſt induſtria, ſurdis ſæpè auribus canimus, illorum, ad quos ſpectat, implorantes opem, diligentiamque. Cæterùm Metropolitana Baſilica eſt titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ, ſacris veſtibus, argenteis vaſis, ac ſupellectili ad ſacrorum uſum accommodata, ſatiſque inſtructa, & ornata. Hic requieſcit corpus S. Herberti Archiepiſcopi marmoreo tumulo incluſum, & præclariſſimo decori habetur; ejus natalis dies 20. Auguſti magna finitimorum populorum frequentia colitur, indulgentiis Pontificum privilegio eò accedentibus conceſſis. Tribus dignitatibus gaudet, Archidiaconatus ſcilicet, Cantoratus, & Primiceriatus, ibidemque octo Canonici, Presbyteri aliquot, aliique minorum gentium Clerici divinum opus peragent. Intra Civitatis mœnia quinquaginta ſupra centum fidelium capita recenſentur; in ea nulla Eccleſia Parochialis præter Cathedralem, nullum Religioſorum Cœnobium, aut Monialium extat. Diœceſis per 40 milliaria extenditur; continet oppida ſeu terras 24. inter quæ S. Mennas, ubi Archiepiſcopus reſidere ſolet, tanquam nobiliori in loco. Ibi eſt Seminarium Clericorum ad normam Concilii Tridentini, & domus Epiſcopalis. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus eſt aureorum ferè 3500 qui colliguntur ex Caſtris Sancti Andreæ, & S. Mennæ in temporalibus & ſpiritualibus Archiepiſcopo obnoxiis, atque ex aliis ejusdem Eccleſiæ proventibus; taxatur in libris Cameræ Apoſt. ad fl. ren. 200 Porrò Præſules hujus Eccleſiæ, quorum memoria extat, ſequentes ſunt.

ADDITIO.

(„ *De Metropolitica ſede Compſana in Hyrpinis, quamvis ſua ſingulari prærogativa ex univerſa Italia conſtituat XV. Eccleſiaſticam Provinciam, pauca tonteauit Abbas Ferdinandus Ughellus. & ſicut ipſe proloquitur, jejunam ſeriem ex variis* monumentis ſua induſtria eſſe expiſcatum, & quod nullum auxilium, aut opem obtinuit; & quibus intererat ſurdis auribus ſemper ceciniſſe conqueritur. *Sed hanc novam editionem locupletem reddidit Illuſtriſſimus, & Reverend. Dominus D. Franciſcus de Nicolai jam Capataqueaſis Epiſcopus, & modò ſuis ita exigentibus meritis translatus ad hanc ſedem Metropolitanam, in ſacra eruditione, ac hiſtoria Eccleſiaſtica verſatus, & orbi literario notus, ab publicè editas lucubrationes ſuper reconditis priſcæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ arcanis, hæc additamenta in limine ſui regiminis è Penetralibus ſui Archivii eruta, inſerenda propoſuit.*

„ *Hyrpinorum gens cum eorum urbe Compſana originem trahit ab Italicis Populis Aboriginibus, ideò nuncupatis quia ſine origine, vel quod in ſimile reincidit à vetuſtiſſima ſunt, aut Noe progenie, ſicuti gens ſinitima Samnitibus ab Auſoniis, & Sabellibus derivare tradunt. Et quia utraque Hyrpinorum, & Samnitium natio in omnis bellicis diſſenſionibus erat ſtricto fœdere invicem conjuncta, ideò hoſtili Romanorum irruptione ſub Conſule Fabio Maximo innumera mala communi fato eis acciderunt. Sed anno ab urbe condita 479. deductis compluribus Coloniis in præcipuas Italiæ urbes fidiſſima auxilia Romanis contra Annibalem præ aliis præbuerunt Cives Compſanæ, & Peſtanæ Coloniæ; illibatam enim eorum fidem priſcis Romanis ſemper in pretio fuiſſe teſtatur Livius dec. 3. lib. 7. at Statii Compſani Civis ſingularem infidelitatem prodit idem Livius; ab ipſo enim poſt Apuliæ devaſtationem in cruentiſſimo illo Cannenſi prælio, clam accito Annibale cum Pœnorum exercitu, ſine ullo certamine fugato Trebione Romanorum Duce, ac Compſiæ Cuſtode, Patriæ deditio indè eſt ſecuta; & Annibalis arma victricia uſque ad Capuam convolaſſe tradit idem Livius. Nec omittendum hujus inſignis Proditoris domus hæderis apertæ, & tranſiſiæ ob tanti facinoris verecundiam adhuc rudera nunc apparere; & priſcam Statii familiam traduat ſuperſtitem extitiſſe uſque in perſona Marcelli de Statiis vicarii generalis Archiepiſcopi Alphonſi Cardinalis Geſualdi.*

„ *Non defuerunt tempore pacis, fugato Annibale, Compſiæ viciſſitudines; nam in pœnam deceptionis, à Romana Republica electo Marco Junio Prætore, multa Hyrpinorum prædia adjudicata fuere fidis Militibus Scipionis Africani, & in ſubſidium devaſtationis ejuſdem urbis, pluſquam mille Romanos fuiſſe inductos in eamdem Compſanam Coloniam tradit idem Livius; inde excitato turbine ſocialis belli Italici anno 616. Compſani Cives conſtantes pro Romanis ſteterunt, & innumera mala perpeſſi à cæteris conjuratis Populis, armata ope Romanorum militum fuerunt inde defenſi. Sed anno 704. ejuſdem urbis conditæ Bellum inteſtinum inter Cæſarem, & Pompejum publicam Compſiæ pacem diremit. Partes Pompeii ſequebatur Milo vir equeſtris, & Tullio familiaris, de cujus audacia multa narrantur in Cæſaris Commentariis, quia exilio ab urbe dejectus, copia hominum perditorum cumulata, Compſiam debellare cœpit, ac munitorum tuitionem ſuſcepit Publius Clodius* Prætor, *a quo fugata hoſtili turba, ictu lapidis Milo miſere occiſus eſt.*

„ *Hæc de Hyrpinis tempore ſuperſtitionum Gentilium, ſed poſt Chriſti adventum cum Samnitibus pugnare cœperunt. Origo diſſidii indè cœpit, quia tranſlato occidentis imperio in perſonam Caroli Magni, ac ſucceſſorum, Beneventani Principes è gente Longobardica Carolingis erant ſuſpecti; ſed Compſani Comites pro iiſdem ſteterunt, & præcipuè Radelcus, qui anno 820. miſſis ſicariis, unà cum infidis Beneventanis facta conſpiratione, Grimoaldum Principem interfecerunt. At Radelcus pœnitentia ductus, in Caſinenſi monaſterio vitam profeſſus eſt regularem. Ex eadem progenie creditur fuiſſe Urſus Comes Compſanus, qui nomenclaturam dedit oppido Contursii ejuſdem Diœceſis. Hic inito fœdere cum Salernitano, & Acheruntino Principibus, Beneventanum Principem debellarunt. Ejuſdem generis Longobardici pariter extitiſſe creditur Pandulfus comes Compſanus, cujus eximia pietas elucet in vetuſto documento donationis villæ Monticuli cum ſuis incolis venerabili Monaſterio ſancti Benedicti in monte Vulterano anno 967. roborato à Petro Epiſcopo Compſano; & amplitudo dominii ejuſdem Pandulfi inde apparet, quia inſcribitur* Dominator totius ditionis de Principatu. *In ſecunda claſſe eorumdem Comitum ſunt reponendi Principes Balbani ex inclito genere Normannorum, qui tamquam Dynaſti, ac Reguli totam Hyrpinorum regionem in dominio continebant, quorum pietas plenè extitit in perſona Comitis Jonathæ, præcipue ob donationem oppidi ſancti Andreæ favore Menſæ Archiepiſcopalis. In tertia claſſe comitatus Dynaſtica ſub Rege Carolo I. Andegavenſi plures connumerantur, ſcilicet Vicecomites Mediolanenſes, ac clariſſimi Baucii intimi Conſiliarii, & affines ejoſdem Regis Caroli I. ſed eorumdem ſucceſſoribus ob diffidentiæ ſuſpicionem à comitatu rejectis, ſucceſſit ſtrenuus Dux Hiſpanus Conſalvus de Corduba. At initis poſtea Capitulis pacis inter Gallos, & Ferdinandum Regem Catholicum, fuerunt vocati in quarta nobilium comitum claſſe, ſeu potiùs redintegrati Neapolitani primæ notæ Proceres, familiæ Jeſualdorum, cum decoro eid. m titulo Comitatus annexo* Hiſpaniæ Magnatis, *in qua familia diu ſtetit, & conſolidatum apparuit temporale cum ſpirituali dominium, interjectis tamen temporibus, in quatuor ejuſdem familiæ Jeſualdorum Archipræſulibus. Poſtremo in eodem comitatu ſucceſſit fulgidiſſima gens Ludoviſiorum Bononiæ in perſona celeberrimi Nicolai ex fratre Nepotis ſummi Pontificis Gregorii XV. ob dotiſſimā*

dotem Iſabellæ Jeſualdi unicæ hæredis ejuſdem familiæ ; & demortua dicta conjuge Iſabella ob duas alias initas nuptias, primò cum D. Puliſena de Mendoza acquiſivit Imperiale feudum Principatus Plumbini, & poſtea cum D. Conſtantia de Pamphilio Principatum Zagarolæ. Sed unicus ejus filius, & hæres Jo. Baptiſta Ludoviſius diciſſimam hæreditatem aggregationis tot feudorum, brevi temporis intervallo dilapidavit; & ultra Principatum Venuſii cætera omnia loca hujus Compſanæ Diœceſis alienavit; unde funeſtum caſum urbis Campſiæ tot terræmotuum concuſſionibus penitus deſtructæ, ac ſolo æquatæ, fatum idem humanæ viciſſitudinis etiam ſequutum in vetuſta dignitate Comitatus Campſiæ.

De Metropolitana Baſilica Compſana præter relata ab Abbate Ughello, quia poſt memorabilem terræmotum anni 981. de quo Leo Oſtienſis in ſua Chronica narrat accidiſſe templi everſionem, & obitum Petri ultimi Epiſcopi cum ſuis Eccleſiis, & quamplurimis aliis, ob ſimiles immanes terræ concuſſiones pluries repetitas uſque ad hæc noſtra tempora, ſtructura templi fuit ſæpius mutata.

Requieſcit in eadem Baſilica Corpus B. Herberti Archiepiſcopi, quod anno 1684. à Cajetano Archiepiſcopo Caracciolo palam fuit recognitum cum inſulis Pontificalibus, annulo, & Pallio Archiepiſcopali indutum, & ab angulari Capella ad aram majorem tranſlatum, & marmoreo ſepulcro honorificè reconditum. Inter quamplures Capellas eminebat illa Comitum Compſanorum de familia Geſualdi cum nobili icone B. Virginis Gratiarum ab Archiepiſcopo Alphonſo Cardinali Geſualdo, repoſito ac Romæ elaborato. In lateralibus angulis Capellam ornabant duo monumenta marmorea cum quatuor ſtatuis itidem marmoreis affabrè elaboratis, & ſplendidiſſimis urnis cum ſepulcralibus inſcriptionibus; una Fabritii Geſualdi, qui deceſſit anno 1524. altera Conſtantiæ de Capua uxoris Samſonis Geſualdi de anno 1484. utrumque monumentum cum antiqua Baſilica ad maceriem fuit redactum in funeſto illo terræmotu anni 1694. Sed poſt obitum inſignis Benefactoris Archiepiſcopi Cajetani Caracciolo, applicato ditiſſimo ſpolio à zelantiſſimo, & mirifico Eccleſiarum reſtauratore fratre Vincentio Maria Urſino Cardinali Archiepiſcopo Beneventano, in ultimis tabulis Archiepiſcopi Caracciolo nuncupato executore teſtamentario, fuit à fundamentis excitatum ampliſſimum templum recentioris ſtructuræ; & cum non ſit adhuc completum, undique modo perficitur ab hodierno Archiepiſcopo Franciſco de Nicolai ad normam paratæ ſtructuræ.

Conſtans accolarum traditio etiam in antiquis codicibus viſitationum confirmata, in albo ejuſdem Metropolitanæ Baſilicæ antiquitus fuiſſe adſcriptos pluſquam XXX Præbendatos, ſeu Canonicos, modò numerus ad XII. eſt contractus, nempe quatuor dignitatum, & octo Canonicorum, qui penſum divinæ pſalmodiæ quotidie perſolvunt.

Annui redditus menſæ Archiepiſcopalis aſcendunt ad ducatos quatuor millia monetæ Regni non computatis incertis ex juriſdictione provenientibus. Taxa verò Cancellariæ Apoſtolicæ eſt Florenorum biſcentum; & colliguntur ex feudis Sancti Mennæ, & Sancti Andreæ in ſpiritualibus, & temporalibus menſæ Archiepiſcopali obvenientis, necnon ex feudo ruſtico nuncupato Palerotondo, & ex quamplurimis Abbatiis in Diœceſi diſperſis enunciatis in Privilegio, ſeu Conſervatorio ab Innocentio III. conceſſo, & à Leone X. confirmato, de quibos opus eſt originem, & progreſſum ſingillatim recenſere.

Feudum Sancti Mennæ menſæ Archiepiſcopali unitum, originem ducit à quodam Monaſterio Ordinis Caſinenſium olim ſitom in loco elevato, ubi modò degunt Patres Capuccini, in cujus clauſtro extat lapis marmoreus cum ſtemmate Caſinenſi. Nomenclaturam hujus oppidi induxit frequens habitatio Sancti Mennæ Monachi ſolitarii, de quo extat memoria in Martyrologio Romano ſub die 11. menſis Novembris, ibidem Baronius in notis, & de ejuſdem mirabili vita mentionem facit B. Gregorius magnus lib. 3. Dialogorum cap. xxvi. inde bellorum incurſione deſolato monaſterio, poſſeſſionem ejuſdem, nomine ſedis Apoſtolicæ, cepit Archiepiſcopus; & accolæ finitimorum locorum ob aeris ſalubritatem ſedem fixerunt; proinde conjicitur Eccleſiaſticam juriſdictionem ab immemorabili tempore fuiſſe cum dominio temporali cumulatum ſub feliciſſimo Præſulatu b. m. Cardinalis Alphonſi Jeſualdi ejuſdem ſedis Archiepiſcopi, excitata lite à Regio Fiſco ad oſtendendum titulum hujus feudi, ac compilato formali proceſſu, conſtito de titulo immemorabili, & ſub die X. Novembris anni 1567. favorabilis hujuſmodi emanavit judicialis ſententia. In cauſa Regii fiſci cum Domino Domino Cardinali Alphonſo Jeſualdo de, & ſuper oſtenſione tituli ſancti Mennæ, per utriuſque juris Doctorem Annibalem Moles Regiæ Cameræ ſummariæ Præſidentem, & prædictæ Cauſæ Commiſſarium, & facta de ejus per eundem relatione in Regia Camera, ipſius conſenſu proviſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur; à prædicta impetitione Regii fiſci, dictus Reverendiſs. Dominus Cardinalis Jeſualdus abſolvatur, prout præſenti decreto abſolvitur, hoc ſuum et c. Annibal Moles. Joannes Baptiſta Criſpus Magiſter actorum.

Renovata turbatione ſub die 30. Julii anni 1676. tempore Archiepiſcopi Pauli Caravitæ, & iterum ſub anno 1682. ſub regimine Archiepiſcopi Cajetani Caracciolo confirmata eadem prodiit reſolutio; & ulterius Archiepiſcopum non teneri ad ſolutionem Quindenii, nec feudalis Relevii.

Status animarum ejuſdem oppidi modò aſcendit ad centeſimum ſupra milleſimum. In eodem Archiepiſcopi reſidere conſueverunt, & ibidem nobile, ac amplum ſupereminet Archiepiſcopale Palatium ad formam Caſtri Baronalis conſtructum, ampliatum ab Archiepiſcopo Paulo Caravita, & ob Terræmotuum quaſſationem jam pene collapſum, renovavit immediatus ſucceſſor Archiepiſcopus Cajetanus Caracciolus; & præter privatam Capellam Palatio incluſam, propè idem, itaut ab aula magna latus patet acceſſus, idem digniſſimus Archipræſul, ſolo æquatis vicinis ædibus, à fundamentis excitavit Eccleſiam ſuo, & clericorum Regularium Parenti B. Cajetano Thienenſi dicatam; eamque ditavit omni genere ſacrarum ſupellectilium, ac argenteis duabus ſtatuis Sancti Herberti Compſani Archiepiſcopi, & Sancti Cajetani Thienæi: ac etiam pia liberalitate eam dotavit, impoſito in publico Banco Neapolitano Capitali ducatorum trium millium præter annuum ſtipendium miſſæ quotidianæ aſſignatum. In eodem templo ſitum inſurgit Pontificale ſolium, & tamquam in Eccleſia vice Cathedrali diebus ſolemnioribus Pontificales exercentur functiones.

Non procul à Baronali Palatio extat ſeminarium clericorum antiquitus fundatum ad erudiendos pueros, & Eccleſiaſticam diſciplinam in Diœceſi diſſeminandam: in ſuperiori parte ædificii jam diminuti Terræmotuum quaſſatione. At modernus vigilantiſſimus Archipræſul Franciſcus de Nicolai in limine ſui regiminis novis extructis manſionibus priſtinæ integritati eum reſtituit ad commodè incipiendos Alumnos, ac etiam ſuperadditos Convictores.

Non immemorabilis poſſeſſionis titulo, ſicut enunciatum feudum ſancti Mennæ, conjicitur dominium alterius nuncupatum ſancti Andreæ, ſed clarus ac luculentiſſimus favore menſæ Archiepiſcopalis aſſiſtit titulus vetuſtæ donationis piiſſimi Principis Jonathæ de Balbano Comitis Compſani, & ſuæ nobiliſſimæ uxoris Stephaniæ

ac Liberorum Riccardi, & Goffredi enunciatis in authographo donationis diplomate, quod apud Archiepiſcopos diligentiſſimè cuſtoditur; cujus tenor eſt.

In nomine individuæ Trinitatis Anni Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo ſexageſimo primo menſe Februarii Indictione nona. Ego Jonata Dei gratia Compſæ Comes una cum dilecta mea uxore Stephania ejuſdem gratia Compſę Comitiſſa, noſtriſque dilectis filiis, ſcilicet Riccardo, & Gonfredo nulla neceſſitate coacti, ſed ſpontanea voluntate, videntes quod pro temporalibus rebus, quas in hac fragili vita poſſidemus, quæ fugitivæ, & labiles ſunt, ideò ſponte dare volumus ad uſum Miniſtrorum Dei, procul dubio in æternam remunerationis Patriam ſacroeloquio teſtante, qui dixit centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis, idcircò pro redemptione animarum noſtrarum, noſtrorumque Parentum, Eccleſiam ſancti Andreæ, quæ ſita eſt in Territorium Compſanę Civitatis, & Caſtri Petræpaganæ cum Hominibus habitantibus ibidem, & terris per circuitum ejuſdem Eccleſiæ, quas intra fines ſubſcriptos inferiùs declarabimus, concedimus, & damus perpetualiter Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Epiſcopii Compſæ pro victu clericorum, qui in eadem Eccleſia Compſana diu, noctuque deſerviunt ad laborandum, & ſerviendum; tali conditione, quod nullus Archiepiſcopus hanc noſtram donationem de Menſa clericorum alienandi habeant poteſtatem. Inſuper volumus, quod Homines, qui in dicto loco ſancti Andreæ nunc habitant, & habitare voluerint, ab omni onere ſervitutis ſint immunes, & à quolibet genere exactionum liberi, & exempti, quod nos, & noſtri liberi, & hæredes habere, vel quærere deberemus ab iiſdem. Et ſi aliquod maleficium, ſive malefactum prædicti Homines fecerint, ſive offenſam, non à nobis, ſive officialibus noſtris, ſed à Paſtoribus, & clericis Eccleſiæ Compſanæ compellantur, quærentibus facere rationem; & de eorum culpis, & delictis judicentur per eoſdem. Si vineas, domos, hortos, aliaque ædificia infra præfatam Terram ædificare voluerint, poteſtatem faciendi ſecundùm juſſionem Paſtoris, & voluntatem Clericorum Compſanæ Eccleſiæ firmiter, ac libere habeant, & perpetualiter poſſideant. Itaque à nemine nullam aliquam habeant contrarietatem. Paſcua verò, aquam, ligna cum cæteris noſtris hominibus civitatis Compſanæ, & Petræpaganæ abſque damno communiter fruantur, & habeant. Et prædicta noſtra donatio pro redemptione animarum noſtrarum, noſtrorumque Parentum ſaluberrima fiat. Aquam, quæ oritur intra fines ſubſcriptos, cum forma & curſu damus, & inviolabiliter concedimus Eccleſiæ ſupradictæ liberè, & abſolutè, nulla nobis in prædicta aqua conditione reſervata, ſed volumus, quod ipſa Eccleſia Compſana molendina facere, & ædificare in ea poſſit, & ad alios uſus eam trahere juxta velle, & nullus alius in curſu ejuſdem aquæ, & formæ molendina facere poſſit, nec de ea terras adaquare, vel ad alias partes eam trahere ſine voluntate Paſtoris, & clericorum Eccleſiæ Compſanæ. Hæc autem ſunt fines terrarum Eccleſiæ ſupradictæ. Incipit in primis à parte orientis in forma ſancti Andreæ, ubi oritur aqua, vadit per caput vinea de Piſcaria, & pergit ad locum, qui dicitur Caſtrizaro, & vadit ad curſum parvum, & deindè vadit ad lapidem de Agrifolio, & pergit recto tramite uſque ad locum, qui dicitur Tractutum, & deſcendit ad Vallonem Martini, & intrat in viam, quæ vadit ad Arſam, ubi eſt molendinum Archiepiſcopi Compſæ, & tranſit per Arſam ad viam, quæ vadit ad ſanctum Laurentium, & deindè vadit ad vallonem, qui deſcendit de aqua viva, ubi junguntur duo rivuli, poſtea aſcendendo per ipſius vallonem aſcendit ad Serram uſque ad prædictam formam, ubi prius incepimus. Et ut noſtra donatio, & conceſſio robur obtineat, & perpetuam firmitatem, præſens ſcriptum fieri fecimus per manus Goffredi noſtri Notarii, & ſigillo noſtro proprio ſigillatum. Hoc eſt ſignum propriæ manus Domini Comitis Jonata. Hoc eſt ſignum Gualterii Follivillæ. Signum Crucis propriæ manus Jordani Follivillæ. Signum Crucis Domini Riccardi filii Comitis. Signum Crucis Goffredi filii Comitis. Collatione facta cum alia Copia legalizata per Notarium Donatum Antonium Bozza Terræ ſancti Mennæ exiſtente in libro Terræ ſancti Andreæ mihi exhibito per Sindicum dictæ Terræ ſancti Andreæ, eidemque illicò reſtituto, concordat, meliori tamen ſemper ſalvo, & in fidem &c.

Ego Notarius Joſeph de Salvatore Terræ Caſtrinovi incola in Terra oliveti rogatus, & requiſitus ſignavi &c. locus ſigni &c.

Ex contextu laudatæ donationis multa deducuntur favore menſæ Archiepiſcopalis. Primò juriſdictionem nedum civilem, & mixtam, verùm etiam criminalem fuiſſe conceſſam liquidò conſtat ex ſequentibus verbis. Et ſi aliquod maleficium, ſive malefactum prædicti homines fecerint, non ab officialibus noſtris, ſed à Paſtoribus, & clericis compellantur; *nam in jure maleficium ſumitur pro delicto; conſtanti etenim accolarum traditione firmata ſeniorum teſtimonio etiam conſtat, non niſi ex abuſu authoritatis Comitum Compſę, & ſucceſſorum familiæ præpotentis de Jeſualdis, Præſulum juriſdictionem fuiſſe reſtrictam ad civilem, & mixtam. Secundò deducitur ex enunciatis verbis donationis,* & terras per circuitum, *integrum Territorium feudale S. Andreæ tranſiiſſe ad ſolidum Eccleſiæ dominium; & licet inter Cives diſperſum in uſu, & cultura modo exiſtat, attamen proprietatem favore Eccleſiæ ab initio fuiſſe conſolidatam, indè liquidò apparet, quia tenentur Incolæ & Cultores Terrarum decimas vini, frumenti, hordei, cæterarumque frugum, ac leguminum quotannis Archiepiſcopo tamquam Baroni, & utili Territorii Domino perſolvere. Nec officit, quod ex apertis verbis hujuſmodi donationis Dominium conſtet non eſſe reſtrictum ad Archiepiſcopum, ſed in ſolidum favore Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, ejuſdemque Clericis, ac Miniſtris inſervientibus; nam in jure, nomine Corporis Eccleſiæ principaliter venit Caput; & quamvis credendum initio feudum in communi fuiſſe poſſeſſum, ſubſequentibus verò temporibus mutato priſco ſiſtemate, & Eccleſiæ regimine, ſucceſſiſſe Territorii diviſionem, & Capitulo, ac Canonicis contigiſſe partem illam territorialem* Zanzanam *nuncupatam, ex quo prædio Capitulares Decimas recolligunt. Tertiò deducitur Communitatem, ſeu univerſitatem ejuſdem oppidi ſancti Andreæ immunem, & exemptam fuiſſe, ſicuti modò eſt, ab omnibus functionibus fiſcalibus, aliiſque impoſitionibus, ac oneribus, ut clarè denotant ſequentia verba piiſſimi Comitis Balbani.* Inſuper volumus, quod homines, qui in dicto loco nunc habitant, & habitare voluerint, ab omni onere ſervitutis, ſint immunes, & à quolibet genere functionum liberos, & exemptos. *Inde ſereniſſimi hujus Regni Reges recognoſcentes qualitatem hujus feudi, uti* oblatum *Eccleſiæ Compſanæ, eidemque vetuſtiſſimæ civitati dependens, & ſuffraganeum, ac incolas, ſeu habitatores Eccleſiæ dedititios, vel ut explicant jura Cæſarea* in vita ſervos, & in morte liberos, *inſtante Joanne de Comitibus Compſano Archiepiſcopo anno 1463. Sereniſſimus Ferdinandus primus confirmavit privilegia eadem exemptionis ab omnibus regiis vectigalibus,*

„ *Die tandem 13. Auguſti 1716. hora 19. ætat. ſuæ* A
„ *an. 77. inter lachrymas ſuorum diœceſanorum Deo*
„ *ſpiritum reddidit, interque eaſdem tumulatus*
„ *fuit in illa æde principe ſollemnibus, ut nuſquam*
„ *antea, exequiis hac inſcriptione ab ipſomet in*
„ *ſuis ſupremis dictata tabulis adhuc tamen lapidi*
„ *incidenda.* Hic jacent oſſa Joannis Epiſcopi
„ Camplenſis, & Ortonenſis pedibus Incedentium
„ proterenda. *Funebri concione laudatus fuit à ce-*
„ *lebri oratore Joſia Ramoni ejuſdem Cathedralis*
„ *Canonico.*

VIII. „ *JOSEPH Falconius Veſpulo ſucceſſit, præſul*
„ *undequaque conſpicuus. Si generis nobilitatem*
„ *ſpectas, ſua Falconia gens, non modo Romæ Ido-*
„ *lorum adhuc famulæ, à qua ſua prima origo, ſed*
„ *& in aliis Urbibus Italiæ, & etiam extra nobiliſ-*
„ *ſima innumeras in utraque militia Eccleſiaſtica*
„ *nempè, & ſæculari, jactat imagines. Antiquas*
„ *prætereundo, Gabriel Ver. Signaturæ fuit Referen-*
„ *darius, & Canonicus Baſilicæ Principis Apoſto-*
„ *lorum; Juvenalis bis ſuæ Barnabitarum Congre-* B
„ *gationis Superior Generalis; Julius poſt varia in*
„ *Urbe munia Nuncius Apoſtolicæ Sedis in Luſitaniæ*
„ *Regno; Federicus ſub Carolo V. Cæſare copiarum*
„ *Ductor in Belgio; Gabriel ſub Paulo V. Senator*
„ *urbis; Petrus Tribunus militum, & alii etiam to-*
„ *ga illuſtres, quos ſilemus, nè in prolixitatis lapi-*
„ *dem offendamus. Pater Joſepho fuit Carolus, qui*
„ *prius Auditor Hieronymi Cardinalis Columnæ, &*
„ *Pauli Jordani Urſini Braccianí Ducis, deinde*
„ *Regius in Theatina Provincia, ubi etiam præfuit*
„ *inter ejus Provinciæ Auditores cum honore, &*
„ *præeminentiis Judicis magnæ Curiæ Vicariæ,*
„ *poſt obitum nobiliſſimæ matronæ Magdalenæ Pa-*
„ *ganæ Urſinæ uxoris ſuæ mox Sacerdos, & paulò*
„ *poſt Epiſcopus Caſtellanetæ renunciatus fuit, de*
„ *quo ibi. Si Joſephi dotes animi velis attendere,*
„ *moribus ipſe dulciſſimus, comitate ſingularis, af-*
„ *fabilitate magnificus, innocentia candidiſſimus,*
„ *nè verbum quidem inofficioſum contra aliquem ex*
„ *ejus ore umquam prodiit; ſuos hoſtes beneficiis cu-*
„ *mulavit, benevolentia ſincera, non fucata ſuos*
„ *ex intimis reddidit. Si quibus facultatibus ad*
„ *grandia factum ingenium excoluerit, tenere deſi-*
„ *deras, Philoſophiæ, Juriſprudentiæ, Theolo-*
„ *giæ Romæ vacavit, in quibus ibidem in almo ſa-*
„ *pientiæ archigymnaſio laureari meruit. Auditor*
„ *fuit Eminentiſſimi Gabrielis, poſt cujus obitum,*
„ *Eminentiſſimi Buſſii, cui etiam in Anconitana diœ-*
„ *ceſi vicariam præſtitit operam, quod munus exer-*
„ *cens hujus Eccleſiæ declaratus fuit Epiſcopus die*
„ *20. Decembris 1717. Ad eam ſtatim convolavit,*
„ *infrugiferas herbas poſt mortem Veſpuli in medio*
„ *tritici natas evellere, quaſdam ſpinas, quæ jam*
„ *cœperant erumpere, nè in rubum creſcerent, era-*
„ *dicare, diœceſim perluſtrare, manus ad elargien-*
„ *das eleemoſynas in ſubſidium virginum, vidua-*
„ *rum, & egenorum omnium ſemper extentas habe-*
„ *re, eaque omnia exequi, quæ optimum decent*
„ *paſtorem, & Veſpuli ſucceſſorem. Cujus meritæ*
„ *laudes ſi tales, ac tantæ ſunt, ut viven-*
„ *tis adhuc quiſque illas decantare non*
„ *dubitet, quo mage poſt Neſto-*
„ *riam, quam ei omnes*
„ *apprecan-*
„ *tur*
„ *ætatem, poſteritas immor-*
„ *talibus encomiis*
„ *proſeque-*
„ *tur?)*

ANSANENSES,
ſeu Lancianenſes
ARCHIEPISCOPI.



ANSANUM, vulgo Lancianum *a*, apud Ptolomæum, & Plinium, Anuſanum ab aliis vocatur, Aprutii citerioris mediterranea civitas eſt ex Anſiani veteris reliquiis exædificata, in quadam Samnii regione ſita, quam Frentanorum antiqui dixere, non procul à litore Superi maris, parumque ab aſpero, gelidoq; Majellæ Monte diſtans, ſalubri quidem cœlo, Regi immediatè ſubjecta *b*, familiis in regio Codice deſcriptis 1383. Multi illic viri nobiles, & Dynaſtæ degunt, cæteri incolæ laborum ſtudio, armorum exercitio, negotiationibus, agrorum cultui; præſertim verò ipſa civitas celebritate, & affluenti mercium, mercatorumque frequentatione, finitimas, remotioreſq; civitates ſuperare videtur, quin & copioſa frugum annona, & camporum fœcunditate longè præeſt. Affirmant cives patrum traditione edocti, Anſanum fidem Chriſtianam accepiſſe ab Apoſtolorum alumnis, qui in hac regione Evangelium diſſeminarunt. Epiſcopalem dignitatem volunt multò antea à noviſſima inſtitutione à Romano Pontifice accepiſſe, ſed cum nullum afferant auctorem, neque monumenta, quæ hæc ſuis injecerint in commentariis, commentum crediderim ad laudem ingenii inventum. Leo X. Pontifex Maximus Anſanum nobile oppidum ante annum 1499. ſpirituali juriſdictione Teatino Epiſcopo obnoxium, tunc Romano Pontifici immediatè ſubjectum Epiſcopali dignitate, & civitatis nomine cohoneſtavit 5. Kal. Julii anno 1515. cuſo diplomate. In eo cauſas enumerat, quæ animum ſuum moverunt, ut illud tanta dignitate donaret; *Cum ſit*, inquit, *Anſanum oppidum in Aprutina regione præclarum, & inſigne, & loci opportunitate maximum, & totius Neapolitani Regni emporium celeberrimum, & amœnitate, ſtructurarum, & Eccleſiaſticorum locorum, aliorumve magnitudine, & loci ſumptuoſitate ſpectabile, & incolarum equeſtris Ordinis, & Theologiæ, & utriuſque juris & artium, & Medicinæ Doctorum, & aliarum artium, ſcientiarum peritorum nobilium, & mercatorum, ad hominum quatuor millia aſcendentium numeroſitate frequentatiſſimum, civitatis nomine, & prærogativa digniſſimum, &c.* Primus igitur Epiſcopus Romanæ Sedi immediatè ſubjectus creatus tunc eſt Angelus Maccaſanus de Pirero vir impiger, & ad novum Epiſcopatum moderandum ſatis aptus, & promptus. Hinc multæ exor-

tæ

a Italis *Lanciano*.

b Nunc ulli Dominio Marchionis del Vaſto ſubject.

tæ ſunt contentiones Teatinum inter, Anſanique Præſulem, cum Clemens VII. Teatino novo Archiepiſcopo, Anſanum Metropolitico jure ſubjecerit; nihilominus Anſanum, ut jus ſuum exemptionis quoquo modo tueri poſſet, omnem conatum adhibuit, & lites promovit; quibus ſedandis, accedente etiam Philippi II. Hiſpaniarum Regis auctoritate, ad cujus præſentationem Anſana Eccleſia erat, Pius IV. Anſanum Archiepiſcopali dignitate cohoneſtavit, de qua inſtitutione ita ſcriptum legi in Actis Conſiſtorialibus. *Romæ apud S. Petrum in Conſiſtorio, die 9. Februarii 1562. Sanctiſſimus erexit ad evitandas lites, & diſcordias, & pro bono pacis conciliando, Cathedralem Eccleſiam Lancianenſem in Metropolitanam, cui R. P. D. Leonardus de Marinis Epiſcopus de cætero illi ut Archiepiſcopus præſit, cum extinctionibus, inhibitionibus, & aliis clauſulis, ac derogatione prout in cedula.* Igitur Anſana Eccleſia Archiepiſcopali honore donata, ejus Cathedralis Baſilica Deiparæ Virgini in Cœlum Aſſumptæ dicata ſupra pontem mira ſtructura, ingentique ædificio conſtructa, decora eſt, ac concinnè venuſta, in qua inter cætera ſacra veneratur una ex ſpinis Coronæ Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, dono data à Joanne Baptiſta de Orta Epiſcopo Tertibuenſi anno 1515. Divina porrò officia à quatuordecim *a* Canonicis cum Archipresbytero, ac Primicerio ineas dignitatibus, aliiſque Sacerdotibus & Clericis celebrantur. („ *Cura „ animarum in ea exercetur per Archipresbyterum: „ Præbenda Theologalis, & Pœnitentiaria inter „ Canonicos adhuc deſiderantur. Palatium pro Ar„ chiepiſcopo diſtat ab Eccleſia.*) In civitate præter Cathedralem octo *b* ſunt Eccleſiæ Parochiales, virorum Cœnobia ſex, unum Monialium, nonnullæque laicorum fraternitates. Fidelium animæ intra Urbem degentium ferè ſex millia. Archiepiſcopalis menſæ annuus cenſus aureorum 1000. taxa ejus in libris Apoſtolicæ Cameræ eſt florenorum 200. Diœceſis Lancianenſis anguſta admodum quatuor duntaxat oppidis & tribus villis conſtat; in oppidis animarum cura per Archipresbyterum exercetur, Villulæ ab Illyricis habitantur, quibus ſacra à ſuis Sacerdotibus benè probatis adminiſtrantur. Archiepiſcopus nullam habet Provinciam, nec Suffraganeum. Vetuſtiſſimum eſt hac in urbe Sancti Franciſci Cœnobium, cujus Eccleſia olim Divo Ligorio conſecrata erat. Diù in ea Baſilica Monachi ſub Abbate inhabitarunt, quibus exactis, tradita eſt Monachis S. Joannis in Venere Ordinis S. Benedicti an. 1204. Innocentio III. Pontifice; iis etiam deturbatis in Parochiam evaſit, poſtremum S. Franciſci Sodalibus ceſſit, concedente Anſani Archipresbytero; conceſſionem ratam habuit Landulphus Teatinus Epiſcopus anno 1252. 3. Non. Aprilis. Servantur in hac venerabili Eccleſia plurimæ Sanctorum reliquiæ. Sed, quæ alias omnes præcellit, eſt Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum mutatum mille abhinc annis in carnem, & vini guttæ quinque in Sanguinem, quæ hoc habent verendum, & venerandum, præ omnibus, atque ſtupendum, quod inæqualia licet magnitudine ſint, æqualia tamen comperiantur. Quonam pacto hæc miranda converſio facta ſit, ita commemorant.

a 15. Canonicis, & duabus Dignitatibus.

b Duo.

Cum quidam Divi Baſilii Monachus Sacerdos de vera converſione panis, & vini in carnem, & Sanguinem Chriſti Salvatoris dubitaret, miſericors Deus ab infidelitate revocare volens, quadam die, ille ſacra operante, vix conſecrationis verbis prolatis panem in Carnem, vinum in Sanguinem converſum vidit, confuſus, & inde in recta confirmatus fide, populo adſtanti incredulitatem ſuam confeſſus, ac ſtupendum converſum ſacrificium palam oſtendit. Ad futuram rei memoriam hujuſmodi hiſtoria depicta cernitur in Sacrario, ubi aſſervantur ſpecies in Carnem, & Sanguinem converſæ. Hiſtoriam edidit Sebaſtianus Rinaldus Epiſcopus Calcedonenſis. Non longè verò à Civitate Eccle-

A ſia viſitur S. Mariæ de Friſa Abbatiali titulo olim condecorata; in ea Canonici Regulares Lateranenſes degebant. Sed in veteri Anſano Cœnobium Eremitarum S. Auguſtini celeberrimum eſt, ejuſque in Eccleſia ſub ferrea crate quamplurimæ Sanctorum reliquiæ religioſiſſimè aſſervantur; inter cæteras celebrantur brachium unius Sanctorum Innocentium; Mola S. Apolloniæ Virginis & Martyris; Tres Spinæ de Corona Chriſti Salvatoris; Caput & brachium S. Simeonis Apoſtoli & Crux S. Judæ Thaddæi, quæ à quondam Jacobo Clementis Venetiis furtim ſublatæ, huc advectæ fuerè anno 1434. ut ex litteris Franciſci Foſcari Venetiarum Ducis ad Epiſcopum Teatinum ſcriptis faciliè erui poteſt. Erat tunc temporis Anſana Eccleſia Teatino Epiſcopo jure Diœceſano ſubjecta. Litteræ verò in hunc modum fuere conſcriptæ.

Reverendo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Teatinæ Civitatis Intus. *Franciſcus Foſcari Dei gratia*
B *Venetiarum Dux. Reverendo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Teatinæ Civitatis amico dilecto ſalutem, & ſupernæ devotionis affectum.*

Ex querimonia venerabilis & honeſti viri Georgii de Priulis Plebani Eccleſiæ S. Simeonis Apoſtoli civitatis noſtræ Venetiarum non abſque mentis admiratione cognovimus, quod quidam pſeudo-presbyter Jacobus Clementis, qui divina officia in prælibata Eccleſia celebrabat, poſtpoſito Dei timore, ac ſalutis animæ ſuæ immemor, furtivè ac malo modo abſtulit caput & brachium ſacroſancti Corporis Apoſtoli ſupradicti, & attulit Lanzanum, undè ſupra rei noſtros ad recuperationem earundem reliquiarum cum inſtantia ſupplici requiſivit. Nos autem cognoſcentes hanc cauſam non eſſe privatam nec ſpecialem Plebani prænominati, ſed communem & publicam Dei & Sanctorum ſuorum, ac noſtram, totiuſque noſtræ civitatis quæ ſcandalum habuit cordiale de ſacrilegio tam nefario, ac nullatenus dubitantes, quod talis caſus vobis tædioſus fuerit non minus, quàm
C *nobis ipſis, conſiderata inhoneſtate tam facinoris, quam perſonæ. Reverendam Paternitatem Veſtram affectuosè deprecamur, quatenus conſiderato quod nunc agitur res Dei, cum Omnipotentia ex hujuſmodi ſacrilegio ſit offenſa, & contumelioſiſſimè vilipenſa in reliquiis Apoſtoli ſui, tam nefariè ſubtrahendo, & aſportando non abſq; injuria etiam noſtri, & vilipendio non mediocri. Placeat in Dei & Apoſtoli prædicti amorem, devotionem & reverentiam affectuosè ſalem providere, ac facere, quod eadem caput, & brachium Apoſtoli prænominati, Nuncio Plebani Eccleſiæ prædictæ S. Simeonis reſtituatur, & reſignetur, ſic quod poſſit ipſe Nuntius ad ſuam Eccleſiam, undè ſunt ſacrilegè ſubtracta, & aſportata reducere, ſicut ſummè deſideramus exauditionem effectualem noſtrarum precum, & rem divinam & religioſam atque ad ſummam complacentiam à veſtra Reverenda Paternitate habitari.*

D *Datum in noſtro Ducali Palatio die 12. menſis Septembris, Indict. 3. anno 1434.* Scripſit idem Dux communi Anſanæ civitatis iiſdem ferè conceptis verbis ſed incaſſum laboravere Veneti, qui ineunte deinde vere, triremes expedierunt in Adriatico munitiſſimas, juſſeruntque Claſſis Præfecto, ut Sanctum Vitum, Anſanumque funditus erueret. Verum ſive errore viarum, ſive Superis ipſis juvantibus, in Apuliam Veneti appulerunt, Caſtrum S. Viti Apulorum, pro oppido ejuſdem nominis Frentanorum diripuerunt, ingentique præda onuſti Venetias repetierunt, illæſis tamen Anſanenſibus Sacratæ Apoſtoli reliquiæ apud ipſos venerantur.

Haud longè ab hac Eccleſia viſitur Sacellum olim domus cujuſdam Jacobi Statii, cujus conjux Ricciarella anno 1273. ut ferunt, à thori conſorte vexata, impiæ fœminæ conſilio dementata, ut à marito vindictam ope dæmonis ſumeret, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum igni tradidit &

quen

A quem amoris flamma ſub illo velamine latenter incluſerat, fœminea rabies & impietas, flammis materialibus obiicere non eſt verita. Cæterùm cooperante Deo, ſacris accidentibus, ſub quibus Deus amans latebat, flamma non nocuit, & odor ignis in illis non fuit; ſed in carnem, & ſanguinem, parte hoſtiæ in propria ſpecie & colore remanente, apparuere converſa, ut veritas Corporis Chriſti ſub illis realiter contenti miraculoſa converſione inſinuaretur. Obſtupuit impia fœmina ad cœleſte prodigium. & in ſtabulo Inæſtimabile Sacramentum continens Chriſtum, pro nobis olim in ſtabulo natum, execrabili perverſitate inter ſtercora, effoſſa terra celavit: donec poſt ſeptem annos, quod impiè egerat, loci Priori revelavit. Hic cum eſſet patria Offidanus, inæſtimabilem ſacræ hoſtiæ theſaurum, quaſi pio furto Anſano ſurripuit, & Offidam Piceni aſportavit, ubi ſumma adhuc populi veneratione colitur. Hujus rei hiſtoria extat in hujus Eccleſiæ tabulario.

B Non procul ab Anſano Cœnobium eſt Ordinis Minorum, quod B. Joannes de Capiſtrano conſtruxit ſub nomine S. Joannis de Pace, in memoriam conſtitutæ à ſe pacis inter Anſani, ac Ortonæ Cives hoſtiliter, ac crudeliter ſe invicem infeſtantes. Hic ſepultus eſt B. Hieronymus à Stronconio, antea & poſt mortem miraculis illuſtris. Cæterum Anſanenſes Præſules ſequentes ſunt ea actis Conſiſtorialibus obſervati.



I. 1. ANGELUS junior Maccaſanus de Pireto Marſus, vir præclara legum ſcientia, & moribus amabilis dignus habitus, ut à Leone X. primus Anſani Epiſcopus crearus ſit anno 1515. *a* Poſtero anno 11. Kal. Majas honorificentiſſimè ab Anſanis ſuſceptus, Epiſcopatus poſſeſſionem iniit, non tamen ſine capitis ſui periculo inſidiatus à Teatinis, qui ægrè ferebant novam Epiſcopalem dignitatem Anſanis clargitam: quamobrem Fermulanenſem Ducem Aprutinæ Provinciæ Præſidem in Angelum concitarunt. Is cum honoris gratia Angelum ſimulatè viſitaſſet, illum penè captivum retinuit, ut Teate deportaretur. Verùm Anſanenſis populus, Clerusque hæc audientes Paſtorem ſuum per ſummam injuriam retentum, ad arma prorupe- D runt, ac Duci mortem minitantes ni Præſulem ſuum liberum daret; tùnc viſum eſt Duci nolens volens Epiſcopum cum honore liberum dimittere, ac commone tacere Teatinos, durum eſſe contra ſtimulum calcitrare. Angelus verò omni ſollicitudine Eccleſiam ſibi creditam ordinavit, atque adminiſtravit. Romam reverſus Lateranenſi Concilio interfuit ſeſſ. 10. anno Chriſti 1517. ſubſequenti Kalen. Decembris, exceſſit ibidem ſepultus. Patruos habuit Angelum Seniorem, Franciſcum & Gabrielem Marſorum Epiſcopos fratres Jacobum & Joannem Dionyſium ejuſdem Eccleſiæ Præſules, & Gregorium Epiſcopum Hortanenſem viros integra fide & prudentia clariſſimos, quorum virtute excitatus non minorem ſuæ familiæ attulit decorem.

a 5. Kal. Jul.

A 2. ÆGIDIUS Cardinalis Viterbienſis *b* ſecundus declaratus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus ad petitionem Caroli V. Imperat. die 10. Aprilis 1532. Romæ obiit eodem anno prid. Id. Decembris Epiſcopus Viterbienſis, & Conſtantinopolitanus Patriarcha, de quo egimus prim. tom. in Epiſcopis Viterbienſibus. II.

b De eo Ciaconius Olduini t. 3. col. 395.


3. MICHAEL * Fortinus, Ordinis Prędicatorum, fortaſſis Belga à Carolo V. præſentatus adlectus eſt à Clemente VII. die 10. *c* Aprilis 1533. Romæ exceſſit è vivis anno 1539. III.

* Ex Append. t. 9.

c Die 26. Febr.

4 JOANNES de Salazar, Hiſpanus, hujus Eccleſiæ evaſit Epiſcopus die ultima Aprilis 1540. ritu ſolemni receptus 12 Kalend. Julii ejuſdem anni. Interfuit Concilio Tridentino; mortem obiit in Hiſpania prid. Id. Septembr. 1555. cujus inſignia ſtellæ duodecim aureæ erant in cærulea parma. IV.

B



5. POMPEJUS Piccolomineus de Aragonia, Amalphitani Ducis filius, ea Præpoſito S. Joannis de Celano electus eſt Anſanenſis Epiſcopus die 12. Junii 1556. Sedit ſub nomine tantum electi plus minus annis quatuor, & ad Tropejenſem translatus C eſt anno 1560. die 16 Januarii, de quo ibi. V.



D 1. LEONARDUS de Marinis, Januenſis, Ordinis Prædicatorum genere & virtute inclytus, ea Epiſcopo Laodiceuli, factus eſt Anſanenſis Epiſcopus die 16. *d* Januarii 1560 poſſeſſionem iniit, civitatem ingreſſus 7. Id. Aprilis ejuſdem anni: ſed cum incidiſſet in eam rerum difficultatem, quæ ſuos anteceſſores Teatinos Archiepiſcopos longo temporis ſpatio divexaverat, feciſſetque ſatis, ut tandem jurgia jugularentur. & lites, incaſſum tamen viſus ſibi eſt laboraſſe. Romæ poſt annum cum dimidio ſui laboris ad Pium Pontificem reverſus, ut tandem ſua auctoritate litibus finem daret. Igitur Pius piæ Leonardi petitioni annuens, Eccleſiam Anſanenſem Archiepiſcopali titulo condecoravit, primumque Archipræſulem Leonardum declaravit die 26 Febr. 1562. qui cum gaudio & pace Anſanum revertitur, profuſaque omnium lætitia ſuſceptus, pacem lauteatam ad Concilium Tridentinum VI.

d Die 26. Jan.

pro-

profectūrus reliquit; poſt cujus celebrationem tertio Anſanenſem Eccleſiam inviſit, ac ſaluberrimis decretis ad normam Concilii conſolidavit. Sex annis hanc Eccleſiam, tum Epiſcopus, tum Archiepiſcopus eximiè adminiſtravit, translatuſque eſt ad Albenſem in Inſubria Sedem die 7. Octob. 1566. Romæ deceſſit 1573. Id. Martii; jacet in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam, de quo plura, ac ſcitu digniſſima ſcripſimus in Albenſium Epiſcoporum Catalogo, ubi in ejus honorem Tridenti cuſum toreuma inciſum retulimus, quod hic in gratiam Anſanenſium iterum exhibere licuit, ut genuina Leonardi primi eorum Archiepiſcopi effigie recreari valeant, qui maximum Anſanenſi eorum civitati decorem attulit & ornamentum.





VII. 2. HECTOR è nobiliſſima & antiquiſſima gente Piſcicella Neapolitanus, ex Regni Vicecancellario, ac penè capularis ſenex à Philippo II. Rege Hiſpaniarum deſignatus eligitur à Pio V. Anſanenſis Archiepiſcopus die 13. Octobris 1568. conſecratus civitatem ingreditur 5. Kal. Majas anni ſequentis, honorificè ſuſceptus, comitantibus Venerabilem Senem Archiepiſcopo Acheruntino, Gravinæ, ac Trajecti Ducibus cum Joanne Avolos viris clariſſimis. Poſt paucos menſes mortalitatem exuit 9. Kal Octob. ejuſdem an. 1569. octuagenario major, humatus in Cathedrali ejus cadaver cum cæteris Præſulibus; ab antiquo in novo ante aram Beatiſſimæ Virginis Mariæ reconditum eſt à Paulo Taſſo ſucceſſore.

VIII. 3. Fr. ANTONIUS à S. Michaele, Hiſpanus, Ordinis Minorum ſtrictioris obſervantiæ, antea Epiſcopus Montis Marani, ad hanc Sedem translatus die 20. Octob. 1570. Huc appulit prid. non. Martii 1571. Primum lapidem jecit ædis D. Bartolomæi 6. Id. Julii 1571. Munus conſecrationis impendit Vincentio Marino Epiſcopo Albenſi, aſſiſtentibus Ortonenſi, ac Valvenſi Epiſcopis Id. Martii 1573. Dominica die Palmarum. Hujus meminit Paulus Paruta hiſt. Venet. p. 2. lib. 3. quem à Gregorio XIII. delegatum fuiſſe ad Hiſpaniarum Regem narrat, ut fœdus adverſus Turcas inſtauraretur: regreſsus ad ſuam Eccleſiam, reliquum vitæ ſuæ tempus in bene populum ſibi creditum regendo conſumpſit, ac pie ut vixerat, diem ſuum clauſit extremum Kal. Novemb. 1578. Jacet in Aede Cathedrali, cujus inſignia quinque virentes olivæ ſuper montes poſitæ in parma aurea erant.



IX. 4. MARIUM deinde Bologninum, Cajacenſem, virum nobilem, omni laude digniſsimum, evexere ad Sedem die 3. a Julii 1579. poſseſsionem adeptus corporalem 17 Kal. Martii 1580. Primum lapidem benedixit Eccleſiæ S. Mariæ de Angelis apud Saccarios, translatus deinde eſt ad Crotonenſem, mox Salernitanus evaſit Archiepiſcopus, cui dedicat opus de peſte Sebaſtianus Tranſius.

a Die 13. Julii.

X. 5. PAULUS Taſsus, Neapolitanus, I. V. D. Protonotarius Apoſtolicus, vir doctus & probus Bolognino ſucceſsit die 17. Octobris 1588. ſolemni pompa excipitur 12. Kal. Apr. 1589. Sequenti verò 4. Kal. Apr. jecit primum lapidem benedictum novæ Eccleſiæ fundandæ titulo S. Mariæ de Sanitate. Sequenti ann. 1590. 4. Kal. Apr. in Aede S. Mariæ de Ponte conſecravit in Epiſcopum Chalcedonenſem Sebaſtianum Rinaldum Anſanenſem Theologum, virum clariſsimum, aſsiſtentibus Epiſcopis Triventino & Guardienſi. Nolam Cathedralis Eccleſiæ maximam ante annum milleſimum conflatam, caſu fractam iterumque conflatam ſacravit 10. Kal. Sextilis 1604. Ejus cum laude meminit David Romeus in dedicatoria vitæ S. Candidæ ad Franciſcum Carrafam, & doctus Antonius Caracciolus in monumentis Eccleſiæ Neapolitanæ non ſemel Pauli laudes commemorat. Præfuit huic Eccleſiæ cum laude prudentiæ annis 18. Fatoque functus eſt 4. Non. Septemb. 1607. in tumulo conditus

Ca-

Cathedralis, quem vivens ſibi, & ſucceſſoribus ſuis erexerat, in quo oſſa anteceſſorum ſuorum religioſiſſimè ſepelierat. Geſtabat gentilitia familiæ ſuæ ſtemmata, arborem ſcilicet Taxi cum involuto ſerpente ad truncum eum duabus rotis hinc inde truncum exornantibus.

XI. 6. Fr. LAURENTIUS Calatina, Ordinis Minorum de Obſervantia, Epiſcopus Minerbinenſis, ad hanc Eccleſiam translatus die 27. Januarii 1609. Sedit ann. 8. iterumque illum tranſtulit Paulus Quintus ad Puteolanam anno 1618.

XII. 7. Fr. FRANCISCUS Romerius, Hiſpanus Ordinis Carmelitarum alumnus, Patria Matritenſis, adlectus eſt Archiepiſcopus die 14. Maii ann. 1618. translatus deinde ad Viglebanenſem in Inſubria Epiſcopatum die 10. Januarii 1621. Obiit ibidem 4. Februar. 1647.

XIII. 8. ANDREAS Gervaſius ſucceſſit Romerio die 24. Januarii 1622.

ADDITIO.

(,, *Andreas Gervaſius, Calaber è civitate Tabernæ, poſſeſſionem hujus iniit Eccleſiæ die 27. Februarii per ſuum Procuratorem Cæſarem de Monte V. J. D. & ejuſdem Eccleſiæ Archipresbyterum: die 28. Martii ejuſdem anni 2. Paſchatis die ad eamdem pervenit. Acerrimus fuit immunitatis defenſor, pro qua multa perpeſſus fuit pectore ſemper intrepido. Monialibus Regulam Divæ Claræ profitentibus ſacrum Gynecæum aperuit propriis ſumptibus, quibus & eas uſque ad obitum ſemper aluit. Epiſcopale palatium penè collabens, & anguſtum refecit, prolatavit, pluraque pro neceſſaria Præſulum habitatione addidit cubicula. Mulierum honeſtati ſemper conſuluit, quibus fontem aperuit, ut inea propria induſia, aliaque vel linea, vel lanea texta longè ab hominum oculis poſſent abluere. Pauperes ſemper fovit, juſtitiam diligentiſſimè coluit. Sedit in præſulatu annis 46. Octogenarius obiit, & in Eccleſia ab ſe excitati Parthenonis D. Claræ ſepultus fuit.*

Fr. ALPHONSUS *Alvarez Barba, Hiſpanus, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, nobilis ſacræ paginæ interpres, hac thiara dignus efficitur 9. Septemb. 1669. Ad Brunduſinam translatus eſt 28. Maii 1673. deinde ad Salernitanam.* XIV

FRANCISCUS *Antonius Carrafa, Patritius Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, celebris Theologus, & divini Verbi præco adlectus 27. Maii 1675. ad Cathanienſem deinde vocatus fuit.* XV.

Fr. EMANUEL *de la Torre, Hiſpanus, Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum, Magiſter in Theologia, poſt varias in ſuo ordine bene peractas præfecturas, hoc throno inſignitur 9. Auguſti 1688. Deceſſit menſe Julio 1694.* XVI.

JOANNES *Monreale, Brunduſinus, J. U. D. Vicarius Apoſtolicus Nolanus, ac olim Advocatus fiſcalis S. Officii Neapolis, à Rege Catholico nominatus obtinuit hanc Cathedram 4. Julii 1695. exinde translatus fuit ad Rheginenſem die 21. Maii 1696.* XVII.

Fr. BARNABAS *de Caſtro, Toletanus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, S. Theologiæ Magiſter, Aſſiſtens generalis Hiſpaniarum, qui Rectoris Collegii Agridæ, Definitoris, & Provincialis Caſtellæ munus exercuerat, præfectus Lancianenſi eſt Eccleſiæ die 25. Februarii 1697. ad Brunduſinam triennio poſt, id eſt 1700. 15. Decembris translatus.* XVIII

Fr. JOANNES *Uva, Melphictenſis, Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, Archiepiſcopus Lancianenſis renunciatus eſt 18. Aprilis 1701. Obdormivit in Domino menſe Januario 1717.* XIX.

ANTONIUS *Paternò, nobilis Neapolitanus, J. U. D. & Advocatus, ornatus eſt hac infula 8. Februarii 1719.*) XX.

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA XV.
SIVE
HIRPINORUM,
Quam hodie Principatum ulteriorem vocant ; ubi Compſana Metropolis cum ſuis ſuffraganeis deſcribitur.

INTER Samnites populos omnium ultimi claruerunt Hirpini, quorum fuit tanta belli gloria, ut ſeparatim à Samnitibus quaſi ab eorum corpore eſſent avulſi nominarentur. A Lupo Coloniæ ductore nomen acceperunt, Hirpium quidem Samnites Lupum appellarunt. Hinc extremus verſus Lucaniam Apuliamque Hirpinorum urbeis paſſim Livius Samnitibus attribuit, quarum caput Compſa. Hirpinorum fines ita deſcribit Cluverius: ab Occaſu, qua Campani erant contermini montium jugum quod ſiniſtram Sabati fluminis ripam proſequitur ultra fontem amnis, lineam à Sarni uſque fontem: inde à Meridie, qua Picentinis jungebatur, lineam aliam ad Silarum amnem & opidum Valveno ductam; inde ipſum Silarum, & à fonte ejus lineam ad Aufridum flumen, & oppidum Montis Viridis ductam: hinc ipſum flumen, & à flumine incurvam ad Calorem uſque amnem prope Beneventum; qua includuntur Cœdogna, & S. Agatha. Hodie Hirpinorum regio in provincia ulterioris Principatus concluditur. Sedes Epiſcopales in ulteriori Principatu tredecim olim cenſebantur, ſed ex his quinque utpote ſuffraganeæ Beneventanæ Metropolis in ea provincia deſcriptæ fuerunt, nempe S. Agathæ Gothorum, Avellinen. & Frequentin. Montis Marrani & Vulturarien. Sarnenſis ſuffragatur Salernitano; de quibus ſuis in locis agemus: reliquæ ſunt Compſanus Archiepiſcopatus cum ſex ſibi ſubjectis Eccleſiis S. Angeli de Lombardis, Biſacien. Laquedonien. Montis Viridis, Moranen. & Satrianen. nam Belſienſis Epiſcopatus, qui in provinciali Romano recenſetur ſub hac Metropoli nullam reperio mentionem. Igitur in hac noſtra decimaquinta Provincia de ſola Compſana Metropoli cum ſex his Epiſcopatibus agemus.

COMPSANA
METROPOLIS,
Cui ſuffraganei ſunt

Epiſcopatus
- S. Angeli de Lombardis,
- Biſacienſis,
- Laquedonenſis,
- Montis Viridis,
- Muranenſis,
- Satrianenſis.



A COMPSA *a* antiquiſſima Hyrpinorum civitas ad Aufidum amnem haud procul fontibus ejus ſituata eſt, quam hodie Provinciæ ulterioris Principatus Metropolim ſtatuerunt Hanc Plinius in ſecunda italiæ regione in Hyrpinis commemorat cum Livio & Vellejo. Ptolomæus in Lucaniam reiicit. Ejus primogeniam originem hactenus nullus ſcriptorum retexuit; ea iiſdem tamen veteribus auctoribus antiquiſſimam fuiſſe conſtat. cum anno ab urbe condita CCCCLXXIX. ante Chriſtum natum CCLXXIII. ibidem colonia ducta eſt. *At Coſſam*, inquit Valleius, *& Pæſtam ab hinc annos ferè* CCC. *Fabio Dictatore, & Claudio Cancria Coſſ.* Livius *Coloniæ dactæ ſunt Poſidonia, & Coſſa.* Sigonius in B Livium pro *Coſſa*, ex antiquis exemplaribus *Compſam* legit & *Compſanos*, quorum illibata fides priſcis Romanis ſemper in pretio fuit. Hic Milonem cujus meminit Tullius, ictu lapidis occubuiſſe narrat Vellejus. Incepto pari ſimilis fortuna Milonis fuit, qui Compſam in Hyrpinis oppugnans cinctuſque tum P. Clodio, tum patriæ, quam armis petebat, pœnas dedit, vir, inquieus, & ultra ſortem temerarius. Denique Compſa ex iis Coloniis una fuit, quæ pro Romanis contra Annibalem arma ſumpſere. Poſt declinationem Romani Imperii, diverſis Dominis bellica præda ceſſit, donec Neapulitanorum Regnum ditin fieret, à quibus diverſis Dynaſtis in feudum attributa eſt. Anno ſalutis 980. ut Leo Oſtienſis ſcribit lib. 2. cap. 11. ingens terræmotus Compſam propè mediam evertit, ejuſque Epiſcopum cum plurimis aliis occidit. Hoc tempore pene deſolata eſt, infrequenſque ob inſalubrem aerem habitatoribus, quæ olim cum finitimarum urbium potentia concurrere potuit. Conſtat, idque ſatis firma conjectura jam inde à Sanctorum Apoſtolorum prædicatione Chriſtianis ſacris Compſam fuiſſe initiatam, utpote Romæ propinquam. Ejuſdem antiqua Eccleſia eſt, atque Metropolitana dignitas vetuſta inter recentiores. Ejus Provincia ulteriorem Principatum complectitur; ſex habet Epiſcopatus ſuffraganeos, Muranum ſcilicet, Montis Viridis, Laquedonenſem, Biſaciarum, Sancti Angeli de Lombardis, & Satrianum; nam quod in antiquis Provincialibus legitur de Epiſcopatu Buiſinenſi mendo non caret; nihil enim de eo alibi uſque legimus, ac ne in ipſis quidem tabulis Metropoleos Compſanæ. Primi ejus civitatis Epiſcopi nomen intercidit, ſive ſcriptorum inopia, ſive injuria temporum, quæ vetuſta debellavit monumenta. A quo verò ex Romanis Pontificibus Compſa dignitatem receperit Metropoliticam, incompertum mihi eſt. Crediderim tamen eam accepiſſe vel ab Alexandro II. vel à ſucceſſore Gregorio VII. namque anno 1051. ſub Leone IX. Epiſcopus Compſanus ſuffraganeus erat Salernitani Archiepiſcopi, ut ex privilegio Leonis liquet, ſub Gregorio VII. Leo Archiepiſcopus Compſanus vixit. Sub Primate verò Salernitano recenſetur ab Urbano II. anno 1099. in privilegio Salernitanæ Eccleſiæ conceſſo, ut ſuo loco melius enarravimus. Primus Compſæ Archiepiſcopus, cujus memoria perennavit ad poſteros, Leo eſt, qui ſub Gregorio VII. Pontifice vixit. Ab hac tempeſtate uſq; ad hæc noſtra tempora, ferè continuatam ſeriem habemus, ſatis tamen jejunam, quam ex variis monumentis noſtra expiſcata

a Vulgo Conza.

eſt

A eſt induſtria, ſurdis ſæpè auribus canimus, illorum, ad quos ſpectat, implorantes opem, diligentiùmque. Cæterùm Metropolitana Baſilica eſt titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ, ſacris veſtibus, argenteis vaſis, ac ſupellectili ad ſacrorum uſum accommodata, ſatiſque inſtructa, & ornata. Hic requieſcit corpus S. Herberti Archiepiſcopi marmoreo tumulo incluſum, & præclariſſimo decori habetur; ejus natalis dies 20. Auguſti magna finitimorum populorum frequentia colitur, indulgentiis Pontificum privilegiis in eò accedentibus conceſſis. Tribus dignitatibus gaudet, Archidiaconatus ſcilicet, Cantoratus, & Primiceriatus, ibidemque octo Canonici, Presbyteri aliquot, aliique minorum gentium Clerici divinum opus perurgent. Intra Civitatis mœnia quinquaginta ſupra centum fidelium capita recenſentur; in ea nulla Eccleſia Parochialis præter Cathedralem, nullum Religioſorum Cœnobium, aut Monialium extat. Diœceſis per 40 milliaria extenditur; continet oppida ſeu terras 24. inter quæ S. Mennæ, B ubi Archiepiſcopus reſidere ſolet, tamquam nobiliori in loco. Ibi eſt Seminarium Clericorum ad normam Concilii Tridentini, & domus Epiſcopalis. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus eſt aureorum ferè 3500 qui colliguntur ex Caſtris Sancti Andreæ, & S. Mennæ in temporalibus & ſpiritualibus Archiepiſcopo obnoxiis, atque ex aliis ejuſdem Eccleſiæ proventibus; taxatur in libris Cameræ Apoſt. ad flor. 200 Porrò Præſules hujus Eccleſiæ, quorum memoria extat, ſequentes ſunt.

A D D I T I O.

(,, *De Metropolitica ſede Compſana in Hyrpinis, quamvis ſua ſingulari prærogativa en univerſa Italia conſtituat XV. Eccleſiaſticam Provinciam, paucos contexuit Abbas Ferdinandus Ughellus. & ſicut ipſe proloquitur,* jejunam ſeriem ex variis C monumentis ſua induſtria eſſe expiſcatum, & quod nullum auxilium, aut opem obtinuit; & quibus intererat ſurdis auribus ſemper ceciniſſe conqueritur. *Sed hanc novam editionem locupletem reddidit Illuſtriſſimus, & Reverend. Dominus D. Franciſcus de Nicolai jam Caputaquenſis Epiſcopus, & modò ſuis ita exigentibus meritis tranſlatus ad hanc ſedem Metropolitanam, in ſacra eruditione, ac hiſtoria Eccleſiaſtica verſatus, & orbi litterario notus, ob publicè editas lucubrationes ſuper reconditis priſcæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ arcanis, hæc additamenta in limine ſui regiminis à Penetralibus ſui Archivii eruta, inſerenda propoſuit.*

,, *Hyrpinorum gens cum eorum urbe Compſana originem trahit ab Italicis Populis Aboriginibus, ideò nuncupatis quia ſine origine, vel quod in ſimile reincidis à vetuſtiſſima Jani, aut Noe progenie, ſicut gens finitima Samnitibus ab Auſoniis, & Sabellibus derivare tradunt. Et quia utraque* D *Hyrpinorum, & Samnitium natio in notis bellicis diſſenſionibus erat ſtricto fœdere invicem conjuncta, ideò hoſtili Romanorum irruptione ſub Conſule Fabio Maximo innumera mala communi fato eis acciderunt. Sed anno ab urbe condita 479. deductis compluribus Coloniis in præcipuas Italiæ urbes fidiſſima auxilia Romanis contra Annibalem præ aliis præbuerunt Cives Compſanæ, & Paſtanæ Coloniæ; illibatam enim eorum fidem priſcis Romanis ſemper in pretio fuiſſe teſtatur Livius dec. 3. lib. 7. at Statii Compſani Civis ſingularem infidelitatem prodit idem Livius; ab ipſo enim poſt Apuliæ devaſtationem in cruentiſſimo illo Cannenſi prælio, clam accito Annibale cum Pœnorum exercitu, ſine ullo certamine fugato Trebione Romanorum Duce, ac Compſiæ Cuſtode, Patriæ deditio indè eſt ſecuta; & Annibalis arma victricia uſque ad Capuam convolaſſe tradit idem Livius. Nec omittendum hujus inſignis Proditoris domus*

A *ædes ſiſe aperta, & tranſfinæ ob tanti facinoris verecundiam adhuc rudera nunc apparere; & priſcam Statii familiam tradant ſuperſtitem extitiſſe uſque in perſona Marcelli de Statiis vicarii generalis Archiepiſcopi Alphonſi Cardinalis Geſualdi.*

,, *Non deſierunt tempore pacis, fugato Annibale, Compſiæ viciſſitudines; nam in pœnam deceptionis, à Romana Republica electo Marco Junio Prætore, multa Hyrpinorum prædia adjudicata fuere fidis Militibus Scipionis Africani, & in ſubſidium devaſtationis ejuſdem urbis, pluſquam mille Romanos fuiſſe inductos in eamdem Compſanam Coloniam tradit idem Livius; inde excitato turbine ſocialis belli Italici anno 616. Compſani Cives conſtantes pro Romanis ſteterant, & innumera mala perpeſſi à cæteris conjuratis Populis, armata ope Romanorum militum fuerunt inde defenſi. Sed anno 704. ejuſdem urbis conditæ Bellum inteſtinum inter Cæſarem, & Pompejum publicam Compſiæ pacem diremit.* B *Partes Pompeii ſequebatur Milo vir equeſtris, & Tullio familiaris, de cujus audacia multa narrantur in Cæſaris Commentariis, quia exilio ab urbe dejectus, copia hominum perditorum cumulata, Compſiam debellare cœpit, ac mœniorum tuitionem ſuſcepit Publius Clodius Prætor, à quo fugata hoſtili turba, ictu lapidis Milo miſere occiſus eſt.*

,, *Hæc de Hyrpinis tempore ſuperſtitionum Gentilium, ſed poſt Chriſti adventum cum Samnitibus pugnare cœperunt. Origo diſſidii indè cœpit, quia tranſlato occidentis imperio in perſonam Caroli Magni, ac ſucceſſorum, Beneventani Principes è gente Longobardica Carolingis erant ſuſpecti; ſed Compſani Comites pro iiſdem ſteterunt, & præcipuè Radelcus, qui anno 820. miſſis ſicariis, & una cum inſidiis Beneventanis facta conſpiratione, Grimoaldum Principem interfecerunt. At Radelcus pœnitentia ductus, in Caſinenſi monaſterio vitam profeſſus eſt regularem. Ex eadem progenie* C *creditur fuiſſe Urſus Comes Compſanus, qui nomenclaturam dedit oppido Conturſis ejuſdem Diœceſis. Hic inito fœdere cum Salernitano, & Acheruntino Principibus, Beneventanum Principem debellarunt. Ejuſdem generis Longobardici pariter extitiſſe creditus Pandulfus comes Compſanus, cujus eximia pietas elucet in vetuſto documento donationis villæ Monticuli cum ſuis incolis venerabili Monaſterio ſancti Benedicti in monte Vulterano anno 967. roborato à Petro Epiſcopo Compſano; & amplitudo dominii ejuſdem Pandulfi inde apparet, quia inſcribitur* Dominator totius ditionis de Principatu. *In ſecunda claſſe eorumdem Comitum ſunt reponendi Principes Balbani ex inclito genere Normannorum, qui tamquam Dynaſti, ac Reguli totam Hyrpinorum regionem in dominio continebant, quorum pietas plenè enituit in perſona Comitis Jonathæ, præcipue ob donationem oppidi ſancti Andreæ favore Menſæ Archiepiſcopalis. In tertia claſſe comitatus* D *Dynaſtica ſub Rege Carolo I. Andegavenſi plures connumerantur, ſcilicet Vicecomites Mediolanenſes, ac clariſſimi Baucii intimi Conſiliarii, & affine ejuſdem Regis Caroli I. ſed eorumdem ſucceſſoribus ob diffidentiæ ſuſpicionem à comitatu rejectis, ſucceſſit ſtrenuus Dux Hiſpanus Conſalvus de Corduba. At initis poſtea Capitulis pacis inter Gallos, & Ferdinandum Regem Catholicum, fuerunt vocati in quarta nobilium comitum claſſe, ſeu potiùs reintegrati Neapolitani primæ notæ Proceres, familia Jeſualdorum, cum decoro eidem titulo Comitatus annexo* Hiſpaniæ Magnatis, *in qua familia diu ſtetit, & conſolidatum apparuit temporale cum ſpirituali dominium, interjectis tamen temporibus, in quatuor ejuſdem familiæ Jeſualdorum Archipræſulibus. Poſtremo in eodem comitatu ſucceſſit fulgidiſſimum genus Ludoviſiorum* Bononiæ *in perſona celeberrimi Nicolai ex fratre Nepotis ſummi Pontificis Gregorii XV. ob ditiſſimā*

datem Iſabellæ Jeſualdi unicæ hæredis ejuſdem familiæ ; & demortua dicta conjuge Iſabella ob duas uſias initas nuptias, primò cum D. Puliſena de Mendoza acquiſivit Imperiale feudum Principatus Plumbini, & poſtea cum D. Conſtantia de Pamphilio Principatum Zagarolæ. Sed unicus ejus filius, & hæres Jo. Baptiſta Ludoviſius ditiſſimam hæreditatem aggregationis tot feudorum, brevi temporis intervallo dilapidavit ; & altra Principatum Venuſii cætera omnia loca hujus Compſanæ Diœceſis alienavit; undè funeſtum caſum urbis Campliæ tot terræmotuum concuſſionibus penitus deſtructæ, ac ſolo æquatæ, fatum idem humanæ viciſſitudinis etiam ſequutum in vetuſta dignitate Comitatus Campliæ.

De Metropolitana Baſilica Compſana præter relata ab Abbate Ughello, quia poſt memorabilem terræmotum anni 981. de quo Leo Oſtienſis in ſua Chronica narrat accidiſſe templi everſionem, & obitum Petri ultimi Epiſcopi cum ſuis Eccleſiis, & quampluribus aliis, ob ſimiles immanes terræ concuſſiones pluries repetitas uſque ad hæc noſtra tempora, ſtructura templi fuit ſæpius mutata.

Requieſcit in eadem Baſilica Corpus B. Herberti Archiepiſcopi, quod anno 1684. à Cajetano Archiepiſcopo Caracciolo palam fuit recognitum cum inſulis Pontificalibus, annulo, & Pallio Archiepiſcopali indutum, & ab angulari Capella ad aram majorem tranſlatum, & marmoreo ſepulcro honorificè reconditum. Inter quamplures Capellas eminebat illa Comitum Compſanorum de familia Geſualdi cum nobili icone B. Virginis Gratiarum ab Archiepiſcopo Alphonſo Cardinali Geſualdo, repoſito ac Romæ elaborato. In lateralibus angulis Capellam ornabant duo monumenta marmorea cum quatuor ſtatuis itidem marmoreis affabrè elaboratis, & ſplendidiſſimis urnis cum ſepulcralibus inſcriptionibus ; una Fabritii Geſualdi, qui deceſſit anno 1524. altera Conſtantiæ de Capua uxoris Samſonis Geſualdi de anno 1484. utrumque monumentum cum antiqua Baſilica ad maceriem fuit redactum in funeſto illo terræmotu anni 1694. Sed poſt obitum inſignis Benefactoris Archiepiſcopi Cajetani Caracciolo, applicato ditiſſimo ſpolio à zelantiſſimo, & mirifico Eccleſiarum reſtauratore fratre Vincentio Maria Urſino Cardinali Archiepiſcopo Beneventano, in ultimis tabulis Archiepiſcopi Caracciolo nuncupato executore teſtamentario, fuit à fundamentis excitatum ampliſſimum templum recentioris ſtructuræ ; & cum non ſit adhuc completum, undique modo perficitur ab hodierno Archiepiſcopo Franciſco de Nicolai ad normam paratæ ſtructuræ.

Conſtans accolarum traditio etiam in antiquis codicibus viſitationum confirmata, in albo ejuſdem Metropolitanæ Baſilicæ antiquitus fuiſſe adſcriptos plusquam XXX Præbendatos, ſeu Canonicos, modò numerus ad XII. eſt contractus, nempe quatuor dignitatum, & octo Canonicorum, qui penſum divinæ pſalmodiæ quotidiè perſolvunt.

Annui redditus menſæ Archiepiſcopalis aſcendunt ad ducatos quatuor millia monetæ Regni non computatis incertis ex juriſdictione provenientibus. Taxa verò Cancellariæ Apoſtolicæ eſt Florenorum biſcentum ; & colliguntur ex feudis Sancti Mennæ, & Sancti Andreæ in ſpiritualibus, & temporalibus menſæ Archiepiſcopali obnoxiis, necnon ex feudo ruſtico nuncupato Palorotondo, & ex quampluribus Abbatiis in Diœceſi diſperſis enunciatis in Privilegio, ſeu Conſervatorio ab Innocentio III. conceſſo, & à Leone X. confirmato, de quibus opus eſt originem, & progreſſum ſingillatim recenſere.

Feudum Sancti Mennæ menſæ Archiepiſcopali unitum, originem ducit à quodam Monaſterio Ordinis Caſinenſium olim ſitum in loco elevato, ubi modo degunt Patres Capuccini, in cujus clauſtro extat lapis marmoreus cum ſtemmate Caſinenſi. Nomenclaturam hujus oppidi induxit frequens habitatio Sancti Mennæ Monachi ſolitarii, de quo extat memoria in Martyrologio Romano ſub die 11. menſis Novembris, ibidem Baronius in notis, & de ejuſdem mirabili vita mentionem facit B. Gregorius magnus lib. 3. Dialogorum cap. XXVI. inde bellorum incurſione deſolato monaſterio, poſſeſſionem ejuſdem, nomine ſedis Apoſtolicæ, cœpit Archiepiſcopus ; & accolæ finitimorum locorum ob aeris ſalubritatem ſedem fixerunt ; proindè conjicitur Eccleſiaſticam juriſdictionem ab immemorabili tempore fuiſſe cum dominio temporali cumulatum ſub feliciſſimo Præſulatu b. m. Cardinalis Alphonſi Jeſualdi ejuſdem ſedis Archiepiſcopi, excitata lite à Regio Fiſco ad oſtendendum titulum hujus feudi, ac compilato formali proceſſu, conſtito de titulo immemorabili, & ſub die X. Novembris anni 1567. favorabilis hujuſmodi emanavit judicialis ſententia. In cauſa Regii fiſci cum Domino Domino Cardinali Alphonſo Jeſualdo &c. & ſuper oſtenſione tituli ſancti Mennæ, per utriuſque juris Doctorem Annibalem Moles Regiæ Cameræ ſummariæ Præſidentem, & prædictæ Cauſæ Commiſſarium, & facta de ejus per eundem relatione in Regia Camera, ipſius conſenſu proviſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur ; à prædicta impetitione Regii fiſci, dictus Reverendiſs. Dominus Cardinalis Jeſualdus abſolvatur, prout præſenti decreto abſolvitur, hoc ſuum &c. Annibal Moles. Joannes Baptiſta Criſpus Magiſter actorum.

Renovata turbatione ſub die 30. Julii anni 1676. tempore Archiepiſcopi Pauli Caravitæ, & iterum ſub anno 1682. ſub regimine Archiepiſcopi Cajetani Caracciolo confirmata eadem prodiit reſolutio ; & ulterius Archiepiſcopum non teneri ad ſolutionem Quindenii, nec feudalis Relevii.

Status animarum ejuſdem oppidi modò aſcendit ad centeſimum ſupra milleſimum. In eodem Archiepiſcopi reſidere conſueverunt, & ibidem nobile, ac amplum ſupereminet Archiepiſcopale Palatium ad formam Caſtri Baronalis conſtructum, ampliatum ab Archiepiſcopo Paulo Caravita, & ob Terræmotuum quaſſationem jam pene collapſum, renovavit immediatus ſucceſſor Archiepiſcopus Cajetanus Caracciolus ; & præter privatam Capellam Palatio incluſam, propè idem, itaut ab aula magna latus pateat acceſſus, idem digniſſimus Archipræſul, ſolo æquatis vicinis ædibus, à fundamentis excitavit Eccleſiam ſuo, & clericorum Regularium Parenti B. Cajetano Thienenſi dicatam ; eamque dotavit omni genere ſacrarum ſupellectilium, ac argenteis duabus ſtatuis Sancti Herberti Compſani Archiepiſcopi, & Sancti Cajetani Thienei : ac etiam pia liberalitate eam dotavit, impoſito in publico Banco Neapolitano Capitali ducatorum trium millium præter annuum ſtipendium miſſæ quotidianæ aſſignatum. In eodem templo fixum inſurgit Pontificale ſolium, & tamquam in Eccleſia vice Cathedrali diebus ſolemnioribus Pontificales exercentur functiones.

Non procul à Baronali Palatio extat ſeminarium clericorum antiquitus fundatum ad erudiendos pueros, & Eccleſiaſticam diſciplinam in Diœceſi diſſeminandam : in ſuperiori parte ædificii jam diminuti Terræmotuum quaſſatione. At modernus vigilantiſſimus Archipræſul Franciſcus de Nicolai in limine ſui regiminis novis extructis manſionibus priſtinæ integritati cum reſtituit ad commodè excipiendos Alumnos, ac etiam ſuperadditos Convictores.

Non immemorabilis poſſeſſionis titulo, ſicut enunciatum feudum ſancti Mennæ, conjicitur dominium alterius nuncupatum ſancti Andreæ, ſed clarus ac lucidiſſimus favore menſæ Archiepiſcopalis aſſiſtit titulus vetuſtæ donationis piiſſimi Principis Jonathæ de Balbano Comitis Compſani, & ſuæ nobiliſſimæ uxoris Stephaniæ

A ,, *ac Liberorum Riccardi, & Goffredi enunciatis in*
,, *authographo donationis diplomate, quod apud*
,, *Archiepiſcopos diligentiſſimè cuſtoditur; cujus te-*
,, *nor eſt.*

,, In nomine individuæ Trinitatis anni Incarna-
,, tionis Dominicæ milleſimu centeſimu ſeaageſi-
,, mo primo menſe Februarii Indictione nona. Ego
,, Jonata Dei gratia Compſæ Comes una cum dile-
,, cta mea uxore Stephania ejuſdem gratia Compſę
,, Comitiſſa, noſtriſque dilectis filiis, ſcilicet
,, Riccardo, & Gunfredu nulla neceſſitate coacti,
,, ſed ſpontanea voluntate, videntes quod pro tem-
,, poralibus rebus, quas in hac fragili vita poſſide-
,, mus, quæ fugitivæ, & labiles ſunt, ideò ſpon-
,, te dare volumus ad uſum Miniſtrorum Dei, pro-
,, cul dubiu in æternam remunerationis Patriam
,, ſacroeloquio teſtante, qui dicit centuplum ac-
,, cipietis, & vitam æternam poſſidebitis, idcircò
B ,, pro redemptione animarum noſtrarnm, noſtro-
,, rumque Parentum, Eccleſiam ſancti Andreæ,
,, quæ ſita eſt in Territurium Compſanę Civitatis,
,, & Caſtri Petræpaganæ cum Hominibus habitan-
,, tibus ibidem, & terris per circuitum ejuſdem
,, Eccleſiæ, quas intra fines ſubſcriptos inferiùs
,, declarabimus, concedimus, & damus perpetua-
,, liter Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Epiſcopii Compſæ
,, pro victu clericorum, qui in eadem Eccleſia
,, Compſana diu, noctuque deſerviunt ad laboran-
,, dum, & ſerviendum; tali conditiune, quod
,, nullus Archiepiſcopus hanc noſtram dunatio-
,, nem de Menſa clericorum alienandi habeant po-
,, teſtatem. Inſuper volumus, quod Homines, qui
,, in dicto loco ſancti Andreæ nunc habitant, &
,, habitare voluerint, ab umni onere ſervitutis ſint
,, immunes, & à quolibet genere eaactionum libe-
,, ri, & exempti, quod nos, & noſtri liberi, &
,, hæredes habere, vel quærere deberemus ab iiſ-
,, dem. Et ſi aliqnod maleficium, ſive malefactum
C ,, prædicti Homines fecerint, ſive offenſam, non
,, à nobis, ſive ufficialibus noſtris, ſed à Paſtori-
,, bus, & clericis Eccleſiæ Compſanæ compellan-
,, tur, quærentibus facere rationem; & de eorum
,, culpis, & delictia iudicentur per eoſdem. Si vi-
,, neas, domos, hortos, aliaque ædificia infra præ-
,, fatam Terram ædificare voluerint, poteſtatem
,, faciendi ſecundùm juſſionem Paſtoris, & volun-
,, tatem Clericorum Compſanæ Eccleſiæ firmiter,
,, ac libere habeant, & perpetualiter poſſideant.
,, Itaque à nemine nullam aliquam habeant con-
,, trarietatem. Paſcua verò, aquam, ligna eum
,, cæteris noſtris huminibus civitatis Compſanæ, &
,, Petræpaganæ abſque damno communiter fruan-
,, tur, & habeanr. Et prædicta noſtra donatio pro
,, redemptiune animarum noſtrarum, noſtrurum-
,, que Parentum ſaluberrima fiat. Aquam, quæ ori-
,, tur intra fines ſubſcriptos, cum furma & curſu
,, damus, & inviolabiliter concedimus Eccleſiæ
,, ſupradictæ liberè, & abſulutè, nulla nobis in
D ,, prædicta aqua conditione reſervata, ſed volu-
,, mus, quod ipſa Eccleſia Compſana molendina
,, facere, & ædificare in ea poſſit, & ad alios uſus
,, eam trahere juxta velle, & nullus alius in curſu
,, ejuſdem aquæ, & formæ molendina facere poſſit,
,, nec de ea terras adaquare, vel ad alias partes
,, eam trahere ſine voluntate Paſtoris, & clerico-
,, rum Eccleſiæ Compſanæ. Hæc autem ſunt fi-
,, nes terrarum Eccleſiæ ſupradictæ. Incipit in
,, primis a parte orientis in forma ſancti Andreæ,
,, ubi oritur aqua, vadit per caput vinea de Piſca-
,, ria, & pergit ad locum, qui dicitur Caſtrizaro,
,, & vadit ad curſum parvum, & deindè vadit ad
,, lapidem de Agrifolio, & pergit recto tramite uſ-
,, que ad locum, qui dicitur Tracturum, & deſcen-
,, dit ad Vallonem Martini, & intrat in viam, quæ
,, vadit ad Arſam, ubi eſt molendinum Archiepiſ-
,, copi Compſæ, & tranſit per Arſam ad viam, quæ
,, vadit ad ſanctum Laurentium, & deindè vadit

A ,, ad valionem, qui deſcendit de aqua viva, ubi
,, junguntur duo rivuli, poſtea aſcendendo per ip-
,, ſus vallonem aſcendit ad Serram uſque ad præ-
,, dictam furmam, ubi prius incepimus. Et ut no-
,, ſtra donatio, & conceſſio robur obtineat, &
,, perpetuam firmitatem, præſens ſcriptum fieri
,, fecimus per manus Goffredi noſtri Notarii, &
,, ſigillo noſtru propriu ſigillatum. Hoc eſt ſi-
,, gnum propriæ manus Domini Comitis Junata.
,, Hoc eſt ſignum Gualterii Follivillæ. Signum
,, Crucis propriæ manus Jurdani Follivillæ. Si-
,, gnum Crucis Domini Riccardi filii Comitis. Si-
,, gnum Crucis Goffredi filii Cumitia. Cullatione
,, facta cum alia Copia legalizata per Notarium
,, Donatum Antonium Bozza Terræ ſancti Men-
,, næ ſiſtente in libro Terræ ſancti Andreæ mihi
,, exhibito per Sindicum dictæ Terræ ſancti An-
,, dreæ, eidemque ſtatim reſtituto, concordat,
,, meliori tamen ſemper ſalvo, & in fidem &c.
,,
B ,, Ego Notarius Juſeph de Salvatore Terræ Ca-
,, ſteinovi incula in Terra uliveti rogatus, & re-
,, quiſitus ſignavi &c. locus ſigni &c.
,,
,, *En contentu laudatæ donationis multa dedu-*
,, *cuntur favore menſæ Archiepiſcopalis. Primò ju-*
,, *riſdictionem nedum civilem, & mintam, verum*
,, *etiam criminalem fuiſſe conceſſam liquidò conſtat*
,, *en ſequentibus verbis.* Et ſi aliquod maleficium,
,, ſive malefactum prædicti homines fecerint, non
,, ab officialibus noſtris, ſed à Paſtoribua, & cle-
,, ricis compellantur; *nam in jure maleficium ſu-*
,, *mitur pro delicto; conſtanti etenim accolarum tra-*
,, *ditione firmata ſeniorum teſtimonio etiam conſtat,*
,, *non niſi en abuſu authoritatis Comitum Compſiæ,*
,, *& ſucceſſorum familiæ præpotentis de Jeſualdis,*
,, *Præſulum juriſdictionem fuiſſe reſtrictam ad civi-*
,, *lem, & mintam. Secundò deducitur en enuncia-*
,, *tis verbis donationis*, & terras per circuitum,
,, *integrum Territorium feudale S. Andreæ tranſiiſſe*
C ,, *ad ſolidum Eccleſiæ dominium; & licet inter Cives*
,, *diſperſum in uſu, & cultura modo enſtat, atta-*
,, *men proprietatem favore Eccleſiæ ab initio fuiſſe*
,, *conſolidatam, indè liquidò apparet, quia tenen-*
,, *tur Incolæ & Cultores Terrarum decimas vini,*
,, *frumenti, hordei, cæterarumque frugum, ac le-*
,, *guminum quotannis Archiepiſcopo tamquam Ba-*
,, *roni, & utili Territorii Domino perſolvere. Nec*
,, *officit, quod ex apertis verbis hujuſmodi donatio-*
,, *nis Dominium conſtet non eſſe reſtrictum ad Ar-*
,, *chiepiſcopum, ſed in ſolidum favore Eccleſiæ ſan-*
,, *ctæ Mariæ, ejuſdemque Clericis, ac Miniſtris in-*
,, *ſervientibus; nam in jure, nomine Corporis Ec-*
,, *cleſiæ principaliter venit Caput; & quamvis cre-*
,, *dendum initio feudum in communi fuiſſe poſſeſ-*
,, *ſum, ſubſequentibus verò temporibus mutato priſ-*
,, *co ſiſtemate, & Eccleſiæ regimine, ſucceſſiſſe Ter-*
,, *ritorii diviſionem, & Capitulo, ac Canonicis con-*
,, *tigiſſe partem illam territorialem Zanzanam nun-*
,, *cupatam, ex quo prædio Capitulares Decimas re-*
D ,, *colligunt. Tertio deducitur Communitatem, ſeu*
,, *univerſitatem ejuſdem oppidi ſancti Andreæ im-*
,, *munem, & exemptam fuiſſe, ſicuti modò eſt, ab*
,, *omnibus functionibus fiſcalibus, aliiſque impoſi-*
,, *tionibus, ac oneribus, ut clarè denotant ſequen-*
,, *tia verba piiſſimi Comitis Balbani.* Inſuper volu-
,, mus, quod homines, qui in dicto loco nunc ha-
,, bitant, & habitare voluerint, ab umni onere
,, ſervitutis, ſint immunes, & à qualibet genere
,, functionum liberos, & exemptos. *Inde ſereniſ-*
,, *ſimi hujus Regni Reges recognoſcentes qualitatem*
,, *hujus feudi, uti oblatum Eccleſiæ Compſanæ, ei-*
,, *demque vetuſtiſſimæ civitati deprudens, & ſuffra-*
,, *ganeum, ac incolas, ſeu habitatores Eccleſiæ dedi-*
,, *titios, vel ut explicant jura Ceſarea* in vita ſervos,
,, & in morte liberos, *inſtante Joanne de Comitibus*
,, *Compſano Archiepiſcopo anno 1463. Sereniſſimus*
,, *Ferdinandus primus confirmavit privilegia ea-*
,, *dem exemptionis ab omnibus regiis vectigalibus,*

& impoſitionibus ordinariis, & extraordinariis. Et ulterius Trojanus Archiepiſcopus Jeſualdus anno 1536. ab invictiſſimo Imperatore Carolo V. renovationem ampliſſimi hujus exempsionis privilegii obtinuit, addita ratione uti feudum Cathedrali Eccleſiæ oblatum, & Vaſſallos archipræſuli dedititios. Et ad vitandas quaſcumque turbationes, ac moleſtias ſub regimine fratris Ambroſii Archiepiſcopi Mutarelli ordinis Prædicatorum, qui antea obierat munus Magiſtri ſacri Palatii Apoſtolici, Cives de univerſitate ſancti Andreæ anno 1560. inſteterunt apud miniſtros regiæ Cameræ pro privilegii executione, & verificatione; promulgata indè fuit favorabilis hujuſmodi ſententia. In Cauſa univerſitatis Sancti Andreæ cum Regio Fiſco de, & ſuper immunitate functionum fiſcalium, aliarumque impoſitionum, ac donationum, ut in proceſſu &c. viſis actis per magnificum U. J. D. Paulum de Magnatis Regię Cameræ Præſidentem, & Cauſæ Commiſſarium &c aſſiſtente Domino locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus fuit proviſum, & decretum, prout præſenti decreto providetur, & decernitur, quod dicta univerſitas, & homines ſancti Andreæ in futurum ſerventur immunes ab omnibus functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis, & ab omnibus aliis impoſitionibus, & donativis &c *hoc ſuum &c. Paulus de Magnatis. Joannes Paulus Criſpus actorum Magiſter.*

Balbanos Principes ex memorando Normannorum genere proceſſiſſe tradunt hiſtorici, & præter ſupranotatum exemplum eximiæ pietatis, ac liberalitatis erga Eccleſiam Compſanam, duo alia hiſtorici ſuppetunt virtutum exempla. Primum ſub Pontificatu Gregorii VIII Beneventani in anno 1187. Excitato ſacro bello contra Sarracenos pro defenſione Regni Hieroſolymitani inter hujus Regni Proceres, piiſſimus Comes Jonatha de Balbano, cæterique Hyrpinorum Barones eidem Comiti affines, ac ſubfeudatarii, armata peditum, ac equitum copioſa militia, inſignes, ac ſtrenuos in tali ſacro bello ſe exhibuerunt. Aliud mirificum exemplum ſuppetit Franciſcanorum Chronica, ubi cum per Apuliæ tranſitum in oppido Montellæ ſub ditione Raonis de Balbano Comitis Compſani anno 1222. appuliſſet Seraphicus Pater Beatus Franciſcus, aperto aere tempore hyemali, accubuit ſub arbore Ilici, ubi nivium altitudo attigerat ferè ſublimitatem arboris: accolæ ejuſdem oppidi pietate moti, acceſſerunt ad Seraphicum Patrem, & circum circa ubi jacuerat cum ſocio, non ſine ſtupore invenerunt locum penitus nive denudatum: idemque prodigium retulerunt Comiti Balbano, qui pervolutus ad pedes B. Franciſci, ſupplex petiit vel in ſuo oppido permanere, vel fundationi à ſe faciendæ ſocios relinqueret: & pietas Comitis ſtatim Conventum conſtruxit in loco, ubi dicitur ſancti Franciſci ad Fullonem: *ibidemque paucis interjectis annis accidit aliud divinæ providentiæ prodigium; nam excreſcente nivium aggere, ut Conventum ferè operirent, & & Religioſi fame perire cogerentur; orationibus intenti, inopinatò, accito ſonitu Campanulæ, in oſtio invenerunt ſacculum palmorum decem, & octo optimo pane repletum, ibi repoſitum Angelorum miniſterio, & interceſſione Seraphici Patris tunc manentis in Regno Galliæ, dùm ab ejuſdem Regina omnes Conventus copioſe de pane providebantur. Hæc de cæteris exemplis eximiæ pietatis Jonathæ Comitis Balbani, & ſucceſſorum ſecundæ Dinaſtiæ Comitum Compſanorum attigiſſe ſat erit.*

Diſtat oppidum ſancti Andreæ ab alio ſancti Mennæ per quatuor milliaria, & à Civitate Compſiæ per duo milliaria. Incolarum numerus modò aſcendit ad tercenteſimum quadrageſimum ſupra milleſimum. Territorium eſt ferax, & ſitum in planitie, ac oculis quamdam præſefert jucunditatem, quia montes undique circumdant. Ibi Conventus fratrum ſancti Franciſci Reformatorum de obſervantia, duodecimque reſident fratres. Propè hujus Conventus clauſuram ſupereminet amplum Palatium ad formam Caſtri Baronalis conſtructum, & cingitur quatuor Turribus; ibique per amœnum Pomarium irriguus pertranſit fons, & in planitiem Palatii deſcendit, ubi ab intimis cubiculis conſpicitur diſperſa aqua ad formam chryſtallini ſpeculi, ac ruit per viam publicam uſque ad molendina: ad lævam Palatii, & ejuſdem frontiſpitio proſpicitur Eccleſia elegantis, ac recentioris ſtructuræ à ſingulari beneficentia ejuſdem Archiepiſcopi Cajetani Caracciolo funditus erecta, ſub invocatione ſancti Michaelis Archangeli: & in inferiori parte ſpecioſum antrum viſitur columnis ſuffultum ad formam illius Gargani, ubi idem Archipræſul ſe ſepeliri mandavit; & tamquam in vicecathedrali fixum eminet Pontificale ſolium. Eandem Eccleſiam ditavit capitali ducatorum trium millium, dotavit ſtipendio miſſæ quotidianæ, ac undique locupletavit ſacriſtiam ſupellectili ſacra, & elegantibus picturis in circuitu Eccleſiæ. Huic ædificio adhæret amplum ſeminarium inceptum ab eodem Archiepiſcopo Caracciolo, qui morte præventus perficere non valuit; ſed immediatus ejus ſucceſſor Archiepiſcopus Franciſcus de Nicolai ardore, quo æſtuat, Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſervandæ, ac erudiendi clericos Diœceſanos jam omnia parat ad ædificium perficiendum, ut inde in ambabus reſidentiis Baronalibus, ſicuti duo eminent Palatia: duæ propinquæ Eccleſiæ vicecathedrales: duo identidem extent ſeminaria, ut utriuſque commodus ſit uſus, quoties archiepiſcopo contigerit hyemalem, aut æſtivam reſidentiam permutare.

Tertiò accedit feudum nuncupatum Palorotuodo *ruſticum quidem & inhabitatum, ſed menſæ Archiepiſcopali perutile; nam pro animalium paſcuo quotannis nunc locari ſolet aureos quingentos, & antiquitus ad nongentos aſcendebant, in Territorio Civitatis Melphiæ ſitum, quod Teſte Taſſonio in ſuo opere de Antefatis, olim erat inter ſubfeudos Principis Melphiæ. Acceſſit menſæ Archiepiſcopali ſub anno 1209. ob dotationem factam à quodam Tracirio Riſante Barone Civitatis Montis viridis, favore Eccleſiæ abbatialis ſanctæ Veneris in eodem loco ſitæ, ac antiquitùs menſæ Archiepiſcopali unitæ. In Archivio de hoc Feudo multa ſervantur publica Inſtrumenta, & proceſſus; & incredibile videtur quot turbationes, litigia, & jurgia ad ejuſdem eliminandam poſſeſſionem, à Principibus Melphiæ excitata, prius à Dominis de Caracciolis, & proſecuta à Principibus de Aucia deſcendentibus, & poſtremo à Regio Fiſco, & tamquam aurum in tot Tribunalium diſcuſſionibus, igne probatum, uti lucidiſſimum ſidus in firmamento Eccleſiæ Compſanæ firmiter eluceſcit, zelo, conatu, & auctoritate præſtantiſſimi, ac nunquam ſatis laudati Archiepiſcopi Alphonſi Cardinalis Jeſualdi Regnorum Hiſpaniæ Protectoris, qui turbatus variis, ac inter ſe contrariis reſolutionibus, & ſententiis in Collaterali Conſilio emanatis, intrepidè ſe geſſit; ac demum interpoſito recurſu ad eundem Catholicum Regem Philippum II. ſibi carum, validiſſimo obtento reſcripto ut in proceſſu, pro Eccleſiæ juribus, Principibus Melphiæ ac cauſæ perpetuum fuit interpoſitum ſilentium. Præter ennunciata feuda, ac oppida viginti quatuor Diœceſis Compſanæ, necnon abbatias ferè viginti quinque cum ſuis redditibus in majori numero menſæ Archiepiſcopali annexas in illo aureo privilegio, ſeu conſervatorio Innoc. Papæ III. deſcriptas, de quo privilegio redibit ſermo ſub Archiepiſcopo Pantaleone, adnotantur ibidem alia oppida penitus deſtructa, & ſoloequata; & primo ſancti Mauri ſitum propè illud Bucini, modò Eccleſia abbatialis: tria alia deſcribuntur ſub nomine Ciſterna, Cerrutoli, & caſtri comitiſſæ, in confinibus oppidi Ca-*

„ *letei; caſteum de Maurello propè locum Petræpaganæ, ubi modo Eccleſia Sanctæ Mariæ de Manerello: Caſtrum Toecicellæ nunc ruſticum, ac propinquum aliud nuncupatum Maltuneutre, aut Boninuentre, ac Caſteum Biarum prope oppidum Caputſylaris: Caſtrum Sancti Nicandri in confinibus vetuſtiſſimi oppidi Pali: Caſtrum Sanctæ Mariæ in Ilice nunc ditiſſima abbatia Conciſtorialis, ac alia loca penitus deſtructa, itaut Diœceſis Compſana in ſuo ambitu teiginta tria continebat oppida.* A

„ *Subſequuntur cæteræ Abbatiæ in eodem conſeevatorio enunciatæ. Sancti Laurentii in Toſara, quanti deſcripta in laudata conſeevatorio, olim eratſab albo menſæ archiepiſcopalis, nunc eegulis Cancellaeiæ alienata. Abbatia Sanctæ Mariæ Magdalenæ in quarta parte pendet favore menſæ, in eeliquis Capitulo Compſano. Abbatia Sancti Angeli in Murice: Eccleſia Sancti Maetini de Sylare; Eccleſia Sanctæ Mariæ paeiter de Sylaee: Eccleſia Sanctæ Maeiæ de oliveto, antiquitus Caſtrum menſæ, nunc appellata ſanctæ Mariæ de Faris, cujus antiqua rudeea apparent prope oppida olivesi, & Seuerchia: Eccleſia ſancti Nicolai de fæbeica: Eccleſia ſanctæ Lucię de Capite Sylaris: quatuor aliæ Eccleſię abbatiales ſancti Petri de Peſtiniano, vetuſtum Monaſterium ſancti Salvatoris: ſancti Angeli de Montenigro, ac ſancti Petri de Venatore in Tereitorio oppidi Olivesi ſitę, ac eeddītibus diminutæ: Eccleſia S. Mariæ de Sperlunca, in Territorio Pali fundata; ac quatuoe ſubſequentes Eccleſiæ abbatiales ſancti Nicolai de Palatio, ſancti Joannis intee duo flumina, ſanctæ Maeiæ in terra Victimoſa, ac vetuſtum monaſterium, ſeu Caſteum prius notatum ſancti Mauei nunc deſolatum, omnes in circuitu oppidi Puſteni: duæ aliæ Eccleſiæ propè Territorium ejuſdem oppidi, ſcil. S. Joannis de Ceraſo, ac S. Nicolai de Cirioto: Eccleſia ſancti Spiritus: Eccleſia abbatialis ſancti Nicolai, & ſancti Thomæ in terea Colliani: Eccleſia ſanctæ Mariæ de Paſano in Terra Caputſylaris: Eccleſia ſanctæ Agathæ: Eccleſia ſancti Nicolai de Truvio, ac ſanctæ Mariæ de Grenſis prope oppidum Calabreti. Eccleſia ſancti Angeli de Caſtigliane, ſancti Petri in Inſula, ſancti Aegidii, ac ſanctæ Mariæ de Sanctis, omnes in teeritorio Caletei diruta jacent, excepta ultima cum ſuis diminutis eeddītibus: Eccleſia abbatialis ſancti Antonini, & ſancti Jacobi in tereitorio Petræ paganæ ac demum Eccleſia abbatialis ſanctæ Maeię majoeis in terra Aulectæ anno 1168. cum ſuis juribus, ac redditibus, eeſtituta a Rege Siciliæ precibus ſancti Herbeeti Archiepiſcopi Compſani, ornata ab Archiepiſcopo Alphonſo Cardinali Jeſualdo, ut ibidem peodit deſcriptio in laqueari ligneo.* B C

„ *Vetuſtum, ac ſingulare aſſiſtit privilegium Archiepiſcopo Compſano in obitu quorumcumque Diœceſis Archipresbyteeorum exigendi ſpolium, & favore menſæ immemorabilis extat titulus poſſeſſionis, ac legitimæ præſcriptionis. Pluries enim hujus cauſæ merita eeclamantibus Archipresbyteris fuerunt examinata, & in aechivio quampluеima extant ſcripturarum monumenta, & præcipuè in quodam proceſſu actituto ſub anno 1572. in cujus frontiſpitio talis legitur Synopſis.* Inſtrumentum ſententiæ ſuper jure exigendi ſpolia Archipresbyterorum Compſanæ Diœceſis, videlicet mulam, lectum, annulum, & Breviarium, ſi tempore eorum obitus in bonis eorundem extiterint, ſin minus pretium, & valorem bonorum eorundem juxtà facultatem decedentium, & prout alias exigere, & recuperare conſueverunt Archiepiſcopi Compſani. *Tale ſpolium etiam tempore vacationis Eccleſiæ ab Apoſtolica Nuntiatura, ac eorum Commiſſariis exigi ſolitum; nunc jure traaſactionis ab hæredibus in ſumma aureorum centum perſolvitue, dummodò vires hæreditariæ non ſint ita tenues, ut id ſuppeteee non poſſint.* D

„ *Imò vetuſta ſcripturarum monumenta inſerta in Codice viſitationis Aechiepiſcopi Marci Antonii Peſcaræ peodunt antiquitus ſimile ſpolium exegiſſe in aliqua portione tantum in obitu Epiſcoporum dependentium, ac ſuffraganeorum, notatum in numero marginali XI. cum hac epigraphe.* Adnotatio ſpoliorum Epiſcoporum ſuffraganeorum Archiepiſcopo Compſano tangentium ſub anno 1464. ac 1468.) A

1. * PELAGIUS Compſanus Epiſcopus primus eſt, cujus extat memoria, qui interfuit Concillo Romæ celebrato a Zacharia Papa an. 743. I. *Ex Append. t. 9.

(„ *Pelagius primus inter Compſanos Epiſcopos, qui poſteris ſui memoriam transfundit ex Concilio Romano ſub Zacharia Pontifice an. 743 cujus exiſtentiæ certior fides habetur ex vetuſtiſſimo codice Caſinenſis Monaſterii Bibliotheca; in eo enim ante Aafridum Caſeetinum ſubſcripſit* Pelagius Compſæ, *& litteris Longobardicis liber notatus conſpicitur, ut noſter obſeevat Ughellus in ſerie Tarentinorum n. 11. & Cuſentinorum n. 3. Aliter ſentiendum eſſet ex libris, qui uſque nunc impreſſi circumfeeuntur. In iis ſiquidem de Cæſario Tarentino nulla habetur mentio; Pelagius Conſentinus adnotatur, & Aufredus Tarentinus dicitur. Aufredus enim ex prælibata exemplari, quod ipſam Zachariæ Synodum complectitur, Cuſentinus dicendus eſt, Pelagius Compſanus, & Cæſarius Tarentinus addendus eſt. Et hæc diguior ſubſcriptionum caſtigatio commendanda, cum exemplaria omnia, quæ de præfata Synodo inſpexit Baronius, mendoſiſſima eſſe peonunciaverit in ſuis annalibus ad an. 743. Sed hoc unum vetuſtiſſimum Caſinenſe ipſi non innotueeat.* Lucentius.) B

2. PETRUS poſt plures alios, quorum memoriæ excidit, erat Compſanus Epiſcopus, quem ſolo nomine agnoſcebam. Verum Compſæ ſediſſe hoc anno 967. me docuit vetuſtum documentum Pandulphi Principis Compſæ & Rapollæ Domini & magiſtri, qui nudis pedibus incedens ad Altare Eccleſiæ Monaſterii S. Michaelis de monte Vulterano, obtulit ſe Deo per unum crinem de capillis ſuis, & villam Monticuli cum hominibus, & pertinentiis ſuis prædicto Monaſterio, & Benedicto Abbati: quam donationem Compſæ coram Petro Epiſcopo confirmavit, eique firmandam tradidit. Accipe tabulas Pandulphi donatoris nobiles, ex authentico exſcriptas. II. C

In nomine Domini Jeſu Chriſti Filii Dei vivi.

Anno nono Principatus noſtri.

Ego Pandulphus Princeps de Conſia, & de Rapolla Magiſter, & Dominator totius Terræ de Principatu, per iſtud ſcriptum declarare facimus, quoniam de altitudine Principatus noſtri cogitare cognovi verum eſſe, quod nullus homo poteſt participare de Regno Dei, de miſericordia, & beatitudine Filii ejus, qui non facit miſericordiam pauperibus, ſicut dicit ipſe in Evangelio. Quod non feciſtis uni de minimis meis, nec mihi feciſtis. Hæc igitur conſiderans, & adducens in memoriam illud, quod dicit; Honora Dominum de tua ſubſtantia; poſui in corde meo, in mente mea, & in bona voluntate mea pro ſalute animæ meæ & parentum meorum, & pro remiſſione omnium peccatorum dare villam de Monticulo Deo, & Monaſterio Sancti Michaelis de monte Vulterano, in quo eſt venerandus Abbas Benedictus cum quinquaginta Monachis, qui pro amore Dei dimiſerunt omnia ſua, & vivunt ſicuti pauperes in illo ſancto loco; & talia in mente mea ſemper revolvens ivi ad ſupradictum ſanctum Monaſterium cum Judice Urſone de civitate Conſiæ, & cum Joanno Caſtaldo, & Strатego de ipſa villa de Monticulo, & cum aliis ſotiis meis, & rogavi dictum Venerandum Abbatem, & omnes fratres ſuos, ut reciperent me, D

& pa-

& parentes meos ad orationem ſuam, & rogarent Deum, ut faciat nobis miſericordiam, & dimittat nobis omnia peccata noſtra per ſuam orationem, & ſtatim Dominus Abbas congregavit omnes fratres inter in Eccleſia S. Michaelis, & ſtantes coram Altare receperunt me ad ſuam orationem, & ſcripſerunt nomen meum, & omnium parentum meorum in libro, & ſic in eadem hora ergo diſcalceavi pedes meos, & ad ſanctum Altare aſcendi, & per unum crinem de capillis meis obtuli me Domino, Monaſterio villam de Monticulo cum omnibus pertinentiis ſuis liberam ab omni ſervitio, quæ fuit de patre meo, & de matre mea, & ego habebam eam de patrimonio, & ſic ego parem cum Domino Abbate, & cum omnibus fratribus, & rogavi Dominum Abbatem, ut veniret ad Conſiam & acciperet in præſentia Domini Petri venerabilis Epiſcopi ipſius Civitatis, & multorum, qui . . . . erant, cognovi, quod feceram in Monaſterio, & dixi Domino Abbati, ut faceret de villa Monticuli quicquid vellet ſicut dominus, & feci jurare homines Monticuli, ut facerent præceptum Abbatis, & eſſent homines Monaſterii in omni tempore, & ut nunquam ego, vel mei hæredes de iſta oblatione contrarietatem aliquam faciamus Monaſterio, & in aliquam anguſtiam Abbatem, & Monachos mittamus, & ut iſta donatio firma ſemper, ſtabilis maneat, præcepimus magiſtro Boniſacio, qui erat Notarius meus, ut aliud privilegium inde faceret, & rogavimus Dominum Epiſcopum Petrum, quatenus per vinculum excommunicationis nos, & noſtros hæredes conſtringeret, ut nunquam præſumamus aliud privilegium facere. Quod ſi fecerimus, vinculo anathematis conſtringamur, & oblatio non minus ſit firma. Undè ad majorem cautelam præſens privilegium per manus magiſtri Boniſacii ſcriptum propria manu ſignavimus, & etiam Dominum Epiſcopum rogavimus ut ſua manu ſe ſignaret. Iſtud privilegium ſcripſi Ego Magiſter Boniſacius Notarius Domini Principis Panduiphi, ſic ipſe præcepit. Ego Petrus Dei gratia Conſanus Epiſcopus excommunico, anathematizo omnes homines, qui hanc oblationem voluerint infringere, & contra hoc privilegium facere, ut ſeparati, à corpore, & Sanguine Jeſu Chriſti Domini Noſtri, niſi reſipiſcentes Deo, & Eccleſiæ ſatisfecerit, Fiat, fiat. Amen.

† *Ego Panduiphus Princeps de Conſia propria manu ſignum Crucis feci pro confirmatione de oblatione, &c.*

† *Ego Petrus Dei gratia Epiſcopus Conſanus teſtis ſum.*

† *Ego Urſo Judex de civitate Conſia me ſubſcripſi.*

† *Ego Leodominator de Petra Columba, & Judex de Conſia ſignum Crucis feci.*

† *Ego Petrus Archipresbyter de Conſia feci ſignum Crucis.*

† *Ego Joannes Caſtaldus Stratigo de Monticello teſtis ſum.*

† *Ego Manſollus miles de Monticulo ſignum Crucis feci.*

Datum in civitate Conſiæ Anno Incarnationis Jeſu Chriſti 967. menſ. Maii, Indict. 10.

Cæterum quo anno, ſeu cœperit, ſeu deſierit ſedere Petrus, non lego; ni fortè ille fuerit Epiſcopus Compſæ, qui anno Domini 981. ex terræmotus immani concuſſione obrutus cum pleriſq; Compſani civibus occubuit, ut Leo Oſtienſis narrat lib. 2. cap 11. *Ante hoc ferè biennium ingens terræmotus factus eſt, &c. Compſanam civitatem propè mediam evertit, ejuſque Epiſcopus cum plurimis aliis occidit.* Romualdus Salernitanus in Chronic. id accidiſſe refert ad annum 900. Ab hoc anno uſque ad 1087 non invenio quis Epiſcopus ſederit poſt Petrum, vel ipſum, qui ex terræmotu deſiit eſſe.

III. 1. LEO Archiepiſcopus Compſanus florebat anno 1087. ex hiſtoria tranſlationis S. Nicolai auctore Joanne Diac. Barenſi, cujus meminit bon. mem antiquarum rerum perſcrutator amicus noſter Antonius Beatillus in Hiſt. S. Nicolai Myrenſis lib 6.

2. GREGORIUS poſt Leonem videtur iniiſſe Archiepiſcopatum, ſedebat quippe anno 1103 ex monumentis Compſani tabularii, quo Canonicis ſuis dono dedit Eccleſiam S. Martini de Silere in Calabrerii ditione, ſuiſque Eccleſiaſticæ immunitatis vindex acerrimus, ac fortaſſis ille Compſanus, Archiepiſcopus, qui ſub Paſchale II. Vaſtallenſi Concilio interfuit, cujus meminit Pandulphus Piſanus, ex eo Baronius ad hunc annum. IV.

3.* H. Compſanus Archiepiſcopus initiali nominis litera H. tantum notus in Caliſti II. Papæ diplomate ad cunctos fideles conſcripto, qui in Eccleſia Compſana ſepeliri ſe fecerint: tenor eſt talis. V.

* Ex App. tom. 6.

Caliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus fidelibus Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam Compſanæ Eccleſiæ deſolationem antiquo tempore factam audivimus & ex parte cognoſcimus, & ad eam conſecrandam rogati à dilecto filio noſtro H ejuſdem Eccleſiæ Venerabili Archiepiſcopo, nec non à . . . . B. Comitiſſa ejuſdem terræ domina fuimus, & . . . . . eſſe nequivimus: idcircò ad ejuſdem Eccleſiæ dignitatem abſolutionem omnium peccatorum, Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra auctoritate ſancimus omnibus Chriſtianis, qui confeſſi fuerint, & ibi ſepeliri ſe fecerint. Datum Laterani III Kal. Aprilis.

Fortè hoc ſedente Archiepiſcopo, vel aliquo ex ejus ſucceſſoribus, Jonathas Compſæ Dominus, unà cum uxore ſua Stephana Compſæ Comitiſſa eorundem filiis Riccialdo, & Gonfredo Clericis Eccleſiæ Sancti Andreæ Diœceſis Compſanæ multorum bonorum donationem fecerunt anno 1161. quam hic exſcribimus ab exemplari tabularii Compſanæ Eccleſiæ.

In nomine individuæ Trinitatis Anno Incarnationis Domini milleſimo, centeſimo, ſexageſimo primo menſis Februarii, Indict. Nona. Ego Jonatha Dei gratia Compſiæ Comes, unà cum dilecta mea uxore Stephania ejuſdem gratia Compſiæ Comitiſſa, noſtriſque dilectis filiis videlicet Riccardo, & Gonfredo, nulla neceſſitate coacti, ſed ſpontanea voluntate videntes, quod pro temporalibus rebus, quas in hac fragili vita poſſidemus, quæ fugitivæ, & labiles ſunt, Deo ſponte dare volumus ad uſum miniſtrorum Dei procul dubio in æternam remunerationis patriam ſacro eloquio teſtante, qui dixit, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis; Idcirco pro redemptione animarum noſtrarum, noſtrorumque Parentum Eccleſiam S. Andreæ quæ ſita eſt inter territorium ipſorum Civitatis, & Caſtri Petræ Paganæ cum omnibus habitantibus, & Terris per circuitum ejuſdem Eccleſiæ, quas infra fines ſubſcriptos inferius declarabimus, concedimus, perpetualiter damus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Epiſcopatus Compſæ pro victu Clericorum, qui in eadem Eccleſia Compſana die, noctuq; deſerviunt ad laborandum, & ſerviendum, tali conditione, quod nullus Archiepiſcopus hanc noſtram donationem de menſa Clericorum alienandi habeant poteſtatem. Inſuper volumus, quod homines, qui in dicto loco S. Andreæ nunc habitant, & habitare voluerint, ab omni onere ſervitutis ſint immunes, & à qualibet genere, exactionum liberos, & exemptos, quos nos, & noſtri liberi, & hæredes habere, vel quærere deberemus ab eiſdem, & ſi aliquod maleficium, ſive malefacerent prædicti homines fecerint, ſeu offenſam, non à nobis, vel Officialibus noſtris, ſed à Paſtoribus, & Clericis Eccleſiæ Compſanæ compellantur quærentibus facere rationem, & de eorum culpis, & delictis judicentur per eoſdem, ſi Vineas, Ortos, Domos, aliaque ædificia infra præfatam Terram ædificare voluerint, poteſtatem faciendi ſecundum juſſionem Paſtoris, & voluntatem Clericorum Compſanæ Eccleſiæ firmiter, & liberè habeant, & perpetuò poſſideant. Itaque à nemine nullam aliquam habeant contrarietatem. Paſcuis verò, aquis, lignis, cum cæteris

noſtris

noſtris hominibus Civitatis Campſæ, & Petræ Paganæ abſque damno communiter fruantur, & habeant, & ut prædicta noſtra donatio pro redemptione animarum noſtrarum, & parentum ſaluberrimè fiat, aquam, quæ oritur infra fines ſubſcriptos cum ferma, curſu damus, & inviolabiliter concedimus, ut ſupra Eccleſiæ ſupradictæ libere, & abſolutè nulla nobis in prædicta aqua conditione reſervata; ſed volumus, quod ipſa Eccleſia Compſana, Molendina facere, & ædificare in ea poſſit, & ad alios uſus eam trahere juxta velle, & nullus alius in curſu ejuſdem aquæ, & formę molendina facere poſſit, nec de ea Terras adaquare, vel ad alias partes eam trahere ſine voluntate Paſtoris, & Clericorum Eccleſiæ Compſanæ. Hæc autem ſunt fines terrarum Eccleſiæ prædictę. Incipit in primis à parte Orientis in forma S. Andreę, ubi oritur aqua, vadit per caput vineæ de Piſcaria, & pergit ad locum, qui dicitur la ſtrazzara, & vadit ad arrum pannum, & deindè vadit ad lapidem de agro falio, & pergit recto tramite uſq; ad locum, qui dicitur Tractururum, & deſcendendo deſcendit ad Vallonem Martini Vaccarii, & intrat in via, quæ vadit ad arſam, ubi eſt Molendinum Epiſcopatus Campſæ, & tranſit per Arſam ad viam, quæ vadit ad S. Laurentium, & deindè vadit ad vallonem, qui deſcendit de aquaviva, ubi junguntur duo rivoli, & poſtea aſcendendo per ipſum Vallonem aſcendit ad Terram uſq; ad prædictam formam, ubi prius incæpimus, & ut hæc noſtra donatio, & conceſſio robur obtineat, & perpetuam firmitatem, præſens ſcriptum fieri fecimus per manus Gonfredi noſtri Notarii, & ſigillo noſtro proprio ſigillatum. Hoc eſt ſignum propriæ manus Domini Comitis Jonathæ, & cæt. Hoc eſt ſignum Gualterii ſollivillę. Signum Crucis Domini Riccardi filii Comitis. Signum Crucis Domini Gonfredi filii Comiti, &c.

VI. * Ex Append. t. 6.

4. S. HERBERTUS * ad hanc inſulam evocatus circa annum Domini 1169. quo conſeccata fuit Eccleſia Cathedralis Muri ab Roberto Epiſcopo juſſu Hereberti Archiepiſcopi Compſani, & vetus habet monumentum relatum in ſerie Muranorum Epiſcoporum ad Robertum. Diù Herbertus Compſanam Eccleſiam rexit, & miraculis glorioſus obdormivit in Domino poſt annum 1180. ſepultuſq; fuit in marmorea tumba in Cathedrali, cujus venerabile corpus nuper repertum magna veneratione colitur dię 20. Aug. Ejus meminit Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio non ſunt, illum ex incolarum traditione Hirpinum fuiſſe refert. Joannes Pitſeus de ſcriptoribus Angliæ quendam S. Herbertum Anglicum Archiepiſcopum Cuſentinum profert in medium; ſed eo ipſo anno 1185. quo Præſulatum ille acceperat, ait ex terræmotus violentia illum abſorptum fuiſſe. *Herebertus*, inquit, *Horeſchamus natione Anglus, patria Mercius, vir pius, & eruditus, in Italiam profectus, factus eſt Archiepiſcopus Cuſentinus in Apulia. Hunc ferunt, quędam ingenii ſui literaria monumenta poſteris reliquiſſe, vel relinquere voluiſſe, & ea jam in lucem emiſiſſe; ſed una cum auctore perierunt omnia. Nam eo ipſo anno, quo Pręſulatum accepit, & ſuam Archiepiſcopalem Cathedram conſcendit, ipſe cum domo ſua, imò verò cum tota ferè Civitate dehiſcente terra, abſorptus eſt: fuit ille annus à Nativitate Chriſti* 1185. Sed longè Pitſeum aberraſſe crediderim, ac ſurſum, deorſumque confudiſſe, quæ de Herberto ſcripſit: ſiquidem Coſentia urbs Archiepiſcopalis eſt Calabriæ, non Apuliæ, Archiepiſcopus ille Coſentinus, qui ex terræmotu occubuit, Ruffus vocabatur, non Herebertus, ut Anonymus Caſinenſis habet apud Caraccioli Chronic. *Anno*, inquit, 1184. *Nono Kal. Junii Terræmotus adeò magnus, & terribilis fuit per totam Calabriam in valle de Grati, & vallem de ſinu Eccleſię omnem, & omnia ædificia murorum corruerunt, & Rufus Cuſentinus Archiepiſcopus, & multi alii ſub murorum præcipitio ſuffocati ſunt.* Hæc ille. Ruſo Coſentino Archiepiſcopo ſucceſſit Petrus eodem ann. 1184. Concilio Lateranenſi interfuerat Rufus anno 1179. in quo aſſederat Herebertus Compſanus Archipræſul cum ſuis ſuffraganeis, ut Joannes Picardus in notas ad Guillelmi Neubrigenſis Hiſtoriam narrat; quamobrem Herbertus Compſanæ Eccleſiæ fuit longo tempore Archiepiſcopus, Anglus natione, ſanctitate & gloria miraculorum illuſtris, cujus acta perierunt, cujus tamen memoria habetur in monumentis Compſanæ Eccleſiæ ab anno 1169. ad annum uſque 1180. fortaſſe eo anno, vel paulo poſt in pace quievit, habuitque ſucceſſorem Gervaſium, ut mox dicemus. Anno 1169. *Herbertus*, habet Compſana memoria, *nunc ſanctus, miraculis clarus, acceſſit ad Regem Siciliæ, & recuperavit Eccleſiam Sanctę Mariæ de Auletta cum juribus ſuis, obtinuitque à Roberto Comite Lorotelli & Cuperſani, ac Domino civitatis Lavelli pro animalibus Eccleſiæ Compſanæ jus aquandi, & paſculandi in territorio Lavelli in perpetuum pro animabus Rogerii & Guillelmi Regum, & Aluclię Reginæ, & poſt laudavilia virtutum opera ornata, in tumba lapidea in ſua maxima Compſana, quam rexerat Eccleſiam in Domino, magna cum populi devotione quievit.*

VII. 5. GERVASIUS, cujus memoria ſola ejuſdem facultatis conceſſæ anno 1184. Rogerio de Laviano, ut poſſet conſtruere Eccleſiam Sanctæ Mariæ, omniumque Sanctorum ſub annuo cenſu quinque lib. ceræ perpetuò Eccleſiæ Compſanæ ſolvendarum, ad nos emanavit, reliqua ejus Acta & annus obitus ignorantur.

VIII. 6. PANTALEO fuit Archiepiſcopus anno 1200. ex tabulis, quæ docent illum eodem anno ab Innocentio III. confirmationem ſuæ Diœceſis obtinuiſſe. Privilegium * ita ſcriptum fuit, quod hic inſerimus ab exemplari Compſanæ Eccleſiæ,

* Ex Append. t. 6.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Pantaleoni Eccleſiæ Campſanæ Archiepiſcopo, ejuſdemque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum.

In eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula (diſponente Domino) conſtituti fratres noſtros Epiſcopos tam vicinos, quàm longè poſitos fraterna debemus charitate diligere, & Eccleſiis ſibi à Domino conceſſis paterna ſollicitudine providere. Ea propter venerabilis in Chriſto Panteleon Archiepiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Compſanam Eccleſiam, cui authore Deo preeſſe dignoſceris ad exemplar fel. record. Alexandri, & Lucii Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſenti ſcripto privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis cauſis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Abbatiam S. Laurentii de Toſana, Abbatiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Angeli in Murice, Eccleſiam S. Andreæ, & Sanctæ Mennæ, Eccleſiam S. Martini de Silere, Eccleſiam S. Mariæ de Silere. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Oliveto, & S. Nicolai de Fabrica, Eccleſiam S. Luciæ de capite Sileris, Eccleſiam S. Petri de Pinctiniano, Eccleſiam S. Salvatoris. Eccleſiam S. Angeli in Monte nigro, Eccleſiam S. Petri de Venatore, Eccleſiam S. Mariæ de Spelunca, Eccleſiam Sancti Joannis inter duo flumina, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Terra Victimoſa, & S. Mauri, Eccleſiam Sancti Spiritus, Eccleſiam S. Nicolai de Cultano, Eccleſiam S. Nicolai de Palatio, Eccleſiam S. Joannis de Ceraſo, Eccleſiam S. Nicolai de Ciriota cum omnibus earum pertinentiis, & Terra de Sarda, quæ eſt dimenſa Ciſternam, Cirrutulum, Caſtellum de Comitiſſa, Caletrum, Carpanum, Lormaro, & Turricellum, Caſtellion de Murra, Maurellum, Petram

Pa-

A *Paganam, Caſtellum novum, Male in ventre, Tugurium Bivcum, Caput Sileris, Calubretum, Senerchiam, Quaglittam, Olivetum, Lavianum, Baltam, Cuglianum, Palum, S. Nicandrum, Contursum, Pulcin. Anlettam, Salvitellam. & Vetrum cum omnibus earum pertinentiis, Eccleſiam S. Mariæ de Paſano, Eccleſiam S. Agathæ, Sancti Gregorii, S. Nicolai de Erimo Calabretti, S. Mariam de Greuſi, S. Angelum Caſtellionis, s. Petrum de Inſula, s. Egidium Caſtellionis, s. Mariam de Sanctis, Sanctū Antolinum Petræ Paganæ, Eccleſiam s. Thomæ de Cugliano. Epiſcopatus quoque inferiùs annotatos Eccleſiæ tuæ Metropolitico jure ſubjectos, tuiſque ſucceſſoribus nihilominus confirmamus, videlicet s. Angeli de Lombardis, Biſacien. Laquedon. Montis viridis Muranum, & Sateian. Pallium etiam ſcilicet Pontificalis officii plenitudinem fraternitati tuæ duximus concedendam, quo infra Eccleſiam tuam inter miſſarum ſolemnia ſubſcriptis diebus uti debeas, videlicet in Nativitate Domini Feſto s. Stephani, Octava Dominicæ Epiphaniæ, & Dominica in Ramis Palmarum,* B *Cœna Domini, Sabbatho Sancto, Paſcha, & duobus diebus ſequentibus, Aſcenſione, Penteceſten, tribus feſtivitatibus Dei G. nitricis, ſemperque Virginis Mariæ, Natalitio Beati Joannis Baptiſtæ, Commemoratione omnium Sanctorum, ſolemnitatibus omnium Apoſtolorum, Dedicationibus Eccleſiarum, Conſecrationibus Epiſcoporum, Ordinationibus Clericorum, Eccleſiæ tuæ principalibus Feſtivitatibus, & Anniverſario tuæ conſecrationis die. Provideas igitur quomodo hujus indumenti honor cum modeſtia actuum vivacitate ſervetur, ut & morum tuorum ornamenta con cinant, & eſſe valea plus bonis actibus, quam hujuſmodi ornamento, authore Deo, conſpicuus. Et quæ Paſtoralis curæ officium dilectionem proberis fratribus exhibere, ut in humilitatis virtute fundatus non eleveris proſperis, nec frangaris adverſis. Ipſi etiam adverſarii propter mandatum Dominicum tuo circa te copulentur effectu. Et quantum intereſt, pacem habeto cum omnibus. & ad pacem ſtudeto reducere diſcordantes, piis voces operibus virtutis polleat,* C *fulgeat in pectore tuo rationale judicium cum ſuperhumerali actione conjunctum. Et ita in conſpectu Dei procedas, & hominum; quatenus commiſſo tibi gregi Dominico virtutis præſtes exemplum, ut videntes opera tua bona glorificent Patrem noſtrum, qui in Cœlis eſt, & gaudeant talem Rectorem habere, per quem erudiantur ad fidem, & ad recta opera provocentur. In omnibus etiam quæ officio tuo conveniunt ita te exhibeas circumſpectum, qui ad gloriam ſempiternam acquirere poſſis in Cœlis. Ad hæc authoritate Apoſtolica duximus inhibendum, ne quiſquam poſt diſceſſum tuum, vel tuorum quorumlibet ſucceſſorum alicujus obtentu conſuetudinis res ſæculares, aut Eccleſiaſticas capere, vel auſu temerario audeat retinere, ſed futuro Prælato integrè conſerventur. Prohibentes etiam interdictos, vel excommunicatos tuos ad officium, ſeu communionem Eccleſiaſticam ſine conſcientia, aut conſenſu tuo quiſque admittat, ſeu contra ſententiam tuam canonicè promulgatam aliquis venire præſumat, niſi vitæ periculum mortis immineat,* D *ut cum præſentiam tuam habere nequiverint per oportet ligatum abſolvi. Statuimus inſuper, ut cum Parochiani tui, quod loca religioſa elegerint, ſepulturam & Eccleſiæ tuæ canonica quarta ſcilicet Teſtamentorum portio reſervetur: præſenti quoque pagina duximus ſtatuendum, ut Monachi, aut Canonici, ſeu quilibet alii Clerici, vel Laici in Eccleſiis ad tuam Diœceſim pertinentibus ſine tua authoritate, vel removere audeant, vel inſtituere Capellanos, nec Eccleſiam, vel Oratorium infra metas tuæ Parochiæ fabricare, niſi fortè Privilegiis Romanorum Pontificum muniantur. Eccleſias inſuper, vel Eccleſiaſtica beneficia nullus hæreditario jure poſſideat, quod ſi quis hoc facere fortè contenderit, cenſura canonica compeſcatur. Prohibemus præterea, ne quis Comitum, vel Baronum ad Comitatum Compſanum quomodolibet pertinentium contra Immunitatem Eccleſiæ tuæ Regia liberalitate collatam ante, vel ſucceſſorum tuorum ſecuritatis, vel loci exigat juramentum; libertates etiam Immunitates Eccleſiæ tuæ pia conſideratione indultas & antiquas rationabiles conſuetudines hactenus conſervatas integras permanere ſancimus. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum fas ſit prædictā Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis pro futura, ſalva Sedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, & ſecundò, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri JESU Chriſti aliena* B *fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego Innocentius Cath. Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Petrus Portuen. S. Rufinæ Epiſcopus.*
† *Ego Joannes Epiſcopus Albanenſis.*
† *Ego Guido Prænestinus Epiſcopus.*
† *Ego Pandolfus Baſilicæ XII Apoſtolorum Presbyt. Card.*
† *Ego Petrus tit. S. Cæciliæ Presb. Cardinalis.*
† *Ego Jordanus S. Puden. tit. Paſtoris Presb. Card.*
† *Ego Joannes tit. s. Stephani in Cœlio monte Preb. Card.*
† *Ego Goffredus tit. s. Praxedis Presb. Card.*
C † *Ego Bernardus s. Petri ad Vincula Presb. Card. tit. Eudoxiæ.*
† *Ego Gregorius s. Mariæ in Porticu Diac. Card.*
† *Ego Gregorius s. Georgii Diac. Card. ad velum aureum.*
† *Ego Petrus s. Mariæ in Vialata Diac. Card.*
† *Ego Gregorius s. Euſtachii Cardinalis Diac.*
† *Ego Benedictus s. Mariæ in Domnica Diac. Card.*
† *Ego Matthæus Sancti Theodori Diac. Card.*
† *Ego Joannes s. Rom. Eccl. Diac. Cardinalis.*

Datum Lateran. per manum Blaſii S. R. E. Subdiaconi, & Notarii 3. Id. Novembris indict. 4. incarnationis Dominicæ anno 1200. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ Tertii anno Tertio.

In regeſto Vaticano literam offendi ad ipſum ſcriptam 9. Kal. Decembris anno Pontificatus 5. num. 25 qua tempeſtate Eccleſiam (t) S. Veneris D dono accepit à Tructrio Domino montis Viridis, ac Magalda ejus uxore. Exceſſit ſub Honorio III. ac diu Eccleſia hæc vacua fuit, ut teſtatur idem Honorius in literis ad Federicum II. Imper. ſcriptis de electione Andreæ ſucceſſoris.

7. ANDREAS, Prior Eccleſiæ S. Mariæ Novæ de Urbe tunc Canonicorum Regularium, ad Archiepiſcopatum Compſanum erectus eſt ab Honorio III. anno 1225 de cujus promotione extat ut diximus teſtimonium Honorii ad Federicum in literis Dat. Reate 7. Kalend. Decemb. anno 10. in regeſt. Vatic. ep. 55 fol 87. quas retulimus in primo noſtro tomo in Epiſcopis Averſanis. Hic etiam confirmationem habuit Eccleſiæ Sanctæ Veneris ab Henrico de Caproſia Domino Rapollæ, & Citernæ, ac Barone Balbani, quam extare dicunt in Epiſcopii tabulario. Cætera hujus Andreæ acta incogni- IX.

(t) Non tantum Eccleſia ſancta Veneris in prædio Palmotundi pia liberalitate fuit conceſſa à Tructrio Domino Montis viridis, non vero, ut perperam ſupponit Ughellus, ipſa Abbatialis Eccleſia, quæ jamdiu erat ſub Dominio menſæ Archiepiſcopalis.

* Ex App. tom. 6. gnita. * Hoc ſedente Andeea Gegorius IX. de numero Canonicorum in hac Eccleſia ab eodem Archipræſule ſtatuto confirmationem adhibuit in hæc verba. A

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Compſanæ Cathedralis ſal. & Apoſt. bened. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem affectus noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod bonæ me . . . . Compſanus Archiepiſcopus attendens diligenter, quod redditus . . . . . adeò omnes tenues, & exiles, quod ex eis non poteratis commodè ſuſtentari, nec pro defectu forſan neceſſariorum ad diverſa . . . . negotia debita Eccleſiæ veſtræ obſequia ſubtrahi. . . . . . consenſu veſtro duxit, providè ſtatuendum, ut Canonici ejuſdem Eccleſiæ ſi horis Canonicis in ea interfuerint. . . . . . . bona ad hoc ſufficere dinoſcuntur, debeant ſingulis prandere diebus; in Cœna B *verò panem dumtaxat extra menſam eis miniſtrare . . . . . . Idem Archiepiſcopus tenentur, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc provide factum eſt & in alterius præjudicium non redundat, ratum habemus, & gratum. Illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti muniminè roboramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum apud . . . XII. Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.*

X. 8. NICOLAUM Bonifacii, vel de Bonifaciis nobilem Canonicum Neapolitanum Innocentius IV. Compſanum creavit Archiepiſcopum an. 1254. ut ex reg Vat ep 648. fol 90 ann. pontiſ. 11. Datum Late e 8. Kal Martii. Obiiſſe creditur anno 1273.

XI. 9. M. ANDREAS de Alberto Compſanus electus Gregorii X. temporibus 1274. memoratur in C epiſtola ejuſdem Pontificis ad Capuanum Archiepiſcopum Lugduni 15. Kal. Septemb. anno pontiſ. 3. eidem committendo, ut ſi illum canonicè electum invenerit, Apoſtolica auctoritate confirmet. Ep. eſt in reg. Vatic n 27. fol. 136. Andreæ meminit Appendix Chronic. Andreę Danduli an. 1277. quo anno videtur exceſſiſse jam confirmatus.

XII. 10. STEPHANUS de Orinigo, Monachus Monaſterii de Vidoibono Ordinis Ciſtercienſis Mediolanenſis Diœceſis, magnæ exiſtimationis vir, à Capitulo in demortui Archiepiſcopi locum concordibus ſuffragiis electus eſt Compſanus Archiepiſcopus anno 1278 vel ſequentis initio, qui cum gratias egiſset, onus ſubire noluit, & electioni de ſe factę in manibus Nicolai III liberè nuncium remiſit ex regeſt. Vatic. ep. 122. fol. 176.

XIII. 11. Fr. LAURENTIUS Blundi. Tudertinus, Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ inſignis Laureatus, ob egregiam virtutem à Nicolao III. D cedente Stephano, Compſanus Archiepiſcopus inauguratus eſt anno 1278. Id. Junii Pallium accepit à Iacobo Diacon. Card. Sanctæ Marię in Coſmedin, ut in epiſt. 127. fol. 176. ann. 2. Nicolai regeſt. Vatic. cujus initium, *In ſupernæ dignitatis*, &c. Præfuit omnibus charus, & bene viſus plus minus annis 4 eo verò defuncto, à Compſanis Canonicis duo fuerunt electi Matthæus Protonobiliſſimus inſignis doctor, & Apoſtolicus Cappellanus, atque religioſus vir frater Petrus Ordinis Minorum, qui liberè electioni ceſſerunt: tunc à Pontifice, Laurentio ſubrogatus eſt, qui ſequitur.

XIV. 12. ADENULPHUS Archiepiſcopus Brundiſinus ad hanc Compſanam Sedem translatus eſt à Bonifacio VIII. anno 1296. Kalend. Octob. ann. 2. cujus translationis diploma legi in ep. 398. fol. 92. regeſt. Vatic. ſedit ann. 4. & translatus item eſt ad Beneventanam Eccleſiam ab eodem Pontifice anno 1300 *a*. *a* 4 Non. Jan. 1301.



13 Fr. CONSILIUS Gattus, Viterhienſis, nobili familia natus, ex Ordine Prædicatorum olim Martini IV. Capellanus, & Pœnitentiarius, deinde Archiepiſcopus Arborenſis in Sardinia. Hic ubi paucos menſes, aut unum fortaſſe annum ſediſſet in ea Eccleſia Arborenſi, evectus eſt ad hanc Compſanam anno 1300 *b*. 7. Kal. Febr. In patria è vita diſceſſit 1308. jacet in Eccleſia S. Mariæ ad Gradus, ubi lae religionis primùm ſumpſerat, hoc habet epitaphium in ſaxea tumba. XV.

b Jan. 1300.

Frater Conſilius Gattus Viterbienſis Ord. Præd. Martini IV. Capellanus, & Pœnitentiarius, Archiepiſcopus Arborenſis, & Conſenſis, ac Sacelli Sancti Pauli in Conventu fundator. hic jacet anno M. CCCVIII.

14. LEO de Monticulo, Compſanus Canonicus, poſt mortem Conſilii à Saniori parte Capituli electus eſt Archiepiſcopus, cum alia pars Franciſcum Epiſcopum Cajetanum delegiſſet. Dum in Romana Curia inter ſe diſceptarent, tandem poſt multorum annorum ſpatium Joannes XXIII. Compſanæ inſulæ Leoni detulit honorem 3. Kalend. Martii 1327. pontificatus ſui anno 11. conſecratus in Curia à Bertrando Epiſcopo Card. Tuſculano. Hic cum eſſet ingentis animi vir, & Eccleſiaſticæ juriſdictionis acerrimus defenſor, inter alios diris devovit Rogerium Oliveti Baronem Vaſſailagia, ut vocant, Eccleſiæ S. Mariæ de foris occupantem, compulitque ad ſatisfactionem anno 1332. Vixit ſumma nominis ſui fama ad annum uſque 1334. quo extrema clauſit, ſepultuſque eſt in ſua Cathedrali. XVI.

15. PETRUS ex Archidiacono ſucceſſit Leoni electus à Capitulo, & confirmatus ab Joanne XXII. 3. Kal. Nov. 1334. Interfuit dedicationi Eccleſiæ S. Claræ de Neapoli, ut proloquitur ibidem exarata inſcriptio. Conflari fecit campanas maximas Compſanæ Eccleſiæ. Obiit anno 1346. XVII.

16. LAURENTIUS ex Epiſcopo S. Angeli Lombardorum à Clemente VI. ſubvectus eſt ad Compſanum Sacerdotium anno 1346. 3. Id. Decembris ex regeſt. Vatic. mortem obiit anno 1351. XVIII

17 PHILIPPUS (1) olim Archiepiſcopus Thebanus, tunc Ydruntinus ad hanc Eccleſiam translatus eſt ab eodem Clemente VI. anno 1351. 15. Kal. Julii, ut ex reg. Vat. lib. 1. epiſt. 66. fol. 42. ann. 10. pontiſ. Clementis Creditur obiiſſe anno 1359. XIX.

18. BARTOLOMÆUS ſucceſſit Philippo an- XX

(1) Philippum hunc, quem ex Archiepiſcopo Hydruntino Compſanum affert hic Ughellus, in ſerie Hydruntinorum in ea ſede mortem obiiſſe agnoſcit an. 1361 ac proinde ex hac ſerie delendum eſſe ſibi advertit Hydruntinum. Philippus igitur alter ab eo, qui in Hydruntinis deſcribitur, ex Archiepiſcopo Thebano ſuffectus eſt 15. Kal. Julii 1351. ut ex Reg. Vatic. Obiit an. 1359. vel paulo ante.

an 1359. quo die 2. Junii ſolitum ſervitium ſacto Collegio ex lib. oblig Innocentii VI. Sedit an. 30. Mortuus eſt ſedente Bonifacio IX. Jacet in Cathedrali tumuloque, quem ſibi vivens paraverat. Bartholomæum hunc notatum avaritia invenio ex cupiditatis ardore ab Urbano V in Epiſtola ad Petrum Neapolitanum Archiepiſcopum, & Bernardum Sanctæ Sedis Nuncios, quâ eis committit, ut inquirant qua veritatia, quavè falſitate populum ſibi commiſſum circumvenerit, aſſerendo facultatem obtinuiſſe ab Apoſtolica Sede, omnibus, qui in cœmeterio ſuæ Eccleſiæ ſepelirentur, quod à pœna & culpa abſolverentur; quo commento notabilem pecuniæ ſummam, ac bona mobilia, ac immobilia a ſimplici populo extorſerat; committens eiſdem ut detecta veritate, pecunias, ac bona loco tuto reponant contra infideles ſubſervitura. Epiſtolæ exemplar è regeſt. exſcripſit bonæ memoriæ Julius Card. Sanctorius, quod inter ejus monumenta pene infinita apud hæredes ipſemet vidi, & reſcripſi in hunc modum.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili Fratri Petro Archiepiſcopo Neapolitano & dilecto filio Berardo de paterno Præp. Eccleſiæ de Peſculo Cuſtantio Valven. Diœc. Apoſtolicæ Sedis Nuncio ſalutem & Apoſt. bened.


Gravis doloris nos pungit aculeus cum audimus quod fratres noſtri, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui ſunt ad animarum ſuarum curam, & regimen deputati, propriis quæſtibus intendentes, illas decipiunt, & in propriæ damnationis barathram ſe demergunt. Nuper ſiquidem ad audientiam noſtram fide digna relatione pervenit, quod.. Archiepiſcopus Compſanen. ardore cupiditatis illectus jamdium aſſeruit, & aſſerit ſimplici populo ſe gratiam à Sede Apoſtolica obtinere, quod omnes, qui ſepeliuntur in Cœmiterio ſuæ Eccleſiæ Compſanen. ob ſolationis à pœna & culpa, ut eorum verbis utamur, gratiam promerent; propter quod multi Chriſti fideles hujuſmodi mendacium pro veritate credentes, præſertim tempore mortalitatis quæ in illis partibus viguit, in dicto Cœmiterio ſunt ſepulti, & ex donationibus & eleemoſynis dum viverent, ac legatis, & funeralibus eorundem poſt ipſorum obitum multæ quantitates pecuniæ ad dictos Archiepiſcopum, & Eccleſiam pervenerant. Nos igitur adverſus tam execrabilem cupiditatem, & falſitatem neſariam ac ſaluti animarum eorundem deceptorum ſimplicium de opportunis providere remediis intendentes, ut decipientibus non proſit iniquitas & deceptis ſimplicitas nocua non reddatur, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum vocatis dicto Archiepiſcopo, & aliis, qui fuerint vocandi, de præmiſſis ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii inquiratis diligentias veritatem, & illa, quæ ſuper eis inveneritis per manum publici tabellionis fideliter in ſcriptis reducta, veſtriſque ſigillis clauſa nobis deſtinare curetis, votivas verò, hujuſmodi, & alias res & bona quæcunque mobilia, & immobilia ab eiſdem defunctis, ſeu pro eis data, donata, ſeu legata nomine noſtro faciatis ſequeſtrari ſeu deponi in utilitatem generalis paſſagii, quod dudum ad Terram Sanctam, & contra Infideles partium Orientis indiximus, ex quo vera indulgentia eiſdem animabus proveniet expendenda fideliter, prout duxerimus ordinandum. Contradictores, &c. Non obſtan. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem & Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unum dietam à fine ſuæ Diœceſis ad Judicium evocetur, & de duabus editis in Concilio generali, & aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, per quas præſentibus non expreſſas, vel totaliter non inſertas effectus earum impediri valeat, quodlibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum ſpecialis & expreſſa mentio in noſtris literis ſit habenda, ſeu ſi aliquibus conjunctim, vel diviſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod extra vel ultra certa loca ad judicium evocari, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi & eorum ordinibus, nominibus, & locis propriis mentionem. Datum Avenione xi. Kal. Januarii anno ſecundo.

19. MELLUS Prior Collegialis Eccleſiæ Sancti Joannis de Mare Cajetanæ Diœceſis hunc Archiepiſcopatum adeptus an. 1390. 17 Kal. Aprilis per obitum Bartholomæi: memoratur in lib. oblig. Præl. ſub eodem Pontifice. Tunc temporis à Pſeudopontifice Clemente VII. quidam Nicolaus in hanc Compſanam Eccleſiam intruſus eſt. Mellus verò vario eventu ſedit plures annos, fuitque una cum Leonardo de Afflicto egregio Juriſconſulto Ladiſlai Regis in Regno Siciliæ Generali Vicario, Floruit etiam ſub Gregorio XII. Papa, qui illum anno 1412. ſuum Commiſſarium cum Nicolao Archiepiſcopatus Neapolitani adminiſtratore, & Epiſco Militenſi Franciſco, Neapolim adlegit, unicum hocce teſtimonium Melli habemus in regio regeſt. Ladiſlai Regis. XXI

20. NICOLAUS vixit Martini V. temporibus, à quo, anno 1422. die 13. Junii translatus eſt ad Eccleſiam Roſſanenſem in Calabria. Tranſlationis meminit lib. Proviſionum Prælatorum ejuſdem Pontificis. XXII.



21. GASPAR de Diano, nobilis civis & Epiſcopus Teanenſis, ad hanc Compſanam Eccleſiam translatus eſt eodem anno 1422. ac die 13 Kal. Junii Anno 1431. erat Urbis in ſpiritualibus Eugenii IV. Vicarius, & Cleri reformator una cum Daniele Epiſcopo Potentino. Hic egregiè Compſanam Cathedralem exornavit, ſacrave ſupellectile locupletavit, deinde evaſit Neapolitanus Archiepiſcopus anno 1438. de quo vide ſupra in Archiepiſcopis Neapolitanis. XXIII



22. LATINUS Urſinus a, Romanus, adlectus Compſanenſis Archiepiſcopus die 6. Id. Martii anno XXIV

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 970.

1438.

1438. mox tranſlatus ad Tranenſem Eccleſiam, A
inde evaſit Barenſis, & S. R. E. Cardinalis, de quo alibi.

XXV. 23. Fr. RAYMUNDUS *a* de Strangulo, Calaber, Monachus & Abbas S. Viti Ordinis S. Baſilii, factus eſt Epiſcopus Sanctæ Agathæ Gothorum à Martino V. inde tranſlatus ad Bovianenſem Eccleſiam ab Eugenio IV. ab eodem anno 1439. die 1. Julii Compſanum Archiepiſcopatum ſuſcepit, qui Florentino Concilio interfuit. Latinis, Græciſque literis verſatiſſimus, doctuſque Theologus magnam ſibi exiſtimationem peperit apud Concilii Patres. Sedit eximia nominia ſui fama annis 16. Exceſſit anno 1455. in Cathedrali humatur.

a De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 169. Mandoſi.

(„ *Hic in Catalogo Præſulum S. Agathæ Gothorum* „ *nuncupatur Raymundus de Hungariis, ſeu Haragelis.*)

XXVI 24. JOANNES de Comitibus, *b* Romanus, Grati filius, genere illuſtri Romano natus, cum eſſet Apoſtolicus Subdiaconus à Callixto III. electus eſt Compſanus Archiepiſcopus; 26 Januarii 1456. poſſeſſionem adeptus illum adivit. Hanc bene rexit Eccleſiam ann. 28. quem virum magnæ exiſtimationis Roma in ſenectute purpuraſcentem vidit. Illum Sixtus IV. Presbyterum Cardinalem tit. S. Vitalis creavit anno 1483. 7 Kal Jan. Sequenti anno ad favorem Nicolai Grati ex ſorore nepotis Compſanam Eccleſiam dimiſit. Interfuit ſenex decrepitus Innocentii VIII & Alexandri VI. electioni, ſub quo Romæ exceſſit anno 1493. 13. Kal. Novemb. Corpus ejus tumulatum eſt in Monaſterio S. Mariæ de Aracœli. Comitum familiæ nobiliſſimæ Genealogiam ſcripſit, ac publici juris fecit bon. mem. Felix Contelorius.

b De eo Ciacon. Oldoini t. 3. col. 83.

XXVII. 25. NICOLAUS Gratus de Comitibus, Romanus, Joannis Cardinalis ex ſorore nepos, Compſanus Archiepiſcopus declaratus eſt à Sixto IV. Kal. Octobris anno 1484. Electus tantum hanc rexit Eccleſiam ann. 10 & ne dum conſecratus Romæ mortalitatem explevit die 20 Septembris anno 1494. ſepultus in majorum ſepulchro Eccleſiæ Aracœli, cujus obitus diem commemorant Romana Diaria, tum & Acta Conſiſtorialia.

XXVIII. 26. FRANCISCUS de Comitibus, *c* Domicellus Romanus, Joannis Cardinalis nepos, filius Jacobi, & Eliſabeth Carrafæ, poſt exceſſum Nicolai, ab Alexandro VI declaratus eſt Compſanus Archiepiſcopus anno 1494. die 8. Octobris, cujus domus Gallis prædæ fuit die 3. Januarii anni ſequentis, dum illac pertranſiret Carolus VIII Francorum Rex, Neapolitanum Regnum petiturus; Franciſcus adhuc electus, vix è militum manibus evaſit illæſus. Erat Franciſcus egregia indole, induſtria, pietate, civilium rerum peritia laudabilis, quibus virtutibus delectatus Leo X. illum Presbyterum Cardinalem tit. S. Vitalis creavit anno 1517. Kal. Junii. Paucos poſt menſes, hoc eſt 11. Septembris ejuſdem anni Compſanæ Eccleſiæ nuncium remiſit, quam fere ſemper abſens ann. 23. adminiſtraverat. Turegii Velliternen. Diœceſis exceſſit an. 1521. 3. Non. Julii ibidem ſepultus. Hæredem ex teſtamento inſtituit Leonem X. Pontificem, D
cui commendavit Jacobum fratrem
ſuum, Marium, & Eduardum ex
Joanne fratre prędefuncto nepotes, ac Octavium, Camillum, Martium.
& Joannem filios ſuos.
Leo
omnia incomparabili liberalitate
dono dedit, ac tradidit
Franciſci filiis.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 145.



XXIX 27. CAMILLUS Geſualdus, Neapolitanus, Loiſio III. Compſæ Comite, & Joanna Sanſeverinis parentibus natus, ex Prothonotario Apoſtolico à Leone X. ad Compſanam Eccleſiam provectus eſt anno 1517 die 11. Septembris. Præfuit an. 18. laudabili virtute, ac profectu ejuſdem Eccleſiæ, quam reſignavit an. 1535. die 14. Junii; deinde à Paulo III. data eſt in adminiſtrationem Vincentio Cardinali Palmerio, qui illam poſt paucos dies ad favorem Trojani ſequentis dimiſit.

XXX („ *ANDREAS Matthæus tit. S. Clementis Preſbyter Cardinalis Palmerius Neapolitanus hujus* „ *Eccleſiæ adminiſtrator pronunciatus eſt, ut docent* „ *acta Conſiſtorialia die 14. Julii 1535. qua die huic* „ *ovili libere nuncium remiſit Camillus.. Palmerius* „ *verò mox reſignavit ad favorem ſequentis regreſ-* „ *ſus jure ſibi reſervato.* Lucentius.)

XXXI 28. TROJANUS Geſualdus, Neapolitanus, Camilli nepos, Fabritii Compſæ Comitis III. & Suevæ Caracciolæ filius, ex reſignatione Cardinalis Palmerii Compſanorum Pontifex fuit creatus à Paulo III. die 16. Julii 1535. Obiit anno 1539. De Geſualda gente legendus Scipio Ammiratus de nobilibus familiis Neapolitanis, ubi pauca de his Geſualdis Præſulibus ſcribit.

XXXII. 29. NICOLAUS Cardinalis de Sermoneta Compſanam Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam die 8. Auguſt. 1539. qui cum ad Capuanam Eccleſiam fuiſſet tranſlatus anno 1546. hanc liberam remiſit. De eo plura alibi diximus.

XXXIII. 30. MARCELLUS Cardinalis Creſcentius, *d* olim Marſorum Epiſcopus ex dimiſſione Cardinalis Cajetani Compſanam Eccleſiam adminiſtrandam cepit anno 1546. 26. *e* Aprilis. Veronæ defunctus eſt 1552. Kalend. Junii ſacri Concilii Tridentini Legatus: corpus Romam relatum apud Baſilicam Liberianam honorificam ſepulturam accepit.

d De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 677.
e Die 5. April.



XXXIV. 31 Fr. AMBROSIUS Catharinus *f* de Politis, Senis in Etruria nobili genere natus, Lancelloti nomen tulit, quod dum Florentiæ in Cœnobio

f Laudatur à Marracio in Bibl.

S. Marci Prædicator. Ord. regeneraretur, in Ambroſium Catharinum in honorem S. Catharinæ, & B. Ambroſii Sanſedonii, quorum erat devotiſſimus, commutavit anno ætatis ſuæ trigeſimo. Is altiſſimi, & feraciſſimi ingenii ſubtilitate excelluit, adeoque in juriſprudentia, in ſcholaſtica philoſophia, ac Theologia, cæteriſque liberalibus diſciplinis, ut nemini illorum invideret, qui ſuo ævo in cœtuum ſacrorum, ſæculariumque gymnaſiis floruere: cujus ingenii fœcunditas, animique dotes apud Pontifices maximos ita in pretio fuere, ut Leo X inter Conſiſtoriales Advocatos aſciverit Paulus III. Epiſcopum Minorenſem creaverit, & ad Tridentinum Concilium miſerit, in quo in Lutherum, impiumque Eraſmum, linguam, ſtilumque ſtrinxit. Julius verò Tertius, quem Politus juvenis adhuc in legalibus diſciplinis erudierat, Compſano Archiepiſcopatu exornavit anno 1552. die 3. Junii. Sed diuturnior haud ea dignitas Ambroſio fuit; ſiquidem, dum a Julio purpura decorandus ad aulam vocaretur, Neapoli die 8. Novembris 1553. exceſſit è vivis apud ſuos Dominicanos (,, in D. Catharinæ ad formellum) ſepultus, vir utique memorandus, qui plura reliquit ſui ingenii monumenta, quorum partem ad utilitatem mortalium expreſſere prœla, partim ſuorum Bibliotheca manuſcripta excepit. Ambroſii vitam, ejuſque monumenta brevi elogio ediderunt plures, novi ſſimè eruditus, nec ſemel, ſed parcè laudatus Carolus Chartarius in Advocatorum ſacri Conſiſtorii Syllabo, quæ ne repetam, calamum cohibeo, ſatiſque erunt hæc pauca de Ambroſio digniſſimo Præſule dixiſſe, elogium tamen in nigro marmore ſculptum, quod Senis in Eccleſia S. Franciſci Politæ familiæ mihi aliquando contigit videre, haud prætermittam, cum in eo paucis verbis Acta ejuſdem, & virtutes recenſeantur.

D. O. M.

Lancillotto Polito Compſæ Archiepiſcopo, quem ſicuti primis ab annis
Virtutes principes complexæ ſunt
omnes,
Sic ad ætatis uſque veſperam mirificè
ſemper exornarunt.
Is xvi. ætatis ſuæ anno utriuſque juris
lauream adeptus
In Senenſi Gymnaſio publicè profeſſus
ingentique laude nondum xxv.
attingens, mille axiomatibus
In celeberrimis Italiæ, ac Galliæ Academiis ſtrenuè defenſis,
Romæ Conſiſtorialis Aulæ advocatus
eſt factus. Tandem ſtudia illa &
honores pertæſus mutato
nomine in Ambroſium
Catharinum
Ante annum xxx. Dominicanæ familiæ
nomen dedit,
Ex qua mox à Paulo III. ad Epiſcopatum Minoritanum evectus ad
ſacrum Concilium miſſus,
Ibi in ſuſtinendæ ſententiæ certamine adverſus veritatis hoſtes
nullis non oſtendit lumen animi, conſiliique ſui. Demum
à Julio III. vocatus
A quo prius etiam Compſæ Archiepiſc.
renunciatus fuerat dum Romam ad
ampliſſimos purpuræ honores proficiſceretur, honoribus major
Neapoli deceſſit
Plurimis ingenii monumentis,
poſteris datis
Anno ætatis ſuæ LXX. ſalutis humanæ MDLIII.

Clemens Politus Epiſcopus Groſſetanus
Patruo optimo, ac de ſe optimè merito Poſ. Anno Domini
MDCVI.

32. F. HIERONYMUS Muzzarellus, Bononienſis Ordinis Prædicatorum gemina lingua & Sancta, ac Thelogica facultate inſignis, probuſque vir, ex Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro, Catharino virtutis æmulo ſucceſſit ann. 1553. die 11 Decembris Libertatis Eccleſiaſticæ defendendæ ſtudio maximè deflagravit. Clarus in Concilio Tridentino fuit, & legatione Apoſtolici Nuncii functus apud Carolum V. Imper pro Julio III. ſummæ exiſtimationis ſibi gloriam peperit. Sedit fama incorrupta ann. 8 Salerni mortuus eſt anno 1561. jacet in Eccleſia Sanctæ Mariæ Bononiæ in templo S. Dominici, ubi Hieronymus religionis habitum ſumpſerat, in nigro lapide poſteri ejus hoc honorarium cœnotaphium excitarunt. XXXV.

D. O. M.

F. Hieronymo Muzzarello nob. Bonon. ex Ord. Præd viro doctiſſimo, & linguarum Hebraicæ, & Græcæ perit. Inquiſitori, & Priori Bononiæ. Tridentinæ Synodi inchoatæ ſpect. Qui Sacri Palatii Magiſter. Neapol Reg. unus ex IV. Inquiſit ac tandem à Julio III Pont. Max Compſæ Archiep. creatus ad Carolum V. Imperatorem Nuncius Apoſtol. Legatus omnia hæc munera omnibus abſolvis numeris, jam tanti proavi nequaquam immemor pronepos Gaſpar Muzzarellus hoc monumentum poſuit. Anno Domini MDCXXVIII.



33. ALPHONSUS Cardinalis Geſualdus, a Aloyſii Compſiæ Comitis, ac Principis Venuſiæ filius ex Iſabella Ferrelia Alphonſi Muri Comitis filia, Compſanæ Eccleſiæ tertius Jeſualdæ gentis Archiepiſcopus, perpetuuſque adminiſtrator delectus à Pio IV. anno 1563 die prima Martii, à quo purpura fuerat exornatus. Præfuit ſumma cum virtute, ac laude ann 10 quibus Archiepiſcopatum ita reſtituit, auxit, & amplavit, ut ejus non modò rector, ſed fundator dici convenientiſſimè ac meritò debeat, ac poſſit. Illum reſignavit anno 1572. evaſitque deinde Neapolitanus Archiepiſcopus, & Sacri Collegii Decanus ſub Clemente VII. Exceſſit Neapoli Princeps omni ævo memorandus anno 1603. de quo vide ſeriem noſtram Neapolitanorum Archiepiſcoporum, ubi de eo plura. (1) * Hic tamen exhibeo ejuſdem Alphonſi reductionem Canonicorum Eccleſiæ Compſanæ, quam ſuo hoc decreto ſancivit anno 1565. in hæc verba. XXXVI.

Alphonſus miſeratione divina tit. S. Ceciliæ S. R. E. Præsbyter Card. Geſualdus Archiepiſcopus Campſanus, ac Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Pii Divina providentia Papæ Quarti, & Sedis Apoſtolicæ de latere Legatus ad perpetuam rei memoriam.

Uni-

Margin notes: Mar. part. 1. v. 61. Ghillino in Theatro vol. 1. p. 20 videas item Sixtum Senen. in Bibl. Sancta l. 4. pag. mihi 173. *Mandoſ.* — a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 924. — * Ex Append. t. 6.

(1) Audiendi non ſunt, qui Fulvium Cardinalem Urſinum temporibus his Compſanum Archiepiſcopum faciunt, ut obſervat Oldoinus in ejus vita apud Ciaconium t. 3. ſ. 973 qui tamen in eo corrigitur, cum dicit fuiſſe filium Ferrantis Gravinæ Ducis. Ejus quippe genitor fuit Julius e Dominis M. Rotundi, ut habet Ughellus in Coſentiapia n. 30. *Laurentius.*

Univerſis, & ſingulis præſentes quæque tempore lecturis, & audituris ſalutem ſempiternam in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Paſtoralis muneris recordatio, quæ nobis, ut par eſt aſſiduè animo obverſatur, nos ſollicitos habuit, ut rationem aliquam iniremus, qua Cathedrali Eccleſiæ noſtræ Compſanæ in iis, quæ divinum cultum concernunt, magis oportunum, & conſultum videretur; Nam cum ab Archiepiſcopali ipſa ſede reliquis Eccleſiis, & uti ſubjecto gregi exempla ſint petenda, illis in divinis accuratius eſſe inſerviendum perſpicimus. Verùm cum in ejuſdem Eccleſiæ viſitatione nuper à nobis facta, illam magna præmi fructuum, & proventuum paupertate invenerimus, & propterea Canonicos, & alios omnes aliqua in eadem Eccleſia dignitate fulgentes, præ magna fructuum & introituum tenuitate, ſe ipſos ita commode alere, & Clericalis Ordinis dignitatem tueri, ut deceret, minimè poſſe: nam diurnis, & nocturnis horis inſiſtentes, nec quicquam earum prætermittens, quæ eorum muneris ſunt, vix in annum ducatos auri de Camera viginti lucrantur, quo fit ut diligentem operam in rebus divinis navare, & virtute aliqua prædicti Eccl. inſervire non multi faciant, & ſi ad reſidendum cogi velint, aut dignitatibus privari, vix alii reperiantur doctrina, & moribus cogniti, qui in eorum locum ſubſtitui non refugiant. Nos Capituli, & Eccl. noſtræ prædicta paupertate commoti, Divini cultus augmentum ex eo majus provenire exiſtimantes, ſi uberioribus fructibus ad inſerviendum etiam probos, & doctos viros quoſque Civitatis, & Diœceſis ad ſe in Canonicorum Collegium adſciſci ſtudendum invitemus, rationi congruum cum ſit, virtutes præmio alere, & animos ad labore ſpe, mercedis propoſitæ erigere. Quamobrem Canonicarum numerum reſtringentes, & reſtrictam eſſe decernentes Sac. Trid. Concil. Decretis etiam inſiſtentes, illum in poſterum perpetuis futuris temporibus ad duodecim tantùm reducendum fore, & eſſe decrevimus. Et cum in præſentiarum Canonicatus aliquot illos, & alios quoſcunque in futurum vacaturos, & prout quovis modo per obitum, privationem, aſſecutionem, aut aliàs vacare contigerit quouſque duodenarius tantùm numerus remaneat, ſupprimimus, & penitus ſuppreſſos volumus, & declaramus, illoſque ex nunc, prout ex tunc ejuſdem Eccleſiæ noſtræ menſæ Capitulari cum omnibus juribus perpetuò annectimus, & unimus, ita ut nec plures, nec pauciores eſſe poſſint. Illorumque omnium ſic ſuppreſſorum, & aliorum, ut caſus feret, ſupprimendorum, & uniendorum, fructus, redditus, proventus, & obventiones undecunque provenientes, & proventuras inter duodecim Canonicos, vel alios Canonicali portione inter illos gaudentes quovis nomine, ſeu titulo cenſeantur, & juxta formam, & tenorem Conſtitutionum, & Decretorum à nobis huc uſque emanatorum, aut forſan emanandorum, vel in eadem Archiepiſcopali Sede, & Eccleſia in hunc uſque diem receptorum antiqua conſuetudine dividendos eſſe, & dividi debere, ſervitiorum tantùm, & jurium dignitatibus; & officiis forſan diverſimodè competentium ratione habita decernimus. Quæ omnia, & ſingula, ut firmiori validitate fulciantur, tam dicti Sac. Trid. Conc. Decretorum, quàm Ordinarii Viſitatoris authoritate, & etiam vigore facultatum Legati de Latere ſub Datum Romæ apud S. Petrum 14. Novembris MD. LXIIII. ad quarum ulteriorem inſertionem non teneremur. Nec non quò efficaciori modo poſſumus facta, conceſſa, decreta, declarata, reducta, ſuppreſſa, & unita eſſe volumus, & mandamus per præſentes, omni aliter interpretandi facultate ſublata irritum eſſe, & inane decernentes quicquid à quoquam quovis quæſito colore, cauſa, vel prætextu contingeret attentari, ſupplentes omnes, & quoſcunque, ſi qui forſan intervenìſſent juris, & facti defectus, qui per nos melius ſuppleri poſſunt. In quorum fidem illas manu noſtra propria ſubſcriptas per infraſcriptum Secretarium fieri, noſtrique ſoliti ſigilli juſſimus appenſione muniri. Datum Celeſtei ejuſdem noſtræ Diœceſis ſub Anno Domini milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo quinto, Indict. Octava, Pontificatus ejuſdem Sanctiſſimi D. N. Pii Anno ſexto, menſis Januarii die ultima, Præſentibus Dominis Lelio Invitiato, Hippolito Guirino, & Raſaele de la Fonte Clericis, Aleſſand. Ferrarien. & Florent. reſpectivè Diœc. teſtibus ad præmiſſa habitis, vocatis, & rogatis.

Alphonſus Card. Geſualdus Legatus.




34. SALVATOR Caracciolus, Neapolitanus, Cardinalis Jeſualdi Superioris ex ſorore nepos, Clericus Regularis Theatinus, natalibus clarus, religione conſpicuus, Græcè, Latinè, omniumque ſcientiarum genere eruditus, invitus trahitur ex dimiſſione Avonculi ad Compſanum Sacerdotium die 19. Novembris 1572. inauguratus Romæ ab eodem Cardinali in Quirinali Sancti Sylveſtri Aede, ubi Præpoſitum egerat. Compſam ſtatim ſe contulit, exceptus ingenti gratulatione fuit. Verùm Salvator cum Infula haud quaquam Clericorum Regularium demutavit mores; ſed ſeipſo ſemper cum dignitate major effectus, vitam in ea traduxit ſanctiſſimam. Cleri mores, diſciplinamque Eccleſiaſticam, non modò ordinationibus, legibuſque inſtauravit, ſed inſigni exemplo etiam cœpit inſtituere: Siquidem divinis officiis aſſiduus aderat. Præter privatas in Conclavi preces, meditari publicè in templo integra quotidie hora conſueverat. Singulis diebus feſtivis concionem ad populum habebat, admirabili dictionis contentione, ac fructu. In confeſſionibus paſſim, ac nullo delectu excipiendis totus erat, quo quidem in miniſterio, fideique capita tradere incomparabili quadam alacritate, animique conſtantia videbatur. Præclarum id Antiſtitis inſtitutum, ac ardor Compſanos mirificè affecit, ut eum venerari ſupra hominem inceperint. At non diuturna fuit iſta felicitas erepta nimirum intra annum eo acriore deſiderio, quo deguſtaverant jam ſpecimen præſtantiſſimæ ejus virtutis: ibi namque gregem ſibi commiſſum nunquam, vel tantiſper deſervit, ratus nulla re magis, quam Paſtorum præſentia ſubditorum urgeri ſalutem: laborum itaque aſſiduitate, ac noxiis afflatibus cæli correptus febri è vivis, ut vixerat ſanctè deceſſit menſe Novembris 1573. lugentibus cunctis. Ejus corpus conditum tum quidem in Metropolitana Eccleſia, ſed conſanguineorum deinde opera Neapolim translatum fuit in Paolino Cœmeterio & apud ſuos Regulares Clericos reconditum, ſucceſſorum ſuorum decus, lumen, & norma futurus. Hujus maximi ob præclaram vitæ ſanctitatem Compſani Archipræſulis cum laude meminere Sylos, Tufus, aliique Regularium Clericorum ſcriptores, cujus item ſempiterna memoria apud Compſanos in benedictione erit. XXXVII.

35. MARCUS ANTONIUS Piſcara, Neapolitanus, Aquæ formoſæ in Calabria Abbas Commendatarius, in defuncti Salvatoris locum electus eſt Archiepiſcopus die 15. Martii 1574 de quo nihil habeo compertum, niſi quod vita functus fuerit anno 1587. XXXVIII.

ann. 1584.




XX XIX. a Die 18. Novemb. 1584. ex Actis. 36. SCIPIO Geſualdus, Hectoris ex Victoria Capuna filius, Abbas ſæcularis, Aechipreſulatum hunc adeptus eſt anno 1587 a. Exceſſit ſub Paulo V. anno 1608. B



XL b De eo Cocconius Olduini to. 4. col. 306. c Die 10. Martii. 37. BARTHOLOMÆUS Cardinalis b Ceſius Scipioni ſuffectus eſt die 3. c Martii 1608. Sedit ann. ſex, ac liber eo munere abivit, deinde Tiburtinam Eccleſiam accepit anno 1621. die 5. menſis Maii, ut in noſtro primo tomo in Epiſcopis diximus, ubi ex incogitantia Typographi Cuſentinus, pro Compſano legitur. Defunctus eſt anno 1652. die 18. Octobris, cadaver Romam delatum in ſuæ gentis ſacello apud Liberianam Baſilicam tumulatum eſt. C

XLI. 38. CURTIUS Coccius electus die 3. Martii 1614. Obiit 1620.



XLII 39. FABIUS de Leguniſſa, Neapolitanus, filius Joan. Baptiſtæ & Felicitatis Caracciolæ clarus genere, virtute clariſſimus à Gregorio XV. d ſublectus eſt Archiepiſcopus die 21. Febr. an. 1622. Pro Romana Eccl. laboribus & legationibus perfunctus electus Patriarcha Antiochenus, poſtquam per annos 23. hanc benè rexiſſet Eccleſiam, onere ſe abdicavit an 1645. vivit laudatiſſimus, ac venerabilis ſenex adhuc in Vrbe, omni honore digniſſimus: qui mortis memor in ſacello Crucis ſuę familiæ magnificè ædificato in Eccl. Cœnobii Montis Virginis ſepulchrum ſibi paravit hac inſcriptione ornatum. A

Humanę libertati in Cruce
Aſſertori, ac Vindici
Refixo demum è Cruce
E Genitricis gremio ad tumuli ſinum
Gentilitium hoc ſacellum.
A Carolo I. majoribus donatum fuit.
Anguſtius refecit, magnificentius exornavit Fabius de Leguniſſa,
A Paulo V. Vtriuſque Signaturę Referendarius
Sacræ fidei creatus Quæſitor in Melita,
Romæ S. Officii Comitiis adlectus
A Gregorio XV. Compſæ Archiepiſcop.
Juſſus ab Vrbano VIII. in Hiſpaniam cum Eminentiſſ. Barberino
miſſus pro ſanctæ pacis fœdere
Romæ Datarius, Pontificiique Sacelli
Aſſiſtens,
Apoſtolicus ad Belgas Nuncius,
Denique Patriarcha Antiochenus
Hic ſepulchralem urnam & ſuis cognatis cineribus eſſe voluit.
In Deiparam, atque hunc Ordinem
amorem teſtatus.
Anno ſalutis MDCLII.

40. HERCULES Rangonus, Mutinenſis, Epiſcopus S. Angeli Lombardorum, ad Metropolitanam hanc Sedem translatus eſt die 23. Octobris ann. 1645. Obiit 1651 [,, *Synodum an. 1647. die 8.* XLIII
,, *Septem. coegit valde ſalutarem. Obiit non anno*
,, *1651. ſed 1650. menſe Febr. ſepultuſque fuit in*
,, *Eccleſia PP. Capuccinorum in feudo ſuæ menſæ*
,, *Archiepiſcopalis, cui S. Menna nomen dat prope*
,, *aram maximam à Cornu Evangelii ſub hac inſcri-*
,, *ptione.*

,, Luſtra decem poſt octo jacent bis menſe ſecundo
,, Sæcula Rangonis Præſulis oſſa nece.]

41. FABRITIUS Campana, Lucerinus, Ordinis Cœleſtinorum olim Generalis Abbas, Inſignis Sacræ Theologiæ Doctor, probuſque vir, ſucceſſit Rangono ann. 1651. die 22. Maji, Vivit. XLIV

ADDITIO.

(,, *Synodum coegit die 16. Junii 1658. obiit Romæ*
,, *vitæ innocentia, ac litteris præclariſſimus anno*
,, *1667. ſepultuſq; ibi fuit in D. Euſebii ſuę Cœleſtinorum Congregationis.* XLV.
,, *Fabritio Campano Archiepiſcopus Compſanus ab Alexandro VII. creatus fuit anno 1668.*
,, JACOBUS *Lentius Romanus, Monachus Caſinenſis. Vir ſanè egregius, ſingularisve prudentiæ,*
,, *quæ & illum jam pridem apud ſuum ordinem cum* D
,, *Procuratoris Generalis munus obiret, mirificè*
,, *commendarat. Tantæ vero facundiæ, ac humanitatis fuit, ut quibuſcum verſaretur, cum omnes*
,, *& vehementer diligerent, & obſervarent. Initio*
,, *ſuſcepti Archiepiſcopalis muneris manſit aliquantò in oppidis S. Andreæ & S. Mennæ. Mox in oppidum Caliſtrum ſe contulit permotus precibus Principum Ludoviſiorum, à quibus & humaniter acceptus, & benigniſſime ſemper eſt habitus. Quo in*
,, *loco, quanquam eſſet valetudinis tuendæ ſtudioſiſſimus, tamen deceſſit haud ſatis matura quidem ætate die 30. Auguſti 1670. ſepultus eſt*
,, *in majori ejuſdem oppidi Eccleſia, ac perhonorifica, eleganterque inſcriptione honeſtatus. Opinio apud univerſam urbis Aulam de eo fuit peracerbam illi mortem majores, ampliereſque honores*
,, *intercepiſſe.*
,, PAULUS *Caravita, nobili genere ortus Neapoli* XLVI

Tho-

Thomæ Caravitæ Regii Conſiliarii filius, primò monaſticam vitam in congregatione Olivetana profeſſus eſt; poſteà à Clemente X. Pont. Max. Archiepiſcopus Compſanus renunciatus die ſcilicet 29. Januarii 1673. dum ipſe Neapoli morabatur, ſumma apud omnes in exiſtimatione cum eximii Theologi, tum prudentiſſimi Viri, qualem profectò ſe miriſicum in modum præbuerat, cum in celeberrimo montis Oliveti monaſterio Abbatiale munus adminiſtraret. Eccleſiaſticam Immunitatem acerrimè tutatus eſt, neque minus eam ſui Archiepiſcopatus juriſdictionem, quam Baronalem vocant, cui & jus puniendorum criminum adquiſivit magna Principi Ludoviſio ſoluta pecuniarum ſumma, fruſtra nitentibus contra prædivitibus quibuſdam hominibus, qui jus illud ſibi potius venundari vehementer cupiebant. Ædes feudales S. Mennæ ſplendidiſſimè amplificavit, ornavitque, quo in opere perficiendo ducatorum undecim millia erogavit. Prudenter, piiſſimeque octo annorum ſpatio rexit Eccleſiam, obiitque in eodem oppido S. Mennæ die 26. Septembris 1681. Ejus mortui cadaver quamquam peterent magna contentione Capitulum, & Clerus Compſanus, pervicere tamen Oppidani S. Mennæ, ut apud eos in Eccleſia Capuccinorum ſepeliretur, cum hac epigraphe.

Mille fluunt Anni ſexcentum connumeratis
Octuaginta ſimul conſociando ſemel
Vicenuſque dies ſextus, cum menſe Setembri
Quo rapuit Terris mors truculenta Virum.
Hic tibi ò Paule Cineres mors ſervat in Urna
Antiſtes Compſæ Tu Caravita pie.

XL VII. CAJETANUS *Caracciolus, Thomæ Caraccioli, & Victoriæ Serſale filius è Ducibus Belcaſtri, Clericus Regularis Theatinus, ab Innocentio XI. Pont. Max. Compſæ Archiepiſcopus renunciatus fuit die 30 Aprilis 1682. Et Neapoli quidem à Cardinali Caracciolo ejus Civitatis Archiepiſcopo, ſolemni Eccleſiæ ritu conſecratus, deinde die 16. Auguſti ejuſdem anni donatus, atque inſignitus Pallio Archiepiſcopali in oppido S. Mennæ à Carolo Gargano Epiſcopo Bellicaſtrenſi, cui ſummus Pontifex Innocentius & curam, & juriſdictionem hujuſce rei delegarat. Vir fuit pietate, ac doctrina inſignis; neque ſecius in Archiepiſcopatu ſacras Conciones habuit ad Populum, eum divini Verbi pabulo aſſiduè, diligentiſſimeque nutriendo; quam anteà feceeat, quum diebus Quadrageſimæ ſacris Concionatoris publicè munus ſumma cum laude in celebrioribus Regni Neapolitani Civitatibus obiret. Eccleſiæ ſibi creditæ plurimum dignitati ſtuduit, eòque & Metropolitanum Templum reſtauravit, & duo Divi ſcilicet Michaelis, & Divi Cajetani Fana eleganter extrui curavit, ornarique ſacris egregiæ pietatis imaginibus; atque illa demum Religioſis indumentis, ſplendidiſſimiſque donavit. Ædes quoque feudales oppidorum S. Andreæ, & S. Mennæ pluribus terræ motibus labefactatas, ac penè dirutas, ad priſtinum ſtatum revocavit. Quumque fortuitò, ſive potius divinæ Providentiæ nutu, Crypta quędam ſupter Fanum S. Michaelis eſſet inventa, eam & grandiorem effici, & ornari marmoreis columnis, quæ fornicem mira arte ſuſtinerent, ac Templi ſtructuram efformarent, juſſit. Quo in ſubterraneo loco, qui ſpeciem quandam refert illius, qui in monte Gargano viſitur, ſibi ſepulchrum delegit, ac poſuit, eoq; in ſepulchro quum paulo poſt ipſe deceſſiſſet, conditus honoriſicentiſſimè fuit. Obiit autem die 11. Auguſti anno Domini 1709. Plura Parochiis ſuæ diœceſis legata, nec exigua illa quidem reliquit. Quamdiu in oppido S. Mennæ eſt commoratus, duas habuit Synodos, priorem quidem anno 1686. poſteriorem vero die 3. Julii 1707. Sequens inſcriptio addita fuit ejus tumulo.*

Hic humari curavit
Cajetanus Caracciolus Archiepiſcopus
Compſæ
ex Theatinorum ordine
Ut Corpus etiam poſtremum
Suæ devotionis pignus Angelis
obtuliſſet
Quibus jamdiù Animum dicaverat.
Obiit An. Domini die 11.
menſis Auguſti
1709.

FRANCISCUS *Nicolai, cujus familia originem ſuam ducit à Delphinatu Galliæ ex Baronibus Arſevillæ, & inde ad urbem Meſſanam, in qua adhuc patritii generis eſt, atque clara in primis habetur, Dominici Nicolai, & Claræ Viti Nobilium Altamuræ filius natus eſt ea in Civitate die 22. Julii 1657. eodem ſcilicet die, quo Franciſcus illius Patruus è ſocietate Jeſu cum Theate peſte laborantibus eximio pietatis exemplo, ſummoque ſtudio inſerviret, morbo & ipſe correptus, veluti Chriſtianæ Charitatis martyrium conſecutus, ſanctiſſimeque deceſſit; cujus vita extat à Patre Alegambio ejuſdem ſocietatis conſcripta; eoque factum, ut nato Parentes Franciſci nomen indiderint. Hinc ineunte adoleſcentia Romam ſe contulit, atque in Collegio Romano Philoſophiæ, ac Theologiæ confectis curriculis, utrarumque facultatum theſes publicè magna cum ſui nominis commendatione propugnavit, dictuſque eſt in hiſce facultatibus Doctor. Inde quum ſe totum ſacrorum Canonum, Conciliorum, ſanctorumve Patrum codicibus evolvendis, rimandiſque tradidiſſet, exceptus eſt, atque cooptatus in celeberrimam Academiam ſynodicam Collegii Urbani de propaganda fide, quæ ſanè Academia tunc maximè florebat, habebatque collegas eos, quorum plures modò Purpura ornari cernimus, imprimiſque eruditiſſimum tunc Præſulem Joannem Franciſcum Albanum, nunc ſummum Pontificem Clementem XI. feliciter, fauſteque regnantem, quocum una noſter hic Præſul plures ſacris de rebus diſceptavit, diſceptationeſque multo eruditorum virorum exceptæ plauſu quamprimum in lucem edentur. Hunc ita de bonis artibus, ac ſacris præſertim literis meritum Alexander VIII. Pont. Max. anno 1689. Præpoſitum Canuſinæ Eccleſiæ deſtinavit. Quæ dignitas, præterquam quod & ordinariam Juriſdictionem præſefert, & Pontificales infulas habet, mirificè etiam memoria celeberrimi viri Cæſaris Baronii Cardinalis, qui ei præfuit, illuſtratur. Hanc Præſul noſter ut primum regendam ſuſcepit, ornavit eruditis editis commentariis, quibus eam cæteris Apuliæ Eccleſiis Epiſcopalibus antiquiorem, ac principem eſſe luculenter oſtendit. Plurimo præterea ſumptu reſtauravit ruinoſum, ac penè vetuſtate obrutum antiquiſſimum illius Fanum, quod ut memoria extat, à Paſchali II. Pontific. Max. priſco more, quadam habita ſynodo, conſecratum, dicatumque fuerat; decem & quatuor annis eo munere perfunctus eſt, indeque ab Regnante ſummo Pontifice Caputaquenſis Epiſcopus creatus menſe Aprilis 1704. hujus Eccleſiæ labantem diſciplinam, ſacraque neglecta incredibili ſtudio reſtituit. Quod ut faceret, opus illi fuit centum ſexaginta quinque per Diœceſim Parochias inviſere, non ſine ſummo labore, atque moleſtia, propter inſolentiam itineris, quod per arduos montes, atque aſperrima loca haberi neceſſe erat. Cumque deeſſent Epiſcopo Ædes, quas habitaret in oppido Novi, eas condidit, loco cum in medio Diœceſis, tum ſatis commodo iis, qui ex quaque parte Diœceſis Epiſcopum adire voluiſſent. Veteris Caputaquei majus Templum reſtauravit, ac decenter ornatum ſacravit. Eo tempore, quo tot curis, atque occupationibus* XL VIII.

„ *diſtinebatur, doctrinæ quoque ſuæ ſpecimen dedit, edito Romæ quodam opuſculo, quod inſcripſit:* De Epiſcopo Viſitatore, ſeu de antiquo regimine Eccleſiæ vacantis: *quo duas Divi Gregorii Magni Epiſtolas, alteram Felici Sipontino, alteram Felici Acropolitano Epiſcopis datas, eſt perquàm eruditè interpretatus. Tandem quum honeſtatis tuendæ morumque efformandorum cauſa, peracerbum ſanè graviſſimumque caſum ſubierit, viri cum zelum ſuſpiciens, tum miſertus incommodorum ſummus hodiernus Pontifex, eum à Caputaquenſi Eccleſia, cui undecim annorum ſpatio laudabiliſſimè præfuit, ad Compſanum Archiepiſcopatum evexit, eique muneri præficiendum ſponte propoſuit in ampliſſimo Cardinalium Senatu, quem Conſiſtorium vocant die 2. Septembris 1716. dataque ob id fuere literæ Eminentiſſimo Cardinali Innico Caracciolo, qui eum ſacro Pallio inſigniret; quod die 24. Novembris ejuſdem anni perfectum eſt. Hoc in munere Præſul noſter curare, ac perficere ea nunquam deſivit, quæ ad Dei cultum, animarum ſalutem, & ad Eccleſiaſticam diſciplinam, vel reparandam, vel ſarta tectam ſervandam in primis pertinere videantur, quam ſcilicet negligentia Vicarii Capitularis, qui officio privatus ob id fuerat, octo annorum curſu miſerè labefactatum, ac penè convulſam ſumma ope reſtituendam ſuſcepit. Seminarium quoque auxit Alumnis, ac florentiſſimum, ut dici poſſet, effecit. Metropolitanum Templum, Ædeſque ſeudales, quæ ædificia nonnihil vetuſtate laborabant, vel in præſens plurimo ſumptu, & ſarcit, & ornat. Faxit Deus, ut Præſuli tot virtutibus ornato diù vita ſuppetat, quo divinum cultum, uti cœpit, egregiè curare, atque augere in dies ei liceat.)*

S. ANGELI
de Lombardis
EPISCOPI.



SANCTI ANGELI, quam vulgus de Lombardis appellat, nova eſt Civitas ab Adriatico mari triginta milliaribus diſtans, gentis Ludoviſiæ *a* Marchionatus titulo decorata. Quando fuerit conſtructa, aut quis ejus fuerit auctor, nullus retulit in commentariis. Conſtat tamen, & fert inveterata accolarum traditio, à condita Chriſtiana ſalute poſt plura ſæcula, à Longobardis fuiſſe ædificatam, atque deinceps ſub Gregorio VII. vel Urbano II. Romanis Pontificibus, tum Epiſcopalem dignitatem, tum civitatis honorificum tuliſſe cognomen, ac ſuffraganeam Compſanæ novæ Metropoli attributam fuiſſe. Auguſtis hæc civitas præſcitur cancellis. Cathedralis S. Antonino Martyri

a Deinde Imperialis.

A dedicata eſt, anguſtæ quidem ſtructuræ, ſed rebus ad divinum cultum neceſſariis abundè ornata. Tribus dignitatibus fulget, Archidiaconatu, Cantoratu, & Archipresbyteratu, cui ipſius Cathedralis cura animarum incumbit, tanquam Eccleſiæ Parochiali cum novem aliis Canonicis. Duæ aliæ Parochiales Eccleſiæ in civitate ſunt, unicum *b* tantum Monaſterium ibi eſt Conventualium S. Franciſci cum ſtudentium Collegio: Sodalitia laicorum duo cum unico Xenodochio. Diœceſis parva eſt, quæ tamen cum Biſacienſi conjuncta, cujus Epiſcopatum Clemens VII. cum hoc S. Angeli perpetua unione connexuit; ſatis lata eſt pro loci conditione. Cenſus harum ſimul conjunctarum Eccleſiarum ſunt ad ducenta ſupra mille ſcuta ponderis illius Provinciæ. Taxa illarum in libris Cameræ Apoſtolicæ eſt 130. florenorum. Epiſcopi, qui in hac Eccleſia aliquando floruerunt, ſequentes ſunt, quorum ferè nuda nomina ex variis monumentis expiſcati ſumus.

b Duo Regularium Cœnobia.

B 1. THOMAS *c*, non quidem primus S. Angeli Epiſcopus fuit, ſed primus, qui ad noſtram pervenerit notitiam. Is interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. celebrato anno 1179. cui ſubſcripſit poſt Herebertum Compſanum Metropolitanum ſuum. Huic, qui ſucceſſerit uſq; ad annum 1346. Pontificatus Clementis VII. non invenio. I.

c JOANNES dicitur in novis. Concil. edit. Harduini.

2. LAURENTIUS Epiſcopus S. Angeli tranſlatus eſt ad Compſanam Metropolim ann. 1346. 3. Id. Decembris. II.

3. Fr. PETRUS („ *de Aquila*) Ordinis Minorum ſucceſſit Laurentio anno 1347. 2. Id. Febr. ex regeſt. Vatic. ep. 59. an. 5. Clementis VI. Vix annum unum ſedit, cum ad Triventinam Eccleſiam tranſlatus eſt 3. Kal. Julii ex eodem regeſt. epiſt. 1. fol. 19. ann. 7. Clementis VI. III.

4. Fr. ROBERTUS Extore, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, electus Epiſcopus 3. Kal. Julii 1348. ita in reg. Vatic. ep. 160. fol. 173. lib. 3. ann. 7. ejuſdem Clementis. Exceſſit an. 1359. IV.

C 5. Fr. PETRUS Fabri de Armoniaco Ordinis Minorum, ſublectus eſt an. 1359. 2. Non. Febr. V.

6. ALEXANDER obiit 1398. VI.

7. PETRUS ſuffectus eſt Alexandro ann. 1398. 4. Non. Decembris à Bonifacio IX. Memoratur in lib. oblig. ejuſdem Pontificis. Exceſſit Martino V. ſedente anno 1418. VII.

8. ANTONIUS de Bagletta à Capitulo electus confirmatur à Martino V. an. 1418. Kal. *d* Maii. Novem omnino annis hanc eximiè rexit Eccleſiam, quam liberè dimiſit anno 1427. & ingreſſus eſt religionem, ubi piè obiit. VIII.

d 4. Non. Decemb. ex Actis.

9. Fr. PETRUS de Agello, *e* Monachus Ordinis Cœleſtinorum, ex Priore S. Euſebii de Urbe factus eſt Epiſcopus die 5. Novembris 1427. ut narrant Acta Conſiſtorialia. Præfuit an. 21. & liberè ſe abdicavit. IX.

e Neapolitanus dicitur à Toppio in Bibl. Neapol. p. 244. [illegible]

10. POSSULUS Domini Urſonis ex Canonico Surrentino ſucceſſit Petro 5. Kalend. Decembris 1448. X.

D 11. Fr. JACOBUS, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vir probus, & doctus, Epiſcopus fuit S. Angeli. Romæ è vivis deceſſit an. 1477. die 15. Januar. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Auguſtini ſub marmorea tabula, cum hoc epitaphio. XI.

Jacobi Epiſcopi
S. Angeli de Lombardis
De Regula S. Auguſtini patris
graviſſimi ac pii in hoc tumulo corpus ſepultum tegitur.
MCCCCLXXVII.
die 15. Januarii.

12. MICHAEL ſuffectus eſt Jacobo Kal. Maii 1477. Sedit ann. 8. fato ceſſit anno 1485. XII.

XIII 13. ODOARDUS Ferro, Archipresbyter Villæ magnæ Frequentinæ diœceſis, datus eſt ſucceſſor Michaeli die 12 Aug. 1485. Obiit 1491.

XIV. 14. BLASIUS de Locha præficitur in Epiſcopum die 23. Jan. 1492. Creditur obiiſſe ſub Julio II. Annus ignoratur.

XV. 15. RAYNALDUS de Cancellariis ſub Julio II. hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit. („ *Anno* „ 1513. *Lateranenſi Concilio interfuit.*) Eo Præſule, Leo X. Pontificatus ſui anno primo huic Eccleſiæ, Biſacienſem proplorem Epiſcopatum perpetua unione connexuit, ut pauperiem utrarumque Eccleſiarum, qua premebantur, leniùs ſuſtinerent; hac tamen lege unionem ſancivit, ut primo diſcedente, ex iis, qui tunc illis præerat Eccleſiis, ſuperſtes utrarumque Epiſcopus eſſet. Verùm cedente Gaſpare Biſacienſi, Leo illa vice unionem diſſolvit, atque utramque Eccleſiam juſſit rem ſuam ſeorſim agere, attribuitque viduatæ Biſacienſi proprium paſtorem Nicolaum Vulpem, qui eum ad Pauli III. pontificatum perveniſſet, Raynaldo adhuc in vivis agente, B ex ejuſdem Pauli diplomate accepit, primam Leonis unionem ad perennitatem fuiſſe firmatam; lætatus eſt quam qui maximè, proſpiciens Eccleſiæ ſuæ ex ea unione ſuturam ſublevandam inopiam. Nicolaus diem ſuum clauſit extremum ante annum 1540. Superſtite Raynaldo, ſicque hæ duæ Eccleſiæ jungere fœdus coactæ ſunt, ita factum eſt, ut duo olim disjuncti Epiſcopatus, unum demum Paſtorem agnoſcerent, ut ſplendidius Epiſcopalem ſubſtinere poſſent perſonam. Pauli diploma ex authentico exemplari hic exhibeo ex lib. 35. ſol. 213. bullarum regeſt. Vatic. exſcriptum.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

C *Æquum reputamus, & rationi conſonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu, ſuum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem fel. rec. Leo X. Prædeceſſor noſter providè attendens, quod Biſacien. cui quondam Gaſpar Biſacien. tunc in humanis agens, & Sancti Angeli Lombardorum, cui vnaevabilis frater noſter Rainaldus S. Angeli Lombardorum Epiſcopi tunc præerant, Eccleſiam, fructus, redditus, & proventus, qui inſimul ducentorum florenorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem annuum non excedebant, adeò tenues & exiles exiſtebant, quod propter illorum tenuitatem, & exilitatem, tam Gaſpar, quam Raynaldus prædicti, & pro tempore exiſtentes Biſacien. & S. Angeli Epiſcopi, ex illis verò reſpectivè ſuſtentare, & onera eis ratione regiminum, & adminiſtrationum dictarum Eccleſiarum incumbentia perferre commodè non poſſent, quodque ſi dictæ Eccleſiæ invicem perpetuò unirentur, annecterentur, & incorporarentur ipſi Eccleſiæ ſub unius Præſulis cura felicioribus incrementis proficere poſſent, habita ſupra* D *iis cum fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione matura, eoſdem Gaſparem, & Rainaldum Epiſcopos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis. ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant ad effectum infraſcripta dumtaxat conſequen. abſolven. & abſolutos fore cenſen. ſub Datum Romæ 5. Idus Maji Pontificatus ſui anno quinto Eccleſias prædictas de eorundem fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine invicem perpetuò univit, annexit, & incorporavit, ita quod unio annexio, & incorporatio hujuſmodi, altero earundem Gaſparis & Rainaldi Epiſcoporum cedente, vel decedente, ſeu alteram ex Eccleſiis prædictis reſpectivè præeſſe deſinente, & illæ quovis modo vacando etiam apud Sedem Apoſtolicam plenum ſortietur effectum, licebitque alteri eorundem Gaſparis & Rainal-*

A *di Epiſcoporum ſuperſtiti, qui non ceſſiſſet, per ſe, vel alium, ſeu alios poſſeſſionem ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis, ac bonorum alterius Eccleſiæ hujuſmodi propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illiuſq; fructus, redditus, & proventus in ſuos & uniuſcujuſque Eccleſiarum uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minimè requiſita: non obſtante clauſula qua dudum inter alia voluerat, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, & quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiarum hujuſmodi juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliàs roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Voluit autem idem Prędeceſſor, quod propter unionem, annexionem & incorporationem hujuſmodi dictæ Eccleſiæ in ſpiritualibus non læderentur, & in temporalibus detrimenta ſuſtinerent, ſed earum congruè ſapportarentur onera conſueta: ne autem de abſolutione, unione, annexione, & incorporatione, & poſteriori voluntati præſentis pro eo quod ſuper illis dicti* B *prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu literæ confectæ non fuerunt, valeant quomodolibet excitari, ac deinde, Rainaldus Epiſcopus, & de ejus perſona prædictus prædeceſſor poſtmodum ejuſdem Eccleſiæ Biſacien. tunc per liberam ipſius Gaſparis etiam tunc in humanis agen. ceſſionem de regimine & adminiſtratione ejuſdem Eccleſiæ Biſacien. in manibus ipſius prędeceſſoris ſponte factam, & per eundem prædeceſſorem unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi de ipſius Rainaldi expreſſo conſenſu, ea vice dumtaxat ſuſpendendo, & non in ejuſmodi, ſed in alia, quæ primò per ceſſum, vel deceſſum, aut quavis alia dimiſſione infraſcripti Nicolai Epiſcopi, & apud Sedem prædictam, & in ſuis manibus, aut alias quomodolibet occurreret, vacationis effectum ſortiri & locum ſibi vendicare debere prout earundem primo vacatio occurreret, cujus effectum ſortitum eſſe decernendo admiſſa, paſtoris ſolatio deſtitutione eiſdem authoritate, & conſilio providet venerabilis frater* C *noſter Nicolaus Epiſcopus Biſacien. aſſerentes unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi adverſus diverſas revocationes unionum effectum non ſortitarum, quæ poſtmodum à Sede prædicta emanarunt iteratis vicibus authoritate prædicta reſtitutas fuiſſe, illarum fruſtrentur effectu, volumus, & ſimiliter authoritate prædicta Apoſtolica decernimus, quod abſolutio, unio, annexio, incorporatio, & voluntas Leonis prædeceſſoris hujuſmodi à dicta die quinta menſis Maji ſuum ſortiantur effectum, perinde ac ſi ſuper illis, ipſius Leonis prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius narratur, quodque præſentes literæ ad probandum plenè abſolutionem, unionem, annexionem, & incorporationem, & voluntatem Leonis prædicti hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationem alterius adminiculum requiratur; quocirca alteri eorundem Rainaldi, & Nicolai Epiſcoporum ſuperſtiti, & qui non ceſſerit, per Apoſtolica ſcripta, quatenus curæ & adminiſtrationis onus Eccleſiæ pri-* D *mò, ut præfertur, vacaturæ prompta devotione ſuſcipiens, eaſdem curam, & adminiſtrationem ſic exercere ſtudeat ſollicitè, fideliter, & prudenter, quod Eccleſia ipſa gubernatione provida & fructuoſa adminiſtratore gaudeat, ſi commiſſam ipſi Epiſcopo ſuperſtiti, & qui non ceſſerit præter æternæ retributionis præmium, noſtram & dictæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde uberiùs conſequi mereatur, nec non dilectis filiis Capitulo & vaſſallis alterius ipſarum Eccleſiarum primò, ut præfertur vacaturæ, ac Clero & populo illius civitatis, & diœceſis, & capitulum videlicet alteri eorundem Rainaldi, & Nicolai Epiſcoporum ſuperſtitis, & qui non ceſſerit, tanquam Patri, & Paſtori animarum ſuarum humiliter intendentes exhibeant & obedientiam debitas, & devotas, ac Clerus cum . . . & dictæ Sedis reverentia benignè recipientes, & honorificè pertractando ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent; Populus verò eum tanquam*

Pa-

Patrem, & paſtorem animarum ſuarum devotè ſuſcipientes, & debita honorificentia proſequendo ejus monitis, & mandatis ſalubribus humiliter intendant, ita ut alter eorundem Nicolai, vel Rainaldi Epiſcoporum ſuperſtiti, & qui non ceſſerit, in ejus devotionem filios, & ipſi in eo Patrem benevolum inveniſſe gaudeant, vaſſalli autem prædicti alium eorundem Rainaldi, vel Nicolai Epiſcoporum ſuperſtitem, & qui non ceſſerit, debito honore proſequentes ei fidelitatem ſolitam, nec non conſueta ſervitia & jura ſibi ab eis debita integrè exhibere procurent; alioquin ſententiam ſive pœnam quam alter eorundem Rainaldi, vel Nicolai Epiſcoporum ſuperſtes, & qui non ceſſerit, intuleſit, ſive ſtatuerit in rebelles, habebimus, & faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Rogamuſque & hortamur chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Romanorum Imperatorem ſemper auguſtum, qui etiam Rex Siciliæ exiſtit, & chariſſimam filiam in Chriſto noſtram Joannam Siciliæ Reginam, ac venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Compſanum, eidem Archiepiſcopo per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus alterum eorundem Rainaldi, vel Nicolai Epiſcoporum ſuperſtitem, & qui non ceſſerit, ac alteram ipſarum Eccleſiarum primò, & pro ſe vacaturam ipſius Archiepiſcopi Suffraganeam habentes pro noſtra, & dictæ Sedis reverentia propenſius commendatas in ampliandis, & conſervandis juribus ſuis ſic eos benigni favoris auxilio proſequantur, ut alter eorum Rainaldi, vel Nicolai Epiſcoporum ſuperſtes, & qui non ceſſerit, eorum fultus præſidio in commiſſo ſibi ejuſdem Eccleſiæ regimine poſſit Deo propitio proſperari, ac Carolo Imperatori, & Joannæ Reginæ à Deo perennis vitæ præmium conſequi, & à nobis condigna proveniat actio gratiarum, ipſeque Archiepiſcopus divinam gratiam, ac noſtram & ejuſdem Sedis benedictionem valeat exinde uberius promereri. Volumus autem, quod antequam alter eorundem Rainaldi & Nicolai Epiſcoporum ſuperſtes, & qui non ceſſerit, in regimine & adminiſtratione alterius ipſarum Eccleſiarum primo & pro ſe vacaturæ in aliquo ſe immiſceat, in manibus venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcopi Granaten. & Epiſcopi Corduben. ſeu alterius eorum fidelitatis debitæ ſolitum præſtet juramentum juxta formam præſentibus annotatam, quibus, & utrique eorum tenore præſentium committimus, & mandamus, ut ipſi, vel alter eorum noſtro, & dictæ Eccleſiæ nomine hujuſmodi recipiant, ſeu recipiat juramentum; forma autem juramenti per alterum eorundem Nicolai, vel Rainaldi Epiſcoporum ſuperſtitem, & qui non ceſſerit, præſtandi, quam nobis de verbo ad verbum per ſuas patentes literas ſuo ſigillo munitas quantò citiùs deſtinare procuret, talis eſt. Ego N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, Sanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, ac Domino Noſtro Beatiſſimo Paulo Papæ III. ſuiſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus, non ero in conſilio, vel conſenſu, aut fœdere, ut vitam perdant, aut membrum, ſeu capiantur mala captione, aut in eis manus violenter quomodolibet inferantur, vel aliquid eis inferant quovis quæſito colore: Conſilium verò quatenus mihi credituri ſunt per ſe, aut nuncios, vel literas ad eorum damnum me ſciente nemini fraudent, Papatum Romanum & Regalia S. Petri adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum contra omnem hominem, Legatum Apoſtolicæ Sedis in eundo & redeundo honorificè tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo, jura, honores, Pontificia, & authoritatem Romanæ Eccleſiæ & Domini Noſtri Papæ, ac Succeſſorum prædictorum conſervare, defendere, augere, & promovere curabo, nec ero in conſilio, fœdere, vel tractatu, in quibus contra ipſum Dominum Noſtrum, vel eandem Romanam Eccleſiam aliqua ſiniſtra, vel præjudicialia perſonarum juris, honoris, ſtatus, & poteſtatis eorum machiarat, & ſi talia à quibuſcunque tractari, vel procurari novero, impediam hoc pro poſſe, & quantò citiùs potero commodè ſignificabo eidem Domino Noſtro Papæ, vel alteri, per quem ad ipſius notitiam pervenire poſſit, regulas Sanctorum Patrum de vita, ordinationes, ſententias, diſputationes, reſervationes, proviſiones, & mandata Apoſtolica totis viribus obſervabo, & faciam ab aliis obſervari: Hæreticos, Schiſmaticos, & Rebelles D. N. & ſucceſſoribus prædictis pro poſſe perſequar, & impugnabo; vocatus ad Synodum veniam, niſi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apoſtolorum limina exiſtens citra, ſingulis annis, ultra vero montes ſingulis biennis viſitabo, aut per me, aut meum nuncium, niſi Apoſtolica abſolvat licentia: poſſeſſiones verò ad meam menſam pertinentes non vendam, neque donobo, neque pignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo alio modo alienabo etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ, neque inconſulto Romano Pontifice, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Datum Romæ apud Sancti Petri Palatium anno Incarnationis milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto tertio nonas Novembris, Pontificatus noſtri anno primo.

Cæterum Raynaldus ſenio feſſus an. 1542. ad favorem nepotis nuncium remiſit, pauloque poſt fato ceſſit.

16. VALERIUS de Cancellariis („ *Clericus* „ *Trojanus*) S Petri miles, Raynaldi ex fratre nepos, delectus eſt S. Angeli, & Biſacienſis Epiſcopus die 11. Octobris 1542. Deceſsit anno 1574. XVI.

17. PETRUS ANTONIUS de Vicedominis [„ *Regienſis*) defuncto Valerio ſucceſsit die 17. Novembris 1574. Ad Avellinenſem Sedem translatus eſt a Gregorio XIII. die 4. Novemb. 1580. XVII.

18. JO. BAPTISTA Petralata („ *Camerinenſis*, *J. U. D. & Apoſtolicus Prothonotarius*) electus die 12. Decemb. 1580. Sedit ann. 5. („ *Memoratur à* „ *Putro in hiſt. Equitum Melitenſium pag.* 287. Man- „ doſios.) XVIII

19. ANTONELLUS Fulgure de Averſa die die 27 a Januarii 1585. harum Eccleſiarum Epiſcopus pronunciatus eſt. Obiit anno 1590. XIX. a Die 17. Novemb.

20. FLAMINIUS Turricella („ *Foroſempronienſis*) adlectus die 30. Januar. 1591. à Gregorio XIV. Exceſsit ann. 1600. XX.

21. GASPAR Palutius Albertonius, Romanus, clara ſtirpe natus, Nepos Urbani VII. Pont. Max. ex conſobrina, Utriuſque Signaturæ Referendarius, Clementis VIII. Paulique V. in paucis charus, Romanæque Aulæ peritus, & candore morum ſpectabilis, dignus habitus eſt, quem Clemens idem VIII. harum civitatum Epiſcopum eligeret die 4. Aprilis 1601. Poſt varias indè præfecturas eximiè obitas, Umbriæ quoque & Patrimonii Prolegatus fuit, & Pauli V. in Luſitania Nuncius, ibidem extrema clauſit anno 1614. Ejus oſſa Romam delata in majorum Sacello Aracœlitanæ Eccleſiæ, nobili marmoreo tumulo recondita ſunt, addita inſcriptione ſequenti, XXI.

D. O. M.

Gaſpari Palutio Patritio Romano ex antiquiſſima Albertonorum familia, Urbani VII. Pont. Max. ex conſobrina nepoti, & utriuſque Signaturæ Referendario, & Abbreviatori de Parco majori, Sancti Angeli & Biſacii Epiſcopo, inter aſſiſtentes deſcripto, poſt varias Præfecturas mira cum laude obitas Provinciæ Patrimonii, & Umbriæ Prolegato, ac denique Pauli V. apud Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum in Regno Luſitaniæ Nuncio, ubique magno, innocenti, claro, immatura morte anno ætatis ſuæ XLVIII. Luſitaniæ legationis quinto, terrenorum loco præmiorum, quæ propediem eum conſequutura videbantur, ad cœleſtia evolavit. Balthaſſar Palutius Albertonius Miles S. Jacobi de Spata Hiſpaniarum, oſſibus è Luſitania translatis, inque hoc Albertonorum ſacello conditis, Fratri conjunctiſſimo non ſine lachrymis poſuit. An. ſalut. MDCXXIV.

FRAN-

XXII. 22. FRANCISCUS Dietallevius a, („ *Arimi-* „ *nenſis, Utriuſque Signaturæ Referendarius*) obeunte Gaſpare, harum Eccleſiarum Epiſcopatum intravit die 21. Julii 1614. atque octavo poſt anno mortuus eſt, ſcilicet anno 1622.

a De eo Janus Nicius in Pinacotheca I. imag. 155 Mandoſ.

XXIII 23. HERCULES Rangonus, Mutinenſis, legitur Epiſcopatum geſſiſſe ab ann. 1622. 7. Maji uſque ad annum 1645. quo ad Metropolitanam Sedem Compſanam tranſlatus eſt.

XXIV 24. GREGORIUS Coppinus („*Neapolitanus*) Monachus Caſinenſis, fit Epiſcopus ab Innocentio X. anno 1645. die 12. Junii. Mortuus eſt in Monaſterio Caſinenſi, dum ſuam proficiſceretur Eccleſiam eodem anno.

XXV. 25. ALEXANDER Salzilla („ *Capuanus*) Epiſcopus Trivicanenſis, ad has Eccleſias tranſlatus die 12. Martii 1646. Brevi tempore eas rexit, eodemque anno defunctus. [„ *Fusè laudatur à Car-* „ *thario in opere mſ. & inſcripto: Atraco Romano;* „ *apud me p. 217.* Mandoſius.]



XXVI 26. Fr. IGNATIUS Ciantes b, Romanus, Ordinis Prædicatorum, germanus frater Joſephi Epiſcopi Marſicenſis, non ſolum ob generis nobilitatem, ſed etiam ob morum, doctrinæque præſtantiam ad Epiſcopalem dignitatem evectus eſt ab Innocentio X. anno 1646 die 17. Septembris. Scripſit, ediditque digniſſimus Præſul ſui Ordinis Prædicatorum Cerœmoniale, aliaque ſui ingenii monumenta præ manibus habet, quem adhuc viventem promeritis laudibus haud onerabimus importunè.

b De quo Mandoſius in Bibl. Rom. centur. 4. n. 43 & Fontana in Theatr. Dom. p. 284.

ADDITIO.

[„ *Jam ſenio graveſcerat hoc onere ſe libere exſol-* „ *vit Ignatius an. 1661. eneunte: obiitque Romæ in* „ *ædibus ſuæ gentis ſæviſſimis articularibus excru-* „ *ciatus doloribus, & apud S. Sabinam in majorum* „ *Oſſuario ſepulturæ locum invenit, cui jungitur* „ *Prædicatorum Ordinis cœnobium. Ea in ſacra æde* „ *S. Dominicus non ſemel in terris adhuc manens* „ *cœleſtium ſpirituum fœdera ſenſit. Piis S. Patris* „ *meditationibus cryptam impenſis Ciantum illuſtra-* „ *tam, ipſe Ignatius hic noſter in ſplendidiorem for-* „ *mam redegit. Honorarium ibi tumulum habet, è* „ *conſpectu tumuli pariter Honorarii Joſephi Marſi-* „ *cani Epiſcopi ejus fratris, quod ita proloquitur.*

„ Qui me vis noſſe,
„ jacentem ex adverſo roga.
„ Patria, Gens, Parentes, inſtitutum,
„ Dignitas una amborum fuit.
„ Ignatius Epiſcopus S. Ang. & Biſac.
„ in oculis fratris conjunctiſſ.
„ ſecurus quieſco
„ An. ſervati orbis MDCLXX.
„ ætatis meæ LXXIII.

XXVII. „ *THOMAS Roſa, nobilis Cavenſis, J. U. D. Amal-* „ *phitani Archiepiſcopi Vicarius generalis, & in Ro-* „ *mana curia cauſarum patronus cum fuiſſet, Ignatio* „ *ſubrogatus eſt 16. Jan. 1662. qui jam fere ſexage-* „ *narius, cum proficuè præfuiſſet his Eccleſiis ad Po-* „ *licaſtrenſem translatus eſt die 8. Maji 1679. Scripſit* „ *de Executoribus litterarum Apoſtolicarum.*

XXVIII. „ *Jo: BAPTISTA Nepita, presbyter Caſſanenſis* „ *Diœceſis, J. U. D. qui Cariatenſis, & Caſſanenſis E-* „ *piſcoporum, & Archiepiſcopi Tarentini Vicarius* „ *generalis extitit, adeo excellens in juriſprudenti-* „ *tia, ut ad eum conſulendum præcipui viri adirent,* „ *& præcipuè ex Curia Neapolitana, jure divino di-* „ *cando his Eccleſiis attributus eſt 8. Januarii 1680.* „ *ad Maſſalabrenſem tranſiit 26. Martii 1685.*

XXIX „ *JOSEPH Maſtilloneus de Plano Surrenti, J. U.* „ *D. jam olim Archiepiſcopi Surrentini Vicarius ge-* „ *neralis, morum candore, & virtute clariſſimus, ad* „ *has aſſumptus eſt ſedes die 14. Maji 1685.*

BISACIENSES EPISCOPI.



BISACIA in Hirpinis, editoque Apennini montis colle poſita, duodecim circiter milliaribus à Truento, totidemque à S. Angelo Lombardorum diſſita, non quidem magna, ſed parva, tum habitatoribus, tum ædificiis. Hanc fuiſſe olim vetuſtam Romuleam ex Itinerariis Antonini Cluverius ſcribit, cujus meminit Livius lib 10. in Conſulatu L. Cornelii Scipionis, & Cn. Fulvii Centumali, anno poſt Romam conditam CCCCLV. ante natum Chriſtum CCXCVIII. Ejus etiam meminit Stephanus de urbibus, & Sigonius in ſcholiis ad Livium. Biſacienſis Epiſcopatus, quem & Biſanenſem, & Biſechienſem vocatum lego in vetuſtis Provincialibus, antiquus eſt inter recentiores Compſanæ Metropolis Suffraganeus, nunc unitus ab anno 1513. cum Epiſcopatu S. Angeli de Lombardia. Eccleſia Cathedralis Deiparæ Virgini naſcenti dicata tres habet dignitates, quarum prima eſt Cantoratus, Primiceratus, & Theſaurarii cum novem aliis Canonicis. In Civitate nulla alia eſt Parochialis Eccleſia præter Cathedralem; unum adeſt Franciſcanorum Monaſterium, Hoſpitalis domus una, & quatuor laicorum ſodalitia. Illuſtravit nomen urbis Biſaciæ Bartholomæus Borellus Juriſconſultus inſignis. Diœceſis Biſacienſis anguſtiſſima eſt duobus Caſtris, nempè Vallata, & Mora, totidemque parochialibus Eccleſiis conſtat, quibus ſub Archipresbytero duodecim alii Sacerdotes inſerviunt. Annui redditus menſæ Epiſcopalis pauperrimi erant, quibus Antiſtes haud poterat ſuam cum dignitate ſuſtinere perſonam; taxa erat in lib. Cameræ Apoſtolicæ flor. 30. Porro Epiſcopi, qui huic Eccleſiæ ante unionem cum S. Angelo præfuerunt, ſequentes ſunt, eadem diligentia à nobis ex variis monumentis expiſcati.

I. 1. RICHARDUS Epiſcopus Biſacienſis in Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. celebrato anno 1179. reperitur ſubſcriptus poſt Joannem S. Angeli Epiſcopum, veluti Compſanæ Eccleſiæ Suffraganeus.

II. 2. LAUDATUS, Cajetanæ Eccleſiæ Primicerius à Nicolao electo Compſano Archiepiſcopo in memoriam Adenulphi bonæ memoriæ Epiſcopi Cajetani laudati avunculi, renunciatus eſt Biſacienſis

Epi-

Epiſcopus an. 1254. eodem anno confirmatur ab Innocentio IV. Pontifice 5. Kal. Octobris ex Epiſt. Vatic. reg. num. 242. fol. 179. anno pontificatus 12. Dat. Anagniæ. Tempus Sedis, & obitus annum non habemus. A

III. 3. ZACHARIAS hujus Eccleſiæ Antiſtes interfuit fundationi Eccleſiæ Vallis-Viridis Diœceſis Bovinæ anno 1263. nec de eo quicquam aliud habemus, potuit obiſſe ſub Martino IV. ſub quo, anno 1282. pontific. 2. Biſacienſis Eccleſia viduata erat paſtore.

IV. 4. BENEDICTUS Epiſcopus Biſacienſis translatus fuit ad Avellinenſem Eccleſiam à Nicolao IV anno 1288. Kal. *a* Maji ejuſdem pontific primo, ex epiſt. 245 fol. 56. reg. Vatic. Crediderim hunc poſt Zachariam hanc Eccleſiam ſuſcepiſſe regendam.

a 11. Kal. Maii.

V. (,, *MANFREDUS Epiſcopus S. Marci in Calabria, qui cum à ſua Eccleſia exul abiret à Nicolao IV. factus eſt Biſacienſis tunc paſtore vacantis Adminiſtrator 4. Non. Junii 1291. ut ex regeſt. Vatic. & Ughel. in Epiſcopis S. Marci*) B

VI. 5. FRANCISCUS erat hujus Eccleſiæ Præſul anno 1310. quo à Clemente V. translatus eſt ad Aſculanam Eccleſiam in Apulia, antea poſtulatus à Capitulo 4. Kal. Julii an. pontific. 5. ep. 456. tom. 3. reg Vatic.

VII. 6. JACOBUS, Canonicus Cretenſis, electus tunc Agienſis Epiſcopus, à Clemente V. translatus ad hanc Biſacienſem Eccleſiam. Exceſſit anno 1328. Aveuione

VIII. 7. Fr. JOANNES, Ordinis Minorum, electus anno 1329. 3 Kal Aprilis. Defunctus antequam munus conſecrationis acciperet.

IX. 8. Fr. FRANCISCUS de Berragno, Ordinis Prædicatorum, ſucceſſit Jacobo eodem anno 1329. 3. Id Septembris a Joanne XXII. ann. pontiſ. 14. ex reg. Vat Obiit ſub Clemente VI. anno 1351.

X. 9. Fr NICOLAUS ejuſdem Prædicatorum Ordinis demortuo Franciſco ſucceſſit ad hanc infulam, vocatus à Clemente VI. anno 1351. 3. Kal. Julii epiſt. 53. fol. 14. regeſt. Vatic. anno 10. C

XI. (,, *BENEDICTUS Columna, præcipua nobilitate Romana clarens, Epiſcopus Biſacienſis erat & Archiepiſcopatus Teatini Adminiſtrator an. 1353. de quo vide in Teatinis.*)

XII. 10. JOANNES ab hac Eccleſia translatus fuit ad Teralbenſem in Sardinia anno 1364. 10. Kalend. Auguſti anno 2. Urbani V. ex regeſt.

XIII. 11. Fr. CONSTANTINUS de Gemolis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, electus ab Urbano V. die 7. Kal. Aprilis 1365. (,, *1367. interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Audini, de qua in Vigilien. s. 7.*)

XIV. 12. STEPHANUS poſt Conſtantinum ſedit, eoque munere ſe exſolvit an. 1369.

XV. 13. Fr. FRANCISCUS de Capite, Ordinis Minorum, datus eſt ſucceſſor Stephani a b eodem Urbano V. anno 1369. 8 Kal. Martii.

XVI. 14. NICOLAUS reperitur fuiſſe Biſacienſis Epiſcopus ſub Urbano VI. an 1386. die 9. Januarii.

XVII. 15. JOANNI ANGELO electo Biſacienſi concedit Gregorius XII. anno 1410. ut munus conſecrationis à quocunque maluerit Catholico Antiſtite recipere poſſet, ex lib. de diverſis formis fol. 167. D

XVIII 16. GUILLELMUS florebat Epiſcopus anno 1428. 20. Decembris. Fato functus ann. 1450. memoratur in Actis Conſiſtorialibus.

XIX. 17. PETRUCCIUS de Migliolo, Canonicus Laquedonenſis, electus in defuncti Guilielmi loco à Nicolao V. die 5. Id Junii 1450.

XX. 18. MARTINUS* Madius de Tramonto, ex Archipresbytero terræ Tramonti an. 1475. electus eſt Epiſcopus Biſacienſis; ſed an. 12. translatus deinde ad Vigilienſem Eccleſiam an. 1487. die 24. Auguſti ex Actis Conſiſt.

* Ex app. tom. 9.

XXI 19. BERNARDINUS (,, *Barbianus*) ex Vigilienſi ad hanc Biſacienſem Eccleſiam tranſitum fecit eodem die & anno, ita cenſente Innocentio VIII Pont. Max. Acta conſiſtorialia hæc referunt.

A 20. GASPAR de Corbara ſucceſſit anno 1498. per obitum prædeceſſoris die 12. Decembris; quo ſedente Leo X. Biſacienſem hanc Sedem cum S. Angeli de Lombardis perpetuò univit an. 1513. ſub eodem Leone anno 1517. 23. Decembris oneri ceſſit, ac ſe abdicavit. XXII.

21. NICOLAUS Vulpe, Neapolitanus, electus Biſacienſis eodem die & anno, de cujus electione hæc habent Acta Conſiſtorialia. *Die Mercurii 23. menſis Decembris 1518. referente Reverendiſſ. Sanctorum quatuor, Sanctiſſimus Dominus admiſit reſignationem d. Gaſparis de Corbara Epiſcopi Biſacienſis de prædicta Eccleſia Biſacien. in Regno Neapolitano ſub Metropoli Compſana, & de ea providit in titulum D. Nicolao Vulpe presbytero Neapolitano, ſuſpendendo quandam perpetuam unionem aliàs factam de Eccleſiis Biſacien. & S. Angeli de Lombardis invicem unitis de conſenſu D. Raynaldi Cancellarii Epiſcopi S. Angeli, reſervata penſione quinquaginta ducatorum de carlenis monetæ Neapolitanæ dicto D. Raynaldo Epiſcopo, cum facultate transferendi, & alia centum D. Gaſparo nuper Epiſcopo ſuper fructibus menſæ Epiſcopalis Eccleſiæ Biſacien. redditus flor. 300.* XXIII B

Cæterùm Gaſpare ſedente, Paulus III. an. 1534. unionem non ſemel ſancitam confirmavit, ut ſupra retulimus, demortuoq; Nicolao ante annum 1540. Raynaldus utriuſque Eccleſiæ remanſit Epiſcopus, atque Nicolaus ultimus fuit hujus Eccleſiæ Epiſcopus exilis, qui ſeorſim per plura ſæcula in ea floruerunt. Cæteros qui præfuerunt in utraque Eccleſia Præſules, habes in paulò ante exhibita ſerie Epiſcoporum S. Angeli Lombardorum ut vocant.

LAQUEDONENSES EPISCOPI.



LAQUEDONIA, quam vulgus Cedognam appellat, admodum vetuſtæ ætatis, eſt Mediterranea Civitas in Hirpinorum finibus poſita, nunc In ulteriori Principatu, quondam Aquilonia dicta, Livio, Ptolomæo, ac tabulæ memoratæ. Cluverius lib. 4. Antiquæ Italiæ, illam vetuſtum oppidum Hordeonium putat, cujus meminit Silius lib 8 Sed Hordeonii ruinas, & proſtrata ſaxa uſque in hodiernum diem non longè ab Aeſculo accolæ oſtendunt. Hoc tempore paucula civitas eſt, incoliſque non adeò celebris, ubi lares 300. animæ cenſentur plus minus mille. Satis ad gloriam illius eſt Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſet eodem ipſo tempore, quo tota Hirpinorum, Samnitumque regio ſuave jugum accepit, atque ante annum noſtræ ſalutis centeſimum ſupra milleſimum Epiſcopali dignitate fuiſſe decoratam, & Compſanæ Metropoli Suffraganeam inſtitutam. Cathedralem habet titulum Deiparæ Virginis Aſſumptæ, antiquæ ſtructuræ ad jactum lapidis extra civitatem poſitam; in eaque ſeptem Canonici ſunt cum quinque dignitatibus. Diœceſis perexigua eſt, uno oppido conſtat Bocchettæ. Nullum eſt neque in ipſa civitate, neque in Diœceſi, neque Virorum, neque Monialium Monaſterium. Menſæ Epiſcopalis annus cenſus ſcutatorum illarum partium ſeptingentorum, taxatur in lib. Fiſci Apoſtolici ad floren. 100. Præſulum ſeriem, ut vides Lector, elum-

bem

bero damns.qoam non ampliorem referre potuimus A
deſtituri monumentis exiguæ, ac pené miſerabilis Eccleſiæ.

I. 1. ANGELUM Laqoedonenſem Epiſcopum poſteris conſervavit Indiculus Epiſcoporum, qui Lateranenſi Concilio interſuerunt ſub Alexandro III.ann.ſalutis 1179. celebrato. apod ootas Joaonis Picardi ad Guillelmi Neubrigenſis Hiſtoriam. Poſt hunc fermè per duo ſæcula oon habemus, neque nomina illorum, qui poſt Angelum hanc rexesunt Eccleſiam

II. [,, *ANTONIUS Laquedonenſis Epiſcopus interfuit anao 1265. dum Bovineaſis Antiſtes primum lapidem jaceret Eccleſiæ S. Mariæ Vallis viridis, ut infra 1.8 in Bovinenſibus.*

III. ,, *ROGERUS, Præſul Laquedonenſis erat an. 1275. quo 7 Kal.Septemb a Gregorio X. ad Rapollonam eo poſtulante Capitulo fuit translatus, ut ex Vatic.regeſ. in Rapollanis ab Ughello allegato; hic tamen omiſſus.*]

IV. 2. NICOLAUS obiit anno 1345. ſedente Clemeote VI. B

V. 3. Fr FRANCISCUS de Marzils, Ordinis Minorum, adlectus fuit Epiſcopus ab eodem Clemente VI anno 1345 Kal.Marrii an.pontific. 3. ex regeſt. Vatic.ep 63.

VI. 4. PAULUS * de Manaſſeis, patria Interamnas, Nicolai filius, florebat ſub Urbano VI.au. 1381. ex bullis ejuſdem. Epiſcopatu ſe abſolvit. Protraxit deinde vitam aliquot annos; nam ſub Bonifacio IX. in vivis erat an. 1390 quo donarionem fecit aliquorum bonorum Brancheciccoli de Manaſſeis ejus nepoti.

* Ex App. tom. 9.

VII. 5. ANTONIUS ſpoliorum collector erat in Tarantina Provincia Urbani VI. an. 9. qui fuit ſalutis 1386. de quo mentio in bullis ejuſdem. Obiit 1392.

VIII. 6. Fr. GUILLELMUS Joannis de Neritono, Ordinis Minorum, eligitur Epiſcopus à Bonifacio IX. per obitum Antonii 9 Kal.Febr. 1392. Translatus deinde aſt ad Gallipolitanam Eccleſiam, an. 1395. ut in lib Proviſ. Prælat. habetur. C

IX. 7 JOANNES antea Epiſcopus Gallipolitanus eodem die, & anno 1396 ad hanc Eccleſiam translarus eſt. Sedir ann. plus minus ſeptem; ejuſque exigentibus demeritis ab eodem Bonifacio privarus Epiſcoparu eſt 1399. ex lib. 3. de diverſis formis fol. 75.

X. 8 JACOBUS de Marzia, Presbyter Laquedonenſis, patriæ ſuæ Epiſcopus delectus eſt a Bonifacio IX. anno 1399. 6. Id Martii, ut in lib. Proviſ. Prælat ſcriptum inveni. Non diu Pontifex fuit.

XI. 9 ADINULPHUS hujus Eccleſiæ Antiſtes vixit anno 1401. cujus memoria extar die 3. Decembris in lib oblig. Exceſſit circa aonum 1418.

XII. 10. JAQUINTUS, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus. à Martino V. in demortoi loco Adinulphi Epiſcopus Laquedonenſis electus eſt 10. Kal. Januarii 1418 ex eodem lib.

XIII. 11. NICOLAUS electus dicitur die 17. Octobris anno 1425. 10 eodem obligat. libro.

XIV. 12. ANTONIUS de Cozza, Archipresbyter Vallatæ Bovianenſis Diœceſis, eligitur 5. Id. Octob. 1418 D

XV. 13. JOANNES defunctus eſt anno 1452.

XVI. 14. JACOBUS de Cavaline, Canonicus Beneventaous, ſucceſſit Joanni II. Non. Auguſti anno 1452.

XVII. 15. PETRUS florebat anno 1471. è vivis exceſſit aono 1481.

XVIII 16. JOANNES de Porcariis, Acheruntiuus, nobili genere natus, hujus Sedis Epiſcopus renunciatus eſt die 27. Aug anno 1481 Obiit 1486.

XIX. 17. NICOLAUS de Rubiois, Vicanus, promotus die 2. Junii 1486. Fato ceſſit anno 1506. Julio II. ſedente.

XX. 18. ANTONIUS de Dura, nobilis Patritius Neapolitanus, demortuo Nicolao ſuffectus eſt 29. Junii 1506. Sedit ad annum uſque 1538. & onere liberè ſe exſolvir.

XXI. 19. ANTONIUS Cardinalis Sanſeverinus *a*,


a De eo

A hanc Eccleſiam in adminiſtrationem accepit die 25. Februat. 1538. Illam tenuit uſque ad diem 24. Septembris ejuſdem anni, & in Scipionem de Dura affinem ſuum transfundendam curavit.

Ciaconius Oldoini t. 3. col. 488.

20. SCIPIO de Dura, Neapolitanus. ex dimiſſione Cardinalis Sanſeverini hujus Eccleſiæ die 24. Septemb. 1538 fit adminiſtrator ad aonum uſque 27. ſuæ ætatis. deindè in titolum. Mortuus eſt an. 1551. De Dura familia legendus Scipio Ammiratus ſenior de nobilibus familiis Neapolitanis. XXII.

21. PAULUS Capellettus, Placentinus, ſucceſſit Scipioni die 24. Julii 1551. Sedit an. 13. ultroque ſe abdicavit. XXIII



22. JO. FRANCISCUS Carduccius, Pauli Montis Meſolæ Baroois filius, nobilis Barenſis, origine Florentinus, moribus & doctrina illuſtris, ex Abbate Commendatario Sanctorum Quirici & Julittæ Præmonſtratenſis Ordinis Reatinæ Diœceſis evaſit Laquedonenſis Epiſcopus die 16. Maji 1564. Fato ceſſit anno 1584. Hic anno 1571. in Eccleſia S. Nicolai Bareoſis Bernardino Carduccio Patruo ſuo cœnotaphium poſuerat his verbis conceptum. XXIV

D. O. M.

Bartholomæo Carduccio Patritio Baren. Ss. Quirici & Julittæ, & S. Mariæ de Niceto Lycien. Abbati, & perpet. Commendatario viro integerr. ac inter ſummos Principes in rebus agendis gratiſſ. qui annos agens III. ſupra LXX. ceſſit naturæ XIII. Kal. Novemb. MDLXXI.

Jo. Franciſcus Carduccius Epiſcopus Laquedonen. hæres & ſucceſſor ex teſtamento Patruo B. M. P. C.

Porrò nobilis hæc Carduccia familia Florentina è patria Barium progreſſa. Aloyſius, Andreas, & Philippus germani fratres aono 1474. inter nobiles ejus orbis innumerati, ibidem Carducciam gentem diſſeminarunt. De qua Beatillus in Hiſt. Bareoſi, & fuſiùs Scipio Ammiratus in deſcriptione ejuſdem familiæ.

23. MARCUS Pedacca Mirandulanus, Monachus Monaſterii S. Benedicti de Mantua Coogregationis Caſioenſis, ſui ſæculi Mathematicorum peritiſſimus, ex Abbate S. Vitalis Ravennæ delectus eſt Epiſcopus à Gregorio XIII. die 14. Maji 1584. Sedit vir probus & doctus annos 18. mortuuſque eſt anno 1602. XXV

24. Fr. JOANNES PAULUS Palenterius de Caſtro Bononienſi Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, electus die 15. Decembris 1602. Exceſſit anno 1606. (,, *Laudatur a Marraccio in Bibliotheca Mariana par. 1. p. 773. ejuſque opera, quæ ſcripſit, recenſentur in Bibliosophia Jo Franchini p. 331 de eodem Waddingus de ſcriptoribus Ordinis Minorum p. 217. & Garavinus de viris illuſtribus Caſtri Bononienſis p 9.* Mandoſius.) XXVI

25. JACOBUS Candidus, oobilis Syracuſanus, à Paulo V. dictus eſt Laquedonenſis Epiſcopus die XXVII.

6 No-

Digitized by Google

6\. Novembris 1606. Magnus planè Præſul, & multarum virtutum clarus inſignibus, cujus vota brevis vitæ ſuæ terminus non potuit æquare; rexit enim hanc Eccleſiam plus minus ann. duobus cum laude prudentiæ, ac propemodum Angelicis moribus. Exceſſit è vivis, imò in Domino quievit menſe Aug. an. 1608. ætat. ſuæ 47. ſepultuſque eſt lugentibus populis in Cathedrali. In Deiparam Virginem incomparabili ſtudio flagravit, quippe qui non ſolum verbis colebat Virginem, addebat etiam operum pondera verbis mellifluis; de quo præclariſſimo Præſule plura ſcitu digniſſima legiſſe memini in vita ejus, quam ſcripſit, typiſque evulgavit Davinus Guiniſius Lucenſis, Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, ex quo eruditus, probuſque amicus noſter Hippolytus Marraccius in Antiſtitum Marianorum libro hæc pauca excerpſit, quæ non pigebit hic referre. *Jacobus Candidus nobilis Syracuſanus Epiſcopus Laquedonenſis in Apulia, cum ob propenſiſſimum devotionis ſuæ erga Deiparam Virginem affectum, ab ipſa infantia, puritatis virginalis candorem ſe ſemper integrè, illibateque ſervaturum voto ſpopondiſſet, ejuſdem Deiparæ Virginis auxilio ſibi favente, illum poſtea in omni vita ſua ad mortem uſque integrum, illibatumque conſervavit. In omnibus tribulationibus, & tentationibus ſuis pro ſolatio, remedioque ad Deiparam Virginem tanquam ad matrem amantiſſimam, filiali amore, ac confidentia recurrebat. Eccleſiam Cathedralem Laquedonenſem, auguſtiſſimo Mariæ numini conſecratam, dum ejus eſſet Epiſcopus, multis impenſis non ſine miraculorum ſignis reparavit, & ornavit. Erga cultum & obſequium Sanctiſſimæ Dei Genitricis eximiam teneritatem, ac propenſionem animi ſemper oſtendit, atque in tanta Domina laudanda, celebrandaque totum ferè vitæ ſuæ tempus impendit. Inter alia Marianæ pietatis exercitia ſæpè coronam B. Virginis percurrebat, hancque in ipſius etiam itineribus & deambulationibus adhibebat. Quando conſuetis diei horis ſalutationis Angelicæ dabatur ſignum, ſtatim etiamſi in via lutoſa eſſet, genuflectebat, ut debitum Dei Matri tributum laudis offerret, ſolitus non prius ſurgere, quam tria terræ oſcula impreſſiſſet. Dum vel in Xenodochiis, vel in privatis domibus infirmos viſitaret, coronam B. Virginis eorum capiti imponere, & ſecretò tunc nonnullas orationes recitare in more habuit: quo medio plures infirmos non ſine miraculo interdum reſtituit ſanitati. Ut populum ſuæ curæ ſubjectum ad ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis Mariæ cultum magis, ac magis excitaret, ſingulis totius anni Sabbathis (quibus etiam diebus ad honorem B. Virginis pane tantum & aqua jejunabat) in Eccleſiam Cathedralem circa veſperam deſcendebat, ut ibi cum Canonicis, & Clericis Litanias Lauretanas, nec non Antiphonam* Salve Regina *ad ſonum organi recitaret. Omnes, quibuſcum ſermonem miſcebat, ad devotionem B. Virginis & ad Coronæ Roſarii Mariani recitationem brevibus quidem, ſed efficacibus verbis hortabatur, rudeſque, ac idiotas, ſi hoc interdum in itinere offendiſſet, Salutationem Angelicam, ſi neſcirent, libenter edocebat &c.* Hæc ille. Fratrem germanum habuit Jacobum Vincentium Candidum Ordinis Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatii magiſtrum, doctrina, ac vitæ candore clariſſimum, qui Romæ deceſſit an. 1654. jacet in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam, quorum nepos fuit Joſeph Epiſcopus Liparenſis, Romæ defunctus anno 1644. 9. Decembris in eodem templo Sanctæ Mariæ ad Minervam humatus.

XXVIII. 26. IOAN. HIERONYMUS Campanilis, Neapolitanus, ſucceſſit Candido die 24. Dec. 1608. Deinde evaſit Epiſcopus Æſernienſis anno 1615.

XXIX. 27. Fr. FERDINANDUS Brunus, Florentinus, Ordinis Minorum de Obſervantia adlectus eſt Epiſcopus die 15. Septembris 1625. Deceſſit anno 1648. nulla de ſe fama relicta, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

XXX. 28. JOANNES JACOBUS Chriſtophorus (,, *ex oppido Plaginæ Caputaquenſis Diœceſis*) ſucceſſit die 22. Aprilis 1649. Obiit Romæ paulo poſt ſuam conſecrationem, terræ mandatus in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Aquiro.

XXXI. 29. Fr. AMBROSIUS Viola ex Orto novo Liguriæ oppido. S. Theologiæ Magiſter, Ordinis Prædicatorum electus die 10 Octobris 1649. Obiit anno 1651. jacet in Cathedrali. (,, *De eo agit Oldoinus in* ,, *Athen. Liguſt. Fontana in Theatro Domin. p.* 310. ,, *Lamoratus in hiſt. Lunig. l. 7. p.* 82. Mandoſ.)

XXXII. 30. JACOBUS Jordanus, Trivicanenſis, Monachus & Abbas Montis Virginis, vir doctus & eruditus, Laquedonenſis Eccleſiæ Epiſcopus adlectus eſt ab Innocentio X. an. 1651 die 23. Octobris. Scripſit vitam S. Guillelmi Abbatis Montis Virginis. Vivit adhuc boni Paſtoris officio fungens, cui Neſtoreos annos a Deo Opt. Max precamur.

A D D I T I O.

(,, Fuit Præſul juſtitiæ tenax, quam erga omnes ,, exercuit nullo habito perſonarum reſpectu. Sacra- ,, rium ædis principis omnibus ſacris ſupellectilibus ,, damaſcenis omnium colorum, quibus Sancta Mater ,, utitur Eccleſia, auro etiam fimbriatis dicavit, ba- ,, culum paſtorale, aliaque inſtrumenta pro functio- ,, nibus Epiſcopalibus è perfectiſſimo argento voluit ,, efformata. Palatium refecit, & prolatavit, undè ,, hodie non ſolum Præſulibus, ſed & etiam illorum ,, familiaribus eſt valde percommodum. Poſt decen- ,, nium ſuæ ſedis die 9. Novembris 1661. abiit ad ,, meliores, humatuſque fuit in ſepulchro, quod in ,, veteri Cathedrali ſub titulo Aſſumptionis B. Mariæ ,, Virginis, nunc verò S. Mariæ Majoris intra Civi- ,, tatem, Epiſcopus Candidus æternæ memoriæ pro ,, Laquedoniæ Epiſcopis conſtruxerat.

XXXIII. ,, PETRUS *Antonius Capoblancus, Patritius ,, Beneventanus, clari nominis Philoſophus, ac ,, Theologus, adeò ut Romæ, ubi ſuam juventutem ,, tranſegerat, multas univerſali plauſu theſes in ,, utraque facultate ſuſtinuerit, ab Alexandro VII. ,, anno 1663. 12. Martii hanc Eccleſiam ſuſcepit re- ,, gendam, quam 1672. retenta pro ſuis alimentis ,, penſione Romanorum ſcutorum 350. reſignavit. Vi- ,, tam deinde in urbe traduxit Alexandræ Chriſtinæ ,, Svecorum Reginæ eximie charus, & Cardinali De- ,, cio Azolino, aliiſque ſummis viris. Obiit ſede va- ,, cante Alexandri VIII. ſepultus jacet in Eccleſia S. ,, Lazari extra mœnia Vaticana.*

XXXIV. ,, BENEDICTO *Bartolo, Franciſci filio, Si- ,, cilienſi Patritio, hujus Eccleſiæ cura mandata eſt ,, 12 Septemb. 1672. Præſul vere pius erga pauperes, ,, humaniſſimus erga omnes, ſed infelix qui à centum ,, Viarum graſſatoribus, qui tunc Regnum miſere de- ,, prædabantur, captus fuit anno 1682. ac multa cu- ,, ſtodia in nemoroſis detentus, donec poſt menſem ab- ,, que ulla redemptione, ſed forti vi Marchionis Car- ,, pii tunc Regnum Neapolitanum Regia vice regen- ,, tis in priſtinam aſſertus fuit libertatem. Numquam ,, deinde ad ſuam Eccleſiam remeavit, quam cum ,, Bellicaſtrenſi ſecuta morte clariſſimi ejuſdem Præ- ,, ſulis Caroli Gargani, commutavit 18. Septemb. ,, 1684 in qua vix annum vixit, ut ſuo loco.*

XXXV. ,, JOANNES *Baptiſta Morea, Bituntinus Vica- ,, rius qui fuerat Franciſci Antonii Galli ſuæ patriæ ,, Epiſcopi die 2 Decemb. 1684. hujus Eccleſiæ curam ,, ſuſcepit, quam ſummo zelo dum regere utitur, ſua- ,, rum ovium odio fuit. In pervigilia Epiphaniæ ſole- ,, bat populus Laquedonienſis more antiquato perſo- ,, natus incedere, & tympanis, tubis, campanuliſque ,, illis, quæ ſolent à collo jumentorum pendere, per ,, urbem diſcurrere, bacchanalia veluti exercere, in- ,, ſanire, illaque omnia, quæ Kal. Januar. in honorem ,, ſuorum Deorum priſca Gentilitas faciebat, uſur- ,, pare, ſummo pietatis luctu, & catholicæ religionis ,, detrimento. Hunc deteſtabilem uſum Epiſcopus ,, omninò ſtuduit abolere, blandis primum hortatibus, ,, Apoſtolicis miſſionibus, expoſitione Aug. Sacra- ,, menti Altaris illo die, publicaque ſupplicatio- ,, ne, dein cenſuræ fulminibus, ultimo tandem*

laica

Digitized by Google

laica etiam implorata poteſtate, ſed minimè obtinuit, quia populus, cum illum morem Præſules Anteceſſores ut difficillimam provinciam quamvis ſemper ægrè toleraſſent, non à zelo abolitionem illam, ſed ab alia procedere cauſa adeò crediderunt, ut nunquam proprio Epiſcopo obſecundari voluerint. Novum Cathedrale Templum ſua inſinuatione, & induſtria excitatum fuit ſub eodem titulo Aſſumptionis B. M. V. & in eadem area, ubi erat ædes D. Antonii Abbatis annexa Epiſcopali Palatio. Pro quo novo templo ſollemni pompa, Eccleſiaſtico more primum ipſe lapidem jecerat. Tandem Neapoli anno 1710. quò ſe contulerat, ut & aeris beneficio, & illuſtrium ope medicorum ſe, à quibus vexabatur, infirmitatibus eximeret, ultimo oppreſſus morbo die 11. Decembris ad plures abiit: ſepultuſque in eadem fuit civitate in Eccleſia PP. Reformatorum Strictioris obſervantiæ Divi Petri de Alcantara, quæ audit S. Lucia del Monte. Poſt ejus obitum Michael Angelus Cappuccius vir, & litteris, & zelo, & vitæ probitate verè conſpicuus, Canonicus Archidiaconus ejuſdem Eccleſiæ, & tunc Vicarius Capitularis renunciatus, tali dexteritate, ac prudentia ſe geſſit, ut mos ille Gentilitatem omninò ſapiens pro quo delendo Epiſcopus incredibilia pertulerat, illicò extinctus fuerit. Sic ſi Epiſcopus incœpit, Vicarius Capitularis perfecit, dignus uterque immortalibus encomiis, & ſua mercede; primus jam in Cœlo recepit, ut ſui emendatiſſimi mores ſperari ſinunt; alter quacumque mitra dignus continua meritorum laurea pro beata ſe coronat æternitate.

XXXVI. JANUARIUS Scalea, Antonii Patritii Civitatis Terilitii, & Bernardinæ Valdauræ paris nobilitatis filius, poſtquam ſe duodecim annorum ſpatio in Theologiæ quà Scholaſticæ, quà Dogmaticæ ſtudio ſe exercuerat, à Clemente XI. die 24. Januarii 1718. huic Cathedræ admotus, cujus poſſeſſionem iniit die 26 Martii ejuſdem anni. Præſul doctrina, pietate, humanitate exornatus, magna erga ſuam meditatur ſponſam, quam tenerrima dilectione proſequitur.)

M U R A N I

E P I S C O P I.



CIVITAS Muri, vulgo *Muro*, in monte Baſilicatæ Provinciæ ſita eſt. Quando fuerit ædificata, aut quis ejus fuerit auctor, qui de hujus Regni urbibus ſcripſerunt, ſuis non retulerunt commentariis. Parva eſt, tamen fœta populo, & nobilis ſtructuræ, ubi mille lares recenſentur, aeriſque ſalubritate celebrata, nullam tamen habet antiquitatem, ut Frizia ſcribit. Comitatus titulo & Epiſcopali dignitate ſub Compſano Archiepiſcopo condecoratur. Antiquus eſt Epiſcopatus iſte inter recentiores, nam ſexcentis adhinc annis proprium habebat Antiſtitem, Boſſinenſem aliquando vocatum legu Epiſcopum Muranum. Cathedralis Baſilica undecim habet Canonicos, ex quibus quinque dignitate eminent, Archidiaconus nempè, Archipresbyter, Cantor, Theſaurarius, & Primicerius cum aliis aliquot minoris gentis Clericis, & Seminarium, ubi educantur Clerici. Intra mœnia præter Cathedralem, quatuor aliæ Eccleſiæ, Hoſpitale, & duo virorum Cœnobia, & unum ſanctimonialium S. Claræ ſeptum viſuntur. Diœceſis ſatis ampla, oppida octo complectitur ſolis regiis ſubjecta, quæ ſunt *Caſtel Grande*, *Rapone*, *Ruvo*, *Sancto ſedeli*, *Labella*, *Balvano*, *Romagnano*, & *Tuigliano*. Menſæ verò Epiſcopalis cenſus 1200. ducatorum illarum partium, taxatur in lib. Cameræ Apoſt. floren. 37. Ad me quod attinet, Epiſcopi, qui in ea ſederunt, hi tantùm ſunt obſervati; eorum tamen Acta, vel ex incuria, aut ex indigentia Scriptorum non habemus.

A D D I T I O.

(„ *Muri Civitas ſub Gravinæ Ducis Urſinæ clariſſimæ, & ſplendidiſſimæ gentis ſuaviſſimo dominio quieſcit. Ejus Cathedralis antiquæ fabricæ titulo Virginis Mariæ in Cœlum Aſſumptæ inſignitur, & in ea plures ſanctorum reliquiæ aſſervantur. Sex dignitatibus, & octo Canonicis fulget, inter quos Theologalis præbenda numeratur. Major poſt Pontificalem dignitas Archidiaconus eſt. Archipresbyter ſubſequens animarum curam habet; nec deſunt minores Clerici, & Seminarium pro majori ſervitio Eccleſiæ. Præter Cathedralem quatuor aliæ adſunt parochiæ. Præſulis domus ſatis decens prope Cathedralem exurgit. Duo Regularium cœnobia, unum Montalium S. Claræ, & Xenodochium viſuntur. Diœceſis ad 16. millia paſſuum excurrit, ejus loca ſunt:* Belvano, Labella, S. Felle, Ruvo, Caſtelgrande, Rapone, Rivigliano, Romagnano. *Lucentius.*)

1. EUSTACHIUS Murenſis Epiſcopus anno ſalutis 1059. interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Angeli in Vultu propè Melphienſem urbem, quam Nicolaus II. Papa ſolemni ritu peregit inſtante Roberto Normanno Apuliæ Comite. I.

2. GAUDINUS Muranus florebat Epiſcopus anno 1102 cum Paſchalis II. ſacravit Eccleſiam Sancti Sabini in civitate Cannuſii rogatu Rogerii Comitis Roberti filii, ut proloquitur marmorea tabula à ſiniſtris Altaris poſita in eadem Eccleſia. Idem memoratur in monumentis Cajetanæ Eccleſiæ anno 1108. Hujus memoria legitur in arcu ſupra aulam Epiſcopii marmore inſculpta Leoninis carminibus an. 1100. II.

Non adeat poſtem, qui ſe cognoverit hoſtem.
Intret homo blandus, ſimul intret amicus amandus,
Quod ſcriptura legit, Gaudinus Epiſcopus egit,
Nobilibus turbis, Canoſæ natus ab urbis.

3. ROBERTUS Muranus Epiſcopus florebat anno 1169. quo juſſu Herberti tunc electi Archiepiſcopi Compſani, Cathedralem Eccleſiam conſecravit, ut vetus documentum in eo ex Eccleſia refert. *Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo ſexageſimo nono Indictione ſecunda Dedicatum eſt hoc templum in honorem s. Martini Confeſſoris juſſu Domini Herberti Compſanæ Eccleſiæ Venerabilis electi, & totius Compſani Capituli à Roberto Muranæ Eccleſiæ Antiſtite de Reliquiis S. Mannæ Martyris, & S. Liberii, & S. . . . & Anaſtaſii Confeſſorum.* Ex hac memoria his diebus ex tabulario Compſanæ Eccleſiæ mihi tranſmiſſa habetur Herberti Archiepiſcopi Compſani electio, quæ potuit eveniſſe eodem anno 1169. cum electus eo ipſo anno enuncietur: quamobrem corrigendus error eſt, qui irrepſit ſupra pag. 1000. l. 7. & lin. 10. a ubi pro anno 1138. ſcribe anno 1168. III.

a Veteris editionis.

4. MONTEGVIDONUS vixit ſub Innocentio III. anno 1213. ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ. („ *Innocentius III. ad hunc litteras ſcripſit Pontific. an. 15. quibus ei committit, ut Epiſcopum Melphienſem plurimorum criminum reum ab officio paſtorali ſuſpendat, ut in Melphienſibus habetur apud Ughellum.*) IV.

V 5. JOANNES ſucceſſit circa an. Domini 1217.

VI. 6 N. nomen non exprimitur in regeſto Caroli primi, qui anno 1269. Regem per ſupplicem libellum exoravit, ut Eccleſiæ ſuæ decimas jam antea à Siciliæ Regibus elargitas benignè confirmaret, ac manuteneret. Carolus ita reſcripſit, ut ferunt regeſta regia Neapol. Ind. 12. lit. B. fol. 150. *Carolus &c. eidem ſecreto, &c. Ex parte venerabilis Patris Epiſcopi Mari, fuit nobis humiliter ſupplicatum, quod cum Murenſis Eccleſia à Catholicorum Siciliæ Reg. temporibus uſque ad tempora noſtra decimam omnium proventuum, bajulationis & procurationis dictæ Terræ, necnon & Terræ S. Felicis annis ſingulis conſueverit percipere, & habere, exhiberi ſibi decimam ejuſdem pro anno præſenti duodecimæ Indictionis, juxta hujuſmodi conſuetudinem de benignitate regia mandaremus, ideoque fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ſi notorium fuerit, quod dicta Eccleſia hujuſmodi decimam conſueverit percipere & habere, tu decimam ipſam eidem Epiſcopo ratione dictæ Eccleſiæ, vel ejus procuratori, ſeu nuncio per præſentes ſuas literas aſſignentur, ſi idem Epiſcopus proximo præterito turbationis tempore erga majeſtatem noſtram ſe geſſerit fideliter pro præfato anno duodecimæ Indictionis prout conſuetum eſt hactenus exhibeas, vel facias ſine defectu quolibet exhiberi, jure noſtro in omnibus ſemper ſalvo. Datum in Caſtris in obſidione Luceriæ 20. Auguſti 12. Ind.* Anno deinde 1270. pro eodem Murano Epiſcopo & Eccleſia ita reſcripſit, ut in regeſt. Reg. lit. D. fol. 46. *Item ſcriptum eſt ſecreto pro Epiſcopo Muri decimas proventuum omnium bajulationis, & procurationis dictæ Terræ Muri, nec non & Terræ S. Felicis pro anno proximo præterito 12. Ind. pro quo ipſe non habuiſſe ſe aſſerit nec non & pro præſenti anno 13. Ind.* Item fol. 49. lit. B. *Scriptum eſt in forma de Decimis bajulationis & proventuum de demanii Terræ S. Felicis pro Epiſcopo Murani de anno præſenti.* Datum Viterbii 23. Martii 14. Ind. Item in regeſt. ejuſdem Caroli an. 1277. lit. F. pag. 139. à tergo. *Scriptum eſt ſecretis, & Magiſtris portulariis Apuliæ, tam præſentibus, quàm futuris in forma de Decimis perpetuis pro venerabili patre Murano Epiſcopo de voto noſtro de exhibendis ſibi ſingulis annis decimas proventuum bajulationis, & demaniorum, &c. Curiæ Caſtri S. Felicis. Datum apud Lacum Peſulem die ultima Julii*

VII. 7. * PALERMUS Epiſcopus Muranus interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ majoris de Diano an. 1273. a Guillelmo Epiſcopo Potentino celebratæ. An idem ſit Epiſcopus iſte Palermus cum ſuperiori, quem innominatum notavimus, incertum mihi eſt, nec de eo aliud ſcire potuimus.

* Ex App. Som. ...

VIII. 8. NICOLAUS florebat anno 1322.

IX. 9 MATTHÆUS anno 1332. 17. Novembris promiſit ſoluturum ſolitum penſum ſacro Collegio.

X. 10. NICOLAUS hujus Eccleſiæ Antiſtes, cujus mentio habetur in reg. Vatican. 1343. tranſlatus eſt ad Caſertanam Eccleſiam anno 1345. ex reg. Vatic.

XI. 11. HENRICUS Mari de Caſerta ex Canonico evaſit Epiſcopus Muranus, ſucceſſitque immediatè tranſlato Nicolao an. 1345. die 18. Kal. Julii à Clemente VI. anno Pontif. 3. ut in epiſt. 5. reg. Vatic. Obiit anno 1349.

XII. 12. GUILLELMUS ex Archipresbytero electus eſt Epiſcopus à Clemente VI. anno 1349. 4. Id. Novemb. cujus electio extat in reg. Vatic. an. 7. ejuſdem Pontificis epiſt. 248. fol. 119. Exceſſit vero anno 1356.

XIII. 13. JACOBUS ſuccentor erat Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis, quando ad hanc inſulam vocatus eſt ab Innocentio VI. anno 1356. 13. Kalend. Januar. Pontif 5. ex ep. 64. fol 63. reg. ejuſdem, tranſlatus ad Eccleſiam Potentinam ab Urbano V. tunc vacantem per obitum Joannis 3. Id. Martii 1364. ex reg. Vatic.

XIV. 14. DOMINICUS anno 1364. 16. Martii memoratur in lib. oblig. ſub Urbano V.

XV. 15. ANTONIUS ſub Gregorio XI. evaſit Epiſcopus Muranus; qui cum in illo teterrimo ſchiſmate Urbanum VI. inter, & Clementem VII. Pſeudopontificem incidiſſet, quo nulla ætas tam durum, tamque atrox tulit, partes Clementis inconſultè ſequutus fuiſſet, ſub Urbano diris innodatus, parum inde abfuit, quin cum Joanna Regina in manus incideret Caroli Dyrracchii Regis, qui Joannam capitali judicio damnavit, & ſtrangulari fecit anno 1382. Antonius timore perculſus Polſino ſuæ Diœceſis Oppido ſe recepit ſub Ludovici Andegavenſis tutela; & Epiſcopalem dignitatem eodem ab Pſeudopontifice, in odium Caroli, ejuſdem Civitatis olim Domini, transferendam curavit, quamobrem Clemens anno 1386 Murum Sedis honore privavit, eumque cum tota Diœceſi Polſinum tranſtulit. Harum rerum habeo teſtes, ad ipſum Antonium, quem Polſinum vocat Epiſcopum, literas Kal. Julii ann. pontif. ſui 8. ſcriptas, quas hic exhibemus ex reg. 2. oblig. ejuſdem Antipapæ. Perduravit tamen inconſulta tranſlatio quandiu Antonius fretus auxilio Andegavenſis, Epiſcopatum malè feriatum retinuit, cujus extat memoria ad annum uſque 1389. in lib. obligat. Clementis, nec deinceps apparet, quis ejus fuerit finis, quove loco, & anno mortuus fuerit. Porrò Clementis literæ ita fuerunt conſcriptæ.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Vener. Fratri Antonio Epiſcopo Polſinen. ſalutem & Apoſtol. bened.

Inter ſollicitudines varias, quibus aſſiduè premimur, illa potiſſimè excitat mentem noſtram, ut ſtatus Eccleſiarum omnium curæ noſtræ divina providentia commiſſarum ſpiritualiter, & temporaliter augeatur, quodque illis, quæ ſine Paſtoribus ſunt, ac detrimenta deplorent, tales miniſtros præficere ſtudeamus, per quorum regimina Eccleſiæ ipſæ utiliter, & ſalubriter gubernentur. Dudum ſiquidem damnatæ memoriæ Carolus de Duracio, alias de Pace cum ageret in humanis, ad Regnum Siciliæ, in quo, ſeu ad quod nullum jus ſibi quomodolibet competebat, & in quo nos & Romana Eccleſia directum dominium obtinemus, deteſtabili ambitione ſemper aſpirans per iniquitatis alumnum Bartholomæum in Sedem Apoſtolicam violenter intruſum ſe in Regem Siciliæ coronari, Regnumque ipſum hoſtiliter invadere, ac claræ memoriæ Joannam Reginam Siciliæ, cujus etiam ipſe Vaſſallus ligius exiſtebat, & cui juramentum fidelitatis præſtiterat, inhumaniter capere, diriſque mancipare carceribus non expavit. Ac demum ipſe, & Margarita relicta ejus, quæ ſe Reginam Siciliæ temerè nominare præſumit, magnam partem dicti Regni tyrannicè occuparunt, prout ipſa Margarita occupat de præſenti. Cum autem civitas Muranen. de patrimonio dicti Caroli olim fuiſſet, qua & omnibus aliis bonis ſuis per nos dudum ſuis demeritis exigentibus privatus fuit, ac Clerus & Populus civitatis ipſius ſe noſtros & ejuſdem Eccleſiæ perſecutores publicos exhibentes, Bartholomæo, Carolo, & Margaritæ prædictis, ac Vutceislao ipſorum Caroli, & Margaritæ nato etiam pro & contra proceſſus adverſus Bartholomæum, Carolum & Margaritam prædictos, & adhærentes eiſdem, & dantes ipſis auxilium, conſilium, & favorem per nos factos, diverſas interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis, ac alias ſpirituales, & temporales pœnas, & ſententias continen. adhæſerunt hactenus, prout etiam adhærebant, dantes eis contra nos, & eandem Eccl. & etiam contra claræ mem. Ludovicum Regem Siciliæ, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum dicti Ludovici Regis natum Regem Siciliæ Illuſtrem auxilium, conſilium,


& fa-

A & favorem, & quod dolenter referimus, præfata Jo-
anna Regina, quæ tanquam benedictionis filia vir-
tute conſtantiæ ab altiſſimo roborata in noſtra, & ip-
ſius Eccleſię devotione perſiſtens Regnum ipſum in pa-
cis amænitate regebat, & in eadem Civitate, cujus
etiam ſuperius dominium ad eam ſpectabat, fuiſſet
crudeliter interempta, & dilecti filii univerſitas loci
de Polſino Conſan. Diœceſis puritatis titulo inſigniti,
& ferventes jugiter & conſtantes in noſtra & ejuſ-
dem Eccleſiæ fidelitate perſiſtit nunc, ſicut etiam per-
ſiſtebant, dictus quoque locus notabilis & populoſus
exiſteret, nos præmiſſas ſolerter, & diligenter
etiam attendentes, prædictis & aliis juſta cauſa moti
rationabiliter & inducti de fratrum noſtrorum conſi-
lio, ac etiam certa ſcientia, & Apoſtolicæ plenitudine
poteſtatis Eccleſiam, ac civitatem Moranen. prædi-
ctam, in quibus tu Epiſcopus exiſtebas, Epiſcopali
dignitate privavimus, & ad Domini noſtri laudem,
exaltationemque Eccleſię & profectum etiam anima-
rum Eccleſiam Beatæ Mariæ Loci de Polſino prędicti
B in Cathedralem ereximus, eam dignitatis Epiſcopalis
titulo decorantes, nec non ipſum locum de Polſino tan-
quam inſignem, devotum, & ad hoc congruum, at-
que ipſam Civitatem eſſe conſtituimus, & inſignivi-
vimus vocabula Civitatis, eamque Civitatem Polſi-
nen. volumus perpetuis temporibus nuncupari, ipſam-
que Eccleſiam cum ejus Capitulo inſtituimus, ac Civi-
tatem cum toto ejus territorio, & diſtrictu à juriſdi-
ctione, & Poteſtate Diœceſani Archiepiſcopi, & Capi-
tuli Eccleſiæ Conſan. eximimus, & etiam liberavi-
mus, dictaque Territorium, & diſtrictum, ac locum
de moro ſicut præfertur, privatum ac totum territo-
rium, quod ipſius dum Civitas exiſteret Diœc. exiſte-
bat cum omnibus Monaſteriis, Eccleſiis, Capellaniis,
& Oratoriis, ac Caſtris, Villis & aliis locis in ipſa
conſiſten. prætacta, limitata Diœc. eidem Civitati Pol-
ſinen. aſſignavimus, & etiam deputavimus. Statuen-
tes & etiam ordinantes, quod quicunque præeminen
tiæ, authoritatis, ſuperioritatis, juriſdictionis in hujuſ-
modi erat per nos limitationis Diœc. pertineat ad te,
C qui Moranenſis eras Epiſcopus, ut præfertur ad Polſi-
nenſem Epiſcopum pro tempore exiſten. pleno jure, &
omnimodè pertinent, & inſuper volumus, quod etiam
Civitas & Diœceſis Polſinen. prędictę in & de præſen
tia Conſanen. exiſterent, & Archiepiſcopo Conſan
Metropolitico jure ſubeſſent, & ut Præſul qui eidem
Polſinen. Eccleſiæ præeſſet congruam ſubſtentationem
haberet omnia & ſingula Caſtra, Villas, & loca alia,
ac terras, & poſſeſſiones alias, nec non fructus, reddi-
tus, & proventus & jura, & obſervationes, ac emolu-
menta quæcunque ad menſam Epiſcopalem olim Mo-
ranen. ſpectan. ubicunque & in quibuſcunque rebus
conſiſtebant menſæ Epiſcopali Polſinen. ex ſimili
ſcientia de prædictorum fratrum conſilio, & ejuſdem
plenitudine poteſtatis in perpetuum applicavimus, &
annexuimus, univimus, & duximus aſſignanda, pro-
ut & alias in Apoſtolicis noſtris certi tenoris literis
plenius, & serioſius continetur. Et quia non eſt con-
gruum, neq; decens, quod propter premiſſa, Eccleſia ca-
reat, aut aliqua ſuſtineat detrimenta; quinimmò ar-
D bitrari debitum, atque æquum, quod tranſlata Sedes
tranſlato Pręſuli committatur. Nos tam circa ſtatum
& proviſionem perſonæ tuæ, quàm circa regimen &
gubernationem Eccleſiæ, Civitatis & Diœceſis, ſicut
pręmittitur erectarum providere volentes te olim Mo-
ranen. Epiſcopum, quem fide digna experientia non
minus idoneum, providum, & per omnia circumſpe-
ctum ad præfatam Polſinen. Eccleſiam, de prædicto-
rum fratrum conſilio authoritate Apoſtolica duximus
transferendum, curam, & adminiſtrationem ejuſdem
Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plena-
riè committendo, firma concepta fiducia, quod actus
tuos Altiſſimo dirigente prædictam Eccleſiam per tuæ
circumſpectionis induſtriam ſpiritualibus, & tempo-
ralibus proficiet incrementis. Suſcipe igitur jugum
Domini reverenter, & ſuavi ejus oneri humiliter col-
la ſubmitte; manum quoque mittens ad fortia ipſius
Polſinen. Eccleſiæ adminiſtrationem prudenter exe-
qui ſtudeas, & gregis tibi commiſſi cuſtodiam cures, poſt-

A que diligenter ut laudabili de ipſo coram Deo reddita
ratione Regnum Dei à mundi primordiis pręparatum
electis accipias, & in dilecta Domini tabernacula læ-
tabundus introeas, ac eundem Regem ad uberioris
retributionis cumulum introducas. Dat. Avenione
Kalendis Julii, Pontificatus noſtri Anno octavo.

16. GUILLELMUS Muranus Epiſcopus legi- XVI.
timè electus ſub Bonifacio IX. vixit, ab Innocentio
VII. tranſlatus ad Caputaquenſem Eccleſiam anno
1405. ex oblig. lib. ejuſdem Innocentii.

17 JOANNES Bonifacii de Pannella Neapoli- XVII.
tanus, antea Caputaquenſis Epiſcopus, ad hunc
Muranum Epiſcopatum tranſlatus anno 1405. Idi-
bus Aprilis. Obiit circa annum Domini 1418. ex
eodem lib.



18. GUIDUCCIUS de Porta, Salernitanus, XVIII
vetuſta nobilitate natus, tunc Salernitanæ Eccle-
ſiæ Canonicus, & legali ſcientia clarus, ſucceſſit
Joanni anno 1418. 11. Kal. Martii. Sedit integra fa-
ma virtutis annis plus minus quindecim; in huma-
nis eſſe deſiit anno 1423. ſepultus in ſua Cathedrali;
C cujus meminit lib. Proviſionum Prælatorum Mar-
tini V.

19. JOANNES de Sancto Felice, an familiæ no- XIX
biliſſimæ Neapolitanæ natus, vel à patria ita deno-
minatus, incertum eſt, olim Canonicus Melphien-
ſis, tunc Epiſcopus Alexanus, Joanni ſucceſſit
tranſlatus ad hanc Eccleſiam 8. Kalend. Octobr.
anni 1423. Præfuit ann. 20. & ſenio ac laboribus pro-
ſtratus nuncium remiſit ann. 1443.

20. BARNABAS de Molina præficitur 7. Kalen. XX
Septembris 1443. Hic anno 1460. 14. Februarii ha-
buit in commendam Monaſterium de Vulta Ordi-
nis S. Benedicti Rapollanæ Diœceſis à Pio II. ut in
lib. de Præbendis ſcriptum inveni fol. 122. Obiit
Barnabas ſub eodem Pio Pontifice.

21. ANDREAS de Verulis, olim Epiſcopus XXI
Converſanus, & Bovianus in Regno Neapolitano,
inde Urbini in Umbria, à Pio II. tranſlatus eſt a ad An. 1461.
Muranam hanc Eccleſiam per obitum Barnabę tunc
vacantem; ſed antequam poſſeſſionem adipiſcere-
D tur, literis etiam non expeditis, Pius diem ſuum
clauſit extremum. Paulus II. ſucceſſor illum è Mu-
rana ad Camerinenſem Eccleſiam tranſtulit anno
1464. tunc vacantem per ceſſionem Agapiti
Ruſtici, pontif. ſui 1. ut in lib. de diverſis
formis habetur pag. 174. Neſcio, an
poſſeſſionem quintæ ſuæ ſpon-
ſæ adeptus fuerit, cum ſe-
quenti anno cenſeatur
defunctus, quo de-
functo iterum
Camerin.
Ec-
cleſiam regendam ſuſcepit idem
Agapitus. Hujus Andreæ
non memini in noſtra Ca-
merinenſium Pręſulum
ſerie, qui ſuo in loco
reponendus eſt.

A



XXII, 22. MEOLUS de Maſcambrunis, Beneventanus, antea Epiſcopus Theleſinus, transfertur ad hanc Muranam Eccleſia à Paulo II. anno 1464. ut ferunt Acta Conſiſtoriaia. Sedit vir optimus ann. 22. defunctus eſt anno 1486. B

XXIII 23. SEVERUS Antonelli Petrucci filius.

XXIV 24. SIMON anno 1477.

XXV. 25. GUIDATUS anno 1490.

XXVI 26. NICOLAUS Antonius de Piſcibus, Beneventanus, fuit Epiſcopus Muranus anno 1508. („*Reſignavit an.* 1517.]

XX VII, 27. ANTONIUS Camillius de Piſcibus ſub Leone X. deceſſit anno 1521. („ *Antonius Camillus de* „ *Piſcibus, Canonicus Beneventanus, cedenti gentili ſuo ſubrogatus eſt* 23. *Decemb.* 1517. *ut habetur* „ *ex actis Conſiſt. Deceſſit* 1521. Lucentius.)

XX VIII. 28. CÆSAR ANGELUS Carpanus („*Canonicus Neapolitanus, & Apoſtolicæ ſedis Notarius*) electus die 6. Septemb. 1521 [„*Obiit* 1528.]

XXIX 29. MATTHÆUS de Griſonibus, Etruſcus è Puopin Florentinæ ditionis oppido („ *Monachus* „ *Ordinis S. Benedicti Congregationis, & monaſterii Vallis Umbroſæ*) ſub Clemente VII. evaſit a Muranus Epiſcopus. A Paulo III. translatus eſt ad Triventinam Eccleſiam anno 1540. die 15. Novembris. Nuper Romæ in Eccleſia Sancti Marcelli Sacellove de Griſonibus ad ejus tumulum ſub marmorea jacentis Epiſcopi ſtatua hoc epitaphium exciſum eſt. C

a 14. Junii 1526.

D. O. M.

Oſſa Matthæi de Griſonibus à Clemente VII. ad Epiſcopatum Triventinum Anno D. XXVII. ſupra M. evectum hoc Sacellum extruxit dotavitque. Obiit Nonis Aprilis anno D. M. D. LXVII. ætatis ſuæ LXXX. Antonius Griſontus eques S. Stephani Jo. Matthæi Griſonti filius, hæres & agnatus poſuit, ejuſque teſtamentum poſterorum ſecuritati ac notitiæ conſulens in tabulario Patrum Servitarum S. Marcelli iudicare curavit anno Domini MDCLI.

D


In hoc cœnotaphio ex incogitantia inſcriptum videtur Matthæum ad Epiſcopatum Triventinum evectum fuiſſe à Clemente VII. ann. 1527. eo anno Muranenſis Epiſcopus delectus eſt; ad Triventinam verò Eccleſiam translatus eſt à Paulo III. anno 1540. ut patet ex Actis Conſiſtorialibus, de quo vide ejus urbis Epiſcoporum noſtrum Catalogum in tomo primo.

XXX 30. ASCANIUS Pariſanus *b*, Cardinalis Ariminenſis, hanc Eccleſiam commendatam habuit à die 11. Novembris 1540. qua die Griſonius ſe abſolverat. Sedit uſque ad 27. Maii ſequentis anni, quo eidem nuncium remiſit.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 669.

XXXI 31. SILVERIUS de Petrucciis, Neapolitanus, adlectus eſt die 27 *c*. Maii 1541. Obiit anno 1560.

c Die 27. Junii.



32. FLAVIUS Urſinus *d*, Romanus, filius Julii ex Dominis Montis Rotundi, non Ferrantis Gravinæ Ducis, ut haud ſatis edoctus ſcripſi in ſerie Spoletanorum Præſulum tom. 1. factus eſt hujus Eccleſiæ Epiſcopus die 15 *e*. Nov. 1560. qui deinde evaſit Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, & S.R.E. Cardinalis ſub Pio IV. & Epiſcopus Spoletanus ſub Gregorio XIII. Hanc Eccleſiam Muranam rexerat plus minus ann. duobus, eamque dimiſerat anno 1562. de quo vide Spoletanorum Præſulum ſeriem noſtram. XX XII.

d De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 971. *e* Die 29. Novemb.

33. PHILESIUS Cittadinus *f*, Interamnas, vir nobilis & præclara literatura notus, Cameræ Apoſtolicæ Locumtenens, ad hanc Eccleſiam promotus eſt à Pio IV. anno 1562. die 27. Maii. [„ *ultroque muneri ceſſit* 1572. *Romæ unus fuit ex Cleri* „ *reformatoribus præcipiente Pio IV.*] XX XIII.

f Memoratur ab Angelono in hiſt. Interamn. par. 2. p. 201. Mandoſ.

34. JULIUS Riccius („ *Firmanus*) ſucceſſit Phileſio, („ 23. *Jan.* 1572.) translatus deinde ad Eccleſiam Gravinenſem anno 1575. die 4 *g*. Maii. XX XIV.

g Die 9. Maii.

35. DANIEL vocatur electus eodem die 4 *h*. Maii 1575. ex Epiſcopo titulari Dunenſi. („ *Obiit* „ *ineunte anno* 1577.) XX XV.

h Die 9. Maii.

36. VINCENTIUS Petrolinus („ *Camerinenſis*) ſucceſſor Danielis ſedente Gregorio XIII. („ 25. *Februarii* 1577. Obiit anno 1606.) XX XVI.

37. THOMEUS Confectus de Sancto Gemino Narnienſis Diœceſis hanc obtinuit Eccleſiam a Paulo V. anno 1606. die 15. Maii Sedente Gregorio XV. ſibi coadjutorem accivit Clementem fratris filium, defunctus eſt anno 1630. XX XVII.

i Die 10. Maii.

38. CLEMENS Confectus Narnienſis ex Coadiutore & Epiſcopo Tiberiadis, patruo ſucceſſit anno 1630. translatus ad Acernenſem Eccleſiam anno 1643. die 13. Aprilis. XX XVIII

39. JO. CAROLUS Coppola, Gallipolitanus, Clementi ſucceſſit die 18. Maii 1643. Vir eruditione, & poeticæ laurea inſignis, plura ſui ingenii reliquit poemata. Obiit *K* ſedente Innocentio X. [„ *Laudatur à Nicodemo in additionibus ad Bibliotb. Neapolit. Toppii p.* 120. *& à Maraccio in* „ *Bibl. Mariana par.* 1. *p.* 702. Mandoſius.) XX XIX

K An. 1651.

40. ASCANIUS Ugolinus, Romanus, ab Innocentio X. delectus eſt Epiſcopus die 9. Febr. 1652. XL.

A D D I T I O.

(„ *Aſcanius Ugolinus, Romanus, I.V.D. & in variis curiæ Romanæ adhibitus muneribus ad id muneris ſubvectus eſt* 19. *Febr.* 1652. *Dum ſuaviſſime* „ *oves ſuas duceret ad cæleſtia paſcua gravi morbo* „ *oppreſſus Romam venit, & ex medicorum conſilio* „ *ad balnea in Etruria ſubeunda properans Viterbii* „ *diem clauſit extremum menſe Majo an.* 1660. *Cadaver Romam delatum in Orphanorum Eccleſia Viſitationis B. Virginis Mariæ in ſepulchro gentis ſuæ* „ *conditum fuit. In excolenda hac ſacra æde, & pia* „ *Orphanorum domo maximè illuxit eximii Eccleſiaſtes Stephani noſtri Aſcanii germani fratris munificentia pro conſtruenda maxima ara ſacello, eoque* „ *ditando plurimis legatis aureorum millibus, & nobili bibliotheca eidem adjacenti clericorum Collegio attributa. Extat ſacellum vario lapide, pictu-*

eiſque

eiſque celeberrimis exornatum ad rei perennitatem hinc inde epigraphis proloquentibus, quarum una in dextero latere ipſe Aſcanius poſuit: eaq; eſt.

D. O. M.

Parentibus optimis
Jo. Franciſco Ugolino
& Laviniæ Latinæ
Romæ nobili genere natæ
Cujus germani fratres
Allus Patrum Dominicanorum familiam,
Alius Congregationem oratorii
A S. Philippo Nerio dictam
Pietate, & doctrina illuſtrarunt.
Aſcanio pariter Ugolino
Fratri germano Murenſi Epiſcopo
Pietatis, & benevolentiæ perenne M.
Stephanus Ugolinus
Patriarcha Conſtantinopolitanus
cum lacrymis P.

Et aliud, grati igitur animi, è conſpectu tuciiuium monumentum hujuſmodi legitur.

D. O. M.

Stephano Ugolino
Sacelli, & piæ domus Orphanorum
deputato
Baſilicæ S. Petri Canonico,
Alexandri VII. P.M.
Auditori,
Corinthi Archiepiſcopo, Brevium ſecretario,
S. Officii Inquiſiorum Conſultori,
& Patriarchæ Conſtantinopolitano
De maxima hujus templi ara largis proventibus
in ſingulos annos relictis, & pro quotidiano
ſacrificio miſſæ reddituu conſtituto
Fundatori optimè merito
Poſitum.
Obiit A. MDCLXXXI.

Longe gratiſſimus fuerat Alexandro VII. Stephanus, quem etiam in minoribus juverat, & propria in domo exceperat. Reſonabat undique fama, quod virum hunc Senatoriam proveheret ad purpuram; ſed omnium votum cum morte Pontificis diſparuit.

XLI FRANCISCUS MARIA *Annonius, nobilis Mediolanenſis, & clarior alumnus ordinis Clericorum Regularium Theatin. quos inter cum ſuarum virtutum variis in muneribus laudabile periculum feciſſet, hac thiara dignatus eſt 21. Junii 1660. qui cum nil omiſiſſet, quod boni Paſtoris eſſet, ampliatis Epiſcopii ædibus, ad ſublimiores cœlorum tranſiit 1674. 29. Maii. Jacet in Cathedrali.*

XLII ALPHONSUS *Pacellus ex oppidi Balvani Muranæ diœceſis primaria familia natus, I.U.D. & multiplici eruditione clarus, jam olim Epiſcoporum Muranenſis, Lunenſis, & Sarzanenſis Vicarius Generalis, & Eminent. Cardinalis fr. Vincentii Mariæ Urſini Auditor, quo plurimùm juvante ad Muranum ſacerdotium aſſumptus eſt die prima Octobris 1674. Proximè inſecuto ejuſdem menſis Dominico die, qui fuit ſeptimus, ſacram ſuſcepit inaugurationem, & inita per procuratorem poſſeſſione Romæ ſubſtitit Clementi X. piacularis anni adyta pandenti præſentiæ ſuæ obſequia præſtans. Ad ſuam deinde pervenit ſponſam, & divino cultui intentus Canonicorum numerum auxit binis cum juſto proventu additis: Epiſcopale Palatium novis ædificiis additis ad pulchriorem formam reduxit: in ipſa civitate, & amplioribus diœceſis locis ſacerdotum congregationem inſtituit, quorum munus ſit in extremis vitæ cum morte colluctantibus ad ſalutis æternæ triumphum viriliter adeſſe, ejuſdemque unus ex iis eſt, & omnium Præfectus. Prodecedentium pariter auxilio ſonitum campanæ indixit 33. ictuum indulgentia 40. dierum elargitatis omnibus, qui in honorem expirantis JESU Dominicam, & Angelicam preces ter recitaverint. In oppido, vulgo di* Santofele, *puellarum Conſervatorium poſuit, quibus pro vitæ religioſæ norma S. Franciſci de Sales inſtitutum aſſignatum eſt. Placidiſſimè ſuum gregem gubernãs, vitia evellens, lapſos erigens, bonos protegens, gratuſque omnibus vivens digniſſimus Antiſtes in eo, ubi natales ſortitus eſt, Belvani oppido, in eodem noviſſima die anni 1702. denatus eſt.*

ANDREAS *Sarnelli, Salernitanus, J.U.D. & in Neapolitana Curia Advocatus infula Muranæ Eccleſiæ ornatus eſt 23. Aprilis 1703. Obiit 15. Septembris 1707.* XLIII

JOANNES *Innocentius Caruſius, de Putignano nullius diœceſis Provinciæ Barenſis, I.V.D. Vicarius Apoſtolicus Sulmonenſis, & aliàs Vicarius generalis Abbatiæ Farfenſis, nec non Epiſcopi Montis Faliſci, ac Vicarius Apoſtolicus Cuſentiæ, evectus eſt ad Epiſcopatum Muranum 19. Decemb. 1707. Poſt optimè adminiſtratam Eccleſiam deceſſit menſe Januario anni 1718.* XLIV

ANGELUS *Acerno, Tricaricenſis, J.V.D. & Eccleſiæ Neapolitanæ S. Liborii Parochus, Caruſio ſufficitur 6. Aprilis 1718.* XLV.

SATRIANENSES
EPISCOPI,
Nunc uniti cum Campanien.



IN Provincia Principatus Citra mediterranea Civitas eſt Satrianenſis vetuſta, & quondam præſtans, nunc ad ſolitudinem redacta; accolæ namque Titi ad Caſtellum ſe receperunt: loci verò & agri Satrianenſis temporalis Dominus eſt Nicolaus Princeps ex familia Ludoviſia. Epiſcopatus Satrianenſis antiquus eſt jam indè à ſuo exordio ſuffraganeus Metropolis Compſanæ. Cathedralis Satrianenſis titulo S. Stephani Prothomartyris una cum ipſa civitate diruta, ac ſolo æquata eſt. Servantur tamen adhuc ibidem oſſa S. Feliciani Martyris. Sacris in ea quondam miniſtrantium, dignitatum (,, *quatuor*) Canonicorum (,, *duodecim*), Clericorumque ſedes, ſervitia, ſtipendia, præbendæ una cum ipſa Epiſcopali Sede in civitatem Campanienſem tranſlata ſunt ann. 1525. manente tamen adhuc Archidiaconi Satrianenſis titulo, qui reſidet in oppido Caggiani; nam præbendæ unitæ ſunt menſæ Epiſcopali. (,, *Cum enim jam ſolo æquata civitas præſentiam Epiſcopi ſuſtinere non poſſet, Clemens VII. ad preces Caroli V. Imp. & utriuſq; Siciliæ Regis conterminam Campanienſem civitatem erexit, & Pontificiam dignitatem ibidem ſtatuit, & univit eidem Satrianenſem, ſtatuendo, quod Epiſcopus idem Satrianenſis, & Campanienſis æque principaliter nuncuparetur, eo tamen reſpectu, quod ut Campanienſis ſuffraganeus eſſet Salernitani Archiepiſcopi; in iis verò, quæ Satrianenſis Epiſcopalis juris eſſent, Compſanum agnoſceret.*) Diœceſis Satrianenſis quatuor conſtat oppidis, quæ tribus ferè paſſuum millibus inter ſe diſtant. Horum tria Cajanum, Sancti Angeli de Fractis, & Salviæ Venuſino Principi in temporalibus ſubjecta ſunt; quar-

tum

tum Petræ Fittæ paret Marchioni Burgentiæ. Omnium maximum eſt Cajanum, quod tres habet Parochiales, quarum una titulo S. Mariæ Græcorum, quam Græci olim Sacerdotes Græco ritu colebant, nunc Latinis commiſſa eſt; reliqua oppida ſingulas parochiales habent. In univerſa ergo Diœceſi continentur Parochiales Eccleſiæ ſex, ſacris quidem veſtibus & ornamentis ſufficienter inſtructæ, ſed ita tenues redditibus, ut vix ſufficiant ad victum & veſtitum Archipresbyterorum, & aliorum Sacerdotum, qui tamen ſua illic munia egregiè obeunt, divina officia ſtatis horis celebrant, ac diebus ſolemnibus cum decentibus ornamentis Miſſas decantant. Clerus enim pro locorum qualitate, morum honeſtate commendatur. Populus dictorum oppidorum majori ex parte paupertate premitur, ac proindè induſtria & labore victum ſibi comparat. Sunt tamen pro majori parte pietati dediti, & Eccleſias atque Sacramenta avidè frequentant. Sunt autem fidelium totam hanc Diœceſim incolentium animæ, quæ ad ſacram communionem obligantur, mille ſexcentæ. Porrò Epiſcopi uſque ad unionem cum Campanienſi Eccleſia, qui in hac Satrianenſi Sede floruerunt, ſequentes ſunt à nobis obſervati.

I. 1. PETRUS Satrianenſis Epiſcopus interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. celebrato anno 1179.

II. 2. LEO Epiſcopus Satrianenſis ex Rectore S. Nicolai de Curia jam pridem à Capitulo electus, confirmatur à Clemente IV. anno 1267. 5. Kal. Aug. in epiſt. 74. fol. 62. ann pontif. 3. vacabat Satrianenſis Eccleſia fortè per obitum Leonis anno 2. Martini IV. qui fuit ſalutis 1284.

III. 3. LAURENTIUS obiit 1303.

IV. 4. FRANCISCUS delectus eſt Epiſcopus à Benedicto XI. anno 1303. 4. nonas Martii ex Vat. reg. epiſtol. 451. de quo in Reg. regeſt. Neapol. anno 1314.

V. 5. ARDUINUS mortuus eſt Avenione anno 1332. ubi jacet.

VI. 6. Fr. FRANCISCUS de Spoleto, Ordinis Minorum, ſucceſſit Arduino 4. Non. Decembris 1332. ad hanc Sedem vocatus à Joanne XXII. Mortem obiit 1349. apud Vatican. regeſt.

VII. 7. JOANNES ex Primicerio S. Bartholomæi Neapoli præficitur hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1349. Id. Decembris à Clemente VI. ex ejuſdem regeſt. Vatic. epiſt. 220. ful. 123. Exceſſit 1369.

VIII. 8. ANGELUS BARTHOLOMÆUS clericus Montis Flaſconis, electus eſt Epiſcopus Satrianenſis anno 1369. Kal. Aug. ex eodem regeſt. hujus etiam mentio habetur in regeſt. Vatic. ann. 1377.

IX. 9. THOMAS electus an. 1388. Vixit temporibus Urbani VI. ac Bonifacii IX. à quo Epiſcopatu mulctatus, ab eodem deinceps reſtitutus. Obiit anno 1401.

X. 10. RICHARDUS ad hanc eandem dignitatem à Bonifacio IX evectus an. 1401. cum ſuæ promotionis literas expedire neglexiſſet, ab eodem dignitate privatus eſt, eodem anno, & Thomas reſtituitur.

XI. 11. ANTONIUS tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis à Martino V. Satrianenſem Eccleſiam habuit commendatam anno 1419. 9. Kalend. Julii.

XII. 12. Fr. ANDREAS a de Venetiis („ *Ordinis* „ *Prædicatorum*) electus die 10. Januarii 1421. cujus intuitu Comes Satriani, totum Satriani territorium menſæ Epiſcopali elargitus eſt. Fuit hic aliquando Caputaquenſis Epiſcopatus generalis Vicarius. Fato functus eſt anno 1439.

a De eo Fontana in Theatro Dominic. p. 190. Mandoſ.

XIII. 13. PETRUS Canonicus Compſanenſis electus 1440. die 13. Januarii ſucceſſit Fratri Andreæ.

XIV 14. JACOBUS Abbas Sancti Angeli de Faſanella ſublectus eſt Epiſcopus die 21. Febr. 1443. ex Actis Conſiſt.

XV. 15 PETRUS Urſeolus hanc Eccleſiam regebat an. 1480.

XVI. 16. LADISLAUS Romæ obiit anno 1484.

XVII. 17. GEORGIUS Abbas S. Benedicti Sipontinæ Diœceſis electus Satrianenſis 5. die Novembris



1484. deinde translatus eſt ad Caſtrenſem Eccleſiam Provinciæ Hydruntinæ die 12. Junii 1491.

18. Fr. THOMAS Attharius, Ordinis Prædicaturum, regius Conſiliarius, vir ingenio, & ſcientia clarus, fit hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1491. die 22. Junii. XVIII



19. Fr. AUGUSTINUS de Ortis, Cajetanus, Ordinis Prædicatorum, morum elegantia, vitæ puritate, & eximia literatura celebris, hujus Eccleſiæ fit Epiſcopus anno 1500. („ *die* 10. *Julii*) Sedit ann. 21. Exceſſit an. 1521. jacet in Cathed. cum hoc Epit. XIX.

Fr. Auguſtinus Cajetanus, Epiſcopus Satrianenſis, qui templum hoc dedicavit. Obiit die 17 menſis Martii 1521.

Hic etiam Eccleſiam S. Dominici Cajetæ in honorem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ conſecravit, ubi hæc memoria. *Ego Fr. Auguſtinus de Ortis Cajetanus, Epiſcopus Satrianenſis conſecravi Eccleſiam, & Altare hoc in honorem S. Mariæ, & Dominici, & reliquias Beatorum Mart. Sixti Papæ, Urbani Papæ, & Donati Epiſcopi in ea incluſi, & ſingulis Chriſti fidelibus, hodie in memoriam, & diem Anniverſarii hujuſmodi ipſam viſitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conceſſi.*



20. Fr. CHERUBINUS Cajetanus de Cajeta ſucceſſit Auguſtino („ 1525. *die* 21. *Martii*) ſub quo Cathedralis Campanienſis erecta, cum hac Satrianenſi Eccleſia perpetuò unita eſt an. 1525. ac deinceps qui Cherubino ſucceſſerunt, Epiſcopi Campanienſes, & Satrianenſes dicti ſunt, de quibus vide Campanienſes Epiſcopos, Salernitani Archiepiſcopi ſuffraganeos. XX.

INDEX CHRONICUS EPISCOPORUM

In hoc tomo ſexto Contentorum.

NEAPOLITANORUM,

An. Chr.			Column.
45	1	S. Aſprenus, ſive Aſprenas.	18
	2	S. Patrobas.	25
	3	Epathimitus.	26
	4	Maurus.	ibid.
	5	Probus.	ibid.
	6	Paulus;	ibid.
160	7	S. Agrippinus.	ibid.
180	8	S. Euſtaſius.	27
	9	S. Euphebius.	ibid.
	10	Marcianus.	30
325	11	Joannes.	ibid.
	12	Coſmas.	31
347	13	Calepodius.	ibid.
	14	S. Fortunatus.	ibid.
359	15	S. Maximus.	33
367	16	S. Severus.	34
412	17	Urſus.	42
416	18	Joannes.	43
425	19	Timaſius.	ibid.
444	20	S. Noſtrianus.	44
451	21	Felix.	45
467	22	Soter.	ibid.
486	23	S Victor.	46
498	24	Stephanus.	47
504	25	Redux.	ibid.
508	26	S. Pomponius.	48
536	27	Joannes.	49
556	28	Vincentius, ſive Viventius.	50
580	29	Demetrius.	ibid.
593	30	Fortunatus.	56
601	31	Paſchaſius.	57
616	32	Joannes.	ibid.
635	33	Cæſarius.	ibid.
638	34	Gratioſus.	ibid.
645	35	Euſebius.	58
649	36	Leontius.	ibid.
654	37	Adeodatus.	ibid.
672	38	Agnellus.	ibid.
694	39	S Julianus.	ibid.
702	40	S. Laurentius.	ibid.
715	41	Sergius.	59
745	42	Coſmas.	60
747	43	Calvus.	ibid.
760	44	Paulus.	ibid.
764	45	Stephanus.	62
797	46	Paulus.	66
818	47	Tiberius.	ibid.
838	48	S. Joannes Aquaiolus.	68
849	49	S. Athanaſius.	70
872	50	Athanaſius Iunior.	77
895	51	Stephanus.	82
937	52	Athanaſius.	84
968	53	Nicetas.	87
1000	54	N	88
1004	55	Sergius.	89
	56	Gen.ilis.	ibid.
1053	57	Joannes.	ibid
1045	58	Victor.	ibid.
1059	59	Sergius.	ibid.
1071	60	Joannes.	91
1082	61	L......	91
1094	62	Petrus.	92
1116	63	Gregorius.	94
1118	64	Marinus.	95
1177	65	Sergius.	98
1192	66	Anſelmus.	103
1215	67	Thomas.	106
1216	68	Petrus.	ibid.
1251	69	Bernardus Caracciolus.	112
1263	70	Delphinus.	113
1265	71	Ayglerius.	114
1285	72	Philippus Minutulus.	118
1302	73	Jacobus Viterbienſis.	119
1308	74	Humbertus de Monte Aureo.	120
1322	75	Matthæus Philamarin.	122
1322	76	Bertoldus Urſinus.	124
1326	77	Anibaldus de Ceccano.	125
1328	78	Joannes Urſinus.	ibid.
1359	79	Bertrandus de Meyſoneſio.	131
1363	80	Petrus de Gitaia.	ibid.
1365	81	Bernardus de Boſquetto	132
1368	82	Bernardus ſeu Bertrandus.	ibid.
1380		*Thomas Ammannatus* intruſus.	134
1388		*Guillelmus* intruſus.	135
1399		*Nicolaus de Paganis* intruſus.	ibid.
1378	83	Ludovicus Bozzutus.	137
1384	84	Nicolaus Zanaſius.	138
1389	85	Henricus Minutulus.	139
1400	86	Iordanus Urſinus.	140
1407	87	Joannes.	141
1415	88	Iacobus Rubeus.	142
1418	89	Nicolaus de Diano.	ibid.
1438	90	Gaſpar de Diano.	144
1451	91	Raynaldus Piſcicellus.	ibid.
1458	92	Iacobus Theobaldeſchus.	146
1458	93	Oliverius Carrafa.	147
1484	94	Alexander Carrafa.	150
1505	95	Bernardinus Carrafa.	152
1505	96	Vincentius Carrafa.	152
1530	97	Franciſcus Carrafa.	154
1544	98	Raynutius Farneſius.	155
1549	99	Io. Petrus Carrafa.	156
1557	100	Alphonſus Carrafa.	157
1565	101	Marius Carrafa.	158
1576	102	Paulus de Aretio.	160
1578	103	Annibal de Capua.	162
1596	104	Alphonſus Geſualdus.	167
1605	105	Octavius Aquaviva.	171
1613	106	Decius Carrafa.	174
1626	107	Franciſcus Boncompagnus.	180
1641	108	Aſcanius Philamarinus.	184
1667	109	Innicus Caracciolus.	188
1686	110	Antonius Pignatellus.	195
1691	111	Iacobus Cantelmus.	202
1703	112	Franciſcus P.gnatellus.	209

ACERRANORUM.

An. Chr.			Column.
1179	1	Bartholomæus.	217
	2	Romanus.	ibid.
1286	3	Thomas.	219
	4	Gen.ilis.	ibid.
1319	5	Guillelmus.	ibid.
1342	6	Ioannes.	ibid.
1342	7	Matthæus de Caſtro Petri.	ib.
1344	8	Henricus de Monte.	ibid.
1348	9	Raynerius.	ibid.
1362	10	Federicus.	ibid.
1363	11	Joannes.	ibid.
1394	12	Thomas.	ibid.
1403	13	Angelus de Concilio.	ibid.
1419	14	Philippus.	ibid.
1434	15	Nicolaus.	ibid.
1439	16	Nicolaus Deſcarius.	ibid.
1451	17	Beltrandus.	ibid.
1452	18	Leo Curteſius.	220
1497	19	Robertus de Noe.	ibid.
1504	20	Nicolaus d. Noe.	ibid.
1511	21	Vincentius de Corbis.	ibid.
1512	22	Ioan. de Vico.	ibid.
1527	23	Carolus de Arcoſtia.	ibid.
1535	24	Jo. Petrus Carrafa.	ibid.
1539	25	Io. Paulus de Titiis.	ibid.
1555	26	Io. Franciſcus Sanſeverinus.	221
1560	27	Io. Fabritius Sanſeverinus.	ibid.
1568	28	Ioannes Vaſquez.	ibid.
1571	29	Scipio Salernitanus.	ibid.
1581	30	Marcellus Majorana.	222
1587	31	Io. Baptiſta de Tufo.	ibid.
1603	32	Ioannes Gorrea.	ibid.
1606	33	Vincentius Paganus.	223
1644	34	Manſuetus Merotius.	224
1661	35	Placidus Carrafa.	ibid.
1674	36	Carolus de Angelo.	ibid.
1692	37	Carolus Tilli.	ibid.
1697	38	Ioſeph Rodoerius.	ibid.
1700	39	Benedictus de Noriega.	225
1717	40	Ioſeph Maria Poſitani.	ibid.

CUMANORUM.

An. Chr.			Column.
298	1	Maxentius.	227
465	2	Adeodatus.	ibid.
483	3	Miſenus.	ibid.
592	4	Liberius.	228
647	5	Barbatus.	ibid.
680	6	Petrus.	ibid.
877	7	Vital.is.	ibid.
920	8	Joannes.	ibid.
1134	9	Joannes.	ibid.
1207	10	Leo.	230

ISCLANENSIUM.

An. Chr.			Column.
1179	1	Petrus.	232
1179	2	Amenius.	ibid.
1305	3	Salvus.	ibid.

An. Chr.			Column
1306	4	Petrus:	231
1348	5	Guillelmus:	ibid.
1348	6	Thomas.	233
1359	7	Jacobus.	ibid.
1359	8	Bartholomæus de Baſulanis.	ibid.
1392	9	Paulus Strina.	234
	10	Balthaſſar Coſſa.	ibid.
1408	11	Andreas.	ibid.
1418	12	Nicolaus.	ibid.
1419	13	Laurentius de Riccis.	235
1436	14	Joannes.	ibid.
1453	15	Michael Coſal.	ibid.
1479	16	Joannes de Cico.	ibid.
1503	17	Bernardinus de Leis.	ibid.
1504	18	Donatus Strineus.	236
1534	19	Auguſtinus Faliveria.	ibid.
1548	20	Franciſcus Gutieres.	ibid.
1554	21	Virgilius Roſarius.	ibid.
1560	22	Philippus Gerini.	ibid.
1564	23	Innicus Avolus.	ibid.
1564	24	Fabius Pulveronus.	ibid.
1590	25	Innicus II. Avolos.	ibid.
1638	26	Franciſcus Tontulus.	ibid.
1663	27	Jo. Antonius de Vecchis.	237
1672	28	Hieronymus Rocca.	ibid.
1692	29	Michael Angelus Cotignola.	238
1699	30	Lucas Trapani.	240
1718	31	Jo. Maria Capycius Latro.	342

NOLANORUM.

An. Chr.			Column
254	1	S. Felix.	246
	2	S. Calionius.	247
	3	S. Aurelianus.	ibid.
	4	S. Maximus.	ibid.
310	5	S. Quintus.	ibid.
	6	S. Patrius.	249
402	7	Paulus.	ibid.
409	8	S. Paulinus.	ibid.
431	9	Paulinus II.	250
442	10	S. Deodatus.	251
	11	S. Felix.	252
482	12	Joannes Talaya:	251
	13	S. Ruffus.	252
	14	Theodoſius.	ibid.
499	15	Sirenus.	ib.
	16	S. Laurentius.	ibid.
	17	S. Paulinus III.	253
533	18	Leo.	ibid.
	19	Luperus.	ibid.
	20	Baſilius.	ibid.
	21	Leo II.	ibid.
593	22	Gaudentius.	ibid.
670	23	Damaſus.	ibid.
679	24	Aurelius.	ibid.
	25	Leo III.	Ibi.
	26	Bernardus.	254
	27	Petrus.	ibid.
	28	Joannes.	ibid
	29	Lando.	ibid.
843	30	Jacobus.	ibid.
1093	31	Saxo.	ibid.
1121	32	Guillelmus.	ibid
1143	33	Bartholomæus:	255
1179	34	Bernardus.	257
1190	35	Rufinus.	ibid.
	36	Petrus:	ibid.
1215	37	M. Petronus:	ibid.
	38	Eligius.	ibid.
1274	39	Ioannes.	ibid.
1296	40	Franciſcus Fontana:	ibi.
1296	41	Petrus Ger. 8.	258
1298	42	Lando.	ibid.
1311	43	Jacobus.	ibid.
1318	44	Petrus.	Ibid.
1331	45	Nicolaus.	ibid.
1340	46	Ligo.	Ibid.
1349	47	Nicolaus de Oferio.	258
1349	48	Franciſcus Rufulo.	258
1370	49	Franciſcus Scaccanus.	ibid
1400	50	Flamingus Minutulus.	259
1442	51	Leo de Simeone.	ibid
1460	52	Io. Antonius Buccarellus.	ibid.
1475	53	Orlandus Urſinus.	260
1505	54	Io. Franciſcus Brunus.	ibid.
1546	55	Antonius Scarampus.	ibid.
1569	56	Philippus Spinula.	261
1585	57	Fabritius Gallus.	262
1613	58	Jo. Baptiſta Lancellottus.	263
1657	59	Franciſcus Gonzaga.	264
1675	60	Philippus Cæſarinus.	ibid.
1683	61	Franciſc. Maria Moles.	ibid.
1695	62	Daniel Scoppa.	265
1704	63	Franc. Maria Carrafa.	266

PUTEOLANORUM.

An. Chr.			Column
39	1	S. Patrobas.	270
60	2	S. Celſus.	271
	3	Joannes.	272
381	4	Florentius.	ibid.
	5	Theodorus.	ibid.
449	6	Julianus.	ibid.
	7	Stephanus.	273
465	8	Claudius.	275
499	9	Aucupius.	ibid.
	10	S. Zoſimus.	ibid.
680	11	Gaudiolus.	ibid.
1030	12	Leo.	276
1119	13	Donatus.	ibid
1135	14	Maurus.	278
1153	15	Joannes.	ibid.
1187	16	M.	ibid.
1237	17	Richardus.	ibid.
1274	18	Matthæus:	279
1273	19	Angelus.	ibid.
1282	20	Franciſcus.	ibid.
1284	21	Angelus.	ibid.
1288	22	Ioannes Britus.	ibid.
1304	23	Franciſcus.	ibid.
1308	24	Nicolaus Scondicus.	ibid.
1309	25	Ioannes.	ibid.
1324	26	Guillelmus de Salone.	ibid.
1324	27	Paulinus.	ibid.
1324	28	Landulphus Capice Latro.	ibid.
1377	29	Aloyſius.	280
1380	30	Franciſcus.	ibid.
1387		*Petrus intruſus.*	ibid.
1389	31	Nicolaus.	ibid.
1391	32	Franciſcus.	ibid.
1395	33	Philippus	ibid.
1399	34	Ludovicus.	ibid.
1401	35	Simeon à Lopa.	ibid.
1401	36	Thomas Torrellos.	ibid.
1405	37	Thomas Brancaccius.	ibid.
1405	38	Laurentius de Gilotto.	281
1434	39	Matthæus Curias.	ibid.
1435	40	Laurentius.	ibid.
1447	41	Ludovicus de Conſtantio.	282
1447	42	Angelus de Conſtantio.	ib.
1465	43	Laurentius.	283
1473	44	Thomas Carrafa.	ibid.
1493	45	Pyrrhus de Azzia.	ibid.
1493	46	Iacobus Urſinus.	ibid.
1494	47	Antonius Jaconia.	ibid.
1514	48	Bernardus Bibiena.	284
1514	49	Simon de Vernaculis.	ibid.
1537	50	Carolus Borromæus.	284
1540	51	Bernardinus Caſtellarius	ib.
1542	52	Io. Matthæus Caſtaldus.	ibid.
1587	53	Leonardus Vairus.	285
1604	54	Hieronymus Bernardus de Quiros.	285
1617	55	Laurentius Mongiojus.	ibid.
1631	56	Martinus de Leon & Cardenas.	286
1653	57	Io Baptiſta Campagna.	289
1664	58	Benedictus Sanchez.	290
1675	59	Carolus de Palma.	ibid.
1684	60	Didacus Ybanez.	ibid.
1688	61	Domin. Maria Marcheſius.	ibid.
1693	62	Ioſeph Sanz.	ibid.
1697	63	Carolus Cuzzolinus.	ibid.
1699	64	Ioſeph Falces.	ibid.
1705	65	Michael Petirro.	ibid.
1713	66	Petrus Cavalcante.	ibid.

CAPUANORUM.

An. Chr.			Column
44	1	S. Priſcus.	295
	2	S. Sinotus.	296
80	3	S. Ruffus.	297
	4	S. Auguſtinus.	ibid.
303	5	S. Ariſtæus.	298
313	6	Proterius.	ibid.
314	7	Protus.	ibid.
357	8	Vincentius.	301
413	9	Memor.	ibid.
	10	Symmachus.	ibid.
418	11	Iulianus.	302
	12	S. Pamphilus.	ibid
443	13	S. Priſcus.	ibid.
461	14	Tiburtius.	305
483	15	Conſtantius.	ibid
510	16	Alexander.	ibid.
516	17	S. Germanus.	ibid.
541	18	S. Victor.	306
	19	S. Ruffinus.	307
570	20	Probinus.	308
595	21	Feſtus.	309
599	22	Baſilius.	ibid.
664	23	Gaudioſus:	ibid.
680	24	S. Decoroſus.	ibid.
700	25	S. Vitellianus.	310
	26	Authar.	ibid.
740	27	N.	311
743	28	Theodorus.	ibid.
830	29	Rodelpertus.	312
843	30	S. Paulinus.	313
851	31	Landulphus.	314
879	32	Landulphus II.	316
879	33	Laodenulphus.	319
	34	Otho.	ibid.
	35	Ugo.	ibid.
928	36	Petrus.	ibid.
943	37	Sico.	ibid
949	38	Adalbertus.	322
968	39	Ioannes.	321
974	40	Leo.	321
978	41	Gerbertus.	ibid.
982	42	Adenulphus.	ibid.
990	43	Ajo.	ibid.
993	44	Hybaldus.	320
1007	45	Pandulphus.	ibid.
1013	46	Adenulphus.	ibid.
1056	47	Nicephorus.	324
1059	48	Hildebrandus.	ibid.
1073	49	Herveus.	325
1088	50	Robertus.	ibid.
1097	51	Sennes.	ibid.
1119	52	Otho.	326
1128	53	Philippus.	ibid.
1130	54	Hugo.	ibid.
1135		*Guillelmus* intruſus.	ibid.
1138	55	Gaufridus le Roux.	ibid.
1163	56	Alphanus.	ibid.
1183	57	Matthæus.	329
1204	58	Raynaldus.	330
1221	59	Raynaldus II.	333
1225	60	Jacobus.	334
1227	61	Iacobus.	ibid.
1252	62	Marinus Philamarinus.	335

An.Chr.			Column.
1286	63	Cynthius de Pinta.	340
1291	64	Salimbene.	ibid
1296	65	Petrus Gerra.	341
1299	66	Leonardus Patraſſus.	ibid.
1300	67	Albertus.	ibid.
1301	68	Joannes de Capua.	ibid.
1304	69	Andreas Pandonus.	342
1312	70	Ingiranus Stella.	343
1334	71	Richardus de Rogerio.	344
1350	72	Vaſinus Rolandus.	ibid.
1352	73	Joannes de Porta.	345
	74	Albertus Albertinus.	Ibid.
1358	75	Reginaldus.	ibid.
1364	76	Stephanus de Sanitate.	ibid.
1380	77	Aloyſius della Ratta.	350
1382	78	Athanaſius Guindacius.	ibid.
1406	79	Philippus de Barilia.	358
1436	80	Nicolaus de Acciapacio.	353
1447	81	Jordanus Cajetanus.	ibid.
1496	82	Joannes Borgia.	355
1498	83	Joannes Lopez.	ibid.
1501	84	Jo. Baptiſta Ferrarius.	ibid.
1502	85	Hippolytus Eſtenſis.	ibid.
1502	86	Nicolaus Schomberg.	ibid.
1536	87	Thomas Caracciolus.	357
1546	88	Nicolaus Cajetanus.	ibid.
1549	89	Fabius Arcella.	358
1572	90	Cæſar Coſta.	ibid.
1602	91	Robertus Bellarminus.	360
1605	92	Antonius Cajetanus.	362
1622	93	Aloyſius Cajetanus.	ibid.
1630	94	Hieronymus Conſtantius.	ib.
1635	95	Hieronymus de Franchis.	ib.
1636	96	Camillus Melzius.	363
1661	97	Jo. Antonius Melzius.	364
1687	98	Gaſpar de Cavaleriis.	ibid.
1690	99	Jacobus Cantelmus.	365
1692	100	Ioſeph de Bononia.	ibid.
1698	101	Carolus Loffredus.	366
1703	102	Nicolaus Caracciolus.	ib.

ÆSERNENSIUM.

	1	Benedictus.	368
595	2	Sebaſtianus.	ibid.
	3	N. . . .	ibid.
758	4	Bonifacius.	392
877	5	Odelgarius.	ibid.
946	6	Landus.	393
964	7	Ardericus.	ibid.
1032	8	Gerardus.	394
1059	9	Petrus.	395
1090	10	Leo.	ibid.
1105	11	Mantua.	396
1179	12	Raynaldus.	ibid.
1218	13	Darius.	398
1230	14	Theodorus.	ibid.
1244	15	Hugo.	ibid.
1258	16	Nicolaus.	ibid.
1267	17	Henricus.	ibid.
1276	18	Matthæus.	Ibid.
1287	19	Robertus.	Ibid.
1302	20	Iacobus.	ibid.
1307	21	Petrus.	ibid.
1330	22	Henricus.	ibid
1332	23	Guillelmus.	ibid.
1348	24	Philippus Ruffinus.	399
1367	25	Paulus.	ibid.
1376	26	Nicolaus.	400
1390	27	Chriſtophorus de Maronibus.	ibid.
1390	28	Dominicus.	ibid.
1402	29	Andreas.	ibid.
1402	30	Antonius.	ibid.
1404	31	Nicolaus.	Ibid.
1413	32	Lucillus.	ibid.
1415	33	Bartholomæus de Pardo.	ib.
1418	34	Iacobus de Monte Aquila.	ib.
1470	35	Carolus Setarius.	402
1486	36	Franciſcus de Adamo.	ibid.

An.Chr.			Column.
1498	37	Conſtantius Caſtryotus.	401
1500	38	Ioannes Oliverius.	ibid.
1510	39	Maximus Corvinus.	402
1522	40	Chriſtophorus Numajus.	ib.
1524	41	Antonius Numajus.	ibid.
1528	42	Io. Baptiſta Lomellinus.	ibid.
1600	43	Paulus de Curte.	ibid.
1606	44	Alexius Gemmaoddi.	403
1611	45	Marcus Antonius Genuenſis.	ibid.
1625	46	Io. Hieronymus Campanilis.	ibid.
1626	47	Didacus Marinus.	ibid.
1637	48	Dominicus Iordanus.	ibid.
1640	49	Marcellus Stella.	404
1642	50	Hieronymus Maſcambrunus.	Ibid.
1643	51	Petrus Paulus de Ruſticis.	ib.
1653	52	Hieronymus Bollinus.	405
1657	53	Tiberius Bollinus.	ibid.
1660	54	Michael Angelus Catalanus.	ibid.
1673	55	Hieronymus Paſſarellus.	ib.
1690	56	Michael de Bononia.	ibid.
1698	57	Blaſius Tertius.	ibid.
1717	58	Io. Xaverius de Leone.	ibid.

ATINENSIUM.

63	1	S. Marcus.	407
109	2	S. Fulgentius.	418
110	3	Hilarius.	422
131	4	Urbanus.	ibid.
172	5	Lucius.	423
185	6	Salomon.	Ibid.
220	7	Domnius.	ibid.
237	8	S. Corus.	ibid.
258	9	Vigilantius.	ibid.
285	10	S. Prudentius.	ibid.
312	11	Maximus.	ibid.
337	12	Eugenius.	424
379	13	Romanus.	ibid.
462	14	Bonifacius.	425
498	15	Vindemius.	ibid.
592	16	Felix.	426
625	17	Gaudentius.	ibid.
	18	Leo.	ibid.
	19	Ioannes.	ibid.
	20	Gandulfus.	ibid.
1044	21	Leo.	ibid.
1072	22	Palumbus.	437
1087	23	Ioannes.	ibid.
1129	24	Sigebertus.	ibid.

CAIACENSIUM.

	1	Arigiſius.	441
776	2	Giſulphus.	ibid.
	3	Urſus.	ibid.
978	4	S. Stephanus.	ibid.
	5	S. Ferdinandus.	445
1024	6	Iaquintus.	Ibid.
1098	7	Conſtantinus.	ibid.
1106	8	Petrus.	Ibid.
1107	9	Thomas.	446
1117	10	Urſus.	ibid.
1133	11	Statius.	ibid.
1155	12	Vuillelmus.	ibid.
1168	13	Ioannes.	447
1175	14	Guillelmus.	Ibid.
1183	15	Roſſerius, ſeu Goffredus.	ibid.
1198	16	Urſus.	ibid.
1238	17	Iacobus.	ibid.
1253	18	Nicolaus.	ibid.
1272	19	Andreas.	ibid.
1274	20	Ioannes.	ibid.
1276	21	Andreas.	ibid.
1283	22	Gualdus.	448
1294	23	Petrus.	ibid.
1308	24	Ioannes.	ibid.

An.Chr.			Column.
1311	25	Thomas de Paſchaſio.	448.
1333	26	Ioannes Muctula.	449
1361	27	Rogerius.	ibid.
1368	28	Gregorius.	ibid.
1372	29	Franciſcus.	ibid.
1381	30	Martinus.	450
1383	31	Bartholomæus.	ibid.
1391	32	Ioannes de Gattulis.	ibid.
1393	33	Franciſcus.	ibid.
1404	34	Andreas Siratus.	ibid.
1422	35	Ioannes.	ibid.
1445	36	Antonius de Henrico.	ibid.
1472	37	Iulianus Mirtus.	ibid.
1480	38	Iacobus de Lutiis.	451
1507	39	Oliverius Carrafa.	ibid.
1507	40	Vincentius Maffa.	ibid.
1517	41	Andreas de Valle.	452
1520	42	Bernardinus de Chiero.	ibid.
1522	43	Vianeſius de Albergatis.	ibid.
1528	44	Aſcanius Pariſanus.	453
1529	45	Antonius Maria de Monte.	ibid.
1529	46	Alexander Myrtus.	ibid.
1537	47	Fabius Mirtus.	ibid.
1572	48	Octavius Mirtus.	454
1592	49	Horatius Aquaviva.	455
1617	50	Paulus Philamarinus.	456
1623	51	Benedictus de Sio.	459
1641	52	Sigiſmundus Thaddæus.	ib.
1648	53	Franciſcus Perronus.	ibid.
1657	54	Ioſeph Petagna.	460
1679	55	Iacobus Villani.	ibid.
1692	56	Franciſcus Boneſana.	ibid.
1696	57	Maioranus Tiliolus.	Ibid.
1718	58	Iacobus Falconius.	ibid.

CARINOLENSIUM.

1072	1	Ioannes.	462
1100	2	S. Bernardus.	ibid.
1213	3	Giroldus.	468
1221	4	N.	ibid.
1233	5	N.	ibid.
1250	6	P.	ibid.
1252	7	Stephanus.	ibid.
1270	8	Bertheratinus.	ibid.
1290	9	Paulus.	ibid.
1291	10	Robertus.	ibid.
1304	11	Joannes.	ibid.
1315	12	Petrus.	ibid.
1325	13	Joannes.	ibid.
1326	14	Petrus.	ibid.
1330	15	Nicolaus.	469
1333	16	Bonagiunta.	ibid.
1347	17	Bernardus Aggerius.	ibid.
1359	18	Joannes.	Ibid.
1363	19	Richardus de Tedaldis.	ibid.
1365	20	Marinus.	ibid.
1365	21	Julianus, vel Jubinus.	Ibid.
1388	22	Joannes.	ibid.
1403	23	Martius.	ibid.
1410	24	Iacobus de Guillelmo.	ibid.
1446	25	Carolus Sforzatus.	ibid.
1481	26	Franciſcus Graſſulus.	470
1481	27	Stabilis Zarillus.	ibid.
1486	28	Ioannes.	ibid.
1501	29	Petrus.	ibid.
1510	30	Io. Antonius Orpheus.	Ibid.
1518	31	Io. Franciſcus de Anna.	ibid.
1521	32	Io. Ferdinandus de Anna.	471
1530	33	Ioannes Canutus.	ibid.
1535	34	Thaddæus Pepulus.	ibid.
1549	35	Bartholomæus Capranica.	ib.
1571	36	Siatus Diutiolus de Arena.	ibid.
1578	37	Meliadux Suicus.	ibid.
1583	38	Nicolaus Ant. Vitellius.	ibid.
1594	39	Ioannes Vitellius.	ibid.
1611	40	Archangelus de Rubeis.	ibid.
1619	41	Alexander Boſchus.	472

An.Chr. Columna.
1612 42 Antonius Bonſilius. 475
1614 43 Honuphrius Serſalius. ibid.
1640 44 Hieronymus Cavsſilice. ibid.
1664 45 Paulus Ayrolus. ibid
1703 46 Alphonſus Caprilianus. 473
1706 47 Antonius Maria. ibid.
1718 48 Domin. Antonius Cyril-
lus. ibid.

CALVENSIUM.

1094 1 N. 477
1141 2 Petrus. ibid
1174 3 Tancredus. ibid
1238 4 N. ibid
1249 5 Odoardus. ibid.
1260 6 Palmerius. 478
1272 7 Gregorius. ibid
1301 8 Henricus. ibid.
1324 9 Ioannes. ibid.
1325 10 Petrus. ibid.
1331 11 Thaddæus. ibid.
1332 12 Ioannes. ibid
1343 13 Stephanus. ibid.
1348 14 Ioannes. ibid
1348 15 Petrus de Brina. ibid.
1362 16 Raynaldus. ibid.
17 Antonius. ibid.
18 Robertus. ibid.
1395 19 Ioannes. ibid.
1395 20 Bartholomæus. ibid.
1403 21 Stephanus Gobernus. ibid
1413 22 Antonius Gallucius. ibid.
1415 23 Antonius Delfede. ibid
1443 24 Angelus Mazziottus. 479
1466 25 Antonius. ibid.
1495 26 Angelus Marotta. ibid
1504 27 Mauellus Iannotius. ibid.
1505 28 Marthæus Urſinus. ibid
1512 29 Gabriel de Urſinis. ibid.
1519 30 Io Antonius Galla. ibid.
1543 31 Bernardinus Laurentius
Spada. ibid.
1544 32 Marinus de Ianuarlis. 480
1544 33 Beliſarius Gambara. ibid.
1551 34 Gaſpar Foſſa. ibid.
1560 35 Iulius Magnoaua. ibid.
1566 36 Paulus de Bacio. ibid.
1575 37 Aſcanius. ibid.
1575 38 Scipio. ibid
1582 39 Fabius Marania. ibid.
1619 40 Gregorius de Bubalo. 481
1613 41 Ianuarius Philamarinus. ib.
1650 42 Franciſcus Maria Falcuc-
cius. 482
1661 43 Vincentius Carrafa. ibid.
1679 44 Vincentius de Sylva. ibid.
1703 45 Io Baptiſta Caracciolus. ibid.

CASERTANORUM.

1113 1 Ranulphus. 473 duplex.
1119 2 Nicolaus. 479
1155 3 Ioannes. 480
1178 4 Porphyrius. ibid.
5 Stabilis. 482
6 Roggerus. ibid.
1217 7 I. ibid.
1224 8 Andreas. ibid.
1260 9 Andreas. 484
1268 10 Philippus. ibid.
1279 11 Nicolaus de Flore. 485
1285 12 Secundus. ibid.
1290 13 Azo. 486
1319 14 Antonius. 489
1324 15 Benvenutus. ibid.
1345 16 Nicolaus. 501
1350 17 Iacobus. ibid.
1368 18 Franciſcus. 502
1393 19 Ioannes. 507

An.Chr. Columna.
1397 20 Ludovicus. 507
1413 21 Ludovicus Lando. ibid.
1415 22 Lugerius. ibid
1415 23 Ioannes de Accreſta. ibid.
1450 24 Stephanus de Rabo. 508
1453 25 Ioannes. ibid.
1459 26 Ciccus. ibid.
1576 27 Ioannes de Leonibus. ibid.
1493 28 Io. Baptiſta de Petruciis 509
1514 29 Io Baptiſta Bonciannus. 510
1533 30 Petrus Lambertus. 511
1548 31 Hieronymus Verallus. 512
1544 32 Hieronymus Dandinus. ibid.
1546 33 Martius Cerbonius. ibid.
1549 34 Bernardinus Maffæjus. ibid
1549 35 Fedéricus Cæſius. ibid.
1552 36 Antonius Bernardus. ibid.
1554 37 Agapitus Belbomo. 513
1594 38 Benedictus Mandina. ibid.
1604 39 Deodatus Gentilis. 514
1616 40 Antonius Diaz. ibid.
1626 41 Ioſeph à Cornea. ibid.
1637 42 Fabritius Suardus. ibid
1639 43 Antonius Ricciullus. ibid.
1642 44 Brunorus Sciamanna. 515
1647 45 Bartholomæus Criſconius. ib
1660 46 Io Baptiſta Ventrilia. ibid.
1663 47 Ioſeph de Auxilio. 516
1669 48 Bonaventura Caballus. ibid.
1690 49 Hippolytus Berarduc-
cius. 518
1696 50 Ioſeph Schinoſi. 529

SVESSANORVM.

499 1 Fortunatus. 535
2 Riſus. ibid.
3 Iacobus. ibid.
998 4 Ioannes. ibid.
1032 5 Benedictus. ibid.
1071 6 Milo. ibid.
1113 7 Ioannes. 537
1126 8 Gaufridus. ibid.
1144 9 Robertus. ibid.
1171 10 Erveus. ibid.
1222 11 Pandulfus. ibid.
1250 12 Ioannes. ibid.
1284 13 Robertus de Aſprello. ibid.
1297 14 Guido. 538
1306 15 Robertus. ibid.
1309 16 Bertraodus. ibid.
1323 17 Iacobus Matriius. ibid.
1330 18 Ioannes de Paulo. ibid.
1337 19 Hugo. 539
1343 20 Alexander de Miro. ibid.
1350 21 Iacobus Petruccius. ibid.
1358 22 Henricus de Grandoni-
bus. ibid.
1363 23 Matthæus de Brunia. 540
1383 24 Philippus de Toralto. ibid.
1392 25 Antonius. 541
1402 26 Dominicus. ibid.
1418 27 Gentilis. ibid
1423 28 Ioannes ex Com. Taglia-
cotii. ibid.
1426 29 Iacobus Martini. ibid.
1462 30 Angelus Gerardinus. ibid.
1486 31 Petrus vel Pyrrhus Ajoſ-
ſa. 544
1493 32 Ioannes Foracapra. ibid.
1499 33 Martinus Zappata. ibid
1505 34 Franciſcus de Sinibaldis. 545
1516 35 Franciſcus Guattaferrua. ib.
1543 36 Tiberius Criſpus. ibid.
1546 37 Bartholomæus Albanus. ibid.
1552 38 Galeatius Florimontius. ibid.
1566 39 Ioannes Placidus. ibid.
1591 40 Alexander Riccardus. 546
1604 41 Fauſtus Rebalius. ibid
1624 42 Vlyſſes Gherardinus. ibid

An.Chr. Columna.
1670 43 Thomas de Aquino. 547
1705 44 Raphael Maria Philamon-
dus ibid.
1706 45 Franciſcus Gori. ibid.
1718 46 Aloyſius Maria Macedo-
nius. ibid.

THEANORVM.

333 1 S. Paris. 549
346 2 S. Amaſius. ibid.
356 3 S. Vrbanus. 551
850 4 Lupus. ibid.
860 5 Hilarius. ibid.
826 6 Stephanus. ibid.
870 7 Leo. ibid.
884 8 Angelarius. ibid.
1006 9 Sandrarius. 552
1059 10 Arduinus. ibid.
1071 11 Guillelmus. ibid.
1136 12 Pandulphus. ibid.
1144 13 Raul. ibid.
1171 14 Petrus. ibid.
1193 15 Theodinus. 556
1229 16 Roffridus. 569
1254 17 Hugo. ibid.
1274 18 Guillelmus. ibid.
1295 19 Nicolaus. ibid.
1309 20 Adenulphus. ibid.
1310 21 Goffridus de Gallutio. ibid.
1338 22 Petrus. ibid.
1343 23 Homodeus. ibid.
1349 24 Bartholomæus de Papa-
zurris. 570
1353 25 Marinus de Iudice. ibid.
1363 26 Ioannes Marini. ibid.
1363 27 Franciſcus. ibid.
1369 28 Thomas de Porta. ibid.
29 Alexander. 571
1388 30 Antonius. ibid.
1393 31 Nicolaus de Diano. ibid.
1409 32 Ioannes. ibid.
1412 33 Gaſpar de Diaon. ibid.
1418 34 Io. Chriſtophorus Criſpo-
nus. 572
1443 35 Marinus de Belinzo. ibid.
1459 36 Nicolaus Fortiguerra. ibid.
1474 37 Vrſus de Vrſinis. 573
1508 38 Franciſcus Borgia. ibid.
1508 39 Franciſcus Borgia. ibid.
1531 40 Ioannes Salviatus. ibid.
1335 41 Antonius Maria Sarto-
rius. ibid.
1537 42 Hieronymus Nicheſolus. ib.
1566 43 Archangelus Blancus. 574
1575 44 Io Paulus Marincola. ibid.
1588 45 Vincentius Branchaleo. 575
1588 46 Vincentius Seraphinus. ibid.
1615 47 Angelus de Ciaja. ibid.
1617 48 Michael Angelus Sergoſa. ib.
1623 49 Ovidius Lupari. ibid.
1627 50 Ioannes de Guevara. ibid.
1642 51 Mutius de Roſis. ibid.
1654 52 Paolus Squillantes. ibid.
1663 53 Octavius Boldonus. 576
1681 54 Ioſeph Nicol. Gibertus. 577
1689 55 Dominicus Pacificus. 578
1718 56 Ioſephus de Puteo. 579

VENAFRI.

499 1 Conſtantius. 583
1032 2 Gerardus. ibid.
1059 3 Petrus. ibid.
4 Leo. ibid.
1113 5 Maurus. ibid.
1179 6 Raynaldus. ibid.
1230 7 N. 584
1239 8 R. ibid.
1250 9 Raynaldus. ibid.
1290 10 Ioannes. ibid.

An.Chr. Column.
1295 11 Andreas. 584
1299 12 Iordanus. ibid.
1300 13 Docibilis. ibid.
1301 14 Peregrinus. ibid.
1306 15 Sparanus. ibid.
1316 16 Petrus. ibid.
1318 17 Ioannes Goccus. ibid.
1348 18 Petrus. ibid
1366 19 Guido. ibid.
1394 20 Nicolaus: 585
1396 21 Rogerius. ibid.
1399 22 Andreas Flaſcone: ibid.
1420 23 Carolus Anchamonus. ibid.
1427 24 Antonius Mancinus. ibid.
1465 25 Ioannes Gatiula. ibid.
1471 26 Angelus de Alberto. ibid.
1504 27 Riccomannus de Buffalinis. ibid.
1528 28 Hieronymus Grimaldus. 586
1536 29 Bernardinus de Soria. ibid.
1548 30 Io. Baptiſta Caracciolus. ibid.
1557 31 Io. Antonius Carrafa. ibid.
1558 32 Andreas Matthæus Aquaviva. ibid.
1573 33 Horatius Caracciolus. 587
1581 34 Ladislaus de Aquino. ibid.
1621 35 Octavius Urſinus. ibid.
1632 36 Vincentius Martinellus. 588
1635 37 Hyacinthus Cordella. ibid.
1667 38 Sebaſtianus Leopardi. ibid.
1670 39 Nicolaus Cingoi. 589
1690 40 Carolus Nicolaus de Maſſa. Ibid
1717 41 Matthias Ioccia. ibid.

SURRENTINORUM.

450 1 N. 595
450 2 S. Renatus. ibid.
453 3 S. Valerius. 598
499 4 Roſarius. ibid.
580 5 Ioannes. 598
599 6 Amandus. ibid.
617 7 Athanaſius. 599
645 8 Agapitus. ibid.
660 9 S. Baculus Brancaccius. 603
680 10 Iaquinτus. 607
830 11 Philippus. 602
870 12 Stephanus. ibid.
968 13 Leopardus. ibid.
14 Sergius. ibid.
15 N. ibid.
16 Iacobus. ibid.
1059 17 Ioannes. ibid.
1110 18 Barbatus. ibid.
1142 19 Urſus. 609
1196 10 Alferius. ibid.
1230 21 Petrus. 618
1251 22 Petrus. ibid.
1266 23 Ludovicus de Alexandro. 612
1278 24 Ioannes de Maſtro Iudice. ibid.
1285 25 Marcus Mirabellus. ibid.
1306 26 Franciſcus. ibid.
1320 27 Riccardus. ibid.
1310 28 Matthæus de Capua. ibid.
1341 29 Petrus. 613
1341 30 Andreas Serſale. ibid.
1349 31 Petrus. ibid.
1360 32 Guillelmus. ibid.
1378 33 Franciſcus. ibid.
1390 34 Robertus Brancia. ibid.
1410 35 Angelus. 614
1413 36 Bartholomæus de Miſerata. ibid.
1423 37 Bernardus Caracciolus. ibid.
1440 38 Bartholomæus. ibid.
1440 39 Antonius. ibid.
1442 40 Demetrius Falangola. ibid.

An.Chr. Column.
1453 41 Matthæus Brancia. 615
1470 42 Dominicus Falangola. ibid.
1470 43 Scipio Cicinellus. ibid.
1476 44 Iacobus de Sanctis. 617
1480 45 Nardus Mormile. 619
1493 46 Menelaus de Ianuariis. ibid
1499 47 Aloyſius Mormile. 610
1501 48 Franciſcus Romelinus. ibid.
1512 49 Gibertus Romelinus. ibid.
1525 50 Philippus de Strozzis. ibid.
1530 51 Florentius Coquerel. 621
1545 52 Bernardinus Silvius Piccolomineus. ibid.
1552 53 Bartholomæus Albanus. ibid.
1558 54 Iulius Paveſius. 622
1571 55 Lælius Brancaccius. ibid.
1574 56 Ioſeph Donzellus. 623
1588 57 Mutius Bonjoannes. ibid.
1591 58 Carolus Baldinus. 624
1598 59 Hieronymus Provenzalis ibi.
1612 60 Io. Antonius Angriſanus. 615
1641 61 Antonius del Pezzo. ibid.
1659 62 Paulus Suardus. 626
1680 63 Didacus Petra. 627
1699 64 Philippus Anaſtaſius. 628

AQUENSIUM

ſive Vico-Aquenſium:

1300 1 Ioannes Ciminus. 631
1301 2 Landulphus. 632
1306 3 Petrus. ibid.
1324 4 Ioannes. ibid.
1330 5 Teſſelinus Fontana. ibid.
1343 6 Ioannes. ibid.
1343 7 Cæſarius Planola. ibid.
1348 8 Iacobus. ibid.
1393 9 Ludovicus. ibid.
1393 10 Riccardus Gattula. ibid.
1414 11 Galiardus. ibid.
1412 12 Ioannes Longus. ibid.
1451 13 Salvator Muſca. ibid.
1494 14 Matthæus. 633
1494 15 Ptolomæus de Ptolomæis. ib.
1520 16 Ferdinandus Marcheſius. ib.
1541 17 Nicolaus Sicardus. ibid.
1558 18 Dominicus Caſablanca. ibid.
1564 19 Antonius Sagra. ibid.
1582 20 Conſtantinus Lanoy. ibid.
1583 21 Paulus Regius de Urſeolis. ib.
1607 22 Aloyſius de Franchis. 635
1615 23 Hieronymus Sarrianus. ibid.
1627 24 Aloyſius Riccius. 636
1643 25 Alexander Rauſius. ibid.
1647 26 Thomas Imperatus. 637
1657 27 Io. Baptiſta Rapuccius. ibid.
1688 28 Franciſcus Verde. 638
1700 29 Thomas de Aquino. 642

LUBRENSIUM

ſive Maſſæ-Lubrenſis.

1120 1 N. 645
1289 2 Petrus. ibid.
1303 3 Franciſcus. ibid.
1315 4 Franciſcus. 646
1340 5 Mageſius. ibid.
1348 6 Paulus Soderinus: ibid.
1351 7 Ioannes. ibid
1433 8 N. ibid.
1434 9 Baſtinus. ibid.
1466 10 Iacobus Scannapecus. ibid.
1506 11 Hieronymus Caſtaldus. ibid.
1521 12 Petrus de Marcheſiis. 646
1544 13 Hieronymus Borgius. ibid.
1545 14 Io. Baptiſta Borgius. 647
1560 15 Andreas Bellonus. 648
1581 16 Ioſeph Pharaoneus. ibid.

An.Chr. Columo.
1581 17 Jo. Baptiſta à Palma. 648
1605 18 Laurentius Aſprella. 649
1605 19 Auguſtinus Quintius. ibid.
1611 20 Hector Gironda. ibid.
1626 21 Mauritius Centinus. ibid.
1632 22 Alexander Gallus. 650
1645 23 Jo. Vincentius de Juliis. ib.
1672 24 Franc. Maria Nerius. 651
1678 25 Andreas Maſſarenga. ibid.
1685 26 Jo. Bapt. Nepera. ibid.
1701 27 Jacobus Maria de Rubeis. 654

STABIENSIUM

ſive Caſtri-Maris.

499 1 Urſus. 656
600 2 Laurentius: ibid.
649 3 Lubentius. ibid.
817 4 S. Caſellus. ibid.
900 5 Sergius. 657
982 6 Stephanus. ibid.
1110 7 Gregorius. ibid.
1120 8 Sergius. ibid.
1142 9 Joannes. ibid.
1166 10 Palmerius. ibid.
1283 11 Theobaldus. 659
1309 12 Andreas. 660
1326 13 Petrus. ibid.
1316 14 Landulphus Caracciolus. ib.
1325 15 N. ibid.
1334 16 P. . . . ibid.
1343 17 Guillelmus. ibid.
1358 18 Petrus. ibid.
1360 19 Matthæus de Alaneo. ibid.
1366 20 Joannes. ibid.
1370 21 Paulus. 661
1370 22 Marinus de Judice. ibid.
1380 23 Hugo. ibid.
1383 24 Julianus. ibid.
1391 25 Gentilis de Tuſto. ibid.
1393 26 Antonius Arcomanus. ibid.
1399 27 Jacobus de Galluccio. ibid.
1402 28 Marinus de S Agatha. ibid.
1421 29 Alexius Certa. ibid.
1442 30 Felix. ibid.
1447 31 Ludovicus Certa. ibid.
1447 32 Nicolaus Amphora. ibid.
1469 33 Antonius Flores. 662
1510 34 Petrus Flores. ibid.
1537 35 Joannes Fonſeca. ibid.
1562 36 Antonius Laureus. ibid.
1577 37 Lodovicus de Majoranis. 663
1591 38 Joannes Mirus. ibid.
1599 39 Victorinus Manſus. ibid.
1600 40 Hieronymus Bernardus de Quiros. ibid.
1605 41 Hippolytus Riva. ibid.
1627 42 Annibal Maſcambrunus. ib.
1645 43 Andreas Maſſa. ibid.
1651 44 Clemens del Pezzo. ibid.
1655 45 Joannes Paredes. 665
1662 46 Petrus Gambacurta: ibid.
1676 47 Laurentius Caramuel. ibid.
1678 48 Salvator Scaglione. 666
1682 49 Franciſcus Mendietta. ibid.
1684 50 Annibal de Petropaulo. ib.
1713 51 Blaſius de Dura. ibid.

THEATINORUM.

1 S. Juſtinus. 672
499 2 Quintius. 678
594 3 Barbatus. ibid.
840 4 Theodoricus 679
844 5 Lupus. 682
853 6 Petrus. ibid.
880 7 Theodoricus. 622
904 8 Attinulphus. 683

An. Chr.			Column.
964	9	Rimo.	683
965	10	Luidinus.	ibid
	11	Lupus.	684
1049	12	Arnulphus.	ibid.
1056	13	Actus.	686
1073	14	Teuzo.	696
1087	15	Raynulphus.	ibid.
1107	16	Rogerius.	702
1107	17	Guillelmus.	ibid.
1118	18	Andreas.	703
1118	19	Geraadus.	ibid.
1125	20	Atto.	705
1130	21	Ruſticus.	ibid.
1140	22	Robertus.	706
1150	23	Alandus.	ibid.
1173	24	Andreas.	707
1191	25	Petrus.	712
1192	26	Bartholomæus.	ibid.
1227	27	Rayoaldus de Aquino.	724
1234	28	Gregorius de Bolo.	725
1252	29	Landulphus.	726
1253	30	Alexander de Capua.	727
1261	31	Nicolaus de Foſſa.	728
1282	32	Thomas.	731
1292	33	Guillelmus.	734
1295	34	Raynaldus.	ibid
1303	35	Matthæus.	738
1303	36	Petrus.	ibid.
1321	37	Raymundus de Muſacco.	739
1326	38	Ioannes Criſpanus.	740
1336	39	Petrus Ferrus.	ibid.
1336	40	Beltraminus Paravicinus	741
1340	41	Guillelmus Capoferius.	ib.
1352	42	Benedictus Columna.	742
1353	43	Bartholomæus de Papazurris.	743
1363	44	Vitalis.	744
1373	45	Elezarus de Sobrann.	745
1378	46	Ioannes de Comina.	748
1396	47	Guillelmus Carbonus.	749
1419	48	Nicolaus de Vivianis.	750
1429	49	Marinus de Tocco.	751
1438	50	Io Baptiſta de Bruna.	ibid.
1445	51	Colantonius Valignanus.	752
1488	52	Alphonſus de Aragonia.	753
1496	53	Iacobus de Bacio.	ibid.
1499	14	Oliverius Carrafa.	ibid.
1501	55	Bernardinus Carrafa.	ibid.
1505	56	Io. Petrus Carrafa.	754
1516	57	Felix Trophinus.	755
1528	58	Guido Medices.	759
1537	59	Io. Petrus Carrafa.	760
1549	60	Bernardinus Maffæus.	ibid
1553	61	M. Antonius Maffæus.	ibid
1568	62	Ioannes Oliva.	761
1577	63	Hieronymus de Leonibus	ib.
1580	64	Cæſar Buldragus.	ibid.
1585	65	Io. Baptiſta Caſtruccius	762.
1591	66	Horatius Samioiatus.	763
1592	67	Matthæus Samioiatus.	ibid
1604	68	Anſelmus Marzatus.	766
1607	69	Horatius Maffejus.	ibid.
1609	70	Vulpianus Vulpiua.	ibid.
1616	71	Paulus Tolola.	767
1618	72	Marſilius Perutius.	768
1631	73	Antonius Sanctaerucius.	769
1638	74	Stephanus Saulius.	ibid.
1649	75	Vincentius Rabatta.	770
1654	76	Angelus Maria Cina.	ibid.
1657	77	Modeſtus Gavazius.	ibid
1659	78	Nicolaus Radulovich.	ibid.
1703	79	Vincentius Capycius.	771

ORTONENSIUM

1570	1	Io Dominicus Rebiba.	781
1596	2	Alexander Buccabarilis.	ib
1624	3	Antimus de Actis.	782
1640	4	Franciſcus Antonius Blondus.	783
1644	5	Alexander Creſcentius.	783
1653	6	Carolus Bonafaccia.	ibid.
1675	7	Ioannes Veſpula.	ib.
1717	8	Ioſeph Falconius.	785

ANSANENSIUM

ſive Lancianenſium

1515	1	Angelus Maccaſanus.	789
1532	2	Aegidius Viterbien.	790
1533	3	Michael Fortinus.	ibid.
1540	4	Io de Salazar.	ibid
1556	5	Pompejus Piccolomineus.	ibid.
1562	6	Leonardus Marinus.	ibid.
1568	7	Hector Piſcicellius.	791
1570	8	Antonius à S. Michele.	ibid.
1579	9	Marius Bolognınus.	792
1588	10	Paulus Taſſus.	ibid.
1609	11	Laurentius Galatina.	793
1618	12	Franciſcus Romerus.	ibid.
1622	13	Andreas Gervaſius.	ibid.
1669	14	Alphonſus Alvarea Barba.	794
1675	15	Franciſcus Ant. Carrafa.	ibid.
1688	16	Emanuel de la Torre.	ibid.
1695	17	Ioannes Monreale.	ibid
1697	18	Barnabas de Caſtro.	ibid.
1701	19	Ioannes Vva.	ibid.
1719	20	Antonius Paremò.	ibid:

COMPSANORUM

	1	Pelagius.	808
967	2	Petrus.	ibid.
1087	3	Leo.	809
1103	4	Gregorius.	810
1123	5	R.	ibid.
1169	6	S. Herbertus.	811
1184	7	Geavaſius.	812
1200	8	Pantaleo.	ibid.
1225	9	Andreas.	814
1254	10	Nicolaus de Bonifaciis.	815
1274	11	Andreas de Alberto.	ibid
1278	12	Stephanus de Orinigo.	ibid.
1289	13	Laurentius Blondi.	ibid.
1296	14	Adenulphus.	ibid.
1300	15	Conſilius Gaetus.	816
1327	16	Leo de Monticulo.	ibid.
1334	17	Petrus.	ibid.
1346	18	Laurentius.	ibid.
1351	19	Philippus.	ibid.
1359	20	Bartholomæus.	ibid.
1390	21	Melius.	818
1422	22	Nicolaus.	ibid.
1622	23	Gaſpar de Diano.	ibid.
1438	24	Latious Vaſious.	ibid.
1439	25	Raymundus.	819
1456	26	Ioannes de Comitibus.	ibid.
1484	27	Nicolaus Gratus de Comitibus.	idid.
1494	28	Franciſcus de Comitibus.	ibid
1517	29	Camillus Geſualdus.	820
1535	30	Andreas Matthæus Palmerius.	ibid.
1535	31	Trojanus Geſualdus.	ibid.
1539	32	Nicolaus Cajetanus.	ibid.
1552	33	Marcellus Creſcentius.	ibid.
1552	34	Ambroſius Catharinus.	ibid.
1553	35	Hieronymus Muzzarellus.	822
1563	36	Alphonſus Geſualdus.	ibid.
1572	37	Salvator Caracciolus.	824
1574	38	M. Antonius Piſcara.	ibid.
1587	39	Scipio Geſualdus.	825
1608	40	Bartholomæus Cæſius.	ibid.
1614	41	Curtius Coccius.	ibid.
1622	42	Fabius de Leguniſſa.	ibid
1645	43	Hercules Rangonus.	826
1651	44	Fabrizio Campana.	ibid.
1668	45	Iacobus Lentlus.	ibid.
1673	46	Paulus Caravita.	ibid.
1682	47	Cajetanus Caracciolus.	827
1716	48	Franciſcus Nicolai.	828

S. ANGELI

de Lombardis.

1179	1	Thomas.	830
1346	2	Laurentius.	ibid.
1347	3	Petrus.	ibid.
1348	4	Robertus.	ibid.
1359	5	Petrus Fabri.	ibid.
1398	6	Alexander.	ibid.
1398	7	Petrus.	ibid.
1418	8	Antonius de Baglerta.	ibid.
1427	9	Petrus de Agello.	ibid.
1448	10	Poſſulus.	ibid.
1477	11	Iacobus.	ibid.
1677	12	Michael.	ibid.
1485	13	Odoardus Ferro.	831
1492	14	Blaſius de Lucha.	ibid.
1513	15	Raynaldus de Cancellariis.	ibid.
1542	16	Valerius de Cancellariis.	834
1574	17	Petrus Antonius de Vicedominis.	ibid.
1580	18	Io. Baptiſta Petralata.	ibid.
1585	19	Antonellus Fulgure.	ibid.
1591	20	Flaminius Turricella.	ibid.
1601	21	Gaſpar Paluſius.	ibid.
1614	22	Franciſcus Diotallevius.	835
1622	23	Hercules Rangonus.	ibid.
1645	24	Gregorius Coppinus.	ibid.
1646	25	Alexander Salzilla.	ibid.
1646	26	Ignatius Ciaotes.	ibid.
1662	27	Thomas Roſa.	ibid.
16 0	28	Io Baptiſta Nepita:	836
1685	29	Ioſeph Maſtilloneus.	ibid.

BISACIENSIUM.

1179	1	Richardus.	836
1254	2	Laudatus.	ibid.
1265	3	Zacharias.	837
1288	4	Benedictus.	ibid.
	5	Manfredus.	ibid.
1310	6	Franciſcus.	ibid.
1328	7	Iacobus.	ibid.
1329	8	Ioannes.	ibid.
1329	9	Franciſcus de Beragno.	ibid.
1351	10	Nicolaus.	ibid.
	11	Benedictus Columna.	ibid.
1364	12	Ioannes.	ibid.
1365	13	Conſtantinus.	ibid.
1369	14	Stephanus.	ibid.
1369	15	Franciſcus de Capice.	ibid.
1380	16	Nicolaus.	ibid.
1410	17	Ioan. Angelus.	ibid.
1428	18	Guillelmus.	ibid.
1450	19	Petruccius de Migliolo.	ibid.
1487	20	Martinus.	ibid.
1487	21	Bernardinus Barbianus.	ibid.
1513	22	Gaſpar de Corbara.	838
1518	23	Nicolaus Vulpe.	ibid.

LAQUEDONENSIUM.

1179	1	Angelus.	839
1265	2	Antonius.	ibid.
1275	3	Rogerius.	ibid.
1345	4	Nicolaus.	ibid

1345

An. Chr.			Column.
1345	5	Franciſcus de Marinis.	839
1381	6	Paulus de Maſſaneis.	ibid.
1386	7	Antonius.	ibid.
1392	8	Guillelmus.	ibid.
1396	9	Joannes.	ibid.
1399	10	Jacobus de Marzia.	ibid.
1403	11	Adenolphus.	ibid.
1418	12	Jaquinus.	ibid.
1425	13	Nicolaus.	ibid.
1428	14	Antonius de Cozza.	ibid.
1452	15	Joannes.	ibid.
1452	16	Jacobus de Cavalins.	ibid.
1471	17	Petrus.	ibid.
1481	18	Joannes de Porcariis.	ibid.
1489	19	Nicolaus de Rubinis.	ibid.
1506	20	Antonius de Dura.	ibid.
1538	21	Antonius Sanſeverinus.	ibid.
1538	22	Scipio de Dura.	840
1551	23	Paulus Capellettus.	ibid.
1564	24	Franciſcus Carduccius.	ibid.
1584	25	Marcus Pedacca.	ibid.
1602	26	Joannes Paulus Palenterius.	ibid.
1606	27	Jacobus Candidus.	ibid.
1608	28	Jo. Hieronymus Campanilis.	841
1625	29	Ferdinandus Brunus.	ibid.
1649	30	Jo. Jacobus Chriſtophorus.	ibid.
1649	31	Ambroſius Viola.	842
1651	32	Jacobus Jordanus.	ibid.
1663	33	Petrus Anton. Capoblancus.	ibid.
1672	34	Benedictus Bartolus.	ibid.
1684	35	Jo. Baptiſta Morea.	ibid.
1718	36	Januarius Scalea.	843

Ao. Chr.		MURANORUM.	Columno.
1059	1	Euſtachius.	844
1102	2	Gaudinus.	ibid.
1169	3	Robertus.	ibid.
1213	4	Monteguidonus.	ibid.
1217	5	Ioannes.	845
1269	6	N.	ibid.
1273	7	Palermus.	ibid.
1322	8	Nicolaus.	ibid.
1332	9	Matthæus.	ibid.
1343	10	Nicolaus.	ibid.
1345	11	Henricus Mari.	ibid.
1349	12	Guillelmus.	ibid.
1356	13	Iacobus.	ibid.
1364	14	Dominicus.	846
1376	15	Antonius.	ibid.
1405	16	Guillelmus.	848.
1405	17	Ioannes de Panella.	ibid.
1418	18	Guiduccius de Porta.	ibid.
1423	19	Ioannes de Sancto Felice.	ib.
1443	20	Barnabas de Molina.	ibid.
1464	21	Andreas.	ibid
1464	22	Meolus de Maſcambrunis.	849
	23	Severus Petruccius.	ibid.
1477	24	Simon.	ibid.
1490	25	Guidarus.	ibid.
1508	26	Nicolaus Antonius de Piſcibus.	ibid.
1521	27	Antonius Camillus de Piſcibus.	ibid.
1521	28	Cæſar Angelus Carpanus.	ib.
1527	29	Matthæus de Griſontibus.	ib.
1540	30	Aſcanius Pariſanus.	ibid.
1541	31	Silverius de Petrucciis.	ibid.

Ao. Chr.			Column.
1560	32	Flavius Urſinus.	850
1562	33	Phileſios Cittadinus.	ibid.
1575	34	Iulius Riccius.	ibid.
1575	35	Daniel.	ibid.
1585	36	Vincentius Petrolinus.	ibid.
1606	37	Thomas Confectus.	ibid.
1630	38	Clemens Confectus.	ibid.
1643	39	Io. Carolus Coppola.	ibid.
1652	40	Aſcanius Ugolinus.	ibid.
1660	41	Franciſcus Maria Annonius.	851
1674	42	Alphonſus Pucellus.	ibid.
1703	43	Andreas Sarnellius.	852
1707	44	Io. Innocentius Caruſius.	ib.
1718	45	Angelus Acerno.	ibid.

		SATRIANENSIUM	
1179	1	Petrus.	853
1267	2	Leo.	ibid.
1303	3	Laurentius.	ibid.
1303	4	Franciſcus.	ibid.
1332	5	Arduinus.	ibid.
1332	6	Franciſcus.	853
1349	7	Ioannes.	ibid.
1369	8	Angelus Bartholomæus.	ib.
1387	9	Thomas.	ibid.
1401	10	Richardus.	ibid.
1419	11	Antonius.	ibid.
1421	12	Andreas.	ibid.
1440	13	Petrus.	ibid.
1443	14	Iacobus.	ibid.
1480	15	Petrus Urſeolus.	ibid.
1484	16	Ladislaus.	ibid.
1484	17	Georgius.	ibid.
1491	18	Thomas Attharius.	854
1502	19	Auguſtinus de Ortis.	ib.
1535	20	Cherubinus Cajetanus.	ibid.

INDEX NOMINUM OMNIUM EPISCOPORUM,

Qui in hoc Sexto Tomo Italiæ Sacræ continentur, ordine alphabetico diſpoſitus.

Prior num. columnam, poſterior numerum marginalem notat.

A

A
ACrus *Teatin.* 684.13.705.20
Adelbertus *Capuan.* 320.38
Adenulphus *Capuan.* 321.42.322 46
Compſan. 815.14
Laquedon. 839.11
Thean. 569 20
Adeodatus *Cuman.* 227.2
Neapol. 58.37
Ægidius Viterbienſis *Anſan.* 790 2
Agapitus *Surren.* 599.8
Belhomo *Caſertan.* 513.37
Agnellus *Neapol.* 58.38
Agrippinus *Neapol.* 26.7
Aio *Capuan.* 321.43
Alandus *Teatin.* 706.23
Albertus *Capuan.* 341.67
Albertinus *Capuan.* 345.74
Alexander *S. Angeli Lomb.* 830.6 B
Capuan. 305.16
Thean. 571.29
Boſchus *Carinol.* 472.41
Buccabarilis *Orton.* 781.2
de Capua *Teatin.* 727.30
Carrafa *Neapol.* 150 94
Creſcentius *Orton.* 783.5
Gallus *Lubren.* 650.22
de Miro *Saeſ.* 539.20
Myrtus *Cajacen.* 453.46
Roulius *Vicaaq.* 636 25
Riccardus *Saeſ.* 546.40
Salzilla *S. Ang. Lomb.* 835.25
Alexius Certa *Stab.* 661.29
Gemmoaddi *Æſern.* 403.44
Aſſerius *Surren.* 609.20
Aloyſius *Puteol.* 280.29
Maria Macedonius *Sueſ.* 547.46
Cajetanus *Capuan.* 362.93
de Franchis *Viconq.* 635.22 C
Mormile *Sarrent.* 620.47
della Ratta *Capuan.* 350.77
Riccius *Vicoaq.* 636.24
Alphanus *Capuan.* 326.56
Alphonſus Alvarez Barba *Anſan.* 794.14
de Aragonia *Teatin.* 753.52
Caprilianus *Carinol.* 473.40
Carraſa *Neapol.* 157.100.
Geſualdus *Neapol.* 167.104.
Compſ. 822.26
Pacellus *Murun.* 851.42
Amandus *Surrent.* 598.6
S. Amaſius *Thean.* 549.2
Ambroſius Catharinus *Compſan.* 820.34
Viola *Laqued.* 842.31
Amenius *Iſclanas.* 232.2
Andreas *Æſernen.* 400.29
Cajacen. 447.19.21
Caſertan. 482.8.484.9
Compſan. 8149
Iſclan. 234.11
Murun. 848.21
Satrian. 853.12
Stabien. 660.12
Teatin. 703.18. 707.24
Venafran. 584.11
de Alberto *Compſan.* 815.11
Bellonus *Lubren.* 648.15
Flaſcone *Venaf.* 585.22
Gervaſins *Anſan.* 793.13
Maſſa *Stabien.* 664.43
Maſſarenga *Lubren.* 651.25
Matthæus Aquaviva *Venafr.* 586.32
Palmerius *Comps.* 820.30
Pandonus *Capuan.* 342.69
Sarnellius *Murun.* 852.43
Serſale *Surren.* 613.30
Sinravus *Cajacen.* 450.34
de Valle *Cajacen.* 452.41
Angelarius *Thean.* 551.8
Angelus *Laqued.* 839.1
Puteolan. 279.19.21
Surrent. 614. 35
Acerno *Maran.* 852.45
de Alberto *Venaf.* 585.26
Bartholomæus *Satrian.* 853.8
de Ciaja *Thean.* 575.47
de Concilio *Acerran.* 219.13
de Conſtantio *Puteol.* 282.42
Gerardinus *Sueſſan.* 541.30
Maccaſanus *Anſan.* 789.1
Marottus *Calven.* 479.26
Maria Ciria *Teatin.* 770.76
Mazziottus *Calven.* 479.24
Annibal de Capua *Neapol.* 162.103
Annibal Maſcambrunus *Stabien.* 664. 42
de Petropaulo *Stabien.* 666. 50
Annibaldus de Ceccano *Neapol.* 127.77
Anſelmus *Neapol.* 103.66
Anſelmus Marzatus *Teat.* 766.68
Antimus de Actis *Orton.* 782.3
Antonellus Fulgure *S. Ang. Lomb.* 834.19
Antonius *Æſern.* 400.30
Calven. 478.17.479. 25
Caſertan. 489.14
Laqued. 839.2.7
Murun. 846.15
Satrian. 853.11
Surrent. 614.39
Saeſ. 541.25
Thean. 571.30

An-

Antonius Camillus de Piſcibus *Muran.* 849.27
Maria de Monte *Cajacen.* 453.45
Sartorius *Thean.* 573.41
Arcomannus *Stab.* 661.26
Baglietta *S. Aag. Lomb.* 830.8
Bernardus *Caſert.* 512.36
Bonfilius *Carinol.* 472.42
Cajetanus *Capuan.* 362.92
Cozza *Laqued.* 839.14
Diaz *Caſert.* 514.40
Dura *Laqued.* 839.20
del Fede *Calven.* 478.23
Flores *Stabien.* 662.33
Gallutius *Calven.* 478.22
de Henrico *Cajacen.* 450.36
Jacomia *Puteol.* 283.47
Laurus *Stabien.* 662.36
Mancinus *Venaf.* 585.24
Marra *Carinol.* 473.47
à S. Michele *Auſan.* 791.8
Numajus *Æſern.* 402.41
Paternò *Anſan.* 794.20
del Pezzo *Surrent.* 625.65
Pignatellus *Neapol.* 195.110
Ricciullus *Caſert.* 514.43
Sagra *Vicoaquen.* 633.19
SanctaCrucius *Teatin.* 769.73
Sanſeverinus *Laqued.* 839.21
Scarampus *Nolan.* 260.55
Archangelus Blancus *Thean.* 574.43
de Rubeis *Carin.* 471.40
Ardericus *Aeſern.* 393.7
Arduinus *Satrian.* 843.5
Thean. 552.10
Ariglſius *Cajac.* 441.1
Ariſtæus *Capuan.* 298.5
Arnulphus *Teatin.* 684.12
Aſcanius *Calven.* 480.37
Pariſanus *Muran.* 849.30
Cajacen. 453.44
Philamarious *Neapol.* 184.108
Ugolinus *Muran.* 850.40
Aſprenus *Neapol.* 18.1
Athanaſius *Neapol.* 70.49. 77.50. 84.52
Athanaſius *Surrent.* 599.7
Guindacius *Capuan.* 350.78
Atinolphus *Teatin.* 683.8
Aucupius *Puteolan.* 275.9
Auguſtinus *Capuan.* 297.4
Fulivenia *Iſclan.* 236.19
de Ortis *Satrian.* 854.19
Quiotlus *Lubren.* 649.19
Aurelianus *Nolan.* 247.3
Aurelius *Nolan.* 233.24
Authar *Capuan.* 310.26
Aygierius *Neapol.* 714.71
Azo *Caſertan.* 486.13

B

BActinus *Lubren.* 646.9
S. Baculus Brancaccius *Surren.* 603.4.9
Balthaſar Coſſa *Iſclan.* 234.10
Barbatus *Cuman.* 228.5
Surrent. 608.17
Teatin. 678.3
Barnabas de Caſtro *Anſan.* 794.18
Molina *Muran.* 848.20
Bartholomæus *Acerrar.* 217.1
Cajacen. 459.31
Calven. 418.20
Compſan. 816.29
Nolan. 255.33
Surrent. 614.38
Teatin. 712.26
Albanus *Surren.* 621.53
Albanus *Sueſ.* 545.37
de Buſalariis *Iſclan.* 233.8
Bartholomæus Capranica *Carinol.* 471.35
Cæſiua *Compſan.* 825.40
Criſconus *Caſert.* 515.45
de Miſeratu *Surren.* 614.36
de Papazuris *Tean.* 570.24.
Teatin. 743.43
de Pardo *Aeſern.* 400.33
Baſilius *Capuan.* 309.22
Nolan. 253.20
Beliſarius Gambara *Calven.* 480.33.
Beltraminus Paravicinus *Teatin.* 741.40
Beltrandus *Acerrar.* 219.17
Benedictus *Æſern.* 368.1
Biſacien. 837.4
Sueſſan. 535.5
Bartolus *Laqued.* 842.34
Columna *Teatin.* 742.42. *Biſac.* 837.11
Mandina *Caſert.* 513.38
de Noriega *Acer.* 225.39
Sanchez *Puteol.* 290.58
de Sio *Cajac.* 459.65
Benevenutus *Caſert.* 489.15
Bernardinus Carrafa *Teat.* 753.85.
Neap. 152.95
Caſtellanus *Puteol.* 284.51
de Chiero *Cajac.* 452.42
de Leia *Iſclan.* 235.17
Maſſæus *Caſert.* 512.34
Teat. 760.60
Spada *Calven.* 479.31
Bernardus *Carinol.* 462.2
Nolan. 254.26.257.34
Augerius *Carinol.* 469.17
Barbiaſius *Biſac.* 837.21
Bibiena *Puteol.* 284.48
de Boſquetto *Neap.* 132.81
Caraccinlus *Neap.* 112.69
Caraccinlus *Surren.* 614.37
Piccolomineus *Surrent.* 621.52
Ruthenenſis *Neap.* 132.82
de Soria *Venaf.* 586.29
Bertheratinus *Carinol.* 468.8
Bertoldus Urſinus *Neapol.* 124.76
Bertrandus *Sueſſan.* 538.16
de Meyſoneſſo *Neapol.* 131.79
Blaſius Dura *Stabien.* 666.51
de Lucha *S. Angeli Lomb.* 831.14
Blaſius Tertius *Aeſern.* 405.57
Bonagiunta *Carinolen.* 469.16
Bonaventura Caballus *Caſert.* 516.48
Bonifacius *Aeſernen.* 392.4
Atinen. 425.14
Brunorus Sciamanna *Caſert.* 515.44

C

CÆſar Angelus Carpanus *Muran.* 849.28
Busdragus *Teatin.* 761.64
Coſta *Capuan.* 358.90
Cæſarius *Neapol.* 57.33
Planula *Vicoaq.* 632.7
Cajetanus Caracciolus *Compſ.* 827.47
Calepodius *Neapol.* 31.13
Calionius *Nolan.* 247.2
Calvus *Neapol.* 60.43
Camillus Geſualdus *Compſ.* 820.29
Meltius *Capuan.* 363.96
Carolus Nicolaus de Maſſa *Venafr.* 585.40
Anchamonus *Venafr.* 585.23
de Angelo *Acerr.* 224.36
de Arcoſtis *Acerrar.* 220.23
Baldinus *Surren.* 614.58
Bonaſaccia *Orean.* 785.6
Borromæus *Puteol.* 284.59
Cuzzolious *Puteol.* 290.63
Loffredus *Capuan.* 366.101
de Palma *Puteol.* 290.59
Setarius *Aeſern.* 401.35

Ca-

Carolus Sforzatus *Carinol.* 469.25
Tilli *Acerr.* 224.37
S. Catellus *Stabien.* 656.4
Celſus *Puteol.* 271.2
Cherubinus Cajetanus *Satrian.* 854.20
Chriſtophorus de Maronibus *Aeſern.* 400.27
Numajus *Aeſern.* 402.40
Clecus *Caſert.* 308.26
Claudius *Puteol.* 275.8
Clemens Confettus *Muran.* 850.38
del Pezzo *Stabien.* 664.44
Colantonius Valignanua *Teat.* 752.51.
Conſilius Gattus *Compſan.* 816.15
Conſtantinus *Biſacien.* 837.13
Cajacen. 445.7
Venafr. 583.1
Lanoy *Vicoaquen.* 633.20
Capuan. 305.15
Caſtriotus *Aeſern.* 401.37
Corus *Atinen.* 423.8
Coſmas *Neapol.* 31.12.60.42.
Curtius Coccius *Compſan.* 825.41
Cynthius de Pinea *Capuan.* 340,63

D

DAmaſus *Nolan.* 253.23
Daniel *Muran.* 850.35
Scopa *Nolan.* 265.62
Dasius *Æſern.* 398.13
Decius Carrafa *Neap.* 274.106
Decoroſus *Capuan.* 309.24
Delphinus *Neapol.* 113.70
Demetrius *Neapol.* 50.29
Demetrius Falangola *Surren.* 614.40
Deodatus *Nolan.* 250.10
Gentilis *Caſert.* 514.39
Didacus Marinus *Aeſern.* 403.47
Petra *Sarren.* 627.63
Ybanez *Puteol.* 290.60
Docibilis *Venafr.* 584.13
Domitius *Atinen.* 423.7
Domitius Falangola *Surren.* 615.42
Dominicus *Aeſern.* 400.28
Muran. 846.14
Sueſſan. 541.26
Antonius Cyrillus *Carinol.* 473.48
Maria Marcheſius *Puteol.* 290.61
Caſablanca *Vicoaquen.* 633.18
Jordanus *Aeſern.* 403.48
Pacificus *Thean.* 578.55
Donatus *Puteol.* 276.13
Strineus *Iſclan.* 236.18

E

ELeazarus de Sobrano *Teatin.* 745.45
Eligius *Nolan.* 257.38
Emanuel de la Torre *Aman.* 794.16
Epithamitus *Neapol.* 26.3
Erveus *Sueſſan.* 537.10
Eugenius *Atinen.* 424.12
Euphebius *Neapol.* 27.9
Euſebius *Neapol.* 58.35
Euſtachius *Muran.* 844.1
Euſtaſius *Neap.* 27.8

F

FAbritius Campana *Compſ.* 826.44
Gallus *Nolan.* 262.57
Suardus *Caſert.* 514.42
Fabius Arcella *Capuan.* 358.89
de Legunissa *Compſ.* 825.42
Fabius Maſanta *Calven.* 480.39

A Fabius Mirtus *Cajacen.* 453.47
Pulveronus *Iſclan.* 236.24
Fauſtus Rebalius *Sueſſan.* 546.41
Federicus *Acerrar.* 219.10
Cæſius *Caſert.* 512.35
Felix *Atinen.* 426.16
Neapol. 45.21
Nolan. 246.2. 251.11
Stabien. 661.30
Trofinus *Teatin.* 755.57
Ferdinandus *Cajacen.* 445.5
Brunus *Laqued.* 841.29
Marcheſius *Vicoaq.* 613.16
Feſtus *Capuan.* 309.21
Flamingus Minutulus *Nolan.* 259.50
Flaminius Turricella *S. Ang. Lomb.* 834.20
Flavius Urſinus *Muran.* 850.32
Florentius *Puteol.* 272.4
Coquerel *Surrent.* 621.51
Fortunatus *Neapol.* 31.14.56.30
B *Saeſſ.* 535.1
Franciſcus *Biſac.* 837.6
Cajac. 449.29.450.33
Caſert. 502.18
Lubren. 645.3.646.4
Puteol. 27.9.20.23.280.30.32
Surian. 853.4.6
Sarrent. 611.26.613.33
Thean. 570.27
Antonius Blondus *Orton.* 783.4
Carrafa *Anſan.* 794.15
Maria Antonius *Muran.* 851.41
Carrafa *Nolan.* 266.63
Falcuccius *Calven.* 482.42
Moles *Nolan.* 264.61
Nerius *Lubr.* 651.24
de Adamo *Aeſern.* 401.36
de Beragno *Biſac.* 837.9
Boncompagnus *Neap.* 180.108
Boneſana *Cajac.* 460.56
B Borgia *Thean.* 573.38.39
de Capite *Biſac.* 837.15.
Carduccius *Laqued.* 840.24
Carrafa *Neap.* 154.97
de Comitibus *Compſ.* 819.28
Diotalevius *S. Ang. Lomb.* 835.22
Fontana *Nolan.* 257.40
Gonzaga *Nolan.* 264.59
Gori *Sueſſ.* 547.45
Groſſulus *Carinol.* 470.26
Guaſtaferrus *Saeſſ.* 545.35
Guttieres *Iſcl.* 236.20
de Martiis *Laqued.* 839.5
Mendietta *Stab.* 666.49
Nicolai *Compſ.* 828.48
Perronus *Cajacen.* 459.53
Pignatellus *Neapol.* 209.112
Romelinus *Surren.* 620.48
Romerus *Anſanen.* 793.12
Ruſſulo *Nolan.* 258.48
D Scaccanus *Nolan.* 258.49
de Sinibaldis *Sueſſ.* 545.34
Tontulus *Iſclan.* 236.26
Verde *Vicoaq.* 638.28
Fulgentius *Atinen.* 418.2

G

GAbriel Urſinus *Calven.* 479.29
Gaidulphus *Atinen.* 426.20
Galeatius Florimontius *Sueſſan.* 545.38
Galiardus *Vico-Aquen.* 632.11
Gaſpas de Cavaleriis *Capuan.* 364.98
de Corbara *Biſacien.* 838.22
de Diano *Neap.* 144.90
Compſan. 818.23
Thean. 571.33

Gaſpar Foſſa *Calven.* 480.34 A
Palutius *S. Ang. Lomb.* 834.21
Gaudentius *Atinen.* 426.57
Nolan. 253.22
Gaudinus *Muran.* 844.2
Gaudioſus *Capuan.* 309.23
Puteolan. 875.11
Gauſsidus *Sueſſan.* 537. 8
le Roux *Capuan.* 326.55
Gentilis *Acerran.* 219. 4
Neapol. 89. 56
Sueſſan. 541.27
de Tuſto *Stabien.* 661.25
Georgius *Satrian.* 853.17
Geraldus *Cajacen.* 448.22
Æſern. 394. 8
Theatin. 703.19
Venafran. 583.2
Gerbertus *Capuan.* 321.41
Germanus *Capuan.* 305.17
Gervaſius *Compſan.* 812. 7 B
Gibertus Romelinus *Surren.* 620.49
Giroldus *Carilonen.* 468.3
Giſulphus *Cajacen.* 441. 2
Goffridus de Gallutio *Thean.* 569.21
Gratioſus *Neapol.* 57.34
Gregorius *Cajacen.* 449.28
Calven. 478. 7
Compſan. 810. 4
Neapol. 94. 63
Stabien. 657. 7
de Bubalo *Calven.* 481.40
Coppinus *S. Angeli Lomb.* 835. 24
de Polo *Teatin.* 725.28
Guido *Sueſſan.* 538.14
Venafr. 584.19
Guidatus *Muran.* 849.25
Guido Medices *Teatin.* 759.58
Guiduccius de Porta *Muran.* 848.18
Guilielmus *Acerrar.* 219.5
Aeſernen. 398.23 C
Biſacien. 837.18
Cajacen. 447.14
Iſclan. 232.5
Laquedon. 839.8
Muran. 845.12.848.16
Nolan. 254.32
Stabien. 660.17
Surren. 613.32
Teatin. 702.17.734.33
Thean. 552.11.569.18
Capoferrus *Teatin.* 741.41
Carbonus *Teatin.* 749.47
de Salone *Puteol.* 279.26

H

HEctor Gironda *Lubren.* 649.20
Piſcicellus *Anſan.* 791.7
Henricus *Aeſernen.* 398.17.22 D
Calven. 478.8
de Grandonibus *Sueſſan.* 539.22
Mari *Muran.* 845.15
Minutulus *Neapol.* 139.83
de Monte *Acerrar.* 219.8
S. Herbertus *Compſan.* 811.6
Hercules Raugonus *Compſan.* 826.43
S. Angeli Lomb. 835.23
Herveus *Capuan.* 325.49
Hieronymus Bernardus Quiros *Stabien.* 663.40
Puteol. 285.54
Bollinus *Æſern.* 405.52
Borgius *Lubren.* 646.13
Caſtaldus *Lubren.* 646.11
Cavaſilice *Carinol.* 472.44
Conſtantius *Capuan.* 362.94
Dandinus *Caſert.* 512.32
de Franchis *Capuan.* 362.95
Hieronymus Grimaldus *Venafr.* 586.28
Leonius *Teatin.* 761.63
Maſcambrunus *Æſern.* 404.50
Muzzarellus *Compſan.* 822.35
Nichiſolus *Teatin.* 573.42
Paſſarellus *Æſern.* 405.55
Provenzalis *Surrent.* 624.59
Rocca *Iſclan.* 237.28
Sarrianus *Vico-Aquen.* 635.23
Verallus *Caſertan.* 512.31
Hilarius *Atinen.* 422.3
Thean. 551.5
Hildebrandus *Capuan.* 324.48
Hippolytus Berarduccius *Caſert.* 518 49
Eſtenſis *Capuan.* 355.85
Riva *Stabien.* 663.41
Homodeus *Thean.* 569.23
Honuphrius Serſallus *Carinol.* 472.43
Horatius Aquaviva *Cajacen.* 455.49
Caracciolus *Venaf.* 587.33
Maſſæus *Teatin.* 763.69
Saminiatus *Teatin.* 763.66
Hugo *Aeſernen.* 398.15
Capuan. 326.54
Stabien. 661.23
Sueſſan. 539.19
Thean. 569.17
Humbertus de Monte aureo *Neap.* 120.74
Hyacinthus Cordella *Venafr.* 588.37
Hybaldus *Capuan.* 322.44

I

JAcobus *Æſern.* 398.20
S. Ang. Lomb. 830.17
Biſac. 837. 7
Cajac. 447.17
Capuan. 334.60.61
Caſert. 501.17
Iſclan. 233. 7
Muran. 845.13
Nolan. 254.30. 258.43
Neapol. 119.73
Satrian. 853.14
Surren. 608.16
Sueſſ. 535. 3
Vicoaq. 632. 8
Maria de Rubeis *Lubr.* 654.27
de Baelo *Teat.* 753.53
Cantelmus *Neap.* 202.155
Capuan. 365.99
de Cavalline *Laqued.* 839.16
Falconius *Cajac.* 460.58
Gallutius *Stab.* 661.27
de Guillelmo *Carinol.* 469.24
Jordanus *Laqued.* 842.32
Lentius *Compſ.* 826.45
de Lutiis *Cajac.* 451.38
Martini *Sueſſ.* 541.29.
de Marzia *Laqued.* 839.10
Matritius *Sueſſ.* 538.17
de Monte Aquila *Aeſern.* 400.34
Petruccius *Sueſſ.* 539.21
Rubeus *Neapol.* 142.88
de Sanctis *Surrent.* 617.44
Scannapecus *Labr.* 646.10
Theobaldeſcus *Neapol.* 146.92
Villani *Cajac.* 460.55
Urſinus *Puteol.* 283.46
Januarius Philamarinus *Calven.* 481.45
Scalea *Laqued.* 843.36
Jaquintus *Cajac.* 455 6
Laqued. 839.12
Surrent. 607.10
Ignatius Ciantes *S. Ang. Lomb.* 835.26
Ingiranus ſtella *Capuan.* 343.70
Innicus Avolos *Iſclan.* 236.23.25
Caraeciolus *Neap.* 188.109

An-

Joannes *Acer.* 219.6.11 A
Atin. 426.19.437.23
Biſac. 837.8.12
Cajac. 447.13.20.448.24.450.35
Calven. 478.9.12.14.19
Capuan. 321.39
Carinol. 462.1.468.11.53.469.18.22.470.28
Caſert. 480.3.507.19.608.25
Cuman. 228.8.9
Iſclan. 235.14
Laqued. 839.9.15
Lubren. 646.7
Muran. 845.5
Neapol. 30.11.43.18.49.27.57.32.89.57.91.
60.141.87
Nolan. 254.28.257.39
Puteol. 272.3.278.15.279.25
Satrian. 853.7
Stabien. 657 9.660.20
Sueſſ. 935.3.537 7.12
Surrent. 598.5.608.57 B
Thean. 571.32
Venafr. 584.10
Vicoaq. 632.4.6.
Angelus *Biſacien.* 837.17
Antonius Agrizanus *Sarrent.* 625.60
Carrata *Venaf.* 586.31
Galla *Calven.* 479.30
Meltius *Capuan.* 364.97
Orpheus *Carin.* 470.30
de Vecchis *Iſelan.* 237.27
Baptiſta Bonciannus *Caſert.* 510.29
Borgius *Lubr.* 647.14
de Bruna *Teat.* 751.50
Campagna *Puteol.* 289.57
Caracciolus *Calven.* 482.45
Venaf. 586.30
Caſtruccius *Teat.* 762.65
Ferrarius *Capuan.* 355.84
Lancellotus *Nolan.* 265.58
Lomellinus *Aeſern.* 402.42 C
Morea *Laqued.* 842.35
Nepita *S.Ang.Lomb.* 836.28
Lubr. 651.26
Palma *Lubr.* 648.17
Petralata *S.Ang.Lomb.* 834.18
de Petrucciis *Caſert.* 508.28
Rapuccius *Vicoaq.* 637.27
de Tuffo *Acer.* 222.31
Ventrilia *Caſert.* 515.46
Carolus Coppola *Muran.* 850.39
Chriſtophorus Criſponus *Thean.* 572.34
Dominicus Rebiba *Orton.* 781.1
Fabritius Sanſeverinus *Acer.* 221.27
Ferdinandus de Anna *Carin.* 471.32
Franciſcus Brunus *Nolan.* 260.54
Sanſeverinus *Acer.* 221.26
de Anna *Carin.* 470.31
Hieronymus Campanilis *Aeſern.* 403.46
Laqued. 841.28
Jacobus Buccarellus *Nolan.* 259.53 D
Chriſtophorus *Laqued.* 841.31
Innocentius Caruſius *Muran.* 852.44
Maria Capecelatro *Iſclan.* 344.31
Matthæus Caſtaldus *Puteol.* 284.52
Paulus Marincola *Thean.* 573.44.
Palenterius *Laqued.* 840.26
de Titiis *Acer.* 220.25
Petrus Carrafa *Acer.* 220.24
Teatin. 760.59
Theat. 754. 56. *Neapol.* 16.99
Vincentius de Juliis *Lubr.* 650.23
Xaverius de Leone *Æſern.* 405.58
de Acreſta *Caſert.* 507.23
Aquarolus *Neapol.* 68.48
Borgia *Capuan.* 355.82
Brito *Puteol.* 279.22
Canutus *Carinol.* 471.33
Joannes de Capua *Capuan.* 341.68
A Joannes de Cico *Iſelan.* 235.16
Joannes Ciminus *Vicoaquen.* 631.1
de Comina *Teat.* 748.46
de Comitibus *Compſan.* 819.26
Criſpanus *Theatin.* 740.38
Fonteca *Stab.* 662.35
Foracapra *Sueſſan.* 544.32
Gattula *Venafr.* 585.25
de Gattulis *Cajacen.* 450.32
Goceus *Venaf.* 584.17
Gorrea *Acerr.* 222.32
Guevara *Thean.* 575.50
de Leonibus *Caſer.* 508.27
Longus *Vicoaquen.* 632.12
Lopea *Capuan.* 355.83
Marini *Theanen.* 570.26
de Maſtro Judice *Surren.* 612.24
Mirus *Stab.* 663.38
Monreale *Anſan.* 794.17
Muſtula *Cajacen.* 449.26
B Oliva *Teatin.* 761.62
Oliverius *Æſern.* 401.38
Panella *Muran.* 848.17
Paredes *Stab.* 665.45
de Paulo *Saeſſan.* 538.18
Placidus *Sueſſan.* 545.39
de Porcariis *Laqued.* 839 18
de Porta *Capuan.* 345 73
de Salazar *Anſan.* 790.4
Salviatus *Thean.* 573.40
Sanfelicius *Muran.* 848.19
Tagliacotius *Sueſ.* 541.28
Talaya *Nolan.* 251.12
Vaſquea *Acerran.* 221.28
Veſpola *Orton.* 783.7
de Vico *Acerran.* 220.22
Vitellius *Carinolen.* 471.39
Urſinus *Neapol.* 125.78
Uva *Anſan.* 394.19
Jordanus *Venafr.* 584.12
C Cajetanus *Capuan.* 353.81
Urſinus *Neapol.* 140 86
Joſeph Maria Poſitani *Acerr.* 225. 40
Nicolaus Gibertos *Thean.* 577.54
de Aoallio *Caſert.* 516.47
de Bononia *Capuan.* 365.100
à Cornea *Caſert.* 514.41
Donzellus *Surrent.* 623 56
Falces *Puteol.* 260.64
Falconius *Orton.* 785.8
Faroneus *Lubr.* 648.16
Maſtilioneus *S.Ang.Lomb.* 836.29
Petagna *Cajacen.* 490 54
de Puteo *Thean.* 579.56
Rodoerius *Acerran.* 224.38
Sana *Puteol.* 290.62
Schinoſi *Caſert.* 529.50
Julianus *Capuan.* 302.11
Carinolen. 469.21
Neapol. 58. 39
D *Puteolan.* 272. 6
Stabien. 661.24
Mirtus *Cajacen.* 450.37
Julius Magnonus *Calven.* 480.35
Paveſius *Surren.* 622.54
Riccius *Muran.* 850.34
S. Juſtinus *Teatin.* 672. 1

L

LAdislaus *Satrian.* 853.16
de Aquino *Venaf.* 857.34
Landenulphus *Capuan.* 319.33
Lando *Nolan.* 258.42
Landulphus *Capuan.* 314.31.316.32
Teatin. 726.29
Vicoaquen. 632.2

Landulphus Capece Latro *Puteolan.* 279.28
Carracciolus *Stabien.* 660.14
Landus *Aeſern.* 393.6
Nolan. 254.29
Latinus Urſinus *Compſ.* 818.24
Laudarus *Biſac.* 836.2
Laurentius *Compſ.* 816.18
Nolan. 252.16
Neapol. 58.40
Puteol. 281.40.283.43
S. Angeli Lombar. 830.2
Satrian. 853.3
Stabien. 656.2
Aſprella *Lubren.* 649.18
Biondi *Compſ.* 815.13
Caramuel *Stab.* 665.47
Galatina *Anſan.* 793.11
de Gilotto *Puteol.* 281.38
Moglojus *Puteol.* 285.55
de Ricciis *Iſclan.* 235.13
Lælius Brancaccius *Surren.* 622.55
Leo *Aceras* 392.10
Atinen. 426.18.21
Capuan. 321.40
Compſan. 809.3
Cuman. 230.10
Nolan. 253.18.21.25.259.51
Puteolan. 276.12
Satrian. 853.2
Thean. 551.7
Venaf. 583.4
Curteſius *Acerran.* 220.18
de Monticulo *Compſ.* 816.16
Leontius *Neapol.* 58.36
Liberius *Cuman.* 228.4
Ligo *Nolan.* 258.46
Leonardus Marinus *Anſan.* 790.6
Parraſſus *Capuan.* 341.66
Vairus *Puteol.* 285.53
Leopardus *Surren.* 608.13
Lubentius *Stab.* 656.3
Lucas Trapani *Iſclan.* 240.30
Lucilius *Aeſern.* 400.32
Lucius *Atinen.* 423.5
Ludovicus *Caſert.* 507.20
Puteol. 280.34
Vicoaquen. 632.9
de Alexandro *Surren.* 612.23
Boczutus *Neap.* 137.83
Certa *Stab.* 661.31
de Conſtantio *Puteol.* 282.41
Landus *Caſert.* 507.21
de Majoranis *Stab.* 663.37
Lugerius *Caſertan.* 507.22
Luidinus *Teatin.* 683.10
Lupenus *Nolan.* 253.19
Lupus *Teatin.* 681.5.684.11
Thean. 551.4

M

MAgeſius *Lubren.* 646.5
Majoranus Filiolus *Cajacen.* 460.57
Manfredus *Biſac.* 837.5
Manſuetus Marottus *Acerrae.* 224.34
Marcellus Creſcentius *Compſ.* 820.33
Majorana *Acerrar.* 222.30
Stella *Aeſern.* 404.49
Marcianus *Neapol.* 30.10
Marcus *Atinen.* 407.1
M. Antonius Genuenſis *Aeſern.* 403.45
Maffæus *Teatin.* 760.61
Piſcara *Compſ.* 824.38
Marcus Mirabellius *Surren.* 612.25
Pedacca *Laqued.* 840.25
Marinus *Cariaol.* 469.20
Neapol. 95.64
A Marinus de S. Agatha *Stabien.* 661.28
de Belinzo *Thean.* 571.35
de Januariis *Calven.* 480.32
de Judice *Stabien.* 661.22
de Judice *Thean.* 570.25
Philamarinus *Capuan.* 335.62
de Tocco *Teatin.* 751.49
Marius Bologninus *Anſan.* 792.9
Carraſa *Neap.* 158.10
Marſilius Perutius *Teatin.* 768.72
Martinus *Cajacen.* 450.30
Biſacien. 837.20
de Leon *Puteol.* 286.56
Zappata *Sueſſan.* 544.33
Martius *Carinol.* 469.23
Cerbonius *Caſert.* 512.33
Matthæus *Aeſern.* 398.18
Capuan. 329.57
Muran. 845.9
Puteol. 279.18
B *Teat.* 738.35
Vicoaq. 633.14
de Alaneo *Stabien.* 660.19
Brancia *Surren.* 615.41
Brunus *Sueſſan.* 540.23
de Capua *Surren.* 612.28
de Caſtro Petri *Acerrar.* 219.7
Coſtius *Puteol.* 281.39
de Grifonibus *Muran.* 849.29
Philamarinus, *Neap.* 122.75
Saminiatus *Teatin.* 763.67
Urſinus *Calven.* 479.28
Matthias Joccia *Venafr.* 585.41
Maurelius Jannorus *Calven.* 479.27
Mauritius Centinus *Lubr.* 649.21
Maurus *Æſern.* 396.11
Neapol. 26.4
Puteol. 278.14
Venaf. 583.5
Maxentius *Cuman.* 227.5
C Maximus *Atinen.* 423.11
Neapol. 33.15
Nolan. 247.4
Corvinus *Æſern.* 402.39
Meliadux Suicus *Carinol.* 471.37
Mellus *Compſ.* 818.21
Memor *Capuaa.* 301.9
Menelaus de Januariis *Surren.* 619.46
Meolus de Maſcambrunis *Muran.* 849.22
Michael *S. Angeli Lomb.* 830.12
Angelus Catalanus *Æſern.* 405.54
Angelus Corignola. *Iſclan.* 238.29
Angel. Sergola *Thean.* 575.48
de Bononia *Aern.* 405.56
Coſal *Iſclan.* 235.15
Fortiuns *Anſan.* 790.3
Petirro *Puteol.* 290.65
Milo *Sueſſan.* 535.6
Miſenus *Cuman.* 227.3
Modeſtus Gavazius *Teatin.* 770.77
D Monteguidonus *Muran.* 844.4
Mutius Bonjoannes *Surren.* 623.57
de Roſis *Thean.* 575.51

N

NArdus Mormile *Surren.* 619.45
Nicephorus *Capuan.* 324.47
Nicetas *Neapol.* 87.53
Nicolaus *Acer.* 219.15
Aeſern. 398.16.400.26.31
Biſac. 837.10 16
Cajac. 447.18
Carinol. 469.17
Caſert. 479.2.501.16
Compſ. 818.22
Iſclan. 234.12

La-

Nicolaus *Laqued.* 839.4.13 A
Muran. 845.8.10
Nolan. 258.45
Puteol. 280.31
Thean. 569.19
Venafr. 585.20
Antoolus de Piſcibus *Muran.* 849.26
Vitellius *Carinol.* 471.38
Acciapacio *Capuan.* 353.80
Amphora *Stabien.* 661.32
de Bonifaciis *Compſ.* 815.10
Cajetaous *Capuan.* 357.88
Cajetanus *Compſ.* 820.32
Caraeciolus *Capuan.* 366.102
Ciogni *Venafr.* 585.39
de Diaoo *Neapol.* 142.89
de Diano *Thean.* 571.311
Deſcarius *Acerrar.* 219.16
de Flore *Caſertan.* 485.11
Fortiguerra *Thean.* 571.36
de Foſſa *Teatin.* 728.31 B
Gratusde Comitibus *Compſ.* 819.27
de Noe *Acerrar.* 220.20
de Oſerio *Nolan.* 258.47
Radulovich *Teat.* 770.79
de Rubinis *Laqued.* 839.19
Schomberg. *Capuan.* 355.86
Sconditus *Puteol.* 279.24
Sicardus *Vicoaquen.* 633 17
de Vivianis *Teatin.* 750.48
Vulpe *Biſacien.* 828.33
Zanaſius *Neapol.* 138.84
Noſtrianus *Neapol.* 44.20

O

Octavius Aquaviva *Neapol.* 171.105
Boldonus *Thean.* 576.53
Mirtus *Cajacen.* 454.48 C
Urſious *Venafr.* 587.35
Odelgarius *Aeſern.* 392.5
Odoardus *Calven.* 477.5
Ferro *S. Angeli Lomb.* 831.13
Oliverius Carraſa *Neap.* 147.93
Teat. 753.54
Cajacen. 451.39
Orlandus Urſinus *Nolan.* 260.53
Otho *Capuan.* 319.34.326.52
Ovidius Lupari *Thean.* 575.49

P

PAlermus *Muran.* 845.7
Palmerius *Calven.* 478.6
Palmerius *Stabien.* 657.10
Palumbus *Atinen.* 437.22
Pamphilus *Capuan.* 302.12 D
Pandulphus *Capuan.* 322.45
Sueſſan. 537.11
Thean. 552.12
Pantaleo *Compſ.* 812.8
S. Paris *Thean.* 549.1
Paſchaſius *Neapol.* 57.31
Patricius *Nolan.* 249.6
Patrobas *Neapol.* 25.2
Puteol. 270.1
Paulinus *Capuan.* 313.30
Nolan. 247.8.250.9.253.17
Puteol. 279.27
Paulus *Aeſernen.* 399.25
Carinol. 468.9
Neapol. 26.6.60.44.66.46
Nolan. 249.7
Stabien. 661.21
de Aretio *Neapol.* 160.102
Ayrolus *Carinol.* 472.45
de Baeio *Calven.* 480.36
Capellettus *Laqued.* 840.23
Catavita *Compſ.* 826.48
de Curte *Aeſern.* 402.43
de Maſſaueis *Laqued.* 839.6
Philamariuus *Cajac.* 456.50
Regius *Vicoaquen.* 633.21
Soderinus *Lubr.* 646.6
Squillantes *Thean.* 575.52
Strina *Iſclan.* 234.9
Suardus *Surren.* 626.62
Taſſus *Anſaa.* 792.10
Toloſa *Teatin.* 767.71
Pelaglos *Compſ.* 808.1
Peregrinus *Venafr.* 584.14
Perronus *Nolan.* 257.37
Petruceius de Migliolo *Biſac.* 837.19
Petrus *Aeſern.* 395.9.398 21
S. Ang. Lomb. 830.3.7.
Cajac. 445.8.448.23.
Calven. 477.2.478.10.
Capuan. 319.36.
Carinol. 470.28.468.12.14
Compſ. 816.17.808 2
Cuman. 228.6
Iſclan. 202.1.4
Laquedon. 839.17
Lubr. 645. 2
Neap. 92.62.106.68
Nolan. 254.27. 257.36. 258.44
Satrian. 853.1.13
Stabien. 860 13.18
Surrent. 612.21.22.613.29.31
Teatin. 681.6. 712.25. 738.36
Thean. 552.14. 569.22
Venafr. 583.3. 584 16.18
Vicoaq. 632. 3
Aotonius Capoblaneus *Laqued.* 842.33
de Vieedominis *S. Ang. Lomb.* 834.17
Paulus de Ruſtieis *Æſern.* 404.51
Agello *S. Ang. Lomb.* 830. 9
Ajoſca *Sueſſan.* 544.31
de Brina *Calven.* 478.15
Cavalcaote *Puteol.* 290.66
Fabri *S. Angeli Lomb.* 830. 5
Ferrus *Teatin.* 740.39
Flores *Stabien.* 662.34
Gambacurta *Stab.* 665.46
Gerra *Capuan.* 341.65
Nolan. 258.41
de Gratia *Neapol.* 131.80
Lambertus *Caſertan.* 511.30
de Marcheſiis *Lubren.* 646.12
Urſeolus *Satrian.* 853.15
Phileſius Citradinus *Muran.* 850.33
Philippinus Cæſarinus *Nolan.* 264.60
Philippus *Acerrar.* 219.14
Capuan. 326.53
Caſertan. 484.10
Compſan. 816.19
Puteol. 280.33
Surren. 608 11
Anaſtaſius *Surren.* 628.64
de Bariliis *Capuan.* 351.79
Gerius *Iſclan.* 236.22
Minutulus *Neapol.* 118.72
Ruffinus *Æſern.* 399.24
Spioula *Nolan.* 261.56
de Sirozzis *Surren.* 620.50
de Toralio *Sueſſan.* 540.24
Placidus Carrafa *Acer.* 224.35
Pompejus Piccolomineus *Anſan.* 790. 5
Pomponius *Neapol.* 48.26
Porphyrius *Caſert.* 480. 4
Poſſulus *S. Ang. Lomb.* 830.10
Priſcus *Capuan.* 298.1.302.12
Probinus *Capuan.* 908.20
Probus *Neapol.* 26.5

Pro-

Proterius *Capuan.* 298. 6 A
Protus *Capuan.* 298. 7
Prudentius *Atinen.* 423.10
Ptolomæus de Ptolomæis *Vicoaquen.* 633.15
Pyrrhus de Azzia *Puteol.* 283.45

Q

QVintius *Nolan.* 247. 5
Quintius *Teatin.* 678.2

R

RAlmundus *Compſan.* 819.25
de Mauſacco *Teatin.* 739.37
Ranulphus *Caſert.* 475.1
Raphael Maria Philamondus *Sueſſ.* 547.44 B
Raul *Thean.* 552.13
Raynaldus *Æſernen.* 396.12
Calven. 478.16
Capuan. 330.58. 333.59
Teatin. 734.34
Venafr. 583.6. 584.9.
de Aquino *Teatin.* 754.27
de Cancellariis *S. Angeli Lomb.* 831.15
Piſcicellus *Neap.* 144.91
Raynerius *Acerrar.* 219. 9
Raynulphus *Teatin.* 696.15
Raynutius Farneſius *Neap.* 155.98
Redux *Neapol.* 47.25
Regiualdus *Capuan.* 345.75
S. Renatus *Surren.* 595. 2
Riccomannus de Buffalinis *Venaf.* 585.27
Richardus *Biſacien.* 836. 5
Puteol. 278 17
Sutrian. 853.10
Surren. 612.27 C
Gattula *Vicoaquen.* 632.10
de Rugerio *Capuan.* 344.71
de Thedaldis *Carinol.* 469.19
Rimu *Teatin.* 683. 9
Riſus *Sueſſan.* 535. 2
Robertus *Aeſern.* 398.19
S. Angeli Lomb. 830. 4
Calven. 478.18
Capuan. 325.50
Carinol. 468.10
Muran. 844. 3
Sueſſan. 537.9. 538.15
Teatin. 706.22
de Aſprello *Sueſſ.* 537.13
Bellarminus *Capuan.* 360.91
Brancia *Surren.* 613.34
de Nue *Acerrar.* 220.19
Rodelpertus *Capuan.* 312.29
Rufferius *Cajacen.* 447.15
Roffridus *Tean.* 569.16 D
Rogerius *Cajacen.* 449.27
Caſertan. 442. 6
Laqued. 839. 3
Teatin. 702.16
Venafr. 585.21
Romanus *Acerran.* 217. 2
Atinen. 424.13
Ruſarlus *Surren.* 598. 4
Ruffinus *Capuan.* 307.19
Nolan. 257.35
Ruffus *Capuan.* 297. 3
Nolan. 252.13
Ruſticus *Teatin.* 705.21

S

SAllmbene *Capuan.* 340.64
Salomon *Atinen.* 423. 6
Salvator Caracciolus *Compſ.* 824.37
Muſca *Vicoaquen.* 632.13
Scaglione *Stab.* 666.48
Salvus *Iſclan.* 232. 3
Sandrarius *Thean.* 552. 9
Saxo *Nolan.* 254.31
Scipio *Calven.* 480.38
Cicinellus *Surren.* 615.43
de Dura *Laqued.* 840.22
Geſualdus *Compſ.* 825.39
Salernitanus *Acerrar.* 221.29
Sebaſtianus *Æſern.* 368. 2
Leupardi *Venuſ.* 588.38
Secundus *Caſert.* 485.12
Sennes *Capuan.* 325.51
Sergius *Neapol.* 59.41.89.55.89.59 98.65
Stabien. 657.5.8
Surren. 608.14
Severus *Neapol.* 34.16
Petrucci *Muran.* 849.23
Sicu *Capuan.* 319.37
Sigebertus *Atinen.* 437.24
Sigiſmundus Thaddæus *Cajacen.* 459.62
Simeon *Muran.* 849.24
à Lopa *Puteol.* 280.35
de Vernaculis *Puteol.* 284.49
Sinotus *Capuan.* 296. 2
Sirenus *Nolan.* 252.15
Sixtus Diutiulus de Arena *Carinol.* 471.36
Soter *Neapol.* 45.22
Sparanus *Venafr.* 584.15
Stabilis *Caſert.* 482. 5
Stabilis Zarillus *Carinol.* 470.27
Statius *Cajacen.* 446.11
Stephanus *Biſacien.* 837.14
Cajacen. 441. 4
Calven. 478.13
Cariaolen. 468.7
Neapol. 47.24.62.45.82.51
Puteol. 273. 7
Stabien. 657.6
Surrent. 608.12
Thean. 551.6
Gobernus *Calven.* 478.21
de Oringo *Compſ.* 815.12
de Raho *Caſert.* 508.24
de Sanitate *Capuan.* 345.76
Saulius *Teatin.* 769.74
Sylverius de Petrucciis *Muran.* 849.31
Symmachus *Capuan.* 301.20

T.

TAncredus *Calven.* 477. 3
Teodinus *Thean.* 556.15
Teſſelinus Fontana *Vicoaq.* 632. 5
Teuto *Teatin.* 696.54
Thaddæus *Calven.* 478.11
Pepulus *Carinol.* 471.34
Theobaldus *Stab.* 659.11
Theodoricus *Teat.* 679.4.682.7
Theoduſius *Æſern.* 398.14
Capuan. 311.28
Puteol. 272. 5
Nolan. 252.14
Thomas *Acerrar.* 219.3.12
Cajacen. 446. 9
Iſclan. 233. 6
Neapol. 106.67
S. Ang. Lomb. 830. 1

Thomas *Satrian.* 853. 9
Teatin. 731.32
de Aquino *Viçoaq.* 642.29
Sueſſ. 547.43
Attharius *Satrian.* 854.18
Brancaccius *Puteol.* 280.37
Caracciolus *Capuan.* 357.87
Carrafa *Puteol.* 283.44
Confectus *Muran.* 850.37
Imperatus *Vicoaquen.* 637.26
de Paſchaſio *Cajacen.* 448.25
de Porta *Thean.* 570.28
Roſa *S.Aug. Lomb.* 835.27
Torrellus *Puteol.* 280.36
Tiberius *Neapol.* 66.47
Bollious *Æſern.* 405.53
Criſpus *Sueſſ.* 545.36
Tiburtius *Capuan.* 305.14
Timaſius *Neapol.* 43.19
Trojanus Geſualdus *Compſ.* 820.31

V

S. VAlerius *Surren.* 598. 3
de Caocellariis *S.Aug. Lomb.* 824.16
Vaſinus Rolandus *Capuan.* 344.72
Ugo *Capuan.* 319.35
Vianeſius Albergatus *Cajac.* 452.43
Victor *Capuan.* 306.18
Victor *Neapol.* 46.23.89.58
Victorinus Manſus *Stab.* 663.39
Vigilantius *Atinen.* 423. 9
Vincentius *Capuan.* 501. 8
A Vincentius *Neapol.* 50. 28
Branchaleo *Thean.* 575.45
Capuccius *Teat.* 771.79
Carrafa *Calven.* 482.43
Carrafa *Neap.* 152.96
de Corbis *Acerran.* 220.21
Maſſa *Cajacen.* 451.40
Martinellus *Venaf.* 588.36
Paganus *Acerrar.* 223.33
Petrolinus *Muran.* 850.36
Rabatta *Teatin.* 770.75
Seraphinus *Thean.* 576.46
de Sylva *Calven.* 482.44
Vindemius *Atinen.* 425.15
Vitalis *Cuman.* 228. 7
Teatin. 744.44
Vitelliaous *Capuan.* 310.25
Ulyſſes Gherardious *Sueſſan.* 546.42
Urbaous *Atinen.* 422. 4
S. Urbanus *Thean.* 551. 3
B Urſus *Cajacen.* 441.3. 446.10. 447.16
Neapol. 42.27
Stabien. 656. 1
Surren. 609.19
de Urſinis *Thean.* 573.37
Vvillelmus *Cajacen.* 446 10
Vulpianus Vulpius *Teatin.* 766.70

Z

ZAcharias *Biſac.* 837. 3
Zozimus *Puteolan.* 275.10

INDEX
COGNOMINUM
OMNIUM EPISCOPORUM,

Qui in hoc Sexto Tomo Italiæ Sacræ continentur, ordine alphabetico diſpoſitus.

Prior numerus paginam, alter numerum marginalem indicat.

A

ACciapacio Nicolaus *Capuan.* 353.80
Acerno Angelus *Muran.* 852.45
de Acreſta Joan. *Caſert.* 507.53
de Actis Antimus *Orton.* 782.3
de Adamo Franciſcus *Æſer.* 401.36
S. Agatha Marinus *Stabien.* 661.28
de Agello Petrus *S. Angeli Lomb.* 830.9
Agriſanus Joan. Ant. *Surrent.* 625.60
Aioſſa Petrus *Sueſſ.* 544.31
de Alaneo Matthæus *Stabien.* 660.19
Albanus Bartholomæus *Surren.* 621.53
Berth. *Sueſſ.* 545.37
de Albergatis Vianeſius *Cajac.* 452.53
Albertinus Albertus *Capuan.* 345.74
de Alberto Andreas *Compſan.* 815.11
Angelus *Venaf.* 585.56
de Alexandro Ludovicus *Surren.* 612.53
Amphora Nicolaus *Stabien.* 661.32
Anaſtaſius Philippus *Surrent.* 628.64
Anchamonus Carolus *Venafr.* 585.53
de Angelo Carolus *Acer.* 224.36
de Anna Jo. Ferdinandus *Carinol.* 473.32
Jo. Franciſcus *Carinol.* 470.31
Annonius Franciſcus Maria *Muran.* 851.41
Aquarolus Joannes *Neapol.* 68.48
Aquaviva Andreas Matthæus *Venaf.* 586.32
Horatius *Cajac.* 455.49
Octavius *Neap.* 171.105
de Aquino Ladislaus *Venaf.* 587.34
Raynaldus *Teatin.* 724.27
Thomas *Vicoaq.* 642.29
Sueſſ. 547.43
de Aragonia Alphonſus *Teatin.* 753.52
Arcella Fabius *Capuan.* 358.89
Arcomanus Antonius *Stabien.* 661.26
de Arena Sixtus *Carinol.* 471.36
Areoſtus Carolus *Acerrar.* 220.23
de Aretio Paulus *Neap.* 160.102
Aſprella Laurentius *Lubr.* 649.18
de Aſprello Robertus *Sueſſan.* 537.13
Attharius Thomas *Satrian.* 854.18
Augerius Bernardus *Carinol.* 469.17
Avolus Iunicus *Iſclan.* 236.23.25
de Auxilio Joſeph *Caſert.* 516.47
Ayrolus Paulus *Carinol.* 472.45
de Azzia Pyrrhus *Puteol.* 283.45

B

de BAcio Jacobus *Teatin.* 735.53
de Bacio Paulus *Calven.* 480.36
Baglietta Antonius *S. Ang. Lomb.* 830.8
A Baldinus Carolus *Surrent.* 624.58
Barba Alphonſus Alvarez *Anſan.* 794.14
Barbianus Bernardus *Biſac.* 872.21
de Bariliis Philippus *Capuan.* 351.79
Bartolus Benedictus *Laqued.* 842.34
Belhomo Agapitus *Caſertan.* 513.37
Belinzo Martinus *Thean.* 751.55
Bellarminus Robertus *Capuan.* 360.91
Bellonus Andreas *Lubren.* 648.15
de Beragno Franciſcus *Biſac.* 837.9
Berarduccius Hippolytus *Caſert.* 518.49
Bernardus Antonius *Caſert.* 512.36
Bibiena Bernardus *Puteol.* 284.48
Blancus Archangelus *Thean.* 574.43
Blondus Franciſcus Antonius *Orton.* 783.4
Laurentius *Compſ.* 815.13
Boczutus Ludovicus *Neapol.* 137.83
Boldonus Octavius *Thean.* 576.53
Bollinus Hieronymus *Aeſern.* 405.52
Tiberius *Aeſern.* 405.53
B Bologninus Marius *Anſan.* 792.9
Bonafaccia Carolus *Orton.* 783.6
Boncianus Jo. Baptiſta *Caſert.* 510.29
Boncompagnus Franciſcus *Neap.* 180.108
Boneſana Franciſcus *Cajac.* 460.56
Bonfilius Antonius *Carinol.* 472.42
de Bonifaciis Nicolaus *Compſ.* 815.10
Bonjoannes Mutius *Surrent.* 623.57
Bononia Joſeph *Capuan.* 365.100
Michael *Aeſern.* 405.56
Borgia Franciſcus *Thean.* 573.38.39
Joannes *Capuan.* 355.82
Borgius Hieronymus *Lubr.* 646.13
Joannes Baptiſta *Lubr.* 647.14
Borromæus Carolus *Puteolan.* 284.50
Boſcus Alexander *Carinol.* 475.41
Boſquetto Bernardus *Neap.* 132.81
Brancaccius S. Baculus *Surren.* 603.9
Lælius *Surrent.* 652.55
Thomas *Puteol.* 280.37
C Brancaleo Vincentius *Thean.* 575.45
Brancia Robertus *Surrent.* 613.34
Matthæus *Surrent.* 615.41
de Brina Petrus *Calven.* 478.15
de Bruna Jo. Bapt. *Teatin.* 751.50
Brunus Ferdinandus *Laqued.* 641.29
Jo. Franciſcus *Nolan.* 260.54
Matthæus *Sueſſan.* 540.23
Britus Joan. *Puteol.* 279.52
Bubalo Gregorius *Calven.* 481.40
Buccabarilis Alexandr. *Orton.* 781.2
Buccarellus Jo. Jacobus *Nolan.* 259.53
Bufalarius Barthol. *Iſclan.* 233.8
Buffalinus Riccomannus *Venafr.* 585.27
Buſdragus Cæſar *Teatin.* 765.64

C

CAballus Bonaventura *Caſert.* 516.48
Cæſarinus Philippinus *Nolan.* 264.60
Cæſius Federicus *Caſert.* 512.35
 Ludovicus *Stab.* 661.31
Cajetanus Aloyſius *Capuan.* 362.93
 Antonius *Capuan.* 362.92
 Cherubinus *Sarrian.* 854.20
 Jordanus *Capuan.* 353.81
 Nicolaus *Capuan.* 357.88
Campagna Joannes Baptiſta *Puteolan.* 289.57
Campana Fabritius *Compſ.* 826.44
Campanilis Jo. Hieronymus *Æſern.* 403.46
de Cancellariis Raynaldus *S. Ang. Lomb.* 830.15
 Valerius *S. Ang. Lomb.* 834.16
Candidus Jacobus *Laqued.* 840.27
Cantelmus Jacobus *Neapol.* 202.111
 Capuan. 365.99
Canutus Joannes *Carinul.* 471.33
Capece Latro Landulphus *Puteolan.* 279.28
 Jo. Maria *Iſclan.* 344.31
de Capite Franciſcus *Biſac.* 837.15
Capoblancus Petrus Antonius *Laqued.* 842.33
Capo ferro Guillelmus *Teatin.* 741.41
Cappellettus Paulus *Laqued.* 840.23
Capranica Bartholomæus *Carinul.* 471.35
Caprilianus Alphonſus *Carinol.* 473.46
de Capua Joannes *Capuan.* 341.68
 Alexander *Teatin.* 727.30
 Matthæus *Surrent.* 612.28
Capycius Vincentius *Teat.* 771.79
Caracciolus Bernardus *Neapol.* 212.69
 Bernardus *Surrent.* 614.37
 Cajetanus *Compſ.* 827.47
 Jo. Baptiſta *Venaf.* 586.30
 Calven. 482.45
 Horatius *Venaf.* 587.33
 Innicus *Neapol.* 188.109
 Landulphus *Stabien.* 660.14
 Nicolaus *Capuan.* 366.102
 Salvator *Compſan.* 824.37
 Thomas *Capuan.* 357.87
Caramuel Laurentius *Stab.* 665.47
Caravita Paulus *Compſ.* 826.46
Carbonus Guillelmus *Teat.* 749.47
Carduccius Franciſcus *Laqued.* 840.24
Carpanus Cæſar Angelus *Muran.* 849.28
Carrafa Alexander *Neapol.* 150.94
 Alphonſus *Neapol.* 157.100
 Bernardinus *Teatin.* 753.55
 Neapol. 152.95
 Decius *Neapol.* 174.106
 Franciſcus *Neapol.* 154.97
 Franciſcus Antonius *Auſan.* 794.25
 Franciſcus Maria *Nolan.* 266.63
 Jo. Antonius *Venaf.* 586.31
 Petrus *Neapol.* 156.99. *Teat.* 754.56
 Acer. 220.24. *Teat.* 760.59
 Marius *Neapol.* 158.101
 Oliverius *Neapol.* 147.93. *Teat.* 753.54
 Cajat. 451.39
 Placidus *Acerr.* 224.35
 Thomas *Puteol.* 283.44
 Vincentius *Neap.* 112.96. *Calv.* 482.43
Caruſius Jo. Innocentius *Muran.* 850.39
Caſablanca Dominicus *Vicoaq.* 633.18
Caſtaldus Jo. Mattheus *Puteol.* 284.52
 Hieronymus *Lubren.* 646.11
Caſtellarius Bernardinus *Puteol.* 284.51
Caſtriottus Conſtantinus *Æſern.* 401.37
de Caſtro Barnabas *Auſan.* 794.18
Caſtruccius Jo. Baptiſta *Teat.* 762.65
Catalanus Michael Angelus *Aeſern.* 405.54
Catharinus Ambroſius *Compſan.* 820.34
Cavalcante Petrus *Puteol.* 290.66
A de Cavaleriis Gaſpar *Capuan.* 364.98
de Cavalline Jacobus *Laqued.* 839.16
Cavaſilice Hieronymus *Carinul.* 472.44
de Ceccano Annibal *Neapol.* 127.77
Centinus Mauritius *Lubren.* 649.21
Cerbonius Martinus *Caſert.* 512.33
Certa Alexius *Stab.* 661.29
 Ludovicus *Stab.* 661.31
Chierus Bernardinus *Cajat.* 451.42
Chriſtophorus Jo. Jacobus *Laqued.* 841.31
Ciaja Angelus *Thean.* 575.47
Ciantes Ignatius *S. Ang. Lomb.* 835.26
Cicinellus Scipio *Surrent.* 615.43
de Cico Joannes *Iſclan.* 235.16
Ciminus Joannes *Vicoaq.* 631.1
Ciogni Nicolaus *Venafr.* 585.39
Ciria Angelus Maria *Teatin.* 770.76
Cittadinus Phileſius *Muran.* 850.33
Coccius Curtius *Compſan.* 825.41
Columna Benedictus *Teatin.* 742.42. *Biſac.* 837.11.
B de Comina Joannes *Teatin.* 748.46
de Comitibus Joannes *Compſ.* 819.26
 Nicolaus *Compſ.* 819.27
 Franciſcus *Compſ.* 819.28
de Concilio Angelus *Acerr.* 219.13
Conſectus Clemens *Muran.* 850.38
 Thomas *Murani* 850.37
de Conſtantio Angelus *Puteol.* 282.42
 Hieronymus *Capuan.* 362.94
 Ludovicus *Puteol.* 282.41
Coppinus Gregorius *S. Ang. Lomb.* 835.24
Coppola Jo. Carolus *Muran.* 850.39
Coquerel Florentinus *Surren.* 621.51
de Corbara Gaſpar *Biſacien.* 838.22
de Corbis Vincentius *Acerran.* 220.21
Cordella Hyacinthus *Venafr.* 588.37
à Cornea Joſeph *Caſert.* 514.41
Corvinus Maximus *Æſern.* 402.39
Coſai Michael *Iſclan.* 235.15
Coſſa Balthaſſar *Iſclan.* 234.10
C Coſta Cæſar *Capuan.* 358.90
Coſtius Matthæus *Puteol.* 281.39
de Caſtro Petri Matthæus *Acerran.* 219.7
Cotignola Michael Angelus *Iſclan.* 238.29
Cozza Antonius *Laqued.* 839.14
Creſcentius Alexander *Orton.* 783.5
 Marcellus *Compſ.* 820.33
Criſconus Bartholomæus *Caſert.* 515.45
Criſpanus Joannes *Teatin.* 740.38
Criſponus Jo. Chriſtoph. *Thean.* 572.74
Criſpus Tiberius *Sueſſan.* 545.36
de Curte Paulus *Aeſern.* 402.43
Curteſius Leo *Acer.* 220.18
Cuzzolinus Carolus *Puteol.* 290.63
Cyrillus Dominicus Antonius *Carin.* 473.48

D

D DAndinus Hieronymus *Caſert.* 512.32
Deſcarius Nicolaus *Acerran.* 219.16
Diano Gaſpar *Neapol.* 144.90
 Compſ. 818.23. *Thean.* 571.33.
 Nicolaus *Neapol.* 142.89 *Thean.* 571.31
Diaz Antonius *Caſert.* 514.40
Diotalevius Franciſcus *S. Angeli Lomb.* 835.22
Donzellus Joſeph *Surren.* 623.56
de Dura Antonius *Laqued.* 839.20
 Blaſius *Stabien.* 666.51
 Scipio *Laqued.* 840.22

E

EStenſis Hippolytus *Capuan.* 355.85

F

FAbri Petrus *S. Ang. Lomb.* 830.5
Falangnia Demetrius *Surren.* 614.40
Domitius *Surren.* 615.42
Falces Joſeph *Puteol.* 290.64
Falconius Joſeph *Orton.* 785.8
Jacobus *Cajac.* 460.58
Faicuccius Franciſcus Maria *Calven.* 482.42
Falinvenia Auguſtinus *Iſclan.* 236.19
Farneſius Raynuccius *Neapol.* 555.98
Faroneus Joſeph *Lubr.* 648.16
del Fede Antooius *Calven.* 478.23
Ferrarius Jo. Bsptiſta *Capuan.* 355.84
Ferro Odoardus *S. Ang. Lomb.* 831.13
Ferrus Petrus *Teatin.* 740.39
Filinius Majoraous *Cajac.* 460.57
Fiaſcone Andreas *Venaf.* 585.22
Flores Antonius *Stabien.* 662.33
Nicolaus *Caſert.* 485.11
Petrus *Stabien.* 662.34
Florimontius Galeatius *Sueſſ.* 545.38
Fonſeca Joannes *Stabien.* 662.35
Fontana Franciſcus *Nolan.* 257.40
Teſselinus *Vicoaq.* 632. 5
Foracapra Joannes *Sueſſ.* 544.32
Fortiguerra Nicolaus *Thean.* 571.36
Fortinus Michael *Anſan.* 790. 3
de Foſſa Nicolaus *Teatin.* 728.31
Gaſpar *Calven.* 480.34
de Franchia Hieronymus *Capuan.* 362.94
Ainyſius *Vicoaquen.* 635.22
Fulgure Antonellus *S. Angeli Lomb.* 834.19

G

GAlatina Laurentius *Anſan.* 793.11
Galla Jo. Antonius *Calven.* 479.30
Galius Alexander *Labren.* 650.22
Fabritius *Nolan.* 262.57
Galluelus Antonius *Calven.* 478.22
Goffridus *Thean.* 569.21
Jacobus *Stabien.* 661.27
Gambara Beliſarius *Calven.* 480.33
Gambacurta Petrus *Stab.* 665.46
de Gattulis Joannes *Cajacen.* 450.32
Gattula Ricchardus *Vicoaq.* 635.10
Joannes *Venafr.* 585.25
Gattus Conſilius *Compſan.* 816.15
Gavasius Modeſtus *Teatin.* 770.77
Gemaoddi Alexius *Aeſern.* 403.44
Gentilis Deodatus *Caſertan.* 514.39
Genuenſis M. Antonius *Aeſern.* 403. 45
Gerardinus Angelus *Sueſſan.* 541.30
Gerardious Ulyſſes *Sueſſ.* 546.42
Gerius Philippus *Iclan.* 236.22
Gerra Petrus *Capuan.* 341.65
Nolan. 258.41
Gervaſius Andreas *Anſan.* 793.13
Geſualdus Alphonſus *Neap.* 167 104
Camillus *Compſ.* 820.29
Scipio *Compſan.* 825.39
Trojanus *Compſan.* 820.31
Gibert Joſeph Nicolaus *Thean.* 577.54
Giloto Laurentius *Puteol.* 281.38
Gironda Hector *Lubren.* 649.20
Gobernus Stephanus *Calven.* 478.21
Goceus Joannes *Venafr.* 584.17
Gonzaga Franciſcos *Nolan.* 264.59
Gori Franciſcus *Sueſſ.* 547.45
Gorrea Joannes *Acerran.* 222.32
de Grandonibus Henricus *Sueſſ.* 539.22
de Gratia Petrus *Neapol.* 131.80
de Grifooibus Matthæus *Nuran.* 849.29
Grimaldus Hieronymus *Venaf.* 586.28
Groſſulus Franciſcus *Carinol.* 470.26
A Guaſtaferrus Franciſcus *Sueſſ.* 545.35
Guevara Ioannes *Thean.* 575.50
Guindacius Athanaſius *Capuan.* 350.78
Guttieres Franciſcus *Iſclan.* 236.20

H

de HEnrico Antonius *Cajac.* 450.36

I

JAcconia Antonius *Puteol.* 283.47
Jannottus Maurelius *Calven.* 479.27
de Jaouariis Marinus *Calven.* 480.32
Menelaus *Surren.* 619.46
Imperatus Thomas *Vicoaquen.* 637.26
Joccia Matthias *Venaf.* 585.41
Jordanus Dominicus *Æſerni* 403.48
B Jacobus *Laqued.* 842.32
de Judice Marinus *Thean.* 570.25
Marinus *Stabien.* 661.22
de Juliis Jo. Vincentius *Lubren.* 650.23

L

LAncellottus Jo. Bapt. *Nolan.* 263.58
Lambertus Petrus *Caſert.* 511.30
Landus Ludovicus *Caſert.* 507.21
Lanoy Conſtantinus *Vicoaq.* 633.20
Laurus Aotonius *Stabien.* 665.36
de Legunissa Fabius *Compſ.* 825.42
de Leis Bernardinus *Iſclan.* 235.17
Lentius Jacobus *Compſ.* 826.45
de Leon Martinus *Puteol.* 286.56
Jo. Xaverius *Æſer.* 405.58.
de Leonibus Hieronymus *Teatin.* 761.63
Joannes *Caſert.* 508.27
B Leopardi Seballianus *Venafr.* 588.38
Loffredus Carolus *Capuan.* 366.101
Lomellinus Jo. Baptiſt. *Aeſern.* 402.42
Longus Joannes *Vicoaquen.* 632.12
Lopa Simon *Puteol.* 280.35
Lopes Joannes *Capuan.* 355 83
de Luca Blaſius *S. Ang. Lomb.* 831.14
Lupari Ovidius *Thean.* 575.49
de Lutiis Jacobus *Cajacen.* 451.38

M

MAccafanus Angelus *Anſan.* 789.1
Macedonius Aloyſius Maria *Sueſſ.* 547.46
Maſſa Vincentius *Cajacen.* 451.40
Maſſæus Bernardinus *Caſert.* 512.34. *Teatin.* 760.60
M Antonius *Teatin.* 760.61
Horatius *Teatin.* 763.69
Magnonus Julius *Calven.* 480.35
Majorana Marcellus *Acerrar.* 222.30
D de Majoranis Ludovicus *Stabien.* 663.37
Mancious Antonius *Venaf.* 585.24
Mandina Benedictus *Caſert.* 513.38
Manſus Victorinus *Stabien.* 663.39
Maranta Fabius *Calven.* 480.39
Marcheſius Ferdinandus *Vicoaq.* 613.16
Dominicus Maria *Puteol.* 290.61
Perrus *Labren.* 846.12
Mari Henricus *Maran.* 845.11
Mariocola Jo. Paulus *Thean.* 573.44
Marinus Didacus *Æſern.* 403.47
Joannes *Thean.* 570.26
Leonardus *Anſan.* 790.6
de Maronibus Chriſtophorus *Aeſer.* 400.27
Marottus Angelus *Calven.* 479.26
Manſuetus *Acerran.* 224.34
Marra Antonius *Carinol.* 473.47
de Martiis Franciſcus *Laqued.* 839. 5
Jacobus *Laqued.* 839.10

Mar-

Martinellus Vinceutius *Venaf.* 588.36
de Martinis Jacobus *Sueſſ.* 541.29
Maizatus Anſelmus *Teat.* 766.68
Maſcambruuus Hieronymus *Æſer.* 404.50
Annibal *Stabien.* 664 42
Meolus *Muran.* 849.22
Maſſa Andreas *Stabien.* 664.43
Carolus Nicolaus *Venafr.* 585.40
de Maſſaneis Paulus *Laqued.* 839. 6
Maſiarenga Andreas *Labren.* 651.25
Maſilloneus Joſeph *S. Ang. Lomb.* 836.29
de Maſtro judiee Joannes *Surren.* 612.54
Matricius Jacobus *Sueſſ.* 538.17
de Mauſſaco Raymundus *Teat.* 739.37
Mazziottus Angelus *Calven.* 479 24
Medices Guido *Teat.* 759.58
Meltius Camillus *Capuan.* 363.96
Jo: Antonius *Capuan.* 364.97
de MeoJietta Franciſcus *Stab.* 666.49
Meyſoneſo Bertraudus *Neapol.* 231.79
de Migliolo Petruccius *Biſacien.* 837.19
Minutulus Flamingus *Nolan.* 259.50
Henricus *Neapol.* 539.80
Philippus *Neapol.* 182.72
Mirabellus Marcus *Surren.* 612.25
de Miro Alexander *Sueſſ.* 539 50
Mirtus Julianus *Cajacen.* 450.37
Fabius *Cajacen.* 453.47
Octavius *Cajacen.* 454.48
Alexander *Cajac.* 453.46
Mirus Joannes *Stabien.* 663.38
de Miſerata Bartbolo *Surren.* 614.36
Mormile Aloyſius *Surrent.* 620.47
Nardus *Surren.* 619.45
Muctula Joannes *Cajac.* 449. 26
Muſca Salvator *Vicoaquen.* 635. 13
Muzzarellus Hieronymus *Compſ.* 822.35

N

NEpita Jo. Baptiſta *S. Ang. Lomb.* 836.28
Lubr. 651.26
Nerius Franciſcus Maria *Lubr.* 651.24
Nichiſolus Hieronymus *Theat.* 573.42
Nicolaus Franciſcus *Compſ.* 828.48
de Noe Nicolaus *Acerran.* 220.20
Robertus *Acerran.* 220. 19
de Norlega Benedictus *Acer.* 225.39
Numajus Antonius *Æſern.* 402 41
Chriſtophorus *Æſern.* 405.40

O

de OFferius Nicolaus *Nolan.* 258.47
Oliva Joannes *Teat.* 761.62
Oliverius Joannes *Aeſern.* 407.38
de Oriogo Stephanus *Compſan.* 815.12
Orpheus Jo. Antoo. *Carilon.* 470.30
de Ortis Auguſtinus *Satrian.* 854.59

P

PAcellus Alphonſus *Muran.* 851.42
Pacificus Dominicus *Thean.* 578.55
Paganus Vincentius *Acerran.* 223.33
Palenterius Jo: Paulus *Laqued.* 840.26
à Palma Jo. Baptiſta *Lubren.* 648.17
Carolus *Puteol.* 290.59
Palmerius Andreas *Compſan.* 850.30
Palutius Gaſpar *S. Ang. Lomb.* 834. 51
Pandonos Andreas *Capuan.* 342.69
Pauella Joannes *Muran.* 848.17
Papazuiis Bartholomæus *Thean.* 570.25
Teatin. 743. 43
Psravicinus Beltraminus *Teatin.* 741.40
de Pardo Bartholomæus *Aeſern.* 400.33
A Paredes Joannes *Stabien.* 665.45
Pariſanus Aſcanius *Cajacen.* 453.44
Muran. 849.30
de Paſchaſio Thomas *Cajacen.* 448.25
Paſſarellus Hieronymus *Aeſern.* 405.55
Paternò Antonius *Anſan.* 794.20
Patraſſus Leonardus *Capuan.* 341 66
Paveſius Julius *Surren.* 622.54
de Paulo Joannes *Sueſſan.* 538.18
Pedacca Marcus *Laqued.* 840.55
Pepulus Thaddæus *Carinol.* 471.34
Perroous Franciſcus *Cajac.* 459.53
Perutius Marſilius *Teatin.* 768.72
Petagna Joſeph *Cajacen.* 460.54
Petirro Michael *Puteol.* 290.65
Petra Didacus *Surrent.* 627.63
Petralata Jo. Baptiſta *S. Ang. Lomb.* 834.18
Petrolinus Vinceotius *Muran.* 850.36
de Petropaulo Annibal *Stabien.* 666.50
de Petrucciis Jo. Bapt. *Caſert.* 509.28
B Jacobus *Sueſſan.* 539.21
Severus *Muran.* 849.23
Sylverius *Muran.* 849.31
del Pezzo Antonius *Surren.* 655.61
Clemens *Stabien.* 664 44
Philamarinus Januarius *Calven.* 481.41
Matthæus *Neapol.* 222.75
Aſcanius *Neapol.* 184.508
Marinus *Capuan.* 335.62
Paulus *Cajacen.* 456.50
Philamondus Raphael Maria *Sueſſ.* 547.44
Piccolomineus Bernardinus *Surren.* 621.52
Pompejus *Anſan.* 790. 5
de Pinea Cynthius *Capuan.* 340.63
Pignatellus Aotonius *Neapol.* 195.110
Franciſcus *Neapol.* 209.112
de Piſcibos Angelus Camillus *Muran.* 849.27
Nicolaus Antonios *Muran.* 849.26
Piſcicellus Raynaldus *Neapol.* 544.91
Hector *Anſan.* 791. 7
B Piſcara M. Antonius *Compſan.* 824.38
Placidus Joannes *Sueſſan.* 545.39
Plaoula Cæſarius *Vicoaquen.* 632. 7
de Polo Gregorius *Teat.* 725.28
Porcarius Joannes *Laqued.* 839.18
de Porta Joannes *Capuan.* 345.73
Guiduccius *Muran.* 848.18
Thomas *Thean.* 570.28
Poſitaol Joſeph Maria *Acer.* 225.40
Provenzalis Hieronymus *Surrent.* 624.59
de Ptolomæis (,, *Ptolomæus*) *Vicoaq.* 633.15
Pulveronus Fabius *Iſclan.* 236.24
de Puteo Joſeph *Thean.* 579.56

Q

QUintius Aoguſtinus *Labren.* 649.19
de Quiros Hierooymus Bernardus *Puteol.* 285.54. *Stab.* 663.40

D

R

RAbatta Vincentius *Teatin.* 770.75
Radulovich Nicolaus *Teat.* 770.79
Raho Stephanus *Caſert.* 508.54
Rangoous Hercules *Compſ.* 826.43
S. Ang. Lomb. 835.23
Rapuccius Jo. Baptiſta *Vicoaq.* 637.27
Ratta Aloyſius *Capuan.* 350.77
Raulius Alexander *Vicoaq.* 636.25
Rebalius Fauſtus *Sueſſ.* 546.41
Rebiba Jo. Dominicus *Orton.* 781.1
Regius Paulus *Vicoaq.* 633.21
Ricchardus Alexander *Sueſſan.* 546.40
Riccius Laurentius *Iſclan.* 235.13
Julius *Muran.* 850.34
Aloyſius *Vicoaquen.* 636.24
Ricciullus Antonius *Caſert.* 514.43

Riva Hippolytus *Stab.* 663.41 A
Rocca Hieronymus *Iſcl.* 237.28
Rodoerius Joſeph *Acer.* 224.38
de Rogerio Ricardus *Capuan.* 344.71
Rolaodus Vaſinus *Capuan.* 344.72
Romellinus Franciſcus *Surrent.* 620.48
Gibertus *Surrent.* 620.49
Romerius Franciſcus *Anſan.* 793.12
Roſa Thomas *S. Ang. Lomb.* 835.27
Roſarius Virgilius *Iſclan.* 236.21
de Roſis Murius *Thean.* 575.71
Le Roux Gaufridus *Capuan.* 326.55
de Rubeis Archangelus *Carinol.* 471.40
Rubeus Jacubus *Neapol.* 242.88
Jacobus Maria *Lubr.* 654.27
Rubluus Nicolaus *Laquedon.* 839.19
Ruffinus Philippus *Æſern.* 399.24
Ruffulo Frauciſcus *Nolan.* 258.48
de Ruſticis Petrus Paulus *Aeſern.* 404.51

S

B

SAgra Aotonius *Vicoaquen.* 633.19
de Salazar Joannes *Anſan.* 790.4
Salernitauus Scipio *Acerran.* 221.29
de Salone Guillelmus *Puteol.* 279.26
Salviatus Joannes *Thean.* 573.40
Salzilla Alexander *S. Ang. Lomb.* 835.55
Saminiatus Horatius *Teatin.* 763.66
Matthæus *Teatin.* 763.67
Sanchez Benedictus *Puteol.* 293.58
Sancta Crucius Aotooius *Teatin.* 769.73
de Sanctis Jacobus *Surren.* 617.44
de Sanitate Stephanus *Capuan.* 345.76
Sanfelicius Joannes *Muran.* 848.19
Sanſeverinus Jo. Fabritius *Acerrar.* 221.27
Autonius *Laqued.* 839.21
Sanz Joſeph *Puteol.* 290.62
Sarnellius Andreas *Muran.* 852.43 B
Sarrianus Hieronymus *Vicoaquen.* 635.23
Sartorius Aotonius Maria *Thean.* 573.41
Saulius Stephanus *Teat.* 769.74
Scaccanus Franciſcus *Nolan.* 258.49
Scaglione Salvator *Stab.* 666.48
Scalea Januarius *Laqued.* 843.36
Scannapecus Jacobus *Lubr.* 646.10
Scarampas Antonius *Nolan.* 260.55
Schinoſi Joſeph *Caſert.* 529.50
Sciamana Brunonus *Caſert.* 515.44
Soomberg Nicolaus *Capuan.* 355.86
Sconditus Nicolaus *Puteol.* 279.24
Scopa Daniel *Nolan.* 265.62
Seraphinus Vincentius *Thean.* 576.46
Sergoſa Michael Angelus *Thean.* 575.48
Serſale Andreas *Surren.* 613.30
Serſalius Honuphrius *Carin.* 472.43
Setarius Carolus *Aeſern.* 401.34
Sfurzatus Carolus *Carin.* 469.25
Sichardus Nicolaus *Vicoaq.* 633.17 D
de Sinibaldis Frauciſcus *Sueſſan.* 545.34
Sinravus Andreas *Cajacen.* 450.34
de Sio Benedictus *Cajetan.* 459.61
de Sobrano Eleazarus *Teatin.* 745.45
Soderious Paulus *Lubren.* 646.6
de Soria Bernardus *Venaf.* 586.29
Spada Bernardiuus Laurentius *Calven.* 479.31
Spioula Philippus *Nolan.* 261.56
Squillantes Paulus *Thean.* 575. 52
Stella Ingiranus *Capuan.* 343.70
Marcellus *Aeſern.* 404.49
Strina Paulus *Iſclan.* 234. 9
Strineus Donatus *Iſclan.* 236.18
de Strozzis Philippus *Surren.* 620.50
Suatdus Fabritius *Caſert.* 514.42
Paulus *Surrent.* 626.62
Suicus Meliadux *Carinol.* 471.37
de Sylva Vincentios *Calven.* 482.44
Tagliacotios Joanoes *Sueſſ.* 541. 28
Talaya Joannes *Nolan.* 251.12

T

TAſſus Paulus *Anſan.* 792.10
Tertius Blaſius *Aeſern.* 405.57
Thaddæus Sigismundus *Cajet.* 459.62
de Thedaldis Richardus *Carinol.* 469.19
Theobaldeſchus Jacobus *Neap.* 146.92
Tilli Carolus *Acer.* 224.37
de Titiis Jo. Paulus *Acerran.* 220.25
de Tocco Marinus *Teatin.* 751.49
Toloſa Paulus *Teat.* 767.71
Tontulus Franciſcus *Iſclan.* 236.26
de Toralto Philippus *Sueſſan.* 540.24
Torellus Thomas *Puteol.* 280.36
Torre Emanuel *Anſan.* 794.16
Trapaoi Lucas *Iſcl.* 240.30
Troſious Felix *Teatin.* 755.57
de Tuffo Jo. Baptiſta *Acer.* 222.31
Turricella Flaminius *S. Ang. Lomb.* 834.20
de Tuſto Gentilis *Stabien.* 661.25

V

VAlrus Leonardus *Puteol.* 285.53
Valignanus Colantonius *Teatin.* 752.51
de Valle Andreas *Cajacen.* 452.41
Vaſquez Joannes *Acerran.* 221.28
de Vecchis Jo. Antonius *Iſcl.* 237.27
Ventrilia Jo. Baptiſta *Caſert.* 515.46
Verallus Hieronymus *Caſert.* 512.31
Verde Fraociſcus *Vicoaq.* 638.28
de Vernaculis Simon *Puteol.* 284.49
Veſpula Joannes *Orton.* 783. 7
Ugoliuus Aſcanius *Muran.* 850.40
de ViceDominis Petrus Anton. *S. Angeli Lombard.* 834.17
de Vico Joannes *Acerran.* 220.22
Villanus Jacobus *Cajacen.* 460.55
Viola Ambroſius *Laqued.* 842.31
Vitellius Nicolaus Aotonius *Carinol.* 471.38
Joannes *Carin.* 471.39
de Vivianis Nicolaus *Teatin.* 750.48
Urſeolus Petrus *Satrian.* 853.15
Urſinus Joannes *Neapol.* 225.78
Bertoldus *Neapol.* 154.76
Flavius *Muran.* 850.32
Jordanus *Neapol.* 140.46
Orlandus *Nolan.* 260.53
Jacobus *Puteol.* 283.46
Gabriel *Calven.* 479.29
Urſus *Thean.* 573.37
Octavius *Venaf.* 587.35
Latiuus *Compſan.* 818.24
Matthæus *Calven.* 479.28
Uva Joannes *Anſan.* 794.19
Volpe Nicolaus *Biſac.* 828.33
Vulpianus Ulpius *Teatin.* 766.70

Y

YBanez Didacus *Puteol.* 290.60

Z

ZAnaſius Nicolaus *Neap.* 138.84
Zappata Marinus *Sueſſ.* 544.33
Zarillus Stabilis *Carin.* 470.27

INDEX

RERUM ET MATERIARUM

De quibus in hoc Sexto Tomo & opere fit mentio.

A

ABBATIÆ S. Clementia Papæ & Martyris à Ludovico II. Imperatore extructæ monumenta digna ſcitu referuntur. 681.A
Acta S. Bernardi Epiſcopi, & Patroni Eccleſiæ Catinulenſis. 462.D
Acta, & miracula S. Baculi Epiſcopi Surrentini recenſentur. 604.A
Acta quamplurimorum Sanctorum in Urbe Neapolitana afferuntur à nn. 12. & deinceps. 12.A
Acta S. Juſtini Presbyteri, Florentii Felicis, & Juliæ Martyrum. 674.C
Acerranæ Civitatis deſcriptio. 216.A
Aenariæ Inſulæ deſcriptio. 230.D
Aequæ, Urbis, & Vici Aequenſis, ejuſque Diœceſis deſcriptio. 630.D
Aeſernia in Coloniam Romanorum erigitur. 366.D
Aeſernia nobilium Virorum Patria. 367.B
Aeſerniæ Civitatis antiquitas. 366.D
B. Agnelli obitus. 53.B
Africanus quidam Rex ingenti Agarenorum claſſe multas Italiæ Urbes expugnat. 82.D
Albertus Monachus dictus Abbas à Beneventana Synodo punitur. 90.C
Alexander IV. habito conclave Neapoli & nominatus, & coronatus Summus Pontifex. 112.C
Alexandri Riccardi Epiſcopi Sueſſani Epitaphium. 546.B
Aligernus Abbas Caſinenſis Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ erexit. 321.A
Alphanus Actoni Epiſcopo Teatino ægrotanti Saphicum miſit. 679.D
Alphonſus de Aragonia Ferdinandi I. Regis Neap. filius nothus, Teatinorum Epiſcopus fuit adiectus. 753.B
Ambroſii Catharini de Politis Archiepiſcopi Compſani præclara opera in ſui tumuli Epitaphio epilogantur. 821.C
Angeli Gerardini Epiſcopi Sueſſani, & Camineuſis epitaphia duo. 543.A
Angelus Maccaſanus Epiſcopus Anſanenſis, a Duce Aprutino retentus à populo Anſanenſi liberatur. 789.D
Archiepiſcopo Capuæ Alfano, ejuſque ſucceſſoribus de jure in Suffraganeos, & in quamplurimas Eccleſias. 327.A
Aſpreo quendam vehementi morbo capitis correptum ſanat. 24.C
Aſpreni precibus ad Deum porrectis, cuidam viro, ac mulieri ſterilibus imploratur filius. 24.B
Aſpren conſecratus in Præſulem, obiit ſenex plenus dierum. ibid.
Aſpren è morbo curatus à vetula ex commiſione D. Petri. 23.C
Aſpren à D. Petro factus eſt S. Evangelii com. prædicator. 23.D
Aſceterium Sacrarum Virginum Sancti Benedicti in Territorio Aliphano ædificatur. 311.C
S. Athanaſii Epiſcopi Surrenti habetur mentio in
A quadam inſcriptione. 599.A
Atinēſis Civitatis antiquitas ejuſq; deſcriptio. 406.B
Atina funditus diruitur, & Cives cum Epiſcopo, & Clero occiduntur. 424.C
Azonis Parmenſis, Epiſcopi Caſertani Epitaphium. 485.B

B

BArtholomæus Criſconus Epiſc. Caſertanus, ſectam quamdam Judaizantium diſſipavit. 515.B
Bartholomæus Epiſcopus Teatinus plura Eccleſiæ ſuæ jura recuperavit. 713.A
Bartholomæus Epiſcopus Teatinus regium brachium accepit ad compeſcenda tum clericorum, tum laicorum vitia. 743.B
Baſilicam in honorem Apoſtolorum in Urbe Capuana conſtruere facit Conſtantinus Imperator. 298.D
B Baſilicæ Neapolitanæ reſtauratio Inſcriptio, & conſecratio. 45.C 46.A
Berardus Albe Comes Cœnobium S. Spiritus de Ocra in Furconienſi Diœceſi ædificavit, dotavit, ac B. Placido ejuſdem Ord. Ciſtercien. donavit, ut extat in documento. 720.C
Bernardus Archiepiſcopus Neapolitanus tamquam Legatus Gregorii PP. XI. ſumit juramentum fidelitatis à Joanna Regina. 133.C
Beneventana Synodus à Nicola Papa celebrata. 90.B.
Berolaſis locus. 318.
Bertrando Archiepiſcopo Neapolitano, conceditur facultas abſolvendi Ludovicum Regem ob non ſolutum Eccleſiæ Romanæ cenſum. 128.C B
Bellum inter Carolum V. & Regem Galliæ Senis, ſedatum eſt. 358.A
Bonifacius creatur Pontifex die 25. Decemb. anno 1294. 119.B
C Bonus Conſul, & Dux Neap. Urbis effectus. 67.A

C

Cœnobium pro Minoritis fratribus extra mœnia Urbis Nolæ conſtruitur. 259.D
Calatiæ Urbis deſcriptio. 461.B
Calices, & cæteræ res ſacræ auferuntur, & profanantur ab hoſtibus invadentibus Monachos, & Monaſterium S. Vincentii de Vulturno. 385.D
Calepodius Neapolitanus Epiſcopus Concilio Sardicenſi ſubſcripſit. 31.C
Calvenſis Urbis deſcriptio. 477.B
Candida Junior Sanctis operibus Neapolitanam Patriam nobilitavit. 52.B
Capuanæ Urbis antiquitas, & origo. 291.A
Capuanam Eccleſiam in Archiepiſcopalem erigitur à Joanne Papa XII. 321.C
Capua, & Aprutium ob mortem Imperatoris Federici Eccleſiæ Romanæ ſe ſe ſubjecerunt. 725.D
Capua obſeſſa ab Athanaſio Præſule Neapolitano

& n-

& filiis Gandonis, & Gandenulphi. 317.C
Capuanus quidam mcritis B. Severi à vuloere ſanatur. 40.B
Carinulenſis, ſeu Calioenſis Urbis origo, & antiquitas. 461.B
Carolus I. Siciliæ Rex, Vectigal portus Ortonæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum Urbis Romæ donavit. 773. A
Carolus Rex Neapolitanus cum copiis magnis in Siciliam pergens, Meſſanam Urbem obſidet. 117.B
Carolus Rex Neapolitanus moritur. 120.B
Carolus II. Rex Siciliæ maodat plura Oppida reſtitui Eccleſiæ Teatinæ. 734 D
Carmina pro gratiarum actione, quæ caucbant Neapolitani poſt diſceſſum Saracenorum ab obſidione Neapolis. 87.C
Carmina in hooorem Angeli Epiſcopi Sueſſani. 543.C
Carmina ſupra ethimologiam nomiois Civitatis Maſſæ. 644.B
Carmina plura cujuſdam Poetæ ad laudem Matthęi Archiepiſc. Teatini. 765.C
Carmina in lapide vetuſto ſculpta ad laudem Jaquinti Epiſcopi Surrenti. 607.C
Carmina quæ leguotur in primo lapide projecto ab Thoma Epiſcopo Teatino in molitione Eccleſiæ S. Agathæ. 731.D
Caſertæ urbis Campaniæ Felicis, & ejus diœceſis deſcriptio. 483.B
Caſtrum maris, Stabienſe cognominatum, Campaniæ civitas eſt, de qua ſimul cum ſua diœceſi habetur deſcriptio. 655.B
Catalogus Abbatum Cœnobii S. Vioceotii de Vulturno. 377.B
S. Catellus Epiſcopus Stabienſis, miraculis clarus obdormivit in Domino. 657.A
Conceſſio Roberti Principis Capuaoi in favorem Eccleſiæ Epiſcopalis Caſertæ. 478.C
Cæſar Buſdragus Archiep. Teatinus Corpus S. Eleuterii honorificentius recondidit. 761.C
Cœleſtini III. Poot. diploma pro Cathedrali Eccleſia Theanenſi. 557.A
Cœleſtinus Papa V. rogatu Caroli Regis Neapolim acceſſit, ibique habitavit, & tandem renunciavit Papatui. 119.A
Cœleſtious V. Pont. Eccleſiam Teatinam perpetuo indulgentiæ Theſauro ditavit. 118 D
Cęnotaphium in laudem defuncti Franciſci de Ratta Comitis Caſertani. 502.C
Cęnotaphium ad laudem Clemeotis del Pezzo Viri nobiliſſimi, ac eruditiſſimi Epiſcopi Stabienſis, ſeu Caſtri Maris. 664.D
Cœnotaphium, in quo præclara opera Antimi de Actis Epiſcopi Ortonenſis, & Camplenſis leguntur. 782.D
Cœnotaphium ad laudem Hieronymi Muzzarelli Viri eximii, Compſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi 822.B
Cœnotaphium ad laudem Joannis Franciſci Carduccii Laquedunenſis Epiſcopi. 840.C
Civitas Theani vetuſtiſſima & ejus diœceſis deſcribitur. 548.B
Clemens IV. defuncto Urbano in Sede Petri ſucceſſit. 338.A
Clemens VII. Antipapa, auctoritate Reginæ Joannæ intrudere juravit oovum Epiſcopum in Eccleſiam Teatinam. 746 B
Clemens IV. Pont. Petrum Archiep. Surrentinum, cum aliis decem Epiſcopis excommuoicavit, ac dignitate privavit. 611.D
Clerus Capuanus cum ſuo Archiepiſcopo, pro novis decimis Cameræ Apoſtolicæ debitis aſſenſum præbuit. 346.B
Compſanam Urbem propè mediam terræmotus evertit, ejuſque Epiſcopum pluresque Cives obruit. 809.B
Colantonius Epiſcopus Teatinus, plura ad utilitatem, & honorem ſuæ Eccleſiæ operatus eſt. 752.B
Conceſſio Traimundi Comitis Teatini ad favorem Eccleſiæ B. Stephani Papæ. . 684. D
Confirmatio Pontificia Conſtitutionis Sergii Archiepiſcopi Neapolitani ſupra bona obcuntium Clericorum beneficiatorum. 102.D
Confirmatio jurium, & Decimarum facta Puteolano Epiſcopo. 281.A
Congregatio Mooaſterii S. Severioi firmatur præceptis. 86.A
Cono, atque Robertus donarunt Caſtrum Orni Eccleſiæ Teatinæ. 703.D
Concilium generale Sardicenſe celebratur ſub Julio Papa I. 32 A
Conciliantur inter ſe Reges Aragoniæ, & Siciliæ adhortante Nicolao IV. Summo Pontifice. 118 D
Conſecratio Eccleſię s. Michaelis de Caſanova Capuanæ diœceſis. 449 A
Conſtantious Imperator à B. Sylveſtro Papa baptizatus eſt. 298.D
Conſtantious Epiſcopus Capuanus Concilio primo Romano interfuit. 305.A
Conſtaotini Imperatoris, & Leonis ejus filii obitus. 61.D
Conſtantinus primus cognitus eſt Epiſcopus Venafranus. 583.C
Corporis S. Euphebii inventio, ac tumulus. 30. B
Corpus B. Januarii per Siconem Beneventanum Ducem Neapoli Beneventum translatum eſt. 66.D
Cumana Eccleſia Neapolitanæ unitur. 230.B
Cumaoæ Civitatis origo, & deſcriptio. 225.C
Cumanum Oppidum à Romualdo II. Beneventanorum Duce occupatum recuperat Gregor. Papa II. auxilio Joannis Ducis. 59.B

D

DAmaſus creatus Rom. Pontifex. 35.D
S. Daria in carcerem truſa. 420.B
Deciſio facta à Roberto Rege in favorem Eccleſiæ Caſertanæ. 489.A
Decretum Joannis Baptiſtæ Bonciani Epiſcopi Caſertenſis ad Caoonicos Cathedralis Eccleſiæ ſpectans. 512.A
Decretum de reformandis quibuſam Eccleſiis confirmatum fuit à Clemente IV. Pont. ut conſtat in diplomate. 658.C
In Diœceſi Teatina, Teatinorum Civium eleemoſinis, conſtructa fuit celebris Abbatia S. Mariæ de Arabona. 713.A
Deſtructio Civitatis Cumanæ. 230.B
Diſcordia inter Andream, & Sicardum Beneventanum Principem, & Saracenorum advocatio. 68.A
Diploma Clementis VIII. declarantis Inſulam Procide ipſamque Abbatiam eſſe Diœceſis Neapolitanæ. 167.D
Diploma Calliſti de aſſumptione Raynaldi Piſcicelli ad S.R.E. Cardinalatum. 145.A
Diploma donationis Civitatis Æſerniæ factæ Landolfo Comiti. 393 B
Diploma Erberti Archiepiſcopi in ſacratiſſima ſede B. Prothomartiris Stephani. 442.B
Diploma Conſecrationis Baſilicæ S. Gregorii de Regionario Neapolitanæ Urbis. 102.C
Diploma conceſſionis factæ Gerardo Æſeroienſi Epiſcopo Eccleſiarum Venaphanæ, & Bojonæ. 394.A
Diſpenſatio affinitatis conceſſa Jacobo Filomarino Neapolitano, & Maroctæ ejus uxori. 337.D
Documentum poſtulationis Capituli Surrentini pro habendo in ſuum Archiepiſcopum Scipione Cicinello. 616.A
Documentum donationis factæ à Roberto Comite ad favorem Cathedralis Eccleſię Teatinę. 701.D
Documentum ſeotentiæ datæ ad favorem Abbatiæ S. Clementis cauſa litis verteotis cum Eccleſia Teatina. 735.A

Donatio Epiſcopi Atinenſis facta Canonicis, & Clericis Eccleſiæ S. Mariæ. 432.A A
Dona plurima data à Conſtantino Imperatore Baſilicæ Apoſtolorum Capuanæ Urbis. 298.D
Duos Sergios curat Aſpren à morbo. 25.A

E

In Eccleſia Anſanenſi conſervatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, mutatum in carnem. 787.D
Eccleſiæ Cathedr. Caſertæ opus admirandum. 484.B
Eccleſia S. Crucis cum Monaſterio in Conventu Iſernienſi conceditur Cœnobio Caſinenſi. 395.C
Eccleſia D. Dominici Neapoli conſecratur ab Alexandro IV. 112.C
Eccleſia ad honorem S. Priſci conditur in Civitate Capuana. 295.D
Eccleſiæ S. Mariæ Domicellæ, S. Salvatoris de Valle, & S. Jauuarii in Silve conceduntur Abbati S. Laurentii de Averſa. 254.B B
Eccleſia S. Mariæ Virginis, & B. Joannis Bapriſtæ in Calienſi Diœceſi ædificata à S. Bernardo Claudi nſi Epiſcopo. 461.C
Eccleſia S. Martini in agro Cumano conceditur Rogerio Abbati Monaſterii S. Mariæ de Poſitano. 228.C
Eccleſia. S. Michaelis Archangeli in loco Striano cum ſuis bonis, & juribus conceduntur Monachis SS. Sotii, & Severini de Neapoli. 254.C
Eccleſiam novam Iſerniæ perficiunt, & complent Frarres Minores. 398.B
Eccleſia Pennenſis à Teatina Juriſdictione ſubtrahitur, & Romanæ Eccleſiæ ſubjicitur, ut in Diplomate. 757.A
Eleazarus Cardinalis Epiſcopus Teatinus, per Clemenrem VII. Antipapam de ſede Epiſcopali fuit ejectus. 744.A
Elogium ad honnrem Archangeli Blanchi Epiſcopi Theanenſis. 574.A C
Elogium ad honorem Actonis Epiſcopi Teatini. 680 C
Elogium ad honorem Aloyſii Riccii, Epiſcopi Aequenſis, in quo ejus pręclara geſta recenſentur. 636.B
Elogium ad honorem S. Baculi Brancaccii Epiſcopi Surreutini. 603.C
Elogium ad honorem Gaſparis Palntii Epiſcopi S. Angeli de Lombardis. 834.C
Elogium in Hieronymum de Franchis Archiepiſcopum Capuanum. 363.A
Elogium ad honorem Hieronymi Michaelis Epiſcopi Theanenſis. 573.D
Elogium in Marinum Archiepiſcopum Capuanum. 337.B
Elogium ad laudem Marſilii Perutii Archiep. Teatini. 768.C
Elogium in Cardinalem Bellarminum Archiepiſcopum Capuanum. 359.A
Elogium ad honorem Roberti Brancia Archiep. Surrentini. 613.D D
Elogium ad honorem Nicolai Fortiguerra Epiſcopi Theanenſis, & S.R.E. Cardinalis. 572.C
Elogia ad laudem Pauli Toloſæ Ordine, & Archiepiſcoparu Tearinus Innocentia vitæ, & eloquentia conſpicui. 767.D
Elogium ad laudem Pauli Regii Epiſcopi Aequenſis. 634.B
Elogium Sixti, & Sinicii Epiſcoporum, & Martyrum. 533 D
Elogium ad honorem Vincentii Rabartæ Archiep. Teatini. 770 A
Epigramma ad laudem Leonis Ducis, & civis Ortonenſis. 777.C
Epigramma in S. Vitellianum Capuanum Epiſcopum. 311.A
Epiſcopatus Biſacienſis perpetua unione firmatus, & conjunctus fuit Epiſcopatui Sancti Angeli Lombardorum ur extat in diplomate Pauli III. Pontificis. 831.C
Epigramma ad honorem Joannis Longi Epiſcopi Aequenſis. 632.D
Epiſtola Fabii Epiſcopi Cajacenſis ad ſuos Cajacenſes. 455 D
Epiſtola in paſſionem B. Marci Atinæ Civitatis Epiſcopi ab Adenulpho Capuanæ Sedis Archiepiſcopo ſcripra. 408.C
Epiſtola Gregorii ad Judicem Campaniæ. 58.A
Epiſtola Gregorii Papæ Clero, & nobilibus Ordini, & Plebi conſiſlentibus Neapoli. 50.D
Epiſtola Gregorii Papæ Ordini, & Plebi conſiſtenti Neapoli. 51.C
Epiſtola alia Gregorii ſcripta ad Paulum. ibid. D
Epiſtola Gregorii ad Paſchaſium Epiſcopum Neapolitanum. 57.B
Epiſtola Joannis Papæ Epiſcopo Suricorum. 216 D
Epiſtola Gregorii IX. ad Populum Neapolir. 107.C
Epiſtola Gregorii IX. ad Petrum Archiepiſcopum, & Clerum Neapolitanum. 107.A
Epiſtola Joannis PP. XXII. ad ſavorem Cœnobii Ferrarienſis Ordin. Ciſtercienſis Theanæ Diœceſis. 449.B
Epiſtola Joannis Capuani Archiepiſcopi ad Adenulphum Archiepiſcopum, & Capitulum Beneventanum. 342.A
Epiſtola Innocentii PP. III. ad Capitulum Capuanum de ſucceſſore eligendo. 330.A
Epiſtola Innocentii III. Magiſtro Marino electo Capuano Epiſcopo. 335.D
Epiſtola ejuſdem Innocentii Capitulo Eccleſiæ Capuanæ. 336.C
Epiſtola Innocentii III. Archidiacono, & Capitulo Capuanis. 331.A
Epiſtols Urbani V. ad coercendam avaritiam Bartholomæi Archiepiſcopi Compſani. 817 B
Epiraphium ad laudem Antonii Laurei nobili ſamilia Amanthea Epiſcopi Stabienſis. 662.D
Epitaphium in laudem Januarii Philomarini Epiſcopi Calvenſis. 481.C
Epitaphium Antonii Bernardi Epiſcopi Caſertani. 512.B
Epiraphium ad honorem Jacobi Epiſcopi S. Angeli de Lombardis. 830.D
Epiraphium Joannis Bapriſtæ Caſtruccii Archiepiſcopi Tearini. 762.D
Epiraphium ad laudem Joannis Dominici Rebibæ Epiſcopi Orronenſis, & Camplenſis. 781.D
Epiraphium ad honorem Joannis Cimini Aequenſis Epiſcopi. 631.D
Epitaphium Joannis de Guevara in quo ejus præclara geſta conſcribuntur. 575.D
Epitaphium Lamberti Allobrogi Præſulis Caſertani. 512.A
Epitaphium Marci Antonii Maffęi Archiep. Teatini, & Card. S.R.E. 761.A
Epigramma ad honorem Nicolai S.R.E. Card. Fundatoris Collegii Piſtorienſis. 572.D
Epiraphium ad honorem Ovidii Lupari Epiſcopi Theanenſis. 755.B
Euchariſtiæ Sacramentum in flamma projectum, mutatum eſt in carnem, & ſanguinem, parte hoſtiæ in propria ſpecie remanenre. 789.A
S Euphebii meritis Neapolitana Civitas ab Agarenorum impetu, ex improviſo advenientium, evidentibus miraculis liberatur. 28.A
Euphraſia vidua, Monaſterio in Regione Albinenſi condito, Abbatiſſa eſt ordinata. 66.C

F

FAnni Cathedralis Eccleſia erigitur. 402.A
Federici II. Imperatoris Privilegia pro Cœnobio Ciſtercienſi Sanctæ Mariæ Ferraria. 563.D
Federicus II. Imperator anno 1251. obiit. 111.D
Federici Imperaroris Epiſtola conſolatoria ad Comirem Caſertanum. 725.A
Federici II. Imperatoris diploma ad confirma-

tionem omeium privilegiorum Eccleſiæ Teatinæ. 718. B
Federicus in Cathedrali Capuana ſolemei ritu io Regem coronatus eſt. 355. D
Felix Trophieus fuit ultimus Epiſcopus, & primus Archiepiſcopus Teatinus, ut io Diplomate Clemeetis VII. apparet. 755. D
Fotmela fidei ab Epiſcopis Arrianis confecta damnatur in Concilio Sardieenſi. 32. C
Frarres Miuores Neapoli anno 1234. recipiuntur. 111. D
Franciſcus de Comitibus Archiep. Compſauus S. R. E. Card. ſuum hæredem inſtituit Leonem X. Pont. 819. C
S. Fraeciſcus Capnam venit, cui à Capuaoo Capitulo Eccleſia S. Petri ad ædificaedum Cœnobium donatur. 334. D
Fundatio Eccleſiæ in hoeorem S. Jacobi Zebedei, S. Nicolai Myrenſis, & S. Blaſii cum ſuis dotibus. 480. D

G

GEſta S. Amaſii Epiſcopi Theanenſis. 549. D
Geſta S. Paridis Epiſcopi Theanenſis. 549 B
Geſta Sancti Severini Epiſcopi cùm filiam cujuſdam viri nomine Petri à doloribus immenſis liberaſſet, & gratiæ Deo redduntur. 41. B
Giſulfus Dux Beneveetanorum, Coram, Arpinum Romanorum Civitates, & aliqua Oppida cepit. 380. A
Gladiatorum ludorum abuſus Neapoli tollitur. 137. D
Gregorius Septimus Capuam venit. 326. B
Gregorius IX. Privilegium ad favorem, & hoeorem Cœeobii S. Mariæ de Ferratia. 366. B
Gregorius Proviecialis Ord. Min. ie Aprutina Provincia inſtituitur Vicarius Capuanæ Eccleſiæ. 330. A
Guillelmus Carbonus nobili genere natus Eccleſiam Teatinam, ſumma cum dexteritate & fructu admiuiſtravit. 749. B
Guillelmus Capoferreus Epiſc. Teatinus declaravit Franciſcum de Turre eſſe hæreticum. 742. A
Guidonis Medices Atchiep. Teatini Epitaphium. 759. C

H

HElena de Comitibus Nicolai Urſioi Nolæ Comitis, uxor obiit. 260. B
Henricus IV. Francorum Rex ſuaſione Octavii Aquavivæ, Romanæ Eccleſiæ reconciliatus à Clemente Papa ceuſuris abſolutus fuit. 172. A
Henrici Anglorum Regis filia, vigintiquatuor Triremibus ducitur Neapolim, ut nuberet Regi Guillielmo. 327. A
Hildebrandus Alexandrum II. Capuæ hoſpitio excepit anno 1068. 325. A
Hiſtoria de paſſione Imagieis S. Salvatoris à Judæis ſæviſſimè peracta in Oppido Aterni. 691. A
Hiſtoria nongeetorum Monachorum Cœnobii S. Vincentii de Vulturno. 378. D
Hiſtoria translationis S. Martini affertur. 466. D
Honorarium Elogiem Ladiſlai de Aquino Epiſcopi Venafrani S. R. E. Cardinalis. 587. B
Hoſpitale Senum ie Pago S. Mariæ Majoris Capuæ exædificatur. 359. A
Hymni ie laudem S. Marci Epiſcopi, & Martyris. 417. A
Hymni, qui caeuntur in laudem S. Baculi Epiſcopi Surrentini. 606. A

I

JAcobus de Saectis Archiepiſcopus Surreotinus Sibyliam in Abbatiſſam canonicè ele-
A ctam conſecravit. 617. B
Jacobi Epiſcopi Caſertani ieſcriptio. 502. A
B. Januarii & Agrippini precibus à Sarraceois liberatur Neapolitana Civitas. 87. A
Imaginem marmoream Chriſti Salvatoris mittit Neapolim Conſtantinopolitanus Imperator, quæ miraculosè collocatur in Eccleſia S. Marcelli. 101. B
Indulgentia ab Alexandro IV. conceſſa Eccleſiæ protomartyris Stephani io Civitate Capuana. 339. D
Indultum Thomæ Furconienſis Epiſcopi ad ſavorem Ord. Ciſtercienſis. 712. A
Indultum Caroli Regis pro Eccleſia Caſertana. 487. D
Indultum Calixti II. Pont. ad favorem Eccleſiæ Compſaeæ. 810. A
Iedultum Innocentii III. Poet. ad favorem Monaſterii S. Joannis Baptiſtæ in Venere diœceſis Teatinæ. 715. C
B Indultum Ineocentii III. Pont. ad favorem Epiſcopatus Teatini. 713. C
Iedultum Henrici III. ad favorem celebris Abbatiæ S. Joannis à S. Benedicto conditæ. 698. A
Indultum Paſchalis II. Pont. ad favorem Epiſcopatus Teatiei. 702. D
Ionoceetii III. Pont. Epiſtola ie qua præcepit Alpherium Archiepiſ. Surrentioum à dignitate ſuſpendi. 609. B
Ionocentius III. à Conſtantia Imperatrice factus eſt Federici tutor. 330. D
Ioeocentii Tertii Indultum pro Cœnobio Ciſtercienſi S. Mariæ de Ferraria. 363. A
Iunoceetius IV. Pont. plura ſcripſit, & præcepit ad ſavorem Alexandri Epiſcopi Teatini. 728. B
Innocentius, IV. defuncto Conrado Rege, ad poſſeſſionem Regni Neapolitani capeſſendam, venit Neapolim ibique poſtea abiit. 112. C
Innoceotii Sexti Pontificis diploma adverſus Franciſcum de Torre excommueicatum. 743. C
B Inſcriptio Euphemiæ Stephaei Epiſcopi coojugis. 83. D
Inſcriptio translatioeis Sancti Stephani. 458. C
Inſcriptio ie honorem Deodati Gentilis Epiſcopi Caſertani. 612. C
Inſcriptio Fabii de Leguniſſa Archiepiſc. Compſani, virtute clariſſimi. 826. A
Inſcriptiones duæ, Julii Paveſii Archiepiſcopi Surrentini, præclara acta receuſentes. 622. B
Inſcriptio de ſtatu, & qualitate Surrentieæ urbis. 594. A
Inſcriptioees duæ ad altare S. Juſtini poſitæ ſunt ad ejus laudem. 673. D
Ioſcriptio pergrandis Campanæ Eccleſiæ Caſertæ. 507. D
Inſtrumentum donatioeis factæ Borello Borelli filio ie ſavorem Actonis Epiſc. Teatini, ac ſucceſſorum. 678. B
Inveetio cujuſdam ampollæ divini Sanguiois à certa Imagine Crucifixi effuſi. 695. B
D Inveetio Corporis S. Viteiliani Epiſcopi Capuani, & eius tranſlatio. 310. D
Inventio ſive tranſlatio Corporis B. Marci mart. & Pontificis edita à Domno Leone Veeerabili Epiſcopo Atinenſi. 362. B
Joaones Dominicus Rebiba Epiſcopus Ortonenſis, & Camplenſis, pauperrimam Eccleſiam, pro ditiſſima, invitus dimiſit. 778. B
S. Joannis Gualberti canonizatio per Cœleſtinum III. celebrata. 257. B
Joannis de Paulis Epiſcopi Sueſſaoi monumentum. 539. A
Joannes Petrus Carrafa, vir doctriea & iotegritate ſingularis, poſt purpuram ſummum totius Eccleſiæ jus ſuſcepit ſub nomiee Pauli IV. 356. D
Joannes Petrus Carrafa, Epiſcopus Teatieus Ordinis Clericorum Regularium primus fuit Præpoſitus, & inſtitutor. 754. D
Joannes Papa Capuam ſe transfert ad com-

ponendum ſchiſma illius Eccleſiæ. 315.D A
Joannes Papa XXII. Pannum quendam aureum S. Januarii ad Archiepiſcopum,& Capitulum Neapolitanum dono mitit. 127.C
Joannæ Regioæ Siciliæ privilegium pro Epiſcopatu Caſertano. 502.D
Jordanus Archiepiſcopus Capuanus eligitur in Patriarcham Antiochenom, & Conſiliarium Regis Siciliæ. 354.A
B. Juſta plures cæcos illuminavit, aliiſque miraculis fidem Chriſti conſolidavit. 576.D
S.Juſtiaus Epiſcopus civis, & Patronus Teatinus fuit, cujus corpus in Metropolit. ſervatur. 672.C

L

LAndolfo Comiti Civitas Aeſerniæ dono datur. 393. A
Landeuulphus Princeps Capuanus à ſois occiditur. 321.B B
Laquedoniæ urbis, ejuſque Diœceſis deſcriptio. 838. C
Leonardi de Marinis Archiep. Anſanenſis, inciſa effigies exhibetur. 791.A
Leopardus fuit primus Archiep. Surreotinus. 608. D
Leonardus de Marinis Eccleſiam Auſanenſem laudabiliter rexit, tum Epiſcopus,tum Archiepiſcopus declaratus. 790. D
Lex a Valente Imperatore lata eſt, ut Monachi militarent. 303.B
Libellus Judicii ſupra litem vertentem loter Epiſcopum Theaneotem, & Sueſſanum. 552. C
Litteræ Clementis VII Pſeudopontificis,in quibus legitur dignitatem Motani translatam fuiſſe ad Oppidum Polſinum. 846.B
Litteræ ceſſionis factæ Patribus Prædicatoribus de Cœnobio S.Dominici Neapolis. 108. B
Litteræ Franciſci Foſcari Venetiarum Ducis ad Epiſcopum Teatinum miſſæ pro recuperatione reliquiarum furtivè ſublatarum. 788. A C
Liudini Rimoni Epiſcopi Teatini tempore Capua obſidionem ſubtinuit ad vindictam. 684. A
Lucullanum Caſtrum dellruitur. 85.B
Lucullanum Caſtrum demoliri facit Gregorius Conſul, & Neapolitanus Dux. 83.A
Ludovicus Imperator mittit exercitum contra Sergiom Neapolis Ducem. 72.D

M

MAgna fiducia cujuſdam Presbyteri de adjutorio Dei in celebratione miſſæ contra exercitum Agarenorum, a cujus furore liberatur. 28.D
Maria Siciliæ Regina iu Monaſterium Monialium S.Petri Ord. Præd. Neapolim introducitur. 342.C
Marſorũ Provincia invaditur & devaſtatur. 386.D
Martyrium S.Cæthei Epiſcopi Aternini. 679. A
Matthæus Saminiatus Archiepiſcopus Teatinus, præclaris operibus fuit inſignis, cujus vita profuſè narratur. 763.D D
Metropolitanæ Baſilicæ novæ Capoæ deſcriptio. 294. D
Miſerabile exemplum Archiep. Tarſenſis dum ſacra celebraret. 761. A
Monachorum cædes Cœnobii S. Vinceotii de Vulturno. 385. D
Monumentum ad hooorem Aloyſii de Franchis Epiſcopi Aequenſis. 635. B
Monumentum ad honorem Amandi Surreotini Epiſcopi. 599. A
Monumentum ad hooorem Mauritii Centini Epiſcopi Lobrenſis. 649. B
Monumenta vetuſta, in quibus legitur Sorrentum olim fuiſſe Rempublicam. 594. B
Monumentum gratitudinis, ad honorem Leonis Ortonenſis civis. 777.B
Monumentum de contracto cambio inter Raynulphum Epiſcopum Teatinum & Abbatem S. Joannis in Venere. 694. A
Monumentum ſupra fores Eccleſiæ S. Agathæ cujus Azo Epiſcopus Caſertanus extitit fundator. 485.C
Monumentum Liparulorum Familiæ in Templo D.Franciſci poſitum. 648.D
Monumentum Nicolai Epiſcopi Teatini Romæ defuncti. 751. A
Monumentum ad honorem Joannis Petri Carrafæ in Archiepiſcopatu Teatino poſitum. 760. B
Monumentum translationis Corporis S. Flaviani. 745. B
Monumenta duo Urbis Sueſſæ. 532.C
Monaſterium S.Benedicti deprædatur. 387. B
Monaſterium S. Mariæ de Capellis cum ſuis bonis recipitur ſub protectione Rogerii Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. 97. A

N

NArratio devaſtationis Cœnobii de Vulturno à Saracenorum multitudine. 387. D
Neapolitanæ urbis deſcriptio. 7. A
Neapolitani Populi ad Evangelium converſio,quod illis annuociavit B.Petrus Apoſtolus. 11. A
Neapolitana Eccleſia ad Metropolitanam dignitatem evecta. 16. B
Neapolitanorum Archiepiſcoporum ſuffraganei omnes recenſentur. 16.D
Neapolitanos à B.Petro Apoſtolo converſos S.Paulus confirmavit in fide. 11. C
Neapolitanam Civitatem liberat S. Januarius ab obſidione Ducis Beneventani, & Riccbardi Capuani Principia. 92. A
Neapolitani civiles diſcordiæ. 67. A
Neapolitana Cathedralis Eccleſia circa annum 1150.ſummis & incredibilibus ſumptibus erecta fuit. 98. A
Neapolim pergens D. Petrus ſciſcitatur à quadam muliercula, diſponente Deo, de Civium ſtatu, & moribus. 21. D
Nolæ urbis deſcriptio ejuſque diœceſis. 242. C
Nicolaus II. Pontificatus gratulatur Attoni Epiſcopo Teatino, ſuæque Eccleſiæ jura diplomate confirmat. 676.C
Nicolaus de Foſſa Epiſcopus Teatinus Ord. Ciſtercienſis, litteras recepit ab Urbano IV. ut Monachos S.Benedicti induceret in Eremum S.Spiritus de Majela. 728. D

O

OBitus Antonii Sagra Epiſcopi Aequenſis viri famoſi. 653. B
Obitus B. Aldemarii Monachi Caſinenſis. 690. D
Obitus Anſelmi Marzati Archiep. Teatini atque S.R.E. Presb. Card. 766. A
Obitus Bernardini Carrafa, ad cujus tumulum extat Epitaphium. 754.A
Obitus Franciſci Borgiæ Card. Callixti III. Pont. propinquus. 573.B
Obitus Federici II. Imperat. 725.D
Obitus Hieronymi Provenzalis Archiepiſc. Surrentini, nobilitate, ac doctrina inſignis. 625.B
Obitus Hieronymi Borgia Epiſcopi Lubrenſis, viri eruditiſſimi. 648.D
Obitus S. Herberti Archiepiſcopi Compſani miraculis glorioſi. 811.C
Obitus Joannis de Comitibus Archiepiſcopi Compſani, & S.R.E.Card. 819.A
Obitus Joannis Criſpani Epiſcopi Teatini Viri eximii. 740. C
Obitus Joannis Olivæ Archiepiſcopi Teatini Doctoris celeberrimi. 761.C
Obitus Leonis de Monticulo Archiepiſcopi Compſani. 816. B

Obitus Salvatoris Caraccioli Archiepiſcopi Compſani natalibus atque virtutibus conſpicui. 824.C
Obitus S. Valerii Epiſcopi Surrentini, D. Renati Socii, & in Epiſcopatu ſucceſſoris. 597.D

P

Paldonus, Tatonus, & Taſonus, tres nobiliſſimi fratres Beneventani ſpreto mundo Monachi Sancti Benedicti efficiuntur. 369.C
Pipino, Caroli Magni filio Regnum expugnante, triginta duo millia Civium circiter Teatæ occiſi ſunt. 670.A
Pandulphus Comes conſtruxit Monaſterium s. Marię de Nuce, illudq; multis bonis dotavit ut in documento. 685.C
Palmerius Stabienſis Epiſcopus poſſeſſionem obtinuit Eccleſiæ s. Angeli Montis Gauri, ut extat in documento. 658.B
Paſſio s. Arthemæ Puteolani mart. 273.A
Paſſio ejuſdem s. Marci Epiſcopi & mart. 410.D
Paſſio Ss. Martyrum Atinenſium Nicandri, & Marciani. 419.A
S. Paulinus Capuanus Epiſcopus Jeruſalem petiit. 313.B
Paulus Regius de Urſeolis Epiſcopus Æquenſis multos libros cõſcriptos poſteritati reliquit. 634.B
Pax inter Regem Galliæ & Cæſarem, per Nicolaum Capuanum Archiepiſcopum firmata eſt. 356.D
D. Petrus Apoſtolus Romam veniens, hoſpitio recipitur, ibique s. Marcus Gallilæus convertitur. 407.B
D. Petrus, Neapolitano Populo ad Chriſti fidem converſo, Urbem Romam petit. 24.C
Petrus Arago cum ingenti Claſſe è Sardinia, Siciliam petiit. 117.C
Petri Capocii Legati privilegium ad ſavorem Diœceſis Teatinæ. 726.A
Petrus Epiſcopus Compſanus ſubſcripſit donationi Pandulphi Principis factæ ad ſavorem Monaſterii s. Michaelis. 809.C
Petri Pathenopenſis Eccleſiæ Hypodiaconi laudes in B. Agnellum. 54.B
Petrus Epiſcopus Teatinus juramento adſtrictus a Pontifice fuit abſolutus. 836.D
Petrus Epiſcopus Teatinus Caſtrum quoddam ad favorem Eccleſiæ Teatinæ recuperavit ſavoribus Sanciæ Reginæ. ibid.
Philippum Brancatium paralyſi laborantem ſanat B. Candida Brancatia. 52.B
Philippus, Vitellius, & Raynaldus de Minutulis excommunicantur, & ſeudis privantur. 129.B
Philippus de Strozzis Archiepiſcopus Surrentinus a militibus Borbonii fuit retentus. 620.D
Pontifices Idololatræ Campaniæ Provinciæ Romam adeunt orantes Imperatores, ut defenderent culturam Deorum illius Provinciæ contra Ss. Nicandrum, & Marcianum. 419.B
Privilegium conceſſum Abbati Monaſterii s. Angeli de Morſiſa pro exemptione. 94.B
Privilegium Alexandri III. Pont. ad ſavorem Epiſcopatus Teatini. 707.A
Privilegium Alexandri III. Pont. in ſavorem Monaſterii S. Joannis in Venere in Diœceſi Teatina. 709.A
Privilegium alind ejuſdem. 707.B
Privilegium ejuſdem Epiſcopalis Eccleſiæ Caſertanæ. 476.A
Privilegium Caroli II. Regis Siciliæ in ſavorem Eccleſiæ Caſertanæ. 485.D
Privilegium Cęleſtini III. Pontificis in favorem Cœnobii s. Mariæ de Ferraria, Ciſtercienſis Ordinis. 554.C
Privilegium Ferdinandi Regis Siciliæ conceſſum Jordano Archiep. Capuano. 354.D
Privilegium Henrici VI. ad ſavorem Abbatiæ s. Joannis in Venere. 699.B
A Privilegium conceſſum à Lucio PP. III. Raynaldo Aeſernienſi Epiſcopo. 396.B
Privilegium Ladislai Regis Archiep. Neapolitano, & ſucceſſoribus conceſſum. 140.C
Privilegium conceſſionis datum Monaſterio s. Mariæ ad Capellam à Guillelmo Caſtri Bumarum Domino. 91.A
Privilegium conceſſionis in ſavorem Ord. Minorum à Thoma Epiſcopo Teatino. 732.A
Privilegium datum Mauro Puteolano Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus. 238.B
Privilegium ad ſavorem Ord. Minorum conceſſum a Nicolao Epiſcopo Teatino ad inſtantiam Comitiſſæ Thomaſiæ. 730.C
Privilegia Neapolitanis conceſſa confirmavit Innocentius IV. 111.D
Privilegium Sergii PP. IV. conceſſum Abbati, & Monaſterio S. Vincentii Martyris. 490.A
Privilegium in ſavorem Eccleſiæ Sueſſanæ, & ejuſdem diœceſis deſignatio. 535.C
B Prologus D. Anthperti venerabilis Abbatis, in vita, vel obitu SS. Patrum Paldonis, Tatonis, & Taſonis S. Vincentii Abbatum. 369.D
Prologus in vita S. Marci Atinæ Epiſcopi. 409.B
Provinciæ Aprutii brevis deſcriptio. 667.A
Provinciæ Hirpinorum, ſuorumque confinium deſcriptio. 795.A
S. Peregrinus Regis Scantiæ filius obiit Neapoli, qui Civitate Peſte laborante, cuidam devoto viro apparuit, monuitque ut ſi ejus Eccleſia S. Peregrini reſtitueretur ab ea peſte liberaretur urbs. 94.A.
Puteolanæ urbis origo, & deſcriptio. 367.B

Q

Quale fuerit nomen Epiſcopi Murani, cui Rex Carolus privilegium conceſſit, non exprimitur. 845.A
C Qualia ſint Oppida quæ ſubjectantur diœceſi Satrianenſi, & quales ſint eorum Domini temporales. 852.D
Quales adverſitates paſſa ſit Regina Joanna jubente, ac regnante Carolo Duracio. 846.C
Qualis fuerit præclara vita Jacobi Candidi Epiſcopi Laquedonenſis breviter declaratur. 841.A
Quales ſint Epiſcopatus ſuffraganei Compſanę Metropolis. 788.A
Quam teterrimum fuerit ſchiſma inter Urbanum VI. & Clementem VII. Pſeudopontificem. 846.A
Querela Joannis Abbatis apud Nicolaum Papam in Beneventana Synodo contra Albertum Monachum. 90.B
Quoddam Epitaphium in memoriam Auguſtini Epiſcopi Satranienſis. 854.C
Quoddam Epitaphium ad honorem Matthæi de Griſonibus Murani Epiſcopi. 849.C
Quonam tempore Eccleſia Cathedralis Campanienſis unita fuerit cum Satrianenſi. 854.D
D Quo tempore floruerit Guadinus Muranus Epiſcopus, cujus legitur Leoninum Epigramma. 844.C
Quot & qualia ſint Oppida diœceſis Muranæ ib. A

R

Rainulphi juramentum factum Stationi Epiſcopo Cajacenſi. 446.C
Raimundus lites cum Baronibus habuit, & ſummo Eccleſiæ ſuæ decore compoſuit. 739.B
Raynaldus Epiſcopus Teatinus vir potens in opere, & ſermone privilegium obtinuit à Carolo II. Rege. 733.D
Raynaldus, & Mainardus donarunt Caſtrum Juliani Epiſcopatui Teatino. 705 A
Reate in Cathedrali, die Pentecoſtes, Carolus Martellus è manibus Pontificis diadema ſuſ

cepit

cepit Regni utriuſque Siciliæ. 118 D A
S. Renatus Epiſcopus Surrentinus vitam illibatam ſervavit, de cujus origine, & præclaris moribus plura leguntur. 595.D
Renatum defunctam S. Maurilius ad vitam revocavit, quod miraculum in ejus hymno legitur. 597. A
SS. Renati, & Valerii protectio ſupra Surrentinam Urbem. 599.C
Reſtitutio aliquarum Eccleſiarum & jurium Donato Puteolano Epiſcopo facta à Roberto Capuæ Principe. 278.A
Regula D. Benedicti, manu ſua ſcripta, cum vaſculo æreo vini, & ſaccis hædieinis in Civitatem Teani transferuntur. 387.B
Ricardus Princeps Capuanus juramentum fidelitatis Gregorio VII exegit. 325. A
Robertus Dux Calabriæ, Avenionem profectus, utriuſque Siciliæ Rex à Clemente Papa V. coronatus eſt. 120.C
Robertus Guiſcardus Apuliæ Dux ſuæ ditioni ſubjecit Salernum, Barium, Cataniam, Calabriam, & Panormum; & tandem Campaniam expugnare incipiens obiit. 92.A B
Robertus Muranus Epiſcopus Eccleſiam Cathedralem conſecravit ad honorem S. Martini Confeſſoris. 844 D
Rodulphus II. Imperator electus. 163.A
Rogerius Panormi coronatur Rex. 326. B
S. Ruſus cum 400. de ſua familia ad fidem converſus. 297.C

S

SAcræ turris Caſertanę mirandum ędificium cum Epitaphio. 482.C
S. Salvatoris Congregatio privilegiis, & redditibus augetur à Bernardo Archiepiſc. Neapolit. 533. B
Schiſma, & diviſio Eccleſiæ Capuanæ. 316.B C
Sermo Domni Leonis Epiſcopi Atinatis in octava S. Marci Epiſcopi, & Martyris. 434 D
Sermo Domni Joannis Atinenſis Epiſcopi. 437.D
Sermo Domni Bonifacii Atinenſis Epiſcopi. 425.A
Sermo Domni Leonis Vener. Epiſcopi Atinatis. 433.B
Series Epiſcoporum Biſacienſium recenſetur, quorum ultimus extitit Nicolaus Vulpe Neapolitanus. 836.D
S. Severus, Amicum, cujus filios, uxoremque falsò, æreque indebito, balneator in jus vocaverat, ut verum diceret, ad vitam revocavit. 34.C
Siculi contra Carolum Regem, Galloſque conjurationem habent. 517.B
Sixtus IV. Pont. Indulgentiam pleniſſimam Eccleſiæ Ortonenſi confirmavit. 776.A
Socii S. Priſci, quibus oppidis præfecti fuerunt. 303. D
Stephani Epiſcopi Cajacenſia vita deſcribitur. 441. D D
Stephanus Saulius Archiep. Teatinus Neap. ſepelitur amplo epitaphio. 769.D
Sueſſæ Urbis Campaniæ & ejus diœceſis deſcriptio. 531.C
Suricnrum Epiſcopus cur talis dictus. 317.A
Symmachus Papa ſacram Synodum habuit anno 499. adverſus Laurentium presbyterum. 47. B
Synodus Lateranenſis celebratur. 71.D

T

TAxæ ſactæ Eccleſiis, Monaſteriis & Hoſpitalibus Capuan. diœceſis ſolvendæ Cameræ Apoſtolicæ enumerantur, & deſcribuntur. 346.C
Teatæ antiquiſſimæ Urbis, ejuſque diœceſis deſcriptio. 738.D
Terremotus magnus, & inauditus in Regno Siciliæ, & Neapolis, ex quo deſtructæ fuerunt Civitates quampiurimæ cum morte quadraginta millium hominum. 400.D
Teſtamentum Comitis Franciſci de Ratta ad favorem Cathedralis Eccleſiæ Caſertanæ. 508.B
Theodini S. R. E. Subdiaconi, & Correctoris Campaniæ ſepulcralis inſcriptio. 60.A
Theodorici Epiſcopi Teatini pręclara opera in ejus documento ſingillatim recenſentur. 679.D
D. Thomas Aquinas anno 1265. fuit electus Archiepiſcopus Neapolitanus, qui pro ſua humilitate dignitate renuntiavit. 114.D
S. Thomæ Aquinatis de vita, & miraculis fit proceſſus. 121.B
Ejuſdem adſcriptio in num. Sanctorum. ibid.
Tres Legati à Leone Papa IX. Conſtantinopolim miſſi in itinere deſpoliati fuere. 677.D
Translatio Corporis S. Severini. 85.C
Translatio Corporis S. Thomæ Apoſtoli, & aliqua miracula connotantur. 774.B

V

VAlens Auguſtus Chriſtianam perſecutionem miſit. 303.A
Valenæ Provincia, & Romani fines devaſtantur, deprædanturque. 387.A
Vaſa ſacra Eccleſiarum Neapolis dantur pignori Saracenis pro liberatione urbis. 87. A
Vetulam delegat D. Petrus ad curandum Aſprenum à morbo. 23.C
Virtutes & opera Cæſaris Coſtæ Archiepiſcopi Capuani narrantur. 359.A.B
Vita B. Placidi Monachi Ciſtercienſis hactenus inedita. 722.C
Vitalis Epiſcopus Teatinus Legatus fuit ad Soldanum Ægyptiorum Principem. 744.C
Urbanus VI. Joannam utriuſque Siciliæ Regno privavit, & Carolo de Duracio conceſſit. 133.D
Urbis S. Angeli de Lombardis, ejuſque diœceſis deſcriptio. 829.D
Urbis Anſani, ſeu Lanciani, & ejus diœceſis deſcriptio. 786.B
Urbis Biſaciæ, ejuſque diœceſis deſcriptio. 836.C
Urbis Campli, & eius Territorii brevis deſcriptio. 777. D
Urbis Compſæ antiquiſſimæ, eiuſque diœceſis deſcriptio. 797.A
Urbis Maſsæ, ſeu Lubrenſis, eiuſque diœceſis deſcriptio. 643.D
Urbis Muri, ejuſque diœceſis deſcriptio. 843.D
Urbis Ortonæ, & ejus diœceſis deſcriptio. 772.D
Urbis Surrenti ejuſque diœceſis deſcriptio. 591.A
Urbis Surrenti miſeranda devaſtatio. 593.C
Urbis antiquæ Veoaſri, & ejus diœceſis deſcriptio. 579. D

INDEX

SANCTORUM EPISCOPORUM

Hujus ſexti voluminis.

S. AGrippinus *Neapol.* 26.7
S. Amaſius *Thean.* 549.2
s. Ariſtæus *Capuan.* 298. 5
s. Aſprenus *Neapol.* 58. 1
s. Athanaſius *Neapol.* 70.49
s. Auguſtinus *Capuan.* 297.4
s. Aurelianus *Nolan.* 247.3
s. Baculus Brancaccius *Surrent.* 603.9
s. Bernardus *Carinol.* 462.2
s. Calionius *Nolanus.* 247.2
s. Catellus *Stabien.* 656.4
s. Celſus *Puteol.* 271.2
s. Corus *Atinen.* 423. 8
s. Decoroſus *Capuan.* 309.24
s. Deodatus *Nolan.* 251.10
s. Euphebius *Neapol.* 27.9
s. Euſtaſius *Neapol.* 27.8
s. Felix *Nolan.* 246.1,252.11
s. Ferdinandus *Cajaten.* 445.5
s. Fortunatus *Neapol.* 31.14
s. Fulgentius *Atinen.* 418.2
s. Germanus *Capuan.* 305.17
s. Herbertus *Compſan.* 811.6
s. Joannes Aquarolus *Neapol.* 68.48
s. Julianus *Neapol.* 58.39
s. Juſtinus *Teatin.* 672.1
s. Laurentius *Neapol.* 58.40
Nolan. 252.16
s. Marcus *Atinen.* 407.1
s. Maximus *Neapol.* 33.15
Nolan. 247.4
s. Noſtrianus *Neapol.* 44.20
s. Pamphilus *Capuan.* 302.12
s. Paris *Thean.* 549.1
s. Patrius *Nolan.* 247.6
s. Patrobas *Neapol.* 25.2
Puteol. 270.1
s. Paulinus *Nolan.* 249.8.253.17
Capuan. 313.30
s. Pomponius *Neapol.* 48.26
s. Priſcus *Capuan.* 295.1.302.13
s. Prudentius *Atinen.* 423.10
s. Quiotus *Nolan.* 247.5
s. Renatus *Surrent.* 595.2
s. Ruffinus *Capuan.* 307.19
s. Ruffus *Nolan.* 252.13
Capuan. 297.3
s. Severus *Neapol.* 34.16
s. Sinotus *Capuan.* 296.2
s. Stephanus *Cajaten.* 441.4
s. Valerius *Surrent.* 598.3
s. Victor *Neapol.* 46.23
Capuan. 306.18
s. Vitellianus *Capuan.* 310.25
s. Urbanus *Thean.* 551.3
s. Zozimus *Puteol.* 275.10

AD-

ADMONITIO AD LECTOREM.

LECTOR adverte in elogiis virorum illuſtrium, quos hoc libro amplexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo nonnunquam aliqua ab iis geſta, quæ cùm vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt: præſagia futurorum, arcanorum manifeſtationes, revelationes, illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia hujuſmodi; beneficia item in miſeros mortales eorum interceſſione divinitus collata; demum nonnullis ſanctimoniæ, vel martyrii videor appellationem tribuere. Verùm hæc omnia ita meis Lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tamquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tamquam, quæ à ſola ſuorum auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter quàm humanam Hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S.R. & univerſalis Inquiſitionis decretum anno 1625. editum, & anno 1635. confirmatum integrè, atque inviolatè, juxta declarationem ejuſdem decreti à S. mem. Urbano Papa VIII. anno 1631. factam, ſervari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationes aliquas per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, vel opinionem ſanctitatis, aut martyrii inducere, ſeu arguere, nec quicquam ejus exiſtimationi adjungere, nullumque gradum facere ad fututam aliquando ullius beatificationem, vel canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucrubatione obtinerent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu. Hoc tam ſancte profiteor, quàm decet eum, qui Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione, & actione dirigi.

Ferd. Ughellus Abbas, &c.

FINIS.

REGESTUM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.

Omnes ſunt terniones præter * Nn Pp Qq. Duerniones.

Digitized by Google

Digitized by Google